



MARTINI

AZPILCVETAE  
DOCTORIS NAVARRI,  
IVRISCONSULTORVM NOSTRAE  
AETATIS CLARISSIMI ET PERSPICASSIMI

solertissimique sacrorum Canonum, & V. I. & facti  
quaestionum interpretis operum

TOMVS TERTIVS.

IN QVEM EA COMMENTARIA RELATA SVNT, QVÆ  
reliquis alijs sacratiora & mysterijs diuinis propiora ad salutem cuiusque, & vitam  
æternam consequendam faciunt, & ad pietatem, virorum tam  
Ecclesiasticorum quàm secularium conseruandam  
& promouendam non parùm adiuuant.

*HVIC TOMO PRÆTER ALIA PLVRIMA, INDICES QVATVOR  
totius operis sunt adiuncti: Primus est locorum S. Scripturae quæ maxima ex parte explicationem  
suam annexam habent. Secundus est iuris Canonici locorum, quæ aliquando fusè, aliquando  
strictim, sed subtiliter declarantur. Cui etiam adiunctæ sunt Pont. Max. Extraua-  
gantes quaedam, vel rescripta quæ hic referuntur. Tertius est aliquarum  
legum, quæ item in hoc opere exponuntur. Quartus & postremus  
est Rerum & Verborum Index copiosissimus.*

CATALOGVM LIBRORVM SEV COMMENTARIORVM  
tertia pagina indicabit.



L V G D V N I,

SVMP TIBVS IOANNIS BAPTISTÆ BVS SON.

M. D. XCVII.



*Insignis forma, doctrina insignior unus:  
At superat summi cultus utrumque Dei.*



*Corporis effigiem potuit licet ipsa Navarra  
Mentem non valuit pingere docta manus.*

*At quam non potuit pictor depingere nobis  
Ad vivum Auctoris, grandia scripta dabunt.*

*Corporis effigies hac est veneranda Navarra,  
Mentis at ipsius dant monumenta pia.*



**CATALOGVS LIBRORVM  
ET COMMENTARIORVM QVI  
IN HOC TERTIO TOMO OPERVM  
Doctōris NAVARRI continentur.**

**E**Nchiridium seu Manuale Confessariorum & Pœnitentium, complectens resolutiones omnium penè dubiorum, quæ communiter in sacris confessionibus occurrere solent, circa peccata, restitutiones, absolutiones, censuras, & irregularitates.

Quarto ab eodem dum in Romana Curia Gregorij XIII. in foro Pœnitentiariæ obsequijs inferiret recognitum, & innumeris penè locis emendatum, multisque partibus locupletatum, & nunc denuò paulò antè mortem aliquot eiusdem additionibus, ad fæl. recor. Gregorium XIII. Pont. Max. ab Auctore dicatum, & demum post ipsius mortem, ad Illustrissimum & Amplissimum Cardinalem Stephanum Bonucium scriptum, Incipit pag. 1.

*QVONIAM HOC ENCHIRIDIUM PER CAPITA  
distinctum est, hic etiam ea recensere, & quid in singulis habeatur breuiter contexere  
opera pretium visum est. Præcludiorum verò numerus, quidue in  
singulis ipsorum tractetur, ipse Auctor in sui operis  
limine, & prima facie apposuit. Vide pag. 1.*

**ELENCHVS CAPITVM.**

<b>D</b> E Contritione, prima parte sacramenti Pœnitentiæ, & attritione, & alijs ad eam pertinentibus.	Cap. 1. pag. 21.
De Confessione, secunda parte Pœnitentiæ, & eius conditionibus.	cap. 2. pag. 28.
De Satisfactione, tertia parte Pœnitentiæ, occasione peccati mortalis fugienda & absolutione.	cap. 3. pag. 30.
De potestate, scientia, & honestate Confessarij.	cap. 4. pag. 34.
De interrogationibus pœnitentis, & qua prudentia faciendæ.	cap. 5. pag. 36.
De peccatorum circumstantijs.	cap. 6. pag. ead.
De conseruanda fama proximi in confessione, non manifestando complices delicti.	cap. 7. pag. 41.
De sigillo confessionis.	cap. 8. pag. 42.
In quibus casibus confessio iteranda.	cap. 9. pag. 44.
Quomodo confessarius excipiet confitentem.	cap. 10. pag. 46.
De primo præcepto Decalogi, De colendo Deo, & de diligendo, & credendo in eum.	cap. 11. pag. 48.
De secundo præcepto, De non vanè iurando, de voto seruando, de blasphemia.	cap. 12. pag. 57.
De tertio præcepto seruandi festa.	cap. 13. pag. 72.
De præcepto honorandi patrem, & matrem: & amandi proximum, vxorem, seruos, Dominos, & occasione peccati mortalis minimè danda.	cap. 14. pag. 75.
De quinto præcepto, De non occidendo, agitatione taurorum, restitutione homicidij.	cap. 15. pag. 85.
De sexto præcepto, De non mœchando, restitutione pudoris, peccatis coniugum, & cæteris.	cap. 16. pag. 91.
De septimo præcepto, De non furando, de restitutione rei alienæ, contractibus, vsura, cambio, & similibus.	cap. 17. pag. 101.
De octauo præcepto, De non falsè testando, detractione, murmuratione, reuelatione peccati, correctione fraterna.	cap. 18. pag. 154.
De nono præcepto, De non concupiscendo vxorem proximi.	cap. 19. pag. 163.
De decimo præcepto, & consilijs Euangelicis, & ludo.	cap. 20. pag. ead.
De quinque præceptis Ecclesiæ, Missæ auditione, ieiunio, soluendis decimis, annua confessione & communionem.	cap. 21. pag. 166.
De septem sacramentis Ecclesiæ, & præsertim fusè de matrimonio, sponsalibus, dispensatione, & similibus.	cap. 22. pag. 176.
De superbia, & septem peccatis capitalibus, lege humana, simonia & alijs.	cap. 23. pag. 194.
De operibus misericordiæ, & sensibus exterioribus, & defensione proximi.	cap. 24. pag. 222.
De peccatis diuersorum statuum, vt regum, iudicum, aduocatorum, testium, clericorum & aliorum multorum.	cap. 25. pag. 288.
Quomodo se geret confessarius erga confessum, & de pœnitentia imponenda, & admonitio, pro volente testari.	cap. 26. pag. 253.
De censuris Ecclesiasticis, casibus referuatis, irregularitate, præsentatione confessorum, regulis eorum, scientia, credulitate, dubitatione, opinione & scrupulo.	cap. 27. pag. 259.



# ENCHIRIDIUM SEU MANUALE DE ORATIONE,

HORIS CANONICIS, ATQVE ALIIS  
DIVINIS OFFICIIS, QVOD CONTINET  
commentarium in cap. *Quando stamus*. de  
consec. distin. 1. in viginti vnum  
capitula distinctum.

Cap. 1. Contingens sex præludia de orationis præstantia, necessitate, natura, &c.	pag. 321.
Cap. 2. Contingens textum & breuem eius expositionem, & sex conclusiones.	pag. 325.
Cap. 3. De Horis orandi, tangens triginta octo conclusiones.	pag. 327.
Cap. 4. De gestu orandi, tangens decem & septem conclusiones.	pag. 336.
Cap. 5. De orandi loco, tangens quadraginta & vnam conclusiones.	pag. 338.
Cap. 6. De mala & bona oratione, tangens quadraginta nouem conclusiones.	pag. 344.
Cap. 7. De obligatis ad recitandum, tangens triginta quinque conclusiones.	pag. 350.
Cap. 8. De bonitate orationis, tangens sex conclusiones.	pag. 354.
Cap. 9. De oratione dormituriæ, tangens nouem conclusiones.	pag. 356.
Cap. 10. De integritate Horarum, tangens sexaginta octo conclusiones.	pag. 356.
Cap. 11. De causis excusandi ab Horis, tangens quadraginta duas conclusiones.	pag. 360.
Cap. 12. Super cogitatu extratio, tangens septem conclusiones.	pag. 365.
Cap. 13. De attentione orandi, tangens quinquaginta & vnam conclusiones.	pag. 366.
Cap. 14. De parandò ad attentionem auino, tangens quinque conclusiones.	pag. 372.
Cap. 15. De re à recitatione aliena, tangens tres conclusiones.	pag. ead.
Cap. 16. De impedimentis, attentiones, tangens octoginta conclusiones.	pag. 373.
Cap. 17. De occasionibus bene recitandi, tangens quinquaginta conclusiones.	pag. 381.
Cap. 18. Quod circa nouem illationes centum & octo conclusiones attingit.	pag. 385.
Cap. 19. Contingens octodecim conclusiones & certas orandi formulas.	pag. 396.
Cap. 20. Nonnulla Doctoris Medinæ & Auctoris dicta concilians.	pag. 424.
Cap. 21. Tractans quadraginta septem concordias inter Sorum & Auctorem,	pag. 437.
Cap. 22. Quod in priori editione extrabat inter Miscellanea quæ sequuntur, fuit in postrema editione insertum.	

## HOC AVTEM OPVS ANTE ANNOS TRIGINTA

*sermone Hispano Conimbricæ Compositum, & Catherina I. Regina Lusitaniæ dedicatum,*

*postea Roma Anno M. D. LXXVI. Latinitate donatum, & auctum*

*ab eodem sacra Pœnitentiariæ, Decretorum Doctore deputato*

*Gregorio XIII. & Sixto V. Pont.*

*Max. oblatum est.*

**M**iscellanea centum de oratione præsertim de Psalterio Virginis matris, & de institutione recta oratorum, & actis quibusdam eorum, & de pertinentibus ad illa, in quibus resoluuntur multa dubia, confessionarij & pœnitentibus quotidiana, & nullibi hætenus satis resoluta, D. Iulio Antonio Sanctorio Cardinali & postea Sixto V. Pont. Max. dicata. pag. 448.

Quibus accessit vltimum Miscellaneum ad Don Bernardum de Espelera Hospitalis S. Ioannis militem, quo ad fidem Catholicam exemplo maximè Francisci Xauerij Societatis Iesu, hortatur, & simul ei certas orandi formas præscribit. pag. 511.

Commentarius de silentio in diuinis officijs præsertim in choro seruando, super cap. *in loco benedictionis*. Caus. 5. quæst. 4. ad Patres sacris confessionibus audiendis præfectos, qui ex Enchiridio de oratione est excerptus. pag. 514.

Commentarius de anno Iobæ, & indulgentijs omnibus in §. *in Leuitico*, sub cap. *quis aliquando*. de pœnit. dist. 1. & in Extrauag. *antiquorum*, & 2. *vnigenitus*, & 4. *quemadmodum*, de pœnit. & remiss. iam pridem editus: sed postremo cum auctario Glossarum aliquod ea de re extrauagantium: adiectis scholijs quibusdam non omnino pœnitentis huiusmodi \* asterisco signatis: tertio impressus ad D. MARIAM Portugallæ infantem, & demum ad S. D. N. Sixtum V. Pont. Max. scriptus. pag. 520.

Totius autem huius Commentarij summam habet Auctor in Commentario super eundem §. *in Leuitico* de pœnitentia dist. 1. & habetur. pag. 453. huius editionis.



# QVAESTIONES TAM THEOLOGICÆ, QVAM ALIÆ

IN HOC TERTIO TOMO DISPVATAE,

ET PRIMO, QVAE IN MANVALI CONFESSA-

riorum examinantur. Manuale autem paucashuiusmodi

quaestiones habet, eò quòd sit liber ad docendum

maximè, non ad disputandum Scholæ

more comparatus.

## QVAESTIO PRIMA.

- A**N definitio peccati, qua id esse dicitur *dictum, factum, vel concupitum contra legem Dei eternam*. bona sit. pagina 14. col. 2. lit. c. d.
- 2 An possit inueniri pœnitudo, cui tota contritionis definitio conueniat, per quam mortalia peccata non condonentur. 25. 1. e. f.
- 3 An satisfactio à sacerdote iniuncta in mortali facta valeat, non solum quoad militantem, sed etiam quo ad triumphantem Ecclesiam. 31. 1. b.
- 4 An circumstantia peccati, quæ sine alterius peccati reuelatione manifestari non potest, confitenda sit. 41. 1. c. d.
- 5 Quo tempore teneamur ad præceptum de diligendo Deum actu implendum sub pœna peccati mortalis. 49. 2. c. d.
- 6 An iuramentum de re leui licita facienda obliget ad mortale, ita vt qui id non faciat, sit censendus periurus. 58. 2. e.
- 7 An qui contra simplex castitatis votum matrimonium contraxit, autequam illud consummet, teneatur religionem ingredi. 70. 2. f.
- 8 An taurorum agitatio licita, vel peccatum mortale sit. 88. 2. c. f.
- 9 An qui bona fide emit aliquid ab aliquo, & bona fide illud postea vendidit, teneatur illud priori domino reddere, etiam dato pretio omni quod pro eo accepit. 103. 1. a.
- 10 An qui emit bona fide rem alienam à non domino de hoc certior factus possit venditori reddere, & suum pretium recuperare. ibid. f.
- 11 An acceptum iniuste de voluntate dantis, ita vt turpitudine ex vtraque parte versetur, regulariter sit restituendum. 107. 1. a. b.
- 12 Quæ vera ratio reddi potest, cur acceptum à meretrice ob turpem operam non sit restituendum. 108. 2. c.
- 13 An necessitas extrema excuset aliquem à restitutione eius, quod in ea constitutus ipse accepit, si ad pinguiorem fortunam venerit. 113. 1. c.
- 14 An quis ad restitutionem teneatur etiam cum aliqua famæ suæ iactura. 118. 1. f.
- 15 An qui donauit sua, aut renunciauit beneficio, vt posset iuste cooptari in aliquod Collegium, in quod soli pauperes cooptantur, sit habilis ad illud. 123. 1. c.
- 16 An liceat locare domos meretricibus in ea vrbis parte, in qua eis habitare permittitur. 134. 2. c. d.
- 17 An licitum sit eambiendi genus, quo mutuan-tes aliquam pecuniam numeratam, dant pro scuto soluendo in proximis alterius ciuitatis nundinis, minus aliquanto quàm valeat. 152. 1. b. e.
- 18 An metus iusti definitio, qua esse dicitur, *quo minus malum maioris euitandi causa eligitur*, bona sit. 186. 2. b. c.
- 19 An ex incestu cum consanguinea commisso oriatur impedimentum impediens matrimonium cum quacunque alia contrahendum. 192. 2. c.
- 20 An emptio Aethiopum vel aliorum, qui ab anthropophagis deuorandi sunt, sit licita. 205. 1. d. e.
- 21 An Simonia mentalis tantum obliget ad restitutionem rei per eam acceptæ. 210. 1. c. d.
- 22 An Simonia desinat esse conuentionalis, & fiat realis, si non impleatur ex parte promittentis spirituale, etiam si ex parte promittentis temporale impleta sit. 211. 1. e. f.
- 23 An pœnitens teneatur acceptare pœnitentiam iustam à Confessario præscriptam. 256. 1. d.
- 24 An cessatio à peccatis, & emendatio vitæ possit in pœnitentiam imponi. 256. 2. c. f.
- 25 An clericus in minoribus constitutus, si nulliter contrahat cum vidua vel corrupta, fiat irregularis. 298. 1. a.
- 26 An qui incitat ad prælium milites cum intentione inducendi eos ad specialem alicuius hostis deformationem etiam in bello iusto sit irregularis. 301. 2. c. d.
- 27 An qui adiuuat Chirurgum ad secandum iuste membrum, fiat irregularis. 302. 1. e.
- 28 An collatio beneficij facta criminoso, crimine non inducente, irregularitatem valeat. 309. 1. f.
- 29 An irregularitas maior sit pœna, quam excommunicatio minor. 309. 2. c. d.

## IN ENCHIRIDIO DE ORATIONE ET HORIS CANONICIS.

### QVAESTIO I.

**A**N iure diuino naturali, & positivo præfixum sit certum aliquod ad orandum tempus. 327. 1. d. e.

2 An qui statim atque ad vsum rationis peruenit,



- teneatur ex præcepto ad mortale obligante orare. 328. i. e.
- 3 An sit de essentia orationis, vt diuinum officium suis statis horis recitetur, ita vt qui contra faciant peccent m. 334. i. b. c.
- 4 An doctoratus artium, legum & medicinæ in Ecclesia conferri possint. 342. 2. a. b.
- 5 An sententia, qua hæreticus damnatur, & brachio sæculari traditur, extra Ecclesiam sit ferenda. 343. i. b. c.
- 6 An oratio quæ fit ab Ecclesiæ ministro in peccato mortali constituto mala sit. 348. 2. c. d.
- 7 An beneficium quodlibet quamuis exiguum ad Horas dicendas obliget. 353. i. a. b.
- 8 An oratio peccatoris sit meritoria & ad quid valeat, 435. i. b. c.
- 9 An beneficiarij extra chorum Horas suas recitantes, teneantur recitare responsoria defunctorum, quæ in choro dici solent post Horas. 357. i. c. d.
- 10 An ad recitandum Rosarium obligatus, satisfaciatur obligationi vel lucretur indulgentias, si illud cum alijs recitet. 258. i. c. d.
- 11 An recitans Rosarium eadem die, sed diuersis horis interruptis aliqua honesta de causa, perinde mereatur ac satisfaciatur, ac si illud continuatè diceret. 360. i. e.
- 12 An qui omisit Horas recitare vno die, ad easdem recitandas altero die teneatur. 357. i. c. d.
- 13 An ægrotus excusatus ab Horis dicendis, excusetur etiam ab audiendis. 360. i. e.
- 14 An ægrotus qui non potest dicere rotas Horas, teneatur dicere partem earum, & qui non potest eas dicere solus, teneatur eas dicere cum socio. 361. i. a. b.
- 15 An attentio sit sub præcepto in Horis recitandis necessaria. 366. 2. a. b.
- 16 An qui recitant Horas aliquibus exterioribus actionibus sese occupando, præcepto satisfaciatur. 371. i. b. c.
- 17 An melius sit solum, quàm cum alijs Horas recitare. 382. i. e.
- 18 An vrile sit inuentum diuidendi redditus Capitulum in distributiones quotidianas lucrificandas solum ab ijs, qui eis interfuerint. 386. 2. b. c.
- 19 An clericus iuste impeditus, ne matutinum officium adeat, adiens tamen illud, vt distributiones lucretur, etiam minus principaliter peccet. 387. i. a.
- 20 An sancti inuocandi sint, & vtrum illi pro nobis in calis orient. 387. 2. c. d.
- 21 An regibus & principibus horas canonicas dicere quotidie conueniat. 391. i. a. b.
- 22 An Dei immutabilitas orationibus nostris obstare possit. 401. 2. a. b.
- 23 An peccatores à Deo in orationibus exaudiantur. 402. 2. a. b.
- 24 An pro alijs sicut, & pro se orandum sit. 411. 2. a.
- 25 An breuiarium Cardinalis S. Crucis commodum vel incommodum fuerit. 422. i. e. f.
- 26 An quicumque tenetur ad Horas canonicas, satisfaciatur eas recitando ex quouis breuiario. 423. i. e. f.

- 27 An qui obligatur ad horas, satisfaciatur ita recitando inter dentes, vt à nemine audiatur. 427. i. c.
- 28 An coadiutor sit obligatus semper ad recitandum officium diuinum. ibid. 2. e. f.
- 29 An oratio desinat esse meritoria gratiæ & gloriæ ob defectum feruoris. 429. i. a. b.
- 30 An qui ita male recitat horas, vt eas repetere teneatur ad fructuum restitutionem teneatur. 430. i. d. e.
- 31 An prælatus ordinis possit clericum professum ad laica munia transferre. 439. i. e. f.
- 32 An sine peccato saltem mortali Missa ante matutinum dici possit cessante scandalo. 440. 2. f.
- 33 An Missa notabiliter post præteritam horam sextam, vel nonam fieri possit. 441. i. d. e.
- 34 An decretum Bonifacij VIII. quo decreuit eum qui accipit Ecclesiam Parochialem non intendens ad sacerdotium promoueri, debere restituere fructus perceptos, comprehendat Episcopum. 443. 2. c. d.

IN MISCELLANEIS DE PSAL-  
TERIO ET ROSARIO B. VIRGINIS.

QVÆSTIO I.

- A**N liceat pro re spiritali aliquid sponte datum accipere absque labe simoniaca. 450. 2. d. e.
- 2 An statuta Confratriæ Rosarij fuerint prima, quæ vniquam instituta sunt. 452. i. d. e.
- 3 An necessarium fuerit facere communicationem bonorum operum per statutum confratriæ Rosarij. ibid. 2. d.
- 4 An valor satisfactorius operum sibi in penitentiam iniunctorum, possit alteri applicari. 455. i. f.
- 5 An indulgentia plenaria fratribus Rosarij in articulo mortis concessa expiret in quouis mortis præsumpto articulo. 457. 2. c.
- 6 An Rosarij nomine intelligatur congeries ex 150. *Aue Maria* & 15. *Pater noster* constans. 458. i. e. f.
- 7 An obligatus recitare Rosarium satisfaciatur recitando illud absque meditatione quindecim mysteriorum. 460. i. b. c.
- 8 An necessarium sit ab initio habere intentionem actualem, vel virtuale meditationi illa quindecim mysteria. 577. i. f.
- 9 An obligatus ad dicendum Rosarium pluribus de causis satisfaciatur dicendo illud semel tantum. 464. i. c.
- 10 An adscriptus in aliquam congregationem gaudeat gratijs ei concessis, etiam si non impleat, quæ in ea iubentur. 565. i. c. d.
- 11 An omnia quæ requiruntur à D. Paulo ad episcopatum requirantur ad quælibet beneficia etiam simplicia. 466. 2. f.
- 12 An necesse sit promouendos ad beneficia esse in statu gratiæ. 467. i. c. d.
- 13 An cuiquam liceat petere vel appetere beneficia. 469. i. a.
- 14 An liceat clerico digno episcopatu appetere illum. 570. i. a. b.
- 15 An quoties promouens ad beneficium minus dignum

dignum



- dignum postposito digniore peccat, toties etiam promotus peccet. 473.2.c.d.
- 16 An qui minus dignus est ad beneficia possit ea abique peccato competere cum alio digniore se. 474.2.d.e.
- 17 An petens vel accipiens pensionem sine animo viuendi clericè, peccet. 478.2.c.d.
- 18 An parochus occultè excommunicatus licitè possit suis parocis sacramenta ministrare. 480.2.d.e.
- 19 An coniectus in carcerem ob hæresim, debeat admitti ad audiendam Missam. 481.1.e.
- 20 An damnatis ad mortem danda sit sacra communio. 482.1.b.
- 21 An quæ principaliter ad Dei cultum sunt instituta, facere ob gloriam humanam absque mortali peccato liceat. 482.1.e.f.
- 22 An rectè quidam eos carpant qui Ecclesias, sacella, missas vel alia fundant, & construunt de rebus malè quæsitis. 484.1.c.d.
- 23 An pro mortuis damnatis orare liceat. 488.2.a.
- 24 An distributiones quotidianæ percipi possint ab his, qui nõ intersunt horis canonicis consentientibus illis quibus iurè accrescebant. 489.2.d.
- 25 An horas bis teneatur dicere qui habet duo beneficia & qui plura, plurics. 490.2.d.e.
- 26 An dispensatio Papæ post Concilium Tridentinum ad obtinenda plura beneficia sit necessaria, vel utilis. 494.2.b.
- 27 An dispensatio Papæ ad habendum plura beneficia omnem transgressionem excuset. ibid.e.f.
- 28 An monasterij Roncuallis vel hospitalis D. Anronij ministri ostium eleemoynam petere possint. 495.2.c.d.
- 29 An, Dominus vobiscum, à sacerdote se paratum horas recitante, dici debeat. 496.2.c.f.
- 30 An Vesperæ quadragesimæ ante cenam dicendæ sint. 498.1.b.c.
- 31 An, Pater noster, in fine omnium horarum, etiam sequenti hora immediatè dicenda, sit dicendum. 499.1.a.b.
- 32 An pueri vel milites beneficiarij, qui nescientes recitare horas non recitant, ad restitutionem teneantur. 503.2.e.f.
- 33 An missam iniuste imperfectam relinquens sit excommunicatus. 504.2.c.
- 34 An liceat ei qui aliquantulum in Mula progressus est, rursus eam propter aliquam causam incipere. 505.1.b.c.
- 35 An liceat Missas siccas saltem in nauibus aliquando dicere. 505.2.a.b.
- 36 An ad indulgentiam per orationem trium dierum quærendam, sufficiat tantum orare vno die, quantum tribus necesse est. 507.1.b.c.
- 37 An confessus virrute Iobelæi cum proposito faciendi omnia, quæ illud dicit, & non faciens postea, absolutus teneatur. ibid.2.d.e.
- 38 An impotens ieiunare, quærat indulgentiam, quæ ieiunium præcipit. 508.1.e.f.
- 39 An qui confitetur & communicat die Dominico, simul lucretur indulgentiam, quæ in hebdomada confitendum præscribit. ibid.2.e.f.

- 40 An liceat ei, qui non caller artem siue modum recitandi horas canonicas, suscipere beneficium Ecclesiasticum. 509.2.a.b.

EX COMMENTARIO DE IOBELAEO ET INDVLGENTIIS.

Q V A E S T I O I.

- A** N annus Iobelæus Christianorum, per illum Hebræorum fuerit præfiguratus. 522.2.f.
- 2 An perfectorum sit quærare indulgentias, vel imperfectorum. 522.1.f.
- 3 An indulgentiæ in sacris litteris, & antiquis Doctoribus, expressè contineantur. 523.2.b.c.
- 4 An remissio & indulgentia idem significant. 524.1.d.e.
- 5 An per indulgentiam Iobelæi venia peccati detur. 526.2.e.f.
- 6 An una & eadem indulgentia plenius quærat alijs, quàm alijs. 528.2.d.e.
- 7 An episcopus etiam si maximè velit, possit concedere indulgentiam nisi de poenitentijs iniunctis. 529.2.d.e.
- 8 An in dabo indulgentia Papæ de poenitentijs iniunctis & non iniungendis solum intelligenda sit. 530.1.a.
- 9 An thesaurus indulgentiarum ex Christi & Sanctorum meritis constari potuerit. 531.2.a.b.
- 10 An extra sacramentum peccati indulgentia concedi possit. 533.2.a.b.
- 11 An indulgentia sine iusta & rationabili causa concessa valeat. 534.2.c.d.
- 12 An verum sit quod ait gloss. sing. paucos indulgentias consequi. 537.1.f.
- 13 An ad quærendam indulgentiam, peccatorum confessio sit necessaria. 538.2.a.
- 14 An ad indulgentiam quærendam necesse sit opus pium ob eam iniunctum in gratiæ statu facere. 540.2.a.b.
- 15 An concessio indulgentiæ sit absolutio poenæ, vel potius eiusdem compensatio. 543.2.e.f.
- 16 An prælati indulgentias à se concessas sibi quæretæ possint. 544.2.f.
- 17 An præter gratiam necesse sit quærenti indulgentiam habere propositum tantam agendi poenitentiam, quantam illi poenæ delendæ sufficeret. 545.1.e.f.
- 18 An defunctorum animæ via gratiæ & misericordiæ, non autem iustitiæ à viuis iuari possint. 547.1.b.
- 19 An indulgentiæ defunctis via solius misericordiæ, non autem iustitiæ prodesse possint. ibid.2.e.f.
- 20 An indulgentia plena concessa à quodam Papa cuidam magistro Parisiensi, qui defenderat Papam posse mortuis indulgentias concedere, valeat. 549.1.f.
- 21 An omnibus defunctis purgatorij specialia Ecclesiæ suffragia prodesse possint. 550.1.b.c.
- 22 An Apostolica sedes in suis constitutionibus sacre Scripturæ testimonijs abutatur. 551.1.c.d.
- 23 An per Iobelæum indulgentiæ omnes suspendantur, vel solæ plenariæ. 552.2.c.d.



- |   |  |
|---|--|
| <p>24 An sublata potestate dispensandi super voto, tollatur etiam potestas commutandi illud. 554.1.c.d.</p> <p>25 An suspensio earum facultatum quæ per Iobelæum sublata sunt, duret etiam Iobelæo finito. 556.2.e.f.</p> <p>26 An vlla anima possit esse in purgatorio, quæ non fuerit Papæ subiecta. 564.1.b.c.</p> <p>27 An qui in statu peccati mortalis impletet visitationes Ecclesiarum anni Iobelæi, si postea intra annum confiteatur, consequatur indulgentias. 569.2.e.f.</p> <p>28 An actus visitationis Ecclesiarum tempore Iobelæi sit moraliter bonus, si fiat à peccante venialiter. 571.2.c.d.</p> | <p>29 An quis possit bis, ter, vel pluries indulgentiam Iobelæam quærere, bis terque, vel pluries faciendo visitationes requisitas. 572.1.f.</p> <p>30 An verbum <i>mandamus</i> contineat præceptum, &amp; an obligans ad mortale, vel ad veniale. 573.2.b.c.</p> <p>31 An facultates quæ per bullam Sixti IIII. anno Iobelæo suspensæ sunt, fuerint etiam à Gregorio XIII. suspensæ. 575.1.f.</p> <p>32 An liceat principi delicti futuri remissionem concedere. 577.1.a.b.</p> <p>33 An indulgentia à Papa concessa, extendatur ad peccata commissa post illius concessionem. 777.2.b.</p> <p>34 An peccans spe indulgentiæ consequendæ possit eam consequi. 578.2.e.f.</p> |
|---|--|

*FINIS QUESTIONVM HVIVS III. TOMI.*

QVONIAM IN HOC TOMO FRANCISCI XAVERII

Auctor aliquoties meminit, vicissim hinc ea proferenda putavi, quæ de Auctore Horatius Tursellinus Societatis Iesu in vita Francisci Xaverij habet,

*sic ergo ille. Ac de prima eius etate, pueritiæque pauca quedam  
exponam, quæ ex Martino Azpilcueta Nauarro, homine  
cum probitate, tum doctrina inlyto, eodemque  
Xaverij cogitato, & ferè equali paucis  
ante eius obitum mensibus ipse  
cognoui. hæc ille.*





# ENCHIRIDION

## SIVE MANUALE CONFESSARIORVM ET POENITENTIVM.

### COMPLECTENS RESOLUTIONEM

*omnium pene dubiorum, quae communiter in sacris confessionibus  
occurrere solent circa peccata, absolutiones, restitutio-  
nes, censuras, & irregularitates.*

Quartò ab auctore dum viueret, in Romana Curia Gregorij XIII. in foro Pœnitentiariæ obsequiis  
inferuiente recognitum, & innumeris penè locis emendatum, multisque locupletatum.

*Et nunc denuo ( paulo ante mortem ) aliquot eiusdem additionibus auctum.*

DE MV M VERO CITATIONIBVS AD MARGINEM  
translatis, variorum exemplariorum collatione, & quorundam locorum adiectione  
fidelius, quàm vmquam antea correctum & auctum.



QVONIAM totus hic liber de peccatoris anima per pœnitentiam à peccato  
liberanda tractat, præluemus pauca, quæ considerata, & perpensa facile  
possunt nos peccantes vrgerè ad agnoscendam aliquorum nostrorum erga  
Deum optimum maximum ingratitudinem, imprudentiam, & impudẽtiam,  
qua maiora minoribus, immo & mala bonis, & pessima optimis præponi-  
mus. Ea verò duximus contrahenda in decem præludia, nihil planè, quod  
non sit vtile, & necessarium fere omnibus, etiam vtrumque ius callentibus, continentia.

### ELENCHVS PRAELVDIORVM.

*Primum ob oculos proponet nobis peccantibus animæ nostræ dignitatem.*

*Secundum, eius vires, & potentias sensitiuas.*

*Tertium, eius vires, & potentias intellectuas.*

*Quartum, sinem vltimum, & beatitudinem, in quam creati, & redempti sumus, & miseriam æternam,  
quam cauere debemus.*

*Quintum, animæ passiones, & habitus, quibus in merita, vel demerita mouemur.*

*Sextum, animæ actus humanos, quibus in æternam beatitudinem, vel miseriam itur.*

*Septimum, quæ sint merita, & demerita.*

*Octauum, membra demeriti in peccatum originale, & actuale.*

*Nonum, peccati actualis varia genera, & quid sit peccatum mortale: & quid veniale: & quibus notis  
peccatum mortale à veniali discernatur.*

*Decimum, pœnitentiæ sacramentum, & eius partes.*

### DE ESSENTIA ANIMAE RATIONALIS

#### PRAELVD. I.

##### SVMMARIVM.

1	Anima quid sit definitur.	A	8	Christi anima quo tempore iusta & beata effecta.
2	Definitio genere & differentia constare debet.		9	Mariae, Ioannis, & Hieremiae anima quando iusta facta.
3	Animam qui dixere corpoream, aut mortalem heretici.		10	Animam humanam imaginari paruulis membris distinctam error.
4	Animam vnã tantum esse in homine contra glossam.		10	Animam totam in toto corpore, & totam in qualibet eius parte.
5	Animam rationalem veram formam substantialem corporis esse.		11	Deus totus in toto orbe, & totus in qualibet eius parte.
6	Animam rationalem quem in sinem creata.		11	Christi corpus totum in tota hostia, & totum in qualibet eius parte.
7	Gratia & operibus, & non sola fide hominem saluari.		12	Animam asserere non esse formam substantialem hominis hereticum.
7	Iustus fit nullus, nisi per merita Christi, nec per illa, lege priuata, nisi sic & sic communicata.		13	Intellectus dicti Pauli de interiore, & exteriori homine.
7	Gratiam primam nemo de condigno meretur.		14	Animam sedem esse cor, & illam in sanguine habitare & crescere, vt intelligendum.



15 *Scientia hac potius discenda, quam alia.*  
 15 *Animam, Deum, & Angelos putans corporeos an peccet, & sit hæreticus.*  
 16 *Peccatur quibus modis circa credenda de anima & nu. 17.*



**D**E præfata essentia animæ rationalis dicimus sequentia. Primò, quod multi, qui corpori magis, quam animæ indulgemus, parum auscultamus illud *Venite, audite, & narrabo omnes, qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ.* quâdo quidem nimium occupati in curando corpore parum de beneficiis illi à Deo collatis curamus. Ob quod ait B. Bernardus, *Multi multa sciunt, & se ipsos nesciunt, alios inspiciunt, & se ipsos deserunt, Deum quarunt per ista exteriora, deserentes sua interiora, quibus interior est Deus.* Et illud, *O anima Dei insignita imagine, decorata similitudine, desponsata fide, dotata spiritu, redempta sanguine, deputata cum angelis, capax beatitudinis, heres bonitatis, rationis capax, quid tibi cum carne, unde tanta mala pateris?*

1 Secundo, quòd animæ nostræ rationalis perfecta cognitio nulli unquam sine sacrarum litterarum, aut fidei orthodoxæ cognitione plenè patuit. Quapropter, ommissa definitione animæ, quam tradit Aristotus, & quamq; explicat Angelicus, & omniscius ille Thomas scilicet, *Anima rationalis est actus corporis physici, organici, potentia vitæ habentis.* definiamus eam nostro proposito sic aptius: *Anima rationalis est substantia, per se subsistens, incorporea, immortalis, creata à Deo ex nihilo, ubi & quando infunditur corpori, ut sit forma substantialis eius per se, ad beatitudinem per gratiam, & bona opera consequendam apta.*

2 Dixi, *Substantia*, ne definitio careat genere, quo & differentia debet constare omnis optima definitio, quod docuit per theoriam Aristotelis & per praxim & vsum iuriconsultus Vlpianus & ubi Bartholus & alij hoc explicat: & constat verbum Substantia, esse genus ad animam humanam: omnis etenim anima humana est substantia, ut probat diuus Thomas & non tamen econtrariò omnis substantia est anima humana.

Dixi, *per se subsistens*, ut differat ab anima vegetatiua platarum, & à sensitiua ceterorum animalium, quæ non possunt per se subsistere, ut probat idem sanctus Thomas.

3 Dixi, *Incorporea*, ad differentiam substantiæ corporeæ, & ad damnationem Diogenis, & aliorum ethnicorum philosophorum, qui dixerunt, animam esse ventum, vel aërem, ut refert B. Isidorus, & S. Antoninus, h quos appellat hæreticos Tertullianistas Isidorus.

Dixi, *Immortalis*, tum ad retundendâ hæresim, quæ, ut ait Isidorus, *Arabico*rum est, dicentium, animam simul cum corpore interire: quod hæreticum esse declaravit concilium Lateranense, & antea probavit S. Thomas.

4 Tum ad differentiam aliarum animarum, quæ cum suis corporibus moriuntur, ut ait ibidè sanctus Thomas & glossa: *P quæ tamè innuit unum falsum (quod etiâ male affirmat Ioâ. Brunus. 9) quatenus loquitur de anima vegetatiua, qua vivimus, & sensitiua, qua solumus: significat etenim in nobis esse tres animas, videlicet vegetatiuâ, sensitiuâ, & rationalem & morientibus nobis mori duas, quod utique falsum est: quoniam nulla est in homine alia anima præter rationalè, ut habetur in libro de eccles. dogmat. & latè probat S. Thomas. & Et ita ipsamet est vegetatrix, siue vegetatiua, & sensitiua siue sensitiua & intelligens, siue intellectiua.*

Dixi, *Creata à Deo*, ad damnandam hæresim Tertulliani, asserentis animas ab Angelis creari, ut tradit B. Augustinus contra Symbolum Apostolorum, & Niceni Concilij, & cap. firmiter. v quibus docemur, Deum esse creatorem omnium, visibilium, & invisibilium.

Dixi, *Ex nihilo*, ad fugiendum hæresim Gnosticorum, qui, ut ait Isidorus, & refert Augustinus ob altitudinè scientiæ, quam sibi arrogabant, se ita appellare voluerunt: & dixerunt ex natura Dei creatas animas, & non ex nihilo, quæ hæresis fuit etiam Manichæorum, damnata per primum concilium Braccharense & in hæc verba: *Si quis animas humanas, vel Angelos ex Dei credit substantia extitisse, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit.*

**A** Dixi, *ubi, & quando infunditur corpori*, ad fugiendum errorè Origenianorum asserentium animas hominum iam inde à principio mundi fuisse simul cum angelis creatas in cælo: & inde postea mitti in corpora, ut ait Isidorus, & refert S. Tho. **B** Contra itè illos, qui asserunt, prius creati animas, quâ in corpora mittantur, quod videtur sensisse glossa, & dicitur, animam prius vivere, quàm sit in corpore, quod tamen hæreticum esse dicit glossa. Ioan. **d** in hæc verba memoratu dignissima, quæ decerpere potuit ex Magistro sctètiar. **e** *Fides nostra est, quod quotidie Deus novas creat animas, & infundit nouis corporibus, & infundendo creat, & creâdo infundit.* Cui consonat S. Thomas cõmuniter receptus. **f** Ita quod anima non creatur in cælo, sed intra corpus: & non antequam infundatur, sed cum infunditur, ut infra & dicitur.

**5** Dixi, *ut sit forma substantialis eius per se.* Primum ad declinandam hæresim eorum, qui dixerunt animam non esse formam substantialem corporis. Deinde contra eos, qui dixerunt, non esse talem formam, saltem in quantum est rationalis, quos damnauit concilium Viennense **h** in hæc verba: *Porro doctrinam omnem, seu positionem, temere asserentem, aut verentem in dubiũ, quòd substantia animæ rationalis, seu intellectuiva verè, ac per se humani corporis non sit forma, velut erroneam, ac veritati Catholica, inimicam fidei, prædicto sacro approbante concilio reprobamus, & tradit S. Thomas.*

**6** Dixi, *Ad obtinendam beatitudinem*, quo monstrarem finem illum vltimum & felicissimum, ad quem habendum creatæ sunt animæ nostræ, ac subinde nos ipsi, iuxta illud B. Augustini **k** citatum à Magistro. *Fecit Deus rationalem creaturam, qua summum bonum intelligeret, & intelligendo amaret, & amando possideret, ac possidendo frueretur.*

**7** Dixi: *Per gratiam*, ad excludendum errorem Pelagianorum, tradentium (ut refert B. Augustinus **m**) posse nos per solam potentiam naturalem cum concursu generali Dei, sine vlla ope speciali gratiæ, iustificari, & glorificari, quos appellat hæreticos Isidorus **n** qui damnati fuerunt olim in concilio Mileuitano, & concilio Africano, & relatis in tribus capitibus vltimis de consecrat. dist. 4. & nouissimè in Concilio Tridentino **q** ut dicemus.

**8** Dixi: *Et per bona opera*, ad significandum, quod licet primam gratiam, qua per baptismum, vel pœnitentiã iustificamur, nemo suis operibus de condigno mereri possit, ut definit præfatu conciliũ Tridètinũ **s** & docet S. Thomas, nullus tamen aditus iudicio rationis fungens lege cõmuni iustificatur, nisi præuio aliquo actu moraliter bono, à libero arbitrio suo producto, etiam si fide perpolleat, iuxta illud Augustini, **v** *Omnis, qui iam sua vita arbiter constitutus est, cum accedit ad sacramentum fidelium, nisi eũ pœniteat veteris vite, nouam non poterit inchoare, ab hac pœnitentiã cũ baptizatur soli paruuli immunes sunt: nõdũ enim vti possunt libero arbitrio.* **x** & iuxta ea, quæ tradit S. Thomas. **y** Adultus, inquam, iudicio rationis fungens: quia infantes, pueri, & adulti carètes iam à natiuitate ratione, ob merita Iesu Christi Domini nostri per baptismũ communicata eam nũc sub lege gratiæ consequuntur, **z** & olim sub lege naturali, & scripta ob eadem merita applicata per circumcisionem, & alia sacrificia, & oblationes, in id institutas consequebantur, non tamen ex opere operato, sicuti nunc per sacramenta.

**9** Domini autè nostri Iesu Christi anima illa gloriosissima, & semper benedicta, lege priuata, sine vllò eius actu & merito præcedente, in primo suæ conceptionis instanti, non solum fuit iustificata, sed etiâ beatificata, quoad beatitudinem animæ propriam, ut ante & post alios declarat S. Thomas. **b** Eadem item lege priuata beata & immaculata virgo Maria, Dei mater, in primo suæ conceptionis instanti, B. item Ioannes Baptista, & Hieremias antequam nascerentur, sine vllò sacramento & sacrificio fuerunt iustificati, iuxta ea, quæ leguntur, & notantur, Luc. 1. & Hierem. 1. & tradit S. Thomas. **c**

**10** Tertio dicimus, quòd ex hac definitione sic explicata inferitur primo, errare illos, qui imaginantur animas humanas esse diuisibiles, quales sunt animæ aliorum animalium, habereque capitula, seu partia capita, brachiola, manusculas, & alia membra, quæ respondent corporis partibus, quæ animam & informant. Quoniã anima rationalis est res incorporea, & indiuisibilis, neque habet vlla talia membra: immo tota est in toto corpore, & tota in quolibet ei parte,

a Psal. 65.

b In prin. Meditationum.

c Lib. 2. de anima. text. 4.

d 1. par. q. 76. art. 4.

e Libro. 6. Topie. c. 1. & 2.

f In l. 1. ff. de dolo malo. & l. 1. ff. de testam. m. 1.

g 2. libro sct. dist. 3. quæst. 1. art. 6.

h 1. p. q. 75. a. 3. & 6. & q. 76. articl. 1.

i Lib. 11. originum. sine etymologiarum c. 1. de homin. & partibus eius.

k Part. 1. tit. 1. c. 4. in prin.

l Vbi supra. l. 8. cap. 5. relatus in ca. pen. 24. q. 3.

m In eod. ca. 5.

n Sef. 8. c. 1. in prin.

o 1. par. q. 61. ar. 2. ad 3. & 2. 2. q. 164. a. 1. ad 1.

p Clem. 1. §. porro. verb. intellectiua. de sum. Trin. & fid. catho.

q De sponsali. conclus. 14. num. 4.

r In li. de dogmat. Eccl. c. 15. in prin. tom. 3. inter opera August. s In 1. par. q. 76. ar. 3. & l. 2. contr. Gt. c. 58. & de anima a. 11. & quol. bet. 1. q. 4. art. 1.

t In lib. de hæres. ad quod vult deum. cap. 86.

v De sũ. Trin. & fid. catho.

x In d. 20. c. 5. y Vbi supra. c. 6.

z Ca. 5.

a Vbi supra.

b In 1. par. q. 118. art. 4.

c Cap. si quis obiecerit. 1. q. 3.

d In ca. quod verò non formatum. 32. quæst. 2.

e Lib. 2. dist. 17.

f In dicto lib. 2. sentent. dist. 3. q. 1. art. 4. ad 1. & dist. 17. q. 2. art. 2.

g 1. par. qu. 100. art. 4.

h Eodem nu. 1.

i In dem. 1. §. porro. de sum. Trin. & fide cath.

j Opusc. 24.

k In Enchirid. c. 9.

l In 2. lib. sct. dist. 1.

m In præfata 10. lib. de hæres. ad quod vult deum. c. 88.

n In c. penul. 23. quæst. 3.

o Ca. 5.

p Ca. 80.

q Sef. 6. c. 1. & ca. 1. 2. & 3.

r In præl. 3. m. 11.

s Vbi sup. ca. 5. & can. 1. 3.

t 1. 2. q. 112. a. 1. & 114. a. 2.

v In li. de pœnit. medic. ca. 2. & in c. omnis. de consec. d. 4.

x Quod ipsum ait in li. de fide ad pet. ca. 30. & in ca. firmissime 15. q. 1.

y 1. 2. qu. 113. per totam.

z Cap. maiores. de baptis. a Capi. quod autem. & ca. ex quo de consec. d. 4.

b 3. p. q. 10. a. 3. & 3. l. sent. dist. 18. ar. 2.

c & seq. & opusc. 3. capi. 238.

d In d. 3. par. q. 17. art. 2. & 6. & q. 27. per tot. & 3. lib. sent. d. 3. q. 1. a. 1. & 2.

quoad



a In 1. par. q. 8. ar. 2. ad 3.  
 b In 3. p. qu. 4. a. 7. & in 1. lib. sent. d. 8. q. 5. a. 3.  
 c Libro 6. de Trin. c. 6.  
 d In dicto 1. l. sent. d. 37.  
 e In practitata 1. p. q. 8. ar. 2. & 3. li. contra gent. c. 68.  
 f Ca. singuli. de c. ubi pars de consec. dist. 2.  
 g Sess. 13. c. 3.  
 h In cau. 3. h. sup. nu. 2. & 3.  
 i Ca. firmiter. de sum. Tri. & fid. catho. k Opusc. 23.  
 l In c. in quadam. § sed ad uer. de celebrat. mis. sar.  
 m In lib. 19. de ciuit. Dei. c. 3. per totū. & in li. q. vet. & nou. test. c. 22. in c. Moy. ses. 32. q. 2.  
 n 1. par. q. 75. ar. 4. & qua. 79. ar. 1.  
 o 2. lib. de ani. ma tex. 3.  
 p In practita. 10 c. Moy. ses. q. § porro. de sum. Trinit. & fid. cath. r Supra nu. 5. s In epist. 2. ad Cor. ca. 4. t Ibid. lect. 5. v 1. par. q. 75. ar. 4. ad. 1.  
 u In latius in dicta lect. 5. su. per presertū. ca. 4. epist. 2. ad Cor.  
 x Ca. 1. de sa. cra unctio. in princ.

quoad ipsam animam substantiam, & essentiam, quod docet S. Thomas ab omnibus receptus a post beatū Augustinū, b quem admodum Deus optimus maximus est totus in toto mundo, & totus in qualibet eius parte: quia est ubique secundū Magistrum, & alios c & S. Thomā d & sicut sanctissimū Christi corpus in almo & admirabili Eucharistia sacramento totū atque integrū est sub tota panis & vini specie, & totū sub a tera tantū, ac qualibet eius parte, e & definiuit nuperrimē sacrosanctum concilium Tridētinum f declarando h̄reticum eum, qui negat totum Christi corpus contineri sub vnaquaque specie, & sub singulis cuiusque speciei partibus separatione facta.

11 Secundo infertur, animam non esse hominē: tum quia anima, vt diximus h est substantia incorporea, & immortalis, i & tradit sanctus Thomas, k tū quia homo duabus partibus cōstat: anima nēpē rationali & corpore. Id quod tradit grauisissimus auctor Innocent. tertius l in hac verba, Ad esse hominis duo principaliter exiguntur, videlicet corpus, & anima, ex quorum coniūctione verus homo subsistit. quod ipsum antea docuit sanctissimus ille pater noster Augustinus, m & latius expresit diuus Thomas n post Aristotelem. o

12 Tertio infertur, cauendum esse, ne quis ex illis verbis eiusdem Augustini. P oportet primum domum compaginari, & sic habitatorem induci, colligat id, quod vtinam nemo colligeret: nēpē perinde animam rationalem esse in corpore, ac motor nauis est in nauī, & habitator domus in domo, quod non sit vera, & essentialis forma humani corporis: quoniam hoc est h̄reticum, & damnatum per clement. 1. q. vt prædiximus. r

13 Quarto infertur, quod Paulus cum s appellat hominē interiorē partē intellectiua, & hominē exteriorē partem sensitiuam, noluit dicere, quod aliqua illarum pars separata sit homo, vt quidam h̄reticus Tertullianus nomine inde collegit, auctore S. Thom. t sed quod secundum rei veritatem pars intellectiua est principalior pars hominis: & secundum aliquorum falsam astimationē pars sensitiua est pars principalior eius: & totum solet interdum nominari a parte principaliori, vt declarat idem S. Thomas. v

14 Quinto infertur, glossam illā x que inquit, cor esse anima sedem, non esse ita intelligēdam, quod anima soli cordi insideat, indeque reliquū corpus gubernet: sed quod licet per se totā immediate omnes eius partes animet & informet: in corde tamen operatur quamplurima eorum, que ad vitam pertinent, quæ non operatur in aliis partibus, iuxta illud Parthenices Marianæ.

Cor prius ex illo, quoniam descendit in artus  
 Vitalis calor, a pleno ceu flumina fonte:  
 Illic prima domus vitæ postrema per illud  
 Discedens terris animus vestigia ponit.

Neque tamen ex hoc eleganti elogio colligas, prius tēpore cor ipsum animati, quam cetera alia corporis membra: nec posterius tēpore, quā illa destitui ab anima. Quoniam vno & eodem tempore creatur a Deo ex nihilo intra corpusculum iam ad id organicē fabricatum & paratum, & simul ei toti, & cuiuslibet parti coniūgitur tamquam forma eius substantialis, & essentialis, ex qua & illo corpusculo constituitur verus homo, vt colligitur ex sancto Thoma, communiter recepto y & ex Magistro, Scoto, & aliis. z

Sexto infertur, ad eundem item modum intelligendum esse illud B. Augustini, a Anima, quia spiritus est, in sicco habitare nō potest, ideo in sanguine fertur habitare. Infertur itē, quod in illo dicto B. Hieronymi, b Nec potest viuere anima, nisi crescendi capax sit, per verbum, anima, intelligēdum esse hominem animatum, vt ibidem glossa intellexit per figurā Synecdochen, capiēdo partem pro toto (quamuis recentior editio aptius pro anima habeat animal.) anima enim humana nec augeri, nec minui potest: sed semper manet, eadem. & incorruptibilis, vt supra dictum est, & probat S. Thomas, c & Scotus, Bonauentura, & alij. d

Septimo infertur, illud Virgilij, e Igneus est ollis vigor, & celestis origo seminibus, quod glossa f intelligit de hominibus, esse quidem verum in eo sensu, quod origo hominum quoad animam est immediatē a Deo per creationē ex nihilo intra corpusculum, quod embryo dicitur: non autem in illo, quod de aliqua parte celesti sit illa facta: hoc enim est, vt diximus, erroneum.

y 1. p. q. 90. a. 2. 3. & 4. & q. 118. a. 2.  
 z In 2. l. sent. d. 17.  
 a In practitata 10 c. Moy. ses. 32. q. 2.  
 b In lib. 2. ad uer. Iouin. & in ca. metales. de consec. di. 5.  
 c 1. p. q. 75. a. 5.  
 d In 2. l. sent. d. 17.  
 e In 6. de n. fl. in §. in. in. de iur. nat. gen. & cin.

15 Octauo infertur, longē magis ē re nostra esse per se, & simpliciter scire prædicta, eademque ruminare, quam alias scientias (etiam iuris) cognitioni fidei Catholice minime necessarias. tum per illud dictum Bernardi: a tum quia hæc pertinent ad cognitionem fidei orthodoxa, eius studium esse vtilius & melius, quam aliarū scientiarum, (etiā iuris, etiam laicis) singulariter definiuit Innocentius receptus, b tum quia oportet omnes credere, saltem implicite, omnia, quæ sunt Catholice fidei. hoc est credere in genere esse vera omnia: quæ credit sacrosancta Catholica Romana Ecclesia: & etiam explicitē articulos fidei secundum S. Thomam, c saltem eos, quos illa solēnizat, secundum eundem, quoad hoc ab omnibus receptum. d

Nono infertur, questionis esse quotidiane, An, & quantum peccent circa prædicta errantes: immo, An sint hæretici, adeo vt incurrant censuras contra eos latas?

Ad quam quidem questionem dicēdum videtur primo, quod peccant, nisi simplicitas, vel ignorantia iusta eos excuset: & quod sunt hæretici, si pertinaciter id teneant. e

Secundo, quod nō sunt hæretici, si pertinaciter non errant, hoc est, si habent preparationem animi actualem, vel virtualē respiciendi, & credendi contrariū, cū primū noverint, id teneri pro fide ab Ecclesia Romana: quales arbitror innumeros, qui simpliciter, & bona fide sine pertinacia imaginantur animas humanas, exutas corpore paruulas quasi infantes: eo quod frequēter audiunt, vel legūt, animā sancti Pauli primi eremita, visam fuisse in huiusmodi figura a sancto Antonio per angelos in cælū deserti, vt in eius vita describit diuinus Hieronymus: & animā sanctæ Scholasticæ a beato Benedicto eius fratre f & alias ab aliis. Sicut & imaginantur angelos infantulos. (quod peius est) imaginantur etiam ipsum Deū patrem omnipotentem figurā cuiusdam viri grauis & senescentis: & Spiritum sanctum colūbam. eo quod passim vident angelos pictos puerili figura in tabulis representationis Natiuitatis, & Ascensionis domini nostri Iesu Christi, & Assumptionis Deiparæ Virginis, & alibi sepe. & eo quod vident Deū Patrē representatum in figura grauis, seniorisque hominis, & Spiritum sanctū in specie columbæ. quas imaginationes falsas concipiunt, eo quod non satis docentur a parochis, & concionatoribus, animas, & angelos non esse corporeos: & longe minus infinitē Deum ipsum optimum maximum, licet per species corporeas represententur. & quod huiusmodi representatio ideo fit, quia spiritalia, & incorporea nequeunt oculis corporeis representari talia, qualia verē sunt: & ita representantur in figuris, quæ significēt nobis, nō quidem ea esse talis figura: sed aliquas eorum virtutes, & proprietates habere. Figura etenim infantilis animæ, quæ in cælū defertur, significat eius innocentiam. & quod eiusmodi figura angeli ornantis Christi Natiuitatē, & Ascensionē, & eius Mariæ matris Assumptionē, significat simplicem, & promptam deuotionē ad eis ministrandū. Senilis verō ætas in Deo Patre summam eius auctoritatem, & prouidentia designat. Columbæ verō, quæ simplex & amās est figura, summam simplicitatē, & amorē Spiritus sancti, qui est summus & simplex amor Patris, & Filij eis cōsubstantialis. Nam si satis hæc docerentur, libenter deponerēt huiusmodi falsas imaginationes, crederentque firmiter, quod nec anima, nec angelus, & longē minus Deus ipse Pater, nec Filius, qua parte est Deus, nec Spiritus sanctus vllatenus visu corporeo cerni possunt.

16 Tertio, quod cum, vt plurimum, nulli orthodoxorum concipiant prædictas imaginationes cū credulitate pertinaci, quod Deus, angeli, & anima habeant corpora, siue quod sint corporea, non solū non sunt censendi hæretici, immo nec regulariter peccare, saltē mortaliter, si simpliciter & bona fide id faciant: per id quod in simili singulariter dixit Innocent. g cui nemo hucusque quem viderim, contradicit. & adstipit Panorm. h cōmuniter receptus, videlicet, non esse h̄reticum, immo neque peccare eum, qui naturali ratione motus falso opinaretur, Patrem in diuinis seniore, & antiquiore esse Filio: & Filium Spiritu sancto, modo paratus sit corrigi ab Ecclesia iuxta Augustin. i quod ipsum tenet Castren. k de omni alia hæresi, quā quis sine pertinacia credit, vel asserit, nesciens contrarium teneri a sancta catholica Romana Ecclesia.

a Relatum supra initio huius prælati. b In c. firmiter num. 6. de sum. Trin. & fid. catho. c 2. q. 2. a. 5. & o.  
 d Ibidē. ar. 7.

e Arg. cle. 1. de sum. Tri. ni. & fid. catho. § perro. iuncta gloss. in verb. pertinaciter. & cle. 1. § penul. iuncta gloss. eod. ver. de u. iur. & tradit sanctus Thoma. 2. bi. supra. f Vi in 2. lib. Dialogorum c. 33. scribit B. Gregorius.

g In practitata c. firmiter. de suma Trinit. & fid. catho. nu. 7.  
 h In cad. rub. nu. 4. & seq. i In epist. 162. & in ca. dixit apostol. 24. q. 3.  
 k Libr. 1. ad uer. ius omnes hæreses ca. 9.





17 Quarto, quod hoc limitandum est primo, ne procedat quoad forum exterius, in quo præsumuntur hæretici, licet verè tales non sint. & ideo, vt plurimum, aliqua pœna maiore pro qualitate personarum plectuntur, qui probantur, vel continentur asseruisse talia. 2 Secundo, ne procedat quoad forum conscientia, quoad peccatum in iis, qui tenentur scire illa esse de fide, licet id sua culpa ignorant, vel non animadvertant, nec considerent. Tales enim, & si coram Deo, & in foro conscientia non sint censendi hæretici, nec consequenter in illo foro incurrant censuras, & alias pœnas contra hæreticos statutas: censendi sunt tamen grauitè peccare, cum ignorantia iuris, quod quis tenetur scire, nõ excuset, 3 quod satis sentit Innocentius 4 dum sentit differre clericos à laicis in materia credèdi fidei articulos, & clariùs Panormitanus, 5 quamuis nec ipsi, nec alij, quod sciam, hoc satis declarent. Sed probatur ratione illa irrefragabili, quod paria sunt scire, vel scire debere, 6 & constat grauisimè peccare illos, qui scientes, contrarium esse de fide, asserunt talia. ergo etiam qui nesciunt, si scire deberent, grauitè peccant, licet illa qualis qualis ignorantia & incogitantia cum fide implicita, & proposito saltem virtuali credendi quidquid nouerint, & aduerterint esse de fide, à pertinacia, censura, & aliis pœnis excuset. 5

Quinto, quod nullus prædictorum errorum, nec alius, si tantum mentalis fuerit, inducit excommunicationem, nec alias pœnas à iure statutas, licet verè sit hæresis, & peccatum mortale grauisimum. 6

Circa prædicta ergo alij peccant mortaliter, & sunt hæretici: alij peccant mortaliter, & non sunt hæretici, alij non peccant, vel solum venialiter.

Primi ordinis est primo, qui sciens, & aduertens contrarium teneri à sancta Catholica Romana Ecclesia, credit animam non esse substantiam, quæ per se subsistere possit, differrentem à corpore, quod informat. 1

Secundo, qui cum eadem scientia credit, eam esse corpoream, vel habere formam humanam in parua membra digestam. 2

Tertio, qui cum eadem scientia credit, eam simul cum corpore interire. 1

Quarto, qui cum eadem scientia credit animas creati ab angelis, vel esse de substantia, vel parte Dei. 3

Quinto, qui cum eadem scientia credit, omnes animas creati, antequam infundantur corpusculis. 4

Sexto, qui cum eadem scientia credit, animam non esse formam substantialem humani corporis. 5

Septimo, qui cum eadem scientia credit, posse nos saluari solis viribus naturalibus, & nostro libero arbitrio sine gratia speciali supernaturali. 6

Secundi ordinis sunt, qui prædicta credunt ignorantes, vel non aduertentes contrarium teneri à sancta Ecclesia Catholica Romana: quod si scirent, & aduerterent, non crederent illa: sed sunt personæ, quæ id scire, & aduertere debent. 7

Tertij ordinis sunt, qui credunt prædicta nescientes, nec scire debentes contrarium teneri ab Ecclesia. 8

*De anima potentiis, quatenus est vegetatrix, & sentiens.*

P R A E L V D. I I.

- 1 Anima potentia quid, & quotuplex.
- 2 Potentia sentiendi exteriores quinque, interiores quatuor.
- 3 Anima rationalis habet vim appetitiuam anima sensitua.
- 4 Sensualitas appellatur vis appetens sensibilis, irascibilis, & concupiscibilis.
- 5 Anima rationalis distinguitur à potentiis sensituis.

**D**E potentiis animæ, quatenus est vegetatrix, & sentiens, dicimus pauca. Primo, quod potentia, seu virtus, siue vis animæ, de qua hic agimus, est proximum principium operationis eius, vt satis colligitur ex sancto Thoma 5

Secundo dicimus, quod diuina bonitas eam ornauit omnibus potentiis, virtutibus, & viribus, quas habet anima

vegetans, siue vegetatiua, qua plantæ viuunt. adeo quidem, quod merito anima rationalis posset appellari vegetatrix, siue vegetatiua, vt resolutè ait Ioannes Maior. 6 Siquidem cum in homine, vt dictum est supra, 7 vna sola sit anima: & videamus eum nutriri, augeri, & perfici: & nutritum, auctum, & perfectum similem sibi generare, consequens planè est, eius animam habere omnes vegetatiuæ animæ potentias, vires, & facultates, quæ sunt tres. Nutritiua, quæ conseruat corpus. Augmentatiua, quæ auget & perficit illud: & Generatiua, quæ sibi simile producit, iuxta illud Aristotelis. 8 *Opera anima vegetatiua sunt tria, generare, alimentum tri, & augmentum facere*, vt declarat sanctus Thomas. 9

2 Tertio dicimus, quod eadem illa bonitas ornauit eam etiam potentiis, viribus, & facultatibus omnibus animæ sensitua. ad eodè quidem vt merito anima rationalis appellari possit sentiens, siue sensitua, vt rectè dicit Ioannes Maior. 10 Cum enim videamus, hominem mouere sese, efficitur eum habere potentiam motiuam animæ sensitua. Cum item perspicimus, eum sentire & cognoscere, consequitur, eum habere potentiam animæ sensitua cognoscitiuam; quæ diuiditur in interiorem, & exteriorem. Exteriorem exercet per potentias exteriores, quæ sunt quinque, Visus videlicet, Auditus, Odoratus, Gustus, & Tactus, quos recensit etiam glossa: 11 interiorem autem cognitionem sensitua exercet per potentias sensitua interiores, quæ sunt quatuor.

3 Prima est Sensus communis, cuius munus & officium est recipere interiùs cognitiones omnium, quæ prædicti quinque sensus exterius cognoscunt, & de illis iudicare. Secunda est Imaginariua, seu Cogitatiua, cuius munus est seruire omnia, quæ recipit Sensus communis. Tertia Æstimatiua, ad quam spectat recipere intentiones, quas animal naturaliter percipit, sed aliter quàm per sensus exteriores: vt est illa, quæ ouis æstimat lupum esse suum inimicum. Quarta est Memoratiua, cuius officium est cõseruare tantquam in thesauro intentiones, quas æstimatiua recipit, secundum sanctum Thomam, 12 qui 13 ait, Auicennam addidisse his quintam, videlicet phantasiam: sed superuacaneè, cum eius officium efficiat Imaginariua.

4 Quarto dicimus, quod hæc eadem anima nostra habet potentiam appetendi, quæ pollet anima sensitua, quia potest appetere ac tenuere, quæ per sensus prædictos cognoscit. Quæ quidem potentia appetitiua sensualitas vocatur à sancto Thoma, 14 quæ vox, quamuis non videatur latina, ea tamen vtitur etiam Magister. 15 vbi eam definit.

5 Quinto dicimus, quod hæc sensualitas, siue potentia, siue vis appetitiua sensitua diuiditur in concupiscibilem, & irascibilem. Concupiscibilis est illa, per quam anima humana, quatenus conuenit cum sensitua, potest appetere, siue velle, vel tenuere, siue nolle illa, quæ apprehendit conuenire, vel non conuenire per prædictos sensus, ea ratione quod conueniant, vel non conueniant. Irascibilis verò est illa, per quam audet resistere illis, per quæ impugnantur, vel per quæ impediuntur illa, quæ sibi conuenire videntur. Itaque potètia irascibilis propugnatrix est potètiæ concupiscibilis, vt dixit sanctus Thomas, 16 qui 17 probat prædictas duas potentias subdij rationi, eique obedire: licet quoad aliquid ei repugnet, & submurmurent. Quoniam dictante ratione, non esse expetendum, vel cupiendum, aut renuendum illud, aut illud, aut nõ esse resistendum illi, aut illi, aut omnino obediunt, aut certè refrænantur. Quod experientia palam docet, quoties ira, timore, audacia, amore, vel odio perciti, aut omnino, aut ex parte sedamur, considerando aliqua à nobis, vel ab aliis proposita rationi consentanea: sicut 18 Dauidis ardens ira extincta fuit per rationes & preces Abigail iustissimas. Amor item effrenatus, & furès Mariæ Magdalena, repressus & extinctus fuit per prædicationem Domini nostri Iesu Christi, diuinæ & humanæ rationi consentancam. 19

6 Sexto, quod satis grauis quæstionis est, An quælibet prædictarum potentiarum vegetatiuæ ac sensitua sit re ipsa idem, quod anima? In qua quidem quæstione illa videtur verior, facilior, & commodior sententia, quæ habet, nullam harum potentiarum, quas habet anima rationalis humana, quatenus est vegetatiua, vel sensitua cognoscitiua, aut appetitiua, esse idem quod ipsamet anima, eo quod

a Arg. e. accus. 1. princ. 2. 3. de heret. li. 6. b Vt præcisa si asserunt. c 5. notandū. posito sub c. si quem panis uis. 1. q. 4. cū gl. 2. omnia alia scribentibus. c. ignorantia. cum gl. 2. ei adnotati de reg. iur. li. 6. 2. tradit S. Tho. 1. 2. q. 70. ar. 2. 2. q. 90. a. 4. 2. q. 94. 53. ar. 2. d In dicto c. firmiter de sum. Trinit. 2. c. 2. e Vbi sup. f l. quod te mihi dare oportet. ff. de reb. cred. cū multis ibi à recentioribus allatis. g In quod factū est c. hac est fides. 2. q. 1. 2. c. dixit apostolus. ead. c. 2. q. 3. que latius tradit B. Anthonium. 2. partit. 12. c. 5. 5. 1. h Vt dicitur infra c. 11. 20. 22. i Sup. num. 2. 3. 10. k Num. 3. 10. l Num. 3. m Num. 4. n Num. 4. o Num. 5. p Num. 7. q Num. 10. 17. r Ibidem.

a In 2. li. sent. dist. 10. q. 2. b Pralud. 1. nu. 4.

c 2. lib. de anima. tex. 13. d 1. part. que. 78. ar. 1. 2. e In dicto 2. li. sent. dist. 10. q. 2.

f Leg. quod meo. ff. de ad qu. pos.

g 1. p. q. 70. a. 6. in corpore quæst. h In q. 78. ar. 4.

i 1. p. q. 81. a. 1. 2. c. 10. u. vigesimo secundo in pro. ammo clemensinar. 2. ab Innoc. 11. in c. 1. 5. in vertice. de sacra unctio. k In 2. li. sent. d. 2. 4.

l In dicta q. 81. ar. 2. m In seq. art.

n 1. Reg. ca. 25.

o Luc. c. 7.

61. p. q. 57. ar. 1. 2. q. 9. 79. pertinet.





a Prælu. 1. n. 12.

b l. qua de ro-  
ta. ff. de rei  
vendicat. &  
ca. pastoralis.  
§. item cum  
torum. de offi.  
deleg.  
c In 2. li. sent.  
dist. 20. q. 2.  
d In prælu. 1.  
nu. 4.  
e Nm. 10. &  
17.

omnes prædictæ potentia constant & sunt compositæ ex aliqua parte corporis & ipsamet anima: sicut totus homo constat ex anima, & toto corpore. Et ita sicut totus homo non est sola anima ipsius, ut prædictum est, ita partes illæ hominis, quæ sunt potentia sensitiva, & organa sensuum ipsius non sunt sola anima, ex qua & aliquibus partibus corporis constant, quia eadem ratio, quæ est de toto ad totum, est de parte ad partem b quod longè dilucidius, quam alij omnes tradit Ioannes Maior. c

Circa potentias animæ humanæ nullus ferè peccat, credendo illud, aut illud, nisi qui scit, vel scire debet, vnam tantum animam (rationalem scilicet) esse in homine, iuxta dicta supra d & nihilominus credit, animam rationalem non sentire, sed solum intelligere: quia consequenter videtur confiteri, plures animas esse in homine, quod est erroneum. An autè id sentiens sit hæreticus, vel peccet mortaliter, facile colligitur ex prælu. 1. e

De potentiis animæ, quatenus est rationalis, siue intellectiva.

PRÆLVD. III.

- 1 Anima rationalis quas potentias habeat: & an sint ipsa. 2.
- 2 Anima & memoria non differunt: sicut nec intellectus & ratio. 3.
- 4 Anima cur appellatur intellectus, memoria, intellectus agens, intellectus possibilis: & ratio, tum superior, tum inferior.
- 5 Anima appetitus, & intellectus variè appellatur.
- 6 Appetendi & noscendi vis intellectiva, ut differt à sensitiva.
- 7 Intellectus an potior voluntate.
- 8 Voluntas & intellectus vario modo animam mouent.
- 9 Appetendi vis diuiditur ut sensualis.
- 10 Anima sola rationalis habet liberum arbitrium.
- 11 Liberum arbitrium non esse homini hæresis.
- 12 Liberum arbitrium, ut sufficit ad cadendum, & non ad surgendum.
- 13 Gratiam gratum facientem primam nemo de cōdigno meretur.
- 14 Gratia Dei qua sita sine dono perseverantia non perdurat.
- 15 Anima plura noscit ut rationali, quam sensitiva.
- 16 Anima ut noscit se, & angelos, & vtriusque actus.
- 17 Anima & angelus non cognoscunt per suas essentias, ut Deus per suam.
- 18 Homo imago Dei est quoad mentem, non quoad corpus.
- 19 Imago Dei est mulier sicut vir.
- 20 Homo imago Dei quoad naturam, potentias, & actus.
- 21 Homo qua via Deum vnum & trinum melius cognoscit.
- 22 Generatio, & processio in diuinis spiritualissima.

**I** E potètiis animæ, quatenus est rationalis, siue intellectiva dicimus sequentia. Primò, quòd Deus Opt. Max. donavit animam rationalem humanam non solum præfatis potentiis, quibus decoravit animam vegetatiuam, & sensitivam: sed etiam aliis duabus longe nobilioribus, videlicet potentia intelligendi, quam scholæ intellectum appellant, & potentia appetitiua, siue appetendi, quam eadem voluntatem nominant.

Secundo dicimus, quòd sanctus Thomas cum suis affectis f ait, illas non esse animam: sed ab ea, & inter se re ipsa differetes, ita ut anima sit substantia: intellectus verò & voluntas duo accidentia diuersa inseparabiliter ab ea emanantia. Scotus autè contra tenet s cum suis sequacibus, & omnibus Parisiensibus, exceptis Dominicanis, ut testatur ibidem Ioannes Maior. h qui eam per multas propositiones dilucidius, quam alij omnes ibi explicat: sicut ecòtrario Gabriel diffusus aliis obumbrasse videri potest. Equidè Scoto magis accedo. tum ob eius rationes, tum quia cum parū, immo nihil referat quoad salutem animæ, de qua tractamus, vtram harum teneamus, per hanc vitam multas difficultates, quæ multum laboris, & parum utilitatis ingerūt. tum quia ipsemet S. Thomas, i ait, memoriam non esse potentiam separatam ab intellectu: & ante k affirmat, intellectum possibilem non separari ab intellectu agente, nec speculativum à practico, l nec rationem ab intellectu: nec rationem superiorem ab inferiori. m Ad quæ omnia dicenda vir sanctissimus, itidemque doctissimus eo mouetur, quod absque necessitate non sunt res multiplicandæ, iuxta illud

f 1. p. q. 76. ar. 1. sent. dist. 3. q. 4. ar. 2. & de anima. ar. 12. & alibi se p. d.

g In 2. li. sent. dist. 10. h Quæstio. 1. i In dicta 1. p. q. 76. ar. 7. k In eadem q. 4. 1. 3. & 4. l Ibidè ar. 11. m Ar. 8. & 9.

**A** Aristotelis, a Frustra sit per plura, quod fieri potest per pauciora. Id quod non latuit glossam b & æquè ferè facillè sustineri potest, quod hæc duæ potentia, intellectus scilicet, & voluntas sint vna & eadem res inter se, & cum anima ipsa, & quod memoria & intellectus sint vna, & eadem potentia. tum deniq; quod clarissimus ille iuxta ac sanctissimus rerum vtilium doctor Isidorus, quem nemo eorum citat, in hac fuit opinione c eamq; declaravit quam breuissimè per hæc verba, Hæc (videlicet potentia) ita adiuncta sunt anima, ut vna res sit: pro efficientiis enim causarum diuersa nomina sortita est anima. nam & memoria mens est: unde & immemores dicuntur amentes. dum ergo vivificat corpus anima est: dum vult, animus est: dum scit, mens est: dum recolat, memoria est: dum rectum iudicat, ratio est: dum spirat, spiritus est. Quæ quidem verba aperte sonant, animam pro varietate officiorum variis appellari nominibus. non quidem eo quod illæ vires & potètiæ sint ab ea, vel inter se re distinctæ: sed eo quod diuersos, & distinctos effectus operatur per illas. Quemadmodum Deus ipse, cum sit vna res simplicissima, tamen quia infinitas vires habet, & infinita operatur, infinita sortitur nomina: cū tamen nihil sit in eo, quod non sit ipsiusmet substantia, d & sicut vnus & idem homo propter varia officia, varia sortitur nomina: dicitur etenim pater, quia filiū habet, rex, quia regnum, & comes, quia comitarum.

**B** Tertio dicimus, quod anima humana, quatenus habet vim intelligendi, variè appellatur. Nam appellatur intellectus, qua ratione intelligere potest: & intellectus agens, qua ratione agnoscit & agit cognitiones & notitias: intellectus verò possibilis, quatenus recipit eas: memoria verò, quatenus eas recolat, secundū Aristotelem. e ratio autem dicitur secundū Augustinū f quatenus aliud ex alio deducit. quod pulchrè declarat S. Thomas, g pars verò superior rationis secundū eundè Augustinū h eo quòd intendit æternis concupiscendis, & considerandis, pars verò inferior rationis, quatenus intendit temporalibus gubernandis, quòd latius declarat idem Thomas, i & Magister, & alij: k intellectus verò speculativus quatenus id, quòd intelligit, non ordinat ad opus: practicus autem, quatenus id, quòd intelligit, ordinat ad opus, ut idè declarat l iuxta illud Aristei m Intellectus speculativus per extensionem sit practicus.

**C** Quarto dicimus, quod eadem anima variè appellatur, quatenus habet vim volendi, vel nolèdi rationalem. appellatur enim propriè animus, ut Isidorus ait, n appellatur itè à vulgo voluntas: quamvis à nullo auctore linguæ Latinæ idoneo, quem legerim, sic appelleretur. Nam ille actus volendi, vel nolendi, qui barbarè dicitur volitio, vel nolitio, est Latinè voluntas, ut docet Marcus Tullius, o ibi: Appetitionem, quam Græci βούλησιν appellant, nos voluntatem vocamus. Quod ipsum sentit Aug. p ibi: Voluntas est animi motus ad aliquid imitandum, vel non imitandum. Appellatur etiam spiritus à Paulo, q ibi: Caro concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. vbi spiritus significat concupiscètiā spiritualium, ut colligitur ex S. Thoma. r Appellatur item appetitus intellectivus vulgariter. Verumtamè quia loquendū est ut plures, vim, seu potètiā intelligèdi appellabim⁹ intellectu: vim verò, seu potètiā volendi, aut nolendi voluntatè, ut vterque, tam Scotus, quam S. Thomas appellat: s

**D** Quinto dicimus, quod ex iis infertur, quod voluntas, quæ est vis, & potentia volendi, & appetendi intellectiva longè differt à vi, seu potètiā volendi, seu appetendi sensitiva. tum quod illa a ad plura extenditur. tum quod hæc appellatur sensualitas, ut in proximè præcedenti prælu. diximus, iuxta illa, quæ tradit Aristoteles: quæ subtiliter tractat vterque Thomas, v illa verò à vulgo appellatur voluntas, seu potentia, vel vis appetitiua, siue rationalis. tum ob illud Pauli, x supra relatū, Caro concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem, vbi per carnem, significatur sensualitas: per spiritum autem voluntas superior. tum quia experimur, nos velle aliqua per sensualitatè, à quibus abhorremus per vim appetitiuam intellectivā, iuxta illud eiusdè Pauli. y Sentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. tum quia potentia appetitiua sensitiva, siue sensualitas, non est ipsa anima: sed pars quædam hominis cōposita ex anima, & materia, siue corpore, in qua est vis appetitiua sensitiva. Voluntas autem est secundū opinionem, quam sequimur, ipsa anima pura: secundum verò sanctum

a Physicor. 6. b In princ. & in fin. dem. 1. de sum. & tr. & fid. catho.

c 11. libr. originum, siue etymologiaru ca. 1.

d Iuxta c. firmiter. de sū. Trinit. & fide catho. adiuncta gloss. in verb. simplex omnino. & tradit Aquinas 1. p. q. 3. & q. 9. a. 1.

e Lib. 3. de anima. f Libr. 3. super. Genes. ad literam, c. 20. g In 1. par. q. 79. ar. 8. h Ibidem ca. 13.

i In dicta. q. 79. a. 9. k In 2. lib. sent. dist. 24. l In q. 79. a. 11. m 3. lib. de anima, tex. 49.

n Vbi supra. o 4. libr. Tuscula.

p Libr. 1. Retractat. c. 15. & c. 1. §. 1. 15. q. 1.

q Ad Galat. 5.

r Ibidè lect. 4. & 1. 2. q. 70. artic. 4. in corpor. q.

s Vt infra in 8. dicto nu. 13. dicitur. t 3. de anima, v. In 1. p. q. 80. ar. 2.

x Ad Galat. 5.

y Ad Romā. 7.



Thomam est accidens quoddam inseparabiliter ab essentia animæ fluens, ut dictum est.

7 Quibus quidē omnibus addo asseri ab omnibus, quod alia ratione voluntas, siue anima velle potens mouet intellectum, siue seipsam intelligere potētem: & alia anima, quatenus est intellectus, voluntatem. Voluntas enim mouet intellectum veluti volendo, & imperando, ut agat illud, aut illud: intellectus autem mouet voluntatem presentando ei obiectum, & rationem, qua illud velle, aut nolle debeat, ut declarat S. Thomas. a

8 Sexto dicimus, quod sicut sensualitas, & potentia appetitiua animæ humanæ sensitua comprehendit vim irascibilem, & concupiscibilem, quæ non re, sed tantum ratione differunt: sic potentia, & vis appetitiua animæ intellectiua continet sub se irascibile, & concupiscibile eiusdē partis intellectiua, per quas non solum potest facere id, quod faciunt concupiscibilis, & irascibilis sensualitas circa sensilia: sed etiā circa ea, quæ tantum sunt intelligibilia, & potest concupiscere ea omnia, quæ cognouit per sensum, vel rationē conuenire, & renuere contraria: quod est officium partis concupiscibilis. Potest itē renuendo resistere omnibus impugnantibus, vel conuenientia impediētibus, quæ cognoscit esse talia, siue per sensum, siue per intellectum: quod est officiu irascibilis, ut colligitur ex S. Thoma. b

9 Septimo dicim⁹, quod licet anima humana ea ratione, qua est sensitua nō habeat liberū arbitriū: habet tamen illud, qua ratione est intellectiua. tū per illud, c *Deus ab initio constituit hominē, & reliquit eū, in manu cōsiliij sui*, id est, libertate arbitrij sui, secundū glossam eiusdē, & S. Thomā, d tum quia liberē eligit, & refutat per potentia, siue vim appetēdi ea quæ sibi representantur à potentia, siue vi intelligēdi, & iudicādi, ratiocinādo, quod iustissimē docet Magister e cum aliis in eū cōmentantibus, & S. Thomas: f tū quia hoc distat inter inanima, & animata sola anima vegetatiua tantum ex vnā parte, & animalia bruta ex altera, & hominē ex tertia, quod prima agunt sine iudicio proprio: alia cū iudicio proprio, sed naturali, nō libero: homo verò ex iudicio proprio libero, potēti diuersa eligere. Nec ideo putet quis, liberū arbitriū esse actū, vel habitū naturalem infusum, vel acquisitum alicuius potentia: quia immo est ipsa potentia animi, ut concludit S. Thomas g post Magistrū, h vbi idē S. Thomas & alij idē affirmāt: & cum per supra dicta, i nō distinguatur re ab anima, secundum eos, quos in hoc sequimur, sed solum ratione, consequitur liberū arbitrium esse ipsammet animā ea ratione, quod cognoscēdo aliquid per vim intelligēdi potest liberē illud velle, vel nolle per vim appetēdi: & ideo nō abs re definitur à prædictis esse facultas voluntatis & rationis: quia in eius exercitio oportet interuenire actū cognoscēdi, & ratiocinādi, seu cōsultādi, qui pertinet ad intellectū, seu vim intelligēdi, & actū eligēdi, qui pertinet ad voluntatē, seu vim appetēdi. Itaque anima est, & dicitur liberum arbitrium ratione præfata.

10 Cæterum circa liberum hominis arbitrium duæ sunt hæreses. Altera est Lutheranoꝝ, vel potius antiqua Albanensium per impium Lutherum renouata, quæ omnino negat inesse homini liberū arbitriū. Altera est Pelagianoꝝ, quæ habet ( ut restatur B. Aug. k tantū esse illi liberi arbitrij, ut per illud solū sine speciali gratia possit iustificationē mereri. Quarū prior reprobatur nō solum à S. Thoma vbi supra, & latissimē à Castrensi, l & à quamplurimis aliis alibi: sed etiā à sacrosancto Concilio Tridentino m in canonibus de iustificatione, quorū quartus sic habet, *Si quis dixerit, liberū hominis arbitriū à Deo motū, & excitatū nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocati, quo ad obtinendam iustificationis gratiā se disponat, ac præparet, neque possit dissentire, si velit, sed veluti inanime quoddā nihil omnino agere, merēque passiue se habere: anathema sit.* Quintus verò sic inquit, *Si quis liberum hominis arbitriū post Adæ peccatum amissum, & extinctū esse dixerit, aut rem esse de solo titulo, immo titulu sine re, figmentum denique à Sabana inuentū in Ecclesia: anathema sit.* Sextus demum sic: *Si quis dixerit, non esse in potestate hominis, vias suas malas facere, sed mala opera, ita ut bona Deū operari, non permisiue solum, sed etiā proprie, & per se: adeo, ut sit proprium eius opus non minus proditio Iude, quam vocatio Pauli: anathema sit.*

11 Cuius rei consideratio valde nobis profuerit: multum etenim nos ad eius gratiam perendam, & flagitandam sub-

mittet, reputare nobiscum, posse quidem nos mala facere per solum nostrum liberum arbitrium: bona verò, quæ iustificiant ad vitam æternam consequendam nequaquam. Posterior verò hæresis prædicta Pelagianoꝝ, damnata olim in conc. Mileuitano, a nuper ite: um damnata fuit à sacro Conc. Trident. b Primus sic habet: *Si quis dixerit, hominem suis operibus, quæ per humana natura, vel per legis doctrinam fiunt, absque diuina per Iesum Christum gratia posse iustificari coram Deo: anathema sit.* Secundus verò sic: *Si quis dixerit, ad hoc solum diuinam gratiam per Christū Iesum dari, ut facilius homo iuste viuere, ac vitam æternam promereri possit: quasi per liberum arbitrium sine gratia vtrumque, sed agere tamen, & difficulter possit, anathema sit.* Canon verò tertius sic ait: *Si quis dixerit, sine præueniente Spiritus sancti inspiratione, atque eius adiutorio, hominem credere, sperare, diligere, aut penitere posse, sicut oportet, ut ei iustificationis gratia conferatur: anathema sit.*

12 Quibus addendum, quod etiam ad persādum in gratia iam quaesita, & perseuerandū in ea ad finem vsque, egeamus auxilio Dei speciali, ut probat Aquinas communiter receptus. c Immo & Concil. Trident. declarauit d contrarium esse hæresim. Quare summo studio nitamur eā querere, & quasitam conseruare, ne Deus noster non minus iustus, quam misericors, videns nostram in ea querenda officiantiam, & in eadem conseruanda negligētiam obiiciat nobis illud. e *Abcondam faciem meam à vobis, generatio enim peruersa estis, & infideles filij*: à qua nos indignatione misericordia eius infinita liberet, Amen.

Quæ autem gratia requiratur ad merendum de condigno, & si qua, & quæ etiam quoad bene operandum moraliter tantum, dicemus infra. f

13 Octauo, quod longè plura potest anima nostra cognoscere, & appetere, quatenus est rationalis, quam quatenus est sensitua. Nam quatenus est sensitua nihil aliud cognoscere, vel appetere potest ( ut prædiximus ) quam corporea, & sensilia: quatenus verò est rationalis potest cognoscere, ac appetere primum omnia sensilia, etenim ad ea omnia quamlibet materialia, corporalia, & singularia prædicta illius potentia se extendunt per notitias, & appetitus immateriales, secundum omnes: licet de modo, qui parum facit ad conscientias, inter eos omnes non conueniat, ut videre est per vtrumque Thomam. g

14 Deinde potest etiam cognoscere & appetere omnia vniuersalia insensilia, incorporalia, & spiritualia: puta se ipsam, & suos actus interiores: angelos item: & eorū actus immo & Deum ipsum aliquo modo, & in eius simplicissima, indiuiduāque substantia Sanctissimā Trinitatē personarū ( licet non naturali lumine ) iuxta illud collectæ eius diei festi, *Qui dedisti famulis tuis in confessione vera fidei, æterna Trinitatis gloriā agnoscere, & in potentia maiestatis adorare vnitatem.* Nō tamē dicimus, Deū esse primum, quod cognoscimus, cum communiter per cognitionē creaturarum ( quæ sunt eius vestigia ) in illius, qui est causa earū, agnitionem veniamus, iuxta illud Pauli. h *Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur*: vel per doctrinam, seu prædicationem magistrorum, i quæ omnia latius fundari possunt per ea, quæ tradit Angelicus doctor. k

Nono dicimus, quod anima nostra cognoscit se per intellectus sui actum, suam naturam considerando: quæ consideratio tam utilis erit ea vtentibus, quam eius negligentia nocens ea non vtentibus, iuxta S. Thomā l qui m cōcludit, animam nostram per vim intellectus cognoscere proprium actum intelligendi iuxta illud B. Augustini n *Intellego me intelligere.* Immo & proprium actum volēdi, iuxta illud eiusdem ibidem, *Intellego me velle*: per quem modum, etiā in statu præfenti, possumus intelligere Angelos, saltē imperfectè, & per similitudinem, etiā affirmatiuè aliquid cognoscere de illis, ut declarat diuinus Thomas. o

15 Decimo dicimus, quod inter cognitionē Dei, & cognitionē Angeli, & anima nostræ plurimum interest. Deus enim sua simplicissima essentia, sine vlla alia qualitate, vel accidente, & sine vllō discursu se, cunctāque alia simul intelligit: Angelus verò, & anima nostra nihil cognoscunt, per suas ipsorū essentias: sed per qualitates sibi inherentes. Siquidem omnis tam Angeli, quam animæ nostræ intelligentia, notitia, & cognitio est quædam qualitas, & accidens reale distinctum ab eis, & eorum potentiis, inherens

a 1. 2. q. 9. a. 1.

b In dicta q. 82. a. 3.

c Eccl. 15.

d 1. p. q. 21. a. 2. & 2. 2. qu. 140. art. 1.

e 2. lib. sent. d. 24.

f In dicta 1. p. q. 83. per quæstor articulos.

g 1. p. q. 83. a. 2.

h In 2. li. 2. d. 24.

i Num. 8.

Anima est liberum arbitrium.

k In lib. de hæresi ad quod vult Deum. c. 88.

l In lib. 9. aduersus omnes hæreses, verbo libertatis. in prin. m Sess. 6. de iustificat. cano 4. s. 6.

a Can. 3. & c. 4. & 5. relatis in tribus c. vlt. de cōsecr. dist. 4. b Prædicta sess. 6. de iustifica. per tres can. 1. 2. & 3.

c 1. 2. q. 109. a. 10. & q. 114. ar. 2. & in 2. lib. sent. q. 38. art. 4. d In dicta sess. 6. c. 13. & 22. e Deutr. 32.

f Cap. 27. nu. 290.

g 1. p. q. 86. a. 1.

h Ad Romā. 1. i Ad Roman. 10. & ca. cum inuincito de hæres. k 1. p. q. 88. a. 1. 2. & 3. l In dicta 1. p. q. 87. art. 1. m In ar. 3. & 4. n 9. de Trinit. cap. 3.

o 1. p. q. 88. a. 1.

illis:



a Vbi supra  
a.2. & 4. &  
de anima ar.  
16.

b Gen. 1.

c In lib. octava  
gignatur qu.  
num. 9. 51.  
d i. p. 9. 93. a  
& 4.

e Vbi sup.  
fle. si quis in  
metallum. C.  
de pan.

g In practica  
to lib. octava  
gignatur qu.  
num. 9. 51.  
h In dicta 9.  
93. a. 0. ad 1.  
i Vbi supra. n.  
4.  
k i. Cor. 11.  
l Lib. questio  
veteris test.  
qu. 45. relatu  
in c. hac ima-  
ge. 13. 9. 5.

m Vbi sup.

Anima no-  
stra quomo-  
do sit imago  
Dei secundum  
sua potentia.

N. H. 11. 5.  
Trinitas per  
nostram animam  
adbratur.

illis: quæ colliguntur ex S. Thoma. <sup>a</sup> Inter Angelum autem, & animam nostram hoc interest, quod hæc intelligit componendo, & diuidendo ea, quæ actu simplici apprehendit, & ratiocinando, seu aliud ex alio ex eis deducendo: Angelus verò sine villo discursu simul ac quidditatem rei cognoscit, omnia, quæ illam consequuntur, apprehendit.

16 Undecimo dicimus, debere nos quammaximas gratias Deo agere, eo quod non solum dederit nobis esse, vt aliis creaturis suis inanimis: & viuere, vt plantis: & sentire, vt bestiis: sed etiam sapere, & intelligere, vt Angelis: & ita effecerit nos imagines sui ipsius, iuxta illud: <sup>b</sup> *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*: quæ imago Dei non consistit in corporali figura, neque in esse, vel sentire: sed in esse intellectualem, quo præstat cæteris animalibus, secundum D. Augustinum. <sup>c</sup> & in sapere, & intelligere, & aptitudine ad cognoscendum & amandum eum, vt inquit S. Thom. <sup>d</sup> quod quidem beneficium nullis aliis creaturis concessit, præterquam Angelis: qui eò maiorem eius imaginem, quam homo gerunt, quò magis intellectualem naturam habent. Vnde neque homo quoad alias partes, quam quoad mentem gerit prædictam Dei imaginem: sed solum vestigium, sicut & alia creaturæ, vt declarat idem S. Thomas. <sup>e</sup>

Nec obstat flex si quis quatenus habet, faciem hominis non esse maculandam aliqua nota præna, eo quod ad imaginem pulchritudinis cælestis est figurata. Quia non significat, vt aliqui putant, imaginem Dei, quæ est in homine, esse secundum faciem corporalem, & ideo non esse maculandam: sed solum insinuat, corpus hominis erecta facie longè aptius esse ad contemplantum cælum, & ad significandum imaginem Dei, eius in mente reconditam, quam cæterorum animalium: & propterea maius vestigium relucere in eius corpore ( præsertim facie ) quam in aliis, vt ait Augustinus, <sup>f</sup> & declarat S. Thomas, <sup>h</sup> & ideo non esse maculandam.

17 Duodecimo dicimus, quod hæc imago Dei ita est in muliere, ac in viro, vt post, & ante alios concludit S. Thomas, quia vterque habet animam rationalem, & intellectualem naturam. Nec obstat illud, <sup>h</sup> *Vir est imago Dei, mulier verò imago (alias gloria) viri*. Nec illud Augustini. <sup>i</sup> *Mulier ad imaginem Dei non est facta*. Non, inquam, hæc obstant, quia non agunt de imagine Dei principali, quæ consistit in essentia hominis: sed de alia minus principali, quæ consistit in productione, & processione. Nam quo ad hanc vir dicitur similis Deo: eo quod sicut ille à nullo alio est, ita vir ex nullo alio homine processit: mulier autem processit à Deo assumente illam ex homine, vt sentit sanctus Thomas. <sup>m</sup>

18 De imotertio dicimus, quod anima nostra non solum est imago Dei, secundum suam naturam intellectualem: sed etiam secundum suas potentias, & actus: quia non solum, quatenus est apta ad cognoscendum, & amandum Deum est illi similis: sed etiam quatenus habet vim memorandi, & volendi. Primo, quia sicut Deus ille summus, habens in se simplicissimam substantiam potest meminisse, intelligere, ac velle sine vlla immateriali qualitate: ita & anima nostra habens immortalem substantiam potest meminisse, intelligere, ac velle sine aliqua materiali qualitate: licet non sine immateriali, vt Deus. Secundo, quod sicut in illa summa, vna, diuina, & indiuidua essentia sunt tres personæ, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: ita & in anima nostra vna, & indiuidua sunt tres potentia, memoria, intellectus, & voluntas. Tertio, quod sicut in illa summa, & indiuidua substantia est Pater, qui cognoscendo se generat notitiam & imaginem sui, quæ est Verbum, & Filius eius, ei consubstantialis & rursus Pater, & notitia illa, & Verbum supremum quod est Filius, amando sese producant summum illum mutuum amorem sui consubstantialem, qui est Spiritus sanctus: ita in essentia animæ nostræ ipsa sese intelligendo per suum intellectum generat notitiam sui, quæ est eius imago: & per illam notitiam, quæ eius est imago, & voluntatem generat sui amorem. Quarto, quod sicut Filius genitus à Patre, non est Pater, neque Spiritus sanctus: nec Spiritus sanctus productus à Patre & Filio, est Pater, aut Filius, aut vterque: ita neque imago illa, quæ est filia quædam animæ, est ipsa anima, siue intelle-

A ctus, nec amor sui productus ab ea, & à notitia sui, qui est quidam filius eius, est ipsa, nec intellectus, nec voluntas. Est tamen immensa differentia: quia notitia illa, imago, & Verbum à Patre productum est substantia, & consubstantialis eius imago coæterna: amor item ille summus à Patre, & Filio productus est substantia, & consubstantialis coæterna vtrique: at Verbum, & imago, & notitia nostræ animæ, intelligendo se genitam est accidens, & accidentaria forma: similiter & amor à notitia, & voluntate productus est accidens, & non substantia, & recentior ea: quæ omnia sunt ex mente omnium. <sup>a</sup>

B 19 Decimoquarto dicimus semper memorandum esse id, quod sentiunt B. Augustin. <sup>b</sup> & Bernardus <sup>c</sup> optimam nempe viam perueniendi in Dei cognitionem esse per cognitionem exteriorem vagam introire in cognitionem nostræ animæ stabilem: & per eam satis ruminatam ascendere ad cognitionem eius diuinæ maiestatis. Quibus addo, quod omnium excellentissima via perueniendi ad qualem qualem illius summi summæ Trinitatis mysterii, & personarum diuinarum emanationis cognitionem est consideratio eorum, quæ proximè superiori Corollario continentur: per quam stolidi illa, & pudenda imago natio eorum, qui generationem filij Dei, & processione in Spiritu sancti imaginantur veluti corporalem, exploditur, & longè abigitur: qua in re, multos multum errare, nouimus: & in iis quendam gente Iudæam, & professione Christianam, qui ab hinc triginta plus minus annis plurimum in hac alma vrbe valuit, & maximis laqueionibus, & astutiis officio sanctæ Inquisitionis in Lusitania regna introducendo frustra obstitit. Is enim omnes leges, & sectas expertus ad spurcissimam Mahometis sectam tandem transfugit, eam, quæ Iudæorum est, eo exotus, quod diceret, nullum Iudæum, quæ sibi vir bonus videretur, vnquam inuenisse: Christianam verò, quam dicebat sibi ex omnia parte placere, eò respiciens, quod firmiter doceret, & crederet, Deum habere filium: quod ei videbatur impossibile: quale profecto, immo impossibilissimum videri debet, stolidè, nefandè, ac hæreticè imaginanti ( vt ille imaginabatur ) generationem filij Dei esse corporalem: possibile verò immo & infinita Dei omnipotentia dignissimum contemplant, generationem illam esse ter spiritualissimam, vt sancta mater Catholica Ecclesia Romana sanctè contemplant: contemplant, inquam, & quam submississimè iuspicienti, & adoranti. Scio item, multos multum sibi profuturos, si sæpe memoria voluerint generationem illam Filij Dei, qua Pater æternus, vt memoria fecunda, generat Filium, qui est summa notitia, & imago ei: & productione illam, qua Pater & Filius producunt Spiritum sanctum, summum vtriusque amorem esse spirituales, & quadamtenus similes generationi spirituali, qua in essentia animæ nostræ memoria fecunda generat ipsius notitiam, & imaginem: & rursus illa, & voluntas eiusdem amorem producant.

C Contra dicta errat. Primo qui credit non esse homini liberum arbitrium. <sup>d</sup> Secundo, qui credit liberum arbitrium sufficere ad benemerendum gratiam de condigno. <sup>e</sup> Tertio, qui credit Angelos, vel animas se solis sine accidentibus cognoscere. <sup>f</sup> Quarto, qui credit, hominem esse imaginem Dei quoad corpus. <sup>g</sup> Quinto, qui credit generationem in diuinis esse corporalem. <sup>h</sup>

D Quis autem horum peccet mortaliter, & sit hæreticus, & excommunicatus: & quis tantum peccet mortaliter, & non sit hæreticus: & quis non peccet saltem mortaliter, colligitur ex prælud. <sup>i</sup>

E De summa beatitudine, & summa miseria.

F PRÆLVD. IIII.

- 1 Beatitudinis & miseria aterna notio magnum ad penitentiam calcet.
- 2 Finis quid: duplex vltimus, & medius, & quid vterque.
- 3 Finis multiplex, verus falsus cuius, & quo, & quid sint.
- 4 Finis vltimus & beatitudo idem.

a In 1. lib. 57.  
dis. 2. 9. 5.  
Tho. 1. 2. 9. 93.  
ar. 7. 9. 93.  
d. m. i. 1. 10.  
j. n. e. m. d. 1. 1.  
3. 9. 4. 4. 1. 9.  
9. 5.  
b In c. 3. 10.  
l. 1. 1. 1. 1. 1.  
c In ca. 1. 1. 1. 1. 1.  
d. 1. 1. 1. 1. 1.

Generatio in  
Deo est spiri-  
tualissima &  
possibilissima.

d Nu. 10.

e Nu. 11.

f Nu. 12.

g Nu. 13.

h Nu. 14.

i Nu. 16. &  
17.





- 5 Beatitudo essentialis est actus intellectus S. Thoma, voluntatis Scoti.
- 6 Beatitudo quid sit, & quocuplex.
- 7 Deus est quidquid in eo est.
- 8 Beatitudo est actus, & non habitus, neque potentia.
- 9 Beatitudo sine cognitione, & amore Dei esse non potest.
- 10 Beatitudo vera duplex perfecta, & imperfecta.
- 11 Beatos non videre Dei essentiam asserere hereticum.
- 11 Beatitudinem perfectam non facit cognitio Dei confusa, neque demonstrata, neque fidei, sed intuitiva.
- 12 Beatitudo perfecta vt secuta: & quid imperfecta.
- 12 Paulum & Moysen non fecit beatos visio Dei transitoria.
- 13 Dei visio intuitiva inseparabilis à gaudio, & delectatione.
- 14 Beatitudo ab omnibus intentis, paucis est nota.
- 15 Beatitudo creatura obiectiua increata, sed formalis creata.
- 16 Beatitudinem perfectam viribus naturalibus quari, asserere hereticum.
- 17 Beatitudo humana duplex, perfecta & imperfecta.
- 18 Beatitudo imperfecta, qua magis ad perfectam accedit.
- 19 Beatitudo perfecta satiat animum cunctis cupitis, que sunt hac.
- 20 Miseria quid, & quocuplex, & eius partium definitio num. 21.
- 22 Miseriam inferni esse interminabilem, est de fide.
- 23 Miseria summa quatuor gradus.
- 24 Poena summè miserorum supremi gradus septuplex.
- 25 Beatitudo summa, & miseria ei contraria sunt explicitè credenda.
- 26 Peccata ad plangenda hæc præcipue mouent.



**D**E summa beatitudine, & summa miseria dicimus sequentia. Primo, quod quia vix aliquid aliud magis nos ad verè penitendum mouere potest, quam earum frequens consideratio, ideo expedit eas ob oculos hoc in loco proponere: præsertim cum etiam ethnicus Persius carpsit illum, qui vltimum finem, in quem est creatus, non sibi proponit, vt scopum, in quem suas actiones dirigat, per illa verba.<sup>a</sup>

*Est ne aliquid quò tendis, & in quod dirigis arcum?  
An passim sequeris cornos, testaque iudique,  
Securus quò pes ferat, atque ex tempore viuus?*

Cuius quidem finis & scopi definitio, & inquisitio quamplurimorum Philosophorum ingenia frustra exercuit. Nec enim plenè satisfecit operosa illa hac de re Aristotelis inquisitio, <sup>b</sup> & longè minus verbosa illa Marci Tullij, <sup>c</sup> quæ profecto non sunt tanti facienda, quanti ego ea olim adolescens faciebam: imitatus gloriopetas illos, qui malunt veritatem discere per ambages ex ethnicorum Philosophia obscura & nubila, quam recta ex Euangelio claro & sereno, à sacris doctoribus exposita.

2 Secundo, quod nuper <sup>d</sup> definiuimus ex mente Aristotelis, <sup>e</sup> finem esse bonum, verum vel apparens, quod propter se appetitur, facit, vt aliud propter ipsum appetatur. Cuius definitionis declaratione breuitatis studio hic non reuerita, ad memoriam reuocamus, quòd ibi, <sup>f</sup> diuisimus finem in vltimum & medium. Vltimus est, qui propter seipsum solum amatur: & hic est duplex. Alter est verè vltimus, & omnium creatoris scopus, qui propter se tantum, & nõ propter aliud est amabilis: qualis est solus Deus, vt probat S. Thomas, <sup>g</sup> quippe qui super omnia est diligendus. <sup>h</sup> Alter est falsus, quem falsi homines pro sua falsa imagine impudentissimè, stolidissimèque tacite, vel expressè fingunt, & adorant, iuxta illud Apostoli, <sup>i</sup> Quorum Deus ventris est. qualis erat voluptas Epicuro, in quem Marcus Tullius duos libros <sup>k</sup> ferè prodegit. Finis medius est, qui propter se, & propter aliud amatur: qui etiam est duplex. Alter verè melius: ille scilicet, qui verè est propter se, ac propter aliud amabilis: quales sunt virtutes: & honesta omnia, secundum Ambrosium. <sup>l</sup> Alter false medius: ille scilicet, qui non potest esse amabilis propter se: qualis est pecunia, vel non est amabilis propter aliud: qualis est Deus.

3 Tertio dicimus, quod etiam <sup>m</sup> diuisimus finem, in finem cuius, & in finem quò licet hæc nomina Ciceronianis parum probentur. Finis cuius est id, in quo est ratio boni: finis autem quò, adeptio & possessio, siue vsus, vel fructio eius: vt auari finis cuius est pecunia, in qua est ratio boni: finis verò quò, est adeptio, possessio, & vsus eius, vt

**A** declarat S. Thomas. <sup>a</sup> & ita finis, & scopus cuius totius humana vitæ est ipse Deus optimus maximus, semperque benedictus, in quo est summa & infinita ratio boni: finis verò quò, eius adeptio, & possessio, siue fructio.

4 Et consequenter alius est finis vltimus noster cuius, & alius finis vltimus noster quò: & quia vltimus finis noster cuius, & obiectum beatitudinis nostræ, siue beatitudo obiectiua, idem sunt: & finis vltimus noster quò, & adeptio finis cuius, siue beatitudo essentialis nostra, etiam idem sunt: consequitur aliud esse beatitudinem nostram essentialem, & aliud eiusdem obiectum, secundum omnes Catholicos in locis prædictis, præsertim S. Thomam, <sup>b</sup> vbi definit beatitudinem essentialem esse rem creatam, & factam: obiectum autem eius esse Deum ipsum, increatum, & rem omnium creatorem.

**B** 5 Quarto dicimus, quod ( vt aliorum opiniones prætermittam ) Sanctus Thomas cum suis asseclis, & Scotus cum suis diuersimodè definiunt beatitudinem, siue finem vltimum verum quò nostrum: quoniam S. Thomas censer eam essentialiter esse actum intellectus speculatiui: Scotus autem esse actum voluntatis. Vterque namque ait, eam esse actum potentie maximæ intellectiuarum: & S. Thomas eam putat esse intellectum: Scotus autem voluntatem. de qua tamen differentia, quæ solam theoriam respicit, & non praxim, quò nos animum in hoc opere intendimus: cuiusque nihil refert, an hoc, vel illud teneamus, parum curandum censentes, sequimur in definienda beatitudine opinionem S. Thomæ, quæ receptior videtur. Quibus addimus, quod beatitudo, & beatitas tempore Marci Tullij Ciceronis videbantur nomina duriuscula: sed ea vsus emolliuit, & generaliter sumpta videntur significare omnem rei volitæ possessionem, iuxta illud vulgo iactatum, *Beatus qui possidet.*

**C** 6 Et quia non solum res verè bonas, sed etiam malas, quæ aliqua ratione apparent bonæ, velle solemus, beatitudo diuidi potest in veram, quæ definitur esse possessio veri boni: & in falsam, quæ communiter definitur esse possessio boni tantum apparentis, iuxta illud Regij Prophetæ: <sup>c</sup> *Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt: Beatus populus, cuius Dominus Deus eius:* quorum quidem prius ad falsam: posterius verò ad veram pertinere ait S. Antoninus. <sup>d</sup>

**D** 7 Quinto dicimus, quod beatitudo vera diuidi potest in summam, quæ est summum bonum, siue vltimus finis verus, vel possessio eius, & in non summam, quæ est possessio boni non summi. Beatitudo rursum summa in incretam, & creatam. Beatitudo increta est ipsemet Deus optimus maximus, qua ratione est infinita sui ipsius cognitio, & fructio, cum omnis operatio Dei, & quidquid est in Deo, sit ipsemet Deus, qui se ipso solo simplicissimo cognoscit & amat se, & omnia alia, vt probat S. Thomas communiter receptus. <sup>e</sup> Beatitudo verò summa creta generaliter sumpta definitur potest iuxta mentem prædicti sancti Thomæ, <sup>f</sup> esse cognitio intellectiua Dei cum fructione eiusdem.

**E** 8 Dixi, *Cognitio*, pro genere ad insinuandum, quod beatitudo essentialis creta est operatio, siue actio, vel actus: & non potentia, non habitus, neque alia vlla virtus animæ partis intellectiue, vel sensitiue, vt probat S. Thomas, <sup>g</sup> asserente Philosopho <sup>h</sup> sclicitatem, siue beatitudinem esse operationem secundum virtutem perfectam.

**F** Dixi, *Intellectiua*, ad insinuandum, quod beatitudo est operatio præstantissimæ potentiarum animæ, quæ est intellectus, secundum S. Thomam, quæ sequimur: & ad significandum, quod beatitudo non potest esse in parte sensitiua, vt luculenter demonstrat idem. <sup>i</sup> Contrarium enim est hæresis, de qua Alfonso Castrensis. <sup>j</sup>

9 Dixi, *Dei*, ad excludendas omnes cognitiones aliarum rerum, etiam eas, quibus dirigitur actus omnium virtutum mortalium: actus item, & cognitiones pertinentes ad prudentiam, & ad cognitionem omnium aliarum artium, in quibus non consistere beatitudinem non solum probat, sed etiam demonstrat angelicus doctor. <sup>k</sup> Immo neque in vlla cognitione, quamlibet ampla, omnium substantiarum separatarum, seu angelorum: siue quia illa non potest haberi sine Dei cognitione, vt idem Angelicus Do-

a 1. 2. q. 1. a. 8. & q. 2. a. 7.

b In d. 1. 2. q. 3. art. 1.

Beatitudo non fraxim quo fita fit.

Vt prælaud. 3. nu. 7. dixim.

Beatitud o di miditur.

c Psal. 143.

d In 4. pa. tit. 7. c. 4. §. 1.

e 1. p. q. 3. per totam, & de simplicitate Dei a. 5. & 6. & in q. 14. de scientia Dei ar. 4. & q. 20. de amore Dei ar. 1. f 1. 2. q. 3. a. 2. g 1. & 7. Eth.

h Lib. 3. contra gent. cap. 33.

i Lib. 2. aduersus omnes hæreses verbo. 5. beatitud.

k Vbi supra c. 24. 35. & 36.

a Satyr. 3.

b In lib. 1. & 10. Esthcor.  
c In quinquæ lib. de finib. bono. & malo.  
d In Cõman. de finib. humanor. a. finem super c. cum ministr. 23. q. 5.  
e 2. Physicor. c. 3. & S. Tho. & aliorum in 2. lib. sent. dis. 2.  
f Num. 4.  
g 1. 2. q. 1. a. 3. & q. 27. a. 1.  
h Deut. 6. Marc. 22. Marc. 22. et Luc. 10.  
i Ad Philip. 3.  
k Prædictorū 5. de finib. bono. & malo.  
l Lib. 1. offici. or.  
m Ibid. nu. 6.



a Vbi supra. & mirabili- ter in libro. 4. ca. 41. 42. & 43. b Ibidem ca. 44.

c 1. 2. q. 11. a. 1. & 3. & q. 12. art. 2.

d Libr. 3. ad- uerfus omnes hereses, ver- bo beatitudo in princ. e Ad nostrū. de heretic. Deus quomo- do in hac vi- ta cognosci possit. f 1. p. q. 2. a. 1. & 2. & 1. sct. dis. 3. q. 1. a. 2. g. Vbi supra. h Lib. 1. con- tra gent. c. 12. 13. & 14.

i In predicto li. contra gēt. multis capp.

j Vbi supra. e. 37.

k Vbi supra. c. 44.

l 2. Cor. c. 12. m Lēctioe 2. n Ca. 12. sū- per Gen. ad litteram.

o In proemio 1. lib. sent. q. 1. p. 2. q. 3. a. 4. q. lib. 3. con- tra Gentiles, ca. 61. & 62. & 4. cōt. gēt. cap. 92. q. 1. 2. q. 4. ar. 1. & 2. r Vbi supra. a. 1.

s Epist. 50. & 13. de Trini. c. 7. t Vbi supra. v q. 5. ar. 2.

ator a demonstrat: siue quia etiam si absque illa haberi posset: tamen sine illa non sufficeret ad hoc, vt esset beatitudo, per ea, quæ idem auctor b adducit.

Dixi, Cum fruiione eiusdem: quia cognitio, quæ Dei frui- tione caret, non potest esse beatitudo, quæ vtramque com- prehendit, vt infra patebit: quare cognitiones illa, quas multi theoreticè (sine vilo amoris affectu) disserētes, concipiunt de Deo, non sunt beatitudo: quippe quibus non inest fruiō, quæ est inhæsiō rei per amorem propter ip- sam solam conceptum, vt tradit S. Thomas communiter receptus. c

Sexto dicimus, quod beatitudo summa creata est du- plex: altera perfecta: imperfecta altera. Perfecta est cognitio Dei intellectuā, intuitiua, perpetua cum fruiōne eiusdem, produ- cente summum gaudium ac delectationem, & satietatem omnium desiderabilium.

Dixi, Cognitio Dei intellectuā, eadem ratione, qua in de- finitione beatitudinis in genere.

Dixi, Intuitiua, siue visiva: tum ad confutandum errorem Armeniorum, asserentium beatos non intueri Dei essen- tiam: quod hæreticum est per ea, quæ tradit Alfonso Cas- trensis. d Tum ad confutandum errorem Beguinorum, di- centium posse quem in hac vita esse perfectè beatum, & ab exercitio virtutum absolutum: qui damnatur in clem. e tum quia nulla cognitio ceterior illa potest dici beatitu- do perfecta essentialis. Non quidem illa confusa, & com- munit, quæ ferè cōmuniter omnibus hominibus inest: siue quia Deum esse sit per se notum, sicut alia demonstratio- nis principia: siue, quod verius existimat S. Thomas, f quia euidenti ratione demonstratur: præsertim illa, qua homo videns res naturales certum ordinem seruare (cum ordo absque ordinatore non cōsistat) percipit aliquem esse or- dinatorem earum, vt pulchrè deducit S. Thomas. g Non etiam illa, quæ per demonstrationem habetur, licet altior sit prædicta communi: tum quia licet per eam ostendatur Deus esse immortalis, æternus, incorporeus, omnino sim- plex, vnicus, & alia huiusmodi, vt præfatus auctor h diluci- de ostendit: per eam tamen non peruenitur ad cognoscen- dum Deum esse commune bonum, possibile cōmunicatu omnibus hominibus, quibus insitum est beatitudinis desi- derium: neque ad cognoscendum multa alia prædicata de Deo: tum quia perfecta beatitudo omnem miseriam exclu- dit: & cognitioni prædictæ multiplex miseria, & horror adiūgi potest, vt palam est: tum per alia, quæ profundè tra- dit S. Thom. i Non item sufficit illa cognitio, quæ per fi- dē habetur, licet sit longè certior, purior, & amplior, quam prædicta, quæ per demonstratōnem contingit: tū quia bea- titudo est perfecta humani intellectū cognitio: & cognitio fidei ex parte intellectus est imperfecta: quia per eam non capit perfectè id, cui credēdo assentitur: tum quia beatitu- do (cum sit vltimus finis) tranquillat, siue quietat naturale desiderium: & cognitio fidei non tranquillat, immo accen- dit, & inflammat eam habentem ad videndum illud, quod credit, & amat: cum quisque, quod credit, & optat, deside- ret videre: tum per alia, quibus idem auctor id concludit. k

12 Dixi, Perpetua: quia transitoria, de qua qui eam habet, non est certus perpetuo esse duraturam, non sufficit: qualis fuit illa Pauli, qua in raptu vidit Deum, l vbi hoc m decla- rat S. Thomas & qua etiam Moyses vidit eum, secundum Augustinum, n quæ non fecerunt eos beatos: immo re- manserunt viatores, vt Ioan. Maior post alios dixit. o Est enim de necessitate beatitudinis certitudo perpetuitatis eius, vt latè probat S. Thomas. p

13 Dixi, Producente summum gaudium, & delectationem, ad significandum, hoc esse inseparabile ab illa cognitione, siue intuitione Dei beatifica. Nemo enim potest habere summum bonum, quod est intuitio Dei, absque summa de- lectatione, vt tradit idem S. Thomas, q ex visione enim Dei causatur tanta delectatio, vt qui Deum videt, nulla delectatione indigere possit, vt ipse ait. r

Dixi, Satietatem omnium desiderabilium, ad maiorē decla- rationem præfati gaudij, & delectationis: & ad significan- dum, quod nulli beatorum deest aliquod bonum deside- randum: cum habeat ipsum bonum infinitum, quod est bonum omnis boni, secundum Augustinum s relatum t à S. Thoma. v

A Beatitudo verò imperfecta est cognitio Dei intellectuā, non intuitiua, perpetua, cum fruiōne eiusdem.

Dixi, Non intuitiua perpetua, ad diffiniētiā perfectæ bea- titudinis, quæ requirit, vt proximè dictū fuit, illud vtrum- que: & quia donec ad illam perueniat semper crescere po- test, contra alium errorem, damnatum in element. a

14 Septimo dicimus, quod iure quis mirari potest, vt in- quit B. Augustinus, b quod cum omnes homines naturali- ter desideremus consequi beatitudinem illam & felicitate- m æternam: cumque omnes ob oculos eam habere debeam, vti scopum, in quem nostras actiones tanquam sa- gittantes sagittas in metam dirigamus, c pauci tamen col- latione aliorum satis eam explicitè nouerunt, & noscunt. Siquidem cum illa (præsertim perfecta) nequeat satis cog- nosci, nec percipi absque Catholica fidei lumine, pau- cissimi gentiū, etiā Philosophorum, ad iustā & perfectam cognitionē perueniunt, & perueniunt: pauci quoque Chri- stianorum collatione aliorum eam saltem satis explicitè noscunt: & pauciores iustam nauant operam ad eam cog- noscendam, & ob oculos habendam perfectam, & exer- cendam imperfectam: per quam tandem perueniamus ad perfectam illam omnibus votis semper desiderandam.

15 Octauo dicimus, quod licet obiectum beatitudinis, siue beatitudo obiectiua, & vltimus finis cuius beatitudi- nis, qui ipsemet Deus est, sit res increata, iuxta illud, d In- creatus Pater, increatus filius, increatus Spiritus sanctus: beatitu- do tamen ipsa, qua quis formaliter est beatus, res creata est, vt post, & ante alios concludit S. Thomas. e

Est enim qualitas quadam creata in potentia intellectuā, qua Deus clarè, & facie ad facie cognoscitur, si est perfecta: per si- eculum verò in ænigmatē, si est imperfecta, vt ait Paulus. f

Nono dicimus, quod neque beatitudo formalis perfe- cta, neque imperfecta est ipsa anima beata: neque vlla eius potentia: neque vllus habitus: vel virtus eius, etiam cari- tas, etiam consummata in patria: sed neque est gratia ipsa gratum faciens (siue teneamus cum S. Thoma esse aliam à caritate, quod significat element. g siue cum Scoto esse eandem) sed neque est aliquod aliud bonum, vel opus operatum, manens extra operantem: sed est operatio, non quidem transiens in exteriorem materiam: qualis est se- ctiō, & vltio, quæ non perficit agentem, vt ait Philoso- phus, h sed manens intra ipsum: qualis est intellectio, & (vt ita dicam) volitio, seu voluntas: quæ perficit agen- tem secundum eundem.

16 Decimo dicimus, quod inter productionem beatitu- dinis perfecta, & imperfecta plurimum interest. Perfecta enim nullatenus potest produci ab intellectu creato viri- bus eius naturalibus, neque gratuitis, quamlibet magnis, sine illo admirabili gloriae lumine, iuxta illud, i In lumine tuo videbimus lumē. quod Deus ipse sua infinita bonitate in- dit intellectui beati, quo eleuatur, & augetur virtute ad il- lam admirandam operationem clarè videndi Deum, im- mense lumine resplendentem, vt probat S. Thomas, k quin & in dicta element. l declaratum est, hæreticum esse dice- re contrarium, vbi glossa m assignat rationem desumptam ad litteram ex S. Thoma. n Imperfecta verò potest produci absque illo gloriae lumine: in gradu quidem infimo viri- bus naturalibus animæ, quibus peruenit ad cognitionem, & fruiōnem Dei confusam, vel claram per demonstra- tionem eius existentia & bonitatis: in altiore verò gradu addito dono fidei, & spei informis: in maximo autem ad- dito dono mirabili caritatis & gratia: superna bonitate infusa, qua anima fit Deo grata, & ad perfectam beatitu- dinem accepta: & de hac quidem imperfecta beatitudine, quæ est principium, vel via, vel participatio aliqua beati- tudinis perfecta, intelligendæ sunt omnes scripturæ v- triusque testamenti, appellantes aliquos viatores beatos, secundum mentem omnium Catholicorum. o Cuiusmo- di sunt. p Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum. q Beati quorum remissa sunt iniquitates. r Beatus qui intelligit su- per egenum & pauperem. s Beati immaculati in via, qui ambul- ant in lege Domini. t Beati omnes qui timent Dominum, qui ambul- ant in viis eius: & octo beatitudines euangelicæ, v & alia: innumera.

Vndecimo dicimus, quod Euangelia, & Epistola Ca- tholica, & Symbola appellancia beatitudinem vitam

eternam;

a Ad nostrū. de heretic. b In li. 13. de Trinitate. ca. 4. Beatitudinē quam pauci norunt & pau- ciores assiqua- tur. c Vt ait philo- sophus à Ca- tholicis recep- tum in 1. Ethicor. ca. 1.

d Symboli A- thanasij.

e 1. 2. q. 3. a. 1. & q. 2. 0. ar. 1. Beatitudo quid creatū est. f 1. ad Cor. 13.

g 1. 2. q. 2. a. 1. Tri. & fid. ca. 110.

h 0. Metaphy- sicor.

i Lum gloria quid. j Psalm. 35.

k Vbi supra c. 55. cum Ma- gistro & om- nibus aliis in 4. lib. sent. di. 49.

l Ad nostrū. de heret. m In verb. non indiget. n vbi supra.

o In locis præ- citatis. p Psalm. 1. q. 31. r 40. s 118. t Et 127. v Mat. 5. Luc. 6.



aternali, non significant, illam esse substantiam, & esse viuentis: sed praedictam beatificam, & aeternam operationem viuentis: sola enim beatitudo Dei est ipsius esse. Boetius item dicit, *quod beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus*. non definit beatitudinem per genus, sed per effectum, scilicet, quod beatitudo perfecta causet statum nullis bonis egenem, vt sentit Sanctus Thomas.<sup>b</sup>

17 Duodecimo, quod licet beatitudo Dei sit ipsemet Deus, quia eius esse, vt praedictum est, sua est operatio: beatitudo tamen perfecta creata, siue angelorum, siue hominum, est operatio ab eorum substantiis, & esse distincta, contra haeresim Armeniorum, de qua Alfonso Castrensis.<sup>c</sup> non tamen est interrupta, sed sempiterna, qua semper, & aeternum viuuntur ei, vt supra<sup>d</sup> est declaratum, quo confutatur haeresis Origeniana, de qua Alfonso<sup>e</sup> post Augustinum.<sup>f</sup>

18 Decimotertio, quod humana beatitudo est duplex, perfecta, & imperfecta. Perfecta est, quae supra<sup>g</sup> definitur: quaeque nulli potest contingere in hac vita, vt declaratum est per concilium Viennense, <sup>h</sup> quoniam, vt Arist.<sup>i</sup> non potest esse perpetua, & sine interruptione, tum esus & potus, tum somni, & aliarum actionum necessarium. Imperfecta vero est, quae homo in hac vita per cognitionem, & contemplationem Dei, adiuncto amore, coniungitur eidem: quae tanto magis ad perfectam accedit, quanto minus interruptitur: quo nomine vita contemplatiua plurimum superat actiuam, quae multo magis interruptitur, iuxta illud testimonium Christi. *Martha optimam partem elegit*, nulla tamen cognitio Dei, quantumlibet intensa, & quantalibet fide, spe, & caritate comitata, & continuata, in hac vita potest dici perfecta, vt praedictum est. Cui consonat illud Parthenices Mariana.

*Felices quicumque istis à Syrtibus altam  
Visuri pacem sunt in loca tuta recepti.  
Nam neque mens ullam secum est habitura quietem,  
Nec latos sensura dies, nec dulcia facta.*

Et illud Iob. *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis. at nemo potest esse simul miser, & beatus, vt supra dictum est.*

19 Decimoquarto, quod haec beatitudo summa & perfecta, quae est intuitio, & visio Dei, implet cumulatissime etiam ante iudicium finale, vt definit conc. Floren.<sup>m</sup> omne desiderium cuiuslibet generis omnium bonorum homini à natura insitum, iuxta illud *Qui replet in bono desiderium tuum*. Et illud *Satiabor cum apparuerit gloria tua*. Omnia enim, quae homo naturaliter desiderat, reducuntur ad scientiam, aut ad vitam rectitudinem, aut ad honoris sublimitatem, aut ad famae celebritatem, aut ad sui conseruationem: at omnia praedicta cumulatissime affluentissimeque confert praedicta, quam credimus & speramus, visio beatifica. Si quidem, vt egregie deducit sanctissimus, qui ea nunc fruitur, Aquinas P confert primo omnium generum, & specierum & virtutum, & totius ordinis vniuersi, & omnium, quae sunt in rerum natura scientiam. Secundo, vt in omnibus, & per omnia voluntas sit recta, & per omnia pars hominis inferior, parti superiori subiiciatur, & omnia ratio gubernet. Tertio, honoris sublimitatem, quatenus beatus Deo, saeculorum summo regi vnitus, ipse quoque merito rex dicitur, iuxta illud *Regnabunt cum Christo*. Quarto nominis, & famae celebritate non solum apud homines, quorum opinio falli potest: sed etiam apud ipsummet Deum, angelos, & sanctos eius, ita vt in sacra scriptura merito dicatur gloria, iuxta illud *Gratiam & gloriam dabit Dominus*. Quinto, diuitias, iuxta illud *Gloria & diuitia in domo eius*. Sexto summam voluptatem, iuxta illud *Inebriabuntur ab vbertate domus tua, & torrente voluptatis tuae potabis eos*. Septimo sui conseruationem, iuxta illud *Non esurient, neque sitiens, & non percutiet eos aestus, nec sol, & illud. Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quae prima abierunt*. Quae quidem omnia confirmantur, eo quod (vt Isaias 7 & Paulus<sup>n</sup> inquit) *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae praeprauiuit Deus diligētibus se*. Quod paulo magis explicans B. Augustinus<sup>o</sup> relatus à S. Antonino<sup>b</sup> sic ait. *Quanta illa felicitas, vbi nullum erit malum, nullum latet bonum vacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus, &*

A paulo post. *Quid est enim aliud, quod per Prophetam dixit: Ego ero illorum Deus & ipsi erunt mihi plebs: nisi ego ero, vnde fatientur, ego ero quacumque ab omnibus honeste desiderantur, & vita, & salus, & victus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & omnia bona, & paulo inferius in fine. Ibi vacabimus, & videbimus, videbimus & amabimus: amabimus, & laudabimus*, iuxta illud (addit B. Antoninus<sup>a</sup>, *Beati qui habitant in domo tua Domine, in saecula saeculorum laudabunt se*. Et quamquam non omnes erunt pares in gloria, sicut nec fuerunt pares in merito: quia alius alio clarius Deum videbit, & Deo copiosius fruetur, iuxta illud *In domo patris mei mansiones multae sunt*, & illud Pauli *Sicut stella à stella in claritate differt*, quo confutatur error Iouiniani contrarius, vt tradit Alfonso Castrensis<sup>c</sup> post Concilium Florentin.<sup>d</sup> ante quod clarius S. Thomas receptus<sup>e</sup> omnes tamen omnino omnibus concupitis replebuntur, fatiabuntur, & tranquillabuntur.

B 20 Decimoquinto dicimus, quod sicut malum est duplex, verum, & apprensio: ita miseria est duplex, vera, & apprensio. Vera est passio veri mali: apprensio vero passio mali apparentis tantum, qualis est passio vinculorum phrenetico, & fames eturienti orioso, quae ipsum ad bene operandum incitat.<sup>f</sup>

C 21 Decimosexto dicimus, quod miseria vera diuiditur in summam, & non summam. Summa miseria est passio carentiae visionis, & fruitionis Dei, quae diuiditur in perfectam summam, & imperfectam summam: sicut & beatitudo summa vt supradiximus. Miseria perfectam summam est miseria carentiae visionis, & fruitionis diuinae, comitata aeterno sensus cruciatu, & omnium malorum genere.

D 22 Dixi, Miseria pro genere. Dixi, Carentia visionis ac fruitionis diuinae, ad differentiam aliarum mille miseriarum, quas in hac misera vita patimur. Dixi, Cum cruciatu, ad excludendam carentiam visionis Dei, quam saepe patimur in hac vita sine cruciatu, immo aliquando cum voluptate, iuxta illud. *Latantur cum male fecerint: & exultant in rebus pessimis*, relatum à Gratiano.<sup>h</sup>

E 23 Dixi, Aeterno, ad excludendam miseriam existentium in Purgatorio, quorum cruciatus est temporarius, & ad damnandum errorem Origenianorum, & aliorum asserentium, praefatam miseriam aliquando terminandam: de quo post Augustinum<sup>i</sup> & Alfonso Castrensis.<sup>l</sup>

F 24 Dixi, Sensus, ad excludendam miseriam decedentium cum solo peccato originali, qui poenam quidem patiuntur damni, hoc est carentiae visionis Dei: sine tamen aliquo cruciatu, <sup>m</sup> quod etiam tradit D. Thomas.<sup>n</sup>

G 25 Dixi, *Omnium malorum*, ad explicandum illam ter horrendam poenam, quam patiuntur decedentes in peccato mortali, qui perfectam summam miseriam patiuntur: & ad confutandum haeresim, quae habet, verum infernum esse in hac vita, & non in alia: de qua per Alfonso scriptum est, <sup>o</sup> nullus enim cruciatus in hac vita est eiusmodi, vt palam est.

H 26 Miseria imperfectam summam, est, miseria carentiae visionis, & fruitionis Dei, sine cruciatu, saltem sensus, qualis est miseria decedentium cum solo peccato originali: qualis est item existentium in Purgatorio: immo & illa viuentium, qui nullam cognitionem Dei coniunctam cum fruitione eiusdem habent, qui ore, vel opere sunt de numero insipientium, qui dicunt in corde suo, vt inquit Regius Propheta. P

I 27 Decimoquinto dicimus, quo ex praedictis inferitur, eos solos, qui locati sunt in inferno illo loco<sup>\*</sup> in quo, testante Iob *nulla est redemptio*, esse in supremo gradu miseriae perfectam summam: qui vero in loco, quem Limbum puerorum vocant, in gradu eis proximo: qui autem in Purgatorio, in tertio: qui autem adhuc viuentes nullam Dei optimi maximi cognitionem & fruitionem habent, in quarto. Porro miser & infelix quiuis supremi gradus iure dicere potuit, cum infectus mortifero peccato decederet, illud. *Vadam (& non reuertar) ad terram tenebrarum, & operam mortis caligine, terram miseriae, & tenebrarum, vbi umbra mortis, & nullus ordo: sed sempiternus horror inhabitat*.

\* In quo, testante Iob. Verba haec, quae Ecclesia vsurpat in officio defunctorum in responso. 7. Iob non habet, sed sententia est verissima,

a Lib. 3. de consolatione. Philo-  
soph. prosa 2.  
in princ.  
b 1. p. q. 26. a.  
1. & 2. q. 3.  
a. 2. & 3. in di-  
sta. dist. 49.  
quast. 2.  
c Vbi supra  
verbo, beati-  
tudo in princ.  
d Nu. 11.  
e Vbi sup.  
f In lib. de ha-  
resi ad quod  
vult deum. c.  
42 & 43. &  
21 de ciui.  
Dei c. 20.  
g Eod. nu. 11.  
h Cl. ad no-  
strum ver-  
quarto. de ha-  
resic.  
i 10. Eschicor.  
& ultimo  
Metaphysic.  
k Luc. 10.  
l Cap. 13.  
Beatitude  
qua & quan-  
ta bona conse-  
rat.  
m Sub Eugre-  
nio iij. de quo  
per Alfonso  
ubi supra.  
n Psalm. 102.  
o Psalm. 10.  
p In praellu-  
gato li. 3. con-  
tra Gentiles.  
capit. 62.  
q Apoc. 20.  
r Psalm. 83.  
s Psalm. 111.  
t Psalm. 35.  
v Esai. 25.  
x Apo. 21.  
y Cap. 64.  
z 1. Cor. ca. 2.  
an ul li. de ci-  
uit. Dei. ult.  
in princ.  
b In 4. p. sum-  
tit. c. 7. §. 10.

\* Leuit. 26.  
a Psalm. 83.  
b Iam. 14.  
\* 1. Cor. 15.  
c Practico. l.  
3. aduersus  
omnes here-  
ses, verbo,  
Beatitude,  
haresi 7.  
d Supra tan-  
tum.  
e 1. 2. q. 3. a. 2.  
Miseria du-  
plex & quid  
illa sit.  
f Ca. non om-  
nis. 5. quast. 5.  
g Prom. 2.  
h In c. quam  
sit graue. de  
excessu. pra-  
lator.  
i Capit. cum  
Martha. §.  
tertio loco. de  
celebrat. mis-  
sar. & c. ani-  
ma. & ca. pro  
obstantib. 13.  
quast. 2.  
k In lib. de ha-  
resi ad quod  
vult deum. c.  
43.  
l Lib. 3. aduer-  
sus omnes ha-  
reses verbo,  
beatitude ha-  
resi 3. & l. 8.  
verbo. Infer-  
nus haresi. 2.  
mca. maiores  
§. veru qua-  
le de baptis-  
mo & c. fir-  
missima. de con-  
suetud. dist. 4.  
n In 3. lib. jan-  
seniar. d. 23.  
q. 2. a. 1. qua-  
st. 2.  
o Vbi supra,  
verbo infer-  
nus.  
p Psalm. 52. no-  
est Deus.  
q Cap. 10.  
r Iob. 10.



atque ab ipso iob frequenter inculcata. vt cap. 7. verb. 9. Sicut confumitur nubes & perirant: sic qui descendit ad infernos non ascendit, nec reuertetur ultra in domum suam neque cognosceret amplius locus eius, sic interpretatur hunc locum D. Gregorius. lib. 8. Moral. cap. 10. Ad idem facit locus cap. 10. car paulo post citatur. ver. 21. Antequam vadam & non reuertar. quem item D. Gregorius. lib. 9. moral. cap. 38. de pœnis inferorum nullo xuo terminandis exponit.

Ex quo elogio prolixè colligit B. Antoninus a septuplicem pœnam: quarum summa, paucis additis, & multis detractis est, quod priua est carcer æternus, situs in loco infimo, turpissimo, & obscurissimo, in quem omnis fœx elementorum effundetur, quem non potest non summè horrere anima nobilissima, ad altissimum idemque nitidissimum, & splendidissimum cœli empyrei palatium creata, vt rex delicatissimus carcerem squallore, & pœdore sordentem non potest non maximè horrere.

Secunda est priuatio visionis intuitiue Dei patientis omnigenam miseriam, quam S. Chrysostomus tauti faciebat, vt diceret, *malle se mille alias pœnas infernales pati, quàm ea æternam priuari.*

Tertia ignis ille ardentissimus, quo adeo infelices ardebunt, vt illi soli pœna nulla martyrum tormenta æquari possint, teste Augustino. b

Quarta, desperatio, nulla vquam, dum Deus erit Deus, consolatione, refrigerio, nec redemptione leuanda. Sicut enim summè perfecta beatitudo omnem excludit miseriam, sic summè perfecta miseria nullam consolationem admittit. *Quia quod operatur oppositum in opposito, operatur propositum in proposito vt ius dicit c & tradit S. Thom. d*

Quinta, tenebræ, tum exteriores densissimæ, quæ nullo solis radio, nulloque splendore ignis, qui licet ibi purissimus sit, est tamen obscurissimus, attenuantur, tum interiores, quibus adeo cæcantur, vt Deum putent iniustum: & scientia hic quaesita, & per mortem plurimum aucta, qua beatis est solatio, eis sit maiori supplicio, dum per eam clariùs cognoscunt, quantè beatitudinis damnum sua culpa patiantur: vnde vermis ille fœuè corda eorum corrodens, & lanians numquam intermoriturus oritur. e

Sexta, societas cacodæmonum, & continua cum eis conuersatio, quorum aspectus adeo terribilis, vt quidam vir sanctus testatur B. Antonino f vnus solius aspectu serè exanimatus, postea in se reuersus testaretur, malle se fornacem ignis ardentem ingredi, quam iterum eum videre.

Septima, confusio: vt enim habet prædictum elogium, *ibi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.* horror, inquam, clamorem, blasphemiarum, lamentorum, eiularum Deo, sibi ipsis, & sociis, tam cacodæmonibus, quam aliis infelicitibus maledicentium, malèque precantium, quibus confunditur illud innumeris nominibus lamentabile regnum.

25 Decimosextò dicimus, quòd omnes orthodoxi debemus sub pœna peccati mortiferi credere nõ solum implicitè, sed etiam explicitè vitam æternam, & mortem æternam. Quoniã omnes sub prædicta pœnatemur explicitè credere articulos fidei, vt ait S. Thomas g quem omnes probat, vt minimum eos, quos sancta Catholica Romana Ecclesia solemniter celebrat, secundum eundem, h & hunc articulum de vita æterna, & morte æterna illi contraria, non solum celebrat per finem symboli Apostolorum, quo illa vitur, & Nicæni & Athanasij: sed etiam per festum particulare omnium defunctorum, posttridie festi omnium sanctorum, & per missas defunctorum, & alia multa diuina officia.

26 Decimosèptimò dicimus, expertos asserete, nihil ferè magis mouere homines ad peccata præterita plangenda, & alia in posterum non committenda, quàm frequens, & intensa beatitudinis, & miseriarum prædictarum, earumque æternitatis meditatio: quod satis probat illud. i *Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.* Duæ enim illa sunt bona pars illorum nouissimorum, & earundem eiusmodi meditatio pars non minima exercitij cuiusdam illustriissimæ Religionis, quo breui eius nouitij perduntur ad iustum voluptatum, vanitatum, & cupiditatum contemptum: & ad pium amorem & cultum Dei, Angelorum, Sanctorum, & sanctarum, præsertim principis omnium gloriosissimæ virginis matris Mariæ, quæ nobis ea impeteret, sempèrque conseruet, Amen.

De passionibus, habitibus, virtutibus, & vitijs anime rationalis.

PRÆLVD. V.

- 1 Passio anima quid, & nulla propriè in appetitu intellectiuo.
- 2 Passiones principales quatuor: & alia quor, & qua.
- 3 Passiones sex in appetitu concupiscibili sensitiuo: & quinque in irascibili. & earum subordinatio num. 4.
- 4 Bonum absolute consideratum obiectum potentia concupiscibili: & consideratum vt arduum. potentia irascibili.
- 5 Passionum alia bona, alia mala suapte natura.
- 6 & que bona & que male in se, & suo genere. & 7.
- 7 Passiones anime omnes esse morbos: falsum.
- 8 Auctorum dicta de passionibus anime vt interpretanda.
- 9 In dubijs, & non in claris esse locum coniecturis.
- 10 Passionum sacra confessio qualis esse debeat.
- 11 Confessarius consistentem passiones quid mouebit.
- 12 Habitus quid & quoruplex. num. 13.
- 14 Virtus quid, & vt non repugnat peccato.
- 14 Vitium quid, & vt non repugnat merito.
- 15 Peccatum mortale vt solum caritati repugnat.

**D**E passionibus, habitibus, virtutibus, & vitijs anime rationalis dicimus sequentia. Primò, quòd passio anima est motus appetitiua virtutis, sensibilis, in imaginatione boni, vel mali, secundum Damascenum a relatum & declaratum à S. Thoma. b Ex quo inferitur, quòd passiones propriè non sunt in appetitu intellectiuo, & voluntate superiori, quatenus distinguitur ab appetitu sensitiuo, & inferiori eiusdem, licet inueniantur in eo motus præuenientes deliberationem conformes motibus appetitiue virtutis sensibilis, iuxta mentem S. Thomæ. c

Secundò dicimus, quòd passiones principales sunt quatuor: duæ potentia concupiscibilis, scilicet gaudium, & tristitia, & duæ potentia irascibilis, spes scilicet, & timor, iuxta illud Senerini Boëtij. d

*Gaudia pelle,  
Pelle timorem.  
Sperique sugato,  
Nec dolor adsit,  
Nubila mens est.  
Vinctaque framis,  
Hæc vbi regnant.*

Et iuxta illud Parthenices Matianæ. e

*Quatuor aduersis miscetur vt æquora ventis,  
Eoo, Zephyro, Libyco, gelidoque Aquilone.  
Sic totidem nostris ingenti turbine mentes.  
Subuertit furis, pectusque in prælia mitti.  
Spes leuat arreptos, metus alto à vertice fluctas  
Deicit: hinc animum pulsat furibunda voluptas:  
Inde dolor, fluctus ceu fracti fluctibus altum  
Clanore ingeminant, piceis abscondita nimbis  
Nec radios fundit ratio, nec vela gubernat.*

3 Tertiò dicimus, quòd gaudium est de bono præsentis: tristitia de malo præsentis: spes de bono futuro arduo: timor de futuro malo arduo, vt exprimit S. Thomas. f Est autem vna passio, quæ non habet contrariam, nisi priuatiuè, vel per cessationem ab ea, puta ira: irasci enim non est aliud contrarium propriè, quàm mitescere, & ab ira cessare, secundum philosophum, g declaratum à S. Thoma. h

Dixi autem, quatuor esse principales passiones, significando esse alias minus principales: sunt enim omnes vndecim, vt tradit S. Antoninus, i sex quidem in potentia concupiscibili, amor scilicet, & odium, desiderium, seu concupiscentia, & fuga, siue rectius renotus, aut refutatio, & gaudium, siue delectatio, & tristitia, siue dolor. In irascibili autè quinque, spes scilicet, & desperatio: timor, & audacia, & ira, cui, vt paulò superius dixim, nulla alia passio opponitur. Illæ verò supra dictæ quatuor ea ratione dicuntur principales, quia sunt fines & scopi aliarum pas-

Passio quid.

a Lib. 2. c. 22. circa principium. b 1. 2. q. 22. a. 1.

c In dicta 1. 2. quæst. 17. a. 7.

d 1. de consolatione. Philosophi metro ultimo.

e Lib. 4.

f 1. 2. q. 25. a. 4.

g 3. Rhetoric. c. 3. h Vbi supra quæst. 26. ar. 4. in cor. q. 1. a. par. 11. d. c. 2. in prin.

a In 2. par. 11. s. c. 3.

d In li. de vera & falsa pœn. c. 17. & habetur in 5. s. de pœnis. dist. 7.

e Ca. sciend. 8 q. 1. & si contra tabulas. ff. de vulgari. & pupil. d. De malo. q. 6. a. 6. & qu. 13. art. 4.

c 1. sa. 66.

f Vbi supra.

g 2. 2. q. 2. ar. 5. & 6. b Vbi supra art. 7.

i Eccle. 7.



fionum, quod cum ordine, & sufficiētia illarum colligitur, præsupposito, quod obiectum potentia appetitiua concupiscibilis est bonum, vel malum absolute consideratum, obiectum verò irascibilis bonum, vel malum arduum, siue difficile, consideratum sub ratione arduitatis, vel difficultatis, vt tradit S. Thomas: a quem subtiliter defendit ibi Caietanus contra subtilem Scotum: quamuis quoad animæ salutem parum referat, vtrum illorum sequamur.

Quartò dicimus, quod ex prædictis, colligitur præfatarum vndecim passionum ordo: & quod quatuor prædictæ sunt principales, sic, bonum absolute consideratum causat in potentia appetitiua quandam complacentiam ob conformitatem & aptitudinem, quam habet ad illam, quæ est amor, siue prima passio amoris: bonum autem amatum, & nondum habitum causat desiderium adipiscendi illud, quod est secunda passio desiderij, seu concupiscentiæ, bonum verò desideratum iam adeptum, siue obtentum parit in appetitu quietem quandam ex ipso bono adepto: quæ est tertia passio, videlicet delectatio. Econtrariò autem malum cognitum causat displicētiā ob ineptitudinem, vel contrarietatem, quam habet ad appetitum, quæ est passio quarta odij contraria passioni amoris: malū verò cognitum, & exofum, nondū acceptum, vel (vt ita dicam) nondū ventum generat fugam, vel (vt clarius loquar) respuitiōē, vel latinius renutum, ne eueniat, quæ est quinta passio, cōtraria desiderio: malum autem iam acceptum, siue ventum causat tristitiā, vel dolorem, quæ est sexta passio, contraria gaudio, & lætitiæ: quæ sunt sex passiones potentia appetitiua concupiscibilis. In potentia verò irascibili sunt quinque: nam apprehensum, vt arduū & difficile propter bonitatem, quæ habet aptitudinē, & conformitatem ad appetitū generat spem, quæ est prima passio irascibilis. Idem autem speratū vt quælibet nondū adeptum generat fiduciam, vel audaciā, quæ est secunda passio irascibilis: & econtrariò malū apprehensum, vt inuitabile generat desperationē, quæ est tertia passio potentia irascibilis, cōtraria spei, secundum S. Thomā. b Malum autem futurū apprehensum, vt euitatu difficile generat timorē, quartam irascibilis potentia passionem, contrariam fiduciæ, & audaciæ, secundum eundem S. Thomā. c Quinta verò passio potentia irascibilis est ira, quæ generatur frequēter ex malo iam accepto, quæ nō habet contrariū, secundum Aquinatem, d quia bonū arduum iam adeptum non parit passionē vllam in irascibili: sed gaudium in potentia concupiscibili: quia desinit habere rationem ardui. Dixi autem, frequēter iram nasci ex malo accepto: quoniam frequēter nascitur tristitia sola, quæ pertinet ad potentiam concupiscibilem.

5 Quartò dicimus, quod præfatarum passionum aliquot etiam per se genere consideratæ dicuntur bonæ, & aliquot malæ quidem, quia vt beatus Augustinus e ait, misericordia ad virtutem pertinet: & misericordia, quatenus est dolor, siue tristitia de aliena miseria est passio, vt declarat S. Thomas. f Aristoteles item g ait, verecundiam esse passionem laudabilem, quæ species quædam timoris est, vt bellè declarat Angelicus doctor. h

6 Et quia, sicut quidam actus exteriores considerati in suo genere, siue ex obiecto suo dicuntur boni, vt dare elemosynam, & subuenire proximo vt habetur in iure, i & tradit latè Angelic⁹ doctor: k passiones quædam, quæ sunt de obiecto suo genere bono, quales sunt misericordia, quæ est quædam tristitia de malo proximi, & verecundia, quæ retrahit à turpitudine, meritò in se, & suo genere sunt bonæ. Malæ autem sunt in se, & suo genere quædam passiones, illæ scilicet, quæ sunt de obiecto suo genere malo, cuiusmodi est gaudium de malo alieno, & tristitia de bono alieno. Sicut etiam quidam actus exteriores in se, & suo obiecto sunt mali, vt capere alienum, & percutere proximum, iuxta doctrinam S. Thomæ: l quæ autem sunt bonæ, & quæ malæ mox dicentur. Neque obstat opinio Stoicorum, quæ habet, omnes passiones esse malas, & animæ morbos, & perturbationes: quoniam illa opinio est falsa, aut certè intelligenda, de passionibus rectæ rationi dissonantibus, aut eam præuenientibus, vt declarat S. Thomas. m

7 Quintò dicimus, quod ex eis inferitur. Primo non omnes passiones esse bonas, neque omnes malas, vt Stoici docuerunt: sed alias esse bonas, illas scilicet, quæ rectæ ratio-

ni consonat: & alias malas, illas scilicet, quæ illi dissonant. De amore bono est illud. a Qui amat sapientiam, lætificat patrem suum. De malo autē illud. b Nihil est iniquius, quam amare pecuniam. De desiderio bono est illud. c Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. De malo autem illud. d Desiderium peccatorum peribit. De bono gaudio, siue lætitia illud. e Intra in gaudium domini Dei tui. De malo autem illud. f Gaudium hypocrite est instar puncti. De bono odio est illud. g Iniquos odio habui. De malo illud. h Odium pro dilectione mea. De desperatione bona est illud. i Desperauit Dauid se posse euadere. De mala autē illud. k Denudare amici mysteria desperationis est anima infidelis. De tristitia bona est illud. l Tristis est anima mea vsque ad mortē. De mala autē illud. m Felix vir, qui nō habuit animi tristitiam. De bona spe, siue fiducia est illud. n Quoniam Dominus spes eius est. Et illud. o Habe fiduciam in Domino. De mala autem illud. p Spes impiorū peribit. Et illud. q Fiduciam habuisti in malitia. De timore bono est illud. r Initium sapientiæ timor Domini. De malo illud. s Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. De ira bona illud. t Irascimini, & nō te peccare. De mala autē est illud. v Desine ab ira & derelinque furorem. Quibus addo, quod malarum aliarum sunt mortaliter malæ, illæ scilicet, quibus frangitur lex, cuius fractio est mortalis, & aliarum venialiter tantum, illæ scilicet, quibus frangitur lex, cuius fractio est venialis tantum.

8 Secundo inferitur, omnes textus, tam Bibliorum, quam canonum, & legum, omnia item dicta sacrorū doctorum, & etiam Ethnicorum generatim significantium, non esse amada, neque desideranda temporaria, neque de illis adeptis gaudendū, intelligi debere de amore, desiderio, & gaudio inordinatis, seu rectæ rationi dissonis. Illa autem, quæ habent non esse odio habendum proximū, nec fugiendum, nec de morte, aliiue malis acceptis contristandum, numquam irascendum, intelligenda sunt de odio, fuga, & tristitia inordinatis, seu rectæ rationi dissonis.

9 Ex quo subinferitur, proculdubio excusari posse à nota hereseos eos, qui generaliter asserunt, non esse timendum, aut non esse sperandum in homine: sine timore seruendum Domino Deo nostro: nō esse timendum Diabolum: procurandam esse mentis securitatem, & id genus alia: quoniam hæc omnia possunt esse aliquo respectu ordinata, siue rectæ rationi consona, & consequenter bona, & Catholica, & in dubio generale verbum, quod ad bonum sensum, & malum trahi potest, interpretandum est in bonum. x Dixi supra, generaliter, nullatenus declarando se loqui de ordinato: nam si id faciant, in illo sensu malo sunt accipienda: quia in claris non est locus coniecturis. y

10 Tertiò inferitur quiddam confessariis quotidianum, videlicet, quod pœnitentes multi confitentur, se habuisse præfatas passiones, amoris, odij, spei, desperationis, gaudij, tristitiæ, timoris, & iræ, &c. & non declarant satis, an habuerint eas benè, vel malè ordinatas: neque qui declarant habuisse illas inordinatas, satis declarant, quanta fuerit earum inordinatio, vt iudicari possit, an peruenerint ad culpam mortiferam, & consequenter admoneri possint, & debeat, vt illis tamquam de mortalibus doleant, id est, vt ita doleant, quod proponant firmiter numquam se admissuros similes, iuxta ea quæ infra z notantur.

11 Quare pœnitens, qui sic generatim & cōfusè confitetur huiusmodi passiones, interrogandus est, nū omnes illæ, vel quæ illarum fuerint tantæ, vt mouissent eum, ad volendū potius trāsgredi legē ad peccati mortiferi pœnā obligatam, quam desistere prosecutionē huiusmodi passionis, amoris, odij, gaudij, lætitiæ, tristitiæ, vel spei, & fiduciæ, timoris, & iræ: nisi cōfessarius ex qualitate personæ, vel modo confitendi tacitè cōiiciat paruitatem, vel magnitudinem malitiæ, vel vanitatis earum, vt frequēter cōiiciunt.

12 Sexto dicimus, quod habitus animæ est qualitas stabilis, inherens essentia ipsius, vel alicui potentia eius, inclinans eam ad aliquid agendum. Dixi, qualitas, pro genere: quia omnis habitus est qualitas: non tamen econtrariò omnis qualitas est habitus, vt docet Aristoteles. a

Dixi, Stabilis, ad differentiam actus, qui est transitorius, vt infra b dicitur. Dixi, Inherens, ad significandum, quod nō est anima, neque aliqua substantia per se subsistens: sed quoddam accidens, quod potest subiecto adesse: & abesse, sine illius corruptione, secundum Porphyrium: c Per quod

a 2.2. q. 23. a. 1.

b 1.2. q. 23. a. 2. in cor. q. 4. 40. ar. 4.

c Dicta. q. 35. artic. 1.

d Prædicta. 1.2. q. 23. a. 3.

e In li. 9. de ciuit. Dei. ca. 5.

f 2.2. q. 30. a. 3.

g In. 4. Ethic. c. 9.

h 1.2. q. 42. a. 4.

i Ca. venerabilibus. §. si. de sens. ex com.

k In prædicta. 1.2. q. 18. a. 2.

l Passionū quæ dā bona quæ dā mala sūt.

m In dicta qu. 18. ar. 8.

n In dicta q. 24. ar. 2. v. cor. pore quæst.

a Prou. 29. b Eccle. 10.

c Psal. 118.

d Psal. 111. e Mart. 23. f Job. 20.

g Psal. 118. h Psal. 108.

i 1. Reg. 23. k Eccl. 27.

l Marc. 14. m Eccl. 14.

n Psal. 13. o Prouer. 23.

p Prouer. 15. q 47.

r Eccl. 1. s Psal. 13.

t Psal. 4. v Psal. 38.

x l. in ambigua. ff. de legibus. capi. 2. de reg. iur. ca. 1. de iureiur. li. 6. l. merito. ff. pro socio. §. l. si procurator. ff. de condit. indeb. y l. cōtinuus. §. cum ita. ff. de verb. obligatio.

z Ca. 1. nu. 2. §. c. 2. nu. 5.

Habit⁹ quid.

a In prædicatione. qualis.

b Prædicta. 6. nu. 1.

c In prædicatione. lib.

reprobatur



a In 1. li. sen. d. 17. & libr. 2. dist. 26. b 1. §. de sū ma Trinit. & fid. catho. c In 1. 2. qua. 110. art. 1. d In dict. dist. 17. & 26. e Sess. 6. canō. 11. f 2. Per. 1. g 1. 2. q. 50. n. 2.

h In 1. 2. qua. 49. ar. 2. i 2. Ethic. k In dict. 1. 2. 1. q. 10. a. 3. p. q. 7. ar. 1. l In 2. lib. sentent. d. 26. m 3. lib. sententiar. dicta d. 26. quaest. 1.

n 1. §. de in c. maiores. in fi. de baptis. o 1. 2. q. 51. n. 4.

p In 1. 2. q. fi. a. 4. & quaest. 49. a. 2. & 3. q In a. 4. & quaest. 49. a. 2. & 3.

r Lib. de profect. in fi. circa finem 4. ratio nis. s 1. 2. q. 71. ar. 1. t In practica. 4. q. 71. a. 2. v In a. 3. x In a. 4.

y Ibidem. z Sess. 6. c. 14. & can. 28.

reprobatur opinio Magistri, dicentis<sup>a</sup> gratiam esse ipsummet Spiritum sanctum: & hæresis Lutherana, quæ habet, gratiam non esse inhaerentem contra clem.<sup>b</sup> & tradita per S. Thomam communiter receptum<sup>c</sup> & eundem, & Scotum, & alios omnes.<sup>d</sup> & contra Concilium Tridentinū.<sup>e</sup>

Dixi, *Essentia ipsius*, ad includendum gratiam gratum facientem; quæ secundum opinionem S. Thomæ inheret essentia animæ, qua regeneratur, & fit consors diuinæ naturæ, iuxta illud *¶ ut simus consortes naturæ diuinæ* declaratum per eundem S. Thomam.<sup>g</sup>

Dixi, *Vel alicui potentia, inclinans eam ad aliquid agendum*, ad includendum omnes habitus alios à prædicta gratia, qui secundum eundem non inhaerent essentia animæ: sed potentiis eius, quas disponunt, inclinant, & impellunt ad aliquid benè, vel malè agendum. quod colligitur ex eodem S. Thomæ<sup>h</sup> & ex Aristotele.<sup>i</sup>

An autem habitus gratiæ, & habitus caritatis distinguantur re, ut ait S. Thomas cum suis assēctis,<sup>k</sup> an verò ratione tantum, ut sentit Magister, & affirmat Scotus cum suis,<sup>l</sup> & an caritas inhaerent plus animæ potentia differenti re ab ea, sed inseparabili, ut ait S. Thomas, an ipsi animæ, ut alij, de quibus est Ioannes Maior.<sup>m</sup> non tracto. quoniam quoad animæ salutem nihil refert, an hoc, vel illud teneamus.

13 Septimo dicimus, quòd habitus est duplex, infusus, & acquisitus. Infusus est, quem benignissimus Deus solus infundit, ut probatur in d. Clem.<sup>n</sup> & tradit S. Thomas communiter receptus.<sup>o</sup> Acquisitus autè est, qui producitur ad actibus frequentatis. ita quod actus est causa partialis habitus acquisiti, vel aucti: & è contrario, habitus est causa partialis producendi novos actus similes illis, per quos est genitus, vel auctus, ut colligitur ex S. Thomæ,<sup>p</sup> qui q probat necessitatem habituum.

Octauò, quòd duplex est habitus acquisitus, bonus, & malus. Bonus est qui producitur ab actibus bonis: malus autem, qui ab actibus malis.

14 Nondò dicimus, quòd virtus est habitus animæ bonus: vitium autem habitus animæ malus. tum per illud Augustini<sup>r</sup> relatum à S. Thomæ.<sup>s</sup> *Virtus est qualitas, qua facit bonum habentem: vitium autem qualitas, secundum quam malus est animus.* tum quia vitium est contra naturam hominis, quatenus homo est, ut probat Angelicus doctor,<sup>t</sup> qui v concludit, actum malum peiorem esse simpliciter habitu malo, quamuis secundum quid (eo quod vitium est diuturnius) sit peius actu malo, & vitioso. & x concludit, actum malum, qui est peccatum compati sibi virtutem, sicut & actus bonus compatitur sibi vitium, quamquam peccatum mortale non potest esse simul cum caritate regina virtutum, quæ est gratia gratum faciens vel ab ea inseparabilis, quæque est habitus omnium longe nobilissimus à Deo supernaturaliter infusus, licet possit esse cum fide, & spe informibus, ut v S. Thomas tradit, & Concilium Tridentinum definiuit.<sup>z</sup>

De actu humano, siue morali animæ humane.

PRÆLVD. VI.

- 1 Actus humanus & moralis idem: & quid sint.
2 Voluntarium simpliciter, & secundum quid.
3 Omissio pura quid.
3 Violentum quid, & in quo à metu differat.
4 Metu facta regulariter valere sed rescindi posse: nisi, & num. 5.
5 Sacramenta qua metu facta valent.
6 Violentus nullus est actus elicitus, siue interior.
6 Voluntas etiam à Deo, non cogitur violenter.
7 Metu factum rescinditur, non autem blanditijs extortum.
8 Ignorantia, qua facit actum non esse humanum.



DE actu humano, siue morali dicimus sequentia. Primò, quòd ea, quibus in beatam vitam, vel mortem æte, nam ab adultis mētis, cōpōtibz itur, sunt actus humani, siue morales, secundum S. Thomæ receptum<sup>a</sup> & alios<sup>b</sup>. Definitur autem actus humanus, siue moralis esse *actus hominis transitorius, & voluntarius perfecte, ac simpliciter, vel omissio eius.*

a In 1. 2. q. 6. art. 1. b In 2 lib sententiar. d. 24. & 25.

A Dixi, *Transitorius*, ad differentiam habituum, qui sunt qualitates stabiles, & permanentes iuxta Aristotelem.<sup>a</sup>

Dixi, *Voluntarius*, ad excludendum actus hominis omnino violentos: qui sunt illi, quorum principium est ab extrinseco, passio non conferente vim, id est, eo qui patitur, non opitulante, neque iuuante, qualis est is, quo homo per vim absolutam facit, ut oblatio thuris quæ per manum violenter ab alio ad id adactam idolo fit.<sup>b</sup>

Dixi, *Perfekte*, ad excludendum actus puerorum, amentium, & subito ex sola imaginatione absque deliberatione more brutorum agentium, quorum actus, & si ea parte sint voluntarij, quia propter finem (saltem imperfectè cognitum) aguntur: non tamen sunt perfecte voluntarij: quia non aguntur propter finem satis perfecte cognitum, eo quòd non aguntur ob finem cognitum propter rationem, & proportionem, quam habet finis ad id, quod propter illum agitur: quod solius iudicio, & ratione ventis est, ut pulchrè de more docet Angelicus doctor.<sup>c</sup>

3 Dixi, *Simpliciter*, ad includendos actus factos metu, qui licet non sint secundum quid voluntarij: sunt tamen simpliciter tales secundum eundem S. Thomam,<sup>d</sup> & probatur per cap. *sacris*.<sup>e</sup> quatenus ponit differentiam inter communicationem violentè incussam, & metu, siue vi conditionali factam. Dixi, *Vel omissio*, ad comprehendendam omissionem, per quam id, quod quis potest, & debet agere, non agit, iuxta eundem<sup>f</sup> & ex quo, & altero Thomæ<sup>g</sup> colligas, tria requiri ad hoc, ut omissio cuiuspiam sit purè voluntaria, videlicet, quòd possit, & debeat facere, & non velit, negatiuè tantum, id est, quòd neque velit, neque nolit: nam si nollit agere, id est, haberet nolitionem, siue voluntatem non agendi, non esset tam actus omissionis, quam commissionis.

\* *Ut omissio cuiuspiam sit purè voluntaria.* Voluntarium, ut ait iiii D. Thomas, dupliciter aliquid dicitur directè quòd procedit ab aliquo in quantum est agens: & indirectè, ex hoc ipso quòd non agit, ut submersio nauis dicitur esse à gubernatore, in quantum à gubernatione desistit. Hoc postremum est omissio, de qua D. Nauarrus agit, ad quam tria requirit, primò ut possit, secundò ut debeat, tertio ut non velit negatiuè, non positiuè.

D Secundo dicimus, quòd ex iis infertur. Primò ratio decidendi principij causæ,<sup>h</sup> quatenus habet, nihil peccare illam, cuius omnino renitentis virginitas violatur, quia immo, ut beata Lucia, relata ibi à Gratiano dixit, *ea duplicatur ad coronam.*

4 Infertur secundò, quòd actus (etiam metu factus) est actus humanus, quia est voluntarius simpliciter, licet sit inuoluntarius, secundum quid, ut ait Aquinas<sup>i</sup> & probatur in cap. *merito*.<sup>k</sup> quatenus habet, eum, qui metu alicuius mali facit aliquid, velle illud, licet non propter se, sed propter aliud. In qua re insignis quidam Theologus<sup>l</sup> & insignimus Decius<sup>m</sup> lapsi fuerunt, quatenus dixerunt, metu facta non esse simpliciter voluntaria: sed secundum quid tantum. Ratio siquidè diuersitatis inter violentè, & metu factum, illa est, quòd violentè dicitur, cuius principium est ab extrinseco, passio non conferente vim, siue non adiuuante, iuxta legem 1.<sup>n</sup> quæ habet, *vim esse rei maioris impetum, cui resisti non potest*, ut tradit Angelicus doctor.<sup>o</sup> qualis est thurificatio supradicta: quòd autem metu fit, licet ab extrinseco impulsionem habeat: passum tamen, id est, qui compellitur, confert vim, & adiuuat: quia consentit.<sup>p</sup>

5 Et ita factum per vim puram, nec meritum, nec peccatum est: neque prodest, neque nocet quoad vllum forum: quia non est actus humanus, factum autem metu, quia est actus humanus, potest aliquando esse meritum, & (ut plurimum) prodest, & nocet quoad vtrumque forum: quamuis regulariter rescindi possit ut resoluit glossa recepta. q nisi quoad sacramenta characterem imprimentia, quoad quæ non potest rescindi, r & nisi quo ad ea, qui liberam & spontaneam voluntatem requirunt, ut matrimonium & votum, s quia illa metu facta nihil valent, & sine vlla rescissione sunt inualida, siue nulla.

6 Infertur tertio, quòd nullus actus voluntarius elicitus, siue interior potest esse violentus: nam nullus talis fit, passio non conferente vim. Voluntas enim, siue anima velle potens, non potest absolute cogi, siue per vim præcisam ad actum à se ipsa elicendum, id est, ad volendum aut nolendum, ut pulchrè probat S. Thomæ<sup>t</sup> Nam, ut v ait, etiam

a In prædica. qualitatū.

b Ca. presbyteros. so. dist.

c In 1. 2. q. 6. art. 2.

d In eadem. quaest. 6. a. 6. c. De his qua vi.

f vbi supra. a. 3.

g Ibidem. Omissio vt sit purè voluntaria quid requirat.

h q. 5.

Metu facta non sunt simpliciter inuoluntaria. i In 1. 2. q. 6. art. 6. k 15. q. 1. l In quadam epistola ad me scripta. m In 1. velle ff. de reg. iur.

n ff. quod metus caus. o 2. 2. q. 175. a. 1. ad 1.

p Dicto c. merito. & l. 2. ff. quod met. caus.

q In c. abba. de his, qua vi met. r c. maiores. §. item quari. tur. de baptis. & eius. esse. s Ca. cum locum de spons. capit. de iis, qua vi met.

t 1. 2. q. 6. a. 4. v Ibidè ad 2.



si moueatur, & cogatur à Deo ad volendum, non patitur violentiam: quia ipsa confert vim, & adiuuat, dum vult: & ita non fit passio non conferente vim, & consequenter non est violentum per supra dicta.

7 Inferitur quartò, quod nullus actus, neque interior neque exterior desinit esse voluntarius, eo quod producat per concupiscentiam plurimum impellentem animum ad volendum: immo est magis voluntarius secundum S. Thomam. Quæ potest esse recta & noua ratio, quare blanditiæ, faciunt, vt actus per eas factus rescindi non possit, sicut metus, & quod licet testamentum metu factum non valeat, b testamentum tamen vxoris blando sermone mariti procuratum valet. c

8 Inferitur quintò, quod actus factus per ignorantiam aliquando est actus humanus, & aliquando non: & quidem est actus humanus regulariter: non est autem humanus quando tria concurrunt. Quorum primum est ignorantia illius rei, quam quis non tenetur scire. Secundum, quod non sit affectata, seu desiderata, vel procurata. Tertium, quod sit talis, sine qua non fieret actus, quia hæc tria efficiunt inuoluntarium. Quæ pulchre determinat Angelicus Doctor. d & probatur in cap. 2. de constit. & aliis, cum eis annotatis per glossas & doctores. e

Inferitur denique sexto, actum humanum non esse habitum: quia hic est stabilis, ille autem, vt dictum est transitorius, hic impellit eum, cui hæret ad actus sibi conuenientes: ille verò non: vt satis colligitur ex clem. 1. f & Cardinali, & Imolensi. g

De actu humano, siue morali bono, qui est meritum, & malo, qui est peccatum.

PRÆLUD. VII.

- 1 Meritum quid & quoruplex.
- 2 Gratia gratum faciens quid, & quanti valoris num. 3.
- 3 Bona in peccato mortali facta quantum profunt.
- 4 Actus humanus malus, & peccatum morale idem.
- 5 Peccatum mortale quid, latè.
- 6 Lex æterna quid, & quid ei contrarium.
- 6 Omisio pura cur dicitur factum negatiuè.
- 7 Verba illa, dictum, factum, & concupitum quomodo accipiuntur.
- 8 Definitio hæc peccati cur eligitur.
- 9 Peccatum & delictum in proposito idem.
- 10 Peccatum originale quomodo voluntarium.
- 11 Peccatum veniale qua ratione verè peccatum.
- 12 Peccata omnia esse mala quia prohibita, vt defendatur.
- 13 Peccatum non est vitium: & quibus constat. nu. 14.
- 15 Peccatum vt aliud est in genere entis, & aliud in genere moris.
- 16 Actus manens idem in genere entis nunc bonus nunc malus.
- 17 Actus nullus simul bonus, & malus, etiam diuersa ratione.
- 18 Bonis in agendis ne sint mala, magna cura adhibenda.
- 19 Peccatum cordis, oris, & facti in genere moris vnum tantum esse.
- 20 Confiteri peccatum mentis si est operis non sufficit: sed contrà, sic.
- 21 Peccatum non esse reatum, licet aliquando sic vocetur.
- 21 Reatus quid proprie, & ad quid transfertur.
- 22 Reatum pro obligatione ad penam esse filium peccati triplicem. num. 23.
- 23 Actionis mater obligatio.
- 24 Otiosum omne malum.
- 24 Circumstantia cuius defectu omnis actus fit malus.
- 25 Peccatur quibus modis circa peccati cognitionem.

**D**E præfatis membris actus morali dicimus multa. Primo, quod actus humanus, siue moralis diuiditur in bonum, & malum: & quod bonus est, qui nulla lege ob se, neque ob suas circumstantias prohibetur, & appellatur meritum, secundum mentem S. Thomæ communiter recepti. h

2. Secundo, quod meritum est duplex: Alterum simplici-

ter, seu de condigno. Alterum secundum quid, seu de congruo. Meritum simplex, siue de condigno est, quod meretur gratiam, & gloriam, & vitam æternam. Quod definitur potest esse actus humanus bonus, factus ab eo, qui habet gratiam Dei gratum facientem. Cuius meminit glossa. a Quæ gratia gratum faciens definitur potest, esse donum Dei supernaturale, insusum à Deo creatura rationali, quo est illi ad vitam æternam accepta. ex mente S. Thomæ, b & Scoti & aliorum. c Quæ gratia est tanti valoris, quod etiã illa, quam habet vnus particularis est maius bonum, quam aliud bonum naturale totius vniuersi, secundum Thomam. d

3 Meritum autem de congruo, vt S. Thomas e & alij multiloquuntur, siue meritum secundum quid, vt ipsemet S. Thomas f nominat, est actus humanus bonus, factus ab aliquo extra gratiam Dei existente, cui de quadam congruitate, & secundum quid debetur aliqua merces spiritalis, vel temporalis, vt sentit glossa, g quæ ponit illos duos sermos.

Quæ cum mortali bona fiunt, dant bona terra, Cor faciunt humile, minuunt tormenta gehenna.

Cui est alia similis in alio loco h vbi nuper i addidimus aliquos fructus vltra eos, quos scripsimus infra: k qui fructus licet magnæ sint in se utilitatis, collati tamen cum gratia gratum faciente, & gloria æterna, ei respondente, adeo paræ sunt, vt l dicantur, nihil prodesse; cum tamen de fide sit prodesse ad multa, vt dictum est, & satis definit Concilium Tridentinum. m

4 Tertio dicimus, quod licet verbum, peccatum, generaliter acceptum, vt docet S. Thomas. n significet omnem deuiationem, vel declinationem à rectitudine operi debita, siue in naturalibus, siue moralibus: iuxta Aristotelem, qui monstrat natura vocat peccata: o in proposito tamen solum accipitur pro deuiatione in moralibus, qualis est omnis actus moralis malus, siue peccatum morale. Definitur autem peccatum morale à variis. ex omnibus autem definitionibus, quas post veteres auctores tradit Magister cum S. Thoma, & aliis recentioribus p & alij alibi, illam eligimus, quam magnus ille Augustinus tradit, q quæ non latuit glossam. r

5 Videlicet peccatum est dictum, factum, aut concupitum contra legem Dei æternam. tum quia clarior, & vltior est: tum quia conuertitur cum suo definito. Nam cuiusque conuenit definitum, id est peccatum, conuenit etiã definitio: & è contrario, vt per infra dicenda patebit. Nam lex æterna, vt idem Augustinus ait s & post eum Angelicus doctor. t est summa ratio Dei, quæ iam inde ab æterno cuncta ordinauit, & post mundum creatum omnia gubernat, iuxta illud Poëtr.

Quidquid habet Phlegethon, quidquid caua viscera terra, Quidquid habet pelagus, quidquid secat aëra pennis, Fecisti solus, totumque opus ipse gubernas.

Et ita quidquid est contra legem, & rationem naturalem, est contra legem æternam: licet non e contrario, quidquid est contra legem æternam, sit contra legem & rationem naturalem: qualia sunt, quæ supernaturalibus obuiant, & ferè omnis hæresis, blasphemia, & similia. quod docet Angelicus doctor, v & latè iuxta, ac subtiliter enucleat atq; Thomas. x

Non obstat primò, quod prædicta peccati definitio non videtur conuenire puræ omisioni, quæ vt prædictum est supra, y saltem tribus concurrentibus est actus, humanus malus, & peccatum: & tamen non est dictum, factum, aut concupitum, nam licet illa omisio non sit dictum, factum, aut concupitum affirmatiuum: est tamen negatiuum. est namque non dictum, quod debebat dici: non factum, quod debebat fieri: vel non concupitum quod debebat concupisci, quoniam affirmatio, & negatio reducuntur ad idem genus, vt in hac specie tradit Aquinas z & probatur per l. si mora. a quæ non factum, quod debebat fieri, vocat factum, vt ibi annotauit glossa. Ibi enim iurifconsultus appellat factum omisionem traditionis dotis faciendæ mulieri. Et glossa recepta ibi per Bartholum, Alexandrum & alios, b ait, diuisionem illam iurifconsulti, \* qua diuidit stipulationem in stipulationem de faciendo, & dando, comprehendere etiam stipulationem de non faciendo, & non dando.

a In dicta q. 6. ar. 70.  
b leg. fin. ff. si quis aliquæ res. prohib. c. l. fi. C. eod. & dicta l. fi. ff. si quis aliq.  
d In dicta q. 6. ar. 1.  
e c. ignorãtia. de re. iur. lib. 6. c. fi. 37. dist. & melius. §. notandum. q. 4. sub. ca. turbat. f §. fi. de summa Trinit. & fid. cathol. g Ibidem.

a In §. fi. clem. 2. de sũ. Trinit. & fid. Catho. var. bo, omnibus. b r. 2. qu. 110. c. 111. c In 2. lib. sententiar. d. 26. c. 27. d r. sec. q. 113. ar. 9. ad 2. e In dicta. q. 114. ar. 6. f Ibidem. g Capi. quod quidam de poenit. & remiss. h In c. quarat §. quod auz. de poenit. dist. 3. i Nu. 2. k In c. 27. nu. 267. l Ca. nihil de consecrat. dist. 5. m Sess. 6. c. 7. & cano. 7. n In i. par. q. 63. a. 1. o 2. Phisicor. tex. 81.

p In 2. lib. sententiar. d. 35. q. in 1. 2. qu. 71. a. 6. q In 2. li. contra Faustum, c. 27. r In c. illa vox de poenit. d. 3.

s In li. 1. de libero arbitrio capite 6. t 2. 2. q. 91. a. 1.

v In dicta q. 91. artic. fi. x Ibidem.

y Prælud. 6. n. 3.

z In r. 2. q. 71. a. 6. a ff. solut. ma. trum. onio. b In libr. 2. de verbo. obligat. tionibus.





a In dicto q. 35. q. 1.  
 b In lib. 1. Re. trac. c. 15.  
 c In ca. 1. §. 1. 15. questio. 1. d In prælud. sequen.  
 e In questio. nimo Lemis.  
 f In regu. pec. casu. & reg. delictum. de regu. iur. l. 6. g In 4. l. sententiar. dist. 42.  
 h Per ca. ille rex de penit. d. 3. que si peccatum. de pecc. dist. 1.  
 i In princ. prælud. seq. k. n. c. unum §. d. 25. l. n. c. de quo ridianis. de penit. d. 3. m. 1. q. 1. d. 1. art. 1.  
 n In 2. l. sententiar. d. 35. §. 42.  
 o Vbi supra. p In dicto di. 42.  
 q Ibi. q. 1. a. 4. §. 1. 2. q. 28. a. 3. §. contra gmi. c. 129.  
 r Lib. 2. sententiar. dist. 43. §. 1. 2. q. 72. a. 1.  
 s In d. 22. eiusdem 2. lib. sententiar.  
 v Cap. ex par. 1. de offic. de leg. 2. In dicto ar. 5. ad 4.

\* *Qua diuidit stipulationem, in stipulationem de faciendo.* Stipulatio est firmitas verborum conceptio, qua quis aliquid se facturum daturumve promittit alteri, super hoc ipsum interroganti ut pote. Promittit ne re daturum mihi zo. Philippeos, alter respondebat, promittit, alioqui non erat rata promissio. Porro Stipulationem iuriscōsulti variè diuidunt, sed ista, qua stipulationum alia in dando, alia in faciendo consistunt, sumitur à caussa materiali. Nihil enim est aliud, circa quod versetur stipulatio velut materia, præter quam aut datio rerum, aut præstatio factorum.

7 Non item obstat secundò, quòd res dictæ, factæ, aut concupitæ non sunt peccata: quia illa verba definitionis, dictum, factum, & concupitum, non accipiuntur pro illis rebus: sed pro ipsis actibus dicendi, faciendi, & concupiscendi, seu volendi eas, hoc est, pro ipsa dictione, factione, & vti diximus, concupitione, seu volitione, vel latinius voluntate: quod post alios Gabriel rectè intellexit.\*

8 Non obstat tertio, quòd illa definitio Augustini b relata à Gratiano c videlicet, *Peccatum est voluntas retinendi, vel consequendi, quod iustitia vetat*, nullam facit mentionem de dicto, vel facto: cum enim mentionem fecerit de concupito, & voluntate, quæ radix est malitiæ dicti, seu dictionis, facti, seu factionis vel actionis, adeo quidem vt vnum tantum peccatum constituatur ex illis vt dicemus d, faciendo mentionem de voluntate, satis videri potest fecisse mentionem de illis, quorum malitia pender ab ea.

9 Non obstat quarto, quòd secundum hanc definitionem delictum esset peccatum: & tamen Augustinus e significat, quod peccatum est perpetratio mali, & ita commissio: delictum autem desertio boni, & ita omisio. quod adnotauit glossa, f & ante illam Magister, g quia ibidem ipsemet Magister dixit, indifferenter apud auctores, omne peccatum nomine delicti intelligi: & contrariò omne delictum nomine peccati. h

10 Non obstat quinto, quòd peccatum originale infantis, immo & nondum nati est peccatum: & tamen non videtur esse dictum, factum, aut concupitum: quia licet non sit factum, aut concupitum personale ipsius actuale: est tamen suæ naturæ humana: iuxta dicenda infra. i

11 Quatto dicimus, quòd ex prædictis infertur primo, omne veniale peccatum esse peccatum: quia ei præfata definitio conuenit. tum quia \* illud appellat peccatum Augustinus, k & Ioannes Chrysostomus. l tum quia S. Thomas, m omnem actum inordinatum, & vitiosum appellat peccatum. ac inter omnes conuenit, omne peccatum veniale esse actum inordinatum. tum quia Magister cum eodem S. Thoma & aliis n præsupponit veniale peccatum comprehendendi sub verbo, *peccatum*, quod ab Augustino o definitur esse dictum, factum, &c. Contrarium verò ait S. Bonaventura, cum aliquot aliis p videlicet peccatum veniale non esse contra legem, sed præter legem. Cui consonat etiam Angelicus doctor, q dicens, quod diuisio peccati in mortale & veniale non est diuisio generis in species, quæ æqualiter participant rationem generis: sed est diuisio analogi in ea, de quibus prædicatur secundum prius & posterius. non enim, inquit, est contra legem, sed præter legem. vbi Caietanus nihil non facit, quòd illum à telis Durandi r vbi nostram illationem tuetur, defendat. Quin & ipse Caietanus s carpit Scotum, eo quòd t dixisset, peccatum veniale nõ esse contra legem: quia negari non potest esse contra legem æternam, & virtutis. Quæ quidem contentio dirimi posse videtur, dicendo, quòd altera opinio procedit de contrarietate legis sufficienti ad assequutionem æternæ vitæ impediendam: altera verò de contrarietate secundum quid, quæ solum sufficit ad eam differendam.

\* *Illud appellat Augustinus.* August. ser. 41. de Sanctis siue 4. de animabus defunctorum hoc habet. Cæterum cap. de quotidianis quod Nauarrus Chrysostomo cum antiquo Gratiani codice tribuit, non est illius sed Augustini in Enchiridio cap. 71. ex quo illud citant Magister, & Iuo, & Concil. Toleta. 4. cap. 9.

12 Infertur secundo illud celebre elogium, quòd *non omne peccatum ideo est malum, quia prohibitum* iuxta glossam celebrem v intelligendum esse de prohibitione humana: non autem de prohibitione legis æternæ, per quam omne peccatum prohibetur, vt ex hac definitione colligitur, & adnotauit S. Thomas. \*

13 Infertur tertio, peccatum non esse vitium: quoniam peccatum est dictum, factum, aut concupitum, & ita actus, vt supra dictum est: vitium autem est habitus, secundum

A Marcum Tullium, a relatum à S. Thoma: b quod etiam colligitur ex Ambrosio c vbi est glossa singularis Ioānis.

14 Infertur quarto, peccatum consistere ex duobus, videlicet ex ipso actu, qui est quædam res naturalis, & ex tortuositate, ( vt ita dixerim ) & defectu rectitudinis, qua caret, ex eo, quod deuiat, & ex cõtra legem, & regulam æternam: quæ carentia appellatur priuatio, inordinatio, tortuositas, & deformitas: & quod, quatenus est actus, & res, meritiò dicitur quoddam bonum naturale: quia omnis res, quatenus est aliquid, est bonum naturale: iuxta illud. *Vidit Deus omnia que fecerat, & erant valde bona.* Sed quatenus est defectus, & priuatio boni dicitur malum, & nihil, ab Augustino e qui verbum, nihil, positum in illo celebri dicto *Sine ipso factum est nihil*, exponit de peccato: quod non est intelligendum de peccato quoad ipsum actum, quatenus est quædam res: sed de peccato, quatenus est inordinatio, & deest ei rectitudo, vt post, & ante alios declarat S. Thomas. s vbi concludit, non debere dici peccatum esse à Deo, nisi cum illa additione, in quantum est actus, & in quantum est quædam res.

15 Infertur quinto aliud esse peccatum in genere naturæ, & prout est quoddam ens naturale: & aliud in genere moris, & prout est quoddam ens morale. Nam, vt in illatione præcedenti est dictum, peccatum est aliquid, & bonum prout est ens naturale, & prout est ens morale dicitur nihil, & malum. Ex quo subinfertur fieri posse, quod actus, qui sit vnus & idem numero in genere entis, vel naturæ, nunc sit bonus, & paulo post malus in genere moris, id est, quatenus est ens morale. Nam ambulatio, qua quis vadit ad Ecclesiam est vna, & eadem res in genere naturæ: at si eam cupit facere ob inanem gloriam, erit mala toto tempore, quo ob eam ambulauerit: & si mutata voluntate continuat eam ad Dei obsequium, erit bona, dum ei de aliis requisitis nihil desit, vt tradit Aquinas. h

16 Ex quo subinfertur, quod vnus actus, qui est simplex, & idem numero secundum genus entis, & naturæ, potest esse duplex, & diuersus in genere moris, puta bonus & malus, peccatum & meritum: id quod idem Aquinas probat. i Et quamuis ille de actu solo exteriori formet & profectur questionem, non tamen ob id intelligas, contrarium sensibile de actu interiori, quod k adnotauit Caietanus, cuius quotidianum exemplum accipe in actu volendi comedere carnes. continuato ab hora, qua licet eas comedere vsque ad horam, qua non licet: quod non raro contingit apud infirmos in carnis priuio, & apud summates passim in noctibus, quæ præcedunt dies, quibus esus carniū vetatur, quæ est dies Iouis, & quicumque præcedit. Quatuor tempora, & festorum vigiliis.

17 Animaduertendum tamen est, quòd nullus actus pro eodem tempore adæquato, potest esse bonus simul, & malus, peccatum, & meritum, etiam diuersa ratione: quia implicat contradictionem: nam si est malus, aliqua rectitudo ad bonitatem necessariam ei deest: & si est bonus, nulla: quia bonum constat ex integra caussa, secundum Dionysium, l id, quod affirmat. S. Thomas, m & Ioannes Maior n & Caietanus. o

18 Quibus (proh dolor) consequens est, bonam operum aliquorum nostrorum partem esse malam: minor enim pars est eorum, quibus nulla deest rectitudo, vel obiecti, vel finis, vel alicuius circumstantiæ. Quamobrem magna cura, & studio est opus, vt quæcumque agimus, circumspicte agamus: ne bona, quæ labore magno ad bene merendum perficimus, parua incuria perdamus: vel ( quod peius est ) fiant nobis mala, ob quæ puniamur.

19 Infertur sexto, quòd peccatum interius, quo quis peccat, volèdo aliquid dicere, aut facere, & dictum, & factum ipsum exterius sunt quidem plura entia, & plures res, quo ad essentiam rei naturalis. Si quidem alia res est exterior actus, & alia interior: sunt tamen vnum peccatum in genere moris. quidquid voluat, & reuoluat satis leuiter, & inutiliter Ioannes Maior: p quoniam, vt eleganter de more ait Aquinas, q actus interior, & exterior ei respondens, licet sint duo in genere, & esse naturæ: in genere tamen & esse morali sunt vnus. Neque tamen ex hoc inferas sufficere penitenti cõfiteri omne peccatum interius solum sine

a In 4. li. Tuf. clarar.  
 b In 12. 2. qu. 71. ar. 1. ad 3.  
 c In Apolo. David ca. 2. §. habetur. in e. ille rex. de penit. d. 3. Peccatum ex duobus constat. d Gen. 1.  
 e Super Ioan. 1. Ioan. 1.  
 g In 2. li. sententiar. dist. 37. q. 1. art. 2.  
 Peccatum à Deo non est.  
 h 1. 2. q. 20. a. 6.  
 i Vbi supra.  
 k Ibidem.  
 l Ca. 4. de diuini nominibus. m 1. 2. q. 2. a. 6. §. clariss. in 2. li. sententiar. d. 40. q. 1. ar. 4. n Ibidem. qu. 7. o Super Mattha. c. 6.  
 p In dicta d. 4. 2. q. 2. q. 1. 2. q. 20. a. 3.





a Cap. omnis. de pœ. & remiss. b Ca. 5. & ca. 6. sess. 14.

c Arg. l. Labeo. §. Tubero. ff. de suppellect. leg. ar. gu. item cap. præterea de offic. deleg. d. l. neque naturales. Cod. de probationibus & cap. in presentia. eod. tit. e In 2 lib. sententiar. d. 42.

f Lib. 8. instit. ca. 3. g ff. de pœ.

h In ca. si peccatum de pœnis d. 1. i Vbi supra. k Ca. unum. §. criminis 25 dist.

l licet. §. en obligatio. ff. de de procuratoribus. m gloss. i rub. de actionibus instit. n Lib. 1. C. de capi. 12. o l. 2. q. 87. a. 2.

p l. 2. q. 18. a. 8.

q In 2. li. sct. d. 7. & 41. & quolib. 18. r Super §. Thom. in di. ar. 8. s Matth. 12.

t In 2. Physi. cor. ca. 3. text. 85. v l. 2. q. 1. a. 1. & 2.

exteriori. quoniam oportet confiteri omnia peccata mortifera, iuxta cap. Omnis & clarius in Concilio Tridentino. b & constat, peccatum exterius esse peccatum mortiferum, quando interius est huiusmodi, & licet peccatum interius, & exterius sint vnum peccatum in genere moris: sunt tamen duo in genere naturæ, vt prædictum est.

20 Neque obstat, quod sufficit confiteri exterius: quia qui confitetur exterius, implicite confitetur interius, cum sine illo non esset peccatum. Non autem contra, qui confitetur interius, videtur cōfiteri exterius: cum interius passim inueniatur sine exteriori: & non concludit hoc adesse, quod contingit abesse. d

21 Infertur sextò, peccatum esse aliud à reatu peccati. tū quia peccatum per prædicta est dictum, factum, &c. reatus autem peccati est obligatio nata ex peccato ad pœnā subeundam. tum quia Magister e ait, quod licet aliquando in Scripturis auctorum verbum, reatus, significet culpam, & aliquando pœnam: id tamen non contingit ex originaria verbi significatione: sed quia, cum reatus sit quoddam medium inter illa, nomen eius transfertur ad significandum extrema. tum quod verbum, reatus, est verbū nouum & incognitum Marci Tullij ætati, & à Messala sub Augusto Cæsare vsurpatum, vt docet Quintilianus. f vsurpatum, inquam, pro statu rei criminis. quod colligitur ex l. si quis diuino. §. quidquid ibi reuoluat Accursius vbi adnotauit Budæus, errore nimio apud Iuriconsultos ætatis nostræ pro crimine reatum accipi.

22 Et quamuis iuxta sensum Budæi, etiam obligatio ad pœnam, non dicatur proprie reatus, sed ipse status rei, qui accusatus est, & inter reos receptus: \* Gregorius tamen h & Magister cū Aquinate, & alii i pro illa obligatione accipiunt. At quia duplex est peccatum: alterum mortale, alterum veniale, k sic duplex est reatus. Alter, quo quis obligatur ad pœnam æternam. Alter, quo quis obligatur ad pœnam temporalem, secundum omnes.

\* Gregorius tamen. Cap. si peccatum quod hic citatur integram quidem habetur in commentariis, qui Eucherij nomine sunt editi, li. 2. Reg. cap. 8. Sed magnam quoque partem apud B. Gregorium lib. 9. moral. cap. 27. reperies.

23 Itaque peccatum est mater reatus: reatus verò filius peccati: sicut obligatio est mater actionis, l & actio filia eius. m Reatus autem siue obligatio ad pœnam est triplex: quia peccatum eo quod triplicem ordinem offendat, ad triplicem pœnam obligat. Quatenus enim offendit ordinem propriæ rationis, obligat ad pœnam remorsus cōscientiæ, iuxta illud Augustini. n Omnis inordinatus animus sibi ipsi est pœna. quam conscientiæ remorsum esse dixit Sanctus Thomas. o Quatenus autem offendit ordinem Dei, obligat ad pœnam æternam, vel temporariā ab eo infligendā. Quatenus verò offendit legem humanam, obligat ad pœnam illius legis per hominem statutam. Quod fit, vt qui peccamus considerare deberemus, quod licet possimus effugere frequenter hominis legis latoris pœnā, errata nostra ignoratis, nequaquā tamen possumus vitare pœnā Dei, omnia cernitis: nec conscientiæ nostræ, omnia nostra videntis: nisi per pœnitentiam legitimam, & peccato accommodam.

24 Infertur septimò, quod actus deliberatus, qui non est bonus, est peccatū. quoniam multi sunt actus, qui iuxta suum genus, vel suā speciē, id est, ex obiecto suo neq; boni sunt, neque mali, qualis est deambulatio in campū & leuatio festuæ, vt S. Thomas cōmuniter receptus habet: p nullus tamen inuenitur in indiuiduo, qui non sit malus, si nō est bonus: quoniam nullus talis inuenitur, cui non desit bonitas vel obiecti, vel finis, vel alicuius circumstantiæ: & quamuis olim cōtrariū visum fuerit mihi veri<sup>9</sup> sequuto Scotū. q eo quod videbatur dari posse actus indifferens sine vlla circumstantiā in nullū finē bonum, vel malum ordinatus: postquā tamen legi Caietanum, r sequutus sum hoc: quia omnis actus deliberatus otiosus est malus, iuxta illud. s De omni verbo otioso quod loquuti fuerint homines reddent rationē in die iudicij, & illa firma ratione, quod omnis actio, quæ nō fit ad aliquē finem, est otiosa: & ita deest ei circumstantia finis, siue ordinatio ad bonum finem: & consequenter est cōtra legem æternam, quæ ad bonitatem actus exigit omnium circumstantiarum concursum rationabilem, quæque habet hominem agere propter finem, iuxta Aristotelem t relatum à S. Thoma, v & consequenter est peccatum.

A 25 Infertur octauo, quā vanè, & stultè errauerint multi super peccato actuali. Alij quidem, vt Valentinus, quod peccatum non est à libero arbitrio, sed à Dæmone tantum. Alij, vt Lutherus, quod omne opus, quamlibet rectè factum, est peccatum. Alij, vt Ætius, & Armenij, quod aliqua sunt peccata omnino irremissibilia. Alij, vt Vualdensis, quod nullum peccatum mortale est tolerandum, etiam ad vitandum inaius malum. Alij, vt Iouinianus, quod semel iustificatus, non potest amplius peccare: de quibus late Castrensis. a Alij, vt Vualdenses, quod per peccatum mortale perditur omnis potestas, tam laica, quam ecclesiastica, vt per eundem Alonsum constat. b

De peccati vna specie, quæ est peccatum originale.

PRÆLVD. VIII.

- 1 Peccatum duplex, originale, & actuale: & quid originale.
- 2 Peccatum aptius genus ad originale, quā carentia iustitiæ originalis.
- 3 Peccatum originale tollitur per baptismum, sed non carentia.
- 4 Peccatum, quod primi parentis fuit, vt transfertur in descendentes.
- 5 Iustitiam originalem sibi, & omnibus perdidit Adam.
- 6 Peccatum originale non est reatus, & cum eo omnes nascimur.
- 7 Peccatum originale non est multa, quorum nomine appellatur.
- 8 Peccatum originale excludit omnes à vita æterna.
- 9 Peccato originali vt caruit Christus, & mater eius.
- 10 Peccatum circa originale qui sic, & sic errant, hæretici.

D E præfata peccati originalis specie diximus primo, quod peccatum diuiditur in peccatum originale, & peccatum actuale: & quod peccatum originale, attenda magis mente, quā verbis Anselmii e & Magistris, & aliorum d & S. Thomæ e & aliorū Catholicorum alibi & præcipuè Concilij Tridentini, f potest definiti esse peccatum primum primi parentis, quatenus fuit natura, transfusum per virtutem seminalem in omnes, immediatè, vel mediatè ab eo genitos, quo sibi, & illis perdidit iustitiam originalem, quoad hoc seculum, & beatitudinem æternam quoad alterum.

2 Dixi, Peccatum, pro genere, quia licet Anselmus frequentius receptus ponat g pro eo, carentia iustitiæ originalis, & alij concupiscentia, vel habitus improprius, vel fomes, vel lex membrorum, vel tyrannus, & alij reatus, vel pœna: aptius tamen ponitur peccatum. Tum per hæc verba circumspicienda S. Thomæ. h Sicut peccatum actuale est peccatum persona, quia per voluntatem persona peccantis committitur: ita peccatum originale est peccatum natura, e quod per voluntatem principij humana natura commissum est. Et sicut peccatum actuale, quod est peccatum persona trahitur ad singula membra per aliquem actum personalem: ita peccatum originale trahitur ad singulos homines per actum natura, qui est generatio. Tum per præfatum Concilium Tridentinum quatenus i declarat hæreticum eum, qui dixerit, Adamum inquinatum per inobedienciæ peccatum, mortem, & pœnas corporis tantum in omne genus humanum transfudisse: non autem & peccatum, quod mors est animæ. Et quatenus k definit, hæreticum esse negare, quod per baptismum remittatur omnis reatus originalis peccati: aut asserere non tolli totum id, quod veram & propriam peccati rationem habet.

3 At per baptismum non tollitur carentia originalis iustitiæ, nec concupiscentia, nec habitus ille improprius, neque fomes, neque lex membrorum, neque tyrannus, licet aliquantum refrænatur, secundum omnes. Ergo nullum illorum est de vera, & propria ratione peccati originalis: ac consequenter neque verum genus definiti, quod est de quidditate & ratione speciei. l Et quamuis reatus omnis tollatur per baptismum: tamen secundum Magistrum sentent. communiter receptum, peccatum originale, non est reatus, neque pœna, sed culpa, vt infra dicemus. Ergo aptius genus est peccatum, quā aliquod illorum.

a Lib. 11. aduersus omnes hæreses verb. peccatum hæresi. 3. & seq. b Vbi supra ver. potestas. hæresi. 1.

c De conceptu virginali c. 2. & 3. d In 2. li. sententiar. d. 30. e l. 2. q. 81. & 82. & 3. p. q. 77. a. 1. & melius ad Rom. 5. lect. 2. col. 2. f In tribus §. §. 1. 2. & 3. Decreti de peccato originali. sess. 5. g Vbi supra. h Ad Roma. 5. lect. 3. col. 2. Peccatum originale veri nominis peccatū est.

i Vbi supra. §. 2.

k §. 5.

l Iuxta Porphyriū in Prodicabilibus.



a 1.2. q. 82. a. 2. & melius in præallegata lect. 3. ca. s. ad Rom.

b 1.2. q. 81. a. 4. & 2. libro sentent. d. 31. q. 1. a. 2. c. In dicta d. 30. quæstio. 2. d. q. 82. ar. 4.

In iustitia originalis quid.

e Cap. firmissime. de consecrat. d. 4. f. 2. lib. sentent. d. 30. g. supra in præallegato præcedenti. nu. 22. h. Rom. 5.

i Ad Ephes. 2. k Et c. de consecrat. d. 4. l Vbi supra. §. 1. m Præalleg. precedent. nu. 14. n 1.2. q. 82. a. 1. ad 1. o in 2. lib. sententiar. dist. 30. q. 2. p In dicta d. 30. q. In dicta. q. 82. a. 3. r Rom. 6.

s Ibid. lect. 3.

t Supra. nu. 2.

v Vbi supra.

Peccatum originale quid proprie.

4 Dixi, Primum primi parentis: quoniam alia peccata, quæ ipse fecit, vel posterius eius faciunt, non sunt peccata originalia, neque tranferunt, neque transeunt in posteros vt probat S. Thomas receptus in hoc ab aliis. a

Dixi, Quatenus fuit natura, quia quatenus personale, ac sola personali voluntate commissum fuit, non fuit, neque est originale, neque transfutum: sed quatenus fuit peccatum natura, & voluntate posterorum eius commissum, ea ratione, & modo, qui ex prædictis verbis S. Thomæ colligitur.

Dixi, Per virtutem feminalem, ad significandum quomodo, & à quo, & in quos deriuatur. Nam homo, qui in puris naturalibus crearetur miraculose alia de materia, quam humana carne, non haberet hoc peccatum originale: quia ille non esset ex Adami posteris. Immo nec si crearetur de carne humana ratione alia, quam per virtutem feminalem iuxta sententiam eiusdem S. Thomæ, b & aliorum præsertim Durandi c & tamen careret iustitia originali, & fomitem, ac concupiscentiam, quam baptizati habent, haberet, vt satis colligitur ex eodem S. Thomæ. d

5 Dixi, Quo sibi & posteris, perdidit iustitiam originalem quoad hoc seculum, ad insinuandum illud grande, irreparabileque damnum, quod sibi, & nobis intulit, protoplastus. Illa enim iustitia erat quoddam donum supernaturale, inditum à Deo Adamo pro ipso, & pro posteris eius, quo vires inferiores subiiciebat superioribus, & superiores Deo, harmoniam quandam miram constituens: cui per peccatum amissa successit discordia, & rebellio deploranda, & potentia concupiscendi tam sensualitatis, quam voluntatis superioris effrenata, secundum omnes. De qua Poëta quidam celebris, postquam graphicè conscripsit mortem, & alia, quæ perditio hæc iustitiæ attulit, concludit.

Hec fuga iustitiæ nostris mala cuncta diebus Intulit, &c.

Dixi, Et beatitudinem, quo ad alterum seculum, ad ostendendum terribilem effectum, quem hoc peccatum operatur, scilicet quod facit æternum vita carere beata. e

6 Secundo dicimus, quod ex præfata definitione inferitur primo, peccatum originale nõ esse reatum, f vt probat Magister f quia, vt g diximus, peccatum non est reatum.

Inferitur secundo, hæreticos esse, qui dicunt, non nasci homines cum vero peccato: quia est contra prædicta, fundata in illo Apostoli. h Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. & in illo eiusdem. i Erasmus natura filij ira sicut & ceteri. Et in definitione cap. firmissime crede. k & Concilio Tridentino. l

7 Tertio dicimus, quod peccatum originale nõ est actus personalis, neque potentia, vt palam est, neque habitus, vt distinguitur ab actu: quia est peccatum: & nulla peccata sunt habitus, vt dictum est supra, m quamuis latè accepto vocabulo metaphoricè dicitur queat habitus, eo quod, vt ille inclinatur ad suos actus, ita originalis peccati fomes inclinatur ad suos, iuxta S. Thomam, n & Durandum & alios. o Neque est verè concupiscentia, seu, vt Magister p declarando ait, concupiscentia, neque fomes peccati, licet materia eius aliquo modo dici queat, q iuxta S. Thomam, & licet quandoque vocetur peccatum, nominando effectum per causam, iuxta illud Apostoli. r Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, adiuncta expositione S. Thomæ, s dum ait, non iubere Apostolum, ne peccatum, hoc est fomes peccati, sit in nobis: sed quod non regnet in nobis, qui debemus, & possumus cum gratia Christi ei resistere. Quoniam vt t dictum est, per baptismum tollitur totum id, quod est de vera ratione peccati originalis, vt determinat Concilium Tridentinum v & tamè experimur baptizati post baptismum motus iræ, amoris, & voluptatis, præuenientes rationem, qui ex fomite illo manant. Et idem est dicendum de carentia iustitiæ originalis, quæ per baptismum non restituitur.

8 Quarto, quod peccatum originale proprie est peccatum, seu culpa, siue deformitas, & defectus rectitudinis, qua caruit ille actus primi peccati primi parentis, quatenus fuit actus voluntarius totius naturæ, omniumque ab illo deriuandorum per virtutem feminalem, eo modo, quo initio huius præludij monstratum est.

A Quinto, quod in vno homine non est, nisi vnum peccatum originale, vt idem S. Thomas receptus a docet: qui b concludit inesse id omnibus hominibus, & æqualiter. Cui consequens est, omnes homines mundi, natos iam, & nondum natos, marces, & feminas adultos, & paruos, discretos, & fatuos, qui manentes in originali peccato moriuntur, damnari, saltem pœna damni, per quam excluduntur à vita æterna beata æternum c per finem prædictæ definitionis \* & cap. firmissime, quod Gratianus attribuit Augustino, licet bonam eius partem tribuat Magister sententiarum, d libro de dogmatibus Ecclesiasticis.

\* Et cap. firmissime. Caput firmissime sumpsum est ex libro Fulgentij De fide ad Petrum. capit. 36. qui est inter opera Augustini & nomine Augustini passim citatur.

B 9 Sexto, quod hoc peccato originali caruerunt dominus noster Iesus Christus, e secundum Aquinatem, quia non descendit ab Adamo per virtutem feminalem, & gloriosissima Virgo eius mater, secundum plerisque Catholicos, eo quod fuit præseruata privilegio particulari: quauis plerique grauisissimi & sanctissimi viri contra sentiant. Vnde neutra opinio est damnanda, iuxta iussu Papæ Sixti IIII. f renouata nuperrimè per Concilium Tridentinum. g

C 10 Septimo, quod contra prædicta errat, & est hæreticus, qui non confitetur, Adamum statim ac peccauit, sanctitatem, & iustitiam, in qua constitutus fuerat, amisisse, incurrisseque iram, & indignationem Dei, atque mortem sibi comminatum, totumque Adamum per illam offensam secundum corpus, & animam in deterius commutatum fuisse, vt habet Concilium Tridentinum. h

De peccati altera specie, quæ est peccatum actuale, & de speciebus eius, præsertim mortali.

PRÆLVD. IX.

- D 1 Peccatum actuale quid, & quæ eius species noscenda confessario.
- 2 Peccatum diuiditur septem modis, in cordis, oris, & operis. numero 2.
- 3 Et in facti, cordis, & consuetudinis.
- 4 Et in septem capitalia.
- 5 Et in Deum proximum, & seipsum.
- 6 Et in peccatum per excessum, & defectum.
- 7 Et in peccatum mortale, & veniale.
- E 2 Peccati diuisiones, in quod profunt confessarijs.
- 3 Mors anima triplex, signata per tres suscitatos.
- 7 Peccatum mortale & veniale specie differunt.
- 8 Peccatum ad mortale possunt obligare leges humana.
- 9 Conscientia contra legem quis dicitur peccare.
- 10 Ignorantia quæ excusat.
- 11 Subreptio quæ excusat.
- 12 Paruitas rei vt excusat: & quid sit illa remissiuè.
- 13 Dispensatio quæ excusat à mortali.
- 14 Dispensatio alia iusta, alia iniusta, alia nulla.
- 14 Dispensatio sine causa quæ non mortalis.
- 15 Dispensatio inferioris circa legem superioris quæ valet.
- 16 Causa quæ iusta excusat circa legem humanam.
- 17 Peccatum mortale est contemptus consilij diuini & salutis proximi. 18.
- 19 Finem vltimum non ponit in creatura quisquæ mortaliter peccat.
- F 20 Peccatum quoddam duplex, quoddam simplex, quoddam multiplex.

**D**E hac re dicimus primo, quod peccatum actuale definiti potest, esse peccatum, quod non est originale. Dixi, Peccatum, pro genere, & reliquum pro differentia.

2 Secundo, quod quia erroneum, & hæreticum est illud paradoxum Marci Tullij, Omnia peccata sunt equalia vt tradit S. Thomas i receptus ab omnibus Catholicis. & nõ sufficit pœnitenti confiteri peccata sua in genere, neque confessario ea sic audire: sed oportet confiteri, & audire

a In 1.2. quæ 82. a. 2. b In 3. & 4.

c De consecrat. d. 4.

d In 2. libr. d. 30. e 1.2. q. 81. a. 3. & 3. p. q. 27. art. 2.

f In extran. 1. de reliq. & venerat. sanctor. g Vbi supra. §. ult. h Sess. 5. c. 1.

i 1.2. q. 72. art. 2. & q. 2. a 9. de malo.



a *Pe infra. ca. latius traditur.*  
 b *In lib. simili c. 24.*  
 c *2. 2. q. 102. ar. 4. & in c. super tribus. de penis. d. 2.*  
 d *Pralud. 7. num. 11.*  
 e *In lib. de sermone Domini. in mona ca. 23. relas. in c. sicut tribus de penis. dist. 2.*  
 f *Mat. 9. Lu. 7. Ioan. 11.*  
 g *Dist. c. sicut tribus.*  
 h *In lib. 33. Moralium. c.*  
 i *In 2. li. sentent. d. 4. 2.*  
 k *In dicta. q. 72. art. 2.*  
 l *In capit. 6. sub finem. m In li. de sū. bono.*  
 n *Vbi supra. a. 4.*  
 o *Vbi supra art. 8.*  
 p *Pralud. 7. num. 11.*  
 q *Pralud. 7. num. 11. Peccatū mortale quod sit.*  
 r *Ca. de quotidianis. de penis. dist. 3.*  
 s *§. 4. d. & c. p. 14. q. 1. t Psa. 118. oronarioz. ver sic. 5.*  
 v *Psa. 88. ver sic. 31.*  
 x *4. de maiori. & obedi. §. leges. 4. d. y In commentario predicti c. fraternitas 12. 2. q.*

illa in specie, a ideo peccati actualis diuisiones sunt consideranda.

Prima est Anselmi b relati à S. Thoma c in peccatū cordis, oris, & operis: quæ per tria verba prædictæ definitionis clare probantur. Quæ tamen diuisio non est generis in suas species, sed eiusdem peccati in diuersos gradus vt supra d diximus, admonendo confellarium quiddam quotidianum.

3 Secunda diuisio est Augustini, e in peccatum cordis, facti, & consuetudinis: quæ etiam non est diuisio peccati in membra diuersa speciei: sed in tria membra diuersorum graduum eiusdem peccati. Quod eleganter de more ait ibi Augustinus significari per tria genera mortuorum, quos Dominus resuscitasse ait Euāgelium f cui glossa g attextuit illa carmina, magna pietate, parique arte composita.

*Mens mala, mors intus, malus actus, mors foris, vsus Tumba, puella, puer, Lazarus ista notant.*  
*Hanc verbo, hunc motu, lacrymando suscitatur illum Christus, & in modico nascitur eger homo.*

4 Tertia diuisio est S. Gregorij h relati à Magistro i in septem capitalia. Et rursus septem capitalia in quinque spiritualia, videlicet Inanem gloriam, Irām, Inuidiam, Auaritiā, & Accidiam: & in duo carnalia Luxuriā scilicet, & Gulam. Quæ est diuisio peccati in membra specierum diuersarum, seu diuersorum generum subalternorū: quia singula illorum septem à se inuicem differunt specie, cum eorum omnia obiecta speciei differant vt erudite declarat S. Thomas. k Id autem, quod in alia editione hoc in loco subieciimus de differentia confitendi aliquam circumstantiam necessario cōstendam non confesso ipso peccato, omittimus: quia satis exprimitur infra. l

5 Quarta diuisio est Isidori m in peccatum in Deum, & proximum, & se ipsum, quæ refert S. Thomas. n quæ tamen diuisio parum est confellaris necessaria.

6 Quinta diuisio o colligitur ex S. Thoma in peccatum per excessum, & in peccatum per defectum. de qua idem dicendum est, quod de duabus proximè præcedentibus.

7 Sexta diuisio peccati est in peccatum lethale, seu mortale, siue mortiferum, & in peccatum veniale. quæ diuisio an sit generis in suas species, nec ne, satis colligitur ex his quæ supra diximus. p

Tertio dicimus, quod longè vtilissimum fuerit pœnitenti, confessariōque nosse notas, quibus veniale à mortali discernatur. quod non satis discernitur dicendo, quod mortale sit contra legem: veniale verò præter eam. Quia supra q probatum est, etiam peccatum veniale esse contra legem: & per infra scripta patebit, non omnia contra legem facta esse mortalia. Notæ autem præfatæ satis colliguntur ex definitione infra scripta peccati mortalis, & sua declaratione.

8 Quartò, quod peccatum mortale est peccatum cōtra præceptum diuinum, vel humanum, promulgatum, receptum, & non derogatum, æterna pœna munusum, vel contra aliquid pro tali habitu, vel an tale sit dubitatum, quod ignorantia, subreptio, vel paruitas rei, aut dispensatio iusta, vel causa iusta, quæ ad legem humanam ab ea non excusat, vel contra diuinum consilium contemptum, vel contra salutem animæ proximī spretam, vel ob finem malum, vel in quo finis vltimus ponitur.

Dixi, Peccatum, pro genere: quia omne peccatum mortale est peccatum: non tamen contrā, omne peccatum est mortale. quandoquidem innumera sunt venialia. r

Dixi, Contra præceptum: quia factum contra consilium, etiam diuinum, regulariter non est peccatum, etiam veniale. s

Dixi, Contra præceptum diuinum vel humanum, vt comprehenderem præcepta naturalia diuina, diuina positia, & humana, quæ tria possunt obligare ad mortale. Diuina quidem, siue naturalia siue positia, iuxta illud Dauidis. t *Maledicti qui declinant à mandatis tuis.* Et illud eiusdem. v *Si iustitias meas profanauerint, & mandata mea non custodierint.*

8 Lex verò humana iuxta cap. 2. x si modò sit promulgata, recepta, & non derogata in totum, vel pro parte, contra quam agitur, vt latè trademus alibi. y

Dixi, Æterna pœna munusum, ad excludendum peccata, quæ fiunt contra præcepta legum, quæ non infligunt

pœnam æternam. Qualia sunt etiam aliquot diuina, putata de non iocose, nec officiose meniendo a vt latius tradimus infra b post Caietanum. c Qualia sunt etiam illa, quorum auctor non habuit animam obligandi ad illam pœnam, vt sunt statuta Dominicanorum secundum S. Thomam, d quem sequuntur Ioannes Andreas & alij. e Qualia item sunt statuta complurium aliorum ordinum, & collegiorum, facta instar Dominicanorum. Qualia item sunt, quæ non continent verba præcipientia, sed tantum ordinantia, vel statuentia, vt sunt multæ leges sæculares vt latius traditur infra. f

9 Dixi, *Vel contra aliquid pro tali habitu*, ad comprehendendum peccata facta contra conscientias dictantes, vel dubitantes ea esse mortalia, quamuis non verè sint talia. g Quibus addo, quod ad hoc, vt peccatum sit mortale, non sufficit quod fiat contra conscientiam, quæ dicitur, id esse peccatum simpliciter, sed oportet, vt dicatur esse peccatum mortale. Vnde peccata, quæ fiunt contra conscientiam dictantem illa esse venialia, vel esse simpliciter peccata, solum erunt venialia, si ex se alioqui non sunt mortalia. Quia, vt ait Baldus, h in causato non potest esse plus virtutis, quam in id potentia causæ infundat. Pro quo facit capitul. *licet ex quadam.* i Et conscientia, quod aliquid sit veniale, vel simpliciter peccatum, non infundit in id grauitatem lethalem, quam non habet. Addo item, quod non sufficit, nec requiritur ad hoc conscientia, vel dubietas generalis: sed requiritur & sufficit specialis, vt post Thomam à Vio k tradidimus in capit. *si quis autem.* l verbi gratia. Si iurisperitus dubitaret in genere, an iurisconsultis liceat die festo consulere: nulla tamè eum teneret dubitatio, an hoc die festo hoc consilium huic à se dari liceat, nullum admittitur ex parte dubitationis conscientie peccatum: e contrario autem, si quis arbitretur licere generaliter iurisperitis, diebus festis consulere: dubitet autem, an nunc, & huic, & hoc consilium sibi liceat dare, peccatum esset ex capite dubitationis. Addo denique, quod non sufficit ad hoc scrupulus in genere, nec in particulari: nam si quis facit opus licitum, quod credit ei licere, non peccat, licet angatur scrupulo generali, vel particulari in contrarium, vt late probamus alibi. m

10 Dixi, *Quod ignorantia non excusat*: quoniam illa quando est facti, immo & frequenter, quando est iuris excusat eo modo, quo reddit actum inuoluntarium, vt supra n declaratum fuit.

11 Dixi, *Subreptio non excusat*: ea enim in omni materia excusat à peccato mortali vt dicemus infra. o Qualis frequenter inuenitur in Accidie materia, dum quis habet displicentias quasdam bonorum diuinorum non satis deliberatas. Cui addi potest paruitas iudicij, qualem habent semidormientes, vel semiebrii, vel adeo turbati, quod licet sufficiat ad veniale, non tamen ad mortale, vt pulchre determinat Ioannes maior. p

12 Dixi, *Vel paruitas rei*: quia etiam hæc in omni materia excusat secundum S. Thomam. q Quæ autem quantitas dicatur magna & notabilis ad efficiendum furtum mortale, latius, quam alij, tractauimus in Comment. cap. final. r cuius summa inferitur infra. s

13 Dixi, *Vel dispensatio iusta*: quia hæc quoque semper excusat. Per iustam autem intelligo eam, quæ valet ipso iure, licet non fuerit iuste facta, quales multæ fiunt circa leges humanas: quamuis nulla earum, quæ circa legem diuinam, & naturalem sine iusta causa fiunt, inuenitur talis: nulla enim earum valet ipso iure: quia nullus Princeps id faciendi facultatem habet, iuxta glossam solemne, quæ agit de dispensatione super voto, & glossam, v quæ agit de dispensatione super iuramento. Arbitror autem, quod licet dispensator peccet: tamen dispensatus, si bona fide, nixus superioris auctoritate putat, eam sibi iusta de causa esse datam excusatur, donec satis nouerit, eam non fuisse sic datam. x

14 Tales etiam sunt, quæ fiunt circa legem diuinam & naturalem, iusta de causa ab eis, qui potestatem habent secundum prædictas glossas. Tales item sunt, quæ fiunt à Principibus, qui non recognoscunt superiores, circa suas leges, etiam sine iusta causa, modo sine subreptione fiant.

a *Ca. primū. 22. q. 2.*  
 b *cap. 23. nu. 47.*  
 c *Tomo 1. Opusculor. Opusculo 25. qu. 1. & 2. 2. q. 72. a. 5.*  
 d *1. 2. qu. 106. a. 9. ad 1.*  
 e *In c. relas. ne cleric. vel monach.*  
 f *Dicto capi. 23. nu. 43. & seqq. & in præallegato Commentario c. fraternitas. 12. quæstio. 2. g Per cap. per tuas. 2. de simon.*  
 h *Vt ait Bald. l. 1. ff. de senator.*  
 i *De retribus & ca. 1. §. hoc notandū. qui sud. dar. poss.*  
 k *Dicto 1. 10. Opusculor. Opusculo 31. respōsione 13. vers. septimum du bium.*  
 l *Nu. 61. & seq. de penis. d. 7.*  
 m *In practica to c. si quis autem num. 63. n Pralud. 6. nu. 8.*  
 o *Cap. 11. nu. 4. & tradidimus inc. inter verb. 11. q. 3. post alios ibi citatos, præsertim S. Thom. q. 88. a. 5. & 2. 2. q. 33. ar. 5. & q. 58. a. 3. pln 3. lib. sententiar. d. 37. q. 14.*  
 q *In locis proxime citatis 114. q. 6.*  
 r *Ca. 17. post principium.*  
 t *Ca. non est de voto.*  
 v *Ca. quanto de iure iuran.*  
 x *Arg. c. quid culpatur. 23. quæst. 5.*





nam iustæ dicentur quoad hoc, etiam si dispensans, & dispensatus ambo sciunt, non inesse iustam causam. quia licet Princeps dispensans circa suam legem sine causa peccet, iuxta mentem utriusque Thomæ, <sup>a</sup> quam late explicauimus alibi <sup>b</sup> & licet dispensatus peccet, nolendo sine causa se conformare moribus honestis illorum, quibus conuiuit, <sup>c</sup> non tamen peccat ob transgressionem legis per dispensationem ei relaxatam: quia illa dispensatio, & relaxatio (licet iniusta) valida est ipso iure, vt absolutio excommunicationis iniusta. <sup>d</sup> Aduertendum autem, quod peccatum, quod admittit superior in relaxando sine iusta causa suam legem erga aliquem, <sup>e</sup> & peccatum quod dispensatus committit, petendo eam sine dicta iusta causa, solum sunt venialia, si scandalum & damnum notabile alterius cessant, secundum Caietanum. <sup>f</sup>

15 Magna tamen quaestio est; an dispensatio inferioris circa legem superioris, etiam in quo ei conceditur potestas dispensandi, sine iusta causa facta valeat? Et verius puto non valere. tum quia dispensatio definitur esse *relaxatio legis, causa cognita*, iuxta glossam solennem, & quia sic se habet inferior ad legem superioris principis: sicut ille ad legem Dei. <sup>h</sup> Et dispensatio principis superioris circa legem Dei sine iusta causa nihil valet, nec excusat, vt prædictum est. tum quod Innocentius singulariter dicit, <sup>i</sup> quod dispensatio à Legato facta, etiam auctoritate Papæ sibi commissa, sine iusta causa non valet.

Quibus omnibus addo primo, inferiorem non censei dispensare circa legem superioris, nisi id exprimat, etiam si iubeat, aut permittat fieri aliquid, quod sine ipsius dispensatione iuste fieri nequiret, iuxta duo dicta Innocentij relata & concordata ab Hostiensis & Panormitano. <sup>k</sup>

Addo secundo, quod non creditur ei dicenti, se facere illam aliqua iusta causa, nisi illa probetur, si non est facta cum causæ cognitione, per ea, quæ latius adduximus in Comment. cap. non liceat. <sup>l</sup> Immo neque si fiat cum illa, si sciretur, causam esse falsam quoad fori conscientiam: quamquam dispensatus credens bona fide secum dispensatum, excusari posset ob superioris auctoritatem.

Addo tertio, quod dispensatio à Superiore circa suam, vel prædecessoris, vel inferioris sui legem facta valet in utroque foro, etiam si pro solo voluntatis libito eam fecerit. Immo etiam arbitror, eum tacite dispensare circa illam, quoties prudens & sciens iubet, aut concedit fieri aliquid contra eam, nulla de dispensatione mentione acta, quæ breuitatis causa latius in præsentia non confirmo.

16 Dixi, *Vel iusta causa*: quia dicemus infra <sup>m</sup> causa rationalis semper excusat, saltem à mortali transgressorem legis humanæ, <sup>n</sup> secundum mentem S. Thomæ & aliorum. <sup>o</sup> Eam verò causam equidem dixerim iustam, ob quam legislator, si adesset, eum pro excusato haberet: argumento glossæ singularis & communiter receptæ. <sup>p</sup> Quin & causa, quam quis bona fide putat iustam, etiam si omnino iusta non sit, excusat à mortali, licet non à veniali vt eleganter dicit Caietanus post alios non citatos ab eo quos ibidem citauimus. <sup>q</sup>

17 Dixi, *Aut contra diuinum consilium contemptum*: nam licet consilia diuina non obligent, etiam ad veniale, vt prædictum est: tamen qui ea per contemptum transgrediuntur, vel non implent, mortaliter peccant iuxta glossam singularem & receptam. <sup>r</sup>

18 Dixi, *Vel contra salutem animæ proximi spretam*, nam qui facit aliquid, quod ex se non est mortale, nec fortè illicitum, qualis est exornatio mulieris, vel viri per contemptum salutis animæ proximi, quem credit spiritualiter per eam periturum, mortaliter peccat, quamuis non ita peccaret, si huiusmodi contemptus adesset, vt late dicitur infra. <sup>s</sup>

Dixi, *Vel ob finem mortalem*: quia omnis actus in finem mortalem relatus est mortalis, etiam si suo genere mortalis non sit. <sup>t</sup> vbi post S. Thomam <sup>u</sup> id late tractauimus. <sup>x</sup>

19 Dixi, *Vel in quo finis vltimus constituitur*: quia per hoc efficitur mortale, vt tradit vterque Thomas. <sup>y</sup> Constituitur autem videri potest quis alicui vltimum finem in aliquo, quâdo sic afficitur ei, vt malit auerti à Deo, siue mortaliter

peccare, quod continet auersionem ab eo, quàm omittere illud, per dicta vtriusque Thomæ. <sup>a</sup> Sed contrarium esse verius diximus: <sup>b</sup> tum quia hoc non exprimitur à præfatis. tum quia alioqui b. s. peccarent omnes, qui semel scienter peccarent mortaliter: quia transgredierentur legem, quod est vnum peccatum: & ponerent finem vltimum in eo, quod est alterum: tum quod multi peccant mortaliter, cognoscentes se minimè in eo finem vltimum constitutere.

Quinto dicimus, quod peccatum veniale potest defini esse *peccatum actuale, quod non est mortale*.

20 Sexto, quod potest ad diuisio peccati in simplex, & multiplex. Peccatum simplex est, *quod vna sola ratione est peccatum*, vt furari, & fornicari sine alio malo fine, vel alia mala circumstantia. Multiplex autem est, *quod multiplici ratione est tale*: vt furari ad mæchandum, & percutere religiosum. Vnde oportet confessarium & penitentem circumspicere nò solum, an actus sit peccatum ratione sui obiecti tantum: sed etiam, an sit tale ratione alterius mali finis, vel malæ circumstantiæ. Totuplex est enim peccatum, & totuplicis speciei, quòtuplici ratione diuersa est tale. Furtum enim factum ad mæchandum est peccatum iniustitiæ ratione obiecti, quatenus est contractatio rei alienæ: & peccatum luxuriæ ratione finis, quatenus fit ad mæchandum: & si fieret in loco sacro, esset sacrilegium: & si ad emendum gladium ad occidendum hominem, diceretur homicidium. Dixi, *Mali finis, & mala circumstantia*: quia non omnes circumstantiæ multiplicant peccatū, vel speciem peccati vt dicitur alibi. <sup>c</sup>

Septimo dicimus, quod hæc diuisio confirmatur eo, quod etiam bonus actus, qui est cõtrarius peccato est simplex aliquando, & aliquando multiplex. Simplex, *qui vna sola ratione est bonus*. Multiplex autè, *qui multiplici ratione est talis*. Verbi gratia, ieiunium passum ea sola ratione, quod est præceptum, est actus bonus simplex, & aptus ad solam virtutem obedientiæ, & eius præmium quærendum: passum autem ad castigandum corpus est duplex, & aptum ad quærendum etiam virtutem castitatis, & præmium eius: passum verò ad placendum Deo est triplex, & aptum etiam ad quærendum caritatem, & eius præmium: passum autem ad sacrificandum carnem suam Deo quadruplex, & aptum etiam ad quærendum patriæ, siue religionis virtutem, & præmium eius, & sic de singulis. Quod maxime olim <sup>d</sup> cõmendauimus pro via compendiaria ad virtutes, & earum præmia cumulanda.

De penitentia, & eius partibus.

PRÆLUD. X.

- 1 Penitentia quid generaliter, & aliqua sine dolore, & aliqua cum dolore.
- 2 Penitentia verbum latinum quid proprie, & quid improprie significat.
- 3 Penitentia alia bona, & alia mala.
- 4 Penitentia Sacramenti à Christo instituti tres actus, de fide est.

**D**E penitentia, & eius partibus dicimus pauca. Primò, quod penitere dicitur generaliter, qui nollet fecisse aliquid iam à se factum. Quod dupliciter contingit. Vel sine dolore, vt in beatis, quos sine dolore suorum errorum penitet, vt tradit Angelicus doctor <sup>e</sup> vel cum dolore, vt in viatoribus, quia non solum nolunt, sed etiam dolent peccasse, iuxta illud Augustini, <sup>f</sup> *Penitere est penam tenere*.

2 Secundo, quod verbum, penitentia, minimè latinum esse, & vtendum esse loco eius verbo Græco *μετάνοια* plerisque visum est: sed eo vtitur Plinius Iunior in illo. <sup>g</sup> *Supereest vt agat penitentiam penitentia sua*. Et lenior. <sup>h</sup> *Nihil est fedius agricolis, quàm gesta rei penitentia*. Et quod verbo penitudo vtitur Sacra Scriptura in eadem significatione, <sup>i</sup> & vtrumque proprie significat actum penitendi, hoc est

a 1.2. q. 90. a. 5.  
b In prædicto ca. si quando de re script. ex cept. 8. nu. 12.  
c Contra ca. que contra. d. 8.  
d Ca. venerabilis §. i. de senten. excom. lib. 6.  
e Per cap. i. si sum est. q. d. 1.2. q. 90. a. 5.

g §. nisi rigor. 1. qu. 7.

h Ca. cum inferior. de maior. & obedi. c. inferior. 21. d. 1. In c. dudum. 2. de elect.

k In ca. diuersis fallacis de cleric. coniug.

l §. 4. 12. q. 2.

m In cap. 23. num. 4. 2.

n 1.2. q. 90. a. 6.  
o In dicto nu. 42. ciatorum.  
p In leg. tale pactum §. qui promouit ff. de pact.

q In 2. qua. 143. a. 2.

r In cap. quis autem. 10. d.

s Cap. 13. nu. 23.

t Ca. cum miser. 23. q. 5.

u 1.2. q. 18. a. 4.

x Nu. 12.  
y In dicta. 1. 2. q. 88. ar. 4.

a In dicto ar. 4. & ar. seq.  
b In commentario prædicti c. cum minister. nu. 21.

c In cap. 1. in prin. n. 48. de penit. d. 5.

d In c. fratres. de pen. d. 5.

e In 4. li. s. 1. di. 14. q. 1. a. 3. quaestiuicula 3. & 4.  
f In c. penit. 2. de pen. dif. 3.

g Epist. 130. h Lib. 17. c. 12. i Dent. 30. & 1. Reg. 15.



a Vt in c. quod  
in re de pen.  
& remiss.  
b Cap. falsae  
de pe. diff. 5.  
c In 3. p. qua.  
85. n. 1.

nolendi fecisse aliquid à se factum. Transfertur tamen ad significandum sacramentum poenitentiae, & etiam ad significandum poenam à sacerdote in satisfactionem impositam, & proprius ad significandum habitum, qui est virtus inclinans ad praedictum poenitendi actum immediate, vel mediate iuxta S. Thomam & praefatos, diuidentes poenitentiam in poenitentiam virtutem, & poenitentiam sacramentum. In hoc autem libro, ut plurimum, utemur eo ad significandum habitum poenitendi, quae est poenitentia virtus, vel eius actum, vel sacramentum poenitentiae, vel poenam, quae à confessario iniungitur confesso.

3 Tertiò dicimus, quòd verbum poenitentia generaliter acceptum includit malam, qualis est, quae de opere bono habetur: & bonam, qualis est quae de opere malo concipitur, de qua in proposito agendum est. Porro poenitentia bona priori modo accepta, videlicet pro actu, siue habitu bene-dolendi iam inde ab Adamo protoplasto incepit: fuitque semper ad salutem necessaria iis, qui peccatum mortale incurrerunt, ut declarauit nuper sacrosanctum Concilium Tridentinum, 4 Poenitentia vero, prout est sa-

d Sess. 6. cap.  
14. & Sess. 14.  
capit. 1.

F I N I S P R A E

A cramentum, cepit à passio Christo, qui omnia sacramenta noue legis, & in iis poenitentiae instituit, ut nouissimè clarius, quam unquam declarauit praedictum Concilium, quod ait, quod licet vis praecipua sacramenti poenitentiae sit forma, & illa ponatur in illis ministri verbis. *Ego te absoluo*, &c. tamen quasi materia eius sunt illi tres poenitentis actus Contritio, & Confessio, & Satisfactio. Et adeo quidem quod declarauit haereticum, qui contra dixerit per ista verba: *Si quis negauerit, ad integram, & perfectam peccatorum remissionem requiri tres actus in poenitente, quasi materiam sacramenti poenitentiae, videlicet, Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem, quae tres poenitentiae partes dicuntur, anathema sit.* Et quia in iis tribus actibus rectè proponendis, iustificatio eius, qui gratiam baptismalem perdidit, praecipue consistit, ut declarauit idem Concilium Tridentinum, ideo ab illis incipimus, fauore diuino tamè iterum prius implorato, submittendo quaecumque dixerò Sanctiss. D. Nostri, eiusque Sacrosanctae, & Catholicae Ecclesiae Romanae iudicio (exoptata cuiusuis alterius melius me sentientis censura.)

a Sess. 7. ad. 1.  
b In dicta sess.  
14. cap. 3.

c In cano. 4.  
eiusdem sess.

d Sess. 6. c. 14.

L V D I O R V M.



# ENCHIRIDION

## SIVE MANUALE

### CONFESSARIORVM,

### ET POENITENTIVM.



COMPLECTENS RESOLUTIONEM  
omnium penè dubiorum, quæ communiter in sacris confessionibus  
occurrere solent circa peccata, absolutiones, restitutio-  
nes, censuras, & irregularitates.

DE CONTRITIONE PRIMA PARTE  
Sacramenti Pœnitentiæ.  
CAPVT I.

#### SVMMARIVM.

- 1 Contritio quid, & vt non est essentialiter dolor. nu. 3. & nu. 4.
- 2 Pœnitudo peccati est nolle illud admisisse.
- 2 Amor Dei debet esse firmissimus, & vt non intensissimus. nu-  
mer. 4.
- 5 Amor Dei super omnia, & obedientialis est virtualis con-  
tritio.
- 6 Contritio quem, de quo, & quantum dolorem requirat. & nu-  
me. 7. & 8.
- 7 Contritio non necessaria de futuris, sed propositum ea ca-  
uendi.
- 9 Pœnitens non tenetur credere, se mortaliter non peccaturum.
- 10 Peccatum licet contritum, est tamen confitendum.
- 11 Contritus virtute, vt tenetur conteri actu.
- 12 Propositum virtuale vitandi futura, quando sat pœnitenti.
- 13 Et quod satis est oranti, sacrificanti, & bona in Deum refe-  
renti.
- 14 Contritionem esse dolorem, & detestationem vt intelligitur.
- 15 Contritio in finem vitæ dilata quo ad quæ dubia.
- 16 Contritus non est qui non odit peccatum plusquam alia ma-  
la. num. 17.
- 18 Contritus vt est, qui conatur esse contritus, & non est.
- 19 Pœnitens volens peccare data certa occasione non absoluen-  
dus.
- 20 Dolor pœnitentis vt non debet esse nimius. & num. 21.
- 22 Contritio qua singularis requiritur de singulis peccatis. &  
num. 23.
- 24 Contritio singularis non necessaria de venialibus.

a Ita in cap.  
perfecta. de  
pœnit. dist. 1.

Contritio quid  
sit.

b Pral. 10. nu.  
2. & 3.



NTIQVORVM & recentiorum  
quos alibi citauimus a secuti sen-  
tentiam, definimus, quod, Contri-  
tio est pœnitudo voluntaria, cum dolo-  
re maximo actuali, vel virtuali, peccati  
proprij iam commisi, quatenus est of-  
fensa Dei, super omnia dilecti, cum spe  
venie, & proposito non peccandi am-  
plius (saltem mortaliter) & confitendi,  
& satisfaciendi, vt minimum virtuali.

2 Dixi, Pœnitudo: tum pro genere, quia omnis contritio  
est pœnitudo, sumpto verbo, pœnitudo, pro actu pœnitendi  
vt supra diximus, b non tamen contra, omnis pœnitudo  
est contritio: tum quia licet alij asserant, contritionem esse  
dolorem, alij pudorem, alij aliud: ipsa tamen quoad suam  
essentiam propriè est pœnitentia, seu pœnitudo, & actus

A pœnitendi, seu nolendi peccasse, vt clariùs alijs exprimit  
Cardinalis ille doctissimus Caietanus, a quod antea fenferat  
Paludanus b & subtilis doctor, quem ipsi tacent c qui  
admodum subtiliter ait, quod hæc quatuor inter se distin-  
guntur. Pœnitentia virtus, quæ est habitus, inclinans nos  
ad volendum vltionem nostri peccati. Voluntas punien-  
di, seu velle punire, quod ex ea oritur. Pœnitudo peccati,  
seu non velle peccasse: quæ est pars punitionis & suscep-  
tio, ac toleratio punitionis, quæ est satisfactio, vel pars  
eius. Quorum discrimen ex eo constat, quod singula illo-  
rum sine tribus reperiuntur: quàmuis tertium sub quarto  
quadamtenus continetur: quæ breuitatis gratia, quia parù  
praxi sunt vtilia, non explicamus: quod tamen ipse Scotus  
d facit. Tertium autem scilicet nolle peccasse, est es-  
sentialiter, vt ita dixerim, contritio.

B 3 Dixi, Voluntaria: tum quia pœnitentia violenta, qualis  
est damnatorum secundum Scotum e non sufficit, neque  
illa, quæ repete, ac naturaliter sine vlla deliberatione pro-  
uenit, quia non est voluntaria, per ea, quæ supra f posuimus.  
Dixi, Cum dolore, ad differentiam pœnitentiæ dolore ca-  
rentis, qualis est illa beatorum, qui sine vlllo dolore memi-  
nerunt peccatorum olim admissorù, & nollent illa admi-  
sisse, vt tradit S. Thomas, g qualis item reperitur in eo via-  
tore, qui nollet peccasse, sine actuali consideratione, quod  
ipse id perpetravit, sine qua non nascitur dolor secundum  
Scotum, quod etiam Adrianus h affirmat. i Non curo hic  
tractare illam opinionem subtilem doctoris subtilis, k quæ  
latè sequitur Andreas à Vega, l videlicet, quod pœnitentia  
ornata iis, quæ in proposita nostra definitione continen-  
tur, sufficit ad delenda peccata, etiam si absque dolore cõ-  
tingat, vt hic dicitur contingere posse: quia id de rarissimè  
contingentibus est, de quibus lex parum curat. m

C 4 Dixi, Maximo, non quidè ideò, quod dolor ille debeat  
esse summè intensus: rarus enim, aut nullus dolor est, qui  
non possit magis intendi, vt omnes sentiunt, & experientia  
quæ rerù est magistra n docet. Neque ideo, quod omnes  
alios dolores superare debeat: non enim opus est, vt dam-  
natorum dolorem excedat, qui omnes huius sæculi dolo-  
res facillè vincit. o Neque quod æquari debeat illi a-  
cerbissimo, quem saluator noster Iesus Christus pro no-  
bis miseris patiens sustinuit, qui fuit maior omni alio  
huius sæculi dolore secundum sanctum Thomam p Immo  
nec debet esse intensior quolibet alio dolore cuiusuis ma-  
li: sed debet esse maximus, quoad aestimationem, id est, quod  
malit perpeti, perpeffumque fuisse omnia mala, quàm mor-

a In 1. Tomo  
Opusculor. O  
pusc. 4. q. 1.  
b In lib. sent.  
dist. 19. q. 1.  
c In eod. 2. li.  
sent. distin.  
14. in fi.

d Vbi supra.

e In 4. li. sent.  
distin. 17. a. 3.

f P. 21. o. nu.  
2. & seqq.  
post S. Tho. 1.  
2. q. 6. artic. 1.  
g In 4. li. sent.  
distin. 14. q. 1.  
art. 3. questi-  
uncula 3.

h In 4. li. sent.  
distin. 14. a. 3.  
i In 4. de  
pœn. q. 1. col.  
4. affirmat.  
k In prædicta  
dist. 14. ar. 3.  
l In lib. 14. c.  
5. & 18. de ius-  
sifi.

m l. nam ad  
ca. ff. de legib.  
n Cap. quam  
sit. de elect.  
lib. 6.  
o Cap. fin. de  
pœnit. d. 7.

p 3 p. q. 4. o. a.  
o. ad 4. & q.  
4. s. artic. 2. in  
cor. q.



a In 4. l. sent. dist. 15. q. 2. n. 3. quaestio- culis 3. & quo lib. 1. q. 5. n. 9.

b 1. 2. qu. 109. ar. 3. in addit. c. quando. de consecr. di. 1. nu. 10. c In 4. li. sent. dist. 14. q. 1. n. 10.

d In practica- to 4. lib. sent. dist. 14. qu. 1. c. cl. 12. & 13. & in 3. d. 27. quaest. 1. c In Codi. de poenit. q. 2. f Lib. 1. ca. 18. de nat. & grat. g Arg. 1. ad Cor. c. 13.

h Vbi sup.

i Sess. 14. c. 4. & can. 5.

k Lib. 13. c. 22. de iustificat. l Verb. Con- tritio qua. 1. m In 4. libro. sent. di. 17. q. 1. concl. 5.

n Ca. Iudae. c. scelerator. de poenit. dist. 3. o In 3. pa. qu. 86. n. 1. p In 4. li. s. 16. di. 14. & 16. q de poenit. q. 1. col. 4. r In dicto 4. li. sent. di. 17. q. 2. n. 3. qu. 1. ad 4. s In hoc. n. 7. t Nm. 33.

tiferè peccasse secundum eundem S. Thomam. Sicut etiam dicimus, amorem Dei maximum esse debere, non quidem necessarid quoad intensiorem, sed quoad firmitatem, hoc est, quod dilectio eius preferenda est omni dilectioni cuiuscumque creaturae, nec propter ullam aliam deserenda: non tamen est necessarium, ut intensior sit ea, qua parentes nostros, vel filios diligimus ut diximus sequuti S. Thomam. b

5 Dixi, *Actuali, vel virtuali*: quia sufficit actus, qui licet non sit poenitentia talis formaliter: est tamen virtualiter secundum Scotum communiter receptum. c Qualis est actus peccatoris, quo amore Dei vult subire martyrium sibi oblatum repente, sine peccatorum memoria. Immo quilibet amor Dei, quo plus, quam omnia alia diligitur, videtur virtualis peccatorum poenitentia, secundum communem, cui assentit Gabriel d quam sequitur ille doctissimus & perspicacis ingenij vir Ioannes Medina. e Et merito, cum ille hoc intelligendum esse existimet de amore, quem obedientialem vocavit, qui virtualiter continet voluntatem, efficacem adimplendi, quidquid Deus praecipit. Veruntamen eruditissimus iuxta ac pius frater Dominicus Sotus, soli martyrio hoc tribuendum esse existimavit. f Sed prior sententia confirmatur primò, eo quod in hoc plus operatur amor, quo quis martyrium patitur, quam poena eius subita. g Secundò, quod fieri potest, ut qui plus amet, desideretue martyrium, non patiendo illud, quam alius patiendo, praesertim momentaneè. Posset item contingere, ut ex duobus, qui sese martyrio obtulerunt, alter, qui plus diligit, & desiderat, non patiat, alter verò sic. Tertio, quod eiusmodi amor extenditur ad recipiendum martyrium debitum: immo & ad volendam concipiendamque formalem contritionem tempore, & loco debito, sicuti rectè h probat Medina. Quamobrem aperte constat, quantum hæc sententia à Lutherana dissideat: est enim limitanda procedere tantum, quando defectus temporis, aut inculcata inconsideratio peccatorum fuit in causa, quominus formaliter poeniteret, cum tamen Lutherus, nec actuali, nec virtuale propositum huiusmodi requirat, dicens sufficere resipiscentiam, & novam vitam, quod damnatum est à sacro Concilio Tridentino. i

6 Interrogatus autem, An id, quod fertur dixisse quidam insignis doctor Academiae Complutensis assumptus postea in Episcopum Legionensem meritisimum, videatur tenendum, nempe contritionem suapte natura requirere formale propositum de non ulterius peccando, sed per accidens, temporis, vel considerationis defectu, sufficere virtuale? respondi affirmatiuè: modò ita eum peccatorum poeniteat, quod si adverteret ad futura, proponeret de nunquam iterando ea, nec admittendo futura. Et ad hunc modum intelligenda videntur ea, quæ de sufficientia propositi virtualis eruditè, ac magnificè nuper scripsit prædictus Andræas à Vega. k Et hinc confirmari videtur illud Siluestri, l *Qui mauult mori, quam peccare contritus est.* Et illud Paludani, m *Cui displicet, quod huiusmodi formalem contritionem sibi comparare non potest, contritus est,* de quo mox plura.

7 Dixi, *proprij iam commisi*, ad differentiam de poenitente de peccato alieno, & ad significandum, quod non est opus, ut sit de peccato futuro: licet, ut statim subiiciam, intentio, seu propositum non peccandi amplius, vtrumque debeat complecti. Præteritum quidem ad hoc, quod repetat illud denuo. Futurum verò ad hoc, ut illud non admittat.

Dixi, *Quatenus est offensa Dei*: quia ob id principaliter debet poenitere, nam quem alio respectu (puta metu poenæ, infamiae, aut alio simili) principaliter poenitet, ut proditorem Iudam, & Antiochum poenituit, non concipit eam, de qua loquimur, poenitudinem & contritionem: n & tradit etiam S. Thomas, o & alij p & Adrianus. q Plus enim poeniteret ac dolere oportet de peccato, eo quod sit offensa Dei, quam quod incommodet sibi, ut aperuit Angelicus doctor. r

8 Addo, quod ex iis, quæ diximus, & infra t dicemus, infertur, non esse veram illam opinionem, quam nuper vidimus defendi in selectis quibusdam comitiis. Videlicet, sufficere ad condonationem peccati per sacramentum

A poenitentia attritionem, qua penitens dolet de peccato, etiam si sciat, eam non esse contritionem, nec doleat propter Deum, vel quia eum offendit: sed propter infamiam, vel alia mala temporalia. Oportet enim in primis, ut poeniteat ob amorem Dei, vel eo quod est eius offensa, saltem virtualiter, & quod videatur ei sufficere illa poenitentia: aut saltem quod non videatur ei non sufficere ad petendam absolutionem, argumento capitis firmissime, & eorum quæ supra allata sunt. a Quamquam poenitere minus principaliter de peccato ob prædictos respectus non obuiat contritioni, modò principaliter id fiat, eo quod est Dei offensa: sicut & amare Deum minus principaliter ob eius in nos collata, vel conferenda beneficia non obuiat merito diligendi eum principaliter ob semetipsum, iuxta, illud Dauidis. b *Inclinaui cor meum ad faciendas iustificatio- nes tuas in aeternum, propter retributionem*, id est, propter repositam mercedem, quam promisisti his, qui tibi placuerunt. Quinimmo minimè malum est poenitere solum metu poenæ, infamiae, vel alterius mali: modo voluntatem peccandi excludat, ut luculenter declarat Concilium Tridentinum. c Cuius illa verba, *Si voluntatem peccandi excludat*, perinde significant, ac illa: Modò non ea mente poeniteat, & eis respectibus, quod si illi non intercederent, non poeniteret, immo peccare pergeret.

B Dixi, *super omnia dilecti*: quoniam amor Dei, nisi maior sit, quam quivis alius cuiuscumque rei (saltem quoad firmitatem) non sufficit: immo est peccatum, si magis aliud, quam Deus, vel æquè ac ille diligitur, ut post Angelicum doctorem d iam dudum dicebamus. e Quod intelligendum est de amore, quo diligitur Deus comparatiuè, minus, quam aliud, vel æquè ac ille: non autem de amore, quo simpliciter diligitur Deus sine comparatione ad illud minus, licet amor ille verè non sit amor super omnia, ut facile colligat quis ex dicto Concilio Tridentino. f Dixi, *Cū spe venia*: quia sine illa saltè virtuali nõ cõtingit venia. g Dixi, *Cum proposito non peccandi amplius (saltem mortaliter)* quia sine eo nõ sufficit \* ut sentit Ambrosius h & Cõciliū Florentinū exponit. i Licet enim poenitudo nõ se extēdat ad peccata nondū perpetrata: nõ tamē fiet cõtritio, nisi eā comitetur propositum vitandi in posterū omnia, & singula peccata mortifera, tam præterita, & præsentia quo ad effectum non committendi ea denuo, quam futura, teste Adriano k post Paludanum. l Non tamen est necessarium, ut credat poenitens se amplius non peccaturum mortifere: quinimmo id quamdam superbiam saperet, ut oppositū humilitatē, quod testatur Innocentius receptus, m quia factis est, ut nolit amplius peccare, & proponat id efficere ope diuina.

C \* *Ut sentit Ambrosius*. Ambrosij est sententia, Poenitentia est peccata præterita plangere, & plangenda iterum non committere, quæ est in manuscripto sermone, qui incipit Ecce nunc, & habetur etiā apud D. Gregorium lib. 9. epist. 39. & hom. 14. in Euang.

D Dixi, *Cum proposito consistendi*: quia licet cõtritio dimittat peccata, quoad culpā: non tamen tollit obligationem consistendi ea proprio sacerdoti, iuxta illud saluatoris N. Iesu Christi n *Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* hoc est, nõ sunt remissa quoad obligationem cõfiteđi ea Ecclesiae, ut innuit Adrianus o & tradit S. Thomas p & innuit Concilium Tridentinum q Neque cum ratione pugnat, eum, qui restituitur in Dei gratiam per contritionem, teneri ad consistendum offensam: cum & is, cui crimen in foro laico ea lege condonatur, ut vnum annum in bello militet, à die quidē condonationis in gratiam Regis redit: tenetur tamen militare illū annum. Dixi, *Saltem mortaliter*: quia non est necessarium habere propositum nõquam peccadi venialiter. r

E Dixi, *Et satisfaciendi*, propter ea, quæ inferius s dicuntur. Et adieci, *Ut minimum virtuali*: eo quod sicut actus, qui est poenitentia virtualis sufficit, ita eadem ratione sufficere videtur, quod eam comitetur id, quod est propositū virtuale consistendi, satisfaciendi, & amplius nõ peccadi. t Et licet Caietanus v sentiat tale propositum debere esse expressum: in summa tamen x idē sentit, & merito, cum nihil referat, quid ex æquipollētibus fiat y & tacitum, & expressum, siue virtuale, & formale exa quatur, z quod tamen intelligo procedere, quando defectus temporis, vel quædam

a 15. q. 1.

b Psal. 118.

c Se. 14. ca. 4. §. illa vero.

p 1. 2. q. 109. n. 3. c In additione c. quando. de consecr. di. 1.

f In practica- to c. 4. §. 14. g Ca. scelerator. de poenit. dist. 3. h In c. poen. 1. de poen. d. 3. i coactu jub Eugenio. iij. k de poeniten. q. 1. col. 3. l In 4. li. sent. di. 17. q. 1. col. 5. m In c. omnis. de poenit. & remiss.

n Ioan. 20. o In 4. de cõ- fess. q. 1. p In 4. li. sent. dist. 17. q. 2. n. 1. quaestio- la 1. in cor. q. 9. q. 1. c. 1. r Arg. c. septies. de poen. dist. 3. t Cap. 3. u Quod Ioan. Maior in 4. libr. sent. dist. 14. q. 1. affirmat. v li. 1. Opuscu- lor. Opusc. 4. quaest. 1. x Verb. confes- sionis conditio 12. & verbo confessionis in sentio. y l. ff. mād. & ca. licet ex quadam. de testib. z l. cum quid. ff. de re. cred.

in culpa



inculpabilis inconsideratio pœnitentis fuit in causa, quominus haberet formale propositum.

12 Neque obstat, quod quidam dicitur tenuisse mordicus contrarium: scilicet semper requiri propositum formale mutandæ vitæ, & non peccandi de cætero. Tum per rationes hic à nobis insinuatæ, quæ si satis explicentur probant, sufficere propositum virtuale, quando (vt limitauimus) defectus temporis, vel inculpabilis consideratio pœnitentis est causa non habendi formale. Tum quod etiam contritio virtualis sufficit, quod est plus vt supra diximus. Tum quod Concilium Tridentinũ b requirit quidem propositum non peccandi de cætero in genere, & nõ in specie formale: & ita satisficit ei per virtuale, quod est vna species propositi generaliter concepti vt nuper scripsimus. c

13 Tum, quod etiam ad horas canonicas rectè pronunciantas requiritur propositum intendendi, & attendendi: sufficit virtuale vt probauimus alibi. d Tum quod ad conficienda sacramenta, præsertim Eucharistia, maximum propositum, & maxima intentio, & attentio, conficiendi ea requiruntur: at sufficiunt propositum, intentio, & attentio virtualis. Ita quod licet qui baptizat confirmat, vngit, absoluit, & consecrat nullum propositum actuale, siue formale, neque vllam intentionem, neque attentionem actualem, siue formalem habeat quando id facit, tamen verũ sacramentum, modo ea virtualiter habeat, secundum omnes. Tũ denique quod, vt opera sint bona, debent in aliquem bonum finem referri: tamen sufficit, vt virtualiter referantur. Quin, & vt sint meritoria, oportet ea referri in Deũ: at sufficit relatio virtualis, etiam illa, quæ fit tacitè per gratiã habitualem vt post S. Thomam e & alios alibi diximus. f

COROLLARIA.

EX hac definitione sic explicata multa inferuntur. Primò, quod communis modus loquendi probatus à Concilio Florentino, & Tridentino, & per quem contritio definitur esse animi dolor, ac detestatio de peccato commisso, intelligendus est causatiuè, hoc est, quod est causa doloris, & detestationis: cum per supradicta h cõstet, non esse dolorem essentialiter sed causam, ex qua, & aliis ad id necessariis nascitur dolor, si aliunde non impediatur secundũ Scotum. i

15 Secundo inferitur, quod plurimum decipiuntur quidam putantes quemlibet dolorem, & quamlibet peccatoris tusionem, & quamlibet prolationem Miserere mei, esse contritionem, & sufficere ad lethaliũ peccatorum condonationem impetrandam: cum ad id sit necessaria talis pœnitentia, qualem superius depinximus, nobili ac generoso animo digna. Neque obstat, quod quilibet peccator quãlibet magnus, præsumitur mori contritus, si qua cõtritionis signa ostēderit, k puta si perierit confessionẽ, si iurauerit parere mandatis Ecclesiæ: si cum loqui non possit, subleuat oculos, aut palmas in cælum, aut tundit pectus vt exprimit Hostiensis communiter receptus. l Non, inquam, hoc obstat: quoniam id solũ procedit quo ad effectum, vt Ecclesia præsumat, eum habere pœnitentiam, prædictis qualitatibus ornata ad effectum non denegãdi ei Ecclesiasticam sepulturam, non autem ad effectum astruendi, q̄ per id impetret à Deo veniam peccatorũ mortiferorum: nisi veram concipiat pœnitentiam, quam concepitte præsumitur.

Tertio inferitur, quod merito B. Augustinus dubitabat m de salute illorum, quos non ante, sed post a gritudine pœnitebat, peccasse. Nam, vt eius dictũ ibi declarantes diximus, æger pressus a gritudine, metu mortis, & aliis curis, vix erigit animum ad descriptam contritionem concipiendam, & ita ibi Augustinus dubitabat de vera salute. nõ autem de præsumpta ad concedendam absolutionem, & ecclesiasticam sepulturam, quod omnes debemus animaduertere, & concionatores frequenter prædicare.

16 Quarto inferitur, quod, vt pœnitudo peccati perueniat ad gradum contritionis necessarium, oportet pœnitentem plus odisse peccatum, quàm quoduis aliud malum pœnitentis ordo dignum, simul & velle vitare idem plus, quàm quodlibet aliud malum vitare dignum, vt sentit S. Thomas, n & rectè declarauit Thomas à Vio. o

17 Quinto inferitur, nõ esse contritum eum, qui actu, aut

virtute non est eo animo, vt malit generatim pati quàm libet pœnã, quàm mortiferè peccare, aut peccasse, quidquid Innocentius p senserit. Quoniã vt S. Thomas sensit, b omnis qui est contritus, habet caritatem: & omnis, qui caritatem habet, Deum plus quàm se amat: & omnis, qui Deum ita amat, mauult perdere se, & suam vitam, quàm Deum: & cum per peccatum mortiferum peidatur libi Deus, cõsequens est, vt malit (saltem generatim) omnia mala pati, quàm sic peccare. Dixi autem generatim: quia nemo vt idẽ S. Thomas ait, c & ante illum Innocentius censuit, d tenetur ad conferendum speciatim, reputando secum, quod malit illud, & illud mortis genus & pœnarum pati, quàm peccare, peccasse. Immo id esset imprudentia: sicut & imprudens foret confessarius, qui interrogaret pœnitentẽ, malitè potius filios suos, vel se mortem obisse, quàm peccasse: aut sitne paratus potius mori, perdere filios, quàm mortiferum peccatum admittere? Quoniam nimia est huiusmodi tentatio, & vt peritè ait idem Angelicus Doctor e sicut delectabilia plus mouent animum ad delectandum, si speciatim recogitentur, quàm si generatim: ita terribilia multo plus terrent, si speciatim cogitentur, quàm si generatim, & fieri potest, vt quĩ generaliter malit omnia mala pati, quàm mortiferè peccare, nolit hoc, aut illud malum speciatim consideratum, quocirca satis est confessario, vt videatur ei pœnitens sufficientem peccatorum pœnitentiam habere.

18 Si verò intellexerit, eum minimè eam habere, laboret quantum poterit addere ei animum ad eam habendam, & ad malendum perdere in genere alia omnia sua bona, quàm Deum, qui est summum bonum eius, & omnium, sine quo nihil est bonum. Quod si forte non possit eius animum ad tam excelsum contritionis gradum atollere, contendat eum eleuare saltem ad hoc, quod verè ipsum pœniteat, quod talè non habeat. per ea quæ breuiter infra tanguntur, & hoc sufficit, vt sit cõtritus, vel saltem ita attritus, vt possit absolui iuxta Paludanũ. s Quæ conclusio non parũ consolationis secũ adfert, & est communis apud S. Thomã & S. Bonauenturã & omnes Theologos. Diximus, Saltem ita attritus, vt possit absolui, quod tollamus scrupulũ, quẽ vir quidã valde doctus, & pius sanctissimę Societatis Iesu nobis contra hoc insinuat. Eo q̄ pœnitere, ac dolere, q̄ aliquid non habeam, nõ est illud habere: sicut nec dolere eo, quod non communicauerim, est cõmunicare, neque perinde valet vt probamus alibi, h post Ioanẽ de Turrecremata cõtra glossam. i Neq; animo discruciatĩ eo quod non sim confessus, est confiteri: sicut nec velle abire conscendere, est ipsam conscendere vt ait glossa. k Dicimus itaq; re vera pœnitere quem, eo quod non habeat contritionem, nõ esse illam habere (saltem formaliter) neque pœnitere me, q̄ non valeo pœnitere, quantum mihi expedit ad contritionem habendam, sufficit ad ipsam habendam: nisi aliàs iam ipsam habeam: sufficere tamen ad credendum, me habere iustam attritionem, quod possim à confessario absolui, & à Deo veniam obtinere, mediã sacramentali absolutione. Quin & dici possit, esto talis dolor non sit contritiõ formalis: desiderium tamen habendi eam, adiuncto iusto dolore, quo doler se non posse peruenire ad contritionis perfectionem (saltem virtualiter) esse ipsam contritionem in voluntate patris intellectiua sitam, fomento Dei auxiliij bona desideria fouentis, etiam si pars sensitua recalcitret. Vtilis, & desiderata breuitas, quã liber expostular, negat locum aliis replicationibus, & triplicationibus, potius subtilibus, quàm fructuosis, quod autem hucusque dictum est, nobis videtur sufficere ad scopum, quem proposuimus.

19 Porro bonum signum est, quod pœnitens sua sponte affirmet, se malle mortuum esse, aut quid aliud simile pati, quàm peccasse, iuxta sententiã doctissimi Cardinalis Ioã. à Turrecremata, l qui secutus S. Bonauenturã tenet, peccatorem, qui secum statuit, potius peccare mortaliter, quàm mori, non esse absoluendum: illi verò, qui nihil circa hoc secum deliberauit, etiã si dubitet, quid faceret, dum se in tali articulo constitutum aspiceret, non esse denegandam absolutionem: dummodo habeat propositum non peccandi, & nollet defendere Deum, etiam si talis illi occurreret occasio. Quocirca valde deplorandi sunt,

a In c. omnia de pœnit. & remiss. b Dicitur quod li. ar. 9.

c In dicto quo li. ar. 9. d In practico c. omnia de pœnit. & remiss.

e dicto art. 9.

f Ca. 10. n. 4.

g In li. 4. sen. dist. 17. q. 1. a. 5.

h In cap. ut quid parat. de consecrat. dist. 2. i ibidem.

k In li. in vendicte. Co. de 10: r. rabad. emptio.

l In Sum. de pœnit. dist. 3.

a Num. 5. b Sess. 14. c. 4.

c In gloss. sum. na. 6. c. c. ec. ca. 1. de pœnit. dist. 1. d In Enchirid. de omni. & bonis can. ca. 13. num. 17.

e a. libr. sent. dist. 4. q. 1. ar. 4. & 5. f In c. charis. 2. de pœnit. dist. 22. g Sess. 14. c. 4.

h Hoc eodem c. m. 2.

i In 4. li. sent. dist. 14. c. 10. Cõtritio qua libet nõ sufficit.

k Ca. à nobis de sent. exco.

l In dicto ca. à nobis.

m In lib. 50. hem. hom. 47.

n In lib. de pœnit. c. 17. & habetur in c. si quis postulat & in c. si quis amittit. c. c. si de pœnit. dist. 7.

o Quolib. 1. n. 9. & omnia in 4. libr. sent. dist. 17. q. 2. n. 4.

p Quasi in cula. ad 4. c. in dist. 14. c. 17.

q Tomo 1. Opusculor. Opuscul. 4. n. 1. & Opuscul. 17. q. 1. vni.

qui ad



Quam mul-  
ti non rite co-  
fiteantur.

2 Arg. cap. si  
propterea. &  
c. si cui de pe-  
nit. d. 1.

bin 4. lib. 5. tit.  
dist. 17. q. 2. a.  
1. q. 2. & a. 2.  
q. 1. & 2.  
c. In dicto 4.  
la. sent. di. 14.  
q. 1. ar. 5.

d. Hoc nu. 4.

c. in 4. l. sent.  
dist. 14. qu.  
2.  
fn. 18. & n.  
19.

g. Ca. non me-  
diocriter. de  
confec. dist.  
5.

bin 4. lib. 5. tit.  
dist. 17. q. 2. a.  
3. & Opusc.  
1. ar. 9.  
i. In sum. ver.  
contritio. §. 3.  
1. p. v. i. a. Chri-  
sti. c. 20.  
k. in 4. li. 5. tit.  
dist. 17. qu. 5.  
l. Tomo. 1. O-  
pusculor. O-  
pus. 4. q. 2. &  
super. 3. p. S.  
Thom. qu. 27.  
a. 1.

m. Hoc eodē  
c. nu. 19.  
n. Exech. ca.  
33. in c. ponde-  
ret. 50. dist.

qui ad confessionem, & communionem accedunt cum proposito vindicandi se auctoritate sua propria de illis, qui eos alapis, aut plagis caederent, aut fustibus percuterent, vel proditores, latrones, meretrices, Iudaeos, Sarracenos, Hæreticos, vel aliis huiusmodi nominibus compellerent, aliave simili iniuria afficerent. Eodem item modo deplorandi sunt illi, qui ad prædicta sacramenta accedunt, antequam exuant suam depravatam voluntatem vtendi hac, vel illa illicita voluptate, si ea, vel illa occasio eam percipiendi cum aliqua muliere, vel viro eis occurreret. Illi etiam, qui antequam ab animo depellant propositum perpetrandi quidquid Rex, pater, Dominus, amicus, aut socius ipsis præciperet, aut rogaret, etiam si lethale crimen illud esset, præfata sacramenta sumunt. Horum profectò miseri debemus, ipsosq; cum lachrymis compassionis rogare, vt attendant, se in quodam diabolico statu, quæ damnatio æterna est, delitefcere, qui tali confessione, & communione magis ac magis excrefcit. <sup>a</sup>

20 Sexto infertur, dolorem sensus, singultus, planctus, lachrymas, & id genus alia non esse ad contritionem necessaria: quoniam sufficit dolor voluntatis rationalis ex pœnitentia manans: tum per supra dicta: tum quia vt S. Thomas ait <sup>b</sup> hic dolor non est in manu nostra, licet vile sit illum habere, & desiderare, sterēque largiūs eo, quod peccauerit, quàm quod alia damna ei acciderint secundū omnium mentem Cui consequens est illud Paludani probatum à recentioribus, <sup>c</sup> scilicet pœnitentem debere hoc desiderare. non esse intelligendum de debito obligationis: sed decentiæ tantum & vilitatis. Parique ratione non inconueniens fuerit, vt pœnitens maiore dolore sensus afficiatur ob mortem patris, aut alterius cognati, vel plagam propriam, quàm ob peccatū admissum quod passim contingit. Immo neque oportet, vt is dolor voluntatis rationalis sit intērior alio quouis dolore rationalis voluntatis ob alia multa concepto per dicta supra. <sup>d</sup> Sufficit enim, vt pluris faciat malum peccati, & ob id perdere, vel perdidisse Deum, quàm quoduis aliud malum generatim ad finem evitandi illud, dolendūque non euitasse iuxta Maiorem. <sup>e</sup> Quinimo satis est, vt velit, coneturque ita dolere, & si non possit: doleatque ex animo se non posse id facere per dicta supra, <sup>f</sup> & subinde quamuis intensius perferat, & defleat mortem patris, quàm peccatum admissum: satisfacit tamen, si non modò malit Deum non offendere, vel offendisse, quàm patrem suum viuere.

21 Sèptimo infertur, quod dolor sensilis ex pœnitentia nascens, & alia corpus affligentia, qualia sunt ieiunare, cilicia vestire, humi accubare, & alia similes austeritates nõ debent adeo modum excedere, vt humani corporis habitudinem corrumpant, efficiantque pœnitentem inhabilem ad faciendum ea, quæ secundum suum statum facere tenetur. Dolor enim ille nititur amore Dei, super omnia dilecti, qui huiusmodi nimietatem reiicit, & tradit etiam D. Thomas. <sup>b</sup>

22 Octauo, quod licet aliqui sentire videri possint, videlicet Raimundus & Angelus & Ludolphus, <sup>i</sup> de singulis peccatis mortalibus singulas pœnitentias esse habendas: cõtrariū tamē est tenendū, cū Ioāne Maiore, <sup>k</sup> & Cardinale S. Sixti eruditissimo, <sup>l</sup> scilicet sufficere, quod peccatorū pœnitudo adeo sit extensa, vt saltem virtualiter protendatur ad vniuersa mortifera, tam ea, quæ meminit, quàm quæ non meminit. Non enim est necesse, vt pœnitens cogitans, confitēsvē sua peccata de vnoquoque peccato mortifero specialem, & singularem eius pœnitentiam concipiat: sed satis est, vt concipiat generalem eiusmodi pœnitentiam, quæ virtute se extendat ad omnia mortifera: siue id faciat ab initio, cū incipit reuocare in memoriā peccata confitenda: siue inter reuocandum: siue quouis alio tempore, vel temporis immoento, qualis est pœnitudo, qua hominem pœnitet Deum tam mortiferè offendisse quouis modo proposito, saltem virtuali, confitendi, & satisfaciendi quando, & vt necesse fuerit, & numquā amplius sic offendendi, eo quod cum super omnia diligit, capitalēque eiusdem offensam plus, quàm quiduis aliud odio dignum odit, vt supra tradidimus. <sup>m</sup>

23 De hoc intelligitur illud Prophetæ relatum in iure. <sup>n</sup>  
<sup>\*</sup> In quacūque hora cõuersus fuerit, & ingemuerit peccator, &c.

A Nam, vt alia omittam, si de singulis peccatis singula pœnitentias concipiendæ essent, contingeret casus, in quo quis adhuc vivens priuaretur potentia consequendi salutem æternam, contra expressa canonum factorum testimonio, <sup>a</sup> & contra prædictum Ezechielis locum. Nam qui mille peccata lethalia commisit, & solam quartam horę partem victurus ægrotaret, aut ad suspendium duceretur, non posset viuens concipere de illis mille peccatis mille pœnitentias ad id necessarias, quod saluaretur. Nolumus tamen dicere, quod sicut eiusmodi pœnitentia generalis sufficit ad remissionem omnium peccatorum obtinendam: ita etiam sufficiat ad eximendum pœnitentem ab obligatione reuocandi in memoriam, & detestandi tempore debito omnia genera, & species illorum, quæ peccauit, enumerando illa numero certò, vel verisimili confessorio.

B  
\* In quacūque hora cõuersus fuerit. Hæc ipsa verba apud Ezechielem duobus in locis ( nimirum cap. 18. & 38. vbi ad pœnitentiā Propheta peccatores Dei nomine inuitat ) non habentur, sed tamen multa sunt, quæ non minoris sunt momenti ad id ipsum spectantia, quæ libuit annotare, vt nos peccatores de Dei benignitate semper bene sperare valeamus. Igitur 18. cap. 21. hæc verba habentur. Si impius egerit pœnitentiam, ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea & fecerit iudicium & iusticiam, vita viuet & non morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus est non recordabor, in iustitia sua quam operatus est viuet. Nūquid voluntatis meæ est mors impij dicit Dominus, & non conuertatur à viis suis & viuat. paulo post Conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitatis. Projicite à vobis omnes præuaricationes vestras, in quibus præuaricati estis, & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum, & quare moriemini domus Israël. Quia nolo mortem peccatoris, dicit Dominus Deus, reuertimini & viuite. In capite vero 33. v. 12. hæc habentur, Dic ad eos. Viuo ego dicit Dominus, nolo mortem impij, sed vt conuertatur impius à viis suis & viuat. Conuertimini à viis vestris pessimis, & quare moriemini domus Israël. Tu itaque fili hominis dic ad filios populi. Iustitia iusti non liberabit eum, in quacūque die peccauerit, & impietas impij non nocebit ei, in quacūque die cõuersus fuerit, ab impietate sua, & iustus non poterit viuere in iustitia sua in quacūque die peccauerit. Si dixerero impio mortem morieris, & egerit pœnitentiam à peccato suo, &c. Vita viuet & nõ morietur, omnia peccata eius, quæ peccauit non imputabuntur ei, iudicium & iustitia fecit, vita viuet. Hæc ibi & multa alia, verba tamen quæ hic citantur non habentur ibi.

C  
Dixi, Genera, & species: quia non tenetur singulorum criminum cuiuscumque speciei in particulari reminisci, neque etiam in indiuiduo singula detestari, id quod etiam sentit Medina. <sup>b</sup>

24 Nono, non esse necessariam pœnitentiam supra definitam ad condonationem venialium consequendam: neque consequenter oportet, vt pœnitudo vnus venialis ad aliud extendatur, tum quia sufficit ad remissionem venialis quicumque dolor, siue actualis, siue virtualis: quamuis non sit tam magnus, quàm exigitur ad delenda peccata mortalia, iuxta S. Thomam receptum. <sup>c</sup> tum quia, vnum veniale potest remitti sine alio vt idem tradit. <sup>d</sup> Quia illa venialia tantummodò remittuntur, ad quæ dolor ille, siue actualis, siue virtualis extenditur iuxta eundē S. Thomā. <sup>e</sup> Caterum qui dubitat, an peccatū sit mortale, vel veniale, debet ita illius pœnitere, ac si esset mortale, vel saltem cum conditione, Si, & Quatenus esset mortale, secundum illud Augustini. <sup>f</sup> \* Tene certum, & relinque incertum.

\* Tene certum. Hæc verba sunt apud Augustinum hom. 41. lib. 50. homiliarum, ex qua homilia in Decreto nomine Augustini citatur, cum tamen non desint, qui eam adscribere Ambrosio malint.

- 24 Contritio delet omne peccatum etiam ante confessionem.
- 25 Quæ semper fuit necessaria, sed non statim post peccatum. numero 26.
- 26 Pœnitudo qua sufficiat ad condonanda peccata.
- 27 Contritio quando, & in quibus casibus necessariò habenda. & num. 28.
- 29 Contritio vt habetur sine memoria peccati nondum remissi. & num. 30.
- 32 Contritio carens debitis circumstantiis non est contritio.
- 33 Attritio duplex, & qua non sufficit ad absoluendum contentē. 34. & 35.
- 36 Pœnitentia minor sufficit baptizando, quàm absoluendo.
- 37 Attritio qua cognoscitur non esse contritio non sufficit baptizando.
- 38 Attritus vt fit contritus, & non attritio contritio.
- 39 Contritio perficitur gratia, & ad eam mouent sex.

a In c. 3. de pe-  
nit. dist. 7. &  
d. c. ponderet.  
50. dist. fin.

b Vbi supra.

c In 3. par. q.  
87. ar. 1. ad 1.  
& in 4. l. sent.  
dist. 10. quasi  
uncula. 2.

d Vbi supra.  
e In dicta. 3.  
p. q. 87. ar. 4.  
f Capit. si quis  
autem. de pe-  
nit. dist. 7.



- 40 Contritio effectus qui sunt.
- 41 Contritio quod non sit pars penitentiae, & attritio sit mala, heresis.
- 42 Contritio qua sufficit, & qua non ad absolvendum. & nu. 45.
- 43 Sacramentum baptismi per se tendit in peccatum Eucharistiae per accidens.
- 44 Attritio qua sufficit ad Eucharistiam non valenti confiteri, & qua ad absolvendum valenti confiteri.

**D**E C I M O inferitur, verum esse, id quod ferè omnes asserunt, nempe frequenter per solam contritionem, etiam ante confessionem, & penitentiae sacramentum actu susceptum condonari mortifera peccata iuxta iura, <sup>a</sup> & S. Thomam, <sup>b</sup> à Paludano & aliis receptum, & à Panormitano etiam: <sup>c</sup> quod & nos <sup>d</sup> nuper latius tradidimus: licet Magister Gratianus, <sup>e</sup> cum aliquot antiquioribus dubitasset, de quo tamè hodie non licet dubitare post declarationem Concilii Tridentini, <sup>f</sup> quod tamen addit, huiusmodi condonationem, & reconciliationem non esse adscribendam Contritioni sine sacramento, id est, confessionis voto, quod in illa includitur, quia talis condonatio non est credenda fieri per solam beatitudinem, & dolorem inde natum: sed potius per gratiam, quam ita penitenti donat Deus, quaque illa penitudo sit cōtritio iuxta glossam receptam: Gratia enim causa est formalis condonationis peccatorum secundum S. Thomam. <sup>h</sup>

25 Undecimo inferitur, quod sicut nunc in lege gratiae contingit, sola penitentia peccata dimitti, sic etiam ante eam in lege naturæ & scripta, vera penitentia remittebantur id, quod evidentiore ratione dicendum est, certum etenim est, quòd tunc nondum erat sacramentum penitentiae institutum, nec sacramentalis confessio. Certum item, quòd etiam tunc erat remissio peccatorum, etiam mortalium, & ita nisi per penitentiam virtutis actum, & contritionem illa contigisset, nullatenus aliàs contingere poterat. Facit, quod licet, ut prædictum est, sine sacramento penitentiae, actu suscepto, contingat aliquando remissio peccatorum: numquam tamen contingit sine penitentia. Hæc enim penitentia semper fuit, est, & erit iure naturæ ad salutem necessaria, sicuti late probauimus: <sup>i</sup> nullaque necessitas excusat ab ea. Utenim, qui post lethale crimen admissum ante mortem non est verè contritus, licet non detur ei spatium ad recolendum, & detestandum peccata sua, ob id potissimum, quòd in ipsa peccati perpetratione moritur, vel subitanea morte corripitur, absque dubio damnabitur: licet illi, qui confiteri ea non potuit, si cōtritionem habuit, excusetur ab obligatione confitendi, ut post & ante alios exprimit D. Antoninus. <sup>k</sup> Dixi, *penitentia vera*: non autem penitentia qualificata, modo supra dicto: nam hæc est vna ex tribus sacramenti penitentiae partibus, & includit in se propositum confitendi, ut inquit D. Thomas <sup>l</sup> quod numquam fuit necessarium ante legem gratiae, nec lege naturali præcipitur plus, quam ipsa confessio, sicut postea dicemus, <sup>m</sup> neque plusquam sacramentum penitentiae, quod est legis novæ tantum, secundum omnes.

26 Duodecimo inferitur, quæstionis non mediocri esse, An possit inveniri penitudo, cui tota hæc nostra definitio conveniat, per quam peccata mortalia non condonentur? Scotus enim, <sup>n</sup> & Cardinalis S. Sixti, Caietanus <sup>o</sup> aiunt posse. Tum quia iuxta eos penitudo prædicta dividitur in eam, quæ appellatur formata, hoc est, quam gratia Dei iustificans, & condonans peccata format, & ornat: & in eam, quæ informis dicitur, hoc est, quam prædicta gratia non ornat. Tum quia peccator non potest sibi suo solo libero arbitrio, sine gratia gratum faciente querere veniam, <sup>p</sup> & secundum prædictos potest præfatam penitudinem concipere viribus suis naturalibus, quibus Deum super omnia diligere possumus, iuxta Scotum. <sup>q</sup> Tum quia eiusmodi penitudo non est vltima, & immediata dispositio ad gratiam: quoniam alioquin scire posset quis, se esse in statu gratiæ sine vlla revelatione, quippe qui scire posset, se habere eiusmodi penitudinem: quod est contra expressa facta Scripturæ, & iuris testimonia <sup>r</sup> & Concilium Tridentinum. <sup>s</sup>

Contrarium tamen nobis videtur verius, quod etiam

**A** concedit eruditissimus Catharinus, <sup>a</sup> quia eiusmodi penitudo non potest haberi sine amore Dei super omnia, qui solis viribus naturalibus sine gratia haberi nequit, post Adami peccatum, ut docet D. Thomas declaratus ibidem à Caietano: <sup>b</sup> tum quia licet Scotus, <sup>c</sup> & Gabriel qui eum sequitur <sup>d</sup> teneant, posse nos post Adæ peccatum nostris propriis viribus diligere Deum super omnia: addunt tamen, neminem ad eum gradum pervenire, qui gratiam Dei non assequatur. Quinimmo subiciunt, nõ solum prædictam actualem penitudinem, sed etiam virtuales, quæ ex amore Dei super omnia resultat, sufficere, esseque vltimam, & immediatam dispositionem ad gratiã Dei gratum facientem querendam, ita ut nemo ad eam perveniat, quem misericordissimus Deus sua gratia non donet.

**B** Neque obstat fundamentum alterius opinionis videlicet, quòd hanc opinionem sequitur, posse nos scire Deo esse gratos sine revelatione specialit: quia negamus, nos posse scire, quòd penitudinem omnibus prædictis qualitatibus ornatam habeamus: tametsi si frequenter iustè id credere possimus.

**C** 27 Decimo tertio inferitur, quod licet toto tempore, quo quis se agnoscit lethali peccato mortuum de bono consilio debeat curare, ut à tam graui morbo resurgat, periculumque mortis subita, ac æterna effugiat, iuxta illud. <sup>e</sup> *Ne tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem.* & iuxta S. Thomam & communem, <sup>f</sup> non tamen ad id tenetur præcepto, ad novum peccatum mortiferum obligante: nisi ea temporis parte, qua memoria occurrit quoad usum, id est, cupiendum, vel reuendendum, committendum, vel omittendum, secundum communem opinionem. Immo neque tunc ob ea, per quæ id asseruit Adrianus, <sup>g</sup> & ob ea, quæ nos addimus, <sup>h</sup> quod quid Catharinus <sup>i</sup> dicat de Caietano, qui secum pugnat in eo, quòd facillè potuit eum excusare, si voluisset. Et hoc est tenendum, quoniam sicut alia præcepta affirmatiua de baptismo suscipiendo & confessione facienda non obligat sub pœna novi peccati, nisi pro tempore necessitatis: ita per consequentiam præceptum affirmatiuum de se convertendo non obligat sub pœna novi peccati lethalis: nisi in articulo necessitatis, in illo verò sic. Quamobrem ad prædictam penitudinem concipiendam tenebimur imminente articulo mortis naturalis, vel violentæ, vel administrandi, suscipiendive aliquod sacramentum secundum omnes. Immo etiam instante populi necessitate aliqua grãdi, cui absque orationis fervore provideri non potest secundum Adrianum. <sup>k</sup>

**D** 28 Decimo quarto inferitur, quòd licet salutare ac frugiferum consilium sit, ut toties concipiamus penitudinem omnium peccatorum mortalium, tam iam aliàs contritorum, quam aliorum, quoties ea nobis memoriæ occurrerint: non tamen est præceptum, quod nos obliget ad eam habendam bis speciatim de eodem, quia <sup>l</sup> Deus non iudicat bis in idipsum. <sup>m</sup> tametsi teneamur, ne vniquam illud nobis placeat actu, vel virtute: quoniam licet illa nova (ut ita dicam) complacentia non suscitaret illam priorem culpam, quæ iam extincta fuit: producit tamen novam ei similem. <sup>n</sup> Unde licet illud aliquorum consilium, ut peccata præterita, etiam bene confessã, frequenter ad memoriã reuocemus, quòd melius illa iterum atque iterum detestemur, & veluti quendam myrrha manipulum, id est, sanctæ tristitiæ de illis faciamus, vehementer probeam, quo ad peccata, quæ suapte natura tristitiam, metum, aut terrorem incuriunt: non tamen crediderim, eos intellexisse de illis, quorum refrectata memoria ad illicitam delectationem instigat. Cuiusmodi sunt peccata carnis, magni cuiusdam honoris, & lucri temporalis: quinimmo consultius existimarem, eorum numquam amplius in particulari meminisse: nisi quando opus est semel illa confiteri cum debita contritione, ut rectè infinuat Frater Ludouicus à Granata Dominicans, vir vita, & doctrina concionator omnibus numeris absolutus, in eo libro admodum sancto & celebri, quem de oratione composuit: vel quando appetitus carnis sunt probe mortificati per vehementem aliquam cōtemplationem, aut orationem, siue per eximiam quamdam abstinentiam, siue per morbos, aut dolores. Quoniam omne delectabile in particulari consideratum ad sui desiderium allicit. <sup>o</sup> iuxta Aristotelem & <sup>p</sup> S. Thomam.

<sup>a</sup> Ca. dixi. & caput. magna de pen. dist. 1. b. 3. p. 80. a. 2. c. in 2. lib. sent. dist. 17. a. 5. quæstionum la. 2. c. in c. Deus, qui de penit. & remiss. d. in gloss. s. c. in ca. ecce de penit. dist. 1. c. in c. penult. §. quibus. præfata dist. d. sess. 1. q. 4. g. in c. conuer. simini. de pen. dist. 1. h. 1. 2. q. 113. a. 8. c. in 4. s. c. di. 1. a. 4. quæstionum la. 1. & tradimus latius in c. cō mortuini. an. 5. c. in dicto c. ecce. nu. 4. c. 5. de pen. d. 1. i. in glos. Summa de pen. d. 1. c. dist. 1. s. k. in 3. part. i. 13. c. 18. §. 2. l. in 4. lib. s. c. dist. 17. q. 1. a. 1. quæstionum la. 1. m. in c. seq. n. 2. n. in 4. li. sent. dist. 14. q. 2. artic. 2. o. Tomo 1. Opuscular. Opus. 5. q. 2. c. quæst. 4. p. iuxta vna postrema ca. de confec. di. 4. c. Conc. Triad. sess. 6. c. 1. c. can. 2. c. gl. in c. magna & c. conuer. simini. de pen. dist. 1. q. in 2. li. sent. dist. 20. c. in 3. dist. 37. quæst. 1. r. Videlicet Eccl. & ca. s. in do purgac. c. 5. sess. 6. ca. o. contra inuicem hereticorum fiduciam. c. can. 12.

<sup>a</sup> Li. 5. adnotationum. in Caietan. adnot. de sacramento penitentia. b. 1. 2. q. 109. art. 3. c. Vbi supra. d. in dicto 3. l. sent. d. 17. q. 1. <sup>e</sup> Eccl. 5. <sup>f</sup> In 4. li. sent. dist. 17. c. Caiet. Quolib. 7. <sup>g</sup> In 4. de Cōfess. quæ. 3. c. Card. S. Sixti Quolib. 7. h. in 3. p. glos. Summa de pen. dist. 5. nu. 10. seq. i. Vbi supra. <sup>k</sup> Vbi supra. <sup>l</sup> Nam 1. c. ca. aspicere. §. de adulteris vero. de iudic. m. Argu. notum. 2. q. 1. c. ca. 1. de offic. delegat. ca. §. cuius tribus. de pen. dist. 1. c. sed pensandum. 6. dist. <sup>n</sup> 3. Eschic. o. Quolib. 1. q. 5. a. 9. c. di. cemus infra c. 9. c. hoc in specie sensu idem S. Th. in Opus. 6.



\* *Deus non iudicat bis.* Apud prophetam Nahum, ubi nos in vulgata editione legimus, non conlurget duplex tribulatio. in 70. interpretatione sic legitur, *du indiméu di i pi ro aurò in dñi fca.* i. non vindicabit bis in idipsum in tribulatione: seu Deus non iudicat bis in idipsum. ad quam lectionem Nauarrus respexit.

29 Decimo quinto infertur, magnæ prudentiæ, sanctique consilij esse curare, ut post peccatum admissum, quam citissimè nos eius pœniteat: cum per id etiam ante confessionem in Dei gratiâ redeamus. adeo quidem ut fieri possit, ut qui centies mortaliter peccauit per totum anni ab vltima confessione spacium, non manserit quatuor horis sine Dei gratia: eo quod statim ac peccauit, singulorum peccatorum legitime pœnituerit. Quocirca multi simpliciter sunt merito instituendi, existimantes eos, qui mortaliter deliquerunt, semper esse in crimine quousque confiteantur. Nam, ut supra declarauimus, ad hoc, ut à peccatis resiliant, satis est eis habere excellentem illum dolorem, supra definitum: quamuis remaneant obligati adhuc ad confessionem. ceterum, cum huiusmodi homines raro, ut pote rudiores, doleant, ut dolere conuenit, nisi quando confessarium adeunt uti nos diximus: a ideo consilium optimum & sanctissimum esset eos inducere ad frequenter confitendum, & saltem in tribus festis Paschalibus, & in festo Assumptionis Deiparæ virginis. Eo item respectu conducit, maximè subito post peccatum contritionem habere, ne videlicet bonorum operum, quæ ante confessionem fiunt, iacturam faciamus: quæ quidem perirent, nisi adesset confessio. Nam opera quantumcumque moraliter bona, si fiunt extra caritatem in statu peccati mortiferi, absque dubio pereunt, & mortua reputantur, quantum attinet ad gratiam & gloriam promerendam, b licet quoad alia prosint iuxta glossam c in quibus tribus locis alias late id tradidimus. d Tradit etiam post alios Ioan. Maior, e ut inferius explicatur. f

30 Decimo sexto infertur, quod (quidquid dicat B. Antoninus g) tenendum est, quod peccator licet neque specieatim, neque particulatim meminisset alicuius peccati mortalis nondum condonati: posset tamen de illo contritionem habere, concipiendo pœnitentiam modo supra dicto qualificatam. Aliter enim sequeretur, eum qui alicuius peccati mortalis nondum remissi recordari non posset, esse extra statum salutis, h & quamuis responderi possit in tali casu, amorem, quo diligitur Deus super omnia, sufficere ut Gabriel insinuauit, i replicari tamen posset, k eiusmodi amorem esse contritionem virtualem.

31 Decimo septimo infertur, quod licet de grauiori peccato, grauior requiratur pœnitentia, siue pœnitudo: hoc tamen est intelligendum de consilio, & honestate, l non autem de necessitate: m quoniam definitio supra tradita nihil tale requirit. Et quia secundum mentem communem doctorum quæ explicat Ioannes Maior, n pœnitudo circumstantiâ debitis circumstantiis, & supradictis, quantumcumque sit remissa, & breuissimo tempore, etiam in instanti concepta, satis est ad crimina diluenda quantum ad culpam, & ad commutandum pœnam æternam inferni in temporalem purgatorij, contra sententiam Scoti, o quæ hodie communiter non probatur.

32 Dixi, *Debitis circumstantiis*: quoniâ si ego alienum retineo, & potens restituere non restituo: vel habeo odium mortale, quod ab animo non expello: vel non relinquo sodalitia, & occasiones valdè propinquas peccandi mortaliter: vel non peruenio ad concipiendum propositum actuale, quo mallem potius mori, quam mortiferè peccare, non habeo veram talem pœnitentiam, neque proinde consequor remissionem.

33 Decimo octauo infertur, quod pœnitentia de peccatis imperfecta, quam neque debita circumstantiæ, neque qualitates prædictæ ornant, poterit nuncupari attritio: non autem contritio, quæ secundum Caietanum p est duplex. Altera eorum, quos pœnitent mortaliter peccasse, vellenteque non peccasse: sed non omnino statuunt à peccatis suis abstinere. Altera eorum, quos pœnitent quidem peccasse, & statuunt amplius non peccare, non concipiendo peccatum, ut rem supra omnia detestabilia detestandam, neque reputando ipsum vitandum supra omne vitabile. Quinimmo, etiam pœnitudo illa, à nobis supra definita, quam

A habent illi, qui detestantur peccatum supra omne detestabile, ipsumque vitare proponunt supra omne aliud meritò vitandum, est attritio, ut ipse arbitror, quoad usque Deus propter suam misericordiam, gratiam suam impartitus fuerit: sed est alterius speciei, secundum eundem, appellaturque contritio informis. At secundum opinionem communem, quam supra secuti sumus, cuiusmodi habenti eiusmodi pœnitentiam Deus pro sua misericordia statim elargitur gratiam: & subinde non inuenitur sine gratia.

34 Prima species prædictarum attritionum non sufficit, ut per eam solum remittatur peccatum, immo neque per eam, & absolutionem sacramentalem simul: quinimmo peccat, qui cum ea petit, aut accipit absolutionem. Id quod etiam est dicendum de illa pœnitentia, quam quis concipit ob id solum, aut saltem principaliter propter detrimentum honoris, quietis, aut vtilitatis temporalis, aut propter metum infamiæ, laborum, aut pœnæ temporalis, vel æternæ: quamuis talis pœnitudo non sit peccatum, neque malum opus (vbi quidam dixerunt) immo potius est laudanda: nisi quando eo animo concipitur, quod peccaret, vel à peccato non cessaret, nisi eiusmodi malum, vel metus intercederet. Quoniam hoc iam esset nouum peccatum adiungere, a vt supra diximus.

Secunda item species attritionis non sufficit, secundum eundem, ut propter illam remittantur peccata, etiam absolutione sacramentali adiuncta: licet sufficiat ad ipsam absolutionem licitè petendam, ac recipiendam absque vlla culpa: & ad hoc, ut illa ita sit valida, ut non teneatur reiterare confessionem: immo etiam ad obtinendum effectum sacramenti, quando pœnitens prædictam pœnitentiam fuerit consecutus.

35 Ab hac opinione propter summam eius auctoritatem, & quia ei à nemine contradicitur, hucusque numquam fui ausus discedere: sed nunc, sub debita censura, videtur, eum, quem iure, & ex animo pœnitent mortaliter peccasse, & statuit in posterum numquam amplius peccare, ob id principaliter, quod peccatum est offensa Dei, & credens sine crassa ignorantia, suum dolorem esse in id sufficientem, confiteretur sacerdoti, recipitque sacramentalem absolutionem, non solum satisfacere præcepto confessionis, sicut ille dicit: sed etiam consequi gratiam, & misericordiam à Patre gratiarum, & misericordiarum: quoniam nulla Scripturæ sacræ loca habent expressè, necessarium esse concipere peccatum tamquam quid maximè omnium vitabile, & detestabile. Solum enim habent, *Pœnitentiam agite.* b *Pœnitentini.* c *Facite fructus dignos pœnitentia.* d *In quacumque hora conuersus fuerit peccator, iniquitatum suarum amplius non recordabor.* e *Conuertimini ad me.* f *Scindite corda vestra.* g *Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.* h Nullum præterea Concilium, neque summus Pontifex, neque quisquam ex tot sacris doctoribus, in Decreto citatis, eo modo interpretatus est, quod iamdiu Concilium Florentinum, i & denuo Tridentinum k clarius, & explicatius dixerunt, nempe, necessarium esse dolere de peccatis cum fitro proposito non peccandi de cætero, & cum spe veniæ: neque requirunt huiusmodi reflexiones, comparationesque difficiles, paucissimis cognitæ, & paucioribus vtitas.

Quinimmo B. Augustinus l constituens differentiam inter conuersum, & versum, dicit, *versum esse, qui timore pœnæ compulsus abstinet à peccato: conuersum verò, qui solummodo, vel saltem principaliter, propter Dei amorem à peccato superse-det, & quia ipsum pœnitent offendisse Deum.* Et accedit ad hoc, quod pauci (collatione aliorum) confitentes ab institutione confessionis in nostra tempora fecerunt, & faciunt hoc, quod ille requirit: & pauciores confessarij id suaserunt, & suadent. Immo nostro iudicio Concilium Tridentinum m satis apertè hoc, quod dicimus, intelligit. Quocirca recreat nos audiuisse, fratrem Franciscum à Victoria, virum profectò piissimum, clarissimumque doctorem, qui Hispanias rara illa sua Theologica eruditione (sacramentali præsertim, & morali) præ suis antecessoribus illustrauit, id ipsum asseruisse: quin etiam, quantum intelligo, idem sensit Dominicus Sotus n asserens illud, quod in sequenti corollario continetur, quod hoc confirmat.

a In Repet. §. in Leuitic. de pœ. dist. 1. notab. 18. n. 5.

b 1. ad Cor. 13. c. nihil. de consec. di. 5.

c Capis. quod quidam. de pœ. & remiss. d Et in Repet. c. quando. de consec. dist. 1. cū in multis locis, tum in additione.

e In 4. li. sēt. dist. 14. qm. 2. f c. 27. n. 209. g In 3. p. sit. 14. c. 18. in principio.

h Contra c. 1. de pœnit. dist. 7. c. ponderet. 50. dist. i In 3. li. sent. di. 27. q. 1.

k Quod iam sup. n. 5. dicitur est.

l Argu. c. sempora. 26. q. 7. secundum S. Thom. in 4. l. sent. di. 17. q. 1. arti. 1. & 2. m Argu. c. 10. li. de pœnit. di. 3.

n In practica. 10. 4. li. sent. di. 17. q. 1.

o In dicta di. 14. q. 2. arti. 1.

p tom. 1. Opus. cu. Opus. 4. quæst. 1. & Opus. 5. qu. 5.

a Ca. si propterea. & ca. si cui. de pœnit. dist. 1.

b Matt. 3. & Luc. 3.

c Marc. 1. & Act. 3.

d Luc. 3. & c. ca. confideret. §. fin. de pœnit. dist. 5.

e Eze. 33. & c. ca. ponderet. 50. dist. 1.

f Joel. 2. & c. ca. conuertimini. de pœnit. di. 1. g Joel. 2. & c. ca. scindite de pœnit. di. 1.

h Psalm. 31. & c. ca. 1. de pœnit. di. 1.

i Sub Eugenio iij. in decreto de sacramentis.

k In sessi. 14. cap. 5.

l nullus. §. quod quamuis. de pœnit. di. 7.

m Practica sess. 14. cap. 4. n Li. 2. de na. & grat. c. 15.





Ex quibus omnibus constat, quàm utilis, & secunda sit homini pœnitenti confessio.

36 Decimonono infertur, ad illam magnam differentiam, quam idem Magister Sorus ponit inter pœnitentiam peccatorum ad suscipiendum baptismum necessariam, & inter eam, quæ necessaria est ad sacramentum pœnitentiæ: videlicet quòd ad suscipiendum baptismum sufficit quæcumque pœnitudo & detestatio peccati cum cessatione à peccando, ita quòd sit extra propositum peccandi, & quòd non placeat ei peccasse, id, quòd ait sentire Concilium Tridentinum a quoniam addit b volenti baptizari sufficere quantumcumque attritionem, vt baptismi sacramentum illi possit conferri: quamuis manifestum sit, illam non esse contritionem: ad sacramentum tamen pœnitentiæ requiritur pœnitentiam de peccatis propter amorem Dei, & eo quòd peccatum est eius offensa: & quòd à pœnitente putetur esse contritio, vel saltem non credatur non esse contritio, atque sibi videri Concilium Tridentinum c id sensisse: per quòd plurimum præcedens corollarium corroboratur.

Hæc tamen doctrina, licet satis bona videatur, quantum pertinet ad sacramentum pœnitentiæ: quantum tamen pertinet ad sacramentum baptismi admodum noua mihi visa est. quatenus habet, qualemcumque pœnitentiam, etiam si agnoscat non esse contritio, adiuncta cessatione à peccatis, satis esse ad baptismi sacramentum suscipiendum: quoniam \* B. Augustinus relatus in aliquot decretis expressè ait, hominem peccati mortalis reatu implicitum nunquam Dei gratiam assecuturum, nisi eum veteris vitæ pœniteat. Nam d ait, *nullum hominem vitam æternam accepturum, qui non fuerit hic à malo per pœnitentiam, fidemque conuersus, & per sacramentum fidei & pœnitentiæ, id est, per baptismum liberatus: & paulo inferius, Maioribus opus est, inquit, de malis suis pœnitentiam agere: & loquitur de pœnitentia ante baptismum. & e Omnis qui iam sua voluntatis factus est arbiter, cum accedit ad sacramenta fidelium, nisi eum pœniteat veteris vitæ, nouam non poterit inchoare, ab hac pœnitentia, cum baptizantur, soli paruuli immunes sunt. & f Agant homines ante baptismum pœnitentiam, &c.* Id ipsum eisdem penè verbis affirmat Ambrosius. g Quin & alij omnes in aliis locis asserere solent, his, qui post baptismum in peccatum prolapsi sunt, necessariam esse pœnitentiam. Diuinus etiam Petrus Apostolus, h sic ait, *Agite pœnitentiam, & baptizetur vnusquisque vestrum.* Vbi non videtur de quacumque pœnitentia intellexisse: sed de illa, quæ concipitur propter Dei amorem, & eo quòd peccatum est eius offensa: & quamuis alium Concilium Tridentinum i dicat sufficere aliquod odium, & detestationem: addit tamen esse necessarium, vt talis sit pœnitentia, qualis ante baptismum exigitur: non tamen explicat qualis illa sit: & consequenter id reliquit antiquæ interpretationi.

\* Augustinus relatus in aliquot decretis. Quæ hic ex decreto citantur ex his locis sumpta sunt. cap. firmissime. 15. quæst. 1. ex lib. de fide ad Petrum cap. 30. sumptum est, qui liber non est Augustini, sed Fulgentij. cap. omnis. de consecrat. dist. 4. est eiusdem in lib. de pœnit. cap. 2. cap. sequens. quòd incipit agant homines. est ex epist. ad Seleucianum, quæ est 108. Caput autem 1. de pœnitentia. dist. 3. est ca. pœnitentia ex M. S. sermone D. Ambrosij, qui incipit Ecce nunc sumptum, vel ex Gregorio potius lib. 9. epist. ep. 39. & homil. 14. in Euang. & caput 2. quòd incipit reperiuntur est eiusdem Ambrosij in lib. 2. de vniuersa pœnitentia. cap. 10.

37 Quapropter equidem sub debita correctione semper consulere illis, qui infideles adultos aliquos baptizant, siue apud nos, siue apud Indos, vt prius illos inducant ad pœnitentiam peccatorum mortiferorum, eo quòd illis offenderunt Deum, quem super omnia amare, & honorare debuerunt. Nec audeo asserere, eis licere baptizare illos, quamuis videant, pœnitentiam eos non ob amorem Dei: sed ob alias causas. Quin affirmo, peperam agere illos, qui, vt fama est, baptizant Indos antequam videant, eos habere pœnitentiam, quæ videatur contritio: eo quòd petunt baptismum, eo respectu principaliter, quòd pileus, vel alia ludicra illis donantur: licet aliquam pœnitentiam suæ malæ vitæ leuem, & imbecillum conceperint ob aliquas causas, quæ amore Dei ne-

quaquam nituntur. Videtur tamen nobis posse aliam assignari differentiam inter pœnitentiam ad baptismum suscipiendum necessariam, & illam, quæ ad sacramentum pœnitentiæ necessariò requiritur: videlicet quòd ad baptismum sufficit pœnitentia, seu pœnitudo generalis omnium peccatorum mortalium, totiusque vitæ malæ transactæ, adducendo ad summum aliqua in memoriam, non descendendo particulariter ad omnes eorum species: quæ praxi videtur vni fuisse diuinus Petrus in baptizando eos, quos primos in festo sancto Pentecostes a legimus baptizasse: ad recipiendum verò sacramentalem absolutionem ultra hoc etiam opus est recollere omnes species peccatorum, & de illis omnibus speciatim pœnitentia: licet in indiuiduo non teneatur sigillatim, siue particulariter de singulis cuiuslibet speciei pœnitentia, dolereque b vt supra dictum est.

38 Vigesimo infertur, quòd quamuis virtute sacramenti attritus fiat contritus: ipsa tamen attritio non efficitur contritio, secundum S. Thomam, c licet iuxta Scotum d quem ex parte sequitur Caietanus e superueniente Dei gratia, fiat contritio. Possunt tamen consiliari, intelligendo S. Thomam de attritione, quæ non est contritio propter defectum intrinsecum ex parte subiecti, & scopi, qui esse debet Deus ipse, vel amor eiusdem: quia videlicet ille dolor non concipitur solum, nec principaliter propter amorem Dei, vel eo quòd peccatum est eius offensa, vel iniuria: sed solum, vel tantum, aut principaliter propter damnum, quòd ipsi ex eo contigit, vel timet sibi hac in vita, vel in futura euenturum: huiusmodi enim attritio nunquam efficitur contritio, licet ad eam ducat: Scotum verò, cuiusque sequaces, qui contrarium opinantur, de illa pœnitentia, quæ est attritio, & non contritio, non ob defectum istum intrinsecum ex parte obiecti: sed ob aliam causam extrinsecam: qualis est defectus gratiæ, vel propositi de abstinendo.

Vigesimoprimum infertur, non esse nimis firmum illud Ioannis Maioris: f videlicet, neminem esse adeo imprudentem, qui tempore, quo peccata sua confessario confitetur, non illa detestetur formaliter, aut virtualiter. Non esse, inquam, nimis firmum: quia inde sequeretur, quemlibet confitentem habere iustam contritionem: quòd est contra duo præcedentia corollaria, & dicta in principio huius capituli. Scotus autem g non ita laxè loquitur circa hoc, ac quidam aiunt: immo secundum eum, nulla pœnitudo momentanea sufficit ad remissionem peccati: quamuis iuxta communem, quam secuti sumus supra, sufficiat.

39 Vigesimo secundo infertur, quòd causa contritionis ex parte Dei est eius gratia, & misericordia: ex parte verò nostra sunt sex, quæ secundum Raymundum, relatum à S. Antonino h disponunt ad gratiam obtinendam. Memoria, scilicet, peccati: Pudor ex peccato proueniens: Utilitas eius: Timor iudicij diuini: Meditari quòd per illud cælestem gloriam amittimus, nostrumque creatorem offendimus: Spes veniam consequendi, & gratiam amissam recuperandi, perueniendique ad felicitatem æternam. Conducit etiam maximè ad hoc considerare, vt alibi diximus i quòd qui mortaliter delinquit, in effectu Deum à se proicit: sicque illum tractat, ac si non esset vltimus finis, & subinde, ac si non esset summus Deus: reputareque secum, & ruminare, quidnam faceret, vt à Rege veniam impetraret, si eum negasset esse suum Regem: & quòd, si semel Rex illi veniam concederet, quantum sibi caueret in posterum, ne iterum in eandem rebellionem prolaberetur: certò sciens à Regis voluntate & nutu pendere vitam suam, sicuti nostra pendet à Deo.

40 Vigesimo tertio infertur, quòd effectus contritionis est, non solum dolere peccatum quantum ad totam culpam, vt ex suprascriptis constat, k verum etiam extenditur ad remittendam aliquam pœnæ temporalis portionem, in quam æterna commutatur, secundum S. Thomam, l non tamen abolet, vt plurimum, totam pœnam: quòd nos in extrauagante vnigenitus m abundè satis, superque collegimus, vbi de culpa & pœna disputauimus.

Dixi: vt plurimum: quia non nunquam tanta est contritio, vt deleat omnem culpam, & remittat omnem pœnam,

a Sess. 6. c. 6.  
b Vbi supra.

c Præallegata Sess. 14. ca. 4. Sess. 6. c. 14.

Pœnitentia in baptismo qua requiritur.

d In c. firmis. 15. qu. 1. & in lib. de fid. ad Pet. cap. 30.

e Ca. omnis. de consecr. di. 4. & in leg. de pœnitent. medic. cap. 2. f In c. seq. ibi. & in ep. 108. g In c. 1. & 2. de pœnit. d. 3.

h Añ. 2.

i Præcitata Sess. 6. c. 6. & cap. 14.

Inter pœnitentiam ante baptismum & post illum discrimen.

a Añ. 2.

b Num. 22.

c In 4. li. sent. d. 17. q. 2. a. 2. d In eod. 4. q. 2. art. 2. c Tom. 1. Opuscul. Opusc. 4. quæst. 1.

f In præfatio 4. lib. sentent. dist. 17. q. 3.

g In d. 4. libr. sentent. di. 14. q. 2. art. 2.

h In 3. pa. tit. 14. ca. 18. §. 5.

i In c. fratres. de pœnit. dist. 5. num. 96. caueat. nu. 9. k Nu. 24. & num. 31. per c. dixi. & ca. magna. de pœnit. dist. 1. l In 3. p. qua. 86. a. 4. & in 4. sent. dist. 17. q. 3. a. 1. m De pœnit. & remis. in tracta. de indulgentiis super §. in Leuitico. de pœnit. dist. 1. notab. 12.



a Ca. mensura de po. d. 1. & gl. in capi. Deum, qui de panis. & va. miss. & gloss. extrauag. 1. de pan. & va. miss. & va. dis. S. Tho. in 3. libr. senten. dist. 19. q. 2. g. 2. & in 4. dist. 15. q. 2. a. 2. g. 3. & dist. 17. q. 2. a. 1. g. 2. b. Sess. 14. c. 3. & 4.

c Nm. 11. & 12.

d Nm. 36.

e Per c. poenitent. de poen. dist. 3. & cap. falsas. de po. dist. 5. cu. mul. tis. qua. ibi ad duximus. f In libr. 2. de nat. & gras.

g In c. conuer. timini. versic. le. profi. & c. omnis. de po. nis. d. 1. & lo. ann. Maioris. & eorum. quos ipse se. quisur in 4. lib. sent. dist. 14. quast. 2. h In eo. 4. lib. senten. di. 17. q. 2. a. 1. i Eod. c. n. 36. k Distin. 1. n. 4. & 5. l Nm. 5. ea. d. no. In d. c. con. uertimati. nu. mor. 5.

n In 4. li. sct. dist. 22. q. 1. a. 3. q. 1. ad 1.

iuxta glossam, numquam tamen ob id tollitur obligatio confitendi peccatum, secundum omnium sententiam.

41 Vigesimoquarto inferitur, quod sanctissimè à sacro sancto Tridentino Concilio definitum est haresim esse dicere, poenitentiam, siue poenitentiam, non fuisse quouis tempore necessariam ad impetrandam culpa mortalis condonationem. Dicere item contritionem non esse vnam ex tribus partibus, quas sibi tamquam materiam substituit poenitentiae sacramentum. Dicere item, esse malum examinare conscientiam ad faciendum peccatorum memoriam cum ipsorum detestatione, & emendationis proposito: quamuis ad gradum integræ contritionis non perueniat. Dicere item, non esse de fide, contritionem non solum includere in se cessationem à peccato, & vitæ nouæ propositum, & inchoationem, sed veteris etiam odium continere, & propositum illud confitendi tempore debito cum spe obtinendi veniam, & misericordiam: licet vt supra diximus, e sufficiat propositum virtuale, quando defectus temporis, vel inculpara consideratio poenitentis fuit in causa, vt non habeatur formale. Dicere item, contritionem iustam non esse necessariam nunc in lege gratiæ ad culpæ mortalis post bap̄tismum admittæ deletionem.

42 Vigesimoquinto inferitur, quod cuidam erudiro visum est, dixisse nos supra, d attritionem cognitam, id est, quæ cognoscitur non esse contritio, non sufficere ad absolutionem. Contra quod opponit multa, quæ alias hic scripsimus: cui nunc breuiter respondemus.

Primò, nos id non dixisse ibi: licet ex eo tacitè colligatur, multas esse attritiones, quæ non sufficiunt ad iustam absolutionem. Qualis est poenitudo præteriti sine proposito actuali, vel virtuali vitandi futura, vel restituendi malè parta. e Fateor tamen, me secutum fuisse Sotum, quatenus ait f quod ad suscipiendum sacramentum poenitentiae requiritur attritio, quam putet poenitens esse contritionem: vel non putet non esse contritionem.

Secundò, quòd licet ex præfato Soti dicto videatur inferti, non sufficere ad absolutionem attritionem illam, quæ cognoscitur non esse contritio: intelligendum tamen est illud necessariò de attritione, quæ putatur non esse contritio, nec futura talis, etiam munita calore absolutionis sacramentalis. Cùm Sotus sequatur opinionem S. Thomæ, communiter receptam, aientis, sufficere ad deletionem peccati attritionem illam, quæ accedente sacramento fit contritio.

Tertiò, quòd eius tria priora argumenta vrgent quidem contra sententiam Gratiani & quæ habet, per sacramentum poenitentiae non remitti cuiquam culpam: quia remittitur per contritionem præcedentem: à qua quidem sententia nos semper discessimus secuti S. Thomam communiter receptum, h vt est videre supra, i & in Summa de poenit. k & latius & neruosiùs in cap. conuertimini. l Vrgent, inquam, eius argumenta contra præfaram opinionem: nihil tamen faciunt contra Sotum, neque contra nos, qui fatemur, quamplurimos confiteri cum attritione, quæ sola non facit eos contritos: sed accessione sacramenti fiunt contriti: quorum de numero maiorem partem plebis esse putauimus. m

43 Quarto, quòd differentia inter sacramentum poenitentiae, & Eucharistiæ quoad hoc propositum non consistit in hoc, quòd illud (vt ipse ait) solis infirmis & mortuis datur: hoc autem solis sanis: sed quòd illud per se ordinatur ad sanandum, & per accidens ad sanitatem conseruandam, & augendam: & contra hoc principaliter ad sanitatem conseruandam & augendam, & per accidens ad sanandum.

Siquidem sacramentum poenitentiae iustè datur secundum omnes eis, qui sola peccata venialia, vel sola mortalia iam pridem confessà, & remissa consentent, qui creduntur esse sani: cùm neque venialia, neque mortalia iam confessà & condonata repugnent caritati, vt tradit S. Thomas n & frequentissima praxis selectorum presbyterorum, præsertim monachorum, habet confiteri, quoties celebrant: quos tamen certum est non semper confiteri

mortalia noua: sed venialia, vel mortalia antiqua iam confessà.

44 Cuius rei ratio est, quia omnia sacramenta nouæ legis conferunt gratiam, vt post receptam sententiam a dehoitur à Concilio Tridentino: b ita sacramentum Eucharistiæ frequenter auget caritatem, & non sanat: & contra sacramentum poenitentiae frequenter per accidens sanat: cùm scilicet aliquis credens probabiliter, se esse in statu gratiæ, in quo tamen non est, sumit illud vt docet D. Thomas c communiter receptus.

Quinto negamus, ex prædicto Soti dicto sequi, quòd tanta dispositio requiratur ad suscipiendum sacramentum poenitentiae, quanta requiritur ad sacramentum Eucharistiæ. Tum quia ad sacramentum Eucharistiæ non solum requiritur contritio: sed etiam confessio secundum glossam receptam d approbatam à Cõcilio Tridético. e Tum quia ad Eucharistiæ oportet, putare se esse in statu gratiæ: ad absolutionem autem sufficit putare, se ita esse attritum, quòd, mediante illa, fiet contritus.

45 Sexto negamus, sufficere ad absolutionem sacramentalem attritionem, siue poenitentiam, qua peccator cessat à peccato propter solam poenam inferni, quatenus poena est, si nullus actualis, vel virtualis Dei amor, vel odium peccati, quatenus est ipsius offensa cum comitetur, per dicta supra. f

De confessione sacramentali, secunda parte sacramenti poenitentiae.

CAP. II.

- 1 Confessio sacramentalis quid.
- 2 Confessio non fuit inducta iure natura.
- 3 Sed diuino Iesu Christi Domini nostri.
- 4 Confessio facta laico non est sacramentalis.
- 5 Confessio sacramentalis exigit multa. & 6. 7. & 8.
- 6 In quibus multi errant.
- 7 Confessio, quo tempore facienda, lege diuina.
- 8 Quo humana: & quo extra illa. & num. 10.
- 9 Confessio sacramentalis fuit instituta à Christo.
- 10 De omni mortali, & eius circumstantiis.

**S**E CUNDA pars sacramenti poenitentiae est Confessio sacramentalis (quam vocalem, & auricularem appellamus, eo quòd voce, & in autem secreto fiat) quam addentes aliquid recentiorum definitioni, præsertim Gabrielis & in hunc modum possumus definire. Confessio sacramentalis est peccatoris accusatio, secreta, de suis peccatis, coram proprio sacerdote, vt ab illis sacramentaliter absoluetur.

Dixi, Accusatio, pro genere, ex qua & differentia debet constare omnis definitio, vt dictum est supra. h & ad differentiam accusationum, & confessionum iudicialium, vel quæ accidunt extra iudicium: quæ quidem non gratia seipfos accusandi, sed propter alios fines fieri solent. i

Dixi, Secreta, tum ad excludendum generalem illam, publicamque confessionem, quæ fit in principio, aut medio Missæ, vel alias sæpissimè: tum ad insinuandum non esse necessarium, vt fiat publicè, vel aliquo tertio audiente: quamuis etiam aliis audientibus facta valere possit, vt infra trademus. k

Dixi, De suis peccatis, ad reiiciendum illam, qua quidam se de virtutibus, quidam verò de peccatis alienis accusant. l

Dixi, Coram sacerdote, ad excludendam illam, quæ fit alij: quoniam illa non est sacramentalis. m

Dixi, Proprio, id est, habenti iurisdictionem in foro conscientiae supra illum, qui seipsum accusat. n Nam illa, quæ fit alij, quam proprio sacerdoti non est sacramentalis: siquidem absolutio facta ab illo, qui non est sacerdos: vel à sacerdote, qui non est proprius, non est sacramentalis, vt infra trademus. o

Dixi, Vt ab illis absoluetur, quoniam quæ fit propter alium finem, non est sacramentalis: cum essentia sacramenti

a Di. 1. l. 4. sct. b Sess. 7. de sacramentis in genere. can. 6. 7. & 8.

c In 3. p. qua. 79. a. 3.

d In c. de homine. de cele. mis. e Sess. 13. can. vii.

f Præsertim, nu. 24. & 35.

g In 4. li. sct. dist. 17. q. 1.

h Præsertim.

i Vt 100. tit. de Confessis. Digestis. Codice. Decretalibus. & h. 6. k Eod. nu. 6. & 7.

l Cap. omnis de po. & remissis. Peccata & ibi. Sua in d. c. omnis ibi. Sacerdoti & clarum in conc. Trid. ses. 14. c. 6. n d. c. omni ibi. Proprio. o Ca. 22. nu. 11.



a *Vi diximus. inc. sacrificiū. de consecrat. dist. 2.*  
 b *Matth. 11. c In 4. lib. sen. ten. dist. 1.*  
 d *Seff. 7. can. 1. de sacramē. tis. in genere. c Supra ca. 1. nu. 25. & pra. lu. 10. nu. 4. f Vi in gl. si. ma de pœn. d. s. nu. 2. dixi. mus.*  
 g *Vi quidam relati ab ead. gl. dixerunt. h Vi aly. quos ca. glo. refert. asserunt.*  
 i *Vi aly. ibid. relati affirma. runt.*  
 k *Vi ipsamet gl. a Cano. nist. ibi & in c. omnis. de pœnit. & ve. nis. communi. ter recepta videtur innu. ere.*  
 l *In 4. li. sen. dist. 10. & di. 17.*  
 m *In 3. p. qu. 64. a. 2. & in d. 4. l. sen. di. 2. q. 1. a. 2. & dist. 5. q. 1. a. 1. in eod. 4. li. sen. d. 17. o In 1. par. gl. summa. de pœn. dist. 5. n. 14.*  
 p *Vbi sup. & in seffion. 14. c. 5. & can. 3. q. 1. an. 20. r In 4. l. sen. di. 17. & cap. quem pœ. de pœnit. dist. 1. vbi nuperrime multa de confessio. scripsimus. s In 4. l. sen. di. 17. q. 3. a. 3. t In 3. p. tisu. 14. & c. 1. & 2.*  
 v *In c. fratres. de pœni. di. 5. nu. 2. & seqq. x Pralud. 5. num. 11.*  
 y *Ab. 11. c. vj que ad 21. & super utroque visio ca. 23.*

pœnitentiæ in absolutione consistat.  
 2 Ex qua definitione inferitur primò, illam confessionem Domini nostri Iesu Christi. *b Confiteor tibi, pater Domine cali, & terra.* & alias multas huiusmodi confessiones, quarum in multis Psalmis fit mentio, non fuisse sacramentales: sed potiùs Dei laudes.

Inferitur secundò, hanc confessionem sacramentalem non fuisse iure naturali inductam, cum post aduentum redemptoris nostri omnia sacramenta nouæ legis initium habuerint, iuxta sententiam omnium, e quam nuper expressit Concilium Tridentinum. d & ita consequenter post Christi Domini aduentum incæpit sacramentalis confessio, quæ est vna pars sacramenti pœnitentiæ vt prædictum est. e

3 Inferitur tertio, quòd sacramentalis confessio, f non fuit inuenta, neque instituta in paradiso terrestri, g neque à Iosue, h neque à Iacobo Apostolo, i neque ab Ecclesia consuetudine, k sed immediatè à Christo Domino nostro: vt tradit Aquinas: l etenim ex præfata definitione colligitur, hanc confessionem sacramentalem esse partem substantialem eius iuxta S. Thomam m & communem opinionem n vt latius diximus. o Id quod etiam explicuit Concilium Tridentinum p declarans id fundari irrefragabiliter in illo Christi. q *Accipite Spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta sunt.*

4 Inferitur quarto, confessionem factam homini laico non esse sacramentalem, ob idque suo loco & tempore repetendam esse secundum omnes. r

5 Inferitur quinto, huiusmodi confessionem sacramentalem, & auricularem, vt legitima sit, requirere sexdecim conditiones, quæ iis verbis continentur.

*Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis, Atque frequens, nuda, & discreta, libens, verecunda, Integra, secreta, & lachrymabilis, accelerata, Fortis, & accusans, & sit parere parata.*

Quæ quidem sexdecim conditiones explicantur à S. Thoma s & à S. Antonino t nosque etiam v copiosius & vtilius explicauimus, dicentès in summa, quod *Simplex*, insinuat, quod sit sine plica generalitatis, vel disunctionis verborum, sic vt confessarius peccatum ita intelligat, vt possit discernere, an sit mortale, vel veniale.

6 Circa quod multi grauitè errant, qui mortaliter peccarunt nimis comedendo, nimis bibendo, loquendo, ridendo, murmurando, irridendo, iocando, & alia similia faciendo: quæ cõm possint esse; immo frequenter sint venialia, confessarius intelliget, illa esse venialia. Quare oportet diligenter explicare circumstantias, per quas facta fuerunt mortalia: puta quod fuerunt facta cum notabili Dei, vel sanctorum, vel Ecclesia, vel sacramentorum, aut religionis irreuerentia: aut cum notabili aliquo nocumento salutis spiritalis, aut corporalis, honoris, famæ vel alterius rei, siue ad se, siue ad proximum pertinentis, vt constet, an grauitas culpæ peruenerit ad mortalem, nec ne, nisi ex qualitate personæ, vel modo confitendi confessarius talem coniciat paruitatem, vel grauitatem malitiæ, x per ea, quæ infra super vnoquoque præcepto vt diximus supra y tradentur.

7 *Humilis*, id est, cum signis animi submissi, modestique. *Pura*, id est, sine mixtione rerum impertinentium. *Fidelis*, id est, sine mendacio: maximè in his quorum veritatem confessio necessariò requirit. *Frequens*, id est, quod fiat sæpe: quæ conditio apponitur propter illum, qui sæpe cadit, quæ quidem est secundum consilium: præterquam in illis tantum casibus, & temporibus, quibus ea præcipitur fieri à iure, vel statuto. *Nuda*, quod iocis, aut alia re peccati grauitas non occulteretur. *Discreta*, quod fiat verbis honestis, sitque debitis circumstantiis explicata. *Libens*, hoc est, voluntaria: nempe vt fiat (saltem principaliter) propter Deum: licet alioquin minus principaliter ex verecundia, vel quacumque alia humana causa is, qui confitetur, moueatur.

*Verecunda*, videlicet, ne sicuti fabula, vel historia impudenter narretur: sed cum pudore cordis, quem facies ipsa præ se ferat. *Integra*, quod nullum crimen (saltem lethale)

A cuius adhibita debita diligentia recordatur, taceat. *Secrèta* quo significatur primò, quod ab eodem pœnitente, non autem per alium facienda sit: deinde, quod nullus teneatur confiteri tertio alio audiente, immo neque licet regulariter, saltem de peccatis occultis.

Ceterum, quia ex prædicto verbo, *Regulariter*, intulerunt aliqui viri pij, me sensisse hoc loco, licere aliquando publicè confiteri, quod videbatur esse contra hanc conditionem secreti omnibus probatam: & quod ipse post S. Antoninum, a & post Caietanum b dixi esse peccatum infamare seipsum, constituendum est, quod confiteri publicè non est illicitum, eo quòd speciatim id prohibuerit Dominus noster Iesus Christus: sed quia regulariter non licet publicare propria peccata: verumtamen quia nonnumquam licet publicare illa in aliquem finem bonum, prout rationibus & exemplis Sæctorum Ambrosij & Anselmi probauimus. d ideo etiam licet aliquando facere dictam confessionem, audientibus alijs, vt scitè declarauit sanctum Concilium Tridentinum e subdens, quod Christus non præcepit, quòd peccator confiteatur publicè: sed quòd non vetuit, quin aliquis in vindictam suorum scelerum, & sui humilitatem, cum ob aliorum exemplum, tum ob Ecclesiæ offensæ adificationem delicta sua publicè confiteri possit. Propter quod tollitur scrupulus de valore, ac iustitia illarum confessionum, quæ fiunt in mari à periclitantibus, & à peste infectis, remotis à confessario, & à vulneratis in præliis inter medendum, audientibus chirurgis, & alijs opitulantibus. Illarum item, quæ fiunt per interpretem ab ignorante idioma confessario: quia non desinunt valere, & esse legitima, eo quòd alij eas audiant.

*Lachrymabilis*, id est, quæ secum gerat contritionem, supra f definitam: vel saltem attritionem illam secundam, quam supra g memorauimus. *Accelerata*, id est, vt simul atque peccatum commissum est, fiat, quod quidem est consilium vt dicitur infra. h *Fortis*, vt præ timore, aut pudore, vel verecundia, nihil ex necessariò dicendis omitatur. *Accusans*, se ipsum: non autem carnem, mundum, aut daemone, vel saltem non æquè, aut ita principaliter, sicut seipsum. *Parere demum parata*, nempe confessario, ita vt pœnitens habeat in animo exequi, quod confessarius ei præceperit: quod quidem partim est de consilio, partim verò de præcepto. i

9 Inferitur sexto, per solam legem diuinam non esse definitum tempus, quo homo confiteri teneatur: esse autem definitum iure canonico humano, omnes peccatores semel in anno obligari ad confitendum. k Religiosus autem S. Benedicti, & alij saltem de honestate duodecies in anno, semel scilicet singulis mensibus, ad confessionem adfinguntur, l omnes item sanctimoniales iuxta Cõcilium Tridentinum. m Vnde, secundum communem opinionem, non teneatur peccator simul ac mortiferè peccat, statim confiteri: etiamsi fuerit sacerdos, aut monachus, vel peccatum sit notorium secundum Panormitanum, n & S. Thomam communiter receptum o id, quod nos etiam p copiosius disputauimus: quidquid dicat Innocentius q præterquam quando vult sacram communionem accipere, aut sacram facere, & habet copiam confessarij, iuxta glossam singularem r omniù calculis approbatam & nunc denuo à sancto Concilio Tridentino confirmatam s contra nouam Caietani opinionem. t Quocirca qui accedit ad quemcumque ordinem sacrum recipiendum, quoniam sacram Eucharistiam accipere debet, vt communi opinione receptum est, debet confessus accedere, secundum B. Thomam v vel etiam quando instat verisimilis mortis articulus, quem definit esse Panormitanus illum, in quo homines communiter moriuntur, qualem facit probabile naufragium, imminens prælium, & grauis, & acuta febris, y tempus item pariendi, z vt post Hostiensem Panormitanus a concludit, saltem quò ad mulierem, quam numquam peperit, vel experta est partus difficiles.

10 Debet item cum probabiliter credit, se per totum annum non habiturum opportunitatem cõfitendi: vel etiam quando conscientia dicat, illum ad confessionem teneri, b quamuis ad hoc satis esset, illam deponere, si fuerit erronea, c vel quando vult plures cõfiteri, d vel etiam,

a 2. p. sic. 8. c. 4. §. 1.  
 b 2. q. 73. a. 3.  
 c In di. c. iter verba. 11. qu. 3.  
 d In d. c. inter verba.  
 e Seff. 14. ca. 5.  
 f Ca. 1. nu. 1. & seqq.  
 g Ca. 1. n. 34. & seqq.  
 h Num. 11.  
 i Vi inferius, c. sequenti explicabitur.  
 k Ca. omnis. de pœn. & remiss.  
 l Clemen. ne in agro §. sane. unct. glo. de stat. mon.  
 m Ca. 10. seff. 25. de reg. & monial.  
 n In præcatorum c. omnis. de pœn. & remiss. nu. 20.  
 o In 4. li. sen. di. 17. q. 3. a. 1.  
 p In c. fratres. de pœ. d. 5. à nu. 9.  
 q In d. ca. omnis. & glof. in summa. de pœnit. ea dist. 5. in cuius tertia parte. nu. 27. & seqq. id diximus.  
 r In c. de homine. de celeb. miss. per argu. à contrario sensu.  
 s Seff. 13. ca. 7. t In 3. p. qua. 80 a 9 & in c. 11. epist. 1. ad Cor. & in sũ. verb. communis. vt in ferius. c. 21. n. 49. dicemus, v Quod l. 1. a. 11.  
 x In c. pastor. §. 1. n. 5. de of. ord.  
 y Ca. cum in firmatas de pœnit. & re. 2. Argum. l. 2. §. si nõ propter. ff. si quis cautionib.  
 a Vbi supra.  
 b Argum. ca. final. de præscript.  
 c Argum. ca. inquisitioni. de sent. exco. d Argum. ca. magna. de vicio.



secundum aliquos, quando statim post confessionem, & communionem in Paschate recordaretur, se fuisse oblitum alicuius culpæ mortiferæ in confessione. quod tamen nullus tenet, nec ratio concludit necessariò faciendum: & ita non est allerendum, nisi fortè in illo, qui iam ad sacræ Eucharistiæ perceptionem accinctus, antequam eam summat, recordatur alicuius mortalis culpæ nondum confessæ, & ne aliis sit scandalo, aut impedimento, aut quia eius confessarius non est præsens, communicat, proponens eam statim à communionem confiteri, nolens in sequentem annum confessionem illius peccati differre. quod licet secundum rigorem iuris antiqui non possit probari esse necessarium, si propositum illud non peruenit ad votum. siquidem cum eo non peruenit, non habuit vim obligandi, secundum Archidiaconum, <sup>b</sup> & ea quæ nos alibi tradimus <sup>c</sup> videtur tamen probari de iure nouo Concilij Tridentini <sup>d</sup> quatenus præcipit, vt qui necessitate vrgente absque præuia confessione celebrauerit, quam citissimè postea cõfiteatur: & videtur, quod si Concilium interrogatum fuisset de laicis, qui licet interdum communicant absque præuia confessione, veluti in prædicto casu, vel aliis huiusmodi, in quibus deest copia confessarij, idem, & de illis definit: & ita videtur definisse iuxta glossam singularem. <sup>e</sup> An autem propter obliuionis periculum quis ante tempus statutum confiteri teneatur dicemus infra. <sup>f</sup>

<sup>11</sup> Sexto dicimus, quòd post primam huius libri editionem sanctum Concilium Tridentinum <sup>8</sup> excommunicauit eum, qui dixerit, confessionem sacramentalem non esse vel institutam, vel ad salutem necessariam iure diuino ei, qui post baptismum in culpam lethalem incidit: aut non fuisse à Christo Domino institutam, & præceptam. Eum item, qui dixerit nos non obligari iure diuino ad confitendum omnia, & singula peccata mortalia, quorum memoriam cum debita, & diligenti præmeditatione habemus, etiam occulta, & interna, solo voluntatis cõsensu absque verbis, & operibus consummata, & circumstantias, quæ speciem peccati ex vna specie in aliam mutant. <sup>h</sup> Eum item, qui asseruerit, hanc confessionem omnium peccatorum, quam Ecclesia seruat, esse impossibilem: vel illam habuisse originem à consuetudine, vel ordinatione Ecclesiastica: vel ad eam non teneri omnes, & singulos vtriusque sexus Christi fideles, & ob id suadendum esse eis, vt non confiteantur tempore Quadragesimæ. <sup>i</sup> Vel quod non est bonum cõfiteri peccata venialia. <sup>k</sup> Quo fit, vt temerarium sit aliquorum laicorum iudicium, qui iudicant clericos, & religiosos toties peccasse mortaliter, quoties vident eos confiteri. quod sæpe prædicari deberet ad seruandam famam illorum, qui frequentant confessionem, etiam cum eis non est necessaria, & ad eos in id animandum, ne tamen, & salutare opus omittat: quod vidi omitti ab aliquibus, ne dicerentur, vel crederentur ab eis, qui viderent eos tam frequenter confiteri, peccata mortalia confessos fuisse: & consequenter tam frequenter peccasse mortaliter. Quando autem, aut in quibus casibus confessio, quæ nulla est, debeat iterari, dicetur infra. <sup>l</sup>

### De satisfactione, tertia parte sacramenti pœnitentiæ.

#### C A P. III.

- 1 Satisfactio quid. Et est necessaria etiam post restitutionem 2.
- 3 Satisfactio triplex non est necessaria ob triplex genus peccati.
- 4 Satisfactio sit opere alias debito. Et cur melior imposta 5.
- 6 Satisfactio sacramentalis in mortali facta quid prodest.
- 7 Pœna peccati temporaria, in quam aeterna mutatur, an per bona opera in malo statu facta tollatur.
- 8 Bona in malo statu facta profunt etiam ad præuia gratia.
- 9 Satisfactio vna pensat offensam factam, altera cauet futuram.
- 10 Occasio peccandi propinqua cauenda, non remota.
- 11 Miles & mercator non tenentur necessariò abstinere ab arte sua.
- 12 Occasio, qua est propinqua peccandi vni, non semper est alteri.
- 13 Pœnitens non tenetur credere, se non peccaturum in arte sua.

- 14 Occasio propinqua studiosè definita.
- 15 Occasio, de qua credendum, quod raro inducet ad mortale.
- 16 Matrimonio inualido coniuncti, vt possunt licetè cohabitare.
- 17 Absoluendus quando quis, licet peccandi occasionem non vitet.
- 18 Miles volens redire ad bellum, quod credit iniustum, non absoluendus.
- 19 Concubinarij qui non possint absolui, & qui possint.
- 20 Hospita solita pollui cum hospite quomodo potest absolui.
- 21 Absoluenda quæ familiares peccantes cum cognatis, & heri. & num. 22.
- 23 Absoluendi, qui aulici non sunt reginarum mensis presentes. & num. 24.
- 24 Absoluendus non est miscens se cœtui lasciuo. & nu. 26.
- 25 Absoluendus non est qui comedit ad mortale incitantia.
- 26 Clystera quis fundens non absoluendus.
- 27 Fœminam quis manuducens non absoluendus.

**D**E satisfactione dicimus multa. Primo, quod satisfactio secundum Scotum <sup>a</sup> bifariam sumitur: largè videlicet, siue in genere, <sup>b</sup> & strictè, siue in specie. <sup>c</sup> Et largè quidem accepta comprehendit restitutionem: quippe quæ est genus ad illam vt inquit glossa <sup>d</sup> & diximus alibi. <sup>e</sup> Accepta verò strictè differt ab illa: quoniam restitutio est reditio rei acceptæ, vel damni illati compensatio secundum omnes, <sup>f</sup> vel repositio rei in eum statum, quæ habuit. <sup>g</sup> Neque enim est solutio ratione culpæ contra Deum commissæ, immo potius est à peccato cessatio, iuxta communem sententiam. <sup>h</sup> Satisfactio verò in specie accepta, nempè pro tertia parte sacramenti pœnitentiæ definiti potest, vt nuperrimè definiuimus, <sup>i</sup> passio voluntaria pœna pro peccato, ad placandum Deum, cum proposito non offendendi eum amplius. Dixi, Passio, pro genere, & non, vt in alia editione, Compensatio: quia compensatio propriè non est simplex solutio: sed debiti, & crediti inuicem inter se contributio, <sup>k</sup> qualis non videtur propriè omnis, de qua loquimur, satisfactio.

Dixi, Voluntaria: quia debet esse actus virtutis, vt probat S. Thomas communiter receptus, <sup>l</sup> & omnis actus virtutis debet esse voluntarius, iuxta illud Dauidis. <sup>m</sup> Voluntaria oris mei beneplacita fac, Domine.

<sup>2</sup> Ex qua definitione inferitur id, quod Catholica doctrina contra execrandam Lutheranorum temeritatem nos docet: videlicet, eum, qui peccauit, non solum teneri ad restituendum damnum illatum alteri, si quod intulit. <sup>n</sup> verum etiam ad satisfaciendum Deo pro offensa, & iniuria ei per rebellem transgressionem eius præceptorum facta, siue alteri noceat, siue non, sicut resolutè diximus aliàs, <sup>o</sup> nempè fore necessariam pœnitentiæ propositum satisfaciendi Deo in hac vita per pœnitentiæ, aut indulgentiam: vel in purgatorio per pœnam. An verò teneatur sub pœna peccati acceptare pœnitentiæ à sacerdote iniunctam, & ad habendum propositum satisfaciendi in hac vita dicemus infra, <sup>p</sup> vbi contrarias opiniones referemus.

<sup>3</sup> Secundo dicimus, satisfactionem tripliciter fieri: videlicet ieiunijs, orationibus, & elemosynis, secundum omnes <sup>q</sup> ad quas, omnes aliæ satisfactiones reducuntur: quoniã vigilia, peregrinationes, & alia huiusmodi, quæ carnè affligunt, ieiunio adnumerantur. opera verò misericordiæ corporalia elemosynis: spiritualia verò orationi secundum Scotum. <sup>r</sup>

Tertio dicimus, nõ esse satis limitatum illud, quod multi dicunt: scilicet, quod sicut tribus modis contingit peccare: corde videlicet, ore, & opere: ita tribus modis oportet satisfacere: nempè corde per cõtritionem, ore per confessionem, & opere per satisfactionem: quoniam hic non agimus de contritione, & confessione, quæ sunt aliæ partes sacramenti pœnitentiæ: sed solum de satisfactione, quæ est tertia pars ab illis distincta. Et si respõderis, contritionem, & confessionem, quatenus sunt duo opera pœnalia, posse nuncupari species huius tertiæ partis, licet aliqui sint duæ partes eiusdem sacramenti propter diuersas rationes, replicabo, esse multa peccata, quæ non perueniunt ad os, & plurima, quæ non perueniunt ad opus: pro quibus tamen omnibus est satisfaciendum.

<sup>a</sup> Argum. c. lo gatur. 24. q. 2.

<sup>b</sup> In c. 17. q. 1. c. in c. fratres. num. 19. de pœnit. d. 5. d. Sess. 13. ca. 7.

<sup>c</sup> In l. sale pãctum. §. fin. ff. de pãctis. f. Ca. 21. n. 35.

<sup>d</sup> Sess. 14. c. 5. & can. 6.

<sup>e</sup> Ca. 5. & ca. 7.

<sup>f</sup> Ca. 5. & ca. no. 8. & Sess. 13. canon. 9. de sac. euch. k. Eod. c. 5. & can. 7.

<sup>l</sup> Capi. 9. nu. 3. & sequent.

<sup>a</sup> In 4. li. senten. d. 15. q. 1. artic. 1.

<sup>b</sup> Vt in li. 1. ff. qui satisd. cogant. & in l. si re. §. omnis. ff. depignor. act.

<sup>c</sup> Vt in ca. perfecta de pœnit. dist. 1. & in ca. satisfacti. de pœnitent. di. 3.

<sup>d</sup> Ca. peccati venia. de reg. iur. libr. 6. c. In rubri. de restit. spol.

<sup>e</sup> In 4. li. sent. dist. 15. & 20. to tit. de restit. spol.

<sup>f</sup> l. restituere ff. de verb. sign. & cap. si quem. §. p. 2. q. 3. & diximus latius in dicta rubric.

<sup>g</sup> In dicta di. 15. quam probat c. sapo. de restit. spol.

<sup>h</sup> In c. satisfacti de pœnit. d. 3. nu. 2.

<sup>i</sup> l. 1. ff. d. com pens.

<sup>j</sup> In 4. li. sent. di. 15. q. 1. a. 2. m. Psalm. 118.

<sup>k</sup> Capi. si res. 14. q. 6. & re. peccatum. de regul. iur. l. 6.

<sup>l</sup> In c. 1. §. ponat se. de pœnit. dist. 5. & in d. c. satisfacti. de pœnit. dist. 3. & dicemus infra c. 26.

<sup>m</sup> In d. c. 26. n. 1. & 20. q. In 4. li. sent. d. 16. & facit ca. anima 13. q. 2.

<sup>n</sup> In præuat. 4. l. 1. dist. 15. q. 1.



a Tom. 1. Opuscul. Opus. 6. q. 2.

b In 4. li. s. d. dist. 35. q. 1. a.

c Sess. 14. c. 8. & p. c. ca. 13.

d In c. in pri. de poe. dist. 5. num. 30.

e In 4. li. s. d. dist. 16. q. 1. a. 1. s. In practica. 10. c. 1. in prim. n. 46.

f In d. 4. lib. sentent. dist. 15. quaestio. 1.

g In dicto 10. 1. Opuscul. Opuscul. 6. q. 1.

h In c. 1. in pri. nu. 40. de poe. dist. 5.

i In 4. li. s. d. dist. 15. q. 1. ar. 3. l. in ea di. 25.

k In practica. 10. c. 1. Opuscul. Opuscul. 6. quaestio. 1.

l In c. in ca. 1. s. sacerdos. n. 27. & seq. o In 4. li. s. d. dist. 45.

m In 2. li. s. d. dist. 4. q. 1. ar. 4. q. 4. ad 5.

n In summa de potestate. Papa. 1. p. 9. a. 2.

o In tract. de lobela. notab. 12. nu. 3. & in ca. s. m. 5. de poe. d. 4.

p In practica. 6. sacerdos. n. 25. & cap. de quotidianis. nu. 11. de poe. dist. 3.

q Sess. 14. c. 8. & p. c. ca. 13. & 14.

r Sess. 14. c. 8. & p. c. ca. 13. & 14.

s Sess. 14. c. 8. & p. c. ca. 13. & 14.

t Sess. 14. c. 8. & p. c. ca. 13. & 14.

u In hoc Enchirid. supra prat. 7. nu. 3.

v Latium infra ca. 27. nu. 270.

w In dict. s. d. 6. cap. 7.

x Arg. l. cum principalis. & l. nihil s. cum principalis. ff. de reg. iur. & c. acc. s. s. r. de reg. iur. li. 6.

y bl. 2. s. sed nec Cq. de veter. iur. annuclan.

4 Quattò dicimus, quòd hæc satisfactio fieri potest per bona opera aliàs debita vt copiosè deducit Caietanus, dum tamen illa fiant non solum ad debitum persoluendum: verum etiam ad satisfaciendum pro peccato: quin etiam potest fieri per ærumnas, tribulationes, & flagella à Deo nobis inflicta, & patienter tolerata, offerendo ea in recompensationem nostrarum offensarum, iuxta S. Thomam: b quòd postea Concilium Tridentinum redegit in articulum fidei. c

5 Quintò dicimus, quòd satisfactio à confessario iniuncta, & à pœnitente acceptata duplici ex causa est præstantior illa, quam quisque sponte sua suscipit. Primò, quia est illa magis satisfactoria: nam ex definitione colligitur esse quid sacramentale, quòd cæteris paribus ob sacramenti fomentum maiorem habet effectum, iuxta ea quæ alibi diximus. d

6 Deinde quia, secundum omnes, satisfactoria est, licet fiat in peccato mortali, saltem pro tempore, quo peccator ab eo surrexit: altera vero minime, iuxta S. Thomam & alios: e licet nos f opinionem magis communem Scoti, & Ioannis Maioris s tenuerimus, dicentes, eam non solum valere quoad militantem Ecclesiam: sed etiam quoad triumphantem contra distinctionem Cardinalis Caietani. h

7 Neque obstat, quòd quidam dicitur opponere, quòd secundum S. Thomam & quosdam alios, nullum opus in statu peccati mortalis factum est satisfactorium pro pœna peccati debita, ea ratione, quòd opera nostra bona non sunt satisfactoria, nisi virtute passionis Domini nostri Iesu Christi: & quòd illa non communiter, nisi eius amicis, sibi que gratis: non inquam, hoc obstat.

Tum quia etiam ipse affirmo, i id tenerè S. Thomam k Bonaventuram, Richardum, & Durandum, l & Caietanum, m quorum sententiam appello communem ibi. n Tum quòd non est pro communi opinione auctoritas aliqua, cui necessariò sit standum: nec ratio, quæ necessariò eam eunecat.

Tum quòd omnes sentiunt, pœnitentiam à sacerdote iniunctam, & in peccato mortali adimpletam prodesse pro tempore, quo peccator ad gratiam surrexit. Tum quòd etiam idem S. Thomas o tenet p suffragia facta pro defunctis ab existente in peccato mortali prodesse illis, qui sunt in purgatorio: quòd etiam Augustinus triumphans Anconitanus asseruit q quem retulimus. r Tum quòd multi tenent, peccatum veniale posse remitti absque mortali, quorum sententiam validis argumentis inuimus alibi. s Tum quòd ipsemet Christus, & Apostoli eius ad preces aliquorum peccatorum sanarunt multos ægrotos, etiam antequam iustificarentur.

Tum quòd rationi eorum nouè responderi potest, concedendo quidem, opera nostra non esse satisfactoria pro pœna peccati debita, nisi per virtutem, quam accipiunt ex passione vt declarat factum Concilium Tridentinum. t & quòd illa non communicatur, nisi suis amicis, sibi que gratis quoad gratiam & gloriam æternam, nec consequenter quoad remissionem æternæ pœnæ, vt sentit idem Concilium Tridentinum: v negando tamen, quòd non communicetur bene operantibus quoad pœnam temporalem, in quam, remissa culpa, commutatur æterna, vt satis sentit idem Concilium, quatenus habet, eam communicari quoad preparationem necessariam ad consequendam gratiã iustificantem, quòd est maius, quàm remissio pœnæ temporalis, in quam commutata est per remissionem culpæ. Tum quòd bona in statu peccati mortiferi facta profunt ad multa, iuxta glossam, w & nos quoque post alios vtrobique tradidimus, y etiam tangentiã iustificationem, qualis est præparatio ad gratiam: auxilium item speciale ad illam faciendam, vt prædictum Concilium satis probat. z Tum quòd maior ratio suadet, vt communicetur quoad pœnam temporariam, quàm quoad pœnam æternam, quæ commutata est in temporalem: & communicato principali videtur communicatum accessorium. a Tum denique, quòd communis opinio non facit ius, immò vnius sententia meliore ratione fundata debet ei præferri. b vnde hoc Panormitanus receptus colligit.

Quare non damnantes communem credimus, hæc esse

A veriolem, & eam cupimus esse omnibus persuasam ad effectum implendi pœnitentiam, & faciendi multa bona opera in malo statu peccati. Cupimus autem alteram credi ad effectum magis abominandi peccata mortifera, vt horrenda monstra, eo quòd secundum illam, non solum auferunt gratiam, sed etiam facultatem satisfaciendi pro pœna temporaria peccatis iam condonatis, & venialibus debita quòd etiam insinuauimus alibi. a

Sextò dicimus, quòd post primam editionem luis libri Concilium Tridentinum b excommunicauit eum, qui dixerit totam pœnam simul cum culpa remitti semper à Deo, ita vt non opus amplius quàm credere Christum Dominum pro omnibus satisfecisse. Excommunicat item asserentem, non satisfacere nos Deo pro peccatis pœnam temporalem, in quam commutatur æterna: nec per veniam culpæ, mediantibus meritis Domini nostri Iesu Christi: nec sufferendo mala pœnæ nobis à Deo inflicta, vel à confessario iniuncta, vel à nobis sponte suscepta. c

B Excommunicauit item asserentem, satisfactiones, quibus pœnitentes per Christum Iesum peccata redimunt, non esse veros Dei cultus, sed traditiones hominum, & doctrinam humanitatis adinuentam, gratiam confectam, d Est tamen notandum, quòd, vt dictum Concilium e definiit, nostræ satisfactiones non habent vim, neque efficaciam, nisi nitantur meritis Domini nostri Iesu Christi, qui eam eis tribuit.

C 9 Septimò dicimus, quòd cum in exordio huius capituli dicitur, quòd satisfactio hæc, quæ est tertia pars sacramenti pœnitentiæ, habet duas partes, quarum vna est passio voluntaria pœnæ pro peccato, seu offensa facta: & altera abstinentia à facienda: & quòd hæc secunda pars requirit, \* vt B. Augustinus ait, f vt excidantur causæ peccandi, quærunt nonnulli grauissimi & peritissimi confessarij grauissimas, & quotidianas quaestiones, quarum decisio pendet ex duabus generalibus. Altera est, An ad absolendum pœnitentem sit necessarium, vt ille statuat, se non vsum amplius occasione aliqua, quæ illum ad peccandum impulit? Altera, An sit opus, vt statuat, numquam se præbiturum alteri occasionem peccandi, quam antea præbuerit.

\* Vt B. Augustinus ait. Caput Satisfactio quòd sic habet. Satisfactio pœnitentiæ est peccatorum causas excidere, nec earum suggestionibus aditum indulgere sumptum est ex lib. de dogmatibus ecclesiasticis, cap. 14. quòd non est Augustini, sed inter ipsius opera habetur, quòd deinde inferius citatur caput de occidendis ex ipso Augustino epist. 154. ad Publicoliam sumptum est.

D Ad quartum priorem respondebimus in hac additione: ad posteriorem verò in ea, quam faciemus infra. g Respondeamus itaque primo, non teneri statuere numquam se vsum occasionebus remotis. Nam alioquin, sicut ad aliud propositum inquit d. n. g. h esse necesse migrare ab hoc mundo: siquidem quidquid est in eo est potest esse occasio peccandi, quia potest esse talis occasio: bona valetudo, & morbus, diuitia, & paupertas: habere, & non habere vxorem, parentes, liberos, consanguineos, amicos: pax item, & bellum, prospera, & aduersa: & quid non iuxta S. Augustinum, i & ea quæ norantur à S. Thoma. k Nec etiam tenetur statuere, se perpetuo absenturum ab occasionebus propinquis peccati venialis, quia cum ad sui absolutionem non sit necessarium propositum numquam venialiter peccandi: ita neque erit necessarium propositum numquam viuendi occasionebus sic peccandi. l

E Respondemus secundò necessariũ esse abstinere à propinquis, sed quales dicantur huiusmodi? Respondeo, quòd mallem audire alium optimè respondentem, quàm respondere: quia nemo quem viderim, id pro dignitate dehinc, & sufficiens eius determinatio est difficilis.

F Primò quidem, quia non videtur satisfacere illa Gregorij, m licet sit omnium optima, scilicet, quòd est illa, quam non possumus, aut nõ sine magna difficultate vti sine peccato: quoniam S. Leo, n dicit difficile esse militi, & negotiatori abstinere se à peccato, suam artem exercendo, & certũ est, quòd licet sit bonum consilium pœnitenti militi, aut negotiatori, ne ad artem suam reuertatur, o non tamen est necesse, vt probanimas p quòd illius dicta continent.

a Sub finem practica. 9. a cordos. b Sess. 14. ca. 8. & p. c. ca. 12.

c Can. 13.

d Can. 14. e In predicto c. 8.

f In c. satisfactio. de poe. di. 3.

g Ad c. 14. n. 32.

h 1. ad Cor. 5. i c. de occidendis. sub s. 23.

k 2. 2. qu. 4. art. 1.

l Arg. à maiori, iuxta cle. 1. de reliq. & venera. sanctor. & ca. c. in cunctis de elect.

m In ca. negotium, de poe. dist. 5.

n In c. qualitas. & in c. contrarium. de poe. dist. 5. & i epist. 90. ad Rusticum.

o Vi c. c. s. de res. s. in his o. nibus. de poe. dist. 5.

p In practica. c. qualitas. & c. contrarium de poe. dist. 5.



12 Deinde, quia id, quod vni est occasio propinqua huiusmodi, non est alteri, nam adolescenti & puella est occasio propinqua huiusmodi degere solos in eadem domo, <sup>a</sup> qualis tamen non est seni, & puella, neque vetula, & adolescenti. Præterea non est, vt plurimum, talis occasio cohabitatio cum matre sua, <sup>b</sup> filia, nepte aut sorore, quandoque tamen sic. <sup>c</sup> Adire item conspectum tyranni principis Turcarum est occasio propinqua huiusmodi deficiendi à fide homini pusillanimo, & inconstanti: non tamen forti, & constanti, immo est occasio martyrij. <sup>d</sup> Denique nulla occasio est, quæ nos possit cogere ad peccandum: quia vt inquit Augustinus <sup>e</sup> peccatum adeo est voluntarium, vt nullo modo peccatum sit, si non sit voluntarium, <sup>f</sup> & nulla occasio est, quæ aliquando non faciat peccare aliquem: & quod peius est, nullum est officium, in quo qui in eo versantur, interdum non peccent, iuxta illud eiusdem Augustini, & tradit Aquinas. <sup>g</sup> Quid est in hominum vsu bono ac licito, vnde non possit pernicietis irrogari?

13 Respondemus tertio, quod, vt aliqua occasio sit huiusmodi, non satis est, vt pœnitens & confessarius credant, quod nisi pœnitens se abstinere ab ea, nonnumquam ob eam peccaturus est, etiam mortiferè in suis officiis, neque oportet id credere, vt pœnitens absoluat iuxta Innocentium receptum, <sup>h</sup> quamquam teneatur proponere numquam se amplius ope diuina mortaliter peccaturum: & paucorum militum, & negotiatorum confessarij credunt, illos in posterum non peccaturos mortaliter in illis suis vitæ artibus: attamen, vt dictum est, non debet eis præcipere, ne ad eas redeant, cum neque B. Ioannes Baptista præceperit, <sup>i</sup> militibus ab eo quærentibus, quid facto opus esset, vt salui fierent, deserere militiam. neque Ecclesia præcipit militi, aut negotiatori, ne perseuerent in suis officiis: quamuis id consulat, <sup>k</sup> immo numerat illa inter licita, tamen si periculosa, <sup>l</sup> quod & tradit S. Thomas. <sup>m</sup>

14 Quarto respondemus, quod occasio propinqua huiusmodi, à qua pœnitens necessariò debet abstinere, atque statuere, se numquam ea vsurum, vt à confessario absolui possit, est omnis illa, & sola, *qua est peccatum mortale: aut talis occasio peculiaris, qua credit, vel debet credere confessarius, vel pœnitens, numquam, vel rarò, se vsurum ea sine peccato mortali, bene perpensis eius circumstantiis.* Dixi, *quod in se est peccatum mortale*, vt includerem officium, & artem Necromantiæ, & fœnerandi, & alias artes, & officia, quæ non possunt exerceri sine peccato mortali.

Dixi, *Peculiaris*, ad excludendam occasionem generalem, quam præbet officium, ars, aut exercitium, quo possumus vti licitè, credimus tamen nos aliquando in eo peccaturos mortaliter, hæc etenim non est talis occasio: siquidem illum, qui dixerit, eam esse talem, oportet dicere deserenda esse à pœnitente omnia officia, & omnes artes, in quibus aliquando peccari <sup>n</sup> possit absolui: quia omnia præbent occasionem generalem peccandi, de qua credendum est, quod nonnumquam in peccatum mortale nos inducet, per proximum superius dictum: cuius contrarium ibi probatum est.

Dixi, *Confessarius, aut pœnitens*: quia satis est, vt alter eorum credat, aut debeat credere. Dixi, *Numquam, aut rarò*, vt excluderem eas, quibus frequenter vitimur sine peccato mortali, & includerem eas, quibus rarissimè vitimur sine illo.

Dixi, *Perpensis circumstantiis*, vt significarem, quod hæc possunt esse causa, vt eadem occasio sit talis vni pœnitenti, & non alteri: quia possunt facere, vt confessarius, vel pœnitens credat, quod numquam, aut rarò per eam est peccaturus.

Huius autem definitionis probatio nititur eo, quod nemo potest absolui, nisi statuat (saltem virtualiter) numquam se in posterum mortaliter peccaturum: & consequenter euitaturum occasionem, quæ ex se sit mortifera, aut peculiaris huiusmodi, quam probabiliter credit peccati mortalis causam sibi fore, iuxta illud Sapientis. <sup>o</sup> *Qui amat periculum, peribit in illo.* de quo latè diximus alibi <sup>p</sup> quippe non vitare huiusmodi occasionem est peccatum mortale: at talis est occasio, qua credit, se fere semper ad sic peccandum impulsus iri.

Ex qua definitione colligitur peculiaris responsio ad

A grauisimas & quotidianas quaestiones nobis propositas. Prima est, quod confessarius non debet regulariter absolueri pœnitentem, qui non vult relinquere occasionem, quæ fere omnes, qui sunt ei similes, facit quasi semper mortaliter peccare.

Quoniam confessarius, & pœnitens debent credere, quod id, quod efficit aliqua causa in vno subiecto, efficit alia ei similis in alio subiecto simili: à pari enim causa in pari subiecto par producit effectus secundum doctrinam Aristotelicam. <sup>q</sup>

15 Dixi, *Regulariter*: quia bene poterit, quando tales occurrunt circumstantiæ, quæ persuadent, quod numquam, aut rarò peccabit propter eam: quamuis non se abstinere ab ea, & re multum ruminata, Spirituique sancto commendata, videtur, quod tunc possunt hoc credere confessarius, & pœnitens, quando quatuor concurrunt. Primum, vera pœnitudo prætorum.

Secundum, verum propositum non peccandi, cum se inuenerit in ea. Tertium, credulitas, quod, Deo iuante, non peccabit, cum in ea se inuenerit. Quartum, quod subsit aliqua rationabilis causa non se separandi ab ea.

16 Ad quod me mouet. Primo, quod occurrit mihi casus, in quo duo, quorum matrimonium ob certum occultum impedimentum erat inualidum, post susceptos liberos, quatuor annis simul cohabitarunt in eadem domo expectantes dispensationem, separati tantum à toro, continentibus se à venereis, non secus ac frater, & soror. Deinde, quod Papa Lucius tertius, <sup>b</sup> definit, posse duos matrimonio iunctos viuere coniunctim, vt frater & soror: licet non valeat eorum matrimonium ob coeundi impotentiã. Cuius argumenti vim non tollit, qui responderit, quod ea impotentia eos à peccato præseruabat, tum quia poterat alter esse potens, tum quod experientia constat, multa, eaque turpissima esse peccata inter multos, qui tamen non sint ad copulam apti: sunt tamen ad se polluendum, & sordidæ ac fœdæ delectationi indulgendum: & de iis quidem loquitur prædictus Papa, si satis eius verba expendantur.

Tertio, quod non expedit nimis adstringere pœnitentem: *quia qui nimis emungit, elicit sanguinem.* <sup>c</sup> Quarto, quod multum interest inter peccatum, & occasionem peccandi, quippe non licet vniquam ad peccatum redire: ad occasionem autem licet ob multas causas, quatuor prædictis concurrentibus. Quinto, quod non est opus credere, numquam in posterum se mortaliter peccaturos per dictum Innocentij approbatum, & superius adductum. <sup>d</sup>

17 Secunda responsio, quæ ex prædicta definitione colligitur, est, quod rectè faciunt confessarij, absoluendo multos adolescentes, qui versantur inter mulieres, emendo, vndendo, laborando, & conuersando absque cohabitatione illarum in eadem domo: licet non proponant, perpetuò abstinere ab occasione peccandi, quam id illis præbet, quamuis sæpius peccent voluntate, verbis, aut tactibus impudicis, & etiam copula, quia occasio, quæ ex hoc præbetur ad peccandum, non est ex se peccatum mortiferum: neque huiusmodi, vt fere semper faciat mortaliter peccare eos, qui ea vtuntur: & consequenter proposita definitio occasionis propinquæ non conuenit illi.

18 Tertia, quod non potest absolui miles, qui vult redire ad bellum, quod credit esse iniustum: neque qui vult redire ad suam Necromantiam, vel Superstitionem, aut exercitium vsurarum, aut cambiorum vsurarium, aut contractuum iniustorum, & alia similia: quæ exerceri sine peccato mortali non possunt iuxta mentem S. Thomæ. <sup>e</sup>

19 Quarta responsio, quod non possunt absolui concubinarij publici iuxta Angelum, <sup>f</sup> neque etiam hi, de quibus id scitur ab aliquibus iuxta Siluestrum <sup>g</sup> quia est occasio, quæ in se est peccatum mortale ob scandalum, quod scientibus præbet. vnde conuenit ei prima pars propositæ definitionis.

Quinta, quod regulariter non possunt absolui concubinarij, quantumuis occulti vt dicitur infra <sup>h</sup> quia confessarius, vel pœnitens debet credere, quod numquam, aut

<sup>a</sup> Arg. glo. c. abstr. 11. q. 3.

<sup>b</sup> Ca. volum. c. c. cum omnibus. 81. dist. c. Ca. 1. de cohabitatio. cleri. c. mulier. d. Cap. presb. 50. dist. c. In §. 1. 15. q. 1. c. in 1. Re. tract. capi. 15. f. Faciunt. c. tolerabilius. c. ca. ita ne. 32. q. 5. g. 2. qu. 7. ar. 1. s. c. q. 73. ar. 6. c. alibi se. pe. cap. de occidendis. 23. q. 5.

<sup>h</sup> In c. omnis. de pe. c. r. i. Luc. 3.

<sup>k</sup> Iuxta c. con. sideret. §. in. is. de pe. dist. 5.

<sup>l</sup> Ca. noli. c. militare. 23. q. 1. c. quonia. 88. dist. m. In 4. li. s. et. dist. 16. qu. 4. ar. 2. q. 3. Occasio peccati, qua fugienda.

<sup>n</sup> Eccl. 3. q. In c. si quis. aut 2. 4. c. de pe. dist. 7.

<sup>a</sup> Libr. 3. Phisicor.

<sup>b</sup> In c. consultationi. de frigid. c. malef.

<sup>c</sup> Prouer. ca. 30. c. c. demique. 4. dist.

<sup>d</sup> In c. omnis. de pe. c. remiss.

<sup>e</sup> 2. q. 109. a. 12. ad 4. c. 4. ib. sens. dist. 16. q. 4. ar. 2. q. 3. in corpore quaest. f. In verb. c. concubinarij. g. Eo. verb. h. Ca. 16. nu. 20. c. seq.



rarò, si simul viuant, omittent peccare mortaliter voluntate, verbis, vel opere. Dixi, *Regulariter*: quia rectè poterunt absolui concurrentibus quatuor prædictis, quæ suffiunt, & sunt necessaria, vt confessarius & pœnitens credant numquam, aut rarò futurum relapsum per rationes in secunda responsione adductas.

Sexta, quòd non potuit absolui quædam concubina, nolens omittere occasionem, & voluntatem visitandi suum concubinam apertam, & tenendi, aut porrigendi ei candelam in agone mortis, si sciebatur eius esse concubina: quia est occasio, quæ in se est peccatum ob scandalum, quod datur. immò neque si nesciebatur, nisi concurrerent illa quatuor, quæ diximus debere concurrere, <sup>a</sup> quem concursum equidem non crederem interuenire: nisi illa conciperet propositum adhortandi eum, saltem generatim, & sincerè ad pœnitentiam peccatorum præteritorum, vt eorum memoria per præsentiam renouata, sit potius theriaca, quàm aconitum. Nam tunc, quia cessaret ratio prohibitionis, cessaret quoque prohibitio. <sup>b</sup>

20 Septima, quòd confessarius potest iustè absolue illam hospitam, quæ hospites excipiens, quoties quendam certum excipit, habet rem occultè cum illo: modo statuat, & polliceatur numquam in posterum se recepturam eam, etiam non data alia cautione, quia nullus est textus, neque ratio, quæ probet, aliam cautionem esse præstandam. Immo, concurrentibus prædictis quatuor, posset eam absolue sine huiusmodi proposito, & promissione, quando absque magno detrimento, & scandalo non posset eam ab hospitio suo prohibere: modo proponeret, ac promitteret, numquam se solam cum eo solo in aliquo cubiculo separato versaturam, & dicturam, se præteriti ex animo pœnitere, & iam confessam fuisse, proposuisseque, numquam se amplius cum eo peccaturam.

21 Octaua responsio, quòd possunt absolui, sine separatione, cognata, ancillæ, ac famulæ, quæ rem habuerunt cum suis consanguineis, dominis, vel his, in quorum domo degunt, concurrentibus quatuor prædictis: quorum quartum, scilicet causâ notabilis, est, quod non possunt sine magno incommodo, & detrimento separari.

Est tamen quæstio notabilis, An possint absolui prædictæ iterum absque separatione si reciderint? & videtur nobis posse, concurrentibus prædictis quatuor. Et idem dicendum arbitror de tertia, & quarta vice: quia non solum semel aut bis, vel septies: sed etiam septuagies septies est parcendum, <sup>c</sup> & quia quoridie absolui multos, qui quotannis recidunt: & quia recidere non est necessarium argumentum ad iudicandum pœnitentiam præsentem, vel præteritam non fuisse, aut non esse veram quod probat Gratianus in Decreto. <sup>d</sup> Verumtamen ipse, si essem confessarius, non absoluerem eas, si viderem, quòd vicibus præteritis nulla emendatio, neque inchoatio eius extitisset: neque si circumstantiæ infirmitatis, pusillanimitatis, & magna propensio earum ad peccandum, & dissidentia, quam habent illæ de pœnitentia alterius partis mihi persuaderent, quod nisi separarentur, nulla sequeretur emendatio.

Et facilius negarem absolutionem famulæ, quàm cognatæ: & cognatæ, quæ non esset in primo gradu, quàm ancillæ: quia facilius possunt separari aliæ, quàm aliæ. Et ante absolutionem præciperem eis, vt forti, & Christiano animo dicerent personis, quibuscum degunt, & peccant, negari sibi absolutionem, nisi separarentur, obsecrarentque vehementer per Deum, vt ineam rationem, qua honestè ab illis separarentur, alioqui se confessario obedituras. quo pacto absoluerem eas: quia nihil viderentur satis quatuor prædicta concurrere. & postea quamuis non sequeretur separatio: si tamè sequeretur notabilis emendatio, eas iterum absoluerem spe maioris correctionis futuræ, commendata re Iesu Christo Domino nostro, & vtendo prudentia, & varia circumspectione, quæ ob varietatem circumstantiarum adhiberi deberet, proposito ante oculos primum remedio spiritali animarum: deinde etiam honoris, & bonorum temporalium, quantum fieri

A posset, & nonnumquam vreret erga ancillam eo remedio nouo, quod ponimus infra. <sup>a</sup>

22 Nona responsio, quòd idem dicendum est de illo, qui occultè rem, aut impudicos tactus habet cum aliqua consanguinea, aut alia sibi amica in alia domo degente, scilicet, cum absolui possit sine proposito numquam ingrediendi eam: quamuis ego adigerem eum, vt proponeret, se numquam solum cum illa sola sine maxima causa in eadem camera versaturum: & vt admoneret eam, se pœnitere peccati cum ea commissi, & confessum esse: rogarèque eam, vt idem faceret: persuasumque sibi haberet, frustra eam cogitaturam, se amplius rediturum ad illud peccatum, vel se solum cum ea in aliqua secretiore parte conuersaturum.

B 23 Decima, iustè fuisse responsum cuidam aulico, qui assistens de more curiæ Regiæ mensæ, adeo blandè cum quadam nobili eidem mentis assistenti colloquebatur, vt non solum se oblectaret sermone, & cogitatione sordidis, sed etiam turpi se pollutione interdum suaderet. Fuit enim responsum, ipsum non posse absolui: nisi statueret, numquam se in posterum sic conuersaturum cum ea, etiam si versaretur animo ducendi eam in vxorem, & pares ad id essent: quoniam illa occasio est in se peccatum mortale, & consequenter propinqua, quæ necessario euitari debet per primam definitionis partem.

C 24 Quinimo addo, non satis esse, vt proponat, se cum illa in posterum non sic versaturum: quia necesse est, vt proponat, se non versaturum, etiam alio modo ex se licito: de quo tamen crederet, suam imbecillitatem & amorem erga illam eiusmodi esse, qui quasi semper eum induceret ad peccandum, quoties cum ea sic versaretur.

D Id quod etiam est dicendum de puellis nobilibus assistentibus Regiarum mensis, & de adolescentibus, & adolescentulis nobilibus, & rusticorum, qui in aliquibus partibus conueniunt, & mutuo sese miscunt, & contingunt: & dum chorea ducuntur, & alia spectacula fiunt, illi in illarum gremiis recumbunt, fingentes id facere, quo illæ capita eorum vermiculis purgent: interdum impudicè sese tangentes, & amplectentes, & facientes id genus alia, dignissima, quæ à concionatoribus publicè reprehenderentur.

Vnde etiam, quòd possunt absolui, concurrentibus prædictis quatuor, qui sunt in facie Ecclesiæ coniugati, & propter legitimum aliquod occultum impedimentum non valet eorum matrimonium, expectantque dispensationem, vt de nouo contrahant, & ex separatione sequeretur notabile incommodum. <sup>b</sup>

E 25 Duodecima, quòd etiam absolui potest ille, qui ob estiam rerum calidatum incidit in adeo graues carnis tentationes, vt eum aliquando impulsit ad consentiendum pollutioni, vel fornicationi, sine proposito numquam in posterum se edendi, concurrentibus quatuor prædictis. Immo credo, quòd in hoc casu sufficeret concursus trium priorum, quia occasio non est propinqua: quippe quæ non est in se peccatum mortale: neque facit quasi semper mortaliter peccare illos, qui ea vtuntur, quod tamen intelligendum est de illo, qui non comedit sic in hunc malum finem, nam si comederet in eum, illud esset in se peccatum mortale: & consequenter esset necesse statuere, numquam se illa vsutum.

F 26 Decima tertia, quòd etiam potest absolui, concurrentibus prædictis quatuor, qui ob sermonem, vel confabulationem, choream, vel amplexum alterius iuxta honestam patriæ consuetudinem, saepe per delectationem morosam, & deprauatam voluntatem peccauit, absque proposito numquam ea occasione vtendi: quo etiam in casu credo sufficere concursum trium priorum, quoniam hæc occasio non est ex iis, quæ sunt in se mortifera: neque ex iis, quæ ferè semper ad mortiferè peccandum nos inducunt.

Decima quarta responsio, quòd idem est dicendum de viro fundente clysteres mulieribus, & de femina eisdem fundente viris: & de chirurgo, & medico, qui medendis pulchris feminis in locis secretioribus sepe peccauerunt, saltem morosis delectationibus, & libidinosis, ac deprauatis voluptariis.

<sup>a</sup> Cap. 10. nu. 22.

<sup>a</sup> Sup. nu. 15.

<sup>b</sup> Ca. cum se/ sume. de ap- polat.

<sup>c</sup> Math. 18. Luc. 9. Gen. septies de pa. dist. 3.

<sup>d</sup> di. 3. de po. per totam.

<sup>b</sup> Per supra dicta nu. 10.



Decima quinta, quod idem item est dicendum de confessario, qui, quoties audit confessionem certæ cuiusdam personæ, peccat: & de pœnitente, qui idem facit, quoties confitetur certo cuidam confessario consueto: & non possunt commutari sine aliqua magna nota: poterunt etenim absolui sine mutatione, concurrentibus quatuor prædictis.

27 Decima sexta responsio, quod idem est dicendum de persona, quæ ex eo, quod ducat aliam manu, aut ducatur ab alia: vel quia videt lauantes fœminas in flumine, aut viros natantes, aut ex aspectu pedum, crurium, pectorum, cinctuum, brachiarum, perizomatium, aut aliorum eiusdem generis sæpe peccauit. Quamquam optimum esset cauere ab iis omnibus, quando ex eo non sequeretur notabile damnum.

De potestate, scientia, & bonitate confessarij.

C A P. I I I I.

- 1 Confessarius debet habere potestatem, scientiam, & bonitatem.
- 2 Sacerdos non omnis potest audire confessiones.
- 3 Sacerdos non omnis habet iurisdictionem actualem.
- 4 Sacerdos in articulo mortis quoscumque absoluit.
- 5 Et quem extra illum num. 6. & 7.
- 8 Confessarius quis perfectus, & quis sufficiens.
- 9 Confessarius audiens ex præcepto minori scientia indiget, quam audiens sponte. & num. 10.
- 11 Confessarius potest esse quis idoneus vni loco, & non alij.
- 12 Confessarius non est sufficiens absque iusta scientia, & soluedi potestate.
- 13 Confessarius imperitus qui excusetur à culpa.
- 14 Prelato præcipienti audire confessiones quis subditus non parat.
- 15 Confessarius absolvens in peccato peccat, sed valet absolutio.
- 16 Absolutio sacramentalis quod sit actus iudicialis est de fide.

a Ca. 1. i. p. r. c. de pœ. dij. 6. & qua ibi diximus.

b Dicto c. 1. §. caueat. & qua ibi tradidimus.

c Dicto c. 1. §. labores. & §. sacerdos. & qua ibi scripsimus.

d Cap. aduicimus. §. ecce. & c. generali ter §. ecce. 10. q. 1.

e Sess. 14. c. 6. & 7.

f In 4. li. sct. di. 17. qu. 3. a. 3. qu. 4. & Quilib. 12. & 31. Opusc. 19. cap. 4.

g In c. omnis. de pœn. & c. re mi. nu. 7.

h De confes. dub. 8.

i In c. placuit. nu. 8. de pœn. dij. 6.

k Arg. e. quod de iis. de sentent. excom. ca. pastoralis. §. propterea. de offi. ordin. & c. si quis suadente. 17. q. 4.

l In ca. 1. nu. 73. de pœ. di. 6.

m Vbi supra. n Sess. 14. c. 7. o In prin. cap. 26. n. 4.

p In summa. verb. absolutio.

q Num. 22. de pœni. di. 5.

**I**RCA hoc caput de potestate, scientia, & bonitate confessarij dicimus, primo confessarium debere pollere potestate, a item scientia, b item bonitate, vt rectè suo munere perfungatur. c

2 Et potestas quidem consistit in hoc, quod sit presbyter habens iurisdictionem actualem, ordinariam, vel delegatam, quæ ad peccata sibi confessâ extendatur, iuxta id, quod habetur in iure d in Concilio Tridentino, e & tradit S. Thomas. f

3 Ex quo efficitur, vt non omnis sacerdos eo ipso, quod sacerdos est, ad id idoneus sit: quia licet per sacerdotalem characterem accipiat potestatem, & iurisdictionem habituales ad absolendum ( quidquid aliqui Neoterici contra prædicta iura perperam dixerint: ) actualem tamen, quæ ad id necessaria est, non recipit, puta ordinariam, vel delegatam à summo Pontifice, vel à protopœnitentiario, vel episcopo vel proepiscopo seu Vicario, vel à Parocho: vel saltem vt ratione bullarum, vel propter alias concessiones possit à pœnitente eligi tamquam proprius sacerdos.

4 Nam aliter neque in Quadragesima, neque alio tempore potest validè, & efficaciter absoluerè, iuxta Panormitanum communiter receptum, s & Adrianum h & nos latius tradidimus, i ( circa quod aliqui, etiam docti decipiuntur: ) præterquam in mortis articulo, in quo quilibet simplex sacerdos potest audire confessiones, & à quacunque censura, & quibuscunque casibus absoluerè, k per iura & ea quæ latius scripsimus, l & tradit S. Thomas m & nuper declaratum est & optimè Cœcilio Tridentino, n adiecta tamen modificatione inferius apposita. o

Ab hac etiam regula excipiuntur illi, qui non habent, nisi venialia, aut mortalia alias ritè ac legitimè confessâ, quos quilibet sacerdos audire potest secundum Caietanum, p quod quidem non ea de causa licet, quod ad id non opus sit iurisdictione ordinaria, vel delegata, vt ille ait, sed propter aliam rationem, quam nos, illius confutata, dedimus in cap. placuit. q

**A** 6 Porro in primo horum duorum casuum, quos excipimus, puta in articulo mortis, poterit etiam religiosus sine licentia superioris validè, & licitè absoluerè: quoniam tunc ab ipso Papa habet eam, saltem tacitam. At in secundo casu, nempe quando non sunt, nisi venialia, aut mortalia iam ritè & legitimè confessâ non potest licitè absoluerè: quamuis valeat absolutio, secundum doctrinam Paludani, a à S. Antonino b Angelo c & aliis receptam, nempe religiosum non posse audire confessionem aliquam, nisi ad hoc à prelato suo fuerit tamquam idoneus expositus: etiam si pœnitens aliàs ex privilegio Summi Pontificis possit quemcumque sacerdotem, siue sacularem, siue regularem eligere: eo quod religiosus non habet velle, neque nolle. d Quod sane, iudicio meo, debet intelligi de illo religioso, cui aliquo statuto suæ religionis, vel mandato sui superioris est negata facultas audiendi confessiones: non tamen de aliis. Tum quia nullus textus, neque ratio efficax reperitur, quæ opinionem Paludani contra illos fundare valeat. Tum quia religiosus in multis habet velle, & nolle, e iuxta S. Thomam communiter receptum e & Dominicum. f Tum etiam, quia audire confessiones est opus caritatis: & quemadmodum religiosus absque alia Superioris sui licentia, dummodo sibi præceptis non desit, neque prohibita transgrediatur, potest pacem componere inter duos inimicos, & bonum consilium dare consulenti ipsum: ita etiam poterit, & fortiori ratione, componere pacem inter Deum, & proximum, vt saluetur. Tum denique quia hoc obseruant communiter regulares, alique plurimi religiosi, quibus nullum est statutum, aut præceptum contrarium.

**B** 7 Secundò dicimus, quod quamuis clerici saculares non possint alij aliorum audire confessiones post Concilium Tridentinum s sicut poterant antea: possunt tamen alij religiosi, qui ante illud poterant virtute suarum bullarum confiteri clericis sacularibus idoneis. De quo tamen dubitat quidam vir doctissimus. Cuius dubium auferri potest ea consideratione, quod per dictum Concilium, vt ex eius contextu facile apparet, nihil mutatur quo ad illos. Sic enim habet, *Quamuis presbyteri in sua ordinatione à peccatis absoluendi potestatem accipiant, decernit tamen sancta Synodus, nullum, etiam regularem, posse confessiones sacularium, etiam sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, aut ab episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem, qua gratis detur, obtineat: privilegij, & consuetudine quacunque, etiam immemorabili, non obstantibus.* Per quæ verba non prohibentur regulares audire confessiones: & à iure antiquo non est recedendum, nisi quatenus inuenitur expressum. h Illa item consideratione, quod ratio, quæ mouit mutare illud in sacularibus, qui regulariter sunt in hoc distractiores, & negligentiores, non habet locum in religiosi, qui regulariter sunt in eo circumspetiores, & diligentiores. & ita cessant verba, & ratio, qua sola cessante, lex quoque cessat, i etiam si verba non cessarent: quæ tamen in hoc casu cessant.

**C** 8 Tertio dicimus, quod confessarius, vt sit perfectus, & vt solus possit de omnibus discernere, debet probè tenere, atque callere sacramentalem & moralem Theologiam, vtriusque iuris peritiam, & constitutiones Synodales illius regionis, in qua audit confessiones: vt nos probauimus: k verumtamen, vt sit sufficiens muniti suo obeundo, satis, & necessarium est, vt libros, siue Græcos, siue Latinos, & siue vulgares relegens, diligenter secum considerans intelligat, quæ peccata ex iis, quæ illi, quos audit, communiter perpetrant, sint mortalia, quæue venialia, & quæ circumstantiæ sint necessario confitendæ, quibusque criminibus annexa sit excommunicatio, quæ sint peccata reserua, quæque restitutionem exoptulant: vel saltem sciat dubitare in iis, quæ alij mediocriter eruditi intelligunt, vt nouerit consulere peritiores, quo modò, & quando agendum sit id, de quo dubitat. Quod si auditurus sit clericos, debet etiam scire illos casus, in quibus irregularitas incurritur: aut saltem nosse dubitare circa illos, vt nos probauimus. l Quæ quidem resolutio fundatur, partim in dictis Sancti Thomæ m & in cap. omnis, n & Caietani o

a In 4. li. sct. di. 17. q. 3. b 3. p. 118. 17. c. 7.

c In verbo confessio. §. 4. d Ca. nullus. c. quorundam de elec. lib. 6.

e 2. 2. qu. 104. artic. 5. f In prædicto c. quorundam.

g Sess. 25. c. 15.

h l. Præcipimus. C. de appellat. & c. de translat. prela. i l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronat. & c. cum cessante de appell.

k In dicto §. caueat. nu. 9.

l In dicto §. caueat. n. 27. m Lib. 4. sct. di. 17. in expositione textus. siue litera. n Verfic. sacerdos. de pœ. & remiss. o In summa. verb. confiteri necessaria.

& aliorum



& aliorum doctorum. Partim in eo, quod vnusquisque noſſe debet id, quod illi neceſſarium eſt ad ſuum munus & officium recte exercendum, a etiam lege naturali, iuxta illud Perſij. b

Publica lex hominum, naturaque continet hoc fas, Ut teneat vetitos inſertia debilis actus.

Partim, eo quod ſcientia eminens non eſt neceſſaria: quonia ſatis eſt illa, quae dicitur ſufficiens, iuxta Innocentiu receptu. c Partim quod Eccleſia primitiuae preſbyteri nihil ampliùs, quàm quod dictu eſt, ſciebãt. Partim, quod ſatis eſt in iudicio exteriori medioerem quamdam cauſarum peritiam habere, vel ſaltem aliquam adſeſſorem, vt ſit iudex. d Partim, quod mille ab hinc annis in tota Eccleſia Chriſtiana ita communiter obſeruatam eſſe videtur.

9 Ex qua reſolutione ſequitur primu, non eſſe valde iuri conſonum illam differentiam Durandi, receptam à S. Antonino, e aliisque doctoribus, & à nobis etiã, f quam conſtituit inter confeſſarios, qui ex obedientia, & caritate onus conſitendi aſſumunt, & inter eos, qui ſua ſponte ad id faciendum ſeſe offerunt. Videlicet, quod ij, iuxta illos, tenentur de omnibus ſibi à pœnitente propoſitis iudicare, An illud ſit mortale, nec ne? An habeat reſtitutionem, aut excommunicationem annexam: An contractus ſit licitus, vel illicitus? An impediatur communionem nec ne? Ille autem, qui ex obedientia, & caritate id oneris ſuis humeris imponit, non obligatur ad amplius, quàm ad id, quod dictum eſt: quoniam hæc differentia nullo canone comprobatur: & quoniam ſi vera eſſet, pauci, aut nulli ex confeſſariis ſæcu aribus ſalvi fierent: & quia obedientia non liberat à peccato illum confeſſarium, qui cognoscens ſe non intelligere, quod opus eſt ad audiendum confeſſiones, eas audit ſicut aſſerit idem D. Antoninus. g Soluim enim excuſat illum, qui dubitat, an ipſe ſciat, quod ſufficit, an non. h Tum quia ſ. ſepe, i ad hanc ſententiam allegatus à remotis agit, & nihil concludit. Primum quia agit de illo, qui ſe gratis offert ad depositum cuſtodendum.

10 Deinde quia, quamuis dicat, huiuſmodi depositarium teneri ad reſarciendum damnum, quod ſua culpa contigit, ad quod aliàs nullatenus teneretur, k non tamen dicit (vt quidam illi falſò imponunt) teneri ad illud damnum, quod culpa ſua leuiſſima acciderit: & conſequenter debet intelligi de leui culpa, vt rectè annotauit Decius. l Quibus accedit, quod qui gratis ſe offert ad cuſtodiam depositi non debet ad amplius obligari, quàm ille, qui propter ſtipendium idem facit, vt ſentit Gregorius IX. m Eum autem, qui ratione ſtipendij aliquid cuſtodendum recipit, non obligat culpa leuiſſima, licet obliget leuis, n & qui tunc huic oneri ſponte ſua ſe offert (vt plurimum) propter aliquod ſtipendium, quo vitam ſuam ſuſtentare valeat, facit. Denique, quod Panormitanus & Imolenſis, qui tenent cum communi ſententia, depositarium ſponte ſe offerentem obligari ad culpam leuiſſimam, fundantur in eo, quod huiuſmodi depositarius præſumitur accipere depositum propriæ tantu vilitatis intuitu: & conſequenter videntur ſentire, quod ſi conſtaret illum ſeſe huic labori obtuliſſe intuitu illius, qui deponit, non eſſet tunc obligatus, niſi ex dolo, vel lata culpa, quod ſi intuitu vtriuſque id fecerit, tunc teneretur ex lata culpa & leui. Maniſeſtum eſt autem, confeſſarium onus audiendae confeſſionis ſumere principaliùs, aut æquè principaliter propter pœnitentem, & in eius gratiam, quàm propter ſe: & conſequenter non tenetur, eo quod ſe obtulit ad ampliùs, quàm ad vitandum culpam latam, aut leuem: & id, quod communiter eidem officio operam nauantes euitare ſolent, & ſibi cauere ab eo, ad quod iuxta talis muneris naturam videntur obligari. Et hoc in toto orbe videmus communiter obſeruari.

Secundo ſequitur, quod non quicumque eſt idoneus ad audiendam confeſſionem alicuius certæ perſonæ, vel in aliquo certo loco, eſt idoneus ad audiendam confeſſionem quorumuis aliorum, & in quocumque loco. Pro quo facit illud Pragmaticæ ſanctiõis Gallicanæ, o quatenus ſentit, in oppidis muro cinctis habiliores rectores, ſeu parochos poni debere: id quod multis errandi occaſionem tollit.

11 Tertio ſequitur, quod qui audit confeſſionem in ali-

quo vico, aut pago ruſticorum & ſimplicium hominum tanta eget ſcientia, quanta ille, qui audit in ciuitate: neque qui audit in ciuitate mediterranea tanta, quanta, qui in ciuitate maritima: nec qui in maritima, tanta, quanta, qui in vniuerſo quodam Regno, vel India: nec qui audit vbi ſunt multi viri literati, quos poſſit conſulere, vt vbi nullus eſt talis.

12 Quarto ſequitur, quod confeſſarius, qui neſcit diſcernere, in quibus caſibus poſſit, aut non poſſit abſolvere: neque differentiam inter maiorem & minorem excommunicationem: vel ignorat peccata mortalia communia, aut ſimplicem fornicationem, aut voluntatem deliberatam ad peccandum mortaliter eſſe peccatum mortale: vel quacumque ſuperbiam, iram, inuidiam, aut gulam exiſtimat eſſe mortalem: vel circa dubios contractus, ſaltem dubitare minime nouit, non excuſatur à culpa, quauilibet bona vita, conſcientia, ſubtilitate, & ingenio naturali præfulgeat ad alia munera obeunda. p Et quod ille, qui eiufmodi confeſſarios ad audiendum confeſſiones præfecit, vel præfectos tolerat, multò grauius peccat Argumento notatorum in gloſſam, q & aſſerunt Albertus Magiſter, S. Thomas, Bonauentura & alij, r & diſtinctius S. Antoninus. s

13 Quintò dicimus, veram eſſe illam ſententiam S. Antonini t videlicet, huiuſmodi confeſſarium imperitum in tribus caſibus excuſari poſſe. Primus eſt, quando is, qui conſitetur, eſt valde ſibi ipſi ſufficiens ad ſuorum peccatorum grauitatem confeſſario exponendam, & reputatum habere rectam conſcientiam. Secundus caſus eſt, quando conſitentes ſunt perſonæ ſpirituales ſolita ſæpe conſiteri: & perinde communiter non aliis, quàm peccatis venialibus tenentur. Tertius eſt, quando pœnitens eſt in articulo mortis, & non a deſt alius, qui poſſit eum audire præter illum. Qua eadem ratione idem videtur dicendum de confeſſario, qui eſt apud Infideles, Sarracenoſ. vel Gentiles, penes quos ſunt Chriſtiani liberi, vel ſerui carenis vincu, vel ſoluti, quibus non eſt copia confeſſarij peritioris. f

14 Sextò dicimus, quod etiam qui obedientia præcepto confeſſiones audit, iudicando ſe ad id non eſſe idoneum, peccat. nam neque prælatuſ id ei debet præcipere. g neque ſubdituſ, ſi non eſt idoneus, debet id acceptare h argumento capitis quid culpatur, i & eorum quæ tradit diuiniſ Thomas. k At ſi dubitat de ſua ſufficientia, poterit prælatuſ ſeſe præcepto conformare, ſaltem ſi nouerit, prælatum id muneris ei non iniunxiſſe ira, odio, amore, vel cupiditate permutum. Superior autem cum ſecura conſcientia poterit hoc illi præcipere, ſi iudicat, illum idoneum audiendis confeſſionibus, quibus eum præficit, iuxta id, quod dictum eſt. l

15 Septimò dicimus, quod bonitas confeſſarij ad minus debet eſſe tanta, vt ſit, vel probabiliter credat, ſe eſſe extra ſtatum letiferæ culpæ, m nam ſi in eo ſtatu audiret confeſſiones, & abſolueret, mortalis culpæ reatum incurreret. quia omnis, qui recipit, vel adminiſtrat ſacramentum in peccato mortali, mortaliter peccat, n iuxta iura & tradidimus nos poſt S. Thomam alibi, o licet eius abſolutio communiter valeat. p

16 Octauo dicimus, quod poſtquam hæc fuerunt typis excuſa, declarauit S. Concilium Tridentinum q hæreticum eum, qui dixerit, abſolutionem ſacramentalem ſacerdotis non eſſe actum iudiciale, ſed nudum miniſterium pronounciandi, & declarandi, remiſſa eſſe peccata conſitentri, modò tantu credat, ſe eſſe abſolutum, aut ſacerdos non ſerid, ſed ioco abſoluat. Eum item, qui dixerit, non requiri confeſſionem pœnitentis, vt ſacerdos eum abſolvere poſſit. Eum item, qui dixerit, ſacerdotem, qui in peccato mortali eſt, poteſtatem ligandi, & ſoluendi non habere, & ita abſolutionem ab eo impertitam non eſſe validam. vel eum, qui non eſt præſbyter poſſe ſacramentum abſolutionis conferre.

De his, qua confeſſarius debet pœnitentem interrogare, & qua prudentia id facere debet.

CAP. V.

1 Confeſſarius qua debet interrogare ſub pena culpæ mortali. n. 2.

a Ca. non eſt ſine culpa. de reg. iur. li. 6. c. le. ſilicium. § pen. ff. de of. ſ. præſ. cum in adnotatiõ. b Salyr. s. c In c. cum in cunctis de e. loci. d Le. corri. C. de iudic. § c. ſignatum § adſeſſorem de reſc. lib. 6. e in 3 par. 11. 17. c. 10. f In præſertim §. cauendi.

g Vbi ſupra. h Argum. c. quid culpæ. iur. 23. q. 1. i Li. ff. de po. ſuit. k Ca. 1. de depo. poſt.

l In l. contra. ſtu col. 1. ff. de reg. iur. m in præſertim c. 1. de depo. ſu. n Diſpo. c. 1.

o Tu de calculatione §. in ec. cleſia. ad iur. B. gloſſa in verbo mar. a. i.

Confeſſarius qui non idoneus.

a Arg. ca. non eſt putan. da 1. 7. 1. c. 1. de off. deleg. c. in 4. li. ſit. diſt. 17.

b p. ſit. 17. c. 6. §. 1. c. Vbi ſupra. c Arg. ca. 1. §. nat. ne ſed. i. can. lib. 1. c. l. gener. vii. ter §. prius ſide Decurio nib.

g Argu. 1. ad Timoth. ca. 1. c. c. nihil. de cleſ. c. ca. ſi rod. ſu. lib. 6. n. Ca. non eſt putanda. 1. q. 1.

i 23. q. 1. k 2. 2. q. 104. ar. 5. c. 1. lib. ſent. diſt. 20. ar. 1. c. ad 3.

l Arg. c. apo. ſtolica. de elec. c. in cunctis. de elec. m Ca. 1. §. ca. uca. c. §. laborer de pœn. diſt. 6.

n Cap. illud. 95 diſt. c. q. ſi iam 1. q. 1.

o 3. p. q. 64. a. 6. c. 4. lib. ſent. diſt. 5. q. 2. n. 2. q. 1. in c. quando. de conſecr. diſt. 1. c. 6. nu. 43. c. ſeqq.

p Arg. c. maleuicium c. di. di. c. perſiſſa. 1. q. 1. q. 5. ſi. 1. 4. c. 9. c. 10.



3 Confessarius interrogando seruet hac tria: Et circa peccata carnis hoc. 4.



ICTURI de iis, quæ confessarius tenetur pœnitentem interrogare, & qua prudentia id agere debet, præsupponimus primo, quod is, cui iniunctum est aliquod onus, debet illud recte subire. 2

Secundo præsupponimus, hoc esse præcipuum confessarij munus, ideoque prudenter exercendum, ab subinde interrogandum pœnitentem id, quod expedit, & non amplius, \* iuxta illud Augustini relatum à Gratiano & à magistro. b Diligens confessarius sapienter interroget peccatorem, quod forsitan ignorat, vel verecundia vult occultare. quibus verbis addit B. Thomas, c confessarium teneri scrutari conscientiam peccatoris, sicut solet medicus ægritudinem ægroti, & iudex causam litigantis.

\* Iuxta illud Augustini. Citatur ex Augustino in libro de vera & falsa pœnitentia cap. 20. Sed ille liber Augustini non est: paulo aliter autem legitur tam apud Gratianum, quam apud ipsum auctorem hoc modo videlicet. Diligens igitur inquisitor & subtilis inuestigator, sapienter & quasi astute, interroget à peccatore, quod forsitan ignoret vel verecundia velit occultare.

2 Ex quibus inferitur. Primo, verum esse illud Angeli, d quod nos latius tractauimus e nempe, confessarium teneri sub pœna peccati mortiferi ad interrogandum omnia, quæ ipse videt, animaduertit, & credit esse necessaria ad hoc, vt confessio sit integra & fructuosa, cuiusmodi est quod ipse existimat, pœnitentem velle filere ob ignorantiam, inconsiderationem, aut obliuionem, f nam hoc ad suum munus pertinet, g sed non est eiusmodi, quod ( suo iudicio ) pœnitens, aut intelligit, aut aduertit, neque præ obliuione, verecundia ve prætermittit. tunc enim potest sibi persuadere, pœnitentem id non perpetrasse, vel iam alias fuisse confessum, quamuis omittere aliquam interrogationem per inaduertentiam, aut obliuionem, non videatur esse mortiferum. h Equidem ex confessionibus, quas audiui, intelligo, duas interrogationes esse maxime necessarias. Alteram de numero peccatorum, cuius expressio est necessaria, vt dicitur infra, i quia video paucos exprimere, Toties peccati in hoc, & toties in illo: immo sibi satisfecisse videntur, dicendo, Sæpè sapius, aut Infinitis vicibus: quod non sufficit. Alteram de specie particulari eius, quod generaliter confitentur. quoniam adeo generaliter confitentur nonnulli, vt nequeat satis intelligere confessarius, an sit peccatum veniale, an mortale, vt declaratur supra. k

3 Inferitur secundò, quod confessarius debet obseruare illa tria, quæ nos l comprobauimus. Primum est, vt non interroget omnia, quæ pœnitens poterat commisisse: sed tantum illa, quæ homines eiusdem qualitatis efficere solent. m Vnde nec nobilem laicum debet interrogare illa, quæ communiter soli Ecclesiastici solent facere. Secundum est, vt solum interroget consueta peccata, quæ fere omnes nouerunt: qualia sunt transgressiones vltiores præceptorum Decalogi, & septem crimina capitalia, & omissiones circa quatuordecim articulos fidei, & circa septem Ecclesiæ sacramenta, & opera misericordiæ, & circa custodiam quinque sensuum, & alia huiusmodi. Non autem interroget peccata occultiora, quæ perditissimi homines inuenerunt: vel si forsitan de his verbum fecerit, ita cautè & dissimulanter faciat, talibusque circumloquiis vtatur, vt si pœnitens illa commiserit, proferat: sin minus ea non ediscat.

4 Tertium, vt in peccatis carnalibus non descendat nimium ad peculiare circumstantias, singulas quæque minutatim interrogando, ne seipsum, aut pœnitentem ad aliquam delectationem alliciat: etenim quemadmodum docet Philosophus n & S. Thomas, o delectabilia tantò magis mouent, quantò particularius considerantur. Quocirca cum de pollutione voluntaria, & extraordinaria, vel de fornicatione interrogat, nihil de modo perpetrandi disquirat: satis est enim dicere, quoties id commiserit: modo id explicet, quod necessarium est ad ipsius peccati naturam & speciem dignoscendam, citra descensum ad aliquas turpes circumstantias peccati. Quod ad eò verum

est, vt nullatenus pœnitenti permittere debeat, nimis distinctè illas exprimere, a vt post diximus: & consequenter summam tantum debet interrogare de osculis, amplexibus, aliisque tactibus impudicis eos, qui non sunt obstricti matrimonio: illos autem, qui obstricti sunt, magis perfunctoriè, vel nihil prorsus, vel solum ad intelligendum, an aliqua extraordinaria pollutio fuerit subsequuta: vel an illi tactus fuerint cum probabilis pollutionis periculo: quoniam alia, aut non sunt peccata, aut non sunt nisi venialia, vt rectè Caietanus b explicuit, & inferius dicitur. Immo & cum circa hoc aliquid confessarius interrogauerit, honestis vocabulis vti debet, neque turpiter nominet, quod est turpe auditu. c

De circumstantijs peccati.

C A P. V I.

- 1 Circumstantia quid: & qua sint eius species. num. 2.
- 3 Circumstantia mutans speciem necessario consistenda.
- 4 Circumstantia prohibita alia lege, quam ipsum peccatum vt consistenda.
- 3 Circumstantia extenuans peccatum quando consistenda.
- 6 Circumstantia, qua necessario consistenda. numer. 7. 8. & sequent.
- 13 Circumstantia persone, & religionis quando consistenda.
- 14 Circumstantia conscientia contraria quando consistenda.
- 15 Circumstantia numeri non est proprie circumstantia.
- 16 Peccati numerus vt augetur iterando, continuando, & interrumpendo. 17. & 18.
- 19 Pœnitens potest vno verbo mille peccata confiteri.
- 20 Circumstantia oblita potest confiteri, peccato non confesso.

D E peccati circumstantijs dicimus, primo, quod peccati circumstantia iuxta mentem iuris, d Panormitani & aliorum interpretum, e sancti Thomæ, f S. Antonini, g Gersonis h & omnium aliorum i quos retulimus, k & alibi, est quoddam accidens actus humani, qui peccatum est. Dixi, Accidens: quoniam nulla circumstantia actus est eiusdem substantia. Dixi, Actus humani, qui peccatum est: quoniam sæpe fit, vt actus, qui secundum se non est peccatum, sit tale ob adiunctam circumstantiam. Cum enim tunc ipsamet circumstantia sit illud, in quo peccatum consistit, non est accidens peccati: sed illius rei, quæ peccatum est, sicut nos l elucidauimus sequuti Alexandrum Halensem. m

2 Secundò dicimus, quod circumstantiæ actus moralis sunt septem, quæ continentur in illo versiculo, Quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando ( relato à S. Thomæ n ) qui magis nobis placet, quam ille Paludani o vti nos diximus, p quoniam in illo Paludani ponitur verbum, Quoties, quod numerum denotat, in loco, Quibus auxiliis: & numerus non est circumstantia: sed potius peccati multiplicatio, vt ibidem tradidimus.

3 Tertiò dicimus, quod harum circumstantiarum omnes illæ, & solæ in sacramentali confessione necessario exponi debent, quæ efficiunt opera, quorum sunt circumstantiæ, peccata mortalia: vel quod illa, quæ sunt mortalia vnius speciei, fiant etiam, vt sint alterius: vel quod est mortale ob vnam causam, sit etiam propter aliam: siue mutant opera ipsa ex vna in alteram speciem, siue secus: iuxta communem opinionem, quam copiosè q pertractauimus: & solæ illæ, & omnes sunt huius generis, quæ secundum S. Thomam, r ultra malitiam eiusdem operis habent specialem repugnantiam cum ratione. Secundum Scotum verò illæ sunt in confessione aperiendæ, quæ diuersis, specialibusque præceptis prohibentur.

Diximus, Specialibus: quoniam non sufficit esse talia, quod vnum in altero includatur: qualia sunt lex prohibens omne malum, & prohibens homicidium, quod etiam in dicto principio s probauimus, & in corollariis sequentibus speciatim explicabimus. Ante quorum explanationem admonemus, quod postquam hæc fuerunt Hispanè excusa, Concilium Tridentinum t definiuit, hæreticum esse, qui dixerit, nos non teneri ad confitendum

a Cap. non est putanda. 1. q. 1. & ca. iudicantem 30. q. 5.

b In capi. 1. de pœ. dist. 6. §. diligens. c In 4. dist. 19. in expositio- ne litera.

d In Summa ver. interro- gationes. in principio. x In dicto §. diligens.

f Arg. c. sit ve stor. 43. dist. g Ca. omnis. de pœn. & re miss.

h Arg. dicti e. sit vector. & eorū, qua in prælud. 7. & in Reper. c. inter verb. 11. qu. 3. diximus. i In capite o.

k Ca. 2. nu. 6.

l In d. §. dili- gens nu. 2. & sequen.

m Arg. ca. de testibus. cum his, qua in dicto §. diligens citamus.

n 3. Ethic. o quo lib. 1. q. 5. art. 9.

a In d. §. dili- gens.

b 2. 2. qu. 154. art. 1.

c Argū. prin. proemij de- cretaliū.

d Ca. conside- ret. de pœni. di 5. l. aut fa- ctiff. de pœ. c. sicut dignum. de homic. e Ibidem. f 1. 2. qu. 7. & in 4. li. sent. di. 10.

g 3. p. sit. 17. e. 17. §. 4. h 2. p. sol. 170. i Ibidem. k In prin. d. c. consideres. l In d. c. confi- deres. num. 3. m In 4. p. qu. 77. a. 2. col. 2. n In d. q. 7. a. 3. in corpore quæst. o In 4. dist. 16. q. 3. a. 1. p In principio dicti cap. con- sideres. n. 4.

q Ibidem. nu. 3.

r In d. dist. 16. a 2. quæst. 3.

s Num. 74.

t Sess. 14. c. 6. & can. 7.





circumstantias, quæ peccati speciem mutât. quod quidem est intelligendum de circumstantia, quæ speciem peccati venialis mutat in mortale, vel speciem vnus mortalis in aliud mortale: non autem de illa, quæ mutat speciem vnus venialis in aliud veniale, quod nõ est necessario confitendum iuxta glossam. <sup>a</sup> Et quamuis prædictum Concilium non loquatur expressè, nisi de illa circumstantia, quæ mutat speciem peccati: intelligendum tamen est etiam de illa, quæ opus alioquin ex se bonum, vel saltem non malum, facit mortiferum: immo etiam de illa, quæ facit, vt opus, quod ob vnum respectum est mortiferum, sit tale ob alterum: quamuis species operis quantum ad suam essentiam minimè mutetur: quoniam circumstantia, quæ facit de bono malum, vel de veniali mortale, vel de mortali vno respectu, vt sit tale altero, dici potest mutare speciem, vt multò post dicitur infra. <sup>b</sup> Ratio enim, quæ ad hoc definiendum Concilium mouit, est, quod confessarius est iudex, qui in causa pœnitentis non possit æquam ferre sententiam absque manifestatione circumstantiarum, quæ mutat speciem peccati: quæ quidem ratio nullat etiã in tribus prædictis circumstantiis: quare idẽ iuris debet esse de omnibus. <sup>c</sup>

Ex prædictis inferitur primò, non esse confitendas illas circumstantias, scilicet esse peccatum commissum in secunda, vel tertia feria, aut in prato, vel vinea, manu dextra, vel sinistra: quoniam per has nullum prædictorum trium fit: siquidem non fit mortale, quod sine illis non esset tale, neque etiã fit lethale alterius speciei, neque alio respectu.

Inferitur secūdò, quòd peccans ob fiduciam, quòd postea per confessionem veniam obtinebit, nõ tenetur de necessitate id confiteri: quia non est circumstantia ideo peccatum aggrauans: immo potius minuit, <sup>d</sup> quidquid Bonauentura <sup>e</sup> insinuauerit.

<sup>4</sup> Inferitur tertio, quòd is qui furatus est aliquid sacrum, vel ex loco sacro, non satisfacit dicendo, se id furtum fecisse: sed oportet exprimere, esse rem sacram, vel de loco sacro surreptam: nam hæc circumstantia efficit, vt quod est mortale vnus speciei, aut vno respectu, fiat etiam alterius, vel altero respectu: eo quòd specialiter prohibetur lege particulari alia distincta ab illa, quæ furtum prohibet, quæ quidem præcipit, ne quid factum, aut de loco sacro surripiatur. <sup>f</sup> Id quod etiam est dicendum de homicidio, & fornicatione in loco sacro perpetratis: per hanc enim circumstantiam fiunt mortalia alterius speciei, eo quòd ob alium respectum, quam legis diuinæ: lege scilicet humana speciali prohibentur. <sup>g</sup>

Inferitur quarto, eum, qui cum coniugata, vel religiosa, vel cognata rem habuit, non satisfacere cõfitendo, se cum fræmina cõcubuisse: quoniam debet exprimere, fuisse coniugatam, religiosam, vel consanguineam: nam in primo casu est propriè adulterium: in secundo verò sacrilegium: in tertio autem incestus: & consequenter, quòd erat mortale vnus generis, efficitur alterius. Item, qui deliberauerit furari, vt possit rem habere cum religiosa, & coniugata, tenebitur cõfiteri furtum, sacrilegium, & adulterium: nam & si tria hæc sint vnus interior actus voluntatis: ille tamen ex triplici causa, eaque diuersa est criminis mortale. Siquidem trifariam rationi pugnat, & tribus etiam distinctis, & specialibus legibus prohibetur.

Ex quibus facilè colligas responsam ad quæstionem, nuper nobis propositam: An scilicet coniugatus, qui rem habuit cum vxore aliena, teneatur deciare non solum se esse coniugatum: sed etiam illam, cum qua rem habuit? Resoluenda est enim affirmatiuè: quia est circumstantia, quæ per se sola mutat speciem peccati, & ita est confitenda per prædicta.

Inferitur quinto, quòd omnis circumstantia finis, prohibita per aliam legem specialem & diuersam ab illa, qua principalis actus prohibetur, debet in confessione explicari: cuiusmodi est circumstantia furantis ad fornicandum occidendum, vel percutiendum alterum.

Inferitur sexto, eum, qui mentitur, vt alios delectet sine alterius detrimento (quod est mendacium iocosum, & veniale tantum) hac intentione, vt etiam si intelligeret esse mortale, nihilominus mentiretur, teneat illam circumstantiam confiteri: quoniam per illam efficitur mortale, quod sine illa non esset tale.

**A** 5 Septimò, quòd non tenetur illas circumstantias confiteri, quæ peccatum extenuant. Vnde qui peccauit cum muliere quadam ab ea prouocatus, non tenetur confiteri se esse prouocatum ab illa: siquidem id peccatum extenuat, per cap. significauit, <sup>a</sup> quod in hoc dixit singulare Felinus <sup>b</sup> & per l. adulterium cum incestu, <sup>c</sup> quam ab hoc aiebat singularem Iason, <sup>d</sup> aptissimus tamen ad hoc propositum iuris textus, <sup>e</sup> immo opinio communis, quam sequebamur: <sup>f</sup> videlicet, quòd pœnitens illam circumstantiam subtrahere debet: quia in confessione seipsum excusare non debet, nõ displicet. tum quia nulla lege, aut ratione fulcitur, qua id possit efficaciter probari. tum quia, quocumque modo illam exprimat, se ipsum sufficienter accusat, imputando sibi culpam, quæ habet nihil illi detrahens, neque addiciens. Tum quia secundum Bonauenturam, <sup>g</sup> & communem, quam <sup>h</sup> secuti fuimus, tenetur manifestare illas circumstantias extenuantes, quæ ita extenuant, vt efficiant non esse peccatum, vel ad summum veniale tantum, quod aliàs fuerat mortale: qualis est circumstantia grauis morbi, quæ nullum, vel veniale tantum peccatum facit esum carniū in Quadragesima: & etiam quando eas confessarius pœnitentem interrogat: vel quando ex earum occultatione occasionem alicuius mali idem confessarius apprehenderet. <sup>i</sup>

**B** 6 Inferitur octauò, quòd quamuis sit laudabile confiteri circumstantias, quæ ita peccatū adaugent, vt illud ex paruo magnum, vel ex magno maius efficiant: opinio tamen communior & probabilior habet, hoc non esse necessarium, quando augmentum illud non est in causa, vt veniale mortale fiat, vel alterius speciei mortalis, vel alio respectu. <sup>k</sup> quod nos copiosius confirmauimus, & satis declaratum est nunc per Concilium Tridentinum. <sup>l</sup> licet Marsilius <sup>m</sup> communem istam sententiã restringat, ne sit ei locus in circumstantia, quæ clarè & manifestè peccatū adauget: à quo ibi discussimus ob multas variãque considerationes. Et quamuis post hæc Dominicus Sotus asseruerit idem, quòd Marsilius contra communem: non tamen debemus ab ea discedere. Tum quia confessarij tam magnam inueniunt difficultatem in perquirendis omnibus circumstantiis mutantibus speciem, etiam sine perquisitione non mutantium, sed notabiliter aggrauantium, vt putent quasi impossibile perquirere has, & illas: & Deus non obligat ad impossibile, neque ad nimis difficile, iuxta mentem S. Thomæ, <sup>n</sup> & Concilium Tridentinum. <sup>o</sup> Tum quia multi pœnitentes remanent cum magnis scrupulis, an confessi fuerint benè, aut malè, videntes pauca peccata esse vnus speciei, quæ non sint in nota, vel in nota notabiliter, quam alia eiusdem, ratione personæ, loci, motus, modi, præludiorum, aut consequentium: & ita fiunt importunissimi confessariis, redeuntibus ad se reconciliandum, & dicentes, confessi fuimus, peierauimus, percussimus, fornicati fuimus: sed non diximus tempus, quod in eo consumpsimus: neque quòd paulò antè, aut post diximus, aut fecimus hoc, vel illud, quòd agebat peccatum.

**C** 7 Et vix est vlla via alia sedandi & tranquillandi eos, quam docendo, illas circumstantias non esse necessario confitendas: quia non mutant speciem saltem in genere moris. Item quia peccator non tenetur, vt asserit communis, & idem Sotus <sup>p</sup> confiteri mala verba, signa, & gestus, quæ antecedunt homicidium, aut percussionem: sufficit enim dicere, interfeci, percussi, neque oscula, & alia multa turpia, quæ præcedunt fornicationem: sufficit enim dicere, Fornicatus sum. Neque cogitationes & voluntates apparatus ad furandum, vel committendum alia delicta: immo satisfacit vltimum actum confitendo, vt dixit Sotus post alios, <sup>q</sup> dicendo: Percussi, Interfeci. Decies fornicatus, Furatus fui toties, &c. Tum quia sanctum Concilium Tridentinum <sup>r</sup> cui interfuerunt viri doctissimi, & sanctissimi, qui de his opinionibus in scholis disseruerunt, declarauit circumstantias, quæ mutant speciem esse confitendas. <sup>s</sup> Tum denique, quòd interest plurimum ad salutem animarum, vt amemus, & non horreamus confessionem: in quod iuuabit alleviatio eius ab omnibus illis oneribus & difficultatibus, à quibus potest leuari, iuxta eius institutionem diuinam, & declarationem sanctæ matris Ecclesiæ: Iugum enim Domini suauis est, &

a c. omnis. de pœnit. & remiss. rec. ibi. in 4. libr. d. 17.

b In illat. 4. n. 5. & 199.

c l. illud ff. ad l. Aquil.

d 2. q. 121. n. 2. in Apolog.

f Cap. quinquies. qu. 17. q. 4.

g Cap. propositi. de consec. eccl. vel aliar. & c. eccl. de consec. dist. 1.

a De pœnit. & remiss.  
b In c. dilecti. de except.  
c 6. Imperatores ff. ad l. Iuliam de adult.  
d In l. ut vim. ff. de iust. & iur.  
e In d. c. confit. de ver. tentatione. de pœnit. di. 1.  
f In d. c. confit. de ver. tentatione. di. 5.  
g In 4. li. sent. di. 16.  
h Vbi supra.

i Argu. c. nihil. de præser.

k Vbi supra.  
l Sess. 14. c. 4. & 5. c. 7. à contrario sensu.  
m In libr. 4. sent. q. 12. n. 1.

n In 4. li. sent. di. 15. q. 1. n. 2.  
o Sess. 6. c. 11. & can. 18.

p In 4. dif. 18. qua. 2. n. 4.

q In d. art. 2.

r Præcitata sess. 14. c. 5. & can. 7.

s Arg. l. 1. ff. de offic. eius cui. & c. cum Apostolica. de his, quæ fiunt à prælat.



a Mart. 11.

onus eius leue. Neque obstat, quod quidam dicitur dubitare de hac nostra sententia, quam nobiscum fatetur esse communem, allegans pro ea multos, quos nos non citamus, eo quod legit aliquos graues auctores contrarium tenere, quos nos etiam legimus: sed intrepidè hanc partem elegimus. Tum per fundamenta, quæ hic, & in aliis locis à nobis citatis traduntur. Tum quia, puto eos, qui dubitant cauere sibi debere, ne ferè semper eos post auditas, vel factas confessiones conscientia mordeat, dictans, se non satis inquisisse, vel expressisse grauitatem peccatorum, quam circumstantia intensioris, & extensionis actus, aut irreuerentia, contemptus, temporis, loci, personæ, & aliæ inducunt.

b In d. d. di. 18. q. 2. art. 4.

8 Quibus addo, quod quamuis hæc nostra, quæ, ut diximus, communis est opinio, videatur facere pro alia conclusione prædicti Sorii, de qua nuper interrogati fuimus: non tamen videtur nobis vera. Illa enim conclusio habet, non esse necesse confiteri virginitatis circumstantiam, id est, quod is qui confitetur, est virgo, si voluntas fornicandi non peruenit ad actum, quamuis secus sit, quando peruenit. Non inquam, videtur vera. Tum quia peccata venularis, oris, & operis sunt eiusdem speciei, & non differunt, nisi quod alia sunt magis perfecta quàm alia, ut dicemus infra post S. Thomam & consequenter stuprum mentale, quod est voluntas habendi copulam cum virgine, aut cum sit virgo, erit eiusdem speciei, cuius stuprum reale, quod est ipsa copula: & si quis eam habuit, debet confiteri illam circumstantiam, ut ipsemet ait, etiam debet confiteri, qui eam voluit habere, licet non habuerit: cum alia species luxuriæ sit velle fornicari cum virgine, vel cum sit virgo, & alia species luxuriæ sit velle fornicari cum corrupta vel cum sit corruptus, vel corrupta. Tum quia Concilium Tridentinum declarauit circumstantiam, quæ mutat peccati speciem ex vna in aliam, necessario esse confitendam: qualis est hæc, de qua loquimur, ut prædictum est. Tum denique, quia non facit pro eo prædicta opinio communis: quia loquitur de circumstantia non mutante speciem peccati: conclusio verò eius, de circumstantia illam mutante. Videtur tamen nobis hæc communis opinio restringenda.

c In c. 76. n. 9. d. 1. q. 52. a. 7.

Primò, ne procedat in circumstantia, quæ sic auget peccatum, ut ratione ipsius fiat reuerentium, saltem ex vi constitutionum synodaliū, quæ solent aliquando furta aliqua, & damna certæ cuiusdam quantitatis Episcopo referuare, vel addere, quod absolutio, siue restitutio fiat certo quodammodo.

e Sess. 14. c. 5. can. 7.

9 Secundò posset etiam restringi, ne procedat in ea circumstantia, quæ habet annexam excommunicationem, vel efficit, ut ea sit Papalis, quemadmodum leuis percussio clerici est episcopalis & grauis verò est Papalis.

f Cap. peruenit. de sct. ex. com. vbi ext. singulari.

Tertio limitatur in ea circumstantia quam confestarius interrogat, & non potest sileri absque periculo alicuius spiritualis incommodi, ut rectè asseruit Silueiter quamuis Ioannes de Friburgo, qui fuit auctor summæ confessorum, id non dicat in loco citato ab eo, neque etiam vbi de hac materia tractat.

g Cap. si quis iudicatus c. 17. quæst. 4.

10 Quartò dicimus, quod circumstantia diei festi non est necessario confitenda: quoniam non facit esse lethale, quod sine illa non esset tale: neque alterius speciei talis, neque alio respectu: nisi esset opus seruile in festis prohibitum, quale non est peccatum iuxta S. Thomam. Quam assertionem confirmauimus multis fundamentis, respondendo rotidem aliis oppositis, secuti in eo Cardinalem Caietanum, & resolutumque Siluestrum, vbi restatur, doctissimos quosque ordinis Dominicani cõuenisse, & hæc opinionem suscepisse: & Iacobum Almaynum. Quamuis communis opinio posset in duobus casibus obseruari sicut diximus nempe quando eo sine peccatum committitur, ut in eo fiat aliquod opus manuale prohibitum in illo die, & quando intentione & proposito violandi festum lethale crimen admittitur.

h In summa, verb. confessio. 1. quæst. 9. l. Libr. 3. tit. 33. q. 31.

11 Quinto dicimus, quod circumstantia diei ieiunio, vel orationi consecrari, licet videatur aliquantulum augere peccatum: non est de necessitate confitenda, nisi peccatum perpetretur cum proposito violandi per illud huiusmodi diem. Quoniam non efficit mortale, quod aliàs non esset tale, nec mutat in speciem moralis, nec facit,

i Libr. 3. tit. 33. q. 31.

id facere

k Libr. 3. tit. 34. q. 81.

id facere

l In 3. lib. sentent. dist. 37. a. 5. quæst. 2.

id facere

m In d. d. c. consideret. n. 17. c. seq.

id facere

n 1. 2. q. 7. c. 2. q. 122. a. 4. c. in quoli.

id facere

o Ver. circumstantia. qu. 3. c. ver. dies Dominica. q. 10. c. in summa verb. dies festus.

id facere

p In 4. li. sct. dist. 17. co. 24. q. ibidem, nu. 40.

id facere

q Ver. circumstantia. qu. 3. c. ver. dies Dominica. q. 10. c. in summa verb. dies festus.

id facere

r In 4. li. sct. dist. 17. co. 24. q. ibidem, nu. 40.

id facere

s In 4. li. sct. dist. 17. co. 24. q. ibidem, nu. 40.

id facere

t In 4. li. sct. dist. 17. co. 24. q. ibidem, nu. 40.

id facere

u In 4. li. sct. dist. 17. co. 24. q. ibidem, nu. 40.

id facere

v In 4. li. sct. dist. 17. co. 24. q. ibidem, nu. 40.

id facere

w In 4. li. sct. dist. 17. co. 24. q. ibidem, nu. 40.

id facere

x In 4. li. sct. dist. 17. co. 24. q. ibidem, nu. 40.

id facere

y In 4. li. sct. dist. 17. co. 24. q. ibidem, nu. 40.

id facere

z In 4. li. sct. dist. 17. co. 24. q. ibidem, nu. 40.

id facere

facit, ut nouo respectu sit tale: quorum aliquod requiritur ad hoc, ut circumstantia confessio sit necessaria, ut supra dictum est, & probauimus alibi.

a In princ. d. c. consideret. n. 32. c. v. ad primum.

Sexto dicimus, quod quamuis circumstantia loci sacri omne peccatum grauius reddat secundum accidens: tamen non est necessario confitenda, nisi quando ipsum opus peccati sanctitati, vel immunirari eiusdem loci directè contrariatur: qualis est humani sanguinis, vel seminis effusio, vel violenta abstractio eorum, qui ad loca sacra confugiunt. Quoniam in his, quod erat mortale propter vnã causam, sit etiam mortale propter alteram, vel quod peccatum non erat, aut solum veniale ex genere suo, ratione talis circumstantia sit mortale, ut est actus coniugalis inter virum & uxorem ibidem sine causa iusta exercitus, qui quidem in aliis locis peccatum non esset.

b Argu. c. delesi. de consecrat. dist. 1. c. c. proposuisti. de consecra. eccl. c. ca. 1. eod. tit. lib. 6.

12 Septimo, quod qui in Ecclesia committit peccatum aliquod superbiæ, perurii, aut gula, &c. non tenetur necessario confiteri circumstantiam loci sacri: neque qui existens in eodem loco desiderat occidere, ferire, vel fornicari extra illum, dummodo non cupiat id committere in eodem. Nam qui tale desiderium conciperet, etiam si extra locum sacrum existeret, circumstantiam sacrilegij, quod in eo admittit, confiteri teneretur ut diximus.

c In principio dicti c. consideret nu. 22.

13 Octauò dicimus, quod quamuis circumstantia propriæ personæ aliquando peccatum augeat, quia ceteris paribus, plus peccat dignitate aliqua præditus, quàm priuatus, & prælatus plus quàm subditus, & sapiens plus quàm ignorans, & multo plus ille, qui affectat ignorantiam, ut liberius peccet, quàm peccaret sciens, & bonus plus quàm malus: & melior, quàm minus bonus: & licet propterea vtile sit, huiusmodi circumstantia confiteri: non tamen communiter necessarium est: quoniam illa, ut plurimum, neque ex veniali facit mortale: neque ex mortali vnus speciei mortale alterius: neque ex mortali vno respectu, mortale alio propter alium finem. At verò quando hoc fieret, puta cum agitur contra votum, vel contra statum voto firmatum, ut cum religiosus fornicatur, circumstantia personæ confitenda est: quoniam tunc aliquod ex illis tribus prædictis efficitur. Quod quidem non ita fit, quando religiosus blasphematur, vel quoduis aliud crimen, quod non est contra sua vota, vel regulam, quam esse professus, admittit, ut post Caietanum, diximus. Circumstantia enim religionis communiter non facit esse mortale, quod suapte natura non erat tale: neque etiam facit esse alterius speciei, quod ex se erat alterius. Et ita patet responsio ad id, quod nuper quæsitum fuit, An scilicet religiosus, qui fornicatus est, teneatur confiteri, se esse religiosum: nam per prædicta est palam, eum ad id teneri.

d Cap. homo. 40. dist. c. c. q. præcipue. 11. quæst. 1. Ca. si quis dignum de homic. c. Ca. pen. 37. dist.

14 Nonò dicimus, quod tunc demùm, & non aliàs, est necessarium confiteri circumstantiam, quod peccauerit contra conscientiam, quando opus effectum ob nullam aliam legem: sed solum propter conscientiam egroniam tantùm sit peccatum: tunc enim solummodo vnum ex tribus illis prædictis, & non alia efficere manifestum est, sicut nos nouè declarauimus.

h 1. 2. q. 7. ar. 1. i In d. princ. c. consideret. num. 50.

Decimo, quod numerus peccatorum non est circumstantia: sed additio peccati ad peccatum. Quoniam frequentatio peccati non circumstat prius peccatum: sed constituit nouum & separatum à priori. Circa quod quatuor diximus. Quorum primum est, non esse satis dicere, Peccavi saepe in hoc genere peccati, quoniam verbum illud: saepe, ita verificatur in numero denario, immo & in binario, sicut in cærenario, iuxta glossam, & late Georgius quamuis Archidiaconus partem affirmatiuam defendat, quem licet Angelus noluerit reprobare: meritò tamen eum reprobauit Cardinalis Alexandrinus.

De numero peccatorum confitendo.

15 Secundum, peccatorem teneri ad dicendum certum numerum peccatorum, si eum nouerit exprimere, dicendo: Hoc peccatum commisi toties: quod si certum numerum minimè nouit, debet secum rationem ponere, quoties in die, vel hebdomada, aut mense, plus minùsve illud peccatum admisit, & exponere numerum verisimiliorem. Peccat enim mortaliter, qui præ pudore vel hypocriti aliquid ex numero, cuius meminit, subiceret: immò etiam si per culpam suam latam fiat, quo minus recorderet, eo quod ea de re nihil antea secum præcogitaret, cum tamen

k Vbi supra nu. 55. c. 65.

id facere

l In d. c. consideret. nu. 41. to iuxta gloss. 1. c. monasteria. de vi. c. honesti. cleri. n In princip. Clem. saepe de ver. signifi. o In c. iudicatio. c. 1. quæst. 1. c. in princ. d. c. consideret. p Ver. confes. 1. q. 23. q In d. c. iudicatio.



id facere potuisset, & proinde confessio nihil valet.  
 Tertium, satis esse absque aliquo numero suum statum  
 sufficienter manifestare: veluti si qua publica meretrix per  
 decennium parata & exposita ad fornicandum, tam cum  
 clericis & religiosis & virginitate præditis quam laicis,  
 & coniugatis, aut solutis: & post conuersionem confite-  
 retur, exprimeretque se toto illo temporis spatio in eo sta-  
 tu fuisse: hoc, inquam, satis esset, vt post Cardinalem  
 Caietanum <sup>a</sup> concludimus <sup>b</sup> \* ponderantes illa verba. *Quan-  
 tum perseuerauerit, & desinat, quod perseueranter peccauit.* Per  
 quæ prædictam sententiam singulariter probauimus, <sup>c</sup> &  
 addidimus, eum, qui annum integrum omisit dicere horas  
 canonicas, satisfacere, dicendo: Anno integro omisi diui-  
 num officium.

\* *Ponderantes illa verba.* Ista verba, sicut & totum caput Consi-  
 deret, sunt in libro de vera & falsa pœnitentia, qui inter opera Au-  
 gustini habetur. cap. 14. & 15. Sic autem ibi legitur, Consideret quan-  
 tum perseuerauerit, & desinat quod perseueranter peccauerit, &  
 quanta victus fuerit impugnatione, non sicut in Decreto & quan-  
 ta virtus in pugnatione.

16 Quartum, quod toties numerus peccatorum augetur,  
 quoties peccatum ipsum, vel voluntas peccandi, quæ fue-  
 rat intercessa, renouatur, secundum Ioannem Andream <sup>d</sup>  
 quod planè verum est in peccatis internis, quæ solo ani-  
 mo consummantur, vt odium, & hæresis: non autem idem  
 est in illis, quæ opere exteriori consummantur. Nam illa vo-  
 luntas non dicitur iterari, donec opere exteriori perfici-  
 atur, vel interruptatur: vt euenire solet, quando quis va-  
 dit in longinquum ad homicidium perpetrandum, & in  
 ipso itinere, quod vno die conficit, nunc de illo, nunc de  
 aliis meditat. hic enim non peccat in hoc amplius, quam  
 vnum peccatum, licet multo grauius, iuxta Caietanum <sup>e</sup>  
 quem in dicto principio <sup>f</sup> sequimur, ponderantes textum  
 ad hoc singularem. <sup>g</sup>

Ex quo inferimus primò, peccatum nõ iterari, aut mul-  
 tiplicari etiam si durante opere exteriori multoties volun-  
 tas interior interruptatur, & renouetur: neque etiam ec-  
 trariò, si manente eadem voluntate opus multiplicetur ex-  
 terius, antequam delictum finiatur, vt copiosius proba-  
 uimus. <sup>h</sup>

Inferitur secundò, quòd omnes actus interiores & exte-  
 riores, qui tantummodò sunt veluti quædam via ad vni-  
 cum peccatum perpetrandum, vnicum tantum efficiunt  
 peccatum, etiam si illi actus fuerint interrupti: quales sunt  
 passus itineris, præparatio equi, lanceæ, aliorumque armo-  
 rum vna cum desiderijs, varijs vicibus interruptis, verbo,  
 esu, & somno renouatis, eius, qui vadit ad occidendum  
 alium triginta, vel quadraginta miliaribus distans: nam  
 licet illi actus in genere entis considerati, singulariter sint  
 multæ & variæ: tamè considerati tamquã via & partes  
 ipsius peccati, quibus totum peccatum est consumman-  
 dum, non amplius, quam vnum peccatum efficiunt: sicut  
 lapides, columnæ, ligna, reliquaque materia vnus do-  
 mus multa sunt secundum se sumpta: ceterum omnia si-  
 mul considerata tamquam partes vnus domus, non au-  
 pliùs, quam vnicam domum conficiunt. <sup>i</sup>

17 Nunc autem ad soluendas sex quæstiones ab hinc ali-  
 quibus mensibus nobis propositas addimus primo, quòd  
 non solum plures actus exteriores, tendentes in vnum pec-  
 catum principale, qui diuersi sunt in genere entis, centen-  
 tur constituere vnum peccatum in genere moris, saltem  
 quoad effectum confitendi numerum peccatorum, quan-  
 do vnus est in alium via: sed etiam quando quis vno impe-  
 tu fertur in illos omnes.

Tum argumento præfati cap. cum pro causa <sup>k</sup> quatenus  
 probat, eum, qui vno impetu pluries percutit clericum,  
 semel tantum excommunicari. Tum argumento aliorum  
 iurium, per quæ Ioannes Andreas <sup>l</sup> concludit, quemdam  
 Anglicum, qui tres ictus vno impetu intulit clerico, semel  
 tantum excommunicatum fuisse. Tum quòd ille vnicus  
 impetus videtur includere quamdam vnitatem in genere  
 moris, & efficere, vt quadamtenus vnus eorum sit ad alium  
 via, vel consequens: licet suapte natura in genere entis  
 per se subsistat. Tum, quòd qui vno impetu bis, vel ter  
 appellat, semel tantum appellasse dicitur, <sup>m</sup> & qui bis, vel

A ter eandem in testamento, vel codicillis legauit, videtur  
 semel legasse. <sup>a</sup>

Addimus secundò, quòd sicut actus præambuli ad a-  
 ctum principale peccati non augent numerum pecca-  
 torum, necessariò cõfitemdum: ita eadem ratione nec con-  
 sequentes nec subsequentes actum principale peccati:  
 quales videtur esse actus, quibus quis fecit aliquod pecca-  
 tum principale: & postea inordinatè gaudet, lætatur, tri-  
 statur, dolet, vel loquitur de illo, vel accessorijs eius. Tum  
 quòd eadem ratio videtur, & sic idem est de vtriusque iu-  
 dicandum. <sup>b</sup> Tum quòd qui furatus est infantem, qui apud  
 eum adoleuit, vnum furtum fecisse dicitur. <sup>c</sup> Tum quòd pau-  
 ci, collatione aliorum, inueniuntur, qui post vindictam  
 iniuriam: post fornicationè in domo sua securè habitam:  
 post furtum & dolum admissum, non velint, dicant, vel faci-  
 ant aliqua inordinata, gaudendo, comedendo, bibendo &  
 ridendo, iuxta illud Sapientis. <sup>d</sup> *Lætatur cum malè fecerint.*  
 attamen nemo dicit, eorum omnium numerum nominatim  
 esse confitendum. Tum quia totus Ecclesiæ Christianæ v-  
 sus videtur habere, quòd sicut sufficit homicidæ confiteri,  
 se occidisse talem hominem, non cõfitemdo numerum vol-  
 untatum, & aliorum actuum inordinatorum præambulo-  
 rum illius homicidij, ita sufficit confiteri illud, non confi-  
 tendo numerum actuum consequentium, quibus id ei pla-  
 cuit, & monstrauit alijs, verbis, vel factis placuisse sibi. Et  
 quòd sicut fornicanti sufficit cõfiteri principale actum,  
 non cõfitemdo numerum voluntatum, dictorum, & facto-  
 rum præambulorum inordinatorum: ita sufficit confiteri  
 principale actum, non cõfitemdo numerum voluntatum  
 dictorum, & factorum inordinatorum consequentium.  
 Tum quia, licet singuli præfactorum actuum sint per se ip-  
 sos peccata mortifera quoad iudiciũ Dei exactum: & licet  
 oporteat vt contritio, per quam sunt remittenda, formaliter,  
 vel virtualiter perueniat ad omnia illa, quoad tamen  
 iudicium salutare pœnitentiæ, & huius vitæ, quòd facere  
 debet confessarius, satis est, vt numerus eorum sic pateat  
 ei, vt status pœnitentis satis pateat confessario ad iudican-  
 dum, qualem ei debeat exhibere medicinam vt pulchrè de  
 clarauit Caietanus. <sup>e</sup> Cum ergo communiter post, & ante  
 actum principale multa cogitata, dicta, & facta inordi-  
 nata soleant haberi, satis cõstat cõfessario quoad iudicium  
 suum salutare ferendum status pœnitentiæ. quoad illam spe-  
 ciem peccati. Arbitramur autè, quòd licet, qui rem habuit  
 cũ aliqua, non teneatur confiteri colloquia, oscula, & alios  
 huiusmodi actus antecedentes, & consequentes propin-  
 quos ad coitum: tenetur tamen, qui bis coitum, etiam si vnus  
 actus sit propinquus alteri, dicere se bis coiuisse, illa ratio-  
 ne diuersitatis, quòd vnus coitus istorum non est commu-  
 niter via, neque præambulum ordinatum ad alterum, ne-  
 que consequens illum, neque quis vno impetu fertur in  
 vtrumque: colloquia verò, oscula, & amplexus sunt com-  
 muniter præambula, & consequentia coitum, quem præce-  
 dunt, vel consequuntur. Non autem sine causa adiecit  
 si præ, *Tendentes ad vnum peccatum principale:* quoniam si actus  
 illi sunt peccata separata secundum se, vel ordinantur ad  
 alia peccata, tot peccata committuntur, quot sunt illi ex na-  
 tura sua, vel quot sunt fines deprauati, ad quos diriguntur:  
 nam qui pergit ad homicidium perpetrandum, & in via  
 furatur, rapit, peierat, blasphematur, vel suum esum, potum,  
 iter, & colloquia non solum dirigit in homicidium con-  
 ceptum: verum etiam in adulterium, infamiam, & sacrile-  
 gia perpetranda, tot peccata diuersa committit, quot sunt  
 ibi actus in se mali, & quot fines diuersi mali, in quos diri-  
 guntur: quòd ipsum est dicendum de actibus consequen-  
 tibus, & de illis, in quos vno impetu fertur.

C quòd sicut fornicanti sufficit cõfiteri principale actum,  
 non cõfitemdo numerum voluntatum, dictorum, & facto-  
 rum præambulorum inordinatorum: ita sufficit confiteri  
 principale actum, non cõfitemdo numerum voluntatum  
 dictorum, & factorum inordinatorum consequentium.  
 Tum quia, licet singuli præfactorum actuum sint per se ip-  
 sos peccata mortifera quoad iudiciũ Dei exactum: & licet  
 oporteat vt contritio, per quam sunt remittenda, formaliter,  
 vel virtualiter perueniat ad omnia illa, quoad tamen  
 iudicium salutare pœnitentiæ, & huius vitæ, quòd facere  
 debet confessarius, satis est, vt numerus eorum sic pateat  
 ei, vt status pœnitentis satis pateat confessario ad iudican-  
 dum, qualem ei debeat exhibere medicinam vt pulchrè de  
 clarauit Caietanus. <sup>e</sup> Cum ergo communiter post, & ante  
 actum principale multa cogitata, dicta, & facta inordi-  
 nata soleant haberi, satis cõstat cõfessario quoad iudicium  
 suum salutare ferendum status pœnitentiæ. quoad illam spe-  
 ciem peccati. Arbitramur autè, quòd licet, qui rem habuit  
 cũ aliqua, non teneatur confiteri colloquia, oscula, & alios  
 huiusmodi actus antecedentes, & consequentes propin-  
 quos ad coitum: tenetur tamen, qui bis coitum, etiam si vnus  
 actus sit propinquus alteri, dicere se bis coiuisse, illa ratio-  
 ne diuersitatis, quòd vnus coitus istorum non est commu-  
 niter via, neque præambulum ordinatum ad alterum, ne-  
 que consequens illum, neque quis vno impetu fertur in  
 vtrumque: colloquia verò, oscula, & amplexus sunt com-  
 muniter præambula, & consequentia coitum, quem præce-  
 dunt, vel consequuntur. Non autem sine causa adiecit  
 si præ, *Tendentes ad vnum peccatum principale:* quoniam si actus  
 illi sunt peccata separata secundum se, vel ordinantur ad  
 alia peccata, tot peccata committuntur, quot sunt illi ex na-  
 tura sua, vel quot sunt fines deprauati, ad quos diriguntur:  
 nam qui pergit ad homicidium perpetrandum, & in via  
 furatur, rapit, peierat, blasphematur, vel suum esum, potum,  
 iter, & colloquia non solum dirigit in homicidium con-  
 ceptum: verum etiam in adulterium, infamiam, & sacrile-  
 gia perpetranda, tot peccata diuersa committit, quot sunt  
 ibi actus in se mali, & quot fines diuersi mali, in quos diri-  
 guntur: quòd ipsum est dicendum de actibus consequen-  
 tibus, & de illis, in quos vno impetu fertur.

D Ex quibus inferitur primò, quòd licet quando inter  
 præambula, & consequentia, & actum principale sit ali-  
 qua notabilis interruptio, illa sint peccata diuersa, etiam  
 in genere moris, etiam ad effectum, vt contritio formaliter,  
 vel virtualiter debeat peruenire ad illa: non tamen  
 videntur diuersa quoad effectum necessariò confitendi  
 numerum eorum: eo quòd sine illa specificatione satis vi-  
 detur constare status confitentis quoad iudicium salutare  
 sacerdotis.

18 Inferitur secundò decisio primæ prædictarum sex  
 quæstionum: scilicet, quòd qui eodem impetu dicit alteri

a Tom. 1. O-  
puscul. Opuscul.  
18. quæst. 1.  
b In dicto ca.  
consideret.  
c Vt ibi dixi-  
mus.

d In reg. de-  
licium. col. pe-  
nult. de regu.  
iur. libro 6. in  
Mercur.

e In dicto 1.  
tom. Opuscul.  
lor. Opuscul. 17.  
quæst. 3.  
f Nu. 48.  
g In cap. cum  
pro causa. de  
sent. excom.

h In d. prin. n.  
48.

i Item qui ff.  
de v. sic. &  
l. qui vniuersa  
ff. de adq.  
posses.

k De sent. ex-  
com.

l In d. Mer-  
cur. c. delictu.  
de reg. iur. li.  
6.

m C. Lothari-  
us. adiuncta  
gl. verb. ap-  
pellatus. 31. q.  
2.

a l. cum qua.  
Co. de legat.

b l. illud ff. ad  
leg. Aquil. c.  
dudum. 2. de  
elect.  
c l. inficiado.  
§ infans ff. de  
furtis.  
d Prouerb. 2.

e Tomo. 1. O-  
pusculor. O-  
puscul. 3. qua. 3.





quatuor, vel quinque iniuriosa verba significantia diuersas iniurias: puta quod sit fur, falsarius, hæreticus, censendus est peccare diuersa peccata. Tum quia non sunt antecedentia, neque consequentia ad vnum principale peccatum: neque sunt vnum, neque vnius speciei. Tum quia, licet qui vno impetu infert clerico tres ictus non sit nisi semel excommunicatus: si autem vno impetu, etiam vnico ictu tres ferit clericos, ter est excommunicatus secundum Ioannem Andream <sup>a</sup> Tum quia eadem ratione qui ferit, & blasphemat, & hæresim asserit, tria peccata committit cum numero necessario confitenda, <sup>b</sup> qui verò dicit totidem verba iniuriosa, significantia tantum vniam iniuriam: vt quia appellat aliquem quater, vel quinquies furem, hæreticum, vel latronem, vnū tantum peccatum admittit quoad necessitatem confitendi numerum instar bis, vel ter vnico contextu appellantis. <sup>c</sup>

Infertur tertio decisio secundæ quæstionis: scilicet, quod qui dicit alicui vnum verbum iniuriosum: & ille responderet, vnde prouocator replicat, eidem dicens tria verba iniuriosa, peccat tria peccata, si tres diuersas iniurias significant: vniam autem solùm, si tantum vniam.

Infertur quarto decisio tertiæ quæstionis: scilicet, quod qui imprecatur mortem alicui, & toti familiæ eius, duo tantum peccata committit: non tot, quot sunt personæ familiæ. Tum quod tota familia pro vna persona ficta accipitur. <sup>d</sup> Tum, quod familia, licet significet multos: eos tamen collectiue tamquam vnum corpus fictum significat. Tum quod, qui vniam domum vult inflammare, vel exurere, non videtur peccare tot peccata, quod partes habet, sed vnum: quia vnum corpus compositum ex multis vult inflammare, vel exurere. <sup>e</sup> Et qui vult furari vniam myriadem ducatorum, vel vnum aceruum tritici, vnum solum peccatum videtur peccare. <sup>f</sup>

Infertur quinto decisio quartæ quæstionis: scilicet, quod qui blasphemando i. dedit diuo Petro, & vndecim Apostolis, duo tantum peccata videtur admittere, eisdem rationibus.

Infertur sexto decisio quintæ quæstionis: scilicet, quod sex peccata peccat, qui peccans mollitiei peccatum inducit sibi successiue in memoriam, vt magis delectetur, virginem, viduam, nuptam, cognatam, & monialem: quia sunt quinque peccata diuersarum specierum: cum virtualiter prædictis quinque commisceatur, vel eis mortiferè delectetur, & nulla illorum sint antecedentia, vel consequentia alterius.

Infertur septimo decisio sextæ quæstionis: scilicet, quod semel tantum videtur peccare quoad necessitatē confitendi numerū, qui post vniam fornicationē cum amica habitā, eā vigesies osculatur non ad iterandā fornicationem, sed ad maiorem delectationem: quia illa omnia oscula videntur consequentia fornicationis, & rei iam habitæ.

Infertur octauo solutio illius quæstionis: quot nempe peccata committeret ille, qui longo tempore illicitis amoribus irretitus, mu ierem persequitur, sed non potitur ea: dicimus enim, vt minimum toties illum peccare, quoties interrumpit malam illam voluntatem peccandi conceptam cessando ab impendenda opera exteriori pro illo tempore, & iterum postea illam continuat. Ita quod si diem integrum, vel noctem, aut partem eorum insumpsit musicis cantilenis, quod mulierem alliceret, vel opportunitati caprandæ, qua ipsam alloqueretur, vel aliis officiis, quibus in illum finem pessimum eam flecteret, quamdiu talis voluntas & opera exterior non interrumpitur, vnum tantum peccatum erit, licet tantò grauius, quanto diuturnius. At verò si opera illa exteriori, quam tunc adhibet, finita, vacat aliis negotiis, quæ non sunt via, neque præludia ad prædictum opus, & iterum redit ad eandem illam malam voluntatem solam, vel ad aliam faciendū aliud opus exterius simile, vel dissimile præcedentibus ad prauum illum finem consequendum, peccatum aliud committet, & tot subinde peccata tenebitur confiteri, quot interruptiones, aut renouationes huiusmodi interuenierint, præter multas alias voluntates, seu volitiones absolutas, quas habuit absque operis consummatione: & confitendo numerum verisimilem eorum satisfacet.

19 Decimo dicimus, quod pœnitēs potest vnico verbo

A mille peccata mortalia confiteri: veluti dicendo, Millies blasphemauit: Millies peccauit: Millies fornicatus sum: Millies occidere statui: Millies feci contra meum votum, vel iuramentum. Decies consului alicui, vt in peccato mortali perseveraret: Illud aut illud toties feci ad finem fornicandi: quoniam huiusmodi confessioni nihil deest ad ipsius integritatem, etiam si tot peccata paucis, sed claris verbis expellerit vt nos post Caietanum diximus. <sup>a</sup>

Vndecimo, quod circumstantia scandali in duobus casibus est necessario confitenda, secundum omnes vt nos diximus. <sup>b</sup> Quoniam in his vnum ex tribus illis supradictis efficitur. Prior casus est, quando scandalum est formale, hoc est, quado aliquid dictum, aut factū fuit, animo prouocandi alium mortale, & non solum tenetur confiteri id, quod prædicto animo dixit: sed etiam tenetur explicare illam peccati speciem, ad quam prouocare intendebat per supradicta. <sup>c</sup> Posterior casus est, cum per opus suo genere bonum, aut indifferens, secundum speciem tamen, & apparentiam malum, præbetur occasio peccandi mortiferè. Super alio verò tertio casu diuersa est auctorum sententia: videlicet cum quis mortiferè coram aliis peccat absque proposito prouocandi eos ad mortiferè peccandum. nam Adrianus <sup>d</sup> Ioannes Maior, <sup>e</sup> & Siluester <sup>f</sup> sentiunt partem affirmatiuam: beatus autem Thomas quod ipsum affirmat Caietanus <sup>g</sup> negatiuam, quatenus ait, quod licet graui<sup>9</sup> peccet, qui peccat publicè, quam qui peccat occultè: non tamen ob hoc dicitur communiter peccatum scandali speciale. <sup>h</sup> Nobis idem nunc videtur, quod vbi supra visum fuit: nempe quod priori opinioni sit locus, quando eiusmodi peccatum per eiusmodi personam, vel in conspectu eiusmodi hominum admittitur, quod verisimiliter id videntes, peccati occasionem accipient: opinioni verò posteriori S. Thomæ sit locus, quando non fit per talem personam, nec coram talibus, vt ibidem latius extendimus. <sup>20</sup> Duodecimo dicimus, notandum esse, eum, qui obliuiscitur confiteri circumstantiam necessario confitendam, non obligari ad iterum confitendum peccatum, quod iam est confessus: sed satis est ei, vt solam circumstantiam confiteatur: verbi gratia. Iurauit quis se non iniecturum manus violentas in clericum, non furaturum, non blasphematurum: deinde percussit clericum, furatus est: blasphemauit: post quod confessus est, se illa fecisse, oblitus dicere, quod antea iurauerat, se illa non commissurum, non tenetur ad iterum confitendum illa: sed satis est confiteri, quod semel, bis, ter, vel toties, licita iuramenta fuit transgressus: vel confiteri se fecisse aliqua opera in se mala, quæ se non facturum antea iurauerat: quod <sup>k</sup> latius tradidimus.

Neque obstat, quod, vt quidam opponit, si vt nos approbamus, non est necesse confiteri illas circumstantias, quæ notabiliter aggrauant non mutando speciem, sequeretur, quod sufficeret fornicanti corde & opere confiteri peccasse corde, non exprimendo, quod opere compleuerit. Et quod qui ter sola mente peccauit, & bis mente & opere, satisfaceret confitendo se quinquies decreuisse fornicari. Sequeretur item posse confitentem respondere confessario interroganti, an opere peccauerit, quod non: quia potest negare illa, quæ non tenetur necessariò confiteri, qualia sunt venialia, & etiam mortalia iam legitimè confessata. Ad quæ responderetur negando eiusmodi consequentias: quia conclusio nostra, quam ipse quoque probat, loquitur de circumstantiâ peccati, & non de peccato, neque de ipsius perfectione, ad quæ sunt consequentiæ, nam peccatum operis non est circumstantia peccati mentis, sed peccatum & perfectio peccati cordis: & à diuersis non fit illatio, <sup>l</sup> & peccata operis oportet confiteri: quia tenemur confiteri omnia peccata, <sup>m</sup> vt supra post S. Thomam ibi citatum <sup>n</sup> declarauimus addentes rationem, quare sufficiat confiteri peccatū operis sine confessione peccati cordis, & non econtrariò, peccatum cordis sine peccato operis.

*Quod pœnitens debeat famam proximi conseruare, non manifestando complices delicti.*

#### C A P. V I I.

<sup>1</sup> Manifestare aliena peccata qua lege prohibetur.

<sup>1</sup> Confessio sacramentalis qua lege debeat esse integra.

<sup>a</sup> In d. Merc. ca. delictū. de regulis, iur. lib. 6.  
<sup>b</sup> Arg. l. prætor. §. final. ff. de iur.  
<sup>c</sup> Dicto. c. Lotharius ad iur. gl. verb. appellantis. 31. q. 2.

d. l. i. ff. si furti. facisse delictum.

c. Argm. l. cū qui ff. de usu cap. l. Arg. l. vulgaris. ff. de furtis. c. ca. vulgar. de pen. dist. 1.

<sup>a</sup> In princ. d. c. considerat. n. 110.  
<sup>b</sup> In c. 1. §. animaduertente. n. 5. de sct. dist. 5.

c. In c. præcedenti, nu. 2.

d. In 4. de sacram. confess. q. 4.  
e. In 4. dist. 38. q. 3.  
f. In summa verb. scandalum. q. 3.  
g. 2. 2. qu. 43. art. 3.  
h. In summa verb. scandalum. i. §. animaduertente.

k. In d. e. considerat. n. 204.

l. Papinianus. ff. de minor. c. c. audientiam. de decim. m. Ca. omnia de pen. c. remiss. n. In princ. q. nu. 19. c. 21.



- 1 Legum duarum contrariarum vtra potior.
- 2 Pœnitens non debet nominare personam, cum qua peccauit.
- 3 Circumstantia aliqui necessario confitenda, quo casu tacenda.
- 4 Confessor vt scandalizari potest, ratione circumstantia.
- 5 Pœnitens quis debet petere facultatem confitendi alteri.
- 6 Pœnitens quando mutato habitu confitebitur.
- 7 Communicari potest absque confessione inopia confessarij.
- 8 Confessarius quis prodesse possit, & non obesse.
- 9 Verecundia non est iusta causa ad eundem extraneum confessarium.



**R**o fundamento dicendorum in hoc cap. præsupponimus primò, infamare alterum iniuste, & reuelare aliena peccata ea ignorantem, esse peccatum, lege diuina naturali prohibendum, vt diximus <sup>a</sup> in cuius repetitione id pro sexta conclusione collegimus, eamque 71. corollariis ornauimus, & infra <sup>b</sup> in breue compendium contraximus.

Secundo præsupponimus, quòd lex præcipiens, vt confessio sacramentalis sit integra, est lex diuina positua à Christo Domino nostro instituta vt docuimus. <sup>c</sup>

Tertio præsupponimus, quòd quando duæ leges contrariæ in aliquo casu concurrunt, in quo alterius obseruatio est omittenda, tunc temporis illa, quæ maior est, minori debet anteferi, & hæc illi cedere: argumentum capituli Iulianus <sup>d</sup> adiuncta glossa, <sup>e</sup> vbi latè diximus. <sup>f</sup>

2 Ex quibus inferitur primo, pœnitentem non debere nominare personam, cum qua peccauit: quoniam supradicta lex naturalis diuina hoc prohibet.

Secundo inferitur, quòd confessarius præuidens pœnitentem velle nominare personas delicti consortes, vel per quas ipse induxit, vel à quibus fuit ad peccandum inductus, debet statim ei occurrere, ipsumque admonere, ne illas nominet, ne ipse confessarius pariter peccet infamia peccato consentiendo vt ait S. Bonauentura. <sup>g</sup>

3 Tertio inferitur, quòd quamuis opinio communior, <sup>h</sup> affirmet, quòd quando circumstantia necessario confitenda non potest manifestari absque reuelatione tertie personæ, tunc potest licitè illa reuelari: opposita nihilominus est verior, quam tenet Innocentius <sup>i</sup> & Ostiensis <sup>k</sup> & nos latius asseruimus, <sup>l</sup> nempe quòd potius debet circumstantiam tacere, quam proximum diffamare, quando alterum de duobus necessario heri oportet. Exemplum de pœnitente, qui commisit incestum cum propria matre, vel filia, vel exitit mediator, vt ab alio committeretur: sed quia pœnitens, vel mater, vel filia confessario sunt noti, non potest cognationis gradum exprimere absque mulieris infamia: in hoc enim casu tenetur circumstantiam tacere, & eam non infamare.

Primum, quia lex de non infamando proximo, diuina naturalis est: Lex autem, quæ iubet confessionis integritatè, est diuina positua, & na hæc debet illi cedere, <sup>m</sup> cum non sit locus vtrique. Deinde, quia secundum opinionem communem, pœnitens debet tacere peccatum, quòd in confessione detectum, sibi, vel confessorio probabile damnum animæ, vel corporis, vel famæ afferret.

Veluti, si pœnitens confessarij fratrem occidisset, & si confiteretur se aliquem occidisse, statim sacerdos putaret suum fratrem <sup>n</sup> illo occisum: aut si cognatam suam, quæ filia esset confessarij, carnaliter cognouisset, & circumstantiam cognationis exprimeret, confessarius suam esse filiam suspicaretur, quibus casibus pœnitens debet curare concedi sibi facultatem confitendi alteri: quam si impetrare non potest, tunc omnia alia peccata debet exponere, & vnum illud tacere, cum proposito illud eidem confitendi, quando prædictum cessauerit impedimentum, secundum S. Thomam <sup>o</sup> & Altfiodorensem probatum à Ioanne Maiore. <sup>p</sup>

4 Denique, quia communis habet opinio, quòd si pœnitens, ob id quòd fœmina est, vel ob peccati enormitatem, vel propter alias causas probabiliter credit, si suum peccatum, vel eius circumstantiam proderet in confessione, scandalum magnum, vel grandem occasionem peccandi mortaliter confessario præberet, tunc nullo modo debet illam confessario detegere secundum Adrianum, P

**A**eo quòd lex quæ scandalum prohibet, est diuina & naturalis. <sup>a</sup> Quæ autem obligat ad confitendum omnia peccata, & omnes eorum circumstantias est, quidem diuina, sed positua, vt supra diximus: & consequenter patet, illam esse fortiozem ista: & quando concurrunt simul, hæc illi cedere debet. <sup>b</sup> Quòd quidem est verum, saltem quando scandalum illud falsium, quòd ex tali confessione inferretur, ex ignorantia, vel infirmitate, non autem ex malitia proueniret vt sentit Ioannes Maior. <sup>c</sup>

Neque obstat, quòd quidam contrariam teneant sententiam. Tum quia fundamenta nostra longe fortiora sunt, quam fundamenta contrariæ. Tum, quia fundamentum principale contrariæ est, quòd communis tenet oppositum. quòd ipsum etiam nos asserimus. Sed non obstat, quia à communi recedendum est, quando pro contraria est textus, vel ratio, cui non potest satis bene responderi, vt diximus infra, <sup>d</sup> per textum cum glossa & communi, & rationibus prædictis, non potest bene responderi à communi, neque ille ibi eis responderet. Tum quia præsupponit, me esse auctorem huius opinionis, quòd demiratus sum, cum citauerim duos grauissimos auctores illius, scilicet, Innocentium & Ostiensem. Tum quia prædictum dictum S. Thomæ quòd in hoc allegauit, est communiter receptum, nec ille illud negabit, cum eiusdem ordinis, & ex eo efficaciter inferitur opinio nostra, à qua non est discedendum: quæuis etiam Sorus immemor nostrarum rationum, sequatur communem. <sup>e</sup> Tum denique, quia omnium fere sententia, vt dicemus, <sup>f</sup> habet quòd confessarius, qui non potest confiteri peccatum aliquod sine reuelatione confessionis, debet tacere illud, & reliqua confiteri. Quæ situm est autem nuper à nobis, An qui commisit incestum, teneatur confiteri circumstantiam graduum cognationis, & affinitatis. Cui respondimus teneri: quoniam aggravat peccatum, mutando speciem. Alia enim species incestus est copula cum cognata in primo gradu, & alia cum cognata in secundo, & alia cum cognata in tertio, & alia cum cognata in quarto, & circumstantia, quæ mutat speciem, confitenda est per Concilium Tridentinum. <sup>g</sup>

**C** Quarto inferitur, quòd pœnitens in casibus, in quibus non potest confiteri circumstantiam necessario confitendam sine alterius infamia, debet secundum omnes doctores, <sup>i</sup> procurare facultatem confitendi alteri, qui cum minimè noscat: & si talem non inueniat, debet mutato habitu confiteri illi, qui aliàs ipsum agnosceret, ita, vt neque ex voce, aut alio signo deprehendatur, & nomen proprium, patriam, & professionem taceat. quòd licitè facere potest: quia hæc non tenetur manifestare, nisi quando ex illis oritur aliqua circumstantia necessario confitenda: qualis est esse coniugatum, quoad illam culpam, qua matrimonium læditur: vel esse religiosum quoad culpam, qua votum religionis infringitur. Confessario autem satis est, vt pœnitens eum certiozem faciat, se posse ab illo audiri & absolui. Nolumus tamen dicere, hanc solam causam sufficere, vt pœnitens possit extraneo confessario, non habenti in hoc priuilegium confiteri, absque sui parochi, vel alterius licentia: hoc enim non est verum secundum Paludanum receptum, <sup>k</sup> quòd & nos tradidimus. <sup>l</sup>

**D** Quinto inferitur, quòd quamuis aliqui sentire videantur, quòd quando nullum ex prædictis remedium inuenitur, huiusmodi pœnitentem videri non habere copiam confessarij, & subinde posse sine præuia confessione communicare, <sup>m</sup> nihilominus tamen verius arbitramur in tali casu debere reliqua omnia peccata confiteri omisso illo, aut eius circumstantia, quæ non potest absque dicto periculo exprimi, cum proposito tamen id confitendi, cum primùm occurrerit confessarius, cui absque tali periculo possit illud manifestare, per prædicta supra, <sup>n</sup> vt Maior sentit. <sup>o</sup>

**E** Sexto inferitur, quòd quando proprius confessarius huiusmodi est, vt probabile sit, confessionem talis peccati, & circumstantia illi factam futuram, & nullatenus obfuturam, potest & debet pœnitens illam ei confiteri, hoc enim non est infamare: quia nihil contra ius reuelatur. Nam iure fieri potest reuelatio criminis alterius ei, quem scit profuturum, & non obfuturum, <sup>p</sup> iuxta S. Augustinum. <sup>q</sup> dummodo prius eum per se corripiat, vel nulla sit ei spes

**F** correctionis,

a In eo. inter verba. 11. q. 1.

b Cap. 18.

c In gloss. sum. ma. de pecc. di. 5. sup. e. 2.

d In c. si Dominus. 11. q. 3. c. si quis. c. Ver. necessitas. de consec. dist. 1.

e Et ali. quid in c. sacerdos. nu. 25. de pecc. dist. 6.

f In 4. l. sent. d. 21. a. 1. q. 3. c. si quis. no. tum. 2. qm. 1. c. 1. de off. deleg. h. in 4. l. sent. d. 16. i. in c. omnia. de pecc. c. re. miss. k. ibidem. l. in dicto c. sacerdos. nu. 95. c. 96.

g Per dicta in 5. fm. c. di. simi.

h In 4. di. 17. q. 2. a. 4. o. In 4. l. sent. d. 17. q. 5.

i In 4. de conf. q. 4. v. m. ad argumen. in qua cõtra bor.

a Matth. 18. c. Marc. 9. c. 2. e. nou. oper. nuntia.

b Per prædicta nu. 1.

c In 4. l. sent. d. 17. q. 5.

d Cap. 27. nu. 286. c. In c. capella. nus de feruis. c. lib. 1. §. sed neque. Co. de vete. iur. e. nunt.

e In 4. l. sent. d. 18. q. 2. a. 5. g. In c. seq. nu. 5.

f In 4. l. sent. d. 17. q. 5.

g In 4. l. sent. d. 17. q. 5.

h In 4. l. sent. d. 6. q. 3. l. In c. sacerdos. c. in c. fi. de pecc. di. 6.

i Argu. glo. fi. recepta ca. de homine. de celeb. misf.

k Eod. nu. 3. o. In 4. di. 17. q. 5.

l Arg. ca. hoc videtur. 22. q. 5.

m In dicto ca. hoc videtur.



correctionis, per suam correctionem, per ea, qua in re. cap. inter verba. dicebamus.

\* Iuxta S. Augustinum. Caput hoc videtur sumptum est ex D. Augustino lib. 3. quæst. in Leuiticum quæst. 1. in 5. cap. Leuit. in hæc verba. Anima quæ audierit vocem iurantis falsum. Habetur etiam in glossa ordina. initio cap. 5. Leuit. Verba autem quibus hæc Nauarri doctrina fundatur ex illo capite, quia sunt valde notanda hic inferere visum est. Videtur mihi quod se homo soluat à peccati vinculo, si indicet talibus, qui magis possunt prodesse quam obesse periuro, siue ad corrigendum eum, siue ad Deum pro illo placandum, si & ipse confessionis adhibeat disciplinam.

8 Septimo inferitur, non esse iustam causam adeundi extraneum confessarium, non habita facultate proprii, timorem, quod post confessionem parochus magis sollicitè, & accuratè illius curam sit habiturus, nec adeo bene, vt primum de ipso opinaturus secundum Siluestrum. b tum quia nulla est lex, neque ratio, quæ id conuincat: tum quia pudor solus ad hoc non est legitima causa, nisi quando adeo magnus foret, vt pœnitentem constitueret in periculo taceendi aliquod peccatum, vel circumstantiam necessario confitendam vt aliàs diximus. c

De sigillo confessionis.

CAP. VIII.

- 1 Sigillum confessionis quid, & quare sic vocetur.
- 2 Sigillum secreti duobus modis sumitur, & quid sit.
- 3 Sigillum confessionis qua includat, & quos obliget. 4. et 7.
- 5 Sigillum omne confessionis est sigillum secreti, non econtrariò.
- 6 Confessor non potens confiteri suum peccatum, nisi reuelando confessum, taceat illud.
- 7 Sigillum confessionis etiam post mortem durat.
- 8 Confessarius vt sepe confessionem detegit. nu. 9. et 10.
- 11 Sigillum confessionis quando non violatur. nu. 12. et 14.
- 13 Confessor audiens multos pueros vt peccat.
- 15 Confessor deponens de sibi confessis quis frangit sigillum.
- 16 Confessor dicens in tali loco admittitur grauius peccata, male facit.
- 17 Confessor quas pœnitentias imponit prudenter.
- 18 Confessio similis udmaria non inducit sigillum.
- 19 Confessor vt iuste negat, adulteram non esse sibi confessam adulterium.

**R**o fundamento dicendorum decurtantes ea, quæ tradidimus in ca. sacerdos, d post S. Thomam, & communem opinionem. c dicimus primò, sigillum nihil aliud esse, quam obligationem, vel debitum occultandi aliquid: dicitur sigillum per metaphoram: nam sicut sigillum continet occultam rem obligatam in charta, vel tabula, f ita obligatio seruandi aliquod secretum efficit, ne illud fiat manifestum.

2 Secundò dicimus, quòd sigillum secreti diuiditur in sigillu legis diuinæ naturalis, quod est obligatio iure ipso naturali inducta ad occultandum aliquid, & in sigillum confessionis, quod nihil aliud est, quam obligatio à lege diuina positua per Redemptorem nostrum inducta, ad occultandum, quod in sacramentali confessione reuelatur. qui quidem propter multas causas quas adduximus alibi g voluit, vt quauis alia secreta regulariter obseruanda \* iuxta cap. qui ambulat, h quod cum aliis citauimus i sepe possint, & debeant reuelari, videlicet quando iubet superior, k vel quado occultatio talis secreti nocet animæ, corpori, honori, aut rei familiari alterius, vbi diximus l tamen confessionis sigillum numquam est referendum, præterquam in vno casu: nempe quando qui confessus est, ad id facultatem dederit quibusdam conditionibus affectam, m quinimmo confessarius, qui directè, vel indirectè confessionem detegit, siue absoluat pœnitentem, siue non, semper peccat mortaliter, siue id faciat præ timore, etiam ipse mortis, siue gratia vitandi scandalum, aut commodum aliquod reportandi, vel propter quemcumque alium finem rectum, aut prauum. n

\* Iuxta caput qui ambulat. Caput qui ambulat sumptum est ex Proverbiis cap. 11. v. 14. Vbi sic legitur. Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana, qui autem fidelis celat amici commissum. Itaque huius

capitis tanta est auctoritas, quanta ipsius S. Scripturæ, diuina videlicet, & veritatis infallibilis. Simile est quod ibidem subiungitur ex Proverbiis cap. 25. vers. 8. Quæ viderunt oculi tui ne proferas in iurgium cito, ne postea emendare non possis, cum dehoneftaueris amicum tuum. Caput autem omnis quod num. sequenti citatur est illud celeberrimum caput. Omnis vtriusque sexus, sumptum ex Concilio Lateranensi sub Innocentio III. celebratum. cap. 21.

3 Tertiò dicimus, quòd idem redemptor noster Iesus Christus voluit, vt sub ista obligatione non solum includerentur peccata mortalia & venialia, verum etiam eorum circumstantiæ necessariò, vel voluntariè confessæ, & quæcumque alia, quæ licet peccata non sint: sunt tamen talia, per quæ detecta, detegi potest, directè vel indirectè, in genere, vel in specie, cum qui confessus est, confessum fuisse, se admisisse aliquod mortale, vel aliquod particulare veniale, etiam si leuissimum foret, vt diximus in cap. sacerdos, a per dictum cap. omnis, b in illis verbis, caueat sacerdos, ne verbo, vel signo, vel alio quouis modo aliquatenus prodatur peccatorem.

4 Quarto dicimus, quòd hoc sigillo & obligatione secreti confessionis non solum ipse confessarius remanet obligatus, verum etiam vt diximus c omnes illi, qui confessionem sacramentalem audierunt, vel intellexerunt licitè, vel illicitè, mediatè, vel immediatè, siue sint clerici, siue laici, siue viri, siue femina: iuxta S. Thomam, Paludanum & omnes alios. d

5 Ex quibus inferitur primò, quòd omne sigillum confessionis est etiam secreti naturalis: non autem è contrariò omne sigillum secreti naturalis est sigillum confessionis.

Secundò inferitur, quòd sigillum confessionis est fortius altero, quoniam alterum solum introductum est à lege diuina naturali: hoc autem, de quo in præfenti agimus, à lege diuina naturali, & positua.

Tertiò inferitur, quòd quamuis qui aliquod horum sigillorum infregerit, peccet mortaliter: grauius tamen peccat, qui frangit confessionis sigillum, quam qui alterius secreti naturalis: quoniam ille peccat contra duas diuinas leges: hic autem contra legem naturæ tantum. Sicuti etiam grauius offendit, qui referat secretum, quod iurauit seruate, quam ille qui solum idem promisit, e vt copiosius in d. cap. sacerdos, f diximus.

6 Quarto inferitur, quòd confessarius, qui commisit aliquod mortale, quod non potest confiteri absque confessionis sibi factæ reuelatione, tenetur illud tacere, & reliqua confiteri cum proposito illud etiam confitendi, quando absque prædicti sigilli præiudicio facere poterit, secundum omnes, g quatenus tenent, quod, vt dictum est, non est nisi vnus casus, in quo illud liceat reuelare, qui quidem non est hic.

7 Quinto inferitur, quòd sicut h diximus, non solum sacerdos, & laicus, cui propter aliquam necessitatem fit confessio, i & etiam interpres, qui partes pœnitentis, qui linguâ ignorat, agit, hoc secretum obseruare tenentur: verum etiam qui casu vel dolo, licitè vel illicitè alicuius confessionem audit: immo & is, cui causa consilij petendi ab eo, vel detrahendi reuelatur. quoniam res cum onere suo transeunt vt iura habent & tradit etiam S. Thomas receptus à Paludano & aliis, k & confessio simul ac fit in forma sacramentali, annexam habet obligationem secreti: adeo quidem, quòd iudex nihil deberet agere, aut aggredi ob famam, vel iudicium, quod inde oriretur.

Sexto inferitur, quòd hoc sigillum & obligatio durat etiam post mortem: quoniam nascitur ex præcepto negatiuo, cuius vis quoad semper, & pro semper obligat, l vt ait S. Thomas, m Panormitanus & alij, n & Archidiaconus. o

8 Septimo inferitur, quòd hoc sigillum violauit, veluti diximus, p quidam parochus, qui suo parochiano publicè conquerenti, quòd sibi Eucharistiæ sacramentum denegabat, publicè etiam in hunc modum respondit. Ne queraris, amice, quòd tibi denegem sacramentum: quia habes casum reseruatum, à quo ego non possum te absoluere. Nam perinde est, ac si diceret, ille confessus est mihi aliquod mortale: siquidem venialia reseruari non solent. q

9 Octauo inferitur, quòd confessarius in hunc modum

loquens

a 11. q. 3. conclus. 6.

b Verb. conf. 1. q. 6.

c In c. placuit. nu. 150. de pœ. dist. 6.

d Depœn. d. 6. num. 35.  
 e In 4. l. sent. d. 21. q. 3. a. 1. q. 3. ad 3.  
 f d. l. 1. §. fin. c. l. cum ab initio. c. l. si quis signatoribus. ff. quemad. test. a. per.  
 g In dicto ca. sacerdos. nu. 33.  
 h 5. q. 5.  
 i In dicto ca. sacerdos in prin. n. 3: cum seqq.  
 k Ca. intima nis. de testib. cum ei adnotatis. per Pæ. & Fel. c. p. Inno. c. Pal. in c. omnis. de pœ. c. remis. c. Panor. in c. qualiter. 1. §. si vero. sub finem. de accusat.  
 l In verb. ca. inter verb. 11. q. 3. concl. 6.  
 m Vt infra nu. 10. c. seq. dicitur.  
 n Ca. sacerdos. de pœ. di. 6.

a Nume. 68. b Depœn. c. remiss.

c Inc. 1. in pri. n. 77. de pœ. d. 6.

d In 4. d. 21.

e Ca. 1. 22. q. 1. c. glos. in c. iuramenti. ead. caus. qu. 5. f Nu. 36. c. seqq.

g In 4. sen. d. 21.

h In dicto ca. sacerdos. i Iuxta c. 1. in princ. de pœ. dist. 6.

k Ca. ex literis. de pig. ca. pastoralis. de dec. l. 2. c. 3. C. quib. caus. pig. vel hypo. tacit. contr. l. In 4. l. sent. d. 21. q. 3. a. 1. c. 2. m 2. 2. q. 33. a. 2. in corpore quest. n In c. nouit. de iudic.

o i pri. de pœ. d. 5. c. in c. si peccauerit. 2. q. 1. c. c. recepta. de conf. d. 1. p In dicto ca. sacerdos. nu. 33. q. Arg. gl. ca. de pœ. c. remiss. l. 6.



a In 4. l. sent. di. 21. q. 3. in dicto c. sacer. do. 20. s. 4.

b In dicto ca. sacer. nu. 37. & 39.

c In dicto c. sacer. do. 20. s. 8.

d In summa de pe. & remiss. §. in quo tenetur.

e In ca. sacer. do. de pe. di. 6. num. 39. §. 2. q. 3. de refer.

g In c. 1. de pe. & remiss. in c. sacer. do. de pe. di. 6. s. 27. & 30.

i In dicto c. sacer. do. n. 62.

k Ibid. n. 64.

l In 4. d. 9. q. 4. col. 2. in l. prim. c. 1. num. 10. & 92. & in c. sacer. do. n. 65. de pe. di. 6.

n In prin. di. Hi. sacer. do. 3.

loquens, Ille mihi confessus est multa, & valde graua peccata, confessionem detegit, vt nos post Paludanum diximus, & etiam ille, qui duarum aut trium personarum confessionibus auditis, de vna illarum sic loquitur, Hic nulum peccatum mortale habuit: quoniam indirectè videtur significare, alios duos mortalia fuisse confessos, sicut diximus alias, b adicientes idem facere illum, qui confessione penitentis audita, statim confuit virum doctum praesentem, à quo quid agendum sit in aliquo casu confessionis querit, & accepto consilio illicò redit, vt eum absoluat.

Nonò inferitur, quòd hoc etiam sigillum infringit sacerdos, qui cum ipse alteri confiteatur, aculat se absoluisse aliquem à peccato timonia, eo modo vt alter sciens, à quo fuisset in confessarium electus, facillè poterat conuicere, quoniam fuisset absolutus, vt c diximus.

Decimo inferitur, quòd grauius errabant quidam confessarij, quos Ostiensis, d narrat, se vidisse ridentes & iocantes, qui sibi inuicem confessiones auditas referebant, dicentes in hunc modum, Quidam miles, vel quædam mulier venit ad me hodie, & illud, aut illud mihi confessus sunt, qui quidem quamuis illorum nomina non exprimerent: per coniecturas tamen facillè fuerat deprehendere. quo in loco etiã reprehendit eos, qui dicunt, Ille confessus est admodum bene. Confessio illius nò mihi satisfacit vt diximus. e

Neque obstat, quòd Concilium Tridentinum fuisse, vt confessarij imponant penitentias publicas iis, qui publicè peccant cum scandalo aliorum manifesto, vt quos ad malum inuicem, eosdem ad bonum incitent: tum quia noluit statuerè, vt confessarij hoc facerent eo modo, quo sciatur eas ab illis fuisse impositas: tum quia non loquitur de confessariis, tum quia illud esset rumpere indirectè sigillum illud, tum quia etiam erat sancitum antea, s vt peccatis publicis imponatur publica penitentia: sed illud vt probauimus, b intelligitur in foro mixto exteriori, in quo possit intelligi hoc dictum Concilij: & non in foro interiori, quòd significat dictum Concilium in tribuendo potestatem episcopis mutandi penitentiam publicam, de qua loquitur: tum quia non est recedendum ab antiquo iure, quando nouum ad id nos non compellit. Itaque credo, confessarij non debere palà facere indirectè, quòd penitens sibi confessus fuit aliquod peccatù publicù scandalosum, imponendo ei penitentia publicà sic, vt credatur ab illo fuisse data: quãquã bene potest imponere ita, vt crederetur, penitente à se illud facere ad edificatione eorù, quos scandalizauit, & etiam possit ei suadere, vt hoc significaret illis, quos scandalizauit, dicens se id facere, quo tenent se ex animo penitere, percipereq; ne quis eius exèplo peccet.

Vndecimò inferitur, quòd contra hoc sigillum etiam facit, qui de concubinaris, vel aliis publicis peccatoribus alleuerat, illos peccata illa publica fuisse sibi confessos. quamuis enim non reuelet peccata, siquidem iam publica erant: tamen ratione visus est reuelare, quia dicit illos talia peccata in confessione explicuisse, vt cõprobauimus. Ille item reuelat confessionem, qui dicit, Ille confessus est mihi: sed ego cum non absolui. constat enim eum, qui huiusmodi verba audierit coniecturum, penitentem confessum esse aliquod peccatum mortale: quoniam Caietanus, cuius argumentis respondimus k oppositum tenent. Præterea secundum omnes ille etiam infringit sigillum, qui dicit, Ego illum non absolui, quia non vult restituere, vel relinquere concubinam, aut alia peccata.

Duodecimò inferitur, quòd non frangit hoc sigillum parochus ille, qui acceptus ac liberam Eucharistiam ministrandù publicis vsuariis, vel aliis similibus peccatoribus, quorum confessionem vel ipse, vel alius audierat cum illis ita se gerit, ac si nihil per confessionem accepisset, & in hunc modum loquitur, Hi homines quãtùm apparet hucusque in peccato publico permanerunt, & permanent, & publico peccatori, quousque etiam publicè confiter, quòd desit esse talis, non debet Eucharistie sacramentum publicè ministrari. Nam istiusmodi verbis nò reuelatur confessio, neque quidquam falsè dicitur sicuti post Paludanum l diximus. m At vero si diceret, Ego non possum, vel non potui illos absoluerè, quia publicam illorum penitentia non video, iam tunc violat sigillù: quòd nos multis rationibus contra Caietanù n contumauimus. Ille autè qui dicit, Ego

A audiui confessione Petri, vel, audiui peccata Petri, vel, Petri à suis peccatis absolui, nò est sigilli violator, tũ quia per hoc nò asserit aliqua mortalia peccata generati vel speciatim sibi fuisse confessos, nec aliqua venialia in specie. tũ quia in summa nihil amplius dicit, quam si dixisset, Confessus est mihi, & ego ipsum absolui, quibus verbis nullus confessionem reuelare videtur vt diximus, a nisi quando aliquis adeo clam est confessus, vt nolit alium scire se tali sacerdoti fuisse confessum, quòd quidem contingit, quando vxor fratris ipsius confessarij contra maritum peccauit, confiteaturq; alteri omnia sua peccata, vt postea reliqua præter illud vnũ, mariti fratri vel cõsanguinei cõfiteatur, qui quidè si nosset, illa alteri fuisse confessos, aliquid mali suspicaretur.

B 12 Decimotertio inferitur, quòd non rumpit sigillum, qui dicit, Eo ad audiendam reconciliatione Petri, qui suis minutissimis peccatis, vt solet, caput mihi obtundet: nam hic solum in genere peccata venialia alterius manifestat. Non est item violator sigilli, qui sine expressione cause denegat alicui suffragium in electione pralati, eo quòd eius peccata per confessionem cognouerit. Neque ille, quòd dicit, Tale peccatum mortale in confessione audiui, dũmodo adeo circumspectè & cautè hoc dixerit, vt nullo modo possit cognosci persona, qua tale peccatum fuerat confessos, secundum Paludanum & communem opinionem b & Adrianum, c quãuis Pano, d oppositum sentiat, cuius argumenta satis apertè & sufficienter, e dissoluimus: sibi tamè, f adiecit, taurus esse talia verba nunquam proferte, nisi propter magnam proximi vtilitatem, & quòd viri grauiissimi rarò ita loqui deberet, & rariùs minus graues, & rariùs leues: quoniam hi facillias, quã illi incidunt in suspicionem criminis de violato sigillo confessionis.

C 13 Decimoquarto inferitur, quòd sacrilega est illa parochorum quorundam consuetudo audiendi simul multos pueros in vnum congregatos, iam rationis vsum habentes sine vlla necessitate, tum quia penitentia sacramento iniuriam faciunt, ipso ad risum & iocum abutentes. g Tum etiam, quia ipsi pueri postea suorum sodalium confessiones aliis pueris manifestant in quo contra multa præcepta delinquitur, quæ in c. omnis, h & in 4. habentur, vt k diximus. 14 Decimoquinto inferitur, quòd confessarius interrogatus, quid egerit circa penitentem, quem non absoluit, respondere debet se suo munere fuisse perfunctus: at verò si diceret, se non absoluisse, iam sigillum perfringit: nam tunc probabilem ingerit suspicionem, aliquod peccatum graue confessum esse penitentem, vel aliquam excommunicationem incurrisse, vel nolle emendari: quantumuis Caietanus hoc defendere contendat vt diximus. l

Decimosexto inferitur, quòd non rumpit sigillum istud confessarius, qui circa peccatum, quòd audiuit in confessione, cõsilio alterius indigens, eo modo postulat illud sibi dari, vt ex eius verbis nullo modo possit intelligi, quis fuerit auctor sceleris. m

E 15 Decimoseptimò inferitur, quòd confessarius, qui vocatus in testem ante iudicem exponit, quòd in confessione acceperat, quia alio modo id ipsum intellexerat, non dicitur sigillum confessionis dissoluerè: dummodo ita prudenter deponat, ac si nunquam quidpiam tale in confessione perciperet, n secundum S. Thomam ab omnibus receptum, vt nos diximus, o Nã si aliquid aliud adderet, ex his quæ nouit in confessione supra id, quòd ante cognouerat, siue rē ipsam, siue rei certitudinē augendo, iã sit sigilli violator, secundum mentē omnium Doctorũ quã Siluester expressit. p

Decimo octauo inferitur, quòd nec ille infringit hoc sigillum, qui ex licentia penitentis liberè & sponte, & ex iusta causa sibi concessa confessionem detegit secundũ S. Thomam, q & multos alios quorum opinionem multis textibus, & rationibus cõprobauimus, r nouam aliam rationem antiquæ definitioni reddentes.

F 16 Decimonono inferitur, quòd in id fecit confessarius, licet nò dicatur confessionis reuelator, ita loquendo, in tali loco (expresso nomine loci, in quo audit cõf. siones) graua crimina perpetratur. Nã simplices scandalizantur, existimantes his, & aliis similibus verbis confessiones reuelari, arque subinde spectè mali præferunt: & ideo ab illis abstinere d. benus sicut diximus, s iuxta illud Apostoli. Ab omni specie mali abstinete vos.

a in dicto ca. sacer. do. nu. 68.

b In 4. l. sent. di. 21. c. In dicto de. 10. d. In c. omni. n. de pe. & remiss. c. In dicto ca. sacer. do. nu. 78. f. Num. 81.

g Arg. l. Mi. ma. c. de epi. aud. & s. h. aut. de iust. epi. & s. i. c. cum decorem. de vita & bon. cleri. i. De pen. & remiss. i. Dist. 21. k In dicto ca. sacer. do. n. 39. l In pra. illega. to c. sacer. do. nu. 93.

m Ca. officij de pe. & remiss. & diximus supra eod. c. illat. n.

n In 4. l. sent. di. 21. q. 3. m. 2. o In di. ca. sacer. do. nu. 61. p Ver. b. cõf. 3. quæst. 5.

q In 4. l. sent. di. 21. q. 4. ar. 2. r Nu. 351. & seqq. s In d. c. sacer. do. n. 54. t. ad Thessa. 5. Relatum in c. cum omni. de vit. & ho. nest. cleri.





17 Vigesimo infertur, quod non est prudentis confessarij iniungere pœnitenti multa ieiunia, & graues alias pœnitentias, quas ille teneatur statim à confessione, vel paulò post eam perficere, quando pœnitentiæ fuerint huiusmodi, vt comodè & secretò fieri non possint, absque eo quod ab aliquibus videantur, qui subinde suspicentur propter grauia aliqua crimina illas fuisse iniunctas à confessario sicut diximus: a quamuis aliqui affirmant, propter grauia peccata graues quoque imponi posse pœnitentias. dummodò ex eo nulla specialis suspicio exoriri possit propter ista, vel alia crimina cõfessa fuisse impositas. ceterum quia confessarius nullo modo, nec in genere, nec in specie potest reuelare aliqua peccata mortalia sibi esse confessã, hoc non esse securum arbitramur, nisi consensus pœnitentis iusta de causa datus id iustificet.

Vigesimoprimum infertur, quod non facit contra sigillum confessarij, qui ex Petri confessione intelligens, Ioannem fuisse illius complicem in delicto, postea Ioannem de illo crimine interrogat: dummodò non exprimat, quod rem à Petro acceperit, secundum Siluestrum, b immo nec in particulari interrogando sigillum aperit, quando Ioannes verisimiliter suspicari non potest illud expressisse Petrum in confessione: quia nimirum peccatum eiusmodi erat, vt circa illud confessarij soleant interrogare. Caueat tamen, ne tunc quidquam de Petro sciscitetur, iuxta Siluestrum. c

18 Vigesimo secundo infertur, quod qui reuelat secretum reuelatum sibi sub sigillo confessionis, vt vulgo fit, sine sacramentali peccatorum suorum confessione, non frangit sigillum confessionis, secundum Innocentium Panormitanum & communem, d quos retulimus, e etiam si genuflectat, & prœuio signo crucis in fronte reuelauit vt diximus, f citantes in hoc Sorum, & Caietanũ, quem ille non citat.

19 Ad illud verò dubium, quid faciet confessarij alicuius mulieris ductus in aliquod desertum à marito eius nobili, vel à tyranno, & interrogante, an sua vxor confessã fuerit ei, se adulteratam esse, intentando ei mortem, si veritatem non dixerit, respõdeo, quod potest absolute dicere, & si opus est, iurare, eã sibi non esse confessã vllũ adulterium, adiiciendo mente, eo modo, quo dicere obligetur.

*In quibus casibus confessio debeat iterari.*

CAP. IX.

- 1 Peccatum rectè confessum semel, nõ est necesse iterum confiteri.
- 2 Absolutio etiam iniusta valet, nisi adsit defectus substantialis.
- 3 Sacramenta collata excommunicato regulariter valent.
- 4 Absolutio à peccatis etiam iniusta excommunicati communiter valet. nu. 5.
- 6 Absolutio carentis iurisdictione non valet. nu. 7.
- 8 Confessio facta excommunicato, suspensio, vel interdicto, quae valet. nu. 9. & 10.
- 11 Confessio facta curato carenti omni titulo inualida.
- 12 Confessio facta nescienti, aut nolenti absolueri, vt cõuenit, nulla.
- 13 Confessio sine proposito vitandi futura, vel non integra nulla.
- 14 Confessio omittentis aliquid cõfiteri iusta de causa valet. n. 15.
- 16 Confessio sine debita cura reminiscendi, quae non valet.
- 17 Confessio non iteranda ob pœnitentiam non impletam, neque, & c. nu. 18.
- 19 Confitens ei, cui male confessus est, vt non tenetur cõfessa cõfiteri.

**I** R C A hoc dicimus primo, conclusionem esse ab omnibus Catholicis receptam, & peccatum semel rite ac legitime confessum non esse necessariò iterum confitendum, attenda sola lege diuina & canonica. Immo neque lex vlla humana sanciri potest, quæ ad id faciendum obliget absque pœnitentis consensu, iuxta veriore sententiam S. Thomæ h & aliorum complurium, scilicet Gersonis, i Paludani k & Iacobi Almani l & Dionysij quæ Ioannes Maior & Iacobus sequuntur, & Adriani m quos sequuti sumus. n

2 Secundo dicimus, quod sicut alia iudicij sententiæ communiter valent, etiam si sint iniustæ, o nisi quando defectus est substantialis, p ita eadẽ omnino ratione absolutio sacerdotis regulariter valet, etiam si fuerit iniusta, quando nihil ex substantialibus deest, secundum mentem omnium. q

3 Tertiò dicimus, quod quamuis peccatum sit excommunicato ministrare sacramenta, si tamen illi conferantur,

**A** vera sunt & valida vt affirmauimus, a siquidem professio facta ab excommunicato valet. b Matrimonium item ab illo contractum. c Sacramenta item Eucharistiæ, Confirmationis, & Ordinis ab eo administrata, vel suscepta valent propter rationes, d adductas.

**4** Quarto dicimus, quod ex præmissis deducitur, primò absolutionem à peccatis, quæ confertur maiore aut minore excommunicatione ligato communiter, valere: quia excommunicatione non inducit defectum substantialem absolutionis à peccatis, quamuis excommunicatus, qui dat & accipit eam scienter, sacrilegium cõmittat, e vt cõtra Angelum, & probauimus. qui quidem incautè pro se adduxit Richardũ h quem constat nobiscum sentire, & consequenter illum ad iterandam confessionem non teneri, vt i probauimus, post Caiet. k & maximè prædicta absolutio valet, quando excommunicatus nesciebat, vel non aduertebat, se esse excommunicatum, siue ignorantia, aut inconsideratio fuerit iusta, siue secus: dummodò quando absoluebatur, neque crederet, neque aduertet, se peccare recipiẽdo absolutionem: vt cum aliquis est excommunicatus, & nesciens id vel non aduertens, se excommunicatum esse, bona fide peccata sua confitetur, & petit absolutionem. sicut solent multi facere, qui ignorant se propter percussorem clerici in minoribus constituti, vel prima tonsura initiati excommunicationem incurrere: aut etiam ignorant, vel non aduertunt sententiam excommunicationis generalẽ esse promulgatam contra eos, qui fructus arborum, vel quid aliud furripuerint: hi etenim quamuis remaneant obligati ad impetrandam absolutionem ab excommunicatione, non tamen tenentur iterare confessionem.

**E** Et si excommunicatio esset iniusta, multò potiori iure valeret absolutio. Quæadmodũ enim, qui excommunicatur excommunicatione inualida, siue nulla, potest iustè absolui, secũdũ oēs, argumẽto c. soler, l & per multa à nobis citata, m sic etiã excommunicatus per excommunicationẽ validã, sed iniustã in foro conscientiæ, & corã Deo potest à suis peccatis absolui. quoniam in illo foro non est excommunicatus vt sentit Richardus n & Adria. expressit, o & ex Felino & aliis ab eodem citatis colligitur. p Non obstat, quod Siluester, q sequutus Palud. tenuit cõtra prædicta, scilicet absolutionem impensam excommunicato non valere, quia in ca. fratres, r admonui tenendũ esse circa hoc in multis cõtra Paludanũ ibi relatũ per multas ratiões efficaces Caietani, quæ in c. fratres, s cõtra Paludan. cito & sequor. Et sic quod Manuale alicuius Episcopatus generaliter habet, confessionem excommunicati maiori excommunicatione reiterandam esse, limitandum est ad casus ibi expressos, & infra insinuos. Neque etiam obstat, collationem beneficij excommunicato factam nihil valere, t quia ius humanũ circa ea, quæ sunt iuris humani sancire potuit: quod non fecit, nec potuit facere circa substantialia sacramentorum, quæ sunt iuris diuini ab ipso Iesu Christo Domino nostro instituta, vt apertius quã vnquam Conc. Tridentinũ v dixit.

**5** Secundo deducitur, inanẽ esse absolutionem concessam illi excommunicato, qui non solum intelligit se esse excommunicatũ: sed etiã nouit esse lethalem culpam recipere, vel procurare sibi dari absolutionẽ à peccatis, antequã ab excommunicatione absolueretur; quoniã huiusmodi defectus est substantialis, non quia absolutio excommunicato impenditur scienti se talem esse: sed potius quia integram confessionem non facit: siquidem non confitetur peccatũ illud, quod perpetrat petendo sibi absolutionem conferri, sciens se peccare petendo & accipiendo eam, & sacerdotem impendendo. Et quamuis integra fuisset confessio, puta si ipse confiteretur illud peccatum, quod in expetenda absolutione cõmittit: tamen adhuc nihil valeret, quia deficit contritio vel attritio debita, quæ confessionem commitari debuisset, vt constat ex supradictis. x

**6** Tertio deducitur, quod absolutio confessarij nõ habentis iurisdictionem ordinariã, vel delegatam nulla est, & debet iterari. quoniam defectus potestatis est essentialis non solum quoad hoc, sed etiam quoad alia omnia, secundum omnes, y & tactum fuit supra, z & est expressum in Cõcilio Tridẽtino. a Nec sufficit ratificatio facta à proprio ordinario confessario, quamuis pœnitens hac fiducia fretus confiteretur, quod id gratum & ratum ille habiturus esset.

a Inc. 3. §. cau. nu. 25. & seq. de pœn. dist. 5.  
b Ca. cum illorum. de sct. excommun. c. Ca. signifi. casti. de eo. qui dux. in mat. d Vbi supra. c Arg. c. si celebra. de cler. excõ. minist. & c. sacris. de his qua. vi met. caus. sunt. f In c. fratres. nu. 40. de pœnit. dist. 5. g In verb. conf. s. 1. §. 4. & verb. conf. s. §. 10. h In 4. l. sent. dist. 28. ar. 9. quest. 4. i In præcato c. fratres nu. 45.

k Verbo absolutionis impedimenta. & verb. confessionis iteratio. & Tom. 1. Opuscul. Opuscul. 5. q. 2. & facit c. Apostolic. de cler. excõ. minist. & c. qua. a. it. Card. conf. 40. & Felin. in c. sicut inu. col. 1. de sim. l De sen. excom. li. 6. m In prælat. c. cum contingat. de recri. n In 4. di. 18. ar. 3. q. 4. o In 4. de confession. qu. 4. col. 10. p In cap. si de testi. cog. q In verb. confessio. 1. qu. 5. r De pœ. di. 5. nu. 50. s De pœ. d. 5. nu. 50. t Cap. postulat. de cler. excõ. ministrã. v Sess. 7. ca. 1.

x In c. 1. num. 37. & seq. y In 4. l. sent. dist. 17. z In c. 4. facit. l. fin. ff. de iur. omni. iud. & capi. 2. de const. lib. 6. a Sess. 14. c. 6. & 7.

a In præcator. c. sacerdos. num. 103.

b Verb. conf. 3. q. 16.

c Dicitur qua. 10.

d In c. omnis. de pœ. & remiss. e In c. sacerdos. nu. 39. de pœnit. dist. 6. f In re. ca. inser. verb. 11. quest. 3.

g In 4. di. 17. h Quolib. 1. a. 12. i In l. 2. su per Marc. k In 4. l. sent. 17. q. 5. l Ibi. m In 4. de sacra. conf. q. 5. n Nu. 30. de pœ. dist. 5. & in c. si. n. 112. & sequ. de pœ. dist. 6. o Cap. 1. 11. q. 3. ca. cum interde re iudi. p Cap. 1. eod. & l. 1. & 108. q. Co. quando pro quo. non est necesse. q In dicto 4. l. se. d. 17. arg. l. illud. ff. ad leg. Aqu. & c. 2. de translat. prælat.



Quoniam nulla ratificatio efficere potest, vt sit sacramentum, quod ab initio non fuit tale, secundum Paludanum.

Nec hoc est contrarium sententiæ Ostiensis b dicentis sufficere ratificationem: non enim dicere voluit, confessionem extraneo confessario factam cum spe futuræ ratificationis à proprio faciendæ, per eam fieri validam: sed quod confessio facta extraneo credèti probabiliter, quod id est gratum de præsentis proprio valet, vt rectè docuit Siluester. c\* Cuius rei exemplum vt diximus aliàs d inuenitur in parochianis duorum parochorum, seu curatorum, qui adeo sunt familiares, & amici, quod vterque illorum tam vult, vt alteri confiteantur ac sibi: nam eo casu confessio & absolutio impensæ parochianis vnus, qui alteri parochi confitentur, absque alia licentiâ valida reputantur, non quidem vi ratificationis futuræ: sed cuiusdam præsentis ratificationis, & licentiæ tacitæ.

\* Cuius rei exemplum. Satis obscure hoc exemplum proponitur: sed illud clarius ab eodem auctore in cap. placuit his verbis explicatur. Sunt duo sacerdotes quorum alter est meus parochus alter verò parochus fati vel fama vel consuetudine notus, & ita est illi affectus, vt tantum vel plus ei placeat saltem tacitè, vt illi alieno confiteatur, quam sibi, ergo si ego tali confessus fuero, tenebit confessio non propter ratificationem futuram, sed præsentem. hæc ibi.

7 Quarto deducitur, quod sicut absolutio confessarij potestate carentis ad absoluendum pœnitentem nihil valet, ita absolutio illius, qui eam habet ad absoluendum de aliquibus peccatis, & non de aliis, eo quod alia sunt referuata, alia verò non, vel ob aliam rationem, valet quo ad illa, quo ad quæ non est defectus potestatis, qui est substantialis, quoad alia verò, quoad quæ est talis defectus, minimè. Quamobrem pœnitens, cum id ei confiteri, non tenebitur omnia peccata iterum confiteri: sed solum illa, à quibus eum confessarius non valuit absoluere, secundum omnes. e

8 Quinto deducitur, quod confessio eius, qui confitetur excommunicato, suspensio, vel interdicto, publiceque denunciato, & declarato nihil valet, & est iteranda: quoniam eiusmodi excommunicatus non habet potestatem sufficientem ad sententiam validam proferendam, sed quod item est asserendum de illo, qui ita publicè manus violentas in clericum iniecit, vt nulla possit tergiversatione celari, etià si denunciatus non fuerit, vt patet ex fine extrauag. ad euitanda scandala. Martini V. cuius verum tenorem transcribimus infra, & decerptum ex statutis Ecclesiæ Gallicanæ. quæ S. Antoninus h & aliquot alij non fuerunt assequuti, quæque innouata fuit per Cõcilium Lateranense sub Leone X. i Quamuis manus dubium sit de illo, qui est notoriè suspensus, vel interdictus, vel excommunicatus propter alia causam, quam propter notoriam clerici percussorem: sed idè omnino iudicandum esse de illo, sicut de notoriè excommunicato propter clerici percussorem, iam, k multis fundamentis, & contrariorum argumentorum aptis solutionibus asseruimus: quamuis contrarium passim feruari audiamus in Germania, & Gallia, & aliquot aliis Regnis, vbi Catholici non vitant eos, qui notoriè sunt hæretici, ac consequenter excommunicati, l & consuetudo dicitur optima legum interpretes, m quæ consuetudo quoniam scitur, & toleratur à summis Pontificibus, qui eam nequeunt de facto extirpare, satis potest dici excusare catholicos ea vtentes. quod etiam tangitur infra, n & post illa latius resoluimus alibi, o quod hæretico notorio, si non est denunciatus excommunicatus, licitè communicatur, & ita recedimus à purificatione denunciati, & notoriè excommunicati, suspensio, vel interdicti, quam hic antea facimus per illa multa, quibus idem fecimus alibi. p

9 Sexto deducitur, quod valida est confessio, & absolutio illi pœnitenti concessa, qui præ ignorantia confessus est sacerdoti, vinculo excommunicationis, vel interdicti, vel suspensionis irritato: qui quidè non est publicè denunciatus, sed solum est excommunicatus, vel suspensus per sententiâ à iure, vel ab homine, vel statuto latâ vt patet, q quoniam censura occultæ in præterito tempore, & etiam aliæ in præsentis, nisi fuerint in publico denunciata, non impediunt valorem actus, qui ratione publici officij exercetur. r

10 Est tamen dubium, an idem sit dicendum de confessione facta alicui excommunicato, qui quamuis nõ sit notoriè talis, neque denunciatus vt talis, tamen hoc ipse pœnitens non ignorat. Et quamuis aliqui partem negatiuam

A amplecterentur, quia Calderinus affirmat, \* receptus per Panor. & communè, & alios quos Felinus b refert, omnes actus ab excommunicato, etià occulto, ratione publici officij exercitos in fauore illius, qui eiusdè excommunicati operam exposcit, esse manes, & nullius effectus: verum tamen opposita est tenenda sententia. quoniam licet opinio Calderini eius a tate ante diciam extrauagantem Martini V. tamquam vera defenderetur, erat enim talis: post tamen amplius non est tenenda, vt c diximus, ante quã legeremus Felinum, d qui & si subdubians tenet illam definitionem non habere locum post illius extrauagantis editionem: quoniam fundabatur in eo, quod qui nouit aliquè ministrum publicum esse excommunicatum, peccat participando cū eo: & post illam extrauagantem non peccat, nisi denunciatus, vel sit notoriè excommunicatus, quamuis excommunicatio sit specialis, sicut nos post Cosinam, e defendimus. f

B Verum tamen est, q si confitens peccaret mortaliter inducendo hunc confessarium excommunicatum ad audiendam suam confessionem, sciens illū tali vinculo detineri, & se non posse illi confiteri absque reatu lethalis culpæ, idque aduertens tale peccatū non confiteretur, huiusmodi confessio & absolutio nullius essent momenti. non eo q confessio fieret excommunicato, vel quia absolutio impenderetur à tali: sed quia confessio nõ esset integra, quippe quod in ea non exprimeretur peccatum in confitendo ei, & ab eo sacramentalem absolutionem accipiendo admissum. Vnde inferitur, idè omnino dicendū esse de illo, qui confitetur sacerdoti mortali peccato irritato etiã non excommunicato, quado ob id, q illum ad se audiendum & absoluendum inducit, peccat mortaliter, & aduertens se in hoc peccare, illud tamen peccatū non confitetur. Huiusmodi autem inductio, siue persuasio tunc est peccatū mortale, quado absque vlla necessitate, vel debito, quo alius teneretur, illum induxit ad faciendū sacrum, vel ministrandum aliquod sacramentum, quæ scit mortali crimine infectū. quia non solum peccant qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, &c. g

C

11 Septimo deducitur, q confessio facta parochi, qui nullū titulū bonum aut malū habuit à superiori, & absolutio ab eodè impensâ nil valent: & ideo sunt reiterandæ, secundū Panor. h & summâ Rosellâ i & Siluesterū, k & Caietanū, l propter potestatis defectum, qui est essentialis. Nõ diximus frustra, titulū bonū, aut malū: quoniam absolutio data ab eo, qui titulū habet, licet malum à superiori, & virtute eius possessione accepit, non est irrita secundū Innoc. m quæ Panor. & cõmunis ibi sequuntur, & idè dico de absolutione data ab eo, qui aliqua de causa bonū titulū, quo fruebatur, amisit: dummodo amissio illa nõ esset notoria. \* Cui quidè casui quadra e potest quoddâ dictum Gregorij IX. n adiuncta glossa o secundū Panor. p Immo & ille, qui nullū titulū, neq; bonum, neq; malū habuit: vel illi, qui notoriè amisit eū, quadiu in sua bona fide perseverat, saluabitur. Si tamen postea eam amiserit, confessio iteranda erit, secundum Panormitanum. q

D

\* Cui quidem casui quadrare potest. Dictum Gregorij noui quod hic citatur ex cap. dudum 2. de electione est huiusmodi. In sua quoque salutis & multa: qm animarum dependium prædictas parochiales Ecclesias detinebat, cum earum cura, qua iã priuatus fuerat ipso iure ad eum non pertineret, & sic per ipsum eadem animæ damnabiliter sunt deceptæ.

E

12 Octauo deducitur, q confessio facta sacerdoti, qui vel nesciuit, vel noluit vti circa absolutionem forma eius substantiali ad id necessaria. nihil prorsus valet: quoniam habet defectū essentialè, r quauis crediderim, rarò aut nõ quã hac sola de causâ confessione manè fieri. quoniam fere omnes nouerunt formâ substantiale absoluendi, de qua cū suis antecedentibus & cõsequentibus postea summatim s ageamus, & expressimus copiosius, t & cõmuniter loquendo nemini deest intentio & animus absoluendi. Illud etiam addiderim, duobus modis posse prudentem confessarium dignoscere, quando pœnitentis confessio, ob id quod imperito confessario facta fuerit, debeat iterari, videlicet, quando ipsum ipsiusque omnimodam ignorantiam nouit, & quando ex discursu confessionis sibi factæ, id colligit, eo quod in rebus grauib; quas minimè ignorare debuisset, nullam remorsum conscientia, aut scrupulum iniecit ipsi pœnitenti. Veluti si

a In dicto ca. ad probandū, de re iudic. b ibi col. pen.

c In c. dilectus 2. de prob. d In dicto ca. ad probandū. e In gloss. ff. de tutoriū Escl. Gallica. tit. de excõic. non vican. verb. generaliter. f In §. laborer. nu. 25. de pœ. dist. 6.

g Ad Rom. 1. h In ca. not. am 2. quæst. 1. i In ca. nihil. de elec. col. 6. k In c. dudū. 3. eo. tit. l Verb. conf. 1. §. 41. m Eod. q. 19. vers. ex his concluditur. n Verb. absoluitiois impedimenta. vers. & propterea. o Ver. conf. iteratio. vers. memento tamen. p In dicto ca. dudū 2. arg. c. nonne. 8. q. 4.

q In dicto ca. dudū 2. arg. c. nonne. 8. q. 4. r In dicto ca. dudū 2. supra dictos. t Arg. c. de homine. de cele. mis.

s In §. ca. 26. t In princ. c. 1. de pœ. d. 6. à n. 7. & seqq.

a In 4. li sent. di. 17. q. 3. b In summa de pœn. c. & remiss. §. cui confitendum. nu. 14. vers. oct. 2. no. c In ver. conf. 1. §. 4. vers. octauo si accedat. d In c. placu. de pœ. d. 6. n. 105. e In 4. li sent. dist. 17. f Ca. ad probandū. de re iud. di. 17. q. 3. vers. de dolo & contu. g Ca. 27. nu. 35. h primis in cap. 1. §. labor. nu. 10. de pœ. di. 6. h. pa. 1. §. ca. 10. §. 1. ver. sextum. i Felinus c. Rodolphus. de resc. i Vi infra dicitur. k In dicto §. laborer. à nu. 14. l Ca. excõnicamus. de hare. & per bullam Cæna. Domini, qua quotannis in urbe fertur. m Capi. cum dilectus de cõsue. c. l. mini me. ff. de leg. 2. ca. 27. nu. 35. n In Miscell. de orat. misc. 47. o In practico §. laborer. q Ex dict extrau. Martini V. r Ca. ad probandū. de re iud. vbi Pan. & Felinus cõsue. solunt. Facit l. Barbarius. ff. de of. prat. 1. 3. q. 7. c. §. verum.





simplicem fornicationem, vel omissionem sacrae communionis in Paschate, vel semel in anno, esse peccata mortalia diiudicare non nouit, ex supradictis.<sup>a</sup>

13 Nonno, ut attingamus defectus, qui ex parte contritionis contingunt, deducitur, quod confessio sine proposito vitandi peccata mortalia in posterum, quamuis secum gerat quale quale desiderium vitandi, nihil valet, & iteranda est: qualis est confessio illius, quem poenitet alienum vsurpasse, & non habet restituendi animum: qualis item est confessio eius, qui dolet se fornicatum fuisse, sed non statuit relinquere concubinam, nam poenitens, qui non confitetur propositum non vitandi illud, quo mortaliter offendit, non integre confitetur, & si illud simul cum aliis peccatis confiteatur, se ipsum inhabilem & incapacem absolutionis efficit.<sup>b</sup> At vero si de peccatis praeteritis dolet, proponitque futura vitare, quamuis non adeo doleat, neque ita perfecte illa vitare proponat, ut perueniat ad sufficientem contritionem, neque ad eam attritionem, quae adiuncta sacramento in contritionem transeat, non tamen tenebitur iterare confessionem, ut in cap. fratres, c probauimus. Nam alioqui nemo sciret se recte fuisse confessum, siquidem nulli constare potest, an sit in statu gratiae, iuxta illud, d Nemo scit, an sit odio, vel amore dignus, e & ex consequenti nemo scit, an fuerit contritus: nam si hoc scire posset, posset etiam illud, f & quia confessio iterari non debet eo solo, quod sit informis, qualis est illa per quam gratia & caritas non obtinentur, secundum S. Thomam, g & late tradit alter Thomas h quamuis Gratianus, i cum suo magno interprete, k & aliis auctoribus oppositam sententiam tueantur. Sed, quod praediximus, haud dubie tenendum est ut tradidimus.<sup>l</sup>

14 Decimo deducitur, quod quoad effectum ex parte confessionis nihil valet confessio, quae non est integra, eo quod poenitens prudens & sciens praepudore, aut hypocrisis, vel alia iniusta causa omiserit confiteri aliquod peccatum mortale, vel quod probabiliter ipse dubitabat, an esset tale, vel aliquam circumstantiam necessario confitendam, vel etiam eo quod data opera & studiosè confessus est lethalem culpam alicui sacerdoti, a quo non bene intelligebatur: vel confessio non fuit aperta & clara ob verba obscura: vel quia confessarius dormitabat, vel quia confessionem diuisit, dum vni sacerdoti partem vniam peccatorum suorum, alteri vero partem alteram confitetur: cum omnia peccata siue cordis, siue linguae, siue operis, siue occulta, siue manifesta, vni eidemque sacerdoti dicenda & confitenda sint: quamuis ille non possit ab omnibus absovere: & propterea necessarium sit ad superiorem recurrere, secundum S. Thomam, m quem Scotus, & communis sequitur, & est textus in iure n & in Concil. Florent. o

15 Vndecimo, quod non tenetur poenitens iterare confessionem, in qua aliquid ex his omiserit confiteri propter aliquam causam, quae iusta sit, qualis est verisimiliter credere, quod confessio peccati ipsum confessarium ad peccandum alliceret, vel induceret in notitiam alicuius peccati & peccantis, quorum notitiam ipse habuit per confessionem propter illa, quae supra p diximus. Neque etiam tenebitur confessionem iterare, si omittit aliquid confiteri, nesciens illud esse lethale. Nam quamuis ignorantia legis diuinae aliquando non excuset a peccato, excusat tamen, ne peccet id non confitendo, sicut post Ioannem Gersonum, Adrianum, & Siluestrum definiuimus q nouam huius rationem afferentes. Et consequenter pueri vel puellae, qui grandiores facti nouè agnoscunt esse peccatum mortale, quod aliàs omiserunt confiteri, ignorantibus illud esse tale, non tenentur iterare confessionem eorum, quae confessi fuerunt, ut etiam tenet Syluester.<sup>r</sup>

16 Duodecimo deducitur, quod qui confessus est non adhibita debita diligentia, qua peccata commissa in memoriam reuocaret, & ob id aliquod peccatum omisit, debet confessionem repetere: quoniam patitur defectum essentialem ex parte confessionis, siquidem culpa sua non extitit integra. Quanta vero debeat esse huiusmodi diligentia nos s radicitus pertractauimus, vbi in summa diximus, tantam debere esse ac sufficere, quanta viro prudenti & aestimatori humano videbitur necessaria hominibus eiusdem qualitatis & conditionis, cuius est poenitens ille,

A attenta saltem ipsius voluntate, qua cupit interrogari a confessario, & de interrogatis respondere, quae sicut a diximus, magnam partem diligentiae requisitae supplet. Confessarius autem, qui defectum notabilem circa hanc debitam diligentiam agnoscit in poenitente, debet illi imperare, ut eam adhibeat, & postea redeat: nisi articulus mortis, vel belli, vel scandali, vel alia similis causa peruaferit contrarium, ut etiam ait Adrianus.<sup>b</sup>

B 17 Decimotertio deducitur, confessionem quoad defectum ex parte satisfactionis non esse necessario iterandam, ob id quod poenitens poenitentiam sibi iniunctam adimpleuerit extra statum gratiae: immo neque ob id, quod eam nullatenus impleuerit, neque in bono, neque in malo statu, siue id per obliuionem, siue per negligentiam, vel contemptum contigerit, ut c absque scrupulo asseuerauimus post S. Thomam qui hoc sentit, d de quo nihil dubitat Caietanus e neque Ioannes Maior, f neque etiam Paludanus g opusculum dicit, si satis eius verba expendantur: quamuis aliquam errandi ansam B. Antonino praebuerit, qui Angelus, & Siluestrum labi fecit. Cumque id saepe consulissemus, & affirmarem numquam Paludanum id tenuisse, valde gratum fuit postea vidisse Adrianum h de conclusione nostra, & de mente Paludani idem quod nos sensisse: quae quidem sententia proculdubio tenenda est, quidquid aliquot confessionalia contineant, nisi quando poenitenti ante absolutionem iniungitur poenitentia: & ille cum imponitur ipsi contemnit, aut iustam curam non adhibet, quo postea iniunctae poenitentiae recorderetur, ut eam possit adimplere: quod optime tetigit Caietanus, i tunc enim nihil valeret, etiam si postea eam iniunctam exqueretur, non quia illam non adimplet, sed quia quando illa iniungebatur, peccauit, & de illo peccato non se accusauit: atque ideo non fuit integra confessio.

C 18 Decimoquarto deducitur, quod confessio illius, qui credit, se non habere tantam virtutem, qua de cetero a peccatis abstineat, valida est, immo etiam si credat se ante mortem peccaturum mortaliter: quoniam hic defectus non est essentialis, neque accidentarius, ut supra k post Innocentium communiter receptum, l affirmamus. Non valeret tamen confessio illius, qui crederet se non posse a Deo iustificari auxilium ad non peccandum mortaliter impetrare. Siquidem hic non solum non doleret de omnibus peccatis praeteritis: verum etiam peccatum infidelitatis committeret, non credens, Deum cuiusque facienti, quod in se est, gratiam concedere, ut recte dixit Adrianus m.

D 19 Decimoquinto deducitur, quod quando poenitens propter iterandam confessionem adit eundem sacerdotem, qui meminit peccatorum, vel saltem poenitentiae, quam iniunxerat, non tenetur iterum confiteri in particulari peccata iam semel confessi: sed satis erit illi dicere in genere in hunc modum. De omnibus peccatis, quae tibi pater alias fui confessus, dico Deo meam culpam, & tibi, &c. & deinde declarare peccatum, quod scienter omisit, cum simulatione, fictione, & mala intentione, qua id fecit. Si vero eidem sacerdoti non confitetur, vel confessarius neque peccatorum, neque poenitentiae, quam ratione eorum iniunxerat, recorderetur, debet tunc poenitens repetere confessionem, perinde ac si antea non fuisset confessus, iuxta opinionem communem S. Antonini, n & Siluestri o qui alios citant.

E Diximus Neque recorderetur poenitentia: nam si memoriam illius haberet, satis esset, immo etiam meo iudicio, si recorderetur status, quem habebat poenitens, saltem in confuso, quo casu opinio Medine p obseruari posset, qui quidem aliorum vestigiis adhærens absolute tenet, praedictam memoriam necessariam non esse. At vero quando nihil ex hisce tribus concurreret, esset confessio noua, & subinde oporteret eam esse integram.

F De modo, quo confessarius erga poenitentem se gerere debet.

CAP. X.

- 1 Confessarius sic recipiat poenitentem, Et hac interroget. 2.
- 3 Confessor quae dicet in principio, medio, & fine.
- 4 Confessor quid monebit confessum non satis contritum.
- 5 Poenitens quomodo confessionem inchoabit.
- 6 Confessor non ostendat pauorem, nec sinat nominare coplices. 6.

a In c. s. nu. 2.

b Arg. s. peccati vniuersa. de reg. iur. lib. 6. c. legatur. 24. q. 2. c. ca. illud. 95. dist. 6. cap. per Esaiam. 1. q. 1. c. Nume. 33. de poenit. di. s. d. Eccles. 9. c. Capi. fin. de purg. can. f. Ar. ca. dixi. ca. magna. de poe. dist. 1. g. In 4. di. 17. qua. 3. art. 4. h. Quaest. 5. in materia confes. i. In capis. fin. de poenit. d. 3. k. In gl. si. eiusdem c. si. l. In d. c. fratres. nu. 30.

m In 4. li. sent. dist. 17. q. 3. a. 4. n. In capi. omnia de poenit. c. remiss. c. In c. 1. §. casus. de poenit. dist. 5. o. In decr. Eugen. §. quarto. p. In c. 8. n. 6.

q. In c. fratres. de poe. d. 5. n. 82.

r. Verb. confes. 1. qu. 3. versic. qui ex nescientia.

s. In di. c. fratres. nu. 60. c. seq.

a Ibidem nu. 80.

b In 4. de sacramen. cose.

c In ca. contr. nu. 20. c. se. de poenit. di. s. d. Quolib. 1. art. 12. c. In sum. ve. confessio. iteratio. vers. ex satisfactionis autem. f. In 4. l. sent. dist. 17. q. 6. g. In ead. dist. 17. quaest. 5. h. In 4. de cof. col. penult. in fine. i. Vbi supra.

k In c. 1. n. 9. l. in c. omnia. de poen. c. remiss.

m In 4. de sacramen. conf. q. 4. col. poen.

n 3. p. tit. 14. capi. 19. §. 4. o. Verb. conf. 1. q. 3. versic. si tamen confiteretur. p. In Cod. de conf. fol. 75.



7 Confessor penitentem volentem palliare peccata quid mouebit.

8 Confessor interrogando penitentem vnde incipit:

**C**IRCA hoc dicimus primò, quòd confessorius rogatus audire confessionem, primùm (salte de consilio) quatenus vacauerit, debet mentem suam ad Deum eleuare, & formaliter vel virtualiter, saltem corde, dicere illud Dauidis <sup>a</sup> Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis: id est, infunde mihi mentem puram, & intentionem rectam, vt ad hoc tam sanctum negotium non me moueat saltem principaliter, cupiditas gloria, vel lucri, aut voluptatis, vel studium placendi hominibus, aut res nouas discendi: & pro tua infinita bonitate fac, vt vterque nostrum, ego quidem audiendo, hic verò dicendo tuæ Maiestati placeamus, Amen.

Secundò debet penitentem suscipiendo, exhibere se talem, qualem eum esse debere significant illi versus, quos retulimus <sup>b</sup> relatos à S. Thoma. <sup>c</sup>

*Confessor dulcis, affabilis, atque suavis.  
Prudens, discretus, mitis, pius, atque benignus.*

Ipsūque animare ad sua vulnera detegenda, & ad spem de ipsorum vulnerum sanitate concipiendam.

Tertiò debet inducere penitentem, si nouit, ad faciendum actus exteriores confessioni conuenientes, qui sunt genua flectere, signo crucis se pramunire, &c. & si ignorat, eum eos doceat, admonendo ipsū, vt intelligat se potius, Deo, quàm homini confiteri: ideoque cum maxima reuerentia id facere debere: iubeatque ei vtrumque genu in terram deflectere, & faciem ad vnum latus inclinare. Quod si eum non satis agnouit, de eius statu & conditione interroget, vt quod expediat possit illum rectius interrogare. Si autem ipsū satis nouit, ab his superseedat vt diximus. <sup>d</sup>

2 Quarto interroget eum, an aliquo detineatur impedimento, ob quod non debeat eum absolueri: quale est habere concubinam, quam nolit domo eiecerit: quale est esse vsurarium, & nolit desistere: quale odium capitale contra aliquem conceptum, quod nolit ab animo expellere: ne postea de illo queratur dicendo, Voluisti primum mea audire peccata, & postea mihi absolutionem denegas? Eodem item modo se gerat erga Ecclesiasticum multis incompatibilibus beneficiis sine iusta dispensatione oneratum: ipsūque admoneat, vt ante omnia sibi consulat, quo pacto habeat securam conscientiam, & deinde eius audiet confessionem. <sup>e</sup> Quod quidem consilium licet hucusque nobis placuerit, nunc tamen valde damnosum videtur. Tum quia hoc est pertrahere penitentem ad suos defectus manifestandos extra confessionem: tum quia fieri potest, vt postquam fuerit confessus, pariterque admonitus à confessorio nouum annum induat ex eundi à peccato, in quo prius residere destinabat. Non est etiam necessarium interrogare, an sit excommunicatus in hunc finem, vt confessorius vitet excommunicationem minorem, quam incurrunt, qui excommunicato communicant: quia non incurrunt illam communicando in his, qua ad eius animam salutem conducunt, & talis autem est confessorij cum penitente colloquio, & communicatio circa peccatorum confessionem. Neque Clement. 1. <sup>f</sup> neque Innocentius post quem facta fuit illa, citatus malè à summa Rosella <sup>h</sup> aliud senserunt: quoniam satis est, vt absoluta iam confessione prius penitens ab excommunicatione, quàm à peccatis absolueretur vt dictum est <sup>i</sup>

3 Quinto, consideret attentè à principio vsque ad medium, & à medio vsque ad finem confessionis, an propter aliquam causam ex supra dictis <sup>k</sup> teneatur penitens iterare confessionem, vel confessiones alias precedentes: & si inuenerit ipsū teneri ad eas repetendas, & id penitens non aduerterat, debet ipsū admonere, vt iterum conscientiam examinet, si per tempus licuerit, maximè si multorum retrò annorum confessiones repetere debeat. Si autem nulla adsit causa iterandi confessionem, roget, an debitam adhibueris diligentiam ad recolenda sua peccata, per quam excusatur à confessione obliuorum: quo casu satisfacit confitendo ea, qua occurrerint, cum proposito confitendi alia, cum ea in memoriam venerint. Utique

A fuerit accusare se ad cautelam de negligentia, si, & quatenus eam admiserit.

4 Sextò prudenter etiam consideret, an penitens debitam contritionem gerat: caueat tamen ne ipse in tentationibus damnosus & superuacaneas coniciat vt dictū est, <sup>a</sup> & si videtur ei non habere sufficientem contritionem, cohortetur eum ad maiorem concipiendam illis considerationibus supra tactis, <sup>b</sup> qua sunt priuatio, gratia, mors animæ, amissio felicitatis æternæ, recessus à patrocinio diuino, & accessus ad subiectionem diaboli. Deinde inducat illum ad Dei amorem, propter quem dolorem & detestationem de peccatis præteritis, & propositum firmum cauendi sibi in futurum concipere debet. Quòd si adhuc his omnibus ad dolorem non sufficienter eum moueri consideret, interroget, an doleat, quod non doleat tantum, quantum deberet, & an velle huiusmodi dolorem sufficientem concipere. Quòd si annuat, satis erit per supra dicta. <sup>c</sup> At verò si eius dolor non eo vsque perueniat, vel quia non proponit in posterum se à peccatis abstinere, licet id quadamtenus desideret, vel nolit restituere, vel concubinam relinquere, vel odium à se repellere, vel dicit, se non posse, vel nolle castè viuere, vel officio, quod sine peccato mortali exercere non potest, renuaciare, vel alia huiusmodi, nullo modo eum debet absolueri. <sup>d</sup> Poterit tamè sacerdos aliquam iniungere penitentiam, <sup>e</sup> eum tamen admonendo, non remanere absolutum, neque satisfacille Ecclesie præcepto de confessione semel in anno ad minus peragenda, quod quid dicit Siluester, vt scribit Adrianus <sup>f</sup> & late probat Medina. <sup>h</sup> Nihil enim val. t. talis confessio: tum propter essentialium defectum ex parte contritionis, vt supra dictum est, tum quia concilium generale Romanum <sup>k</sup> & Florentinum <sup>l</sup> aperte appositam sententiam expresserunt. Præterea debet ipsū admonere, vt quotcūque bona opera possit facere, non omittat, quo Deus eum eius illuminare, & emolire ad agenda penitentiam dignetur, <sup>m</sup> sed non debet illi absolutionem impendere, etiam si eam importunè satagat extorquere, aliquod scandalum, aut def. cationem præ se ferens. Quoniam absque dubio sacrilegij peccatum committeret absoluens: neque talis scandalum aliquam rationem habere debet: quoniam ipse sibi illud accipere nemine ei dante, ideoque scandalum Pharisaicum est, & subinde negligendum. <sup>n</sup> iuxta S. Thomam <sup>o</sup> & omnes alios. <sup>p</sup> An verò qui tacet aliquod peccatum in confessione, incurrat excommunicationem synodaliū constitutionum, inferius <sup>q</sup> dicitur.

B

C

D

E

F

P

a In c. 1. n. 17.

b In eod. ca. 1. nu. 29.

c In d. c. 1. nu. 18.

d Per e. qu. d. quid. de p. n. & rem. c. iuxta idem capit.

e Verb. confes. 10. 4. q. 2. 2. c. r. ju. & hoc quid dem.

f g. 5. de confes. qua. 4. §. sed quid sit crast. sa ignorantia. h In Cale. con. fess. sine pen. c. 1. c. p. r. c. den. nu. 12.

g In c. omnis. c. 1. de p. n. c. 1. In decretis Eug. 1. 1. 1. In iuxta d. d. c. q. 2. d. 1. c. 1. de p. n. d. 1.

h Argum. Mat. 1. 1. 1. 02. 2. q. 43. a. 7. ad 2. c. In 30. q. 42. a. 2. in cor. q. c. eundem in 4. lib. senten. d. 38. q. 2. a. 3. q. 2. ad 1. p. Diela d. 38. q. In c. 27. nu. 269.

i Argum. c. 1. §. cautus. §. diligens. c. §. quibus. de p. n. dist. 6. s. In c. 7. nu. 2.

a Psal. 50.

b In c. 1. §. qui bus cognitio. nu. 1. de p. n. dist. 6. c. In 4. li. senten. dist. 17. in expos. text. in fine.

d In c. confide. ret. in princ. nu. 60. de p. n. dist. 3. arg. l. 1. ff. de acti. p. r. c. eum qui. de reg. iu. lib. 6.

e Caiet. in sū. verb. interro. ga. c. 5. §. cito secundo vers. secunda si est ipedit. ar. c. nihil. de p. r. c. 2. de oper. nou. nū. ciat.

f Ca. cum vo. lunase. de se. ten. excom. §. De priu. h. Verb. confes. 1. §. 10.

g In c. p. r. c. d. nu. 4.

h In c. p. r. c. d. nu. 4.

amplius



a In d. 5. diligenti. num. 6.

amplius interrogare ut diximus. At qui, si maluerit de illis interrogari, quam solus eadem referre, dummodò propositum habeat ad omnia mortalia crimina referendum (etiam si de illis non interrogaretur) non esset ea de causa condemnandus, sed potius adiuvandus. Si tamen deliberaret aliquod mortale non confiteri, nisi de illo confessarius interrogaret, peccaret mortaliter, & tunc confessarius, si forsan hoc intelligeret, ad detestandum hoc peccatum ipsum instigare deberet.

7 Octavo, si confessarius viderit penitentem peccata sua occultare velie, vel probabiliter credit ea obliuisci, vel putare non esse peccata mortalia, debet cautè & prudenter illum pertrahere ad dicendum ea, ipsumque docete illa esse lethifera, persuadendo ut ea, de quibus dubitat, an commiserit nec ne, confiteatur tanquam dubia, & non tanquam certa, & indubitanter commissa referantur, neque etiam tanquam non admittà relinquatur: & denique talem se ore & lingua manifestet exterius, qualem se in corde agnoscit interius, in hunc modum seipsum incusans, Videor mihi in hoc, vel illud peccatum consensisse, atqui non sum omnino certus. Id quod etiam facere debet, si dubitat circa aliquod peccatum, an sit mortale vel veniale. Ceterum si ambo dubitauerint, tunc penitens sub conditione, peccatum in hunc modum detestetur, Si hoc mortale, me penitet de illo tanquam & mortali. Similiter si de aliquo acta dubitaret, an bonus esset aut malus, sub eadem conditione ipsum detestetur, scilicet: Si & quatenus est malus: quoniam si bonus est, nullo pacto eam detestari debet. Si verò recordatur se lethale crimen admisisse, non tamen occurrit in specie, quod fuerit, tunc fateatur se deliquisse mortaliter, etiam si de eo in specie memoriam non habet.

8 Nono, postquam penitens explicauit quidquid circa sua peccata dicendum recordatur, si sacerdoti vitum fuerit, illum non absolute & perfecte illa manifestasse, ut non raro contingit, debet tunc sacerdos ipsum interrogare circa id quod sibi necessarium videbitur à decem præceptis Decalogi initium faciendo.

Circa quod raro, ut patet, mortaliter peccat confessarius, nisi cum principaliter acceptat officium audiendi confessiones ob lucrum, fauorem, curiositatem, vel carnalem voluptatem. Dixi, Principaliter: quia qui minus principaliter tria prædicta horum quæreret, non peccaret, etiam si non acceptaret illud officium, nisi aliquod eorum respiceret tanquam causam, sine qua id non faceret.

De primo præcepto Decalogi, nempe de colendo Deo, & aliis duobus præceptis, scilicet de diligendo Deum, & credendo in eum.

C A P. XI.

- 1 Symbolum Apostolorum est, summa Christianis credendorum.
- 1 Oratio Dominica continet summam à Deo petendorum.
- 2 Decalogus etiam nunc durat, & est speculum baptizatis.
- 3 Decalogus continet summam eorum, qua agere & vitare tenemur.
- 4 Præcepti transgressio omnis mortalis, nisi, &c.
- 4 Præceptorum multorum transgressio quæ vnicum peccatum.
- 5 Præceptum de diligendo Deum super omnia, & proximum sicut seipsum, cur non sint de decem Decalogi.

**I**RCA hoc dicimus primò cum S. Thoma & Concilio Colonienfi quòd quemadmodum summa omnium, quæ quilibet Christianus tenetur credere in symbolo Apostolorum comprehenditur, & in oratione Dominica omnium, quæ à Deo petenda sunt: ita in Decalogo, quem Deus per manus magni illius serui sui Moysis electæ plebi suæ tradidit, & summa omnium, quæ faciendæ sunt, exprimitur. Noluerunt tamen hi Patres innuere nihil, quod non contineatur in symbolo, esse necessariò credendum: neque quidquam, quod non comprehendatur in Decalogo, esse faciendum: siquidem omnes tenemur cre-

dere mysterium sanctissimæ Eucharistiæ, quod tamen non continetur in symbolo. Omnes item obligamur Deum diligere super omne aliud, quod tamen in Decalogo non habetur ut dicitur infra.

2 Secundo dicimus, quod Decalogus, siue Decem præcepta legis antiquæ adhuc in noua & Euagelica peruehant: quoniam licet vetus illa lex quantum ad ceremonialia & iudicialia, expitauerit, non tamen quoad moralia, quæ pertinent ad legem naturæ, cuiusmodi sunt decem præcepta, excepto tertio, quantum ad Sabbathi obseruationem secundum Gratianum & S. Thomam, & omnes alios.

3 Tertio dicimus, quòd hæc decem præcepta, ut rectè dicitur in dicto Colonienfi Concilio, sunt veluti quoddam speculum, quod traditur baptizato, ut intueatur, quantum per fidem acceptam vitam suam renouauerit, & ordinauerit: vel quantum à via illa declinauerit, per quam Spiritus sanctus in baptismo acceptus ipsum deducebat: & qua in te, vel quantum candidam illam vestem, quam ibi induerat, transgrediendo, quod ibi promiserat, maculauerit: & ut postquam maculas & vulnera probè conspexerit, de illis doleat, & cum integra fiducia redeat ad medicum, qui nullum argorum (etiam in eundem morbum sæpissimè relapsum) a se repellit, & reicit.

4 Quarto dicimus, quòd quid est contra aliquod ex decem præceptis, regulariter est mortale, nisi vna ex tribus causis ipsum excusauerit. Prima est defectus deliberationis, ut contingit in accidia, siue tadio circa spiritualia, subitò nos surripiente. Secunda est paruitas, siue exiguitas rei in his, quæ sunt contra ipsa præcepta: cuiusmodi est paruus & exiguum furtum, iuxta S. Thomam, & nos latius tradidimus, post S. Antoninum, & ut colligitur ex quadam Augustini sententia à Gratiano relata, ibi: *Ebrietas si assidua sit, & ibi: Si plus proximum exasperaueris.* Tertia est defectus iudicij sufficientis, qui contingit in semidormientibus, aut semiebriis, vel adeo perturbatis, quòd quamuis tale iudicium ad peccatum veniale sufficiat, tamen ad completam rationem mortalis non sufficit, iuxta Ioannem Maiorem.

\* Ex quadam Augustini sententia. Hæc Augustini sententia sumpta est ex sermone 4. de animabus detinctorum, quæ est 41. de Sanctis. Priorem autem sententiam integram sic apud Augustinum legimus. Et quamuis Apostolus capitalia plura commemorauerit, nos tamen ne desperationem facere videamur, breuiter dicimus quæ sunt illa. Sacrilegium, homicidium, adulterium, falsum testimonium, furtum, rapina, superbia, inuidia, auaritia, & si longo tempore teneatur iracundia, & ebrietas si assidua sit, in eorù numero computatur. Posterior verò sententia integra sic habet. *Quæ autem sunt multa peccata, licet omnibus nota sint, tamen quia longum est, ut omnia replicentur, opus est, ut ex eis aliqua nominemus. & paulo post, si plus aut proximum aut uxorem, aut filium, aut seruum, exasperauerit quam oportet, si amplius fuerit blanditus, quam expedit, si cuiusque maiori personæ, aut ex voluntate, aut ex necessitate adulari voluerit, &c. hæc ibi.*

Quinto dicimus, quòd peccatum commissum contra plura præcepta, quorum vnum est generale, alterù speciale in generali comprehenditur, non est nisi vnum: exempli causa, Homicidium est contra præceptum speciale de non occidendo, & contra generale de obsequendo, & obediendo Deo in omnibus, quæ præcipit, & contra præceptum de gratia & amore diuino conseruandis: non est tamè nisi vnicum peccatum, sicut tactum est cum de circumstantiis necessario confitendis ageremus.

Ex quo colligitur responsio illius quæstionis, nuper nobis propositæ, An qui non ieiunat vigiliam S. Matthæi, quando in quatuor tempora incidit, aut missam in die Dominico, cum quo concurrit aliud festum obseruandum nõ audit, aut monachus Franciscanus, qui nõ ieiunat die Veneris, in quo aliqua vigilia incidit, satisfaciatur confitendo, se non ieiunasse, aut non audisse missam in vno die, in quo ad id præcepto tenebatur? Respondendum enim est, quod non: quia dicere debet se eo die ad id duobus diuersis præceptis specialibus obligatù fuisse, per dicta supra. Quamquã qui vnum peccatum, ex quo alia sequuntur, committit, ut quia liquem indignum eligit, ex quo malæ gubernationes oriuntur, non nisi vnum peccat, secundum Alexandrù Alensem & sentit S. Bonauentura. Quòd autè non solum peccet mortaliter qui facit opus: sed etiam qui vult

a Capi. 1. §. 1. de sum. Triuis. & fide casu. & d. si dominum de reliq. & vner san. b Eod. ca. num. 6. c § fin. 6. dist. 6. c. 1. de purific. post part. d In di. §. fin. c. 1. q. 100. a.

f In 3. libro sensen. di. 17.

g Mattha. 9. & 11.

h 1. 2. q. 88. a. s. & 6. c. 2. 2. q. 66. ar. 4. i In repet. c. inter verba 11. quæst. 3. k 2. p. tit. 4. c. 5. §. 7. & 8. c. Adria. quol. 8. communit. ter recept. l In §. fin. ca. vnum. 25. di. m In 3. li. sen. cen. di. 37. q. 14.

n In c. 6. nu. 3.

o In prela. 9. nu. 30. p 2. p. de accept. per sen. q In 4. li. 11. dist. 38. supra l. 1. tera Mag. stri. qu. 3.

b Ioan. Maior in 4. li. sen. ten. dist. 17. q. 3.

c Idem Maior ubi supra.

d Per ea quæ latius tradidimus in com. ca. cum minister. 23. qu. 5.

e In prin. O. pasc. 4. & 2. 2. q. 83. art. 9. f In Enchir. Christiana in finitionis in prin.

g Exodi 20.





a Num. 11.  
b Num. 12. &  
15.

c 1.2. qm. 100.

d 1.2. qm. 100.  
ar. 4. & 2.2.  
q. 44. a. 4. &  
q. 79. ar. 2.  
c. 2. q. 64. a.  
8.  
f 4. p. tit. 4. c.  
1. §. 1.  
g Exod. 20.

h 2.2. q. 81. a.  
5.

i 2.2. qm. 27.  
ar. 1.  
k 1.2. q. 62. &  
2.2. q. 23. a. 6.

deliberatè id facere, aut delectatur in eo, & qui consentit aliquo nouem modorum, qui explicantur infra, a traditur infra. b

5 Sextò dicimus, quòd præcepta de diligendo Deum super omnia, & proximum sicut seipsum non numerantur inter ista decem: quod docuit S. Thomas, c quoniam in Decalogo non fuerent hominibus tradita prima præcipia, quæ vnusquisque per seipsum, natura magistra, vel per fidem intelligit: qualia sunt hæc, quæ fons & origo Decalogi, & decem præceptorum in eo contentorum existunt: neque etiam in eodem Decalogo traduntur ea præcepta, quæ difficilè, vel per maximam industriam ingenij ex his decernuntur: sed tantum illa, quæ ab omnibus possunt facilè deduci. Vnde infertur, præcepta de fide, & caritate non contineri in Decalogo: sed præsupponi ad illum: quod multi graues doctores adnotarunt: & præsertim S. Thomas, d Caietanus, e & S. Antoninus. f Et consequenter errant, qui dicunt primum Decalogi præceptum esse de diligendo Deo: est enim contra prædicta, & contra textum ipsius Decalogi, g cuius primum præceptum est illud, *Non habebis Deos alienos coram me*: quibus verbis solum peccatū superstitionis, & idololatria, quæ sunt contraria virtuti religionis & patriæ, prohibentur. Quæ quidem virtus nõ est theologica, sed moralis secundum S. Thomam receptum, h & nulla ibi fit mentio de dilectione Dei & proximi, quæ pertinet ad virtutem caritatis, i quæ theologica est. k Errant etiam, qui putant præceptum de credendo in Deum esse primum Decalogi eadè ratione: cum fides sit virtus theologica, & non moralis.

*De præcepto de diligendo Deum, quod non est Decalogi.*

- 6 Præcepta de diligendo Deum, & proximum maiora omnibus præceptis Decalogi, & quando adimplenda. numero 7. 8. 9. & 10.
- 1 Præcepti transgressio, etiam mentalis tantum, quæ mortalis. & num. 12.
- 13 Delectatio quæ morosa, & concurrentibus quatuor mortalis.
- 14 Delectationi male resistere virtus, consentire peccatum.
- 15 Censura non incurruntur per solum consensum.
- 16 Restituendi obligatio non contrahitur solo consensu.
- 17 Præcepta Dei non impleri posse in statu malo in quo sensu est de fide.

**S**EPTIMÒ, quòd necessarium videtur hic tractare de præcepto amandi Deum, & credendi in eum, quæ duo, hoc præceptū primum, & omnia alia Decalogi præsupponunt, vt satisfiat his, qui peccata, quæ fiunt contra hæc duo præcepta, reducant ad primum Decalogi. Et ita primò ponemus ea, quæ pertinent ad præceptum de amando Deum. Secundò, ea quæ pertinent ad præceptum de credendo in eum. Tertio, ea quæ pertinent ad præceptum de colendo illum, quod verè & propriè est primum præceptum Decalogi.

Circa quod dicimus primo, quod hoc præceptum de amando Deum non est quidè primum Decalogi: sed maximum omnium præceptorū tam Decalogi, quàm aliorum, iuxta Domini nostri Iesu Christi doctrinam. l quæ diuersis verbis habetur in Scriptura. Nam in Deuteronomio m sic habetur, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota fortitudine tua.* Et in Euangelio Matthæi n sic, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua.* Et apud Marcum o sic, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua.* Apud Lucam verò. p *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua.* Omnes tamen in sensu conueniunt, & in summa hoc sibi volunt, Deum præcipere, vt cum plenè & integrè diligamus, non quidem quoad hanc vitam, eo modo, vt omnibus horis & momentis id actu faciamus: hoc enim fieri non potest in ea, in qua cibo, somno, labore, & negotiis necessariis id interrumpitur: sed vt explicat S. Thomas, q vt scilicet in omnibus totam intentionem nostram, quæ per cor exprimitur, in eius amorem

l Math. 22.  
m Cap. 6.

n Cap. 22.

o Cap. 12.

p Cap. 10.

q 2.2. qm. 44.  
artic. 3.

& obsequium dirigamus, totumque nostrum intellectum (qui per mentem significatur) illi subiciamus: omnèque appetitus (qui per animam notatur) ad normam suæ sanctissimæ legis componamus: & demum omnia nostra opera exteriora, quæ nõ sunt *foris iudicis, virtutis, & virtutum* significantur, eidem conformemus. In summa verò hoc totum nihil aliud significat, quam Deum nobis præcipere, vt se propter seipsum, & magis quàm cetera omnia diligamus, eidemque inseruiamus tam interiori, quàm exteriori obsequio: magis, inquam, non quoad intentionem & feruorem: sed quoad estimationem & appreciationem, vt explicauimus a post S. Thomam b & alios Neotericos, inter quos est Ioanes Maior c & Caietanus. d Hoc est, vt Deum, cuiusque amorem pluris, quàm aliquam creaturam, immo & quàm vniuersas aestimemus & faciamus: & propter amorem eius potius eligamus mortem appetere quàm ipsum vel corde, vel verbo, vel opere mortaliter peccando negare.

7 Secundò dicimus, quòd hoc magnum præceptum de diligendo Deo super alia omnia post peccatum Adæ non potest, nisi in statu gratiæ adimpleri secundum aliquos, inter quos videtur esse S. Thomas. e Contra quod tamen facit, quòd homo sola virtute naturali, etiam existens in peccato mortali, potest cõcipere, immo concipit partim Deum esse super omnia diligibilem, & finem omnium vltimum, & consequenter eum vt talem diligere potest. Deinde, quòd datur dilectio Dei super omnia sine gratia, vt probat Caietanus. f Præterea, quod ipsemet S. Thomas g affirmat, posse quem sine gratia implere præceptum diligendi Deum, quoad substantiam actus, licet non quoad meritum beatitudinis, quoad quod potest intelligi prædicta prior eius opinio, quod satis sentit concordia S. Thomæ, h quæ distinctio fit etiam in aliis præceptis infra. i

Tertiò dicimus, quòd est quæstio difficilis, non tam bene tractata, quàm necessaria & quotidie occurrens, videlicet, quando teneamur ad hoc præceptum actu adimplendum sub pœna noui peccati mortalis, \* eo modo, quo in hac misera vita expleri potest: nam perfectè nõ nisi in aliâ adimpletur, secundum Augustinum, k & S. Thomam, l Difficultatè enim ingerit, primum, quod sit affirmatiuum præceptum, & consequenter non obligat pro quocumque tempore secundum S. Thomam, m & Archidiaconum, n ab omnibus receptum, & non videtur præfinitum tempus, quo id fieri debeat. Deinde, quod dura videtur Scoti sententia, o à quo recedit Adrianus p nempe, nos omnibus festiuis diebus teneri ad illud: quia nullus est textus, nec vlla ratio, quæ id necessario concludat, & ita non videtur asserendum, q nam missa, quam illis diebus præcipimur audire, r rectè audiri potest sine tali amore actu cõcepto: vnde rari, vel nulli se huius omissionis accusant. Præterea, quòd nimis laxa videtur opinio dicentium, non obligari nos ad implendum illud præceptū amplius, quàm semel in vita: quod meo iudicio Sotus, s rectè cõfutat. Denique, quòd dicta Soti non videntur satisfacere: tum quia, dicit aliquando non obligari nos amplius, quàm ad opus exterius in quocumque statu exhibitum: puta ad inceperandum blasphemum, & S. Thomas t dicit hoc præceptū non impleri, nisi in statu gratiæ: tum quod idè Sotus v tenet obligare pro tempore baptismi, & idem x docuit, ad recipiendum baptismum nõ esse necessariū tantum efficere, quantum requiritur ad recipiendum pœnitentiæ sacramentum: quoniam ad hoc non sufficit attritio, quæ noscitur non esse cõtritio: ad baptismum autem sic, secundum ipsum: tum etiam, quia idem affirmat, vnumquemque quoties in signe aliquod beneficium à Deo consequitur, teneri ad illud explendum: quod tamè nulla lege, neque ratione efficaci euinci posse videtur: & ita non est asserendum. y

\* *Eo modo quo in hac misera vita impleri potest.* Præceptum de Deo ex toto corde diligendo perfectè impleri non potest, si intelligatur per illud imperari nobis omnes gradus caritatis, quos vel in hoc mēdo vel in alio habere possumus: ita vt semper Deum amemus, & non sit in nobis vllus motus cupiditatis vel voluntarius, vel inuoluntarius cum Dei amore pugnans. n autem intelligatur id quod faciendum est non autem finis, cuius gratia faciendum, sic potest perfectè in hac vita impleri, ita vt saltem per caritatem non faciat eum, qui contra illud fecerit, præsertim cum Patrum sit vnanimis sententia anathematizantium eos qui dicunt Deum nobis impossibilia præcipisse. Vide Bellar. lib. 2. de Monach. cap. 13.

a In addi. ca. quando de cõsec. distinc. 1. & sup. c. 1. n. 2.  
b 1.2. qm. 109. art. 3.  
c In 1. di. 1. q. 2. & in 4. dist. 14. qm. 1.  
d 2.2. qm. 49. art. 4.  
e 1.2. q. 100. a. 10. & 2.2. q. 40. a. 1. & 6. & melius. q. 109. ar. 3.  
f 1.2. qm. Opus scul. Opus. 4. quæst. 1. in 2. l. sent. dist. 28. q. 1. a. 3.  
g 1548.  
h Hoc eo. ca. nu. 17.

k In l. de perfect. instit. in resp. sione ratiocina. 16.

l 2.2. q. 44. a. 6. & in 3. lib. sent. d. 27. qm. 3. ar. 4.  
m 2.2. q. 33. a. 2.  
n In c. si peccauerit. 2. q. 1. & in summa de pœ. di. 5.  
o Dicto li. 3. sen. d. 17. q. 5. p. q. 4. de confess.  
p Ca. consulti. 2. q. 5. & consideremus Authen. de vrient. & semis. collat. 3.  
q Per ca. missas. de consecrat. dist. 1.  
s Lib. 7. 2. de iust. & iure q. 3. a. 10. & l. de natur. & gra. c. 19.  
t Vbi supra. v Vbi supra. x Lib. 2. de nat. & grat. c. 15.  
y Iuxta dictū cap. consulti. si.



8 Quarto dicimus (saluo tamen meliori iudicio) sanctissimum quidem consilium esse, ut non solum diebus festiuis: uerumetiam quotiescumque commodè poterimus, nitamur implere prædictum mandatum, præmissa (si opus fuerit) debita nostrorum criminum detestatione: sed non præceptum, quod nos sub reatu nouæ culpæ mortalis obliget, nisi primò, cum ad usum rationis peruenimus, & iam habemus vel habere debemus cognitionem, referendæ & dirigendæ nos ipsos, nostraque omnia opera in Deum ipsum tamquam in nostrum vltimum finem, saltem in consilio, & eo modo, quo id pueri præstare possunt, ut sensu subtiliter S. Thomas, a quem (licet in alium finem) retulimus in Enchirid. de Oracione. b

Secundò, cum tenemur ad habendam contritionem de peccatis mortalibus, c vt explicuit Caietanus, d quoniam contritio sine hoc amore haberi non potest. e Non tamen ad id tenemur, quoties ministramus, vel accipimus sacramenta: quoniam sufficit nobis habere tunc gratiam, vel caritatem habitualem, quamuis non habeamus amorem præstatum actualem: quia non tenemur tunc habere contritionem: nam sufficit habuisse antea, & non perdidisse gratiam habitualem. Ex quo sequitur, non esse necessarium hunc amorem actualem, quando baptisimus est ab adulto recipiendus, licet illud dicat Sotus. f

9 Contra quem facit, quòd ipsemet s asseruit, ad baptismum non esse necessariam contritionem: sed satis esse contritionem, etiam illam, quæ scitur non esse contritio, licet id nobis non videatur verum, per ea quæ h diximus. Facit etiam contra eundem, quòd eadem ratione tenemur implere hoc mandatum, quotiescumque aliquod sacramentum recipimus, & consequenter cum contrahimus matrimonium, quod falsum est. Satis enim est, vt non simus in peccato mortali, aut probabiliter credamus: quæuis huiusmodi adeo excessum amorem actualem animo non concipiamus. Facit item, quòd nullus peccati mortalis reum diceret esse illum, qui octo dies ante baptismum rectam contritionem de peccatis concipiens, & seipsum probabiliter constituens in statu gratiæ, postea ante noui peccati mortalis admissionem sine hoc amore actuali baptismum susciperet: quare hic tertius casus est restringendus ad eos, qui ante baptismum non habuerunt contritionem.

Tertio quotiescumque tenemur proximum ex caritate diligere: nam tunc pariter eodem amore Deum diligere tenemur. siquidem hi duo amores sunt eiusdem generis & naturæ: & in amore proximi amor Dei tamquam finis includitur, vt colligitur ex utroque Thoma, i vt infra k dicemus.

10 Quibus addo primò, eum, qui diligit Deum, probabiliter credens se esse in statu gratiæ, subindeque suum amorem esse amorem Dei super omne aliud, quamuis in rei veritate non sit huiusmodi, neque sit in eodem statu, nihilominus tamen adimplere hoc præceptum, quoad effectum euitandi nouum peccatum, quod admitteretur ob omissionem implementi eius: quoniam sine speciali reuelatione scire non potest quis, quado est in statu gratiæ, iuxta Scripturam l & iuxta id quod tradit S. Thomas, m & definit Concilium Tridentinum. n Et ita nisi hoc teneamus, nequiremus scire, quando hoc præceptum impleamus.

Addo secundò, quòd posset (nostro iudicio) affirmari, quòd hoc supremum mandatum, licet præcipue & principaliter excessum illum amorem à caritate profectum nobis præcipiat, minus principaliter tamen etiam obligat aliquando ad diligendum Deum hoc eodem amore, vel alio bono & naturali, non obligando nos ad præstatum sublimem caritatis, vel saltem quamuis hoc præceptum ad id non obliget: obligat tamen nos lex naturæ, quæ habetur o ibi: Vt patria, parentibusque pareamus. quæ satis iubet amare patriam, reges, parentes, & dominos, quin etiam omnes proximos, in quibusdam casibus, & etiam Deum ipsum, tamquam Regem, parentem, dominum, gubernatorem, & protectorem, saltem aliquo bono amore naturali, & propterea, vt docuit bene prædictus Sotus, p quando Deum audimus blasphemari, aut inhonorari, tunc tenemur ad actum diuini amoris, saltè vt naturalis boni, quo impulsus, eum, qui in Deum blasphemus, vel contumeliosus extiterit increpamus. Quod quidè ita faciendum esse Conciliū Lateranense q

in specie præcepit. Nec obstat his dicere, quod amor Dei debet esse talis, quo ille super omnia diligatur: & quod nisi talis sit, non est bonus vt videtur sentire S. Thomas, a responderit etenim, quod licet diligere Deum comparatiuè minus quam illum, vel æquè ac illum, sit malum: diligere tamen eum absolute æquè, vel minus absque vlla comparatione, non est malum, vt alij dicunt: quæ quidem omnia tamquam quotidiana, & parum specificata debita correctioni subiicimus.

11 Quinto dicimus, quod non solum est peccatum mortale transgressio præcepti sub eius pœna obligantis: sed etiam propositum transgrediendi, immo & desiderium delibatum id faciendi, immo & (quod maius est) ipse consensus ipsa volitio, seu volutatis vera, & expressa delectandi se illa transgressione cogitata: licet nec faciat, nec proponat, nec desideret facere. Qualis est consensus illius, qui de antiquo peccato mortali cogitat absque proposito, & desiderio id faciendi, eo tamen animo, vt ex eo nascatur & crescat ei aliqua delectatio, qua fruatur. Quinimmo (quod maius est) consensus, & voluntas interpretatiua, vel tacita illius est culpa lethalis. Quæ planè omnia consonant communi opinioni \* quæ colligitur ex B. Augustino, b & Magistro c cum suis commentatoribus & ex S. Thoma, d & B. Antonino, e & Ioanne Maiore f & Caietano g & ex eis, quæ nos clarius, & copiosius, quam alij resoluimus, h vbi in summa diximus, cōsensum verum & expressum, quæ Caietanus positiuū vocat, ipsius delectationis esse illum, quem supra docuimus.

\* Quæ colligitur ex B. Augustino. Hoc sentit Augustinus in lib. 12. de sanctissima Trinitate cap. 12. Cuius verba quoniam puritatis amatoribus obseruanda maxime sunt hic inferemus. Nec sanè cum sola cogitatione mens oblectatur illicitis, non quidem decernens esse faciendam, tenens tamen & voluens libenter, quæ statim vt attingerent animum respui debuerunt negandum est esse peccatum, sed longè minus quam si & opere statueretur implendum. Et ideo de talibus quoque cogitationibus venia petenda est, peccatusque percutiendum & c. quæ etiam habet Magister.

12 At verò tacitus cōsensu, quem alij interpretatiuum, alij morosam delectationem dixerunt: Caietanus autem negatiuum non positiuum appellauit, tunc demum est peccatum mortale, quando quatuor concurrunt. Primū vt id, de quo sumitur delectatio sit lethalis culpa, vt ait S. Thomas. i

Secundum, vt qui delectatur, aduertat se delectari: nam si circa id non aduerteret, quamuis diem integrum delectatio perduraret: non peccaret mortaliter, iuxta textum mihi singularem, k \* ibi: Ex deliberatione consentit. Neque satis est aduertere: nisi integrè aduertat secundum Caietanum. l

\* Ibi: Ex deliberatione consentit. Caput hoc sed p̄sandum sumptum est ex D. Greg. in respons. 11. ad quæst. B. Augustini Anglorum episcopi. Sententia verò integra qua Nauarrus citatur sic habetur. Cū enim malignus spiritus peccatum suggerit in mente, si nulla peccati delectatio sequatur, peccatum omni modo perpetratum non est, cum e ro caro delectari ceperit, tunc peccatum incipit nasci, si autem ad consentionem ex deliberatione descendit, tunc peccatum cognoscitur perfici, hæc ibi.

Tertium, vt non obstat delectationi, eam à se depellere contendendo: quoniam si id conaretur, iam potius virtuti, quam vitio esset tribuendum: quamuis eam à se non omnino repelleret. m

Quartum, vt absque rationabili causa ommitteret eam à se reuicere: etenim si ommitteret eam depellere, quia nouit se ea vi, & virtute animi pollere, vt certus sit, se non ita vitium, vel flexum iri ab ea, vt actum, de quo est, velit: neque ita, vt voluntas eius superior, seu rationalis, velit ea sensuali delectatione frui, non esset culpa, saltem lethalis, dummodo expressè non consentiret in illam. Id quod item dicendum est, si ideo delectationi non resisteret, eamque à se non repelleret, eo quòd crederet, quò magis velit tentationi obistere, & contra ipsam pugnare: eo illa magis augetur, quam minueretur: sicut erga carnis illecebras contingere solet, quæ quidem fugiendo potius, quam resistendo superantur, secundum S. Thomam, n & Ioannem Gersonum o & alios alibi. Idem esset, si delectationem illam omisisset expellere, ne suam occupationem honestam, & necessariam, aut vtilem dereliqueret: quale est studium & lectio rerum impudicarum, ad huiusmodi delectationes prouocantium, necessaria ad prælegendum scholasticis,

a 1. 2. q. 89. art. 6. b Cap. 2. d. 15. c lxxvii d. in cap. 1. d. 31. d in dicto artic. 6. e Vt ibi dictū est.

f Prædicto 1. 1. de nativ. & gra. cap. 32. g Dist. lib. 2. de nativ. & gra. ca. 15. h in dicto ca. 1. d. 37.

i 2. 2. quæstio. 44. art. 2. & 2. 2. quæstio. 25. artic. 1. k Cap. 14. num. 4.

l Eccles. 9. & Job. 9. velati in cap. 5. de purga. canon. m l. 1. q. 112. artic. 5. n Sess. 6. cap. 9. & cap. 12. 13. & 14.

o In l. voluti. ff. de iusti. & iur.

p Vbi supra.

q Sess. 9. §. ad abolendam.

a 1. 2. q. 109. art. 3.

b Lib. de Tri. c In 2. d. 24. d 1. 2. q. 74. e 3. p. 114. s. ca. 1. §. 5. f In 2. d. 24. quæst. 18. g In summa verb. delectatio moros. in princip. & 10. i. Opuscul. Opuscul. 1. q. 1. h In cap. cogitationis. de penis. dist. 1. & in cap. sed p̄sandum. di. 6.

i 2. 2. q. 74. artic. 8.

k In c. sed p̄sandum. di. 6. Vbi supra.

m Dicto c. sed p̄sandum.

n 2. 2. q. 114. l. 1. o De polluc. not. 7.





a In dicto O-  
pufc. 14. q. 12.  
C. 3.

b In ea cogita  
tionis de pe-  
ccati.

c In 2. lib. sen-  
t. d. 2. q. 4. in ex-  
pofitione litte-  
ra.

d 5. pondoro-  
fo 40. d.  
c. 1. q. 74.  
ar. 8.

f Ad Rom. 1.  
g Ca. 1. de of-  
fic. delegat. v.  
bi glo. C. em-  
nes. 1. notum.  
a. q. 1. ca. ficus  
dignum. per  
totum de ho-  
mie.  
h. 2. q. 82. a.  
7. in corp. qu.  
C. in 4. sen-  
d. 15. q. 1. a. 5.  
quaf. 3.  
i Ca. 17. q. n.  
17. C. n. 130.  
C. feqq.  
k Capi. cum  
quid. de fen-  
excommuni.  
lib. 6. C. fe-  
licia. 5. illud  
de pe. cod. li.  
Ofi. in sum-  
ma de pe. 5.  
quibus. C. Ca-  
ter. in summa  
verb. ref. in-  
tio. 5. confen-  
fus. C. Felin.  
in v. r. a. 8.  
Quid do cona-  
tus. C. n. 130.  
libi.  
l 2. 2. q. 44.  
ar. 4. C. qu.  
72. ar. 6. i. 2.  
q. 6. a. 7.  
m In 2. a. q. n.  
64. ar. 7.  
n Pralud. 6.  
num. 3.

vel concionandum populo. Quale item audire confes-  
siones de rebus impudicis, & alia huiusmodi, argumento eor-  
um, quæ singulariter scripsit Caietanus & cōfequenter,  
vt hoc fit mortale, oportet illum, cui eiusmodi delectatio  
oritur, esse talem, vt sua imbecillitatis & cōfuetudinis præ-  
teritæ ratione habita merito credere teneatur, se nisi illam  
reprimeret, in ipsum opus malum, vnde nascitur delecta-  
tio, vel saltem in delectationem eiusdem operis, verè &  
realiter confensurum.

Ex qua quidem resolutione intulimus b decisionē mul-  
torum casuum, qui quotidie contingunt, quos hic breuita-  
tis gratia tacemus.

13 Inferitur item ex eadem resolutione, delectationem,  
quæ morosa nuncupatur ( a mora videlicet deducto voca-  
bulo ) non esse ita nominatam ratione temporaneæ dura-  
tionis, sed propter moram, quam facit ipsa ratio in ea non  
expellenda: quia nimirum eam non repellit quàm citissi-  
mè potest, & debet: vel (quod deterius est) quia eam deli-  
beratè acceptat: quod quidem vel in instanti fieri potest,  
secundum omnes. In his autem duobus casibus peccatum  
morale committitur, licet opus exterius nunquam fiat,  
neque adsit propositum faciendi. Quod quidem verissi-  
mum est, non solum in peccatis carnalibus, verum etiam in  
reliquis, iuxta mentem omnium, quod expressè S. Bona-  
uentura c adnotauit.

14 Itaque resistere delectationi, quæ nascitur ex cogita-  
tione alicuius peccati mortalis virtus est: adistere autem,  
& assentiri expressè lethalis est culpæ: resistere verò ne-  
que adistere aliquando est peccatum veniale, & aliquando  
mortale, scilicet quando quatuor illa supradicta cōcurrūt:  
quoniam omnis voluntas deliberata de peccato mortali,  
vel (proprius loquendo) omnis voluntas deliberata se de-  
lectandi de actu, qui est peccatum mortale, est mortifera,  
iuxta cap. 1. d & S. Thomam. e

At quoniam in huiusmodi delectationibus, maximè si  
carnales sunt, semper inest aliquid periculi ratione nature  
humanæ corruptæ, expedit, vt qui huiusmodi delectatio-  
nes habuit, & non est certus, an ipsis consenserit, neque an  
sufficeret resistere, de illis in confessione se ipsum incu-  
set, dicēs se dubitare, an quantum debuit illis resistere cō-  
tenderit. Nam si credit se consensisse, vel non resistisse, vt  
eis frueretur, vel admodum negligenter se gessit in eis de-  
pellendis, cum probabili contentiendi periculo in eisdem  
delectationibus, vel in opera, ex quorum cogitatione illæ  
nascuntur, tunc necessarium esset confiteri, quod circa hoc  
credit & sentit.

15 Sexto dicimus, quòd non solum peccat, qui aliquid  
peccatum committit, & in eo perpetrando est præcipuus  
exequutor, verum etiam omnes alij, qui eidem culpæ con-  
sentunt, iuxta illud Apostoli. f Non solum qui faciunt, sed &  
qui consentiunt facientibus. g consentiunt, inquam, aliquo no-  
uem modorum contentorum in duobus senariis, quos po-  
suit Sanct. Thomas, h scilicet.

Iusio, consilium, consensu, palpo, recursus,  
Participans, mutus, non oblians, non manifestans.

16 Quibus significatur illum consentire delicto, qui iu-  
bet, consulit, consensit, laudat, recipit principalem delin-  
quentem, vel adiuuat, vel nõ impedit verbo, aut opere, vel  
nõ manifestat, cum teneatur & possit. quorum modorum  
interpretatio & dilatatio, inferius i fiet. Interim autem  
dicimus, peccare mortaliter eum, qui aliquo istorum no-  
uem modorum, principali auctori delicti cōsentit: quam-  
uis non semper incurrat eisdem censuras & irregularita-  
tem, neque eandem restituendi obligationem, quas ille. k

Diximus autem in tribus vltimis modis, Cum teneatur  
& possit: non enim potestas sine obligatione satis est, secun-  
dum S. Thomam, l & vtrohique Caietani & melius m  
vt nos diximus supra. n

Vnde inferitur, quòd cuiuslibet modorū peccandi, facien-  
do: vel volendo facere aliquid peccatum possunt adiungi  
alij nouem, iuxta nouem modos illi consentiendi, quos &  
si non semper infra expresserimus, aliquando tamen insi-  
nuabimus. Illud tamen nunc admonentes, tunc aliquem  
consilio suo, verbis, aut operibus teneri impedire, quando  
ex officio, quod habet, vel alio titulo ad id faciendum obli-  
gatur. Tunc etiam, quando proximus circa id extremam

patitur indigentiam, & ipse potest id ipsum præstare, non  
se in consimilem necessitatem conticiendo, etiam si ob id  
rei familiaris, aut honoris iacturam aliquam faciat: immo  
etiam cum proximus re illa maximè indiget, & ipse sine  
vita sua, salutis, honoris & rei familiaris detrimento po-  
test commode id facere: per id quod alias diximus. a

17 Septimo dicimus, quod vniuersa ista decem præce-  
pta, & alia omnia possunt impleri ab illo, qui est in pecca-  
to mortali, quoad substantiam actus & præcepti, & effectū  
evitandi nouum peccatum, quod incurreret si non adim-  
pleret illud iuxta definitionem Aquinatis b communiter  
recepti. quod Concilium Tridentinum c sensu. declarans  
hæreticū esse illum, qui dixerit, opera nostra ob id solum  
quòd fiant extra statum gratiæ, esse peccata, quidquid dixe-  
rit Dionysius Carthusianus, d quæ aliquot alij sequuti fue-  
runt. Est enim hoc vnum inter alia commoda, quæ opera  
facta etiam in peccato mortali secum afferunt ( de quibus  
glossa e licet ad promerendam gratiam in hac vita, & glo-  
riam in futura nihil valeant ) implementum præcepti in il-  
lo statu. f vbi latius diximus, & sub qua regula includitur  
etiam præceptum de diligendo Deo iuxta declarationem  
nunc additam. h Per quod tollitur ratio, qua infans Lu-  
therus infans docuit, Deum dedisse nobis duo præcepta,  
quæ in hac vita non possumus implere, nempe præceptum  
de diligendo Deo, & de non concupiscendo. quod effica-  
cissimè post alios confutat Castrensis i & damnauit Con-  
cilium Tridentinum. k

Contra præceptum de diligendo Deum, quod  
non est Decalogi, vt peccatur.

- 18 Odium Dei vt genere suo maximum peccatorum.
- 18 Præceptum diligendi Deum quis frangit.
- 19 Amat qui firmitus aliquid quam Deum, peccat, non qui ser-  
uentius.
- 20 Amat quisquam Deum ob alia, quam ob ipsum, & quando  
animidus.
- 20 Viuere qui vult semper hanc vitam peccat.

**C**ONTRA hoc præceptum de bene dili-  
gendo Deo peccat mortaliter primò, qui  
deliberatè odit Deum, quod quidem ex  
genere suo est maximum omnium pecca-  
torum, vt probat S. Thomas. l Tum quia  
actus, qui opponitur actui summe bono, summe malus est,  
secundum Aristotelem. m Actus autem maximè bonus est  
Dei amor, n cui odium Dei est contrarium. Tum quia ma-  
ximo præcepto omnium contrarium est. o Tum quia di-  
rectè separat à Deo, quod alia peccata communiter nõ fa-  
ciūt, sicut explicuit S. Thomas. p Dixi, Deliberatè: quoniam  
subreptio iudicium præueniēs in quacumque materia ex-  
cusat a mortali, vt diximus supra. q

Secundò peccat mortaliter, qui omittit amare Deum  
super omne aliud amabile, quo tempore id tenetur facere,  
de quo supra. r

Tertiò peccat mortaliter, qui omittit referre ac dirigere  
se, suæque omnia in Deum tamquam in primum principiu,  
& vltimum finem suum, tempore quo ad id tenetur. Quã-  
do autem ad id teneatur, etiam s dictum est.

Quartò peccat mortaliter, qui amat Deum, sed minus,  
vel non plus quàm alia comparatiuè, hoc est actu, vel vir-  
tute, expressè aut tacitè gerens in animo, quòd tantum, vel  
a què æstimat, vel amat alium, ac ipsum Deum: factis autem  
si absolute sine comparatione id faceret, iuxta declaratio-  
nem superius r positam.

19 Quintò peccat, qui seipsum, vel suam vxorem, filium,  
aut Regem suum, & dominum, vel quancūque aliam crea-  
turam firmitus diligit, quàm ipsum Deum. Dixi, Firmius: quia  
non debet peccato imputari diligere seipsum, vel alium  
intensius, aut feruentius, quàm Deum, dummodò Deus fir-  
mitus & fortius diligitur, vt in additione capit. quando v  
enucleauimus, & supra x etiam tetigimus.

Admonemus item, indirectè diligere creaturā ampliùs,  
quàm Deum, non esse contra hoc præceptum: quoniam qui-  
cūque peccat mortaliter, indirectè plus diligit aliud, quàm  
Deū, in quantum aliquid vult contra eius præcepta: tamē

a In cap. 1. de  
ref. spol. C. c.  
24. C. 25. m-  
j. a. C. ca. in-  
ter verba. 11.  
q. 3. C. profu-  
diu in Com-  
men. c. non in  
infirmitate.  
24. quaf. 3.  
b In 1. 2. qua.  
100. ar. 10. C.  
2. 2. q. 44. ar.  
1. C. 6.  
c Sess. 6. ca. 6.  
d Lib. 2. seni.  
dist. 17.  
e In ca. quod  
quidam. de  
de pe. C. re-  
miss.  
f Ca. nihil de  
consecra. dist.  
3.  
g Et 1. 5. de  
penit. di. 4.  
h Supra. o.  
i In libr. ad-  
uer. vs omnes  
hæreses verb.  
præceptum.  
in principio.  
k Sess. 6. c. 11.  
C. c. 16.

l 22. qu. 34.  
a. 2. C. q. 39.  
ar. 2. C. 1. 2.  
qu. 73. ar. 4.  
in Ethic. 8. c. 1.  
n Ca. chari-  
tas. 2. de pan.  
dist. 2.  
o Matth. 22.  
p 1. 2. qu. 34.  
ar. 2.  
q Pralud. o.  
nm. 11. C. eod.  
ca. num. 4.  
r Num. 6. C.  
seqq.

s Ibidem.

t Num. 6. 7. C.  
8.

v De conse-  
crat. dist. 1.  
x Eod. c. nu. 6.  
C. seqq.





huiusmodi delinquens non ideo peccat contra istud præceptum, quoniã directè non facit cõtra ipsum, neque aliquid operatur, quod secundũ se, & suã naturam separat a Deo, sed secundum accidens, iuxta S. Thomam<sup>a</sup> & Scotum.<sup>b</sup>

20 Sexto peccat mortaliter, qui diligit Deum eo solo, vel præcipue & principaliter, quod ab eo accipit, aut sperat accipere spiritualia, vel temporalia bona, iuxta Frãnciscum Mayronem<sup>c</sup> & Siluestrũ,<sup>d</sup> vti in dicta additione post S. Thomam<sup>e</sup> sub finem diximus. Vnde infertur Cõcilium Tridentinum, f quatenus declarat esse hæreticum asserentem, esse peccatum operari bene ob remunerationem obtinendam, esse intelligendum de eo, qui tacitè, vel expresse minoris æstimat præmium, quod sperat, quàm ipsum largitorem, vel saltem absque consideratione aliqua vnus, vel alterius, & absque eo, quod finè vltimum & principalem constituat, rectè operatur.

Septimo peccat mortaliter, qui eo tẽpore Deum amare negligit, quo sub peccati mortalis reatur tenetur, veluti quãdo mortis periculum, vel necessitas recipiendi, vel administrandi aliquod sacramentum sese obtulit, & iuxta Ioannem Tabiennam<sup>g</sup> & sensetur antea Maior, h nisi probabiliter crederet se gratiam, vel caritatem habere.

Octaudo peccat mortaliter, qui deliberatè vult in hoc misero sæculo perpetuo viuere, quia bonis eiusdem, nempe diuitiis, gaudiis etiam licitis, scientia, & aliis huiusmodi delectatur, vel propter alias causas, secundum Adrianum,<sup>i</sup> quamuis peccatum non sit longam vitam exoptare, etiam aduertendo, quod ob id aterna gaudia differuntur secundum eundem.

Nono peccat, qui festiuis diebus omisit producere actũ de diligendo Deo super omnia alia, secundum Ioannem Tabiennam,<sup>k</sup> sed oppositum cum Adriano<sup>l</sup> verius supra<sup>m</sup> existimauimus.

**De præcepto de credendo in Deum, quod non est Decalogi.**

21 Præceptum credendi, & præceptum diligendi differunt vt fides & caritas.

21 Infidelis duplex, positiuè, & negatiuè: hic non peccat, ille verò sic.

21 **I**RCA hoc præsupponimus primò quod præceptum de rectè credendo in Deum, quod pertinet ad virtutem fidei, tam differt à præcepto de diligendo, quod pertinet ad virtutem caritatis, quàm virtus fidei, quæ inclinat ad credendũ, à virtute caritatis, quæ inclinat ad diligendum, quæ longè alia, & maior est, quam illa iuxta Apostolum,<sup>n</sup> & monstrat S. Thomas.<sup>o</sup>

Secundò præsupponimus, quod licet S. Thomas, p à Caietano declaratum dicat, quod licet in multis locis veteris & noui testamenti, q fuerint data præcepta de diligendo Deo: in veteri tamen non fuerint data de fide: quamquam certum est, neminem vniquam saluum factum esse, neque placuisse Deo sine fide teste Apostolo, r cui consonat principiũ symboli Athanasij. Quicumque vult saluus esse, ante omnia opus est, vt teneat catholicam fidem, quam nisi quisque integram inuolatãque serauerit, absque dubio in æternum peribit. s nam infidelis positiuè, qui est omnis, qui nõ vult credere post fidem sibi satis notificatam, peccat peccatum infidelitatis, per quod damnatur: & infidelis negatiuè, qualis est omnis, qui non credit, eo quod non est sibi satis notificata fides, licet non peccet non credendo, nec ob hoc damnatur, damnabitur tamen propter alia peccata, vt eleganter declarat vterque Thomas.<sup>t</sup>

**Contra præceptum de rectè credendo in Deum, quod non est Decalogi, vt peccatur.**

22 Præceptum credendi frangit, qui credit non esse Catholicum, quod tenetur credere esse tale.

22 Excommunicatus qui dicto, vel scripto affirmat contrariũ fidei.

22 Hæresis & hæreticus quid, & vt excommunicatus.

22 Pertinax quis nam sit.

22 Dubium de fide non facit scrupulus, neque subreptio.

22 Credens quemlibet saluari in sua lege vt peccet.

22 Fidei articulos expresse, & in particulari non credens quando peccat.

21 Articuli fidei qui sint explicitè credendi.

22 Credens Patrem in diuinitate maiorem esse filio vt peccet.

**C**ONTRA hoc præceptum peccant mortaliter. Primo omnes inhdèles, quibus satis notificatum est Christi Euangelium & non credunt ei: & omnes fideles, qui credunt quidem ei, sed peruersè intelligunt illud, vel alia loca sacrae Scripturae contra sententiam ab Ecclesia Catholica definitum, vel ignorant aliquid tale, quod explicitè scire tenentur.

Secundo, qui pertinaciter credit aliquam hæresim, qualis est, quidquid sancta fidei Catholicae contrarium est, a & est hæreticus, si est baptizatus secundum communem, b & tradit Alfonso Castrensis, c & subinde est excommunicatus d per bullã Cænæ Domini, vt in ea videre est secundum Antoninũ, e dummodo errorem illum, verbo, vel scripto, vel opere (etiam sibi soli) expresserit: alioquin verè nõ est excommunicatus. quoniã ob solum actũ interiore non incurritur excommunicatio, vt post Caietanũ f diximus & nuper latius in cap. cogitationis. h Addidimus autẽ, Pertinaciter: quoniã si præ simplicitate, vel ignorantia id credit, quia sibi videtur Ecclesia ita tenere, & est paratus errorem deponere, quãdocunque veritatem fuerit edoctus, ille non est hæreticus, neque excommunicatus, vt etiã post Innocentiũ cõmuniter receptũ i nos k diximus, addendo, quod nec peccat mortaliter regulariter. Ille autem dicitur pertinax, qui credit animo non discedendi à sua persuasione, etiam monitus contrariũ ab Ecclesia teneri. l Immo & qui credit aliquid, quod scit esse contra fidem, vel contra Catholicã Ecclesiã definitionẽ: licet affirmet, se esse paratum ad corrigendum seipsum, vti post Caietanũ m diximus. n Porro verum est, quod quamuis Ecclesia iudicaret esse hæreticum illum, qui aliquid credit, quod manifeste fidei Catholicae, & articulis eiusdem est contrariũ (esto quod assereret se esse paratum ad correctionem suscipiendam) corã Deo tamen, neque hæreticus, neque excommunicatus est, si verè ignoranter id facit, & quidquid sancta Mater Ecclesia docet, verè & implicitè credit, iuxta tradita. o

Tertiò peccat mortaliter, qui de rebus fidei pertinaciter dubitat. p At verò subreptitia dubitas, & non deliberata, maximè illa, quæ renitente voluntate euenire solet, & contra voluntatem habentis illã perdurat, vel non est peccatum, aut solum veniale iuxta Ioannem Andream receptum, q & multo minus scrupuli, qui contra fidem exoriri solent, & contra voluntatem habiti molestè perdurant, vt post Ioannem Maiorem r nos diximus alibi. s

Quartò peccat mortaliter, qui deliberatè credit, quemcumque inhdelem, si bene moraliter vixerit, posse in sua seclã saluari. t

Quinto peccat mortaliter, qui iam discretionem pollens negligit scire explicitè, & in particulari esse vnum Deum solum, qui mundum vniuersum creauit, & iustissimè regit, ipsumque esse vnicũ & solum in essentia, & trinũ in personis, scilicet Patrem, Filium, & Spiritũ sanctum, in quo ineffabile sanctissimã & adorandissimã Trinitatis mysteriũ continetur, iuxta mentem S. Thomæ communiter recepti: v nam licet ante aduentum Christi redemptoris nostri satis esset credere vnum Deum, qui remunerat bonos, & malos punit, iuxta Apostolum, x post sancti tamen sui euangelij promulgationem, non satis est illud credere: quamuis in genere, vel implicitè credat, quidquid sancta mater Ecclesia tenet, & credit secundum eundem, & communem.

Sextò peccat mortaliter, qui prædictam discretionem habens, negligit scire explicitè, & in particulari secundam personam sanctissimã & adorandissimã Trinitatis scilicet Filium Dei Patris, qui est idem Deus, qui Pater, propter nostram salutem factum esse hominẽ, natum & mortuum, iuxta mentem eiusdẽ, y quidquid Rosella dicat, quẽ iuste Siluester cõfutat. Immo, & qui ignorat illos alios articulos prædicti Symboli, saltem quos Ecclesia solennizat, vt prædictos secundum eundem S. Thomam, z & nos diximus supra. a Quocirca omnes parochos, paternos, patres, & confessarios (præsertim plebeiorum) & etiam concionatores obsecramus, vt fidem istã articulorũ explicitã,

21.2.9.34.a.  
2.  
v In 1. l. sent.  
d. 1. q. 5. sub fi.  
c In 1. l. sent.  
sent. dist. 1.  
d Verb. chari-  
tas. quaest. 7.  
c 1. 2. qu. 199.  
art. 3.  
f Sessio. 6. &  
can. 26. & 31.

g Verb. chari-  
tas. § 30.  
h In 3. l. sent.  
d. 37. qua. 13.

i In 3. de con-  
se. q. 4. sub fi.

k Verb. chari-  
tas. § 20.  
l In 4. de conf.  
q. 3. col. 2. sub  
fin.  
m Num. 7.

n I. Corint.  
13. c. chari-  
tas. in 2. de  
peni. dist. 2.  
o I. 2. q. 23. a.  
6.  
p 2. 2. q. 16. a.  
1.  
q Supra n. 6.  
ciatis.  
r Heb. 11.

s & c. firmi-  
ter. de sum.  
Trinit. & fide  
cathol.

t 2. 2. q. 10. a.  
1.

a Cõ. à recta.  
& ca. hac est  
fides 24. q. 1.  
b In rub. de  
hæres.  
c Lib. 1. aduer-  
sus omnes hæ-  
reses ca. 9. &  
nos in c. nouis  
de iudic. nota  
bil. 3. num. 4.  
d Capi. exco-  
municamus.  
de hæres. &  
capi. auditi-  
mus. 24. q. 1.  
e 3. part. sum.  
23. cap. 72. &  
latius infra c.  
27. n. 59.  
f In summa  
verb. hæresis.  
g In ca. inter  
verba. 11. qu.  
3.  
h De pre. d. 1.  
i In c. firmi-  
ter. de sum-  
ma Trinit.  
& fide ca-  
tho.  
k In addit. c.  
quando. de cõ-  
secr. dist. 1. nu.  
72. & supra  
præud. 1. nu.  
15. & leg. q.  
l Arg. glo. fin.  
clem. 1. §. per  
ro. de summa  
Trinit. & fi-  
de catho.  
m 2. 2. qu. 11.  
art. 4.  
n In repet. c.  
nouis de iu-  
dic. not. 3. nu.  
41. & in dicto  
præud. 1. nu.  
15 repetimus.  
o In prædicto  
præud. 1. di-  
cto nu. 15. &  
sequi.  
p Trinitati  
mysterium ex-  
plicitè crede-  
re tenemur.  
q Ca. dubius.  
de hæret.  
r In dicto ca.  
dubius.  
s In 3. lib. sen-  
tentiar. d. 25.  
qu. 4.  
t In repet. ca.  
inter verba.  
11. quaestio.  
2. conclu. 6.  
u Ca. 1. §. fi. de  
summa Trini-  
tis & fide catho.  
& princip. &  
fi. Symboli A-  
thanasij.  
v 2. 1. q. 2. a. 1.  
x Heb. 11.  
y Ibid. art. 1.  
z Ibid. c. m.  
a Præf. 4. nu.  
25.

& in



& in particulari, cæterorumque, qui in Symbolo Apostolorum, quo sancta Romana Ecclesia vitur, continentur, sapissimè commendare, & inculcare non desinant. quoniam in vniuersa Christiana republica circa hæc tanta est fœcordia, vt multos passim inuenias nihil magis in particulari, & explicitè de hisce rebus credere, quàm ethnicum quendam philosophũ, sola vnius veri Dei naturali cognitione præditum: quamuis modo non auderem cæterorum articuloꝝ, quos non adeo solennizat Ecclesia, ignorantiam, tamquam lethalem & mortiferã condemnare: dummodo saltem implicitè, & in genere credatur, quidquid sancta Mater Ecclesia Romana credendum præcipit.

Septimo peccat, qui non edificat, & memoriã mandat Symbolum Apostolicum, & Orationem dominicam, latina, vel alia lingua, quod saltem est veniale graue, vt etiam inferius b dicemus.

Octauo peccat, qui circa sanctissimã & adorandissimã Trinitatis mysterium credit, Patrem Filio, aut Filium Spiritu sancto antiquiorem, vel Patrem, aut Spiritum sanctum humanam, vel aliam corporeã formam habere, vt Filius in quantum est homo habet: vel diuinam generationem, aut processionem Spiritu sancti esse instar generationis humanã, vel alterius corporeã vt diximus supra, c nisi ignorantia, aut rudis simplicitas ipsum excuset: quæ quidem ipsum excusare possunt: immo & quasi semper excusant ad hoc, vt non sit hæreticus, nec excommunicatus, licet non semper excusent à peccato, vt supra d tradimus. Et e explicauimus generatione filij in diuinis esse instar productionis notitię ab intellectu, emanationem autem Spiritu sancti esse similem processionem amoris ab intellectu & voluntate: nullo autem modo per modum corporeã generationis. id quod aliqui temere ac stultè comminiscuntur, vt f admonuimus.

Nono peccat mortaliter, qui contra sacrum Concilium Tridentinum sasserit veterem, & vulgatam editionem sacrae Scripturæ non esse pro authentica habendam: vel qui eam contra vniuersalis Ecclesiæ Dei declarationem, & contra concordem Sanctorum Patrum sensum interpretatur: quamuis eius interpretatio numquam sit edenda.

*De præcepto de colendo, siue honorando Deum, quod est primum Decalogi.*

- 23 Præceptum colendi Deum, vt differt à præcepto diligendi, & credendi.
- 23 Superstitio est maximum vitiorum moralium.
- 24 Superstitio quadruplex, & qualibet præter primam lethalis.
- 25 Dæmones bisariam inuocantur, expresse & tacitè.
- 25 Inuocatio Dæmonum tacita fit quinque modis.

**D**E præcepto de colendo, siue honorando Deũ, quod est primum Decalogi, dicimus primò, quod hoc præceptum tam differt à prædictis duobus præceptis de diligendo Deum & credendo in eum, quàm differt virtus religionis, quæ est moralis, licet omnium suprema, secundum S. Thomam receptum h à virtutibus fidei, & caritatis, quæ sunt theologica, & longè omnibus moralibus maiores, secundum eundem receptum. i

Secundò dicimus, quòd nemini debet videri præceptũ hoc non fuisse conuenienter datum, k eo quòd datum fuit negatiuè, & non affirmatiuè, sicut præceptum quartum de honorando parentes. Tum quia id factum fuit ea ratione, quã alte declarat S. Thomas. l Tũ quia, dũ vbi vetatur cultus falforũ Deorũ, præcipitur cultus veri Dei, argumento à contrario sensu, quod est fortissimũ m præterquã quod in tertio præcepto directè iubentur sabbatha sanctificari.

Tertiò dicimus, quòd sicut virtus latræ, seu veræ religionis, ad quã pertinet hoc præceptum, est maxima inter oēs morales virtutes vt probat S. Tho. recep. n ita vitium superstitionis, & falsæ religionis, quod quidem hoc primo mandato prohibetur, ex genere suo est maximum omnium peccatorũ, quæ actibus virtutum moralium opponuntur. Quod S. Thomas o sensit, & nititur ea ratione, quòd contraria de contrariis dicuntur. P Vnde quemadmodum virtus religionis & latræ inclinatur & ordinatur nos ad Deum ipsum debito modo colendum, & honorandum, tamquam

**A** primum principium, supremũque gubernatorem nostrum, qui nos creauit, & regit. a Sic etiam è contrariò vitium hoc superstitionis & falsæ religionis inclinatur ad reddendum Deo cultum perniciosè aut superflue, vel etiam ipsi creaturæ tacitè, vel expresse. b

**2** Quarto dicimus, quòd quatuor sunt falsæ religionis, vel superstitionis species, vt ex \* B. Augustino. c & ab vtroque Thoma d colligitur. Prima est, qua perniciosus vel superfluous cultus exhibetur Deo. Est autem perniciosus cultus, qui cæremoniis mendacibus falsitatem aliquam præferentibus, redditur: quales sunt Iudaica cæremonia: significant enim Mesiã esse vterum secundum S. Thomã. e Superfluous verò cultus est, qui illis cæremoniis exhibetur, quæ neque ad Dei gloriam, neque ad subiiciendum carnẽ spiritui, & spiritum Deo ipsi, quidquam conferunt, iuxta S. Thomam, f qualis est cæremonia quãdam orandi ante solis ortum, vel audiendi sacru à sacerdote, qui vocetur Ioãnes, vel dicendi bis Alleluia, vel Pater noster, &c. quando semel tantum est dicendum. Secunda species est, qua cultus diuinus alicui creaturæ redditur, gratia ipsam honorandi: & hæc dicitur Idololatria. Tertia species est, qua cultus diuinus redditur creaturæ ad assequendam aliquam scientiam, vel instructionem: & hæc dicitur Diuinatio. Quarta species est, qua idem cultus tribuitur creaturæ, vt ab ipsa opera nostra dirigantur.

**C** \* Vt ex B. Augustino. Inuabit forte lectorem ipsum D. Augustinũ sua verba loquentem audire. Superstitiosum est quicquid institutum est ab hominibus, ad faciendã vel colendã idola pertinens, vel ad colendam sicut Deum creaturam partemve vllam creaturæ, vel ad pactã quãdam significationum cum dæmonibus fœderata, qualia sunt molimina magicarum artium, quæ commemorare potius quam docere poëtæ assolent. Ad hoc etiam pertinent omnes ligaturæ, atque remedia quæ medicorum quoque ars condemnat, siue in præcantationibus, siue in quibusdam nobis quas characteres vocant, siue in quibusdam rebus suspendendis atque illigandis. Hæc ibi cap. videlicet 19. & 20. & 21. & 22. & 23. & sequentibus & multa alia leguntur contra inanes superstitiones.

**D** Quinto dicimus, omnes istas superstitiones ex genere suo esse lethalia crimina valde graua, excepta prima specie, qua parte continet cultum superfluum: sed non contrarium diuinæ, aut humanæ legi: sicut ieiunare in die dominica, vel dicere Pater noster adeo priuatè, & sibi soli, ac si non esset pars & membrum Ecclesiæ, secundum Caietanum. g Quarta etiam species non est peccatum mortale, quando bona fide, vel præ ignorantia ea aliquis vitur, antequam veritatem edoceatur, vt ex mente S. Thomæ, h & S. Antonini, i & Caietani, k colligitur, secundum quos in istis duobus casibus non est communiter ampliùs, quàm veniale peccatum, vt inferius explicabimus.

**25** Sextò dicimus, quòd duplex est modus inuocandi dæmonem. Vnus est expressus: alter verò tacitus. Expressus est, quo apertè vocatur, vel inuocatur dæmon, vel fit aliquid, quod creditur opera ipsius dæmonis fore perficiendum, secundum mentem S. Thomæ, quam Caietanus expressit. l nam priore modo, verbo: posteriore autem opere, auxiliũ dæmonis imploratur. Tacita autem inuocatio dæmonis toties fit, quoties aliquis enititur efficere aliquid per causas, quæ nec virtute sua naturali, neque ex diuina, aut Ecclesiastica dispositione possunt illud efficere, vel quando huiusmodi causæ tamquam necessaria adiũguntur aliis, quæ possunt talem effectũ producere, iuxta mentem S. Thomæ, m cuius definitionis exempla possunt esse quidam rami ab ista radice procedentes, quos posuit Caietan. n Quorum primus est vti verbis sacris hac cõditione, vt sint scripta in illa, vel illa materia: vel tali tẽpore, aut hora: & aliis huiusmodi, quæ neque ad diuinum cultum, neque eius honorem, neque ad rectam rationem pertinent. Secundus est, adiungere causas naturalibus aliquos characteres, vim significandi habentes, qui quidem ad dæmones illos probè intelligentes referuntur, vel sunt nomina ignota, quæ ipso quòd sunt talia tacitè ad eos referuntur. Tertius est, vti causis naturalibus ad effectũ supernaturalẽ, veluti ad agnoscendas hominum arcanas cogitationes, vel ad subito mendandum. Quartus vti verbis sacris ad inanem effectũ, sicut ad mouendum annulum supra tulum, vel ad volendum cribrum, quæ quidẽ nõ verba sacra, sed ipse diabolus mouet, vt illis verbis honorem sibi faciat exhiberi. Quintus est, miscere falsã, veluti dicendo Christum habuisse febres.

a Per ca. vos de consecr. d. 4. d. diximus in repet. capi. quando de cõsecr. d. 1. c. 20. nu. 20. post Paul. in 4. libr. sent. dist. 15. quæst. 5. col. 2. b In cap. 13. c Prælu. 3. n. 19. & seq. d Prælu. 1. nu. 17. post In noc. & alios i bi citatos. e In dicto prælu. 3. nu. 18. f Ibi.

g Sess. 4. inde cõc. de editione, & v. s. sacrorum librorum.

h 2. 2. q. 81. a. 2. & 6. i 1. 2. quæ. 62. k Exod. 20. l 2. 2. quæ. 122. art. 2. m l. 1. ff. de offic. eius, cui mand. est iur. & c. cum Apostolica. de his, quæ fiunt à prælat. sine cõsens. capis. n 2. 2. quæst. 81. artic. 2. o 2. 2. quæst. 92. art. 1. ad inuocandis quæ in quæst. 94. art. 3. p Cap. sciendum. 8. quæst. 1. & l. cõs. con tra. tabulas ff. de vulg. & pu pill.

a 2. 2. quæst. 81. art. 2. & 3. b 2. 2. quæ. 92. art. 1. & 2.

c In libr. 2. de doctr. Christiana relato in cap. illud. 26. quæst. 2. Superstitiois quatuor species. d 2. 2. quæst. 92. art. 2. e 2. 2. quæst. 93. art. 1. f Dicitur quæ. 92. art. 2. & facit cap. quif quis 4. dist.

g 2. 2. quæstio. 92. art. 1. h Vbi supra. i 2. pa. tit. 12. cap. 1. §. 12. k 2. 2. quæ. 95. art. 2.

l 2. 2. quæ. 85. a. 3.

m 2. 2. quæ. 96. art. 1. & in multis. art. 9. 95. eiusd. 2. 2. n In summa verb. incantatio.





Qua quidem in re iure quis miretur illorū hominum impudentiam, qui his & aliis similibus superstitionibus credunt, quod Deus tam frequenter impartitus fuerit vetulis quibusdam deliris, & hominibus ignorantibus, & (vt plurimum) corruptis moribus, vitæque reprehensibili ea, quæ non est elargitus sanctis, quibus in gradu ad eò alio profunda suæ diuinæ sapientiæ arcana, virtutemque suæ infinitæ potentæ, qua tot miracula fecerunt, communicauit: quamuis malis interdum concedat, quod aliquot bonis non concedit vt infra tangitur.\*

Septimò dicimus, quòd Concilium Tridentinum, b declarat hæreticum eum, qui dixerit à nobis Sanctos inuocandos non esse: aut eorum preces nobis apud Deum non prodesse: aut eorum reliquias & imagines non esse nobis venerandas simul declarando, quod vt sanctissimum est, imagines honestas Sanctorum, maximè Domini nostri Iesu Christi, & eius matris habere & colere, sic peccatū est imagines ornare, & habere, quæ sua venustate, nuditate, forma, aut habitu, ad libidinē, & alia vitia alliciant. In quo multos (etiam religiosos) errare video, vestientes Dominam nostram, & B. Mariam Magdalenam, & alias Sanctas ornamentis profanis, & vanis, quibus etiam honestæ feminæ sese vestire vererentur. Item declarauit c esse idololatriam credere illis aliquam diuinitatem, aut virtutē inesse, præterquam ad ea, quarum sunt imagines representanda. Item declarauit, d neminem debere in ecclesia collocare, nec domi habere imagines insolitas, & inusitatas sine approbatione episcopi.

*Circa præceptum maximum de colendo Deum, quod est Decalogi, vt peccatur.*

- 25 Præceptum de colendo Deum frangitur triginta octo modis præter participantes, vsque in finem cap.
- 27 Excommunicatus an sit exterius faciens opus infidelitatis.
- 27 Disputare de fide laico illicitum.
- 28 Ars Magica vetita.
- 29 Maleficium an maleficio tolli possit.
- 30 Sortes quæ prohibita, & quæ licita.
- 21 Incantatio prohibita, & fide indigna.
- 32 Philtra quæ illicita.
- 32 Adoratio imaginum quæ illicita.
- 33 Somniis quibus non credendum.
- 34 Reliquias, nomina, & breuia vt gestanda, & num. 35. & 36.
- 37 Auguria non credendum.
- 38 Dæmoni herbam, & musicam nihil resistere.
- 38 Ars notoria illicita, & quæ sit illa.
- 38 Stryges, & Sagæ reprobatae.
- 39 Duella illicita, exceptis duobus, & quæ prohibita per Concil. Trident.
- 40 Tentare Deum illicitum, etiam per Martyrium, & 41.
- 40 Martyrium pati quando crimen mortale.
- 41 Diu, Deabusque Gentilium, aut planetis aliquid diuinitatis, tribuere impij.
- 41 Magister Poetas Gentiles prælegens vt peccat.



**O**NTA hoc præceptū de colendo Deum peccat mortaliter primò, qui seipsum, vel alium circumcidit, vel vitur aliqua cæremonia Iudaica, vel Mahomerica, quæ aliquā falsitatem nostræ sanctæ Catholicæque fidei contrariam significat, etiam si minimè veram esse credat, per supradicta. e

26 Secundò peccat mortaliter, qui expressè dæmonem, Solem, Lunam, Idolum, vel creaturam aliquam, tamquam Deum adorat, etiam solo cultu exteriori. f Vel habuit dæmonem, seu spiritum, quem vocant familiarem, vt ipsum admoneret, vel ei ostenderet, renuntiarēve, quæ in locis remotis, aut secretis geruntur. g Circa quod nullatenus excusamus Reges, qui non puniunt eos, qui huiusmodi dæmonibus familiaribus vtuntur, sed potius experunt ab eis ætiores fieri, de his, quæ in hostium castris geruntur, aut quæ aduersarij moliantur.

27 Terriò peccat mortaliter, qui ex metu, vel aliam ob causam dicit ex animo aliquid contra fidem, vel consensit in aliquot opus infidelitatis exterius, etiam si intra se, & in

corde suo oppositum crederet: \* sicut Marcellino Papa legimus contigisse a qui non solum est excommunicatus in foro exteriori, sed etiam in foro conscientie, secundum Caietanum. b Sed huius oppositam sententiam olim pro respõso dedimus interrogati de certis catibus, qui cuidam religioso Societatis Iesu apud Sarracenos agenti occurrerunt erga Christianos quosdā, qui timore perculsi, & propter alias causas, se esse Sarracenos finxerunt, & sequuti sumus eum, qui Repertorium Inquisitorum composuit, c quod nunc quoque verius arbitramur, quàm quod Caietanus asseruit. sic enim Siluestro d & Ioanni Tabiennæ e visum est, & profecto etiam si hoc nullus assereret, nos eandem sententiam teneremus: quoniam huiusmodi non est verè hæreticus: quamuis grauissimè peccet, secundum Alexandrum Alessem, f id quod ex hæretici, hæresisque definitione, quam g adduximus, comprobatur. Et excommunicatio illa iuris, quæ continetur in bulla Cænæ Domini, solum fertur contra hæreticos credentes, vel contra fautores, & receptatores hæreticorum, quorum de numero non est censendus is, de quo modo loquimur: nisi quando aliquod opus exterius hæreticum commiserit, alicui hæresi vel hæretico auxilium præstando: in quo casu, excommunicatus remaneret, non quia hæreticus, sed quia fautor hæreticorum est.

\* Sicut Marcellino Papa legimus contigisse. Quæ de Marcellino Papa leguntur, eum metu ad actum idolis immolasse, nõ ita certa sunt, vt non sint maiora & probabiliora argumenta omnia hæc Marcellini Papæ gesta à Donatistis Schismaticis fuisse conficta, quæ vir doctissimus Cæsar Baronius suorum annalium tomo 2. ad annum Christi 301. & 303. protulit. Horum autem argumentorum hoc potissimum loco illud inferendum esse duximus, quod ex auctoritate D. Augustini sumptit. Augustinus enim in lib. de vnico baptismo contra Paulanum cap. 16. sic ait. Quid ergo eam opus est vt episcoporum Romanæ Ecclesiæ, quos incredulibus calumniis infectatus est obiecta ab eo carmina diluamus. Marcellinus & presbyteri eius Melchides, & Marcellus & Syluester traditionis codicum diuinorum, & thurificationis ab eo crimine arguntur. Sed nunquid ideo etiam conuincuntur, aut conuicti aliqua documentorum hinc ita monstrantur? Ipse sceleratos & sacrilegos fuisse dicit. Ego innocentes fuisse respondeo, quid laborem probare defensionem meam, cum ille nec tenuit probare conatus sit accusationem suam. Hæc ibi Augustinus quæ ipsa Cæsar pluribus vrget vt omnia hæc de Marcellino calumnie conficta esse demonstrat.

Quarto peccat mortaliter, qui aliquem habitum, vel signum Iudæi, vel Sarraceni desert in loco, vbi in veste, vel quouis alio caractere vnusquisque suæ legis professionē indicat, iuxta Angelum, h Siluestrum, i & Caietanum. k Id enim facere perinde est, ac præ timore se Iudæum esse, aut Sarracenum confiteri, non autem peccat et propter solam omissionem signi vel habitus Christianismi, dummodò signa Iudæorum, aut Sarracenorum non acciperet, sicut rectè docuit idem Caietanus. l

Quinto peccat mortaliter, qui disputat de fide, cum sit laicus, sciens laicis esse prohibitum sub excommunicationis pœna de illa disputare secundam iura. m & Caietanum, n qui o limitat hoc in disputante gratia exercitij: licet dici possit talem non includi hic: quia nescit, neque debet scire, id esse sibi tali pœna prohibitum.

Sexto peccat mortaliter, qui aliquas reliquias falsas, tãquam si verè Sanctorum essent, adorandas proponit, vel vortuas imagines pro miraculis falsis obtulit imagini Crucifixi, vel beatissimæ Virginis, aut aliorum Sanctorum: vt alij simili exemplo prouocati aliquid templo offerant, vel alia similia ad offerendum comparent, vt inde aliquid accedat lucri, quoniam magna diuino cultui inferret irreuerentia, mendacia circa res sacras persuadendo, iuxta Caietanum p & quia est primæ speciei superstitionis per dicta supra. q

28 Septimò peccat mortaliter, qui dæmonem expressè, vel verbo inuocat, quòd sibi sit auxilio, consilio, vel fauori: quia est tertia species superstitionis de qua supra. r

Octauo peccat mortaliter, qui dæmonem per modum obsecrationis adiurat, vt ab eo aliquid discat, vel vt auxilium ab eo accipiat. s Quamquam licitum sit dæmones adiurare per modum coactionis, obstringendo eos Ecclesiasticis exorcismis, vel quando sine inuocatione ipsi adfunt, vt solent in arreptitijs adesse: nõ licet tunc eos interrogare, sine prece tamè, & sine aliquo societatis pacto ad aliquorū

a Num. 30.  
b Sess. 23. in decreto. de inuocatione sanctorum.

c Vbi supra.

d Ibidem.

e Per supra dicta, num. 22. & 399.

f Supra num. 19.

g Sicuti copio so probatum in cap. nonis. de iudic. nor.

a Capi. nunc autem. 21. di.

b 2. 2. qm. 94. n. 11.

c In verb. hæreticus.

d Verb. hæreticus. qu. 9.

e Verb. hæreticus. num. 2. verb. Apostasia. qm. 3.

f 2. par. titul. 33. memb. 2.

g In repe. ca. nonis. de in. dic. notabil. 3. n. 44.

h Vbi supra. tit. 5. p.

i Eod. verb. k In summo ver. habitum omisso.

l 2. 2. q. 3. a. 1. m Ca. quoniam quo de hæret. lib. 6. c. 11.

n Pen. C. de summo ver. disputat. o In 2. 2. qm. 18. art. 7.

p Vbi supra. q In verb. in perisio. Num. 33.

r Dic. num. 23.

s Capi. illud 2. q. 2. & supra eodem dicto. n. 33.



a 2. part. tit. 12. cap. 1. §. 5.

b Caiet. verb. interrogatio primi precepti.

c In 1. lib. ser. dist. 17. dl. culp. C. de malef. & mat.

e Verb. curiositas. §. 10.

f Eod. nu. 23. & 24.

g Arg. cap. il lud. 20. qu. 1. h Lewis. 20.

i Exod. 12.

k l multi. C. de malef. & mat.

l 4. d. 34. qu. 1. artic. 3. m l bide. q. 2.

n Verb. maleficium. qu. 8. arg. l. nullus. & l nemo. C. de malef. & mat. & c. no. obseruetis.

o 26. qu. 7. p Arg. cap. 1. ad Rom. & cap. notum. 2. qu. 1.

q Cap. mot. 22. qu. 1. r In repet. c. inter verb.

s In 4. libr. sent. dist. 35. qu. 2. t Deuter. cap. 17.

v Dist. al. nemo. Cod. de malef. & mat.

x 2. 2. qu. 96. art. 4. ad 2.

y Dist. qu. 96. art. 2.

z 2. part. tit. 12. cap. 1. a In libr. 2. sent. dist. 7.

b Cap. 2. de non. oper. nuncius.

c Verbo. inter rogatio primi precepti.

d part. 2. tit. 12. arti. §. 12.

utilitatem, secundum B. Antoninum. <sup>a</sup> Quin etiam colloqui cum ipsis demonibus corpora hominum obsidentibus, ob curiositatem tantum, non est plusquam veniale: quonia nullo pacto illis couti licet, nisi tamquam inimicis. <sup>b</sup>

Nono peccat mortaliter, qui Necromantiam, vel aliam magicam artem discit, vel ea vitur, vel deliberato animo eam vult ediscere, vel ea vti. quoniam iuxta Richardum, <sup>c</sup> non est scientia: sed potius superstitio. <sup>d</sup> Quod si libros huiusce facultatis habet, & nolit eos comburere, non est absolendus, secundum Angelum: <sup>e</sup> nam tertia species est superstitutionis, de qua supra. <sup>f</sup>

Decimo peccat mortaliter, qui vult demonis opera vel aliis illicitis modis thesaurum inuestigare, <sup>g</sup> vel si consulti aut consuli suadet maleficos, aut eos in domum suam accersit causa percontandi aliquid contra illud. <sup>h</sup> Anima que declinauerit ad magos & ariolos & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui. Vel veneficia aliqua composuit, vt incantationibus, aut inuocationibus demonum tacitis vel expressis noceret alicui. <sup>i</sup> Maleficos non patieris viuere. <sup>k</sup>

29 Undecimo peccat mortaliter, qui aliquid maleficium, aut incantationem alio maleficio, aut incantatione dissoluit, aut precatur alium, vt dissoluat: quamuis ille esset ad id agendum paratus, <sup>l</sup> secundum S. Thomam & Ioannem Maiorem <sup>m</sup> communiter receptum. Id quod etiam Siluester, <sup>n</sup> comprobat: quidquid dicat Angelus, <sup>o</sup> numquam enim est licitum alium ad peccandum inducere, quamuis ille sit ad id paratus. quia non licet consentire peccanti, <sup>p</sup> quamuis liceat alieno peccato vti, dummodo res ipsa, quæ petitur, non sit peccatum. <sup>q</sup> Quod latius tradidimus. <sup>r</sup> Atqui fas est maleficium licitis modis dissolvere: puta exorcismis approbatis, aqua benedicta. Sanctorum precibus, vera penitentia, deuota Eucharistia perceptione, secundum omnium Doctorum sententiam, precipue Ioannis Maioris, <sup>s</sup> & etiam sine vlla inuocatione soluendo vinculum capillorum, vel aliarum rerum, quibus incantatio continetur.

30 Duodecimo peccat mortaliter, qui interrogat, vel vult interrogare diuinos, siue diuinatores circa aliquid furtum, vel quidpiam aliud secretum, vel id ipsum fortibus, aleis, chartis, libris, cribro, astrolabio tentat cognoscere, aduersus illud, <sup>t</sup> Non inueniatur in te qui Pitihones, ac diuinos consulat. <sup>v</sup>

Decimotertio peccat mortaliter, qui adhibuit incantationes ad animalia seruanda, vel inuenienda, &c. vtendo verbis sacris, aut prophanis, vel aliqua alia vana obseruatione iuxta S. Thomam. <sup>x</sup>

31 Decimoquarto, qui credit effectum illum, qui ex operibus magorum, diuinantium, & incantatorum procedit, etiam si ad sanitatem perueniatur, virtute verborum, vel rerum, quas applicant effici, cum huiusmodi res iuxta naturam suam ad similem effectum producendum tali virtute careant: quoniam talem effectum demon efficit per alias causas naturales, quas ad id ob pactum expressè, vel tacite cum incantatore conuentum applicat, secundum S. Thomam <sup>y</sup> & S. Antoninum, <sup>z</sup> & reliquos omnes. <sup>a</sup>

Decimoquinto, qui aliquem peregrinum, quem Hispani Gitanum, Itali vero Cingarum, & Galli Ægyptium vulgo vocant, de fortuna sua percontatur, animo credendi id quod ille responderit: quamuis si ex curiositate, vel ridendi gratia id faceret, non esset lethalis culpa, nisi persona talis esset conditionis, vt ex illa interrogatione alij grauitur offenderentur: tunc enim ratione scandali grauius peccatum esset. <sup>b</sup>

32 Decimosexto peccat mortaliter, qui alicui philtum, siue poculum amatorum propinat, vt ab ipso ametur iuxta Angelum. <sup>c</sup>

Decimosextimo, qui rebus sacris & Ecclesiasticis aliquam incantationem, aut maleficium facit, aut fieri procurat, veluti aqua baptismali, oleo sancto, ara consecrata, verbis consecrationis, &c. vel aliquid horum secum ob malum finem gestat vt ait S. Antoninus. <sup>d</sup> Cui casui in plurimis diocesisbus excommunicatio synodalis annexa esse solet.

Decimooctauo, qui ob sanitatem alicui restituendam aliquid applicat, quod nulla virtute pollebat ad sanan-

duum: veluti cingulo metiri, vimen findere, aperire arborum, vrinam supra certam herbam emittere, licnis morbos secare, nisi propter ignorantiam excusetur.

Decimonono peccat mortaliter, qui Sanctorum imagines solum propter ipsamet adorat, sine vlla in ipsos sanctos tacita, vel expressa relatione, & sine respectu, quod representent ipsos sanctos in celo degentes, aut ipsum Deum. <sup>a</sup>

Item qui fingit, parat, aut habet fictas aliquas imagines Sanctorum, vel alias ita nudas, lasciuas, & inhonestas, vt probabiliter credi possit, motum iri aliquos per eas ad concipiendum, & volendum turpia vt supra diximus. <sup>b</sup>

Item qui fingit, parat, aut habet imagines aliquas probrosas Virgini matri, Sanctis, summo Pontifici, Cardinalibus, Episcopis, aliisque Prælati Ecclesiasticis, aut iniurias orthodoxa, Catholicaque fidei.

33 Vigesimo peccat mortaliter, qui aliquid futurum, vel arcanum credit ob id maxime, quia aliquid somniauit propter expressam, aut tacitam demonis inuocationem, videlicet, quia propter infomnium credit illud, ad quod vis somnij extendi non potest: veluti se numquam fore interficiendum, vel quod thesaurum inueniet, vel scire quam sit vxorem ducturus, secundum S. Thomam. <sup>c</sup> Quamuis credere aliquid, quod in somniis accepit, dum existimat esse reuelationem diuinam, vel causam, aut signum naturale sufficiens ad significandum quod portendit, non est peccatum, iuxta eundem S. Thomam <sup>d</sup> & Caietanum. <sup>e</sup>

Vigesimo primo peccat mortaliter, qui propter ea, quæ somniauit, omittit facere aliquid ad salutem animæ necessarium, vel operatur aliquid eiusdem salutis contrarium, licet si non est tale, solum venialiter peccet vt Caietanus tradit. <sup>f</sup>

34 Vigesimo secundo peccat mortaliter, qui certam spem constituit in deferendis aliquot nominibus scriptis, firmiter credens propterea fore, vt numquam in bello vulneraretur, feriretur, vel repentina morte raperetur, aut quod neque aqua, neque igne periret, vel quod erga principes omnia sint illi prosperè cessura: quonia huiusmodi nomina neque virtute naturali, neque ordinatione diuina, vel Ecclesiastica vllam vim habet ad tales effectus producendos, & consequenter vana est eorum obseruatio. <sup>g</sup> Quocirca talia breuia vel nomina sunt reprobata, & peccant mortaliter, qui ea configunt, vel qui illis vtuntur, vel qui consulunt, vt alij eisdem vtatur, iuxta B. Antoninum, <sup>h</sup> nisi adeo ignorantes & rudes fuerint, vt eos ignorantia excuset.

35 Vigesimo tertio peccat, qui breuia aliqua (vt vulgo vocant) vel coniuurationes, vel nomina, collo appensa gestant, nisi hæc quattuor conditiones concurrant. Prima est, quod sint nomina cognita, & intellecta, & sancta: veluti ex euangelio & Scriptura sacra, aut aliquo viro Sancto desumpta. Secunda, quod in eis nullus alius character aut signum, præter Christi crucem, aut aliud sacrum contineatur.

Tertia, quod in eis nihil sit falsi, aut vani, aut ad inuocationem demonum pertinens. Quarta, quod nullam constituent spem in modo scribendi, vel ligandi, neque in eo, quod in membrana, vt vocant virgine, aut cum sol oritur, vel quando legitur euangeliū, conscribantur, vel quod debeant rot sigillis ligari, & a puella virgine, aut quod a nemine videatur, & alia similia, quæ neque ad laudem Dei, neque ad alium effectum naturalem, vel institutum deseruiunt, secundum S. Antoninum, <sup>i</sup> & Martinum ab Arles, conterraneum nostrum, <sup>k</sup> & satis colligitur ex S. Thoma. <sup>l</sup>

Vigesimo quarto, qui facit, aut defert aliquos versus scriptos in die Ascensionis, credens minorem virtutem habituros, si ante Euangelium decantatum, vel post sacra peracta, vel in alio die, in quo talia verba Euangelij in eiusmodi schedulis contenta decantari non solent, fuissent descripti. <sup>m</sup>

Vigesimo quinto, qui defert aliquas reliquias superstitiosa quadam, & vana obseruatione ductus: veluti si vas vbi sunt gestanda, sit trigonum, vel rotundum, &c. quæ nimirum, & alia huiusmodi ad diuinum cultum nihil attinent, iuxta S. Thomam, <sup>n</sup> neque ad alium effectum naturalem, vel alium institutum deseruiunt. Verumtamen religiosum est cum deceti veneratione reliquias portare, absque aliarum vanitatum interpositione, iuxta eundem S. Thomam. <sup>o</sup>

a De consecrat. dist. 3. ca. pralatum. & cap. venenra b les. b Num. 23.

c 2. 2. qu. 82. a. 6. Deuter. 18. cap. sciendū. 20. qu. 4.

d In d. art. 6. e In summa verb. somniorum obseruatio.

f ibidem.

g Per dicta supra. nu. 22.

h 2. p. tit. 12. cap. 1. §. 13.

i 2. p. tit. 12. c. 1. §. 13. arg. c. non licet. 20. qu. 6.

k De superstitiionibus: nu. 4. vol. de cem Traha-tuum.

l 2. 2. qu. 96. art. 4.

m Rosell. verb. sortilegium. §. 2. n 2. 2. qu. 96. art. 4.

o Vbi supra.



36 Vigefimofexto, qui in die B. Ioannis Baptiftæ herbas colligit, credens in tali die collectas maiori virtute pollicere, quàm fi in alio die, vel poft ortum folis colligerentur, vel in die S. Petri, vel alterius Sancti, iumentis venam percutit, id vtilius fore credens: nam id illicitum eft iuxta Martinum de Arles, a quoniam quamvis peccatum non fit herbã medicinalẽ colligere fimul cum oratione dominica, vel fymbolo, fi ex deuotione fiat, & abfque fuperftitione, vel etiã eadem herba vti, b attamen fi aliqua vanitatis fpecies inferitur, peccatum rationem habet, licet aliquando propter ignorantiam aut fimplitatem, lethale non fit. c

Quibus addo, quòd mulieres quibusdam fignis, & benedictionibus fine fuperftitione & vanitate, licitis orationibus & exorcifcis vtentes, verbi gratia, obftantes per pafionem Chrifti, & alia huiusmodi, non peccant mortaliter. Verumtamen, horũ vfus debet illis meritò interdici: quoniam fapiffimè multa vana & fuperftitiofa intermifcent, nifi alias fint perfonæ honeftæ, & prudentes, de quarum vita bona habeatur in populo exiftimatio, nifi ex hoc aliæ fimples perfonæ anfam arriperent ad quidpiam fimile faciendum; fi enim ea illis præberetur occasio, deberent huiusmodi perfonæ honeftæ ab his protinus abftinere, iuxta verbum Apoftoli. d *Ab omni fpecie mali (aliàs mala) abftinete vos.* e Porro, illi, qui vulgo falutatores vocantur (quantumcumque aliàs fint perditiffimi homines) licitè poffunt fuo munere perfungi: quoniam gratia illa gratis data, huiusmodi hominibus à Deo fole conceditur in vtilitatem aliorum. f

37 Vigefimofeptimo peccat mortaliter, qui eo, quod audit aues garrere, vlulare lupos, mugire boues, & rugire leones, & alia animalia &c. vel quia obuiauit lepori, aut mulieri grauidæ, certò credit fibi mali quidquam imminere. g

Vigefimooctauo, qui certo credit aliquem, quia fub tali fydere, vel conftellatione natus fuerit, vel propter complexionem, aut phyfionomiam, cogi ad bene vel malè operandum. h

38 Vigefimonono, qui obferuat illum diem potiùs, quàm illum ad exeundum domo, vel ad iter agendum, vel quo pede ftatim à fomno terram contingat, vel quem pedem primum calcet: vel quòd domo egrediens in limine impingat, & ob id retrocedit: vel quia fimulatque excitatur à fomno, ftatim sternutauit, & ob id in lectum reuertitur: qui has & fimiles vanitates obferuant, vt plurimum venialiter peccant, antequam à fuis curatis, vel concionatoribus, vel confeffariis admoneantur. Poft admonitionem autem fecundum B. Antoninum i iam mortalia crimina inducuntur.

Trigefimo, qui difcit vel vult difcere artem, quam notoriam vocant, quæ certis ieiuniis, & variis quibusdam obferuationibus, fapientiã in fufã pollicetur, iuxta S. Thomã. k

Trigefimoprmo, qui credit herbas, vel muficam contra dæmones aliquid poffe: quamvis verum fit contra pafiones & humores corporeos vim habere, quæ fi ad quamdam temperiẽ reducantur, non adeo poteft vexare dæmò. l

Trigefimofecundo peccat mortaliter, \* qui credit veneficos, aut veneficas, vel ftryges corporaliter per aëra vehi ad diuerfa loca (vt illæ exiftimant.) m Quamvis credere, quòd aliquando, licet rarò, dæmon aliquos de loco in locum Deo permittente transportet, nõ eft peccatum, iuxta Caietanum, n & experientia iudicium compertum eft in Germania, vti traditur in Malleo maleficarum, o & probatur rationibus latè deductis. p

\* *Qui credit veneficos aut veneficas.* Communis fere viget opinio mulieres illas veneficas quæ ftryges feu lamias, vel vulgo fortiaræ vocantur ad quofdam conuentus conuenire, ibique non animo folum fed etiam corpore transportari: quòd Nauarrus in hoc ipfo loco poffe aliquando fieri affeuerat. Cæterum quoniam his verbis plane contrarium afferit, apponam in primis partem cap. Epifcopi 26. quæ. 5. quæ hoc reprobat. Illud, inquit, non eft omittendum quòd quædam fceleratæ mulieres retro poft Satanam conuerfæ dæmonum illufionibus aut phantafmatibus feductæ credunt & profitentur fe nocturnis horis cum Diana dea paganorum, & cum Herodiade, & cum innumera multitudine mulierum equitare fuper quasdam beftias, & multarum terrarum fpacia in tempeftæ noctis fentio pertranfire eiufque iufionibus velut dominæ obedire, & certis noctibus ad eius feruitium euocari, & poft plurima alia addit. Quifquis ergo aliquid credit poffe fieri, aut aliquam creaturam in melius aut in deterius immutari, aut transformari in aliam fpecie vel fimilitudinem nifi ab

A ipfo creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta funt proculdubio infidelis eft & infideli deterior. Hæc ibi. Similia fere habentur in lib. de Spiritu & anima, qui eft inter opera Auguft. cap. 28. Porro Alfonsus à Caftro lib. 1. de iufta Hæretic. punitione cap. 16. poftquam ea recensuit quæ fiunt à lamiis in eorum nocturnis conuentibus, & quomodo illæ à dæmone ipfarum familiari eò deuehantur. huic capiti quòd in fpecie his quæ dixerat, pugnare videtur: refpondet, atque adeo diuerfam effe fectam illam quam oftendit, illud caput reprobat, ab illa lamiarum fecta quæ hodie viget, & proinde hoc caput non facere contra illa quæ ipfe de lamiis narrauerat. vide eundem.

B Trigefimotertio, qui vult fortes experiri, aut expertus eft, vt per eas dæmon, vel cæli conftellatio ipfum admoneret, quid facto opus efferet, vel aliquid arcani, aut futuri reuelaret, vel fortes iacit ad electionem Ecclefiãftici beneficij, nullo prius facto bonorum & idoneorum delectu S. Thomas, a quamvis fortes mittere ad rei alicuius partitionem, vel ad capiendum confilium, ingruente neceffitate, fubmittendo fe fortunæ, quatenus diuina prouidentia eft, non eft illicitum. Verbi gratia tempore peltis, aut belli quinam clerici, aut monachi, etiam cum periculo vitæ remanfuri fint ad minifterium Ecclefiæ, & quinam difceffuri, ne omnes periclitentur, neque Ecclefiã deferta relinquatur, fecundum eundem auctorem.

C 39 Trigefimoquarto peccat mortaliter, qui alium prouocat ad duellum, vel prouocatus acceptat: quòd inter fortium fpecies poteft numerari, fecundum vtrumque Thomam, b duobus dumtaxat cafib⁹ exceptis. Primus eft, quando Rex quifpiam iniufte impugnatus videt fe viribus inferiore alio ad descendendum in prælium. Secundus eft, quando aliquis falfo accusatus, fe interimendum prouidet, vel iniufte fibi membrum aliquod amputandum, nifi duellum acceptauerit fecundum Caietanum, c quamvis Lyranus, d latius de hoc loquatur: quòd idem eft dicendum de eo, qui vult, confulit, delectatur, copiamve ad id peragendum aliis concedit, vt diximus. e Et quamvis ex vrgente aliqua caufa rex ipfe tolerare poffit: nullatenus tamen id concedere valet. f Nunc autem facrofanctum Concilium Tridentinum, g excommunicat eos, qui in terris fuis permittunt duellum, fiue fingulare certamen aliquod, quãuis fit Imperator, & priuat iurifdictione territorij, in quo id permittit, fi illud obtinet ab Ecclefiã, & etiam dominio directo, fi eft feudum: & facientes, & eos, quos vocant paternos, excommunicat, notat infamia, bonis priuat, & reputat homicidas, & morientem in eo priuat fecta fepultura, & eum qui confuluerit, aut fpectauerit illud excommunicat.

Trigefimoquinto peccat mortaliter, qui fumat, vel cogit, aut vult fumere, vel cogere ad fumendum feruentem aquam, ferrum cãdens, vel prunas ignitas, vel in fornacem ardentem ingredi, vel quid aliud fimile tentat, vt à fufpitione criminis, quòd fibi imponitur, feipfum expurget. h

E 40 Trigefimofexto peccat mortaliter, qui Deum tentat, fe martyrio temerè offerens, ipfofque infideles irritans, & occafionem illis fuggrens ad eum occidendum fine aliqua caufa, quæ vi præcepti, aut confilij ad id ipfum obliget, & dirigat. i Est autem martyrium in præcepto primò quantum ad animi præparationem: tenemur enim potiùs velle mori, quàm fidem deferere, aut peccare mortaliter, fecundum S. Thomam communiter receptum. k Deinde quantum ad effectum, id eft, ad ipfum actualiter perferendum, quando fubire ipfum eft neceffarium ad fidem, aut bonitatem multorum conferuandam, vel ad vitandas blafphemias. Est autem folum in confilio, quando ex eo nihil ampliùs, quàm Dei gloria, vel fidei exaltatio confequitur, fecundum mentem eiufdem doctoris. l Neque ad perferendum martyrium eft neceffaria perfecta caritas, quamvis huiusmodi caritas exigatur, quòd cum voluptate, & gaudio toleretur, fecundum eundem S. Thomam, m quoniam etiam in ftatu peccati mortalis poteft fubiri, iuxta Apoftolum. n

F Trigefimofeptimo peccat mortaliter, qui Deum tentat, dicendo aliquid, aut faciendo intentione expreffa experiendi diuinam potentiam, fapientiam vel pietatem, vel tacitè faciando aliquid, quòd tantum ad hanc experientiam faciendum conducit. Verbi gratia, concionari nulla præuia meditatione (cùm eam poffet adhibere) fecum reputans per interiorem infpirationem à Deo fibi

a d. traçt. de fuperftitionibus. num. 8.  
b Arg. c. non licet. 20. qu. 5.  
c Per dicta fup. pr. num. 22. & feqq.

d Ad Theff. 5.  
e Ca. cum ab omni. de vit. & honeft. cleric. vt fenfit. B. Anon. 2. part. tit. 12. ca. 1. 9. 11.  
f Margarita confeff.

g Ca. illos. 20. quæ. 2. & feqq.

h Cap. illud. 20. quæft. 2.

i 2. part. tit. 12. & citata fup. eod. capit. num. 24.

k 2. 2. qu. 90. art. 1.

l Ang. verb. fuperftitio. 9. 6.  
m Ca. epifcopi. 22. quæ. 5.

n 2. 2. qu. 95. art. 3.

o 2. part. cap. 3.

p In 1. part. q. 1. eiuſdem libri.

a 2. 2. qu. 95. art. 8. ca. 1. 2. & 3. de fortileg.

b 2. 2. quæ. 95. art. 1. cap. 2. de purgat. vulg. cap. monomachiam. 2. q. 5. c Ibidem. d 1. Reg. 17.

e In addit. ca. quando. de con. eccl. di. 1. f Secundum eundem Caietanum. vbi fupra. g Sef. 25. cap. 19.

h Cap. fin. de purgat. vulg. & c. confilij. ft. 2. q. 5. Tho. 2. 2. qu. 95. art. 8. ad 3. i Arg. cap. fi. de iniur. S. Tho. 2. 2. quæ. 124. art. 1. ad 3.

k In quolib. 4. art. 20.

l 2. 2. qu. 120. art. 3. ad 1. m In di. quo lib. 4. art. 19.

n 1. Corin. 13. & S. Th. fententiam in di. cto quolib.





a 1. par. vita. Christi c. 32.

b S. Tho. 2. 2. quæst. 97. art. 1.

c In d. 10. ar. 1.

d Contra c. 1. Pauli ad Rō. c. 1. de of. sic. deleg. c. motum 2. q. 1. c. qui po. test. c. multa alia 23. qu. 3. c. Eod. c. num. 10.

f Exod. 20. iuxta glossas, c. opino. c. m. m. g. In explic. tione secund. præcepti. h In verb. in. terrogatio se. cūdi præcep. ti. i In rubr. de iurament. k In summa 21. quæst. 1. l 2. q. 79. a. 2. c. m. 3. di. 49. quæst. 1. m Ibidem. n In rubr. de iurament. o 2. part. tit. 10. ca. 3.

necessaria subsidia præstitum iri secundum Rodolphum. 41 Trigesimo octavo peccat mortaliter, qui se probabili periculo mortis, aut mutilationis obicit sine necessitate, aut utilitate, veluti agrotus, qui respiciens humanum remedium, quod facile haberi potest, se diuinæ providentiæ committit, iuxta S. Thomam. b Quamvis noile uti medicina tempore martyrii, vel alio propter commodum spirituale, puta propter carnem domandam, passionisque effervescentes comprimendas, vel ut melius Christi passionem sentiret, perferendo vulnera, vel cauticia, morbum iliacum, aliasque huiusmodi corporum agridudines, quæ mortis periculum secum non afferunt, nullum esset peccatum, sed potius meritum, ut rectè docuit Caietanus. c

42 Trigesimo nono peccat mortaliter, qui credit habere aliquid diuinitatis cæli planetas, Saturnum, Iouem, Martem, Solem, Mercurium, Venerem, & Lunam. Qui item credit, calienlas homines illos idololatrias, & facinorosos Herculem, Bacchum, Iouem, & id genus alios, vel feminas inhonestas, ut Venerem, Iunonem, & id genus alias, quos, & quas Gentiles suis in libris celebrant, & stolidissime extollunt.

Quadragesimo peccant magistri, qui prælegentes libros & fabulas Gentilium poetarum, & aduertentes, vel aduertere debentes, quod discipuli incipiunt credere, illos, vel illas habuisse, habereve aliquam diuinitatem, non monent eos veritatem Catholicam: ut scilicet firmiter si bi persuadeant, illos fuisse homines puros, & vitis magis, quam virtutibus deditos cruciarique in inferno, cruciatumque iri æternum: qui nisi hoc fecerint, videntur eorum errori consentire, & quos possunt ab eo non reuocare. d In quo, ut scio, magistros meos o'im peccasse, ita credo, plurimos nunc quoque peccare, quos a concionatoribus frequenter moneri de re Christiana arbitror.

Quadragesimoprimo peccat mortaliter, qui consentit supradictis aliquo ex illis nouem modis supra e relatis.

De secundo præcepto Decalogi, de non assumendo nomen Dei in vanum.

CAP. XII.

- 1 Præceptum secundū Decalogi quid per nomē Dei cōprehendat.
- 1 Iurare quid sit. Et est actus latria & religionis. num. 2.
- 3 Iuramentum sine tribus comitibus peccatum: & est duplex.
- 4 Iurare nunquam licere dicens est hereticum.
- 5 Iurare per creaturas quando blasphemia.
- 8 Iurans falsa ut peccat. & seq.
- 8 Iurare secundum suam intentionem, & non illius, cui iuratur, ut peccatum. num. 9.
- 19 Iuramentum rei parua an obliget ad mortale.
- 11 Iuramentum conditionale quod ligat. num. 12. & quod factum sine animo adimplendi, num. 13. & quod factum contra consilia. 15. & 16. & quod dolosum. num. 13. 14. & quod factum de re vana. num. 17.
- 18 Iuramentum de redeundo in carcerem quod ligat. & quando factum secundum intentionem remotam eius, cui iuratur. num. 19.
- 20 Peccat, qui talem ad iuramentum inducit, & qui sic famulos. num. 21.
- 22 Iuramentum de secreto seruando quando ligat & num. 23.

**R**o fundamento dicendorum, præsupponimus primò, non solum illum assumere nomen Dei in vanum, qui per eum malè iurat, vel bene iuratum malè adimplet. f sed etiam eum, qui malè vouet, vel malè bene vouit: vel qui effudit blasphemias, aut iniuria verba contra Deum & Sanctos: quod rectè sensit Cōcilium Colonienſe s & alij, in quibus est Angelus. h Dicemus autem primò de hoc præcepto, quatenus agit de iuramento: & mox de eodem, quatenus comprehendit vorum. Demum de eodem, quatenus verat blasphemiam.

Secundo præsupponimus, quod iurare est affirmare, vel negare aliquid adducendo expresse vel tacite Deum in testem tanquam infallibilem veritatem, iuxta ea, quæ i diximus, sequentes sensum glossæ, k & mentem S. Thomæ, l & aliorum, m & Goffredi & aliorum n & S. Antonini. o

**A** Dixi, Expresse, ad includendum iuramenta, quæ sunt huiusmodi verbis, *Allego, vel facio Deum testem huiusce rei, tacite autem cum dicim. Visit Deus, per Deum, &c.* Vel nominando aliquam creaturam, in quantum in ea respicendetur diuina veritas: ut quado quis iurat per euangelia, per Sanctos, per cælum, vel per salutem domini sui: quod perinde est, ac si iuraret per Deum, cuius veritas est in Euangelio, vel per veritatem, quam Sancti crediderunt, vel per Deum, à quo pendet salus domini sui. a Idem facit, qui nominat creaturam aliquam à se dilectam, ut in ea diuina exerceatur iustitia, si verum non sit, quod iurat. Ut qui iurat per vitam suam, aut patris, aut filiorum, vel iurat adiuncta execratione, nisi quod iurauerit verum fuerit: quod appellatur iuramentum per execrationem, ut sentit S. Thomas b & Caietanus declarauit, singulariter interim adnotas, non cōmittere duplex peccatum, nempe execrationis & periurij, qui asserens aliquid falsi, in super adiungit. *Hac mihi faciat Deus, & hac addat, nisi verum sit, quod affirmo.* Cum enim ea execratio prolata sit sola causa aduocandi Deum in testem, non erit amplius quàm periurium: nam actus agentium non extenduntur ultra intentionem eorum. c

**B** Ex quibus inferitur primò, iurare esse actum suapte natura bonum: quia est actus latria, siue religionis, quo diuinum honorem illi, per quem iuratur, exhibemus: allegatur enim tamquam infallibilis testis, & prima veritas, quæ Deus est d secundum S. Thomam. e

**C** Inferitur secundò eum, qui aliquid affirmat, vel negat, dicendo. *Per fidem meam, vel, In fide mea, vel, In veritate,* nihil iurare, si nomine fidei, aut veritatis nihil amplius, quàm fidem & humanam veritatem intelligat, iuxta illam loquendi normam, qua principes & nobiles communitèr uti solent dicentes, *Per fidem meam regalem, vel per fidem gentilis, siue nobili hominis.* Neque etiã iurat, qui dicit, *Deus scit, an ego verum dicam.* Neque qui dicit, *Hoc dixerim coram Domino,* si careat intentione iurandi: non enim inuocat Deum, tamquam testem eorum, quæ dici: sed tamquam spectatorem, secundum Caietanum, f quem tamen non sequimur in eo, quod asserit, non iurare illum, qui dixerit, *Deus scit, me verum dicere:* qui enim huiusmodi verbis vitur, Deum vt testem adducit, secundū sanum, & communem intellectum.

**D** Inferitur tertio, quod omne iuramentum, ad hoc vt licitum sit, requirit tres comites: nempe veritatem, iudicium & iustitiam: hoc est, quod verum sit quod iuratur: & quod sit iustum: & quod cum reuerentia debita Deo fiat. Et si aliquod ex his tribus ei desit, peccatum est, per illud. *Et iurabunt in veritate, & iudicio, & iustitia.* h & S. Thomam. i Peccatum, inquam, mortale regulariter, cum ei veritas deest, vel tanta iustitia, vt sit mortale, id quod iuramento confirmatur. Veniale verò, cum non deest nisi iudicium, siue reuerentia, vel iustitia leuis: vt cum iurat, quis se facturum aliquid, quod solum est illicitum venialiter: non enim erit tunc amplius, quàm veniale, secundum communem sententiam, à Caietano k optime, & à nobis l explicitam.

Inferitur quarto, quod duo sunt genera iuramenti. Alterum asseritorium, quo vel præterita, vel præsentia asseruntur. Alterum verò promissorium, quo futura promittuntur secundum Goffredum m ab omnibus receptum. & ideo duobus etiam modis peccati potest ratione iuramenti, scilicet, aut perperam iurando, vel male adimplendo, quod rectè iuratum est.

**E** Inferitur quinto, quod peccat mortaliter contra hoc præceptum, quatenus agit de iuramento. Primò, qui credit iurare suapte natura esse malum, & nunquam licitum. & non solum mortaliter peccat, sed etiam est hereticus, si pertinaciter id facit: quia id est contrarium contextui. n Est enim ex se, vt supra dictum est, o actus latria, & religionis, quæ inter virtutes morales supremum obrinet principatum, secundum eundem S. Thomam. p

Secundò, qui iurat per daemonem, vel Mahometum, vel per Idolum aliquod, aut Deum falsum, q sicut quæ blasphemiam, quoniam id, quod Dei proprium est, scilicet, esse infallibilem veritatem, tribuit creatura: quod est blasphemiam, iuxta notata à S. Thomæ. r

Tertiò, qui iurat per aliquam creaturam, nulla habita Dei ratione, aut respectu tacito, vel expresse, eam adducens tamquam testem infallibilem suæ sententiæ, subin-

a Arg. iacob. cap. 1. c. cap. c. si Christi. de iurament. c. glo. singular. ca. quæst. 1. quæst. 7. c. b In d. 10. q. 89. art. 1.

c l. non omnis. ff. de reb. cre. c. c. an audi. intian. de de. cum. d Ca. à nobis 2. de iur. az. comm. e 2. 2. quæst. 59. art. 4. c. pro. bat dictum c. c. si Christi.

f 2. 2. q. 89. artic. 2.

g Jerem. 4 h Relatum in c. c. iurabunt. 22. q. 1. c. dicto cap. c. si Christi. i 2. 2. quæst. 89. art. 2 c. 3. k Ibidem. l In d. 10. ca. c. si Christi.

m In summa de iurament.

n Ca. 6. Deu. ter c. c. c. si Christi. de iurament. S. Tho. 2. 2. quæst. 89. a. 1. c. in 3. l. sent. d. 19. a. 2. Castren. libr. 2. contra omnes hereses. verb. iuramentum.

o Num. 2. p 2. 2. q. 89. a. 4. adiunctis quæ ait d. 81. art. 2. q. Ca. mouet. 22. q. 1. r 2. 2. q. 13. a. 1. c. 3. l. sent. d. 10. in exp. l. iustora.

dèque



deque diuinum honorem, & reuerentiam ei tribuens, secundum omnium mentem, & ea quæ diximus supra, a & S. Thomam. b

5 Diximus, *Eam adducens veluti testem, &c.* quoniam iurare per creaturam absque respectu tacito vel expresso bonitatis diuinæ in ea resplendentis, & sine tacita vel expressa intentione adducendi eam in testem infallibilem, sed in talem, qualis ipsa est in se, & non designando ipsam tamquam obiectum, in quo diuina iustitia exerceatur, nõ esset meo quidem iudicio iuramentum: non enim tunc adducitur Deus tamquam testis. neque etiam esse peccatum existimarem: quoniam nõ exhibetur diuinus honor creaturæ corâ Deo, vt patet ex supradictis, c & ex mēte S. Thomæ d communiter recepti. Verum est tamen quod Christiani, quando iurant per creaturam aliquam sacram, vel in qua valde notabiliter relucet bonitas diuina, qualia sunt, Cælum, Sol, Luna, Stellæ, Lumen, & alia id genus, per Deum ipsum, qui eorum est Dominus, communiter iurare videntur, & factè in foro exteriori excusabuntur à peccato grauissimo deferendi honorè diuinū creaturæ, sed iudicabuntur obstricti vinculo iuramenti: in foro autem interiori, & coram Deo peccatum grauissimæ superstitionis admittunt, si prædictas creaturas tamquam testes infallibiles infallibilis veritatis allegarēt, etiam si per Deiparam Virginem iurarent: attamen nullo iuramenti vinculo obligarentur, si neque actu, siue actualiter, neque virtute, seu virtualiter Deum in testem, sed potius ipsam creaturam, vt talis est, aduocare vellent, f quod quidem facere videntur, qui iurant per suam veritatem, aut fidem: vel per fidem quam suo generi, vel dignitati debent, per has barbas, per has vestes, per hos capillos, per has paleas, & per alia vilia, in quibus nihil diuinæ bonitatis speciatim relucet. quos arbitrari non iurare benè, neque malè, neque intentionem id faciendi habere, per supradicta.

6 Quartò peccat mortaliter, qui iurat falsum, sciens aut existimans esse falsum, & aduertens se iurare, quod quidam docti appellare solent, aduertere de dicto, & iuramento, siue fuerit maior natu, siue puer: dummodo annos discretionis attigerit, siue ob vtilitatem suam, siue alienam, siue ex leuitate, siue iocandi, vel excusandi, & se purgandi gratia, siue ob timorem mortis, siue ob alias quascumque causas iurauerit: quamuis id iræ furore percitus faceret, iurando non solum per Deum, per sacrosancta Euangelia, per beatam Virginem, per sanctos: sed etiam per vitam propriam, & per conscientiam: vel dicendo, *Ita Deus me adiuuet.* vt ait S. Bonaventura h & Gabriel. i Neque obstat solemnis glossa, k quæ dixit, non esse amplius, quàm veniale iurare falsum iocandi gratia: nam communiter & meritò reprobat, vt & nos eâ prælegētes reprobauimus.

Quintò peccat mortaliter, qui iurat falsum, non aduertens esse tale: verumtamen ita dispositus iurat, vt etiam si aduertet esse falsum, nihilomin⁹ iuraret propter peruersam consuetudinem, qua tertio quoque verbo tam falsa, quàm vera iuramento confirmat, quod etiam tenuit Caietanus, l quoniam inconsideratio illa non fuit causa, sed potius comes iuramenti. Quamquam communiter iurare falsum, non considerando, an illud sit falsum, vel an iuret, non est amplius quàm veniale secundum S. Thomam m & communem opinionem.

7 Sextò, qui per ignorantiam, quam crassam, vel supinam vocant, iurat falsum, credens se iurare verum, vt ait Ioannes Andreas, n Angel⁹ & Siluester, o quamuis si debitam adhibet diligentiam, nihil peccat, p si tamen aliquam adhibet, sed non quantam debet, non amplius quàm venialiter delinquit, secundum eosdem.

Septimò peccat, qui iurat veritatem, credens esse falsum, quod iurat, & considerans id, quod iuramento firmat, & aduertens se iurare, quamuis iocandi gratia id faciat. q Cæterum si quod iurat, aduertit, non aduertendo se iurare illud, vel contra aduertit, se iurare, non aduertendo quid iurat, non peccat mortaliter, licet graue veniale peccet. Si autem neque hoc, neque illud aduertit, immò vtrumque sine deliberatione, & consideratione facit, peccat quidem, sed tantum veniale leue vt ait S. Bonaventura, r nisi forsan ipsa inconsideratio ex voluntate deliberata, & ex contemptu oriretur: tunc enim esset mortale ratione

A contemptus, secundum Angelum. a

Octauò peccat, qui iurat aliquid, affirmans illud esse verum, nesciens an ita sit, b nisi affirmet eo solum modo, quo illud nouit, ad normā videlicet illam qua Archidiaconus respondet Episcopo super eo, qui sacros ordines suscipit: respondet enim, eum esse bonum & dignum, cum tamè id rectè percalleat: quoniã id nõ simpliciter asseuerat, sed hoc interim adiiciens. *Quantum humana fragilitas nosse permitit.* c

8 Nonò, qui iurat id, quod est verum secundum mentem suam, non autem secundum intentionem illius, cui iurat: cum esset iussus iurare à iudice competente seruato ordine iuris, vel se offerendo sponte ad iurandum. d Dixi, *iudice competente, &c.* quoniam si iudex iuramentum exigens talis non fuerit, vel esto quod sit competens, interrogat tamen contra iuris ordinem, vel est alius homo priuatus, qui per metum aut importunitatē iuramentum extorquet, tunc iurare poterit id, quod secundum suam mentem est verum. falsum autem secundum mentem alterius, cui exhibet iuramentum. e Sicuti B. Franciscum fecisse ferunt, qui rogatus, qua perrexisset quidam homicida, qui iuxta eum trāsierat, manus per manicas immitrens respondit, non transisse illac, intelligens non transisse per illas manicas, vt referunt Angelus de Perusio, f & Ioannes de Anania, g quamuis idem Angelus dicat h eum manu aurem tetigisse, de quo nos i mentionem fecimus, addentes illud cum Adriano, k quod qui sic iniquè interrogatur, potest optimè respondere, quod nescit, intelligendo, non eo modo se scire, quo illud dicere teneatur.

9 Vnde infertur, quod quādo iudex interrogat de aliquo delicto, quod notorium nõ est, neque de eo habetur semiplena probatio, neque ei⁹ infamia præcessit, neque indicia approbata intercedunt, neque ex eius occultatione alteri euenit notabile præiudicium, quāuis indirectè in dānum accusatoris redundet, nõ tenetur ille iudici respondere secundum eius intentionem, rei veritatē manifestando: satis enim est eum, qui iurat dicere veritatem iuxta intētionem suā, vt diximus l post S. Thomam m & Maiorē. n Et cōsequenter mulier, quæ secretū habet impedimētum, ratione cui⁹ neq; velit, neque possit habitare cū viro, & propterea excōmunicationis sententiā patitur, cum postea eā in articulo mortis constitutā oporteat iurare, se cum marito vitam acturā, vt possit absolui, tūc temporis potest & debet iurare, se id facturam, concipiendo intra se cōditionem illam, si id sine peccato fieri possit: & ob hoc si postea conualuerit ex infirmitate, & ad maritum nequaquam redierit, periurij rea nullatenus erit, argumento eorum quæ notat Panormitanus post Hostiensē & communem. o

10 Decimo peccat, qui iurat se aliquid licitum effecturum, quod postea non facit secundum omnes, p quamuis ira percitus iuret, modo non esset tanta, quæ iuranti iudicium ad mortalem culpam sufficiens adimeret, iuxta notata in simili de voto per Ioannem Andream & communem, q de quo infra. r An autem idem sit de illo, qui iurat rem leuem licitam, est dubium. nam Caietanus s tenet quod sic. Cuius sentētia aliàs magis placuit, quàm contraria, quæ tenuerunt B. Antoninus t & Siluester v & post eos Sorus. x Nunc autē magis placet prædicta opinio S. Antonini. Tum quia videtur esse receptior, à qua nõ soleo recedere sine textu, vel efficaci ratiōe ad id cogente. y Tū quia paruitas rei in omnium præceptorū materia excusat à culpa mortali, z ergo etiã in materia præcepti de implendo iuramentū paruitas & leuitas rei excusabit à culpa mortali. Tū quia, lex Dei de nõ furando, vel non iniuriando non minus ligat, quàm lex iuramenti: at paruitas furti, & iniuriæ excusat à mortali secū dū omnes, vt a diximus. Tum quia, qui præcepto Ecclesiæ, vel iuramento tenetur recitare diuinum officium, & qui sine contemptu vnum vel alterum versiculum omittit, non peccat mortaliter, secundum omnes. Tum quia, non obstat consideratio illa Caietani, quæ me aliàs in eius opinionem flexit, videlicet, quod versicul⁹ vnus psalmi relatus ad totum officium, quod est quid magnum, qui est pars eius exigua, reputatur pro modico & nihil, idem tamen versiculus per se ab aliquo promissus, non est pars alterius magni, sed est quoddam totum per se. Non, inquam, obstat illa consideratio, eo quod non omne totum est quid magnum, immo paruum, & cuius furtum non inducit culpam

mortalem,

a Verb. periurium, ante §. i.  
b Aureol. in 3. d. 39. Ang. verb. periurium. §. 4.  
c Capit. 1. de serut. in ord. fati. & omnes. ibi. & Angel. verb. periurium. §. 3.  
d Cap. quacuq; que arte. 22. q. 5. S. Tho. 2. 2. q. 89. art. 7. ad 4.  
e Cap. humana. aures. 22. q. 5. in c. uis. Comm. late de hoc differium.  
f In le. idem. §. si tibi. ff. de codic. ob turpem causam.  
g In c. qui cū fure. col. fin. de fur.  
h In l. quibus. §. cui ex voluntate. ff. de furtis.  
i In cap. inter verba. 11. qu. 3. conclus. 6.  
k In 4. de cōfessi. dubi. 10. col. 3. & in quolib. 11. l. i. ra. C.  
l In dicto ca. inter. verba. 11. quæ. 3. col. 6.  
m 2. 2. quæst. 70. art. 1. ubi bi. Caiet.  
n In 4. di. 15. quæstion. 18.  
o In cap. litteras. nu. 20. de rest. spol. iur. dicto cap. humana aures.  
p In 3. li. sent. dist. 39. ca. si vero de iureiur.  
q In c. dudū. de conuers. coniug.  
r Eod. num. 24.  
s 2. 2. q. 89. m. 7.  
t 2. parte tit. 10. cap. 4. §. 1. col. 4.  
v Verb. iuramentum. 1.  
x Lib. 7. qu. 2. art. 1. & lib. 8. qu. 1. art. 7. & q. 2. art. 3. de iust. & iur.  
y Per cap. de quibus. 20. d. & doctrinā Ioan. Andra. receptam in ca. 1. de conf. 2. Per §. nunc autem. sub fin. 25. dist. & alia late cita ta supra c. 11. nu. 4.  
z In dicto nu. 4.

a Eodem nu. 2. & per cap. clericum. 22. quæst. 1.  
b 2. 2. qu. 89. art. 6. & dist. 3. li. sent. di. 39. in expof. litera.  
c Nu. 1. & 2. dicta di. 39. quæst. 1. art. 1. ad 4. & ad vltim.  
e Arg. c. & si Christus in principio de iureiuran. c. con sideret c. clericum. c. si quis percipit. 22. q. 1. & S. Tho. ubi sup.  
f Capit. animaduertentia 22. q. 2.  
g Capit. 1. de delict. pueror.  
h In 3. li. sent. dist. 39. qu. 3. i Eadem. di.  
k Capit. veniens. de iureiur.  
l 2. 2. qu. 89. art. 3.  
m Dicto ar. 3.  
n In cap. tua. de iureiur.  
o Verb. periurium.  
p Cap. homines. 22. quæ. 1.  
q Dicto c. homines. secundum omnes.  
r In 3. dist. 39. qu. 3. art. 1.



mortalem, \* nec actionem de dolo, secundum eundem & alios omnes, quamuis ad actionem furti pro eo dādam de rigore iuris sufficiat iuxta glossam receptam. <sup>a</sup> Tum quia, ipsemet fatetur iuramenta matrum de dando filiis plorantibus pōmo, vel castigando eos non impleta nō facere eas reas culpę mortalis, secundum communem, & difficile est exculare illas alia ratione, quā paruitatis: quamuis alias fatēgimus eas fortiore ratione exculare, quā ipse Caietanus. Tum quia iuramentū de faciendo peccato veniali non est plusquam peccatum veniale, vt supra dictum est, & fractio iuramenti de faciēda re leui & parua, non videtur esse peior fractio iuramenti de faciēdo aliquid, quod est peccatū veniale. Tum denique, quōd par est credere Christum misericordissimum non condemnaturum morte æterna illum, qui iurauit vni, vel alteri se salutarum salute parui momenti nomine illius vnū, vel alterum, vel dicturum aliquid minimi momenti. Quare tenendum videtur cum communi, peccare quidem venialiter, qui iuramentum de re parua & leui non implet: non autem mortaliter, quod ipsum de voto rei leuis dicemus. <sup>b</sup>

\* *Nec actionem de dolo.* Actio de dolo competit mihi quando damnum dolo malo à quouis est mihi datum vel si quis aduersus me versetur dolose consulendo, vel malitiosè negotia mea administrando, nec superest aliqua civilis actio, qua possim experiri. Hęc autem actio nō datur nisi damnū duos aureos excedat vt aiunt iuriscōsulti. Vnde Nauarrus hic dicit ob exiguū furtum actionē de dolo nō dari. <sup>11</sup> Ex quibus inferitur responsio ad illam quæstionem, nuper nobis propositam, An qui dixit, *Deus male mihi vertat, & me non adiuuet; si amplius lusero*, ab hoc iuramento absolui possit nulla alia de causa, quā quod ipse magnum ludendi desiderium & tentationem patiat? Responderi enim debet, quod non: quia est verum iuramentum per id, quod supra <sup>c</sup> dicitur, & de re graui factum: & sine iusta causa à iuramento iusto de re graui absolui nemo potest iuxta glossam solemnem & receptā <sup>d</sup> quamuis in rem meliorem, aut equè bonam vt alia iuramenta cōmutari possit, quod tamen interroganti, ne faceret consului, & persuasi. quia illud iuramentum de ludo illicito in magna quantitate intelligebatur, quod è republica est etiam è castris militum exulare, & non de ludo licito in parua quantitate, qui animi causa etiam rogatis licet, & ita nuper sanctissimus D.N. Pius V. renuit in simili casu dispensare.

Vndecimo, qui iurat aliquid facere, & postea id non facit, eo quod aliquod euenit, quod si euenisset à principio nullatenus se id facturum iurasset, aliquando peccat mortaliter, aliquando verò minimè, sicut inferius <sup>e</sup> diximus.

<sup>12</sup> Duodecimo, qui iurat se non iturum, aut non transiturum per illum, aut illū locum, ne libidinis aut illiciti ludi occasione tentetur, & post eadem occasione permanente, pertransit: quamuis qui hoc iuraret absque alicuius finis boni & honesti, aut vtilis intuitu, non peccaret mortaliter contrafaciendo: quia iuramentum esset vanum iuxta Caietanum <sup>f</sup> & mentem S. Antonini. <sup>8</sup>

<sup>13</sup> Decimotertio, qui iurat deliberatè se aliquid facturum sine animo adimplendi, <sup>h</sup> quoniam qui iurat aliquid, tenetur habere animum id adimplendi sub pœna lethalis culpę. Vnde qui iurat aliquid illicitum facere cum animo faciendi, bis peccat, scilicet volendo illicitum admittere: deinde iurando se id facturum, quoniam contra iustitiam iurauit. Qui verò iurat se aliquid illicitum perpetraturum sine animo adimplendi, vno tantum modo peccat, secundum mentem Caietani, <sup>i</sup> iuxta quem etiam rationabilis timor mortis in casu simili nullatenus excusat.

Decimoquartò peccat, qui sophisticè, & dolosè aliquid iurat, aliter intelligens, quā ille cui iurat, intelligit, nulla intercedentē causa; aut iusta ratione vtendi tali duplicitate, non solum peccat mortaliter (vt dictum est) verum etiam postea non adimplens illud, secundum sanam & communem intellectum illius, cui præstitit iuramentum, quoniam quando iurans vtitur dolo, alter verò minimè, iuramentum adimpleri debet, secundum sanam & communem intentionem illius, cui iuratum est, <sup>k</sup> quamuis quando qui iurat est in bona fide, alter verò vtitur dolo, debet tunc promissum adimpleri secundum intentionem iurantis. <sup>1</sup> Quare non peccat non adimplendo, quod iurauit, qui dolo aliquo circumuentus iurauit, si dolus est eiusmodi, vt si à principio rem præuidisset, nullatenus iurasset: quoniam iuramentum non obligat extra intentionem illius, qui bona fide iurat, siue in genere, siue in particulari iurauerit se hoc, vel illud facturum, quod sibi ab alio fuerat iniunctum. <sup>a</sup> Neque Deus tale iuramentum bona fide emissum alio modo acceptat, quā illo, secundum quem ex corde processit. <sup>b</sup>

<sup>14</sup> Decimoquintò peccat, qui ob metum iurat aliquid licitum facere abique intentione obligandi se ad implendum illud, vel cum intentione adimplendi, quod tamen minimè facit iuxta S. Thomam, <sup>c</sup> & D. Antoninum: <sup>d</sup> quoniam redimere propriam, vel alienam vexationem virtutis opus est. <sup>e</sup> Et omne opus virtutis iuramento promissum est faciendum, <sup>f</sup> vt nos <sup>8</sup> respondendo cum communi illi textui, post Caietanum <sup>h</sup> diffusè probauimus. Verum est tamè secundum prædictos, quōd si quando iurauit ob metum, habuit intentionē perficiendi quod iurauit in aliquo sensu vero, licet diuerso ab illius mēte, qui ipsum iurare compulit, tunc neque peccaret iurando, neque etiam non adimplendo amplius quā ipse intellexit. quoniam non tenetur aliquis iurare secundum intentionem illius, qui perperam ipsum ad iurandum cogit, iuxta ea, quæ dicta sunt. <sup>i</sup> Qua propter qui iurat latroni, se centum aureos illi daturum sub conditione intra se concepta, si forsan illi debet, non tenetur illos persolvere, si alias non debet. <sup>k</sup> Et quamuis hoc exemplum non placeat Caietano, <sup>1</sup> rectè tamen potest defendi: quoniam nihil falsi in eo iurari licquidò constat.

<sup>15</sup> Decimosexto, qui iurat aliquid facere contra diuinum aliquod præceptum, puta furari aliquid notabile, aut non deponere odium, vel alteri auxilio esse in opere peccati mortalis: veluti si cum aliis coniurauit ad defendendum vel perpetrandum aliquod scelus, vel agendum aliquid contra obedientiam. <sup>m</sup> Diximus, *In opere peccati mortalis*: quoniam qui iurat aliquid facere, quod non est amplius quā veniale, solum venialiter peccat iurando & adimplendo, <sup>n</sup> quamuis ea potissimum ratione compleret, quia videlicet iuramentum apposuit, sicut rectè insinuauit Siluester. <sup>o</sup> Etiam si oppositum Angelus, p asseueret. quoniam circumstantia illa committendi veniale ob id, quod iurauerat, potius extenuat, quā exaggerat culpam, quia in eo aliqua reuerentia erga Deum habetur.

<sup>16</sup> Decimosextimo peccat, qui iurat se non facturum aliquid, ad quod non tenetur, est tamen secundum se melius id facere, quā non facere, si forsan erat aliquid ad consilia Euangelica pertinens: veluti si iuraret, se non mutuo daturum, aut nō crediturum rem suam, vel nō collaturum elemosynam ei, qui grauem non pateretur indigentiam, vel non ingressurum religionem, vel non accepturum sacros ordines, vel episcopatum, & alia similia, secundum Angelum <sup>q</sup> & Siluestrum. <sup>r</sup> Sed nobis oppositum magis placet: quoniam neque S. Thomas, <sup>s</sup> neque S. Antoninus, <sup>t</sup> dicunt hoc esse mortale, vt aliqui existimarunt. Caietanus etiam <sup>v</sup> & Ioannes Tabienna <sup>x</sup> & glossa cōmuniter recepta, <sup>y</sup> sed à nemine in hoc adducta, tenent non esse lethale. Et ratio est quoniam deterius videtur iurare se aliquid facturū, vel facere omissurum, quod quidem factum vel omissum est veniale, quā iurare se facturum aut omissurum, quod est genere suo non est peccatum, licet contrarium eius sit melius eo. Iuramentum autem peccandi venialiter, non est amplius, quā veniale, vt supra dictum est, quod quidem intelligendum est, quādo non iurauit animo non adimplendi, etiam in casu in quo id non faciendo peccaret mortaliter: quoniam hoc perinde iam esset, ac iurare se scelus lethale commissurum, quod quidem semper esset mortale, vt in præcedentibus dictum est. Et quamuis huiusmodi iuramenta sine peccato obseruari possint, tamè ad sui obseruationem non obligant. quoniam vt docuit S. Thomas, <sup>z</sup> huiusmodi iuramentis Spiritui sancto apponitur obstaculum, cuius est proprium sancta desideria animis instillare. Quocirca talia iuramenta propria etiam auctoritate iurantibus possunt infringi, iuxta S. Antoninū, <sup>a</sup> quidquid Archidiaconus <sup>b</sup> Ioannes Andreas & Panormitanus, <sup>c</sup> dixerint.

<sup>17</sup> Quin etiam addimus fore melius frangere, quā seruare iuramentum de re, quæ suapte natura sit otiosa, vel ad malum & bonum pariter indifferens, vt verbi gratia, qui iuraret se non habiturum in suum ministerium

a Ca Quinta vallis. c. veniens. de iure iur.  
b Dict. e. humana aures. 22. q. 5. c. 2. 2. q. 89. a. 7. ad 3. d. 2. p. tit. 10. c. 6. §. quis ius casus.  
c l. nec timorem. §. fin. Et l. isti quidem. ff. quod met. cau. §. c. dilect. 1. de simo.  
d Cap. si vero de iure iur.  
e Ca. quānu pactum. de pact. libro. 6. g. In c. verū. de iure iur.  
f In dicto ar. 7.  
g Supra. nu. 13.  
h Secundum Siluest. verbo iuramentum 4. q. 7. versic. secundum.  
i In dicto ar. 7. ad 3.  
m Ca. in malis. ca. qui sacramento. Et ca. nocesse. 22. q. 4.  
n Secundum S. Ant. 2. p. tit. 3. c. 4. §. 1. col. 4.  
o Verb. iuramentum. 4. q. 1.  
p Verbo iuramentum. 5. §. 2.  
q Verbo iuramentum. 5. §. 3. r verb. iuramentum. 2. q. 7. s 2. 2. qu. 89. ar. 7. ad 1. t 2. p. tit. 10. c. 6. §. tertius casus.  
v In dicto ar. 7. ad 6.  
x Verb. iurare. §. 10.  
y In c. 1. 35. di.  
z Dicto ar. 7. ad 3.  
a 2. p. tit. 10. c. 6. §. tertius casus. per c. si aliquid. 1. c. 2. 22. q. 4.  
b In dicto ca. si aliquid.  
c In c. si vero de iure iur.

a Iuxta glo. receptam in §. gallinarū. Inst. de verū. diuis. verb. a nimo.  
b In §. an. 40.  
c Nu. 4.  
d Ca. quādo. de iure iur.  
e Cap. 18. nu. 19.  
f In summa verbor. per iurium. g Vbi supra. h Cap. 1. c. 2. 22. q. 2.  
i 2. 2. q. 89. a. 7.  
k Ca. quacum que arte. 22. q. 5. c. omnes ibidem. Inno. c. communis in c. veniens. de iure iur. l. Ca. humana aures. 22. q. 5. Inno. c. communi in dicto c. veniens. S. Tho. 2. 2. q. 89. ar. 7. ad 4.



a Ang. verb. iuramentum. 4. §. 5.  
 b Num. 22.  
 c 2. 2. q. 39. a. 7. ad 4.  
 d In verb. iur. rat. §. 10.  
 e In dicto c. si vero.  
 f Cl. pastoral. de sent. & re iud. p. verbu violentiam.  
 g In rub. de iur. reur.  
 h Verb. iuramentum 1. §. 37.  
 i Arg. c. si de purg. canon. Siluest. verb. iuramentum. 2. §. 8.  
 k Nu. 8. Ang. verb. iurame. tam. 4. §. 1.  
 l In Commen. tario predicti c. humana au. res. 22. q. 5.  
 m Siluester. verb. iuramentum. 3. q. 2.  
 n Arg. c. si ve ro c. ego & c. veritas. de iur. iur.  
 o Ca. ille. 22. q. 3.  
 p In 3. d. 38.  
 q In ca. cleri. cis. de co ha. bit. cleric. & mulier.  
 r Verb. iuramentum. 3. §. 5.  
 s E ad. verb. q. 9.  
 t 2. 2. q. 88. ar. 2. col. 3.

sterium illum aut illum, vel se non alloquutum aliquem de hac vel illa re: vel non aditurum alterius domum: vel non missarum panes coquendos ad furnum illius: vel eius apothecam non adire, vt aliquid emat, &c. nisi huiusmodi iuramenta proximo fierent ex aliquo pacto iuxta Angelum. a vel soli Deo propter vitandam aliquam occasionem peccandi, que inde sibi subministratur, sicut supra dictum est. b

18 Decimo octauo, qui iurat se in carcerem rediturum, & non reuertitur, quamuis sciat se ob id mortem obiturum, eamque sibi inferendam iniuste secundum Caietanum, c licet Ioannes Tabienna d nitatur Caietano respondere: verum non satis sufficienter id facit. Hoc tamen est intelligendum, dummodo carcer non sit iniurius, qualis esset si foret priuatus alicuius latronis, vel tyranni, vt ait Panormitanus, e glossa communiter recepta, f & Ioannes Andreas in specie, g vel iudicis non competentis, siue etiam competentis, absque tamen iuris ordine procedentis: & quamuis cum iurat se rediturum, non habeat animum reuertendi, secundum Angelum. h

Decimonono peccat vxor, que marito iurat se adulterij crimine carere, hac ratione persuasa, quia videlicet poterat id iuramento confirmare: quoniam egerat penitentiam, fueratque iam adulterium sacerdoti confessa, i quamuis si maritus eam circa hoc ad iurandum compellit, tunc quia id iniuste agit, potest illa iurare, quod secundum suam intentionem verum est, falsum autem iuxta mariti mentem, vt constat ex supradictis k quod nos latius, & profundius confirmamus. l

Ex quo inferitur responsio ad interrogationem nuper factam, An qui iurat se non habere rem aliquam ab alio petitam, vt ab ea danda, vel commodanda se excuset, peccet? Responderi enim debet, peccare, si mens eius verbis consonat: sed non, si non tenetur ad dandam vel commodandam, neque respondendum iuxta mentem petentis, & ea mente iuret, quod non habeat illam, ad eam illi dandam, aut commodandam, per predicta.

19 Vigesimo peccat, qui tempore pestis iurat verum ad portas ciuitatis, sed dolose contra intentione interrogantium: m quoniam ad ingrediendum ciuitatem sua sponte se offert: nisi forte custodes ciuitatis crederent aliquam vrberem esse infectam peste, que vera non erant: vel ingressurus rationabiliter credit, neque se, neque aliquid suum esse peste contaminatum, & subinde verum iurat, se non transisse per talem locum secundum precipuam intentionem, licet remotam ipsorum custodum. Eadem est ratio de scholasticis vniuersitatum, qui cathedrarum candidatos, siue oppositores (vt vocant) extra scholas alloquuntur de illis rebus, que ad subornandum minime faciunt, quod tamen, si postea cum suffragari sunt confiterentur, exinde redderentur inhabiles ad suum suffragium conferendum, & ea de causa iurati respondent, se nulli candidatorum quidquam fuisse loquutos, intra se intelligentes, nihil egisse de illis rebus, que contra statutorum mentem fuisse videbantur.

Vigesimo primo, qui iurat se rationem habiturum boni, vel vtilitatis ad aliquam communitatem pertinentis, vel ad munus, quo fungitur, quam tamen postea non habet. n

Vigesimo secundo peccat mortaliter, qui inducit ad iurandum eum, quem falso iuraturum arbitratur, o nisi cum inducit iuris ordinem sequutus, sicut iudex ad alterius partis instantiam, secundum Richardum p quocirca rationi consonum videretur, non esse deferendum iuramentum illi, de quo magna habetur presumpcio, quod illud non obseruabit. quod sentit Alexander III. q quatenus asserit ob hoc non esse recipiendum iuramentum a clericis se non redituros ad suas concubinas, vbi Panormitanus, inquit, recte fuisse consultum, si scholastici vniuersitatum non adstringerentur iuramento se Rectori parituros, esset enim prestantius, vt aliis pœnis ad id agendum stimularentur. Vnde inferitur, perperam agere confessarios, cum pertrahunt pœnitentes ad vouendum, vel ad iurandum se ab aliquo carnali peccato, vel alio, quod perinde ac illud allicit, absenturos vt ait Angelus r & Siluester s & Caietanus. t

Dicimus, inducit: quia textus de tali loquitur. Vnde videtur inferri, quod si alter sponte se offert ad iurandum, adstruque rationabilis causa ad recipiendum iuramentum,

A non peccat ille, qui recipit secundum Siluestrum. a

21 Vigesimo tertio, qui ex postulat iuramentum a familiaribus, vel seruis iuis, vel quibuscumque aliis, vt declarent auctorem alicuius facti ei facti, ea intentione, vt furem in omnibus casibus prodant: quoniam id licite fieri nequit, nisi in illis, quibus alij exteri possent furtum reuelare: ipse autem vult obligare suos ad id faciendum in omnibus casibus: quod minime fas est, vt latius inferius b dicemus. Peccare tamen ab eis iuramentum, quo adstringerentur vera dicere in illis casibus, in quibus exteri etiam veritatem detegere licite possent, non esset peccatum iuxta mentem B. Antonini, c & etiam Angeli, Siluestri & Tabienis, d licet paulo aliter loquantur, & diximus alibi. e Neque etiam liceret simpliciter exposcere iuramentum, vt verum expriment, etiam si non addatur, vt in quolibet casu id faciant, vt patet ex eis, que nos f diximus.

22 Vigesimo quarto, qui iurat facere, vel implere aliquid, credens se non posse illud prestare, veluti si iurat se ad certum tempus persoluiturum debita, probabiliter credens non futuram ei facultatem id eo tempore faciendi, vt ait Siluester. g Ceterum si iurat credens se posse persolvere, & facit, quod in se est, vt soluat, quamuis non satisfaciatur, non peccat. h Si tamen transacto tempore ad id definito, quam citissime poterit non persoluerit, peccabit. i

23 Vigesimo quinto peccat, qui iurat sub sigillo secreti, se aliquid habiturum, quod in Concilio, Senatuve pertractatum est, vel suæ fidei commissum fuit, & non occultat, & manifestat in casibus, in quibus non debet: k idem de illo, qui alterum inducit ad violandum eiusmodi secretum, secundum S. Antoninum. l

*De precepto secundo, quatenus continet, non male vouendum, & bene votum bene adimplendum.*

24 *Votum quid. De re mala non valet, sed de precepta sic. & numer. 25.*

25 *Votum obligat ad implementum sui sub reatu mortalis culpa.*

26 *Votum non fit per propositum solum.*

27 *Votum mentale quid sit, & qualem deliberationem requirat.*

28 *Votum absque animo adimplendi quo modo obligat ad sui complementum.*

29 *Votum de re necessario futura, & de re illicita, & de indifferenti, vt indifferens est, & de eo, quod est contra consilium Christi, non valet. & seq.*

30 *Votum in finem malum non valet, sed sic in bonum ex illo exortum. & num. 31.*

31 *Finis malus, & bonum ex malo natum differunt.*

32 *Votum proprie non est malorum renunciatio, que fit in baptismo.*

33 *Votum est duplex, nempe solemne & simplex.*

34 *Votum plus obligat quam iuramentum, cum concordia contradicentium.*

35 *Voti opus melius, quam voluntarium. quod sic est limandum.*

36 *Confessarius sic admoneat pœnitentem, qui votum violauit, & c.*

24 **D**ECLARATO iam hoc precepto, quatenus habet non male iurandum, declaramus nunc idem, quatenus includit non male vouendum. Pro quo presupponimus primo, quod secundum mentem Magistri, m S. Thomæ, n & aliorum, o *Votum est, Promissio, deliberate Deo facta, de aliquo bono maiori, a Superiori non irritata.* Dixi, *Promissio*, pro genere, & ad insinuandum, quod non sufficit desiderium, neque propositum etiam valde deliberatum faciendi, nisi simul ad sit animus seipsum obligandi, secundum eandem communem. p

Dixi, *Promissio*, in genere, ad significandum, quod vt aliqua promissio sit votum, sufficit, vt solum sit mentalis, etiam si nihil dicatur, aut scribatur, modo fiat animo, vel mente se obligandi secundum communem. q

Dixi, *Deliberate*: quoniam promissio subita, & absque consideratione facta non sufficeret. Sufficit autem tanta deliberatio & consideratio, quanta ad peccandum mortaliter, vel merendum sufficeret secundum Paludanum communiter receptum r nam, vt ait glossa singularis, s iudicium, quod sufficit ad obligandum nos diabolo,

a Vbi supra.  
 b In capi. 18.  
 c 2. p. tit. 10. c. 5. §. 5.  
 d Verb. familiaria.  
 e In cap. inter verba. 11. q. 3. concl. 6.  
 f In dicta c. cl. 6.  
 g Verb. iuramentum. 3. q. 25.  
 h Ca. querelam de iur. iur.  
 i Argum. ca. cum dilecti. de dolo. & c. sum. l. Celsus ff. de recept. arbit.  
 k Arg. c. qui ambulat. 5. q. 5.  
 l 2. p. tit. 10. c. 8. §. 3.  
 m In 4. l. sent. d. 28.  
 n 2. 2. q. 88. ar. 1. & 2.  
 o Beat. Anst. 2. p. tit. 11. ca. 2. in princ. Archid. in c. qui bona. 17. q. 1. & Pan. & aliorum in ca. litteraturam de voto, & c. munem opinionem.  
 p Vbi supra.  
 q Vbi supra.  
 r In 4. l. sententiar. d. 38. 1. col. 2.  
 s In c. mulier. 32. q. 2. qua habet similit. 20. q. 1. in summa.

sufficit



sufficit ad obligandum Deo. Vnde infertur, votum factum ex iracundia, quæ iudicium & rationem vouentis non absorbet adeo, vt tunc possit mortaliter delinquere, validum esse, vt ex Ioanne Andrea, & ex communi opinione a colligitur, etiam si multi graues auctores, b oppositum senserint. quod ipsum est dicendum de iuramento. c

25 Dixi, *Facta Deo*: quoniam omne votum tacite, vel expressè, mediata, vel immediata fit Deo, secundum S. Thomam. d Ex quo colligitur responsio ad questionem nuper nobis propositam, An voueat, qui dicit alteri, *Ego promitto tibi, me cum illo, aut illo amplius non iururum.* responderi enim debet, quod non. quia non est promissio facta Deo, & ita illi definitio voti supra posita non conuenit.

\* Quoniam omne votum tacite vel expressè. Votum omne Deo fieri tacite vel expressè ita intelligendum est, si omne votum ad latitæ cultum pertinet arbitremur. Sed si votum ad religionis cultum pertinere asseramus, etiam proprie vota Sanctis fieri non est absurdum. vt probat Robertus Bellarminus libr. de cultu Sanctorum cap. 9. vide eundem.

Dixi, *De aliquo bono*: ad significandum, quod promissio de re illicita, quæ vel veniale, vel mortale peccatum est, non est votum. e Dixi, *Maiori bono*: non quidem, vt Richardus, Maior, & aliquot alij f dicunt, quia votum necessario fieri debeat de his, quæ sunt de consilio, non autem de præcepto: satis enim est, vt sit maius bonum, siue sit de consilio, siue de præcepto, secundum eundem S. Thomam. g Quæ obrem, qui vouit non fornicari, neque adulterari, & non furari, per huiusmodi votum ita obligatur, vt si fregerit illud, non solum censetur transgredi præceptum de non fornicando, vel non adulterando, aut non furando: sed etiam præceptum hoc de adimplendo voto, & subinde non sufficere tali transgressori culpam sine huiusmodi circumstantia confiteri, vt bene adnotauit S. Antoninus h & melius Caietanus i licet oppositum, sed malè teneat Ioannes Tabienna. k

Dixi etiam, *De bono maiori*: ad significandum, quod votum faciendi vel omittendi aliquid facere, cuius contrarium secundum se melius est, nihil valet, cuiusmodi esset votum non ingrediendi religionem, non mutandi pecuniam, & alia huiusmodi, secundum S. Antoninum. l

Dixi, *A superiori non irritata*: quoniam vota filiorum familias, religionum, & aliorum, qui alterius potestati subduntur, legitime à suis parentibus, prælati aliisque superioribus irritata non obligant, m secundum S. Thomam n & omnes alios.

26 Secundo præsupponimus, quod ex hac definitione infertur primò, omne votum ad sui obseruantiam obligare sub pena peccati o mortalis.

Secundo infertur, solum propositum faciendi aliquid boni, absque promissione & animo se ipsum obligandi, non obligare communiter sub reatu mortalis culpæ, neque venialis: quia non obligat secundum S. Thomam receptum, p quem sequitur Archidiaconus q & Panormitanus r quidquid videatur asserere glossa celebris. s

Tertio infertur, votum fieri posse absque verbis expressis. t

Quarto, quod deliberatio, quæ satis est ad obligandum nos diabolo per peccatum mortiferum, eadem sufficit ad obligandum nos Deo per votum ad vitam æternam conducens, vt supra dictum est per glossam singularem v quæ id ante Paludanum & Caietanum x & alios dixit.

Quinto infertur, quod huiusmodi deliberatio in momento temporis fieri potest: & satis est, quod actu vel virtute fiat. Quapropter illud Panormitani y quod deliberatio, & propositum debent promissionem præcedere, intelligendum est, de præcedentia, vt philosophi aiunt, naturæ, seu causæ, & non temporis, id est, quod non est opus, vt per aliquod spacium temporis deliberatio præcedat votum, sed vt ad merendum, vel peccandum mortaliter sufficit facta in eodem momento temporis, in quo bonum opus, aut peccatum admittitur: sic etiam, vt votum sit validum satis est, vt in eodem momento temporis fiat deliberatio, quo fit votum ipsum. nam quamuis vtrumque simul in eodem tempore efficiatur: semper tamen deliberatio præcedit votum natura, quemadmodum substantia solis præcedit suam lucem, & ignis calorè suum. Est tamen valde magna differentia inter votum, quod magna præcedente de-

A liberatione fit, & illud, quod subitaneo, & repentino motu vel passione aliqua intercedente, cuiusmodi sunt illa, quæ passim à quibusdam, & ex quacumque leui cupiditate fiunt: quoniam huiusmodi vota facile dispensantur, commutantur, vel redimuntur, a alia verò non sic. quod etiam Caietanus b probat.

Sexto infertur, quod solum propositum ingrediendi religionem sine promissione tacita, vel expressa, etiam si induat quis habitum religionis, non efficit votum: quia aliud est vouere, & aliud proponere vouere iuxta glossam; c quæ uis Paludanus d & Antoninus e & aliquot alij per ca. consulti f oppositum tueantur, quoniam in casu illius capitis fuerat promissio, saltem implicita, aut virtualis, vt declarat optime Panormitanus, g Caietanus h & alij etiam alibi.

\* Quoniam in casu illius capitis. Casus illius capitis est de quodam qui ingressus est monasterium, & postea ante annum probationis finitum, est ex monasterio egressus, de quo Pontifex consultus an teneretur ad religiosam vitam ducendum, responderi autem pontifex x distinguendo, Nam vel ingressus est cum proposito absolute in monasterio ducendi vitam religiosam, que respondet non posse extra religionem viuere: in hoc autem proposito Nauarrus vult promissionem saltem implicitam vel virtualem, intercessisse, vel ingressus est cum conditione experiendi vitam religiosam, & tunc ad nullam religiosæ vitæ obseruantiam teneri responderi Pontifex.

27 Septimò infertur, quod qui Deo aliquid promittit, quamuis sine animo adimplendi promittat, re vera vouet, & tenetur adimplere: secus autem esset, si verbatenus absque animo se obligandi promitteret, vt eleganter prædictus Cardinalis, i confirmat, vbi subdit, quod quemadmodum Ecclesia, ei qui vouit, si postea dicat non habuisse intentionem seipsum obligandi, non credit: sic etiam perperam agunt religiosorum prælati, qui sine aliis coniecturis, suis subditis iurantibus se non habuisse intentionem profiteri, cum professi sunt, facile credunt.

28 Octauò infertur, quod non est votum promissio, quæ de rebus necessariò euenturis fit, quale est votum de moriendo, k neque etiam votum de re, quæ in se sit culpa lethalis, aut venialis: quoniam illud non est bonum, & multò minus erit maius bonum. Immo promissio facta de faciendo aliquid quod est peccatum mortale, est mortalis: & promissio de faciendo veniale, est venialis, vt supra l dictum est de iuramento.

Nono infertur, quod promissio de re indifferenti, quatenus indifferens est, non est votum: quoniam res indifferens non est quid bonum secundum se, nisi aliqua circumstantia apponatur, quæ rem alioqui indifferentem bonam efficiat. exempli causa, Votum de non nendo, vel non filando die sabbathi, etiam in honorem beatissimæ Virginis matris, vel votum eundi in ciuitatem Genuensem, vel non adeundi talem domum, absolute & simpliciter emissum, non est dicendum votum: quoniam nihil horum secundum se est malum, aut bonum. Neque enim in die sabbathi nere, vel filare ex natura sua deputari potest inter obsequia beatæ Virginis. Licet votum de non nendo die sabbathi, vt aliquoties Virginis Rosarium reciteretur, vel de ciuitate Genuensi adeundâ ob videndam adorandamque Christi imaginem, quam Veronicam appellant, vel non ingrediendi talem domum, ne quam personam impudicam inspiceret, quæ se ad libidinem, vel ad ludos illicitos prouocaret, sint valida. quoniam per has circumstantias, quæ alioquin erant indifferentia, fiunt bona. m Quamobrè circumstantiis istis deficientibus, voti vinculum cessaret, vt Caietanus n singulariter definiuit.

29 Decimo infertur, quod vota de non faciendo aliqua, quæ Redemptor noster consulit: vt vouere non seruare castitatem, paupertatem, & alia huiusmodi, quamuis licite valeant obseruari, minimè tamen obligant, o quin potius ita vouens peccat, licet vt plurimum non grauius, quam venialiter, quod satis diffuse idem Caietanus, p confirmat, præterquam si huiusmodi vota fierent gratia displicendi talium consiliorum diuino auctori, vel animo non adimplendi talia consilia, quamuis occurreret casus, in quo vim præcepti obtinerent.

30 Vndecimò infertur, quod votum maioris boni ob malum finem emissum non obligat, siue finis ille malus sit finis illius boni, quod vouetur, quale est votum faciendi elemosynam ob inanem gloriam aucupandam, vel ob

a In c. dudum de conuers. cōing.  
b Ludouicus Roman. sing. 408. c. Injon in l. si filiam C. de of. testā.  
c Vi tactū est supra eodem nu. 10.  
d In dicta q. 88. ar. 5. ad. 3.

e Ca. si aliquid & c. in malis. 22. q. 4.  
f In 4. li. sent. dist. 38.  
g In 2. 2. q. 87. ar. 2.

h Ap. tit. 11. c. 2. §. 1.  
i In d. q. 88. ar. 1.  
k Verb. votū. 1. §. 2.  
l In dicto ca. 2. §. 1.

m Ca. puella. c. cap. fi. 20. q. 2.  
n In d. q. 88. ar. 9.

o Eccles. c. c. licet. c. magna. de voto. S. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 3. c. omnes in dicta dist. 38. l. 4. p. 2. q. 88. ar. 1.

q In c. qui bona. 17. q. 1.

r In c. literulam de voto ad. c. qui bona 17. q. 1.

s Arg. c. cum apud de spon. sal.

t In c. mulier 22. q. 2. §. 2. vbi supra.

v In dicto ca. literulam. de voto. col. 2.

a Ca. 1. de voto.  
b Vbi sup. ar. 1.

c In videntia. C. de con. c. iuxta ca. ex parte. de spon. sal.  
d In dicta q. 1. ar. 1.  
e In dicto c. 1. §. 1.  
f De regul. g In dicto ca. literulam.  
h In dicta q. 88. ar. 1.

i In dicto a. 1.

k Arg. l. 1. ff. de condit. & de monst.

l Num. 15.

m Arg. c. paratū. 23. q. 1. ca. disciplina. c. ca. c. qui emendat. 45. dist.

n In dicta q. 88. ar. 2.

o Ca. fi. §. 1. 22. q. 4. c. Pa. la. cum cōi in 4. lib. sent. di. 38. q. 1. col. 4. p. In dicta q. 88. ar. 2.



Cap. cum mi  
n. 23. q. 5. in  
cuius Com-  
mentario la-  
tus hoc dixi-  
mus, & c. non  
est p. u. d. a. 1.  
qu. 1. 1.

aliquam voluptatem illicitam: siue sit finis ipsiusmet voti, quale est votum, quo dux ad bellum iniustum proficiscens, promittit se alicui operi pio mille ducatos oblatum, ut victoriam, licet iniquam, consequatur, ea intentione, ut illud votum sit medium ad talem victoriam allequendam, vel in gratiarum actionem victoria iniqua. quoniam omne opus cuius finis est malus, ipsum quoque malum est. <sup>a</sup> Et consequenter, quamuis id quod vouetur, bonum sit: votum tamen de illo propter malum finem malum est: & ita non est conueniens materia voti.

31 Dixi, *Iniqua*, quoniam si quis voueret aliquid bonum in gratiarum actionem euentus victoria absolute sine iniuritate & iniustitia consideratæ, quatenus est quoddam donum Dei, valeret votum: sicut valet votum de faciendo aliquid pium in gratiarum actionem pro filio, quem dederit Deus ex concubina autenta illa datione filij absolute sine iniustitia fornicationis, tamquam quodam Dei dono, ut mox dicitur. At verò, si neque finis boni, quod voluit, neque eiusdem voti esset malus, licet causa, quæ impellit ad vouendum, mala esset, non ideo votum desineret esse bonum.

32 Exemplum de eo, qui aliquam religionem proficitur, non collimando, neque dirigendo suam professionem, & sua vota in finem luxuriandi, licet ad id impellatur (pe ibi repertiendi occasione luxuriandi. Idem est omnino dicendum de eo, qui aliquid vouet, antequam in duellum siue singulare certamen descendat, hac intentione, ut à morte, vel vulnere liber à certamine egrediatur. Idem quoque de eo, qui vouet aliquid, si Deus illi concedat filium generare ex muliere, quæ sua non est. Etenim quamuis velle vincere, vulnerare, occidere in duello iniusto malum sit: velle tamen sine vulnere sanum & incolumen, eadere, non est tale. Et quamuis rem habere cum illa, quæ non est propria vxor, scelus sit, suscipere tamen filium ex illa dono Dei, non est tale. Idem dicendum de illo, qui huiusmodi votum fecerit, *Si à Deo illa, aut illa temporalia bona per fas, aut nefas consequatur, illud aut illud opus bonum faciam:* quoniam huiusmodi votum non adhibetur tamquam medium ad peccatum, neque ut gratiarum actio pro peccato, sed ut gratiarum actio pro re in se bona, & dono Dei data, & à fortiori validius erit votum, quod fit in vltionem proprii peccati. verbi gratia, Aliquis vouet illam, aut illam pœnitentiam, vel pœnam subire, vel petere Hierosolymam, vel summam aliquam pecuniæ erogare piis operibus, si tale, vel tale scelus admiserit, ut subtiliter & late post alios Cardinalis Caietanus <sup>b</sup> confirmat.

Duodecimò infertur, quòd abrenunciatio illa malorum, quæ fit in baptismo, non est propriè votum, ut dixit Paludanus <sup>c</sup> & neruòse probat Caietanus: <sup>d</sup> quamuis Magister, & alij multi oppositum docuerint. quorum opinio vera est intellecta de voto improprio.

Decimo tertio infertur, quòd duplex est voti genus. Alterum solenne. Alterum simplex. Votum solenne est, quod professione tacita, vel expressa religionis approbata, vel ex sacrorum ordinum susceptione celebratur. <sup>e</sup> Simplex autem est, quodcumque aliud, siue occultum, siue publicum fuerit, ut ait Paludanus communiter receptus <sup>f</sup> & S. Antoninus. <sup>g</sup> Et quamuis mortale peccatum admittat, qui violauerit votum simplex, & nonnumquam etiam scandalum praefereat: maius tamen crimen est, grauiusque scandalum communiter sequitur ex voti solemnem transgressione. <sup>h</sup>

Tertio præsupponimus, votum maiorem vim obligandi habere quam iuramentum, secundum S. Thomam, <sup>i</sup> quamuis Ioan. Maior, <sup>k</sup> oppositum tueatur. Cuius quidem opinio vera est, quando vtrumque principaliter fit in honorem Dei, vel vtrumque principaliter in vtilitatem proximi. Opinio autem S. Thomæ procedit, cum votum principaliter fit in honorem Dei: iuramentum autem principaliter fit in vtilitatem proximi, ut communiter fieri solet, quod nos, <sup>l</sup> vtramque opinionem conciliantes, definimus. & postea Michael à Medina, <sup>m</sup> egregiè probat, quòd obligatio iuramenti est firmior, quàm voti, licet hæc sanctorum sit illa, cum per illam promittamus proximo, & per hanc Deo.

Quarto præsupponimus, bonum opus factum ex voto plus meriti habere, quàm aliud non ex vi voti factum, secundum doctrinam S. Thomæ, <sup>n</sup> & Richardum & alios

A omnes, <sup>a</sup> & glossam singularem, <sup>b</sup> qui quidem omnes sequentes B. Anselmum <sup>c</sup> asseruerant eum, qui aliquid bonum facit ex vi voti, similem esse illi, qui arborem cum fructu suo donat: eum verò, qui facit opus sine voto, offerenti fructum sine arbore: quamuis opus consilij plus meriti habeat, cæteris paribus, quàm opus præcepti, <sup>d</sup> iuxta communem opinionem, quam declarat præcitus Medina. <sup>e</sup>

33 Quintò præsupponimus, confessarium teneri admonere pœnitentem, qui non adimpleuit votum tempore, quo debebat, non liberari ab obligatione postea implendi illud propter pœnitentiam, quam iniungit, eo quòd votum non adimpleuit tempore debito, nisi aliqua impossibilitas iuris, vel facti superuenerit, vel eiusmodi erat, quòd debito tempore transeunte, eiusdem obligatio transibat, iuxta mentem omnium, quam explicat Caietanus. <sup>f</sup>

*Modi visitiores, quibus peccatur male vouendo, vel male votum implendo.*

- 34 Vouens rem mortalem, vel venialem vt peccat.  
34 Vouens item id quod est præceptum, vel contra consilium. & num. 35. & 36.  
37 Vouens stulta vota, vt non peitendi se, non lauandi.  
38 Vouens illud, quod sciebat se non posse prestare.  
39 Votum, vel partem eius quis rectè frangit ob causam. & 40.  
41 Vouens quis tenetur statim implere, vel ad certum tempus, & c.  
42 Vouens sub conditione, & satagens ne adimpleatur illa.  
43 Vouens si perpetraverit illud, aut illud crimen.  
43 Vouens ob malum finem, vel ob bonum, qui nascitur ex malo.  
43 Vouens virginitatem, & eam postquam violauit, non obseruat.  
43 Vouens se vxorem ducturum, & postea non ducit.  
44 Votum religionis impediens, vel ab illa abstrahens ad quid tenetur. num. 54.  
46 Votum religionis suadens, vel ingressum ordinis dissoluti, & c.  
46 Vouens religionem, & quia non recipitur vt ipse vult, & c.  
46 Vouentem religionem an statim ligent onera eius.  
47 Vouens ingredi & profiteri, & postea exit.  
48 Vouens religionem strictiorem, & intrans laxiorem, & c.  
49 Religionis de ingressu an consulendum.  
59 Religionem relaxatam ingrediens, vel in eam filios intrudens. num. 51  
52 Vouens præ timore mortis spiritualis, aut corporalis, vel alterius mali, & c.  
53 Vouens rem dignam, voto, qua tamen maius bonum excludit.  
53 Vouens non bibere vinum, & crebro id violat. vel facere aliquid in tempore certo, quo transacto illud non adimplet. num. 54.  
54 Voti quem pœnitet, vel dubitando de voto an valeat, ipsum violat.  
55 Votum qui non adimplet per alium, quod per ipsum non potest.  
56 Vota defuncti qui non adimplet, adiunctis exemplis. & 57.  
57 Dispensat super voto per falsam aut iniustam causam.  
58 Vouere qui pertinaciter tenet esse malum.  
58 Votum coniugum de abstinendo, & pactum an paria. & 60.  
60 Votum mariti & vxoris sine licentia quod valet. & 61.  
62 Votum de ingressu religionis generale, an tollat refutatio vnus Superioris.

34 **F**X præmissis infertur, multos peccare contra hoc secundum præceptum, quatenus præcipit non malè vouendum, & bene votum rectè adimplendum. Et primò peccat, qui vouet aliquid peccatum mortale, vt occidere, odisse, seu odio habere, & c. per supradicta. <sup>g</sup>

Dixi, *Mortale*: quoniam votum de re, quæ in se solùm est peccatum veniale, non erit plusquam veniale, nisi vouens ea mente votum emitteret, etiam si esset peccatum mortale, nihilominus id se facturum voueret.

Secundò, qui vouet se facturum id, ad quod sub pœna mortalis culpæ tenetur, vt non fornicari, vel confiteri in Quadragesima, & non implet, & peccat non solùm quia fornicatur, vel non confitetur, sed etiam quia transgreditur votum. quòd fit, vt huiusmodi peccatum, cum hac circum-

a In 4. l. sent. d. 38.  
b In clem. 1. de reliq. & veneratione. sanct.  
c In l. de smi. d. Ca. cum in officio. de testamentis.  
d In c. de pœ. quast. 43.

In summa de materia voti.

b In dicta. q. 88. ar. 2.

c In 4. di. 38. q. 2.

d In dicta. q. 88. ar. 2.

e Ca. 1. de voto. & voti. red. l. c.

f In dicto 4. li. di. 38. qu. 2. g. 2. p. 11. c. 2. §. 1.

h Argu. c. ho. mo. 40. d. & c. p. 11. c. 11. q. 3.

i 2. 2. q. 89. a. 8.

k In prædicto 4. l. a. 38. q. 3.

l In c. quanto de iureiur. m. l. 5. c. 22. & 23. de continetia sacerdotum.

n 2. 2. q. 88. a. 6. & Opusculo 17. c. 12. & Opus. 18. c. 3.

g Num. 18.



a Per suprad. c. 6. n. 3. & 4. b In verb. uo tum. §. 2. d In 4. li. sent. cist. 39 qu. 1.

d 2. 2. q. 88. n. 2. c Num. 3.

f Arg. textus singul. c. uene rabilibus. §. p. 1. de. ens. excomm. lib. 6. ca. ne quis. 22. qu. 2. ca. noli. 13. qu. 1. g capite cu minister. 23. qu. 5. h Verb. uo tu i. qu. 1. 3.

h In c. fin. 22. qu. 1. 4.

i 2. 2. qu. 88. art. 1. k In summa huius tituli.

l In 4. dis. 38. m 2. p. 11. n. 11. cap. 1. §. 3. o Ang. verb uo tu. 2. §. 9. p Cap homi nes. 22. q. 2. p 2. 2. q. 88. a. 1.

q Per supra. d. 1. n. 2. 6.

r ibidem.

s Ca. licet. & c. magno. de uoto.

t Verb. uo tu 3. qu. 1. 1.

stantia confiteri teneatur, a quidquid dixerit Ioannes Tabienna, b cuius opinio non habet locum etiam in illo, qui uouet in genere se non amplius peccatum, quidquid Ioannes Maior c infinuauerit.

35 Tertio peccat, qui id, ad quod solum de consilio tenebatur, uouet se non facturum, etiam si occurrerent casus, ad quos ex vi precepti obligaretur, ut qui uouet non mutuare, aut non facere elemosynam, etiam in casu extremae necessitatis, non solum quia huiusmodi voluntas secundum se talis erat, verum etiam quia eam uoto firmat. Idem dicendum est de illo, qui uouet se non facturum id, quod est de consilio, eo animo, ut displiceat Deo tantum, quantum mortalia crimina ei displicere solent: secus tamen esset, si uoueret Deo, ut displiceret ei eo gradu, quo uenialia ipsi displicent, tunc enim non amplius quam uenialiter delinqueret, quod ipsum leuius esset, quando quis uorum emitteret non aduertens se in eo diuine boni ratione ingratam admittere, ut Card. Caiet. egregie docet, d & tactu est supra. e

36 Quarto, qui uouet aliquid, quod suapte quidem natura est contra consilium euangelicum, aut malum, vel non ita bonum sicut oppositum, vel indifferens, sed id facit cum aliqua circumstantia vel respectu, quo sit bonum & honestum, & postea non adimplet: ut si uouet ingredi aliquod monasterium, quamdiu in eo regularis obseruantia non viget: vel uouet non facere elemosynam: vel non fidei uerere, aut non mutuare aliquid illi vel illi extra tempus cuiusdam eximia, aut extremae necessitatis, ne aliquam exinde occasionem peccandi caperet. nam sicut multa sunt ex genere suo bona, quae ratione circumstantiae mala fiunt, sic etiam multa sunt ex genere suo mala, vel non adeo bona, sicut eorum opposita, vel indifferens, quae ratione alicuius circumstantiae redduntur bona vel meliora, quam eorum opposita. f

37 Quinto, qui emittit aliqua uota stulta, vel temeraria: qualia sunt non peccare capillos in die sabbathi, non filare, non lauare caput, non edere animalium capita in honorem B. Ioannis Baptistae, non immittere ossa in ignem in honorem S. Laurentij, & alia huiusmodi, quae neque ad honorem Dei, aut suam, proximi uel utilitatem uidentur spectare, & ea absque ulla dispensatione & licentia sui confessorij transgreditur, secundum Siluestrum. § Quod uerum est intelligendo de illo uouente, qui credit eiusmodi uota ualere, vel dubitat de eorum ualere, & ante depositionem conscientiae erronee illa transgreditur, non autem de eo, qui scit, vel credit ea non ualere, quamuis possent licite obseruari, ut Gratianus h docuit. quoniam propria uouentis auctoritate possunt dissolui: quippe quae secundum S. Thomam i ridicula sunt, & magna superstitionis specie praeserunt secundum Raimundum k & Albertum, l quod ipsum fere dici potest de illo, qui uouet se nudum peregrinaturus: quoniam id inhonestum est, & posset ualeat uini corporis maxime officere, praesertim in hyeme: quauis S. Antonino, m uideatur huiusmodi uotum in aliud fore commutandum.

38 Sexto peccat, qui uouet aliquid sciens, & animaduertens, se non posse illud adimplere. n Dixi, Animaduertens, quia secus esset si non aduerteret illam impotentiam. Nam ream linguam non facit, nisi re. mens. o

Septimo, qui uouet se animo obligandi, & non adimplendi, secundum Caietanum p & recte quidem: quia habet animum non solum de Deo, quod ei debet.

Dixi, Animo obligandi: quia qui uouet animo non se obligandi: non tenetur uoto in foro conscientiae. nam id non est uerum uotum, quia quod ille tenetur uoto, qui uouet animo se obligandi, & adimplendi, vel saltem animo obligandi: non autem qui uouet sine animo saltem se obligandi per praedicta, r & quia actus agentium non operantur ultra intentiones eorum. Quare apte responsu fuit nuper, bis peccasse illum non implendo suum uotum factum animo uouendi, & non implendi, primo uouendo, secundo non implendo.

39 Octauo peccat, qui uouet uotum licitum, ipsumque postea uolat: peccat inquam, mortaliter toties, quoties ipsum uolat, s secundum omnes: nisi id fecerit per obliuionem tolerabilem, vel aegritudinem, vel ob aliam iustam impotentiam: ut qui uouet templum aliquod, sine pauperum xenodochium aedificare, vel certam elemosynam facere, & postea sit inops, aut uouet ieiunare, & postea aegrotat, secundum Angelum. t Porro si postea redit ad pingui-

rem fortunam, vel sanitati restituitur, totum, vel partem, quam possit, tenebitur adimplere: sicut illa, quae uouet castitatem, & postea nupsit, consummavitque matrimonium non tenetur ad plene perfecteque castitatem seruandam: quoniam debitum conjugale uero suo tenetur persolvere, cum ille ab ipsa expositus sit: tenetur tamen obseruare secundum partem sibi possibilem, scilicet ad non exigendum debitum. Quoniam debet etiam uoluntatem habere seruandi castitatem perfecte & integre, quando sibi fuerit licitum, & possibile, puta marito uita iam defuncto. u Vnde inferitur, quod non liberatur quis a uoti obligatione propter omnia illa, quae uoto iam emisso superueniunt, quae si a principio acciderent, ille qui uouit, a uouendo desisteret, ut inferius b apertius dicemus.

40 Nono, qui uouet aliquid etiam minimum: puta dicere unum tantum Psalterij uersiculum, vel Aue Maria: postea uero non dicit, vel dare poculum aquae frigidae amore Christi, & non dat, secundum Caietanum. c Cuius opinio licet alias placeat, nunc tamen contraria, quam tenet Sorus, d magis placet, per ea quae supra e diximus.

41 Decimo peccat, qui uouet aliquid se statim facturum, vel intra certum tempus, sine uotum esset tacitum sine expressum, quod tamen non statim, vel intra tempus praefinitum impler, secundum S. Thomam communiter receptum, f per textum Deuteronomij. § Quod si certo nouit, se non uouisse animo statim adimplendi, neque tempori terminum praefinisse tacite uel expresse, intra quod uotum adimplere teneretur, non peccat mortaliter non adimplendo, quamdiu conscientia non remordet, se esse in mora circa eius implementum. Hoc enim est signum, quod non est transactum tempus, intra quod teneatur implere illud, iuxta mentem praedicti Cardinalis. h Et si culpa sua factum esset, ut iam non posset implere, iam peccauit, eo quod ad uoti executionem se ipsum reddidit impotentem: ut quae uouit uirginitatem, si se corrumpi pateretur, non solum teneretur obseruare, quod supererat adimplendum, uerum etiam dignam agere poenitentiam: qui culpa sua effecta sit impotens ad integre uirginitatem obseruandam. i

D \* Per textum Deuteronomij. Deuter. 23. uer. 21. sic legitur. Cum uotum uoueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requirit illud Dominus Deus tuus, & si mora os fueris reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri absque peccato eris. Quod autem semel egressum est de labijs tuis, obseruabis & facies sicut promissum Domino Deo tuo, & propria uoluntate & ore tuo locutus es. Hae ibi.

42 Undecimo, qui facit uotum adiecta tamen aliqua conditione, cuius implementum ipse impedit, & postea non implet uotum, secundum Richardum. k Vnde inferitur, non esse liberum ab obligatione uoti, cum, qui uouit Deo aliquid cum conditione, si Deus ipsum ab aliquo peccato praeseruet, postea uero non facit id, quod fecisset, aut deliberabat facere ad se praeseruandum ab illo peccato, quando promissum, si non promississet, vel se in illud peccatum praecipue dedit, ne ad implendum remaneret adstrictus: quamuis Angelus, l & alij non adeo bene sententiam Richardi referre uideatur.

43 Duodecimo peccat mortaliter, qui uouet ingredi religionem, si fornicationem, vel adulterium, aliud uel scelus admitteret hac intentione, ut huiusmodi peccata uita- ret, vel gratia imponendi sibi aliquam poenitentiam, vel absoluit se obligat, si hoc, vel illud sibi accideret: quod quidem postea etiam completa conditione non implet: quoniam huiusmodi uota conditionalia sunt, & ideo conditione adimplera obligant, m quamuis si contentum in conditione poneretur pro fine, non ualere, ut dictum est, n nec facta sub conditione obligarent ante adimpletam conditionem, nisi uouens ipse esset in causa, quo minus adimpleretur: ut mater, quae uouet ieiunare, si filius recuperet sanitatem, non tenebitur ad ieiunium, si filius moriatur. o

Præsupposito igitur, quod uota huiusmodi conditionalia, etiam poenalia, quibus quis uouet ingressum monasterij, uel peregrinationem in terram sanctam, uel Urbem, &c. si illud, aut illud euenerit, aut illud peccatum admiserit, ualeant, quæ situm est nuper, quis in eiusmodi dispensetur. Ad quod Sorus respondet, p antequam peccetur episcopi posse, & postea non nisi Papa. Sed nobis uidetur discrimen esse inter casum, quo quis uouet ingredi religionem, uel peregrinari in terram sanctam, uel Urbem, &c. si tale, uel tale peccatum commiserit, & inter casum, quo quis uouet non admit-

a Caiet. in su ma. de materia uoti.

b In c. 18. n. 9.

c 2. 2. qu. 89. art. 7.

d Lib. 7. qu. 2. a. 1. de iust. & iur.

e Num. 10. de iuramento rei leui & parua.

f 2. 2. q. 88. a. 9. ad 3. & in 4. li. sent. dist. 38. q. 1. art. 1. g Cap. 23.

h 2. 2. q. 88. a. 2. & in summa de materia uoti.

i Arg. l. in toto u. e. ff. de re iur. & c. e. c. o. mis. de elec. li. 6.

k In 4. li. sent. dist. 38. art. 3. qu. 1. 3.

l Verb. uotum. 1. §. 10.

m Arg. l. e. dere. de m. ff. de verb. signi fic. c. si pro te. de re. lib. 6. n. supra na. 50. o Ang. verb. uotum. 3. §. 1.

p Lib. 7. q. 4. art. 3. de iust. & iur.



tere tale peccatum sub pœna eundi Hierosolymam, aut ingrediendi religionem, &c. quia in priori casu, solum est vnum votum conditionale religionis, in quo neq; ante, neque post adimpletâ conditionem episcopus dispensare potest, in secundo vero duo vota sunt. Alterum absolutum tale peccatum non comittendū: alterum conditionale, & pœnale ingrediendi religionem, &c. si peccauerit, &c. quorum prius est principale, & posterius accessorium. & certum est in priori voto principali episcopū dispensare posse, cum non sit votum perpetuum castitatis, neque religionis, neque aliud ex quinque Papæ reservatis. & ita videtur, antequam prius absolutum violetur, & per illius violationem posterius conditionale purificetur, episcopus in utroque dispensare posse. tum quia accessorium sequitur principale, eum quia, sublato priori principali per episcopi dispensationem, tollitur secundum conditionale, quin per violationem prioris, quod non est, non possit purificari.

Ex quibus inferitur solutio quæstionis nuper propositæ, An valeat iuramentum, aut votum non ludendi, aut non ingrediendi talem domum, quæ illi occasione peccandi præbet, sub pœna eundi genibus Hierosolymâ, ore busonem ferendo: Responderi enim debet, valere quidem quoad ipsam professionem: sed non quoad circumstantiam ferendi busonem: quia id inhonestum est, & nullius erga Deum reverentiæ. Neque quoad circumstantiâ eundi genibus: quia est impossibile, saltim moraliter, quod sub votu non cadit. Profectio vero ipsa est honesta & possibilis: & ita merito quoad ipsam valet, licet non quoad circumstantias, argumeto ca. vitale per inutile non violatur quando sunt separabilia, ut hæc.

Decimotertio peccat mortaliter, qui vouet aliquid propter malum, finem, vel uti ieiunare, vel eleemosynâ facere, ut consequatur iniustam vindictam, vel voluptatem illicitam, & dictum est supra. Vbi tamen diximus, quod qui concubinâ habens, promittit Deo aliqua pia, si dederit ipsi filium ex ea, non vouere propter malum finem: & ideo teneri ad implendū illud, adimplenda conditione, per rationem hallarâ.

Decimoquarto peccat mortaliter, qui vouet virginitatem animo perpetuo eam seruandi, & post votū semel, vel pluries violatum proponit non continere, secundum S. Thomam communiter receptum. Secus autem esset, si eo animo eam voueret, ut ad eam semel amissam seruandam non teneretur: quia actus agentium non operantur ultra fines eorum. Porro, qui vouet non ducere vxorē, non censetur vouere continentiam, & ideo fornicando non peccaret plus, quam si illud non vouisset, licet qui vouet continentiam, ducendo postea vxorem peccet mortaliter secundum omnes. Verum est item, quod votum absolutè ducendi vxorem non valet: siquidem vxorem ducere est à statu perfectiori ad minus perfectum descendere, scilicet à statu continentium, ad statum conjugatorum.

Dixi, Absolutè: quoniâ si voueret ea de causa, quod se imbecillum, & vis sufficientem ad resistendū peccato fornicationis agnosceret: & quod nisi vxorē duceret, carni succumberet, obligaretur, ut rectè adnotauit Caietan<sup>9</sup>, quoniâ illa circumstantia de adhibendo remedio propriæ carnis imbecillitati facit, ut quod alioquin erat minus bonū, efficiatur maius bonū. Per quod ante tres annos respondi mus teneri ad ducendum vxorē quemdam, qui vouit vxorem ducere, cū periculum mortis nauigando incurrisset, ut vitio carnis, quo maxime laborabat, comodius resisteret.

Decimoquinto peccat mortaliter, qui aliquem retrahit à proposito religionis, quod volebat exequi oblata iam opportunitate, & aliis circumstantiis ad id necessariis, secundum Paludanū & S. Antoninū, Angelum & Siluestrum & Tabiennam & communem. Grauius tamē peccaret, si post ingressū religionis, in qua animo stabili, perseuerabat, egressū ei per suavit: grauiusimè verò, si post professionem, sine iusta dispensatione fecit eum apostatari.

Quinimmo in tertio casu tenetur eundem ipsum restituere religioni, si potest, vel si non potest alium simile, vel se ipsum religioni tradere, secundum Scotum, quod etiâ in præcedentibus casibus esse faciendum tradunt B. Antoninus & Adrianus, nobis tamē post Caietanū videtur sufficere in illis casibus suadere alteri æquè bono, ut ingrediatur religionem, etiam si hoc illi omnino non persuadeat, quod etiam idè Scotus videtur sentire, & ex utroque Thoma

A potest facile deduci. Quinimmo credimus in nullo casu teneri quæpiam se ipsum religioni tradere, quod Ioannes Maior non exiguis argumentis persuasus, & horū contraria dissoluens tenet, & Sotus. Illud verò cum opinione communi persuasum habemus, illum qui retrahit alium ab ingrediendi, vel profitendi religionem proposito aliqua bona intentione, iustisque de causis non peccare, neque incidere in canonè Concilij Tridentini, cuius tenor referretur infra, in quibus iustis causis sunt, quod volens ingredi est coniugatus, & sine cōsensu coniugis vult id facere: vel quia credit ipsum nullatenus religioni conuenire, ipsique fore vitale, vel propter suum spirituale commodū, quod ex ipsius ingressu consilijs percipit sibi ad honestè viuendū conducens, præfertim ea de causa, quod in monasterio, in quod ingredi destinatur, malè contra disciplinam regularem viuatur. nam inducere ad talem religionem & eadem ingredi, & in ea recipi peccatum est: siue sit vitiorū, siue forminarum, non obstante, quod ab Ecclesia toleretur, secundum opinionem communè, quâ rectè explicat Caietanus.

B Præterea in ea sumus sententiâ, quod etiam si laude dignum sit, aliquem ad religionem inducere, secundum S. Thomam, non esse tamen valde laudandum illum, qui persuadet alteri vouere religionis ingressum: quoniâ, ut rectè tetigit Caietanus, & idem experientia ipsa nos docet, minus alacri animo perferunt onera religionis, minusque perueuerant, qui votis ipsis quasi coacti ingrediuntur, quâ qui libera, spontanea que voluntate id faciunt, etiâ si utrumque ex genere suo rectum & licitum sit, secundum S. Thomam. Præterea hoc etiâ addimus, quod sicut qui inducit aliū ad religionem, vbi perfectè regula obseruatur, laudabiliter facit iuxta eundem S. Thomam, sic è cōtrariò qui alteri suadet ingredi religionem adeo laxatam, qualem modo dicemus, & vbi regula perpetè obseruatur, peccat. Adiciamus etiam, eum, qui vouit ingredi religionem, non satisfacere ingrediendo, vbi regula non seruatur, & vbi cū dissolutione viuatur: & si quando vouit, non intendit ingredi aliâ religionem præter illâ, & nulla sit spes breui post modū tempore illam suæ pristinæ sinceritati restitutum iri, non tenebitur ingredi illâ, neque aliam: quoniâ eius votum quodammodo ratione euentus iâ factum est illicitum, ut subtiliter adnotauit Ioannes Maior. Quod idem dicimus de illo, qui monasterium reformatū, vbi recipiatur, non inuenit: quamuis inueniat aliquod, quod vocatur reformatum, sed re vera constat non esse tale: quoniâ ibi vnusquisque pro sua voluntate vitam agit, & fere omnes putantur esse malæ conscientie: at verò cōtrariū esset dicendū de illo, qui inueniret monasteriū, quod non diceretur reformatū, nihilominus tamè re vera in timore Domini, & votorū essentialiū obseruatiâ, & sub regimine obedientiæ: sui prælati ibi cōmuniter viuatur, etiâ si non adeo strictè sicut regularis disciplina exigit, quoad ea, quæ accidentaria sunt, ibidè viuatur.

C Decimo sexto peccat, qui vouet religionem in genere & absolutè, neque saltem animo suo votum restringit ad hanc, vel illam religionem, hoc vel illud monasterium: & quia eum nolunt recipere, vbi ipse vellet, non vult intrare aliam, quæ ipsum reciperet.

D Dixi, Non restringit: quia si restringeret saltem animo, ad certam aliquam religionem, vel certum monasteriū, & ibi nollent ipsum recipere, non teneretur aliâ ingredi, etiam si eum ibi libenter reciperent, quia limitata causa limitatum producit effectum, quâuis præfatus Sotus, absque sufficienti fundamento dicat, debere eum prius curare ingressum in illam, & si eum illa non receperit, teneri intrare aliam, quod tamen nullo iure, nulla que efficaci ratione probatur, & ita non est tenendum, sicut statim dicemus.

E Decimo septimo peccat, qui vouet ingredi certū aliquod monasterium, vel certam religionem intentione se ipsum obligandi ad obseruandâ continentiam, etiâ si non admittatur, neque ad habitum, neque ad professionem, & non vult eam, dum vixerit, seruare, eo quod non fuit admittus.

F Dixi, Vouet intentione se ipsum obligandi, &c. quoniâ si ea caruit intentione, sed absolutè vouet tale monasterium, vel religionem intrare, quin etiâ (quod amplius est) perseuerare, vel professionem emittere, ad nihil eorum erit obligatus, & poterit vxorem ducere, si non admittatur. Immo etiâ si fuerit admittus ad habitū, si postea contraxerit matrimonium,

licet

a 7<sup>o</sup> dicitur in fra. 75.

b Per notata in præfatio n. 75.

c Cap. accessorium, de reg. iur. lib. 6. l. cū principalis ff. eod.

d Argum. le. Ne pos. Procul. lo. ff. de ver. sign. & ca. fact. 22. qu. 1. c. Arg. cap. vitale per inuasi. la non vitatur de re. iur. lib. 7.

e R. Char. in 4. dist. 38. qu. 1. c. Galatius Caietanus, 2. 2. qu. 88. art. 2. g. Eodem nu. 30. c. segg. h. ibidem. i. 2. qu. 88. artic. 3. ad 2.

k In 4. libr. sem. di. 38. 11. nō omni. ff. de cert. per. cap. ad audiuitiam. de decim.

m Rosel. verb. impedi. mentum. 4. ca. 12.

n Argu. cap. impia. 32. q. 1.

o In 4. di. 15. qu. 2. art. 1. p. 1. p. 1. 2. c. 1. q. 1. q. ver. rufinum. i. iuxta mem. 18. prædictor. sin. 4. di. 15. q. 3. in respon. ad 2. quæstio. c. Vbi sup. v. In 4. de ver. ff. q. 3. x. Vbi supra. y. 2. qu. 82. art. 2.

a In 4. di. 15. qu. 7. b L. br. 4. 70. c. artic. 3. de iust. & iura.

c Cap. 18. de reg. ff. 25. d Ca. 14. m. 17.

e 2. 2. quæstio. 189. artic. 9.

f Præfatio 2. 2. qu. 189. art. 9. g Vbi supra. art. 2.

h 2. 2. qu. 189. art. 2.

i Vbi supra. art. 9.

k In 4. di. sem. dist. 38. q. 20.

l Caietan. 2. 2. qu. 189. art. 3.

m Arg. e non est. c. mag. na. de voto.

n In non omni. ff. de cert. per. cap. in per. l. 1. de rescripto.

o Li. 8. de in. fir. c. iur. q. 2. art. 1.

p Cap. consil. nisi. 2. qu. 4. §. consideremus. a. h. de. rriens. c. sem. mis. collat. 3. q. infra. na. 48.



licet peccet contrahendo, non tamen obligatur ad continentiam obseruandam, & quamdiu matrimonij vinculum durat, poterit conjugale debitum postulare. nam quemadmodum, qui promisit Deo intra annum sacros ordines suscipere, si eo tempore non suscipiat, peccati quidem reus erit, sed non erit adstrictus ad diuinum officium recitandum, ad quod ordo facer, si ipsum suscepisset, obligabat, iuxta late tradita per nos cap. quando, neque si in peccatum fornicationis prolatur facer contra votum vel continentiam, quam ordo facer sibi habet annexam: sic etiam qui vouet ingredi religionem, & in ea permanere, si postea duxit uxorem, tenebitur quidem ratione peccati non exigam agere penitentiam, & etiam retinere voluntate adimplendi votum, si aliquando potuerit: quamdiu matrimonij vinculum durat, non tenebitur ad continentiam obseruandam, vt copiose & subtiliter Cardinalis Caietanus coprobat. Ceterum ei Sotus, cōtradicit circa differentiam, quam assignat inter illum, qui voto simplici se obligauit ad religionem, & inter eum, qui vouet ingredi, & profiteri. Sed nobis opinio predicti Cardinalis magis aridet. Primo quia, sicut longè distat inter se votum de ingrediendo religionem ad eam probandam, & de ingrediendo eam ad eam probandam, eamque perpetuo retinendam, sic etiam votum obligandi se ad vnū ex his duobus erit valde diuersum à voto, quo se quis obstringit ad alterū.

Secundo, quia nullus iurisperitus (meo quidem iudicio) inuenitur, qui non iudicaret, dispensationem illam esse subrepticam, quam qui vouit ingredi simul, & profiteri impetraret, exprimendo tantum, quod vouit ingredi, & tacendo, quod vouit etiam profiteri.

Tertio, quod qui vouet tantum ingredi religionem, eamque ingreditur, & post ingressum vouet profiteri, multo amplius obligabitur ad professionem faciendam, quam alter, qui postquam ingreditur non emisit votum de profitendo in ea.

Quarto, quod ius commune non adeo obligat ad perseverandum eum, qui vouet ingredi ad probandum, sicut obligat votum, quod quis facit perseverandi & profitendi, siue id ante ingressum, siue post faciat. quoniam iuri communi satisfacit ingrediendo bona fide, & sine dolo, vt probet, viresque suas experiat: quauis si talis vitæ ratio displiceat, poterit, si libeat, exire. At verò si emisit votum profitendi, nihil tale efficere licebit, nisi iusta causa in id eum iuret.

Quocirca mihi persuasum habeo, eum qui prius horum votorum emisit, posse intra annum probationis religionem, quam elegit, relinquere, eo solo, quod modus ille viuendi displiceat: non autem illum, qui posterius emisit, nisi post dispensationem impetratam ex causa, quæ viro prudenti videatur iusta, qui autem vouit fieri religiosus nihilo alio expresso solū ingressū videtur vouere, secundum vtrumque Thomam.

48 Decimo octavo peccat, qui vouet strictiorem ingredi religionem, & postea ingreditur laxiorem secundum S. Thomam, sed non tenebitur illam strictiorem intrare, si professionem emisit in ea, vbi laxius viuatur, alias verò sic secundum Archidiaconum receptum communiter. Adiciemus etiam eum, qui vouet religionem, si nulla eum velit admittere, posse in saeculo remanere & uxorem ducere, secundum Angelum, & Cardinalem Caietanum, & quamuis Innocentius III. 9 oppositum sententia videtur. At verò qui vouet aliquam intrare religionem, sine expressa tamen vel tacita limitatione huius aut illius monasterij, si in finitimis & propinquis cenobis non admittatur, tenebitur ad remotiora, externaque proficisci, vbi sit aliqua spes, quod eum recipient. at verò si saltem tacite secum intellexit de monasterijs tantum suæ regionis, aut regni, vel linguae, si in his non inueniat receptores, non tenebitur ad alia monasteria tentanda: quod etiam placuit predicto Cardinali.

49 Dicimus tamen, quod quamuis S. Thomas affirmet, non esse opus nimio consilio, longaque deliberatione ad statuendum propositum ingrediendi religionem propter rationes & auctoritates, quas ibidem adducit, & propter alias, quas nos etiam scripsimus: nihilominus tamē hoc esse intelligendum de illis, cui specialia non obstat impedimenta, puta morbus, debita, ceteraque huiusmodi: sicut in eodem loco exprimit, & de illo, qui adeo bene sit ad ingressum religionis dispositus, ita vt in Deo totam suam collocarit fiduciam, quod eius auxilio quocumque onus religionis valebit sustinere secundum predictum Cardinalem, qui ait

hoc adeo esse necessarium, quod qui huiusmodi fiducia non habet, eam debet procurare multa oratione, sacra confessione, sacra Eucharistia assidua perceptione, & sacra Scriptura lectione. neque prius ingrediatur, quam saltem speret huiusmodi voluntatem fiduciamque post ingressum sibi à Deo praestitum iri. quæ quidem conclusio singularis & quotidiana est. Gerson verò, & Ioann. Maior, aliquid amplius videtur exigere: quibus omnibus adde, quæ hac de re diximus alibi, & quod S. Tho. conclusit, quod voues ingredi religionem non tenentur ad perpetuo perseverandum in ea, nisi specialiter id intenderit: cui addit singulariter Caiet. quod voues ingredi, & fieri religiosus sunt paria, si expressè non intendatur fieri religiosus irrevocabiliter, & in esse perfecto.

50 Decimonono, qui ingreditur & proficitur religionem aliquam, & quia ibi regularis obseruantia nequaquam viget, non obseruat illa religionis præcepta, quæ sub reatu culpæ mortalis obligant: neque excusabitur, eo quod non intendat obligare se ad viuendum arctius, quàm in tali monasterio viuatur eadem ratione, quæ non excusatur à continentia obseruanda, qui sacros ordines suscipit absque intentione obligandi se ad eam seruandam: quocirca qui huiusmodi religionem, vel monasterium ingreditur, & proficitur, si tunc non omnia, quæ ibi sub reatu mortalis delicti obligat, præmeditatur, vel si ea præmeditatus non intendit se ad illa obligare, tenetur huiusmodi intentionem mutare in illa, qua intendat talia religionis præcepta in posterum obseruare, vel eam nouè profiteri, vt rectè adnotauit predictus Maior, & quod quidem verum est quoad essentialia vota. non autem quoad alias accidentarias obseruationes, quæ sunt iam sublata, vel mitigatæ Apostolicis priuilegijs veris, vel tēpore immemoriali præscriptis: vel ex licentia tacita, vel expressa proprii prælati ad hoc facultatē habentis: vel ex consuetudine, quæ licet non sit immemorialis, est tamē adeo rationalis, & tot annorum, adeoque vetus & antiqua, quæ ad ita emolendas prædictas obseruationes sufficeret, quoad quas obseruationes rectè poterit defendi opinio Panormitani, quem predictus Ioannes Maior licentiosius, liberiusque quam par erat, capisiccum constet etiam Cardinalem Florentinum, & post eum multos alios in quibus sunt Felinus & Auferius, immo & Antoninus, idem tenuisse. Cumque constet totius orbis Christiani maximam partem idem obseruare ipso summo Pontifice sciente, & tolerante & consequenter ipsum aliquatenus dispensantem quamuis capitulum illud, cuius est illa glossa, non probat id quod illa dicit, sed aliud singularius, vt alibi diximus.

51 Vigesimo peccat, qui filios, vel filias obicit monasterijs religiosi, vbi nimia cum libertate, & licentia viuatur, & promissa secundum regulam suam, & religionem non obseruantur, iuxta mentem Cardinalis Caietani: quod tamen limitandum est procedere, quando filia, vel filij traduntur monasterijs in eisdem educandi instituendi que, quo in eis fiant monachi, vel monachæ, & ibi tam licentiosè viuatur, ac supra dictū est: alias non esset peccatum, saltem mortale, vt patet ex his, quæ ibi, & in præcedenti casu diximus.

52 Vigesimo primo, qui vouet præ timore mortis anime, vel corporalis, naturalis, vel casualis concepto in periculo infirmitatis, maris, partus, naufragij, belli, hostij, alijve similibus, & non implet, etiā conditione, sub qua forte vouit, cōpleta: quoniam timor, quo mors anime timeretur, qui à Deo proficiscitur, neque ille, quo timeretur mors corporis naturalis casualis, vel accidentaria, immo neque timor mortis violentæ, qui non inferitur ad extorquendum votum, infirmat illud, nisi tantum sit, vt hominem ab usuratione alienet. Impediret autem timor mortis violentæ, qui dicitur iustus, vel alterius mali ad id sufficientis ordinati ad extorquendum votum, secundum ius, per quod id tradunt Panormitanus & alij adiunctis, quæ aiunt, glossis, idem Panormitanus & communis, & Fortun. & nos etiam diximus: quidquid dixerit Syluester, post Cardinalem dum loco eius vitio librarij, vel impressoris Panormitanum allegat.

53 Vigesimo secundo peccat, qui vouet aliquid dignum, quod voueatur, sed est huiusmodi natura, quod de se aliud maius bonū excludit: vt qui vouet perseverare in religione aliqua de laxioribus, quod de se excludit aliam arctiorē, & neque hoc, neque illud adimplet: quoniam illud votum ad alterum ex duobus supra dictis obligat: non autē ad perseue-

a De conf. di. 1. 1. 7. nu. 2.  
b 2. 2. q. 1. 80. art. 4.  
c Lib. 2. qua. 2. artic. 1. de iust. & iur.  
d Cap. ad apostolicam. de reg. cap. 1. & ca. non solum eodem tit. lib. 6.  
e Arg. cap. postulat. de rescript.  
f Arg. cap. 1. de iur. & iur. & que Cod. de success.  
g Dico capi. ad apostolicam. & dico cap. non solum. ibi. Pro volūta. & capi. sibi libere. h Arg. e. non est. & capi. magna. de voto.  
i Arg. de si exan. q. 1. in glo. k 2. 2. q. 189. art. 4.  
l 2. 2. q. 1. art. 1. m Cap. qui post votum de reg. lib. 6. n ibi. o Verb. volū. 1. 1. p. 2. q. 189. art. 3. q. in cap. portum. de reg. q. in dila. que. 2. art. 3. l. 2. q. 189. art. 10.  
r In additione capi. quando de iur. dis.

a In regula. mortal.  
b In 4. dis. 38. qua. 10. sub finem.  
c In Commē. cap. non dica. 12. qua. 1. nu. 2.  
d In dila. q. art. 4.  
e In 4. di. 38. qua. 20.  
f In ca. super eo de regularib. & cap. de qua. de 2. & honest. cleric.  
g In cap. cum ad monasterium de statu monach.  
h In ca. nam. concup. cont. de consp. i. Decific. Thol. 4. 2. k. p. 11. 5. c. 2. 3. 1. l. 1. iuxta. l. singu. capi. cui circa de con. fau.  
m In e. si quis aut. n. 27. de par. di. 7. n. 2. 2. qua. 189. art. 3. o Eod. cap. num. 40.  
p Cap. Gonaldus. 17. q. 2. cap. sicut nobis. de reg. q. Ca. sicut e. nor. eodem tit. 11.  
r Capi. 1. de bis. qua. 2. i. s. ibi. & in d. c. sicut nobis. & in cap. Abbas. de his. qua. vi. v. De vbi. fi. illat. 21. nu. 342.  
x In e. verū. de iur. iur. y Per. metus. qua. 8. z In d. ca. Abbas.



a In verb. vo- tum. 1. §. fin.

randū in minus bono, si ad alterū perfectius trāfire volue- rit, iuxta sententiā omniū, quā Ioannes Tabien. <sup>a</sup> explicuit.

\* Quoniam illud votum ad alterum. Quod satis obscure hic à Na- uarro dicitur, clarius ex Ioanne Tabienna aliquantulum hoc modo explicari potest. Scias votum, quod est de minori aliquo bono, vel de eo quod maius bonum impedit seruandum esse ex ea parte, qua bo- num, non autem ex illa qua minus est, vel maius bonum impedit. Verbi gratia. Vouit quis perseverare in religione aliqua minus perfe- cta: hoc votum quatenus religionis votum complectitur, sine dubio seruandum est, quatenus verò hæc religione minus perfecta est, po- test ad alteram sine voti violatione transire.

Vigefimotertio peccat, qui vouet se numquam, dum vi- uet, vinum, vel quid aliud simile bibiturum: postea tamen bibit, quotiescumque id facit: etiam si in eadem die multo- ties biberet: quin etiam quamuis non promittat, se non bi- baturum, nisi quodam die certo, puta die Veneris, aut Sab- bathi: nam licet Paludanus <sup>b</sup> innuere videatur, quòd tunc tantum prima vice est peccatum mortale, non autē secun- da, vel vltiori, nisi id ex cōtemptu faceret oppositum tamen, scilicet quod qualibet vice mortale peccatum admit- tatur, verius apparet: in quod etiā tandem ipse Palud. ibi, & in alio loco magis propēdet, & Io. Maior. <sup>c</sup> id asseuerat.

54 Vigefimoquarto, qui vouet aliquid facere aliquo cer- to tempore: veluti orare, ieiunare aliquo certo die, & non facit illud præscripto tēpore, immo & si post illud non fe- cerit, quanto ceteris commodè poterit: quoniam qui tenetur debitum aliquod persolvere suo creditori ad præstitutum diem, si eo non soluerit, tenetur postea solvere. <sup>d</sup> Quod tamen limitandum est procedere, quando qui vouet, nō res- pexit principaliter diem vel tempus, quo promisit explere votum, vt cōmuniter non respiciunt confessarij in diebus, quos imponunt ieiunandos pœnitentibus, iubētes, vt die- bus Veneris & Sabbathi vnus mensis, vel anni ieiunent: pœnitens enim, qui aliquo illorum dierum non ieiunaret, teneretur alio postea ieiunare. Quo quidem casu, sententia Siluestri <sup>e</sup> poterit defendi: secus esset tamen, quando principaliter respexit tempus, rem autem quam vouit, ve- luti onus, aut quid adiacens ipsius temporis sibi præfixit: qualis est mens & intertio sanctæ matris Ecclesiæ circa ieiunia, quæ in honorem huius vel illius Sacti, vel alijs statu- tis diebus anni fidelibus proponit obseruanda: ex quibus, si aliqua omittimus, quamuis in eo peccemus, & ob id pœni- tentiam agere teneamur, nihilominus tamen nulla deinde remanet obligatio ad totidem alijs diebus, quot omisimus, ieiunandū, vt luculenter Cardinalis <sup>f</sup> sub finē explicuit: si- cut neque qui diuinū officiū vno die dicere omittit, illud idem alio die tenetur persolvere, sed solum ad pœnitentiā agēdam pro delicto tenetur, sicut diffusius diximus alibi.

Vigefimoquinto, qui vouet, & pœnitentine ductus, non vult illud adimplere. <sup>h</sup> Non tamen peccaret, saltem morta- liter, ob hoc tantum, quod pœnituerit vouisse, modò pos- tea adimpleat, & propositū non adimplendi nō concipiat, iuxta Angelū <sup>i</sup> & Siluestrum, <sup>k</sup> licet additio ad prædictum Angelū oppositum teneat, præsupponens, paria esse, quem pœnitere se vouisse, & nolle adimplere votū, q̄ falsum est.

Vigefimosexto, qui vouet aliquam abstinentiam, aut quid aliud simile, & dubitans postea, an debeat implere, nec ne, absque Superioris dispensatione, quem faciliè poterat adire, votum violat. <sup>l</sup>

55 Vigefimosextimo, qui vouet aliquid, quod per seipsum adimplere non valet, nec per aliū curat adimpleri, illis ca- sibus, quibus id agere tenetur, secundum mērem Innocen- tij <sup>m</sup> & Panormitani, <sup>n</sup> S. Antonini, <sup>o</sup> Angeli, <sup>p</sup> Siluestri. <sup>q</sup> Casus autem, in quibus aliquis tenetur alium sibi substituere ad complendum votum, quando per seipsum id minimè valet, sunt qui sequuntur. Primus, quando votum ipsum, sal- tem tacitè, ad id videtur extendi, vt votum opitulandi his, qui in terra sancta pugnans, extenditur ad opem per alium ferendā. Secundus, quando aliquis vouet id, quod nullatenus per seipsum poterit executioni mandare, secundū eos- dem auctores. <sup>r</sup> Tertius quādo sua culpa effectus est impo- tens ad votū implendum, secundum maiorē prædictorum Doctorum partē: id quod sine solido fundamento dicitur, quo circa oppositum cum Syluestro <sup>s</sup> verius arbitramur.

56 Vigefimooctavo peccat hæres, qui vota realia defun- cti non adimplet: sunt autem illa, quæ ad rem familiarē il- lius pertinere videntur: vt pote si vouisset templū struere,

A vel pro amore Dei eleemosynam aliquā elargiri: quoniam ita tenetur eiusmodi votis satisfacere, ac alia debita persol- uere, <sup>a</sup> secus tamē est de personalibus, cuiusmodi sunt vota ieiunandi, macerandi corpus, continendi, & alia similia. <sup>b</sup> Quæ procedunt siue hæres sit filius, siue extraneus qui p̄iā alius, nisi ipse sponte sua se ad id voluit obligare, secundum Paludanum cōmuniter receptum <sup>c</sup> qui addit, quod quando ille, qui defunctus est, emiserat votum, partim reale, partim verò personale, & expressit vtrumq; putā, votum pergere ad D. Iacobum, ibique calicem aureum offerre, vel mona- sterium ædificare, & ipsum ingredi, hæres nō tenebitur ad id, quatenus est personale: sed sic quatenus est reale: & ita in duobus exēplis modo positis, non tenebitur adire D. Iacobum, neque monasterium intrare: tenebitur tamē ipsum ædificare, & calicem offerre. At verò, quādo expressit solū votum personale, non autem reale, quod erat accessoriū, ad nihil tenebitur, verbi gratia. Hæres illius, qui vouit adire D. Iacobū, non tenebitur ipse illuc pergere, neq; tenebitur illa persolvere, quæ defunctus eo accedens expendisset. Itē hæres illius, qui vouit religionē, non tenetur in demortui locū, seipsū religioni dicere, neq; monasterio cōferre illa bona, quæ mortuū secū asportasset si illud ingressus fuisset. <sup>d</sup>

57 Vigefimonono peccat, qui ob falsam, vel iniustā cau- sam voti dispensationem impetrat, vel dispensat in ipso, <sup>e</sup> iuxta glossam singularem cōmuniter receptam <sup>f</sup> & S. Tho- mam <sup>g</sup> quoniam dispensatio, quæ falsa causa innititur, sub- reptitia est, & inanis, <sup>h</sup> quæ autem sine causa iusta fit, non tollit diuinæ legis obligationem, iuxta glossas cōmuniter receptas. <sup>i</sup> Et quāuis Adrianus <sup>k</sup> teneat, quòd ille cui con- ceditur dispensatio sine causa, & contra legem penitus hu- manam, nihil peccet, licet dispensator sic: oppositū tamen, quòd tenuit Caietanus <sup>l</sup> nobis verius esse videtur, videli- cet vtrumque peccare, propter rationes, quas ille ibi affert, & quas nos <sup>m</sup> adiecimus. Occurrit tamen nunc concordia prædictorum auctorum, videlicet ponendo differentiam inter actum dispensandi, & inter actum vtēdi dispensatio- ne iam impetrata sine subreptione, & dicendo, quòd opi- nio Caietani procedat in priori: opinio vero Adriani in posteriori: quo multa dubia quotidiana solui possunt. Ad- do tamen, illum, qui dispensat grauius peccare, quàm eum, qui petit & impetrat: nihilominus tamen neutrum eorum mortaliter: nisi quando ex tali dispensatione notabile ali- quod scandalum exoritur. Ad do item, quòd multò minor causa sufficit ad dispensandum sine peccato circa legem omnino humanā, quàm circa legem naturalē & diuinam. 58 Trigefimo peccat, qui credit pertinaciter esse malum vouere, etiam cum debitis circumstantiis, sicut aliqui hæ- retici tenent, secundum mentem S. Thomæ, <sup>n</sup> quod esse hæreticum latè probat Castren. <sup>o</sup>

59 Trigefimoprimo peccat, qui vel quæ ex consensu con- iugis emittit votum continentia: postea verò debitum cō- iugale poscit, secundum omnes. Id etiam est dicendū si de- bitum soluit ei, qui de ipsius consensu votum emisit, secun- dum S. Thomā, <sup>p</sup> quoniam consentit peccato mortali, quod alter admittit coniugale debitū exigendo, & subinde pec- cat. <sup>q</sup> Attamen non peccaret, si peteret, secundum Innocen- tium à Panormitano & alijs <sup>r</sup> & Syluestro <sup>s</sup> receptum.

Trigefimosecundo peccat, qui, vel quæ coniunx, post- quam ambo votum simplex continentia fecerunt, alter illorum debitum ab altero petit, <sup>t</sup> quamuis alter illorum votum suum violauerit fornicando, secundum omnes: quoniam non debet frangere suum votum ob id, quod al- ter suum violauerit. Verum est tamen, quod si timeant sibi incontinentiam, deberent à summo Pontifice dispensatio- nem obtinere: quoniam episcopus id facere nequit, nisi for- san, quādo illud ex aliquo magno timore originē duceret, qui tamen nō erat satis ad voti obligationē impediendam, secundum communem opinionē, v̄ quidquid dixerit Ioan- nes Maior. <sup>x</sup> Cuius opinio posset habere locū, quando ad sedē Apostolicā nō pateret recursus, vt i Syluest. <sup>y</sup> insinua- uit. Cuius rei radicē nosz expressimus, vt inferiùs <sup>z</sup> dicem⁹.

Dixi, Postquam votum fecerunt: quoniam si tantūmodò pe- pegerunt inter se ad certum vsque tempus abstinere, veluti vsque ad Pascha, bene possunt ambo postea mutare sen- tentiam. <sup>b</sup> Immo etiam si alterum illorum solum pœnituit pacti, & alter intelligit, eum quem pœnitet pepigisse, pro-

al. 2. ff. de pol- lic. n. 1. p. 2. licet. de voto b. Glo. in d. l. 2. ff. de polli- cit. c. In 4. li. sen. d. 38. q. 3. a. 3.

d Arg. l. cum principalis ff. de reg. iur. c. cap. accessor. eo. tit. lib. 6. c. In c. non est. i de voto. g. 9. 8. 13. h. Cap. super litteris. c. ca. ad audientia. de rescrip. c. l. c. si legib. Co. si contra ius vel vtilit. i In cap. non est. de voto. c. ca. quan- do de iureiu. argum. c. su. quidam. 25. qu. 1. k. In 4. de re sit. l. 2. 2. qu. 96. art. 5. m. In ca. que contra. mo- res. 8. diffin. n. 2. 2. qu. 88. art. 4. c. lib. 2. contra Gt. cap. 238. o Lib. aduer sus omnes ha reses verbo. votum. p. In 4. diffin. 38. q. Ad Ro. 1. c. ca. 1. de of- fi. deleg. r. In c. 1. de cō uers. coniug. s. Ver. votū. s. qu. 2. t. Capit. quod Deo. 33. qu. 1. v. In c. veni- ens. qui cleri. vel vouens. q. bi text. sing. x. In 4. di. 32. qu. 2. y. Ver. matri- monium. 7. §. c. verb. dis- pens. §. 9. z. In c. asside rici. §. de adul- terio. veru. de iud. a. Num. 76. b. Arg. c. 3. terca. de sp. s.

b In 4. di. 15. quæst. 4.

c In ead. diff. qu. 6.

d I. Celsus ff. de rept. arbit. cap. cum dile cti. de dol. c. contum.

e In verb. vo- tum. 2. qu. 4.

f q. 88. ar. 12.

g In repe. ca. quando. de consec. dist. 1. ca. 10. nu. 53. h Arg. ca. vo- uentib. 17. q. 2.

i Augu. ver. votum. 3. §. 13. k ver. votū. 2. q. 20.

l Rosell. ver. votum. 5. §. 7.

m In cap. scri- ptura. de vot.

n In ca. licet. eo. tit. ca. 2. §. 5.

p verb. vo- tum. 3. §. 7. q. ver. votū. 2. qu. 12.

r Vbi supra.

s Vbi supra.



a ad Cor. 6.

b In 4. lib. sen. dist. 31. qu. 2.

c Ibidem. q. 2.

d Videlicet. e. quidam. Et ca. placet. de conu. con. iug. cl. exigere ff. de iudic. Et l. si constante. ff. sol. matr. cum eis adnot. s. q. 1.

g Ver. votum 4. q. 2.

h Ver. votum 2. § 8.

i Ver. votum 3. qu. 1. 1.

k Cap. manifestum. Et c. noluit. 33. qu. 1.

l In 4. dist. 31. qu. 2. arti. 2.

m ubi supra. n Cap. gaude mul. de di. uor. Et capi. si quis uxorem. 32. q. 1.

o Cap. manifestum. 33. q. 1. Res. verb. vot. § 8.

p Capit. ex multa. de voto. 10.

q In 4. lib. sen. dist. 32. q. 2. arti. 4.

r In dicto ca. ex multa.

s In dicto ar. 4.

t Ver. votum 1. qu. 1. 1.

v Supra nu. 48.

penam esse ad incontinentiam, & facile in ea lapsurum, tunc deberet ei debitum coniugale persolvere, secundum Hugonem Card. nā quamuis pactū præcellerit inter eos, nō tamē vouerūt, & ita sibi inuicem possunt remittere pactū. 60 Et tamen notandū, q̄ votum alterius coniugum sine alterius contentū de nō solvendo debitum, immo etiā de nō petendo, est illicitū, secundam S. Tho. b & Palud. c quoniam est graue onus alteri, eo q̄ in eā necessitatem adigitur, vt pudorē petendi debitum iurare cogatur. Quocirca nō solum episcopus huiusmodi votum potest dissolvere, immo & alter coniugum potest omnino illud irritare: quippe quod in suam præiudicium vergat. Neq; duo capita, d quæ contrarium significare videntur aliquid obstat: non enim innunt eū, qui i. professus est religionē absq; coniugis cōsentu, nō posse petere debitum, sed potius nō posse exigere, hoc est, ad ipsum persoluedum compellere. e At verò votum nō habendi copulā, nisi quando mos gerendus sit alteri coniugum, licitum est, vimq; habet obligandi: quoniā qui tale vouet, sibi soli & non alteri præiudiciū facit iuxta Siluestriū. f & quia qui proficitur religionē, vouet nō habere copulā carnalē, alter coniugū, sine alterius cōsensu proficitur, nō solum vouet nō exigere debitum, sed etiā neq; petere, neq; soluere: ideo eius votū, quamuis nihil valeat quoad nō soluendum & nō petendum debitū coniugale, quatenus alteri cōiugi præiudicat, valet tamē quoad non exigendū, & nō petendū, quatenus sibi tantūm præiudicat. Quò fit, vt altero mortuo, huiusmodi cōiunx ad castitatem seruandam teneatur: quamuis si postea uxorem duxerit matrimonium sit validum, vt probē docuit Siluester. g

61 Trigesimotertio peccat, qui, vel quæ coniunx vouet rem, quæ non tendit in præiudicium alterius, veluti ieiunare, vel facere aliquid, ad quod ex vi legis diuina, aut humanæ tenebatur: vel dare eleemosynam ex his, quæ ultra dotem possidet: postea autem illud non adimplet, secundum mentem omnium doctorum, quam Angelus h & Siluester i expressit.

Dixi, Quod non vergit in præiudiciū alterius: quoniam si aliquo modo præiudicat, nullam vim habet obligandi. Vnde mulier, quæ vouet abstinentiam, vel peregrinationem sine mariti licentia, non tenetur eas adimplere, k si maritus repugnauerit. Immo etiā si, ipso consentiente, talia emiserit vota, & postea ille contradixerit, vxor non adimplens votū non peccabit: maritus verò peccat, quādo sine causa q̄ primum concesserat postea reuocat iuxta Richardū, l quāuis cōsensum, quē adhibuit in votū continentia, reuocare non valeat, secundum Siluestriū. m Neq; maritus in iniuriā, præiudiciūve vxoris, quāntūm attinet ad coniugale debitū, quidquā vouere potest: nam quoad hoc æqualis conditionis esse iudicatur. n Mulier verò quæ antequā nubere, aliqua vota vouit, & postquam nupsit non potest absq; mariti præiudicio ea implere, excusabitur ab eorū executione, si maritus numquam præbeat assensum: quo tamen mortuo tenebitur eadem implere. o

62 Trigesimoquarto, qui vouet terram sanctam succurrere ex licentia vxoris suæ, vel etiam absque licentia, & postea non implet, p quamuis consultius esset nihil tale vouere, si vxor non potest virum comitari, neque etiam absque periculo incontinentiæ remanere, secundum S. Thomam. q Vxor etiam, secundum Hostiensē, Panormitanum, & communem, r potest huiusmodi votum sine licentia mariti facere, & tenebitur illud adimplere, quando sine periculo incontinentiæ id posset efficere, & haberet talem facultatem, quæ posset milites secum ducere, qui auxilio esse possent: quamuis S. Thom. s & Siluester, t oppositum tucatur. Sed primum verius apparet, etiam si nullus ipforū absque alterius licentia possit habitum suum in habitum religiosorum quos tertij ordinis vocant, vel cuiuscumque alterius religionis mutare: quoniam id præiudicium, ac non nihil horrois, ac fastidij affert.

Adde his dictis, v quod vouens generaliter ingredi religionem, vel specialiter aliquam religionem, non restringens se, saltem tacite, ad certū monasterium non censetur satisfacere voto, eo quod re iuretur ab vno, vel altero Prælato illius religionis, licet sit Prouincialis vel Generalis: nisi causa cognita iudicaret, illum esse ineptum religioni, vt nuper latius probauimus.

De irratione, commutatione, dispensatione, & ratificatione votorum.

- 63 Dispensare, commutare, & irritare votum differunt.
- 64 Dispensant & commutant soli prælati: sed quidam irritant, sed non æque.
- 65 Votum de numquam peccando venialiter non valet.
- 65 Votum de non peccando mortaliter valet, sed facile soluitur.
- 65 Votum de non peccando hoc, vel illud veniale, vt valet.
- 65 Votum religiosi de non peccando irritat Superior.
- 65 Vota nouitij non irritat Superior: licet ei quoad iurisdictionē subfit.
- 65 Vota secularis per professionem tolluntur.
- 66 Votum irritatum non resurgit per mortem irritantis.
- 67 Vota religiosorū, quæ valida, & quæ à nutu pēdēt Superioris.
- 68 Vouere potest, qui potest peccare, vel mereri.
- 69 Voto religiosorū, & minorū quomodo differant, & cōueniant.
- 70 Vota potentium ad matrimonium quæ irritari possunt.
- 71 Vota inualida ratificantur, nisi, &c.
- 72 Dispensans super voto, vel commutans illud qui peccat.
- 72 Religiosus dispensatus per hanc subreptionem.
- 73 Votum qui superior post approbatum irritat.
- 74 Votum ab alio factum, & a se ratum non implet, &c.

65 **R**o luce dicendorum præsupponimus primò, dispensationem, commutationem, & irrationem, inter se differre. Nam irratione nō aliam causam exposulat, quam voluntatem illius, qui ad irritandum habet facultatem. a Dispensatio verò causam iustā & rationabilem requirit: quia qui habet auctoritatem dispensandi, poterit omnino votum relaxare absq; eo, quòd loco voti aliquid iniungat vouenti, & tunc tā vouens, quā qui dispensat manent in conscientia securi. Commutatio autem, vel redemptio voti exigat, vt id, in quod votum est cōmutandū, redimendūve, æquē bonū sit aut melius, quā id, quod vouit: tunc autem a quē bonūm exigitur, quando ex aliqua causa rationabili cōmutatur: tunc verò melius requiritur, quando sine aliqua causa, sed solum ex mera voluntate est facienda commutatio, iuxta mentem omnium, quā optimē Card. Caietan. b explicauit. Vnde infertur id, quod nos eundem Cardin. c secuti d diximus: nempe, eum qui habet potestatem ad dispensandum & commutandum, posse partim dispensando, partim verò commutando relaxare votū sine causa omnino iusta ad votum ipsum omnino relaxandum, imponendo aliquid loco eiusdem vouenti, licet minus sit eo, quod vouit.

64 Secūdo præsupponimus, prælatos tantūm Ecclesiasticos habere potestatem dispensandi, vel cōmutandi vota, secundum S. Thom. e & alios, f & omnium sententiā. Multi autem alij habent potestatem irritandi vota: puta pater, & eo deficiente, mater quæ tutelam filiorum suscepit, & ipsi tutores, vel curatores pupillorum, vel minorum. Maritus etiam potest vxoris vota, & dominus vota seruorum, & Abbas vel alius prælatus vota religiosorum irrita facere: g nam, vt rectē definit S. Thom. h nullus, qui alterius subditur potestati, potest emitteere votum, quod validum sit in eis in quibus ille subiicitur, absque eius consensu.

Tertio præsupponimus, non omnes prælatos æqualem irritandi potestatem fortiri: quoniam pater, & mater, quæ deficiente patre illi succedit, vel tutor possunt omnia vota irritare, tam realia, quæ ad rem familiarem pertinent, quā personalia, quæ sunt ab illis, qui pro etatis defectu nō possunt matrimonium contrahere: adeo vt, qui vouerunt, numquā amplius illa vota implere teneantur, etiā si ipsimet, qui ea irritarūt, in ea denuo cōsentirēt: nisi vouēs eadē vota iterū ratificaret. Idē omnino dicendum est de prælati, quoad vota religiosorum: at verò neque pater, neque mater, neque curator vilo modo possunt irritare vota illius, qui ad iustam peruenit ætatem, in qua matrimonium posset contrahere, si vota sint personalia & iuri illorum non præiudicant, qualia sunt votum religionis, & votum castitatis. i Possent tamen irritare vota realia ad rem familiarem pertinentia, & etiam personalia, quæ illis præiudicant. Neque quidquam ad rem facit, vt vota illa sint purē personalia, vel principaliter personalia, & accessorie realia: qua

a Ca. puella. 20. qu. 2. cap. manifestum 33. qu. 5. tradit Palud. in 4. dist. 33. qu. 4. & S. Anton. 2. par. tit. 11. cap. 2. §. 6.

b 2. 2. qu. 88. art. 12. c ubi supra. d In glo. 2. c. quanto de iur. iur.

e 2. 2. qu. 88. art. 12. f In 4. di. 38.

g Capi. illud. 20. q. 1. capit. mulier 32. qu. 2. & cap. puella. 20. q. 2. & cap. manifesta. Et ca. noluit. 33. q. 1. cum suis gl. h 2. 2. qu. 78. art. 8.

i Arg. t. si an. num. de iud. l. 5.





a *Ca in praesentia de proba. authent. ingressi. C. de iacros. eccl. cum ei ad not.*  
 b *Argu. c. accessoriu de reg. iur. lib. 6. cum suis conc. c. in cap. scriptu de voto.*  
 d *Verb. votu. 5. qua. 1. c. 2. 2. qu. 88. art. 8.*  
 f *Cap. Agatho. 27. qu. 2. secundum Pa. in ca. de conuers. coniugat. gloan. 1. ca. 1.*

h *Ca. unum. 5. 25. dist. 5. Tho. 2. 1. qu. 88. ar. 5. & alia loca citata in ca. 1. 1. 2. 4. ut ibid. diximus.*  
 i *Supra nu. 25.*  
 k *In lib. 7. qu. 3. ar. 3. de iust. & iur. l. 2. 2. qu. 88.*

m *Arg. cap. 1. & c. beneficium de reg. li. 6.*

n *§. 1. de sen. excomm. lib. 6.*

o *Si quis iudens diabolo.*

p *Argu. c. duo sunt. 12. q. 1. q. in d. c. beneficium de regula. lib. 6.*

r *In d. c. religioso. §. 1.*

s *In c. cum contingat de iudic. num. 21. & seq.*

t *Ca. scriptura. de voto cum ei adnotat.*

v *In cap. noluit. 33. qu. 5.*

x *Vt sup. diximus.*

le est votum ingrediendi religionem, <sup>a</sup> quoniam de his omnibus perinde iudicandum est, ac si pure personalia essent. <sup>b</sup>

Maritus autem nullo modo potest vxoris vota irritare, & nulla facere, neque rursus vxor vota mariti, nisi in quantum alter alteri prauidicium facit, quidquid dicat & affirmat Panormitanus, <sup>c</sup> secundum Angelu & Siluestru, <sup>d</sup> propter rationem S. Thomae, <sup>e</sup> quam adduximus supra, praeterquam in casu, quando alter coniugum notoriam fornicatione, siue carnalem siue spiritualem admitteret, <sup>f</sup> qua de causa alter illoru poterit nullu reddere votu alterius, quo se obstrinxerat ad numquam coniugale debitum exoptulandu, vt constat ex supradictis. Dominus ite potest serui sui vota, quae in suum prauidicium vergunt, omnino abolere, reliqua vero nequaquam, secundum omnes.

65 Pro solutione autem quaestionum, quae mihi de hac re proponuntur, dico, quod votum numquam venialiter peccandi, & numquam peccandi non valent: quia sunt de re homini in hac vita impossibili, iuxta illud Apostoli, *Si dixerimus, quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus*. Ite votum numquam mortaliter peccandi, videtur esse de re tam difficili, quamuis no impossibili, vt non obliget, aut certe facile per ordinariu relaxari debeat. Item votum no committendi tale, vel tale peccatum veniale, valet. Credo tamen eius transgressionem non esse, nisi veniale communiter, sicut nec alia transgressio voti de re leui esse videtur: quia votum quod est quaedam lex, quam sibi vouens tulit, no magis eum obligare videtur, quam lex a Deo, & Ecclesia ei lata, cuius leuis transgressio non est mortifera. <sup>h</sup> Et votum non committendi tale, vel tale peccatum mortale, validum est, eiusq; transgressio duplex peccatu est, & transgressor circumstantiam voti confiteri tenetur: quonia pro certo habeo opinionem, quae asserit materia esse satis conuenientem ad vouendum eam, quae praepcepta est, vt dictum est, <sup>i</sup> quauis quae solum consilij est, magis propria sit. Item, quod verior mihi videtur Soti opinio <sup>k</sup> quam Caiet. <sup>l</sup> scilicet, quod Superior religiosi, omnia eius vota, quamuis sint de non peccando tali vel tali veniali peccato, aut tali vel tali mortali, irritare potest: quia quamuis praelatus tollere non possit obligationem, qua subditus ad illa peccata non comittenda aliis legibus tenetur: noua tamen obligationem, qua sibi sufficientem ad id libertatem non habens imposuit, tollere potest. Item, quod Superior no potest irritare vota nouitiorum, sicut professorum: quia illorum voluntas adhuc a Superioris voluntate non pedet, <sup>m</sup> licet ei subiaceat quoad iurisdictione, & superioritate, saltem commutabiliter & reuocabiliter, licet non irreuocabiliter pro tempore, quo sunt nouitij, sicut professi: & ita cognitio, & animaduersio de delicto nouitij ad superiorem Ecclesiasticu pertinet argumento c. religioso <sup>n</sup> quatenus probat nouitij religionis approbata gaudere priuilegio canonis, <sup>o</sup> & ceteri Ecclesiastica persona, <sup>p</sup> & quod cognitio de delicto nouitij pertineat ad Ecclesiasticum iudicem, expresse determinat Ioannes Andreas, Dominicus & Francus, <sup>q</sup> quod ipsum tenet idem Dominicus & communis, <sup>r</sup> & tradit latissime Panormitanus post Ioannem de lignario. <sup>s</sup> Item votum, quod religiosus, cum esset secularis fecit, ipso facto commutatur in votum solemne religionis. <sup>t</sup>

Interrogatus autem: An maritus vota, quae sua vxor antequam nuberet fecit, irrita & nulla facere possit? Respondi posse, si marito prauidicant, prout est textus singularis, <sup>v</sup> quem ad hoc a paucis citari credo, <sup>x</sup> in quo S. Augustinus ait, *Vt si adhuc innupta concefferat pater vota persolvere, si antequam persoluerit, nupserit, & viro eius non placuerit, non persoluat*. Interrogatus item: An maritus omnia vota, quae vxor sub eius potestate facit, irritare possit? & qualia possit? & qualia non? Respondi non posse, nisi ea quae sibi prauidicant. <sup>x</sup>

\* *In quo Augustinus ait. Hoc caput sumptum ex lib. 4. quaestio super num. quaest. 59. Vbi August. scribens in haec verba iuxta 70. Si autem facta fuerit viro, & vota eius super eam secundum distinctionem labiorum eius, &c. sic ait sceminam sub patre antequam nubat, & sub viro nuptam noluit lex vouere, ita aliquid Deo aduersus animam suam id est, in aliqua um rerum licitarum atque concessarum abstinentia, vt in eisdem votis sceminea non praeualeat auctoritas sed vitilis. Ita etiam adhuc nupta iam concefferat pater vota persolvere, si antequam persoluerit nupserit, & viro eius hoc cognito non*

placuerit, non persoluat & sit omnino sine peccato, quia Dominus mundauit eam id est, mundam iudicauit, neque hoc contra Deum fieri putandum est, cum ipse Deus hoc praepceperit. hoc voluerit. haec ibi, quae etiam habentur in glos. ordin. sup. cap. 30. num.

66 Quarto supponimus, fuisse opinionem Innocentij, <sup>a</sup> quod vota eius, qui habet aetatem nubendi, aut ducendi vxorem, a maritis, vel vxoribus, dominis, pareribus, curatoribus irritata, sicut obligant quoad ea, quae no sunt in prauidicium irritantium, iuxta communem opinionem: ita quoque incipiunt obligare simulatque ipsi vouentes liberatur a subiectione irritantium. Sed profecto contrarium verius, & rationi conformius nobis apparet, <sup>b</sup> vt tenent Panor. <sup>c</sup> Angel. & Siluestr. <sup>d</sup> & Caietanus, <sup>e</sup> nisi quado expresse se aliquid facturos vouerunt, posteaquam ab alterius subiectione se liberos inuenirent, secundum omnes.

67 Quinto supponimus, vota religiosorum, quorum materia, neque in genere neque in specie est eis prohibita, & proinde secundum se sunt valida, non ideo nullius vigoris existimari: quia sunt irritabilia, quinimmo ad sui obseruantiam obligant, quousque ab illis, qui id possunt facere, irritentur, etiam si prius ea nuquam approbassent: quonia sub ea conditione semper fieri videntur, si Superior non contradixerit: quae quidem conditio semper impleta manet, donec Superior contradixerit. At vero vota, quae fiunt in rebus prohibitis a suo Superiori, alioquin tamen licitis, non obligant, donec praelatus ea probauerit: quoniam sub hac conditione semper fieri creduntur, si videlicet Superior annuerit, vt Cardinalis Caietanus <sup>f</sup> recte definiuit. Et hoc modo debet limitari, & interpretari <sup>g</sup> quoddam dictu concilij Agathensis: *scilicet, monacho non esse licitum vouere*.

\* *Dictum quoddam Concilij Agathensis Caput Monacho ex quo citatur hoc dictum non est Concilij Agathensis, sed sequens caput, quod incipit Monachum. Tribuitur autem in decretis caput Monacho D. Basilio in quo tamen haec ipsa verba reperta non sunt. Sensus autem verborum colligi potest, ex sermone 1. de institutionibus monachorum, vel ex cap. 28. lib. de Constitutionibus monasticis.*

68 Sexto supponimus, quod licet, qui carent aetate sufficienti ad contrahendum matrimonium, si eo iudicio polleant, vt possint iam & mereri, & peccare, quacumque vota, siue personalia, siue realia, regulariter emittere possunt, quibus obligentur, iuxta glossam insignem, ab omnibus receptam, <sup>h</sup> nihilominus parentes illorum, vel tutores omnia illa recte possunt irritare. <sup>i</sup>

Dixi, Regulariter: quoniam voto solemni religionis se non possunt obstringere, etiam cum consensu patris, aut tutoris, <sup>k</sup> bene tamen voto simplici, quidquid aliud insinuet Angelus, & Rosella, male percipientes, quid sibi voluerit S. Thomas <sup>l</sup> vt optimè declarat Siluestr. <sup>m</sup>

69 Septimo supponimus, illud quod definitu est de pueris, qui nondum aetatem nubendi, vel ducendi vxores attigerunt, statuendum esse de religiosis, quantum attinet ad votorum irritationem, quam ipsorum Superiores facere possunt: scilicet, eorum vota, quae de rebus bonis, honestisque fiunt, quae neque suae regulae, neque praepceptis diuinis, neque Superiorum statutis repugnant, valida esse, quadiu sibi a suis superioribus non obstititur. Verutamen illi pro mera voluntate sua, sine alia ratione & causa possunt illa irritare, & nulla reddere, sicut sensit Innocent. communiter receptus, <sup>n</sup> & S. Thom. iuxta Cardin. Caiet. interpretationem, <sup>o</sup> & Paludanum <sup>p</sup> & sic venit intelligendum praallegatum illud Concilium Agathense, <sup>q</sup> Est tamen circa hoc adnotandum, quod licet recte possimus affirmare quoad effectum, ne monachus teneatur adimplere votu, satis esse, quod Superior iubeat ei, ne faciat id, quod vouit, vel nolit ad id agendu facultatem concedere, esto prius non sit effectus certior de voto: quoad effectum tamen, vt votum irritum, & inane fiat, non satis est hoc, sed praeterea necessarium est, vt praelatus de voto ipso iam praemonitus, voluntate & auctoritate sua illud omnino irritet, & nullum faciat, quod optimè docuit Caietanus. <sup>r</sup>

70 Octauo dicimus, quod illi quibus satis aetatis est, vt possint contrahere matrimonium, possunt etiam quacumque vota personalia facere, eademque adimplere tenentur, etiam renitentibus partibus, aut eorum curam gerentibus: eiusmodi sunt vota continentiae, religionis,

a *In cap. scriptura. de voto.*

b *Per ca. quidam. & c. placet. de conuers. coniugat. c. in dicto ca. scriptu. d. Ver. votu. 4. qu. 2. c. 2. 2. qu. 88. art. 8.*

f *Vbi sup.*

g *cap. monacho. 20. q. 4.*

h *In ca. mulier. 22. qu. 2. Pano. cum c. muni in c. 2. de voto. i. Ca. puella 20. quaest. 2. & cap. mulier. 32. qu. 2. de iur. ex c. 30. numero. k. Capu. 1. de reg. lib. 6. l. 2. 2. qu. 88. art. 9. m. Ver. votu 3. qu. 5.*

n *In ca. scriptu de voto. o. 2. 2. qu. 88. art. 8. p. In 4. di. 38. q. 2. & S. Anthon. 2. pa. tu. 11. c. 2. §. 6. q. In cap. monacho. 20. qu. 4.*

r *In dicto m. 2.*



dicendi aliquas orationes, & alia similia: dummodo regi-  
mini & gubernationi domus paternæ, aut parentū potesta-  
ti, siue rei familiari, nihil nocuenti, aut iniuriæ inferant.  
Talia enim vota nihil valerēt, nisi essent in subsidium terre  
sanctæ, vel fierent \* ex rebus castrensis, hoc est in bello,  
vel quasi in bello partis, de quibus infra <sup>a</sup> agemus, vel eū  
expresso tacitove consensu parentis, vt optimè collegit  
Siluester. <sup>b</sup> At verò vota realia, quæ principaliter ad rem  
familiarem pertinent, si ab illis fiant, qui possunt nubere,  
vel vxorem ducere, licet valida sint, possunt tamen penitus  
aboleri, aut irritari à parentibus vel curatoribus, donec ad  
vigesimalium quintum annum peruenerint: quemadmodum  
tam personalia quam realia puerorum, qui ad decimum-  
quartum annum, & puellarum, quæ ad duodecimum non  
peruenerunt, secundum B. Antoninum. <sup>c</sup>

\* Ex rebus castrensis. Quod hic res castrensis vocat, inferius c.  
17. peculium castrense, vel quasi castrense nominat, quæ vox in iure  
satis vsitata est. Quid autem sit peculium castrense, & quid peculium  
quasi castrense inferius explicabitur.

Dixi, Principaliter, quæ ad rem familiarem pertinent: quoniã  
vota, quæ accessoriè illam tangunt, non possunt irritare,  
quando adiunguntur personalibus, quæ ab eis irritari non  
possunt: cuiusmodi est votum professionis, quod quidem  
ex consequenti bona profitentis transfert in monasterium  
cum ipsa persona. <sup>d</sup>

71 Nonò supponimus, patrem & tutorem posse votum  
solenne reuocare, si factum fuerit ab eo, qui non habet æ-  
tatem, vt possit contrahere matrimonium. Irritandum est  
autem antea quàm ad prædictam ætatem peruenerit: quoniã  
post eam irritari non potest. <sup>e</sup> Cuius contrarium ac-  
cidit circa votum simplex, quod etiam postquam ad legi-  
timam ætatem peruenerit, poterunt irritare: dum tamen fi-  
lius adhuc in illa ætate ratum non fecerit votum: quod egre-  
gie Caietanus <sup>f</sup> adnotauit.

Decimò supponimus, quòd vt aliquis votum suū inua-  
lidum ratificasse censeatur, non satis est credere votum,  
quod emisit validum fuisse, & ideo proponere illud ad im-  
plere, vel ratione illius in monasterio permanere, putans  
professionem esse validam: sed oportet, vt resciat illius  
nullitatem, & velit illud nouè validare, vt singulariter tra-  
dit Caiet. <sup>g</sup> quem sequimur tum per rationem eius: tum quia  
errans non consentit: <sup>h</sup> tum quia etiã nouo consensu opus  
est ad validandum matrimoniū nulliter contractum, <sup>i</sup> quin  
potius necessarium est, vt ita gratum habeat, vt velit quòd  
votum antea factum ab ipsa ratificatione sit validum, etiã si  
prius non valuisset, q̄ præclare etiã idè Card. <sup>k</sup> explicuit.

72 Vndecimo, quòd hæc consequitur peccare primo,  
qui carens potestate ad dispensandum, commutandum, re-  
dimendum, vel irritandum votum aliquid horum fecit.

Secundo, qui habens tantum potestatem ad redimen-  
dum, vel commutandum, qualem habent multi confessarij  
virtute bullarum, aut Iubileorum electi, disp̄sar super vo-  
to, vel ipsum irritat, & nullū facit iuxta iura, <sup>l</sup> quatenus ha-  
bent, malè facere eum, qui extra territorium suū, vel pote-  
statem sibi concessam aliquid facit: immo & actus ab eo  
factus non valet, vt sensit Caietanus <sup>m</sup> quod etiam <sup>n</sup> dixi-  
mus, præsertim quòd vt iurisdictione, quam quis non ha-  
bet, peccatum est lethale, secundum S. Thom. receptū. <sup>o</sup>

Tertiò peccat, qui ex ordine Mendicantium ad Cano-  
nicos regulares vult transire ex dispensatione Papæ: & quia  
intellexit illam se obtinere non posse, nisi prius habitum  
dimittat, ob id eum dimisit, & aliquando seculari veste in-  
dutus incessit, & postea eam dispensationem impetrans,  
huiusmodi diabolicam astutiam subricet, vt <sup>p</sup> comproba-  
uimus. Quocirca huiusmodi religioso consulendū est id,  
quod sæpe complures admonuimus, vt videlicet ad pristi-  
nam illam suam religionem reuertatur, vel iterum suppli-  
cet summo Pontifici, vt ea taciturnitate non obstante, dis-  
pensationem ratam & validam esse velit.


73 Quarto, qui cum esset Superior, potestatemque ha-  
beret irritandi, vel obliterandi aliquod votum, in ipsum  
consensit: postea verò sine rationabili causa, ipsum ex me-  
ra malitia, vel proprio impulsu affectu, vel fingens illud  
votum in maximum vergere præiudiciū, irritat & annul-  
lat, cum parum, aut nihil inde emanaret nocuenti, secū-

dum prædictum Cardinalem Caietanum. <sup>a</sup> Qui tamen ad-  
iicit, subditos non peccare, si non adimpleat votum, quod  
fuit ita perperam irritatum, sicut etiam Superiores nihil  
peccant, dum legitimè irritant subditorū vota solum pro  
libera voluntate sua, sine causa aliqua & malitia, ante quã  
illa approbarentur: quoniam in hoc suo iure vtuntur. <sup>b</sup>

74 Quinto qui votum à parentibus suis, vel aliis factum  
à se ratificatum non implet: non autem si non ratificauit  
nisi animo seipsum obligandi ad nihil aliud amplius, quã  
ipse voluerit. <sup>c</sup>

*Quis super voto dispensare, aut illud  
commutare valeat.*

- 75 Dispensant soli Prælati Ecclesiastici circa vota.
- 75 Papa solus dispensat super voto solenni, & aliis quinque.
- 75 Episcopalem iurisdictionem habens an in hoc aequetur Epi-  
scopo.
- 76 Episcopus vt dispensat in voto continentie perpetue.
- 76 Dispensans & dispensatus super voto absque iusta causa vt  
peccant.
- 77 Dispensandi vna causa super voto est leuitas vouendi, & c.
- 78 Voto res oblata, cui debeat facta dispensatione.
- 78 Votum omne tollit professio religionis: sed non iuramentum  
qua parte proximum tangit.
- 79 Votum qui commutare potest, an possit dispensare.
- 80 Voti commutatio vi Cruciatæ faciendæ est in eius vtilitatem.
- 80 Votum castitatis frangit, quæ nubis, & consummat.
- 80 Vota futura includit potestas dispensandi.
- 80 Peccata futura includit potestas absoluedi.

**C**  Irca hoc dicimus primò, quòd soli prælati  
Ecclesiastici habent potestatem dispensandi  
& commutandi vota propter rationem,  
quam S. Thomas communiter receptus  
reddidit <sup>d</sup> per illud Apostoli. <sup>e</sup> Nam & ego  
quod donauit si quid donauit, propter vos in persona Christi. Dixi,  
Et commutandi: quia non potest quis auctoritate propria  
commutare votum, etiam in melius, nisi manifestum sit, il-  
lud esse gratius Deo, vt pulchrè declarat Caietanus. <sup>f</sup> neq;  
consequenter confessarius, neque alius, cui non sit data fa-  
cultas commutandi vota.

Secundò dicimus, quòd solus Papa, vel qui potestatem  
ab ipso peculiarem habet, potest super quinque votis dis-  
pensare, scilicet super voto perpetuæ continentie, religio-  
nis, peregrinationis in Hierusalem, vel Romam, vel ad S.  
Iacobum Compostellæ. Etenim quamuis nullus textus re-  
peritur, qui omnia ista vota soli Papæ referuet, præter vo-  
tum in Hierusalem, <sup>g</sup> quinimmo neque hoc, quòd ex deu-  
otione, & non in subsidium terræ sanctæ fit, <sup>h</sup> iuxta tamè  
Romanæ curiæ stylum, qui satis colligitur ex extrauaganti  
Sixti IIII. <sup>i</sup> omnia hæc sunt summo Pontifici reseruata.  
Vnde secundum aliquos, quicumque inferior ab aliquo  
istorum quinque tentaret absolueret, præter quã quod pec-  
caret mortaliter, p̄ nam etiam excommunicationis incur-  
reret, <sup>k</sup> quod tamen non est verum, nisi de illo, qui ex fa-  
cultate, vel cõcessiõne eiusdè Papæ Sixti IIII. absolueret:  
quoniam de tali tantum ipsa loquitur, vt post Siluestrū, <sup>l</sup>  
& Angelum <sup>m</sup> nos, <sup>n</sup> expressimus. In cæteris autè votis alij  
Prælati inferiores poterunt disp̄sare vt Episcopi, vel qui  
iurisdictionem episcopalem sortiti sunt. <sup>o</sup> Quãuis Panor.  
solam commutandi potestatem illis concedat: sed non est  
verum propter ea: quæ ipse <sup>p</sup> docuit.

Tertiò, quòd prælati inferiores episcopis, non habentes  
iurisdictionem quasi episcopalem, nihil tale possunt, secū-  
dum Innocentium, <sup>q</sup> nisi ad hoc præscriptione, vel prui-  
legio peculiari muniantur. Verum est tamen, prælatos re-  
gulares posse religiosorum suorum vota irritare, <sup>r</sup> id quod  
etiam Siluester <sup>s</sup> asseruit: immo & dispensare si sunt ex-  
cepti: quoniam eorum iurisdictione quasi episcopalis reputa-  
tur, <sup>t</sup> aliàs verò minimè, quidquid aliqui sensisse videatur.

Quarto dicimus, quòd nullus præter summum Pon-  
tificem potest dispensare super voto continentie so-  
lemniter emisso per facti ordinis susceptionem iuxta cõ-  
munem omnium doctorum sententiam affirmantium,

a Ca. 17. nu.  
141.  
b Ver. votū  
3 qu. 6.

c 2. par. titu.  
11. ca. 2. §. 10.

d Cap. in pra  
sentia. de pb.

e Ca. puella  
ubi Card.  
S. Sixti. 20.  
qu. 5.

f 2. 2. qu. 89.  
artic. 5.

g Vbi supra.  
h l. si per er-  
rorem. ff. de  
iuris. om.  
ind.  
i Vt dicemus  
infra capi. 22.  
nu. 47 & 66.  
k Vbi supra.

l Arg. c. 2. de  
instu. lib. 6.  
c. l. final. ff.  
de iuris. om.  
ind.  
m 1. 2. qu. 88.  
art. 12.  
n In ca. quan-  
do. de iuris.  
o 2. 2. qu. 60.  
art. 6.

p In prælat.  
ca. si quando.  
de re. ex-  
cept. 6. nu. 4.

a 2. 2. qu. 88.  
art. 8.

b Ca. puella  
ca. illud. 20.  
qu. 2. ca. no-  
luit & c. ma-  
nifestum 33.  
qu. 5.  
c Ca. licet, et  
ei adnota.  
per omnes de  
voto.

d 2. 2. qu. 88.  
art. 12.  
e 2. ad Cori.  
2.

f In præfato  
art. 12.

g Per cap. ex  
multa. de vo-  
to. adu. et a  
glo. singul.  
verb. incum-  
bit.

h Secundum  
Panor. in di-  
c. cap. ex  
multa quem  
ibi sequi Ra-  
uenus.

i Et si domi-  
ni. de paxi.  
& remis.

k Per dictã  
extrauag.  
l Verb. exco-  
mun. 7. casu.

m 32.

n Verb. exco-  
mun. 5. §. 31.

o Super ean-  
dè extraua-  
gant.

p Proposuit.  
de concess.  
prab.

q In cap. de  
voto.

r In d. cap. 1.  
de vot. ab  
Host. reliquis  
que omnibus  
communiter  
recept. & à  
Pano. in di. c.  
explicatum.

s Sicut dictū  
est supra, n.  
63.

t Verb. votū.  
4. qu. 2.

u Iuxta gl. sing.  
& recept. cl.  
1. de rebus ec-  
cle. non alie-  
nan.



illū posse dispēfāre in voto ſolenni per profefſionē factō, ſi grauiſſima aliqua adſit neceſſitas, ſecundū Innoc. & glof. cōmūiter rēceptā, a quam nos b copioſe roborauimus.

76 Quinto dicimus, quod communis doctorum conſenſus habet, quod quamuis epiſcopi non poſſint diſpenſare in voto ſimplici perpetua continentia, niſi ſit magnū periculum incontinentia. & non poſſit adiri Papa, c vti inferius dicemus, poſſent tamen diſpenſare in voto continentia non perpetuo, ſed ad tempus ſeruanda, veluti per annum, ſecundum Paludanum. d Immo & ſecundum Antoninum, & alios idem facere poſſent circa votum de nūquā contrahendō matrimonio. e In hoc vltimo tamen cōtrariū tenet Caietanus, f cuius opinio licet alias mihi placuerit, nunc tamen magis placet opinio Angeli, & Silueſtri. Tum quia illa ſeruat in ſacro pœnitentiariae prætōrio. Tum quia præſuppoſita opinione communi, quā ipſe quoq; Caietanus tenet: ſcilicet, materiā voti ſufficientem eſſe opus, quod non eſt ſupererogationis, ſed præceptum, non poteſt verē dici æquiualeſe votum de non nubendo, & votum caſtitaſis, per quod corruiſt eius fundamentum, vna cum reſponſionibus ad duo argumenta neruoſa, quæ ipſe contra ſe proponit, quæ nimia ſubtilitate potiùs quā æquitate niti videntur.

Sexto dicimus, neminem ſibi perſuadere debere, ſummum Pontificem pro mera voluntate ſua ſine iuſta cauſa poſſe diſpenſare, aut commutare vota, neque omnem diſpenſationem ſine iuſta cauſa poſſe eſſe ſecuram. g Neq; obſtat c. veniens: h quatenus habet, in quocumque iuramento eſſe ſuperioris ius exceptum: quod etiā in votis aſſerendum eſt: quoniam illa verba non ſignificant excipi voluntatem Papæ, vt rectē ponderauit S. Thomas, i ſed nullo iuramento, aut voto iuri & auctoritati ſummi Pontificis derogari, aut detrahi poſſe, quominus cum rationabili cauſa in illis poſſit ſanctē diſpenſare. Quāuis in religioſorum votis & iuramentis intelligendum ſit ( ſalua ſui ſuperioris voluntate ) & ex conſequenti, ſalua voluntate ſummi Pontificis qui eſt ſupremus omnium Antiſtes. Non enim eſt quoad hoc Papa tāta poteſtas ſuper alios omnes orbis Chriſtianos, quanta eidem, & aliis religioſorum prælatiſ ſuper religioſos, vt explicuit optimē doctiſſimus Caietanus. k Eſt tamen notandum, quod quāuis cauſa reddens completum ipſius voti malum, vel inutile, vel maioris boni impeditiuum, eſt ſatis iuſta & rationabilis ad diſpenſandū, ſecundum omnes poſt S. Thomā. l Immo etiā ad hoc, vt ſine diſpenſatione implementum eius omittatur, ſi manifeſtū ſit vnum ex tribus ſupra explicatis efficere, vt patet ex his, quæ in ſuperioribus m diximus.

77 Septimo dicimus, quod vna ex iuſtis cauſis ad diſpenſandū eſt leuitas, vel facilitas in vouendo, ſecundum Panormitanum n per illum textum, & S. Antoninum. o Imbecillitas item eius, qui vouit ad exequendū, quod vouit, ſcilicet, ad ieiunandū, vel peregrinandū. Habere item numeroſam familiā, quæ abſque notabili nocumento, patroni abſentiam tolerare non poteſt: & alia ſimilia, de quibus certa omnino regula afferri nō poteſt, & ſubinde arbitrio ſuperioris definiſ debet, iuxta Pan. p iuxta quæ q ſufficit neceſſitas, vel vtilitas publica, quæ tamē nō requiritur, ſicut quidā ſenſerunt: ſatis eſt enim, vt ſit vtilitas priuata. r

Octauo, q ſuperior, qui votum commutat, debet perpendere vouentis qualitatem, & expenſas, quas facturus eſſet in explendo voto peregrinationis; vel aliorum ſimilium vltra illas, quas, domi ſuae facturus eſſet, illaſque omnes in alia pia opera conuertere, laborem autem itineris in ieiunia, & orationes mutare ſecundum Angelum, s iuxta quem votum ieiunandi à paupere emiſſum minoris redimi poteſt, quāam votū diuitis. Itē ſi impedimentū ſit temporariū, tunc ſolū dilationem aliquā temporis cōcedere poteſt.

78 Nono, quod quāuis aliqui crediderint, munus voto promiſſum dandū eſſe illi, cui promiſſum eſt, etiā conſecuta voti diſpenſatione, aut commutatione: oppoſitū tamē verius arbitramur, iuxta mentē S. Tho. t Ang. v & Silueſt. x Id quod Cicero efficaciter probat, y & nos efficacius alibi probamus. z Poteſt enim diſpenſari in tali voto ſine conſenſu eius, cui vouetur, vt ibi efficaciter probamus. Porro quemadmodum vna ex legitimis cauſis ad votum caſtitaſis commutandū eſt magna fragilitas, quāam vouens in

A ſeiſpo experitur ad obſeruandū votum, & ob quā ſe credit non adimpleturum, quod vouit: a ita etiā certiffimū eſt, quodcumque aliud votum poſſe in religionis votum permutari, b etiā ſi ſit Hieroſolymitanum. c

79 Decimo dicimus, quod licet qui ſubter ſimplex ſacerdos poſſit à quocumque peccato, & quacūm; excommunicatione & ſractione voti in articulo mortis abſolueri: non tamen poteſt aut in votis diſpenſare, aut aliquid illorum commutare. Etenim ſola peccatorum abſolutio: non autem votorum diſpenſatio vel commutatio illis conceditur ſecundum mentem omnium Doctorum, quod etiā explicuit Silueſter. d Quod quidem etiā in multis Iubileis videmus accidere, noſque etiā, e comprobauimus eum, qui non habet ampliore auctoritatem, quāam cōmutandi, nō poſſe diſpenſare: & qui nō habet poteſtatem niſi ad diſpenſandū, nō poſſe cōmutare, cum iſta inter ſe ſint valde diuerſa: & poteſtas & priuilegiū diſpenſandi poſſit aliquid operari, abſque eo quod ad commutationem extendatur.

Illud autē, quod Sotoſ falſeruit, forſe rē non adeo perpendēs: ſcilicet, cū qui habet poteſtatem ad diſpenſandū, quod amplius eſt, habere etiā ad commutandū, quod minus eſt, forſam verū eſt in illis, qui ſunt huiuſmodi auctoritate ſortiti iure cōmuni, & tāquā ordinarij: non autē in his, qui priuilegiatorum ſunt, & tamquā delegati eandem adepti ſunt vt iura indicant, & notatur in cap. i. h vbi poſt alios reſoluit Decius, priuilegium ita interpretandū, vt aliquid operetur contra ius: ſed dato aliquo tali, in reliquis eſt reſtringendum: quia priuilegia ſunt reſtringenda. i

Vndecimo dicimus, q Papa Inno. V I. cōceſſit cōfeſſariis rite præſentatis ex Ordine fratrum Minorū, vt poſſint in omnibus votis diſpenſare, in quibus poſſūt Epiſcopi, præterquā in voto peregrinationis vltra duas dietas, in cōceſſione iſtā, quod etiā cōmemorat Cōpendiū priuileg. relig. Idē etiā poſſunt cōfeſſarij Ordinis Dominicani, & aliorum, qui priuilegiatorum Ordinis S. Franciſci ſunt participes.

Duodecimo dicimus, quod aliqui ſimplices in eo ſunt errore, vt ſimul atque diploma ſiue bullam acceperunt, in qua Papa concedit, vt cōfeſſarij poſſint certa illorū vota vel commutare, vel diſpenſare, credant ſe ſtatim à ſuis votis liberari. Etenim aliud eſt committere poteſtatem diſpenſandi, vel commutandi, aliud verō diſpenſare & commutare, k quocirca ab ipſo cōfeſſario petere debent, vt ſua debita in alia opera pietatis cōmutet, aut diſpenſet. Enimverō niſi cōfeſſarij fuerit requiſitus, immo etiā ſi fuerit, niſi diſpenſauerit, aut cōmutauerit, licet aliā ab omnibus peccatis abſoluatur, & plenariam indulgentiam illi concedatur, vota adhuc ſicut antea in ſuo vigore perſeuerant.

Decimotertiō, q etiā ſi votum neminem alium, etiā ſi ſit hæres, quāam ipſum vouentem obliget quoad obligationem perſonalem, ſicut dictum eſt, neque quoad realē ex vi voti: obligat tamen eum ex vi pacti cōtractus & promiſſionis eo modo, quo obligaret eum iuramentum alterius, l quāmobrem populus, qui nunc eſt, tenetur ad implēda vota de obſeruatione feſtorum, aut aliarum rerum eiufdem populi, qui centum ab hinc annis præceſſit: quandoquidem eſt vnus idēque populus, m aut ex vi voti, quia eſt idem populus, aut ſaltem ex vi cōtractus & promiſſionis, quæ in ſucceſſorem vniuerſalem pertranſit. n

Admonemus inſuper cōfeſſarios, qui vota per bullas Cruciatę cōmutāt, q cōmutatio in vtilitatē ipſi Cruciatę fieri debet: in quo multi errant commutātes ea in ieiunia, orationes, peregrinationes, miſſas, & eleemoſynas pauperū qā tenor bullę habet, vt huiuſmodi cōmutatio fiat in vtilitatē: Cruciatę, & idē dicēdū eſt de his, qui cōmutāt virtute Iubileorū, aut aliarū gratiarū, quę præcipiunt hoc facere in vtilitatē aliquorum locorum particularium. o

Decimoquarto, quod quaſitum eſt, nuper à nobis: An qui cōtra ſimplex caſtitaſis votū contraxit matrimonium, teneatur, ingredi religionem, ante quam illud cōſummet: cum illo modo ſuum votum perſoluere poſſit, & non alio, & Silueſtro, p viſum fuit, quod ſic, & Soto quod non, q & nobis prima fronte opinio Soti verior viſa fuit: quia votū ingrediendi religionem non fecit, & quia videtur ſufficere, vt ſuum votum non petendo debitum impleat, quāuis reddendo petitum, matrimonium conſummat. Sed poſtea, omnibus ſatis perpenniſis, Silueſtri verior viſa eſt.

a In c. cum ad mona. de ſta tu monachor. b In ca. litteras. de reſti. ſ. pol. c Lux. Sylueſt. verb. voto. 4. qua. 4. d In diſt. 38. quaſt. 4. e Ang. verb. votum. 4. §. 9. & Silueſt. quaſt. 4. f Tom. 2. Opuscul. Opus. 11. quaſt. 1.

g Per glo ſing. ca. non eſt de voto. h De iureiur. i 2. 2. qua. 88. artic. 1. 2.

k In diſt. a. 2.

l 2. 2. qua. 88. art. 10. m Nu. 24. & ſeq. poſt. S. Tho. 2. 2. qua. 88. art. 10. & 12. n In cap. 1. de voto. o 2. par. titu 11. cap. 1. in princ.

p In cap. 1. de voto. q Per ſuā ca. ex multa. de vot. r Arg. capi. 1. & 2. de voto

s Ver. votum. 4. §. 12. t In 4. li. ſent. diſt. 38. qua. 1. art. 3. & 2. 2. qua. vlt. art. 3. v Ver. votum 3. §. 20. x Ver. votum 4. qua. 1. y Tom 2. Opuscul. qua. 1. de voto non nubendi. z In tract. de reditib. ecclie. q. 1. moni. 71. nu. 1.

a Angelus verb. votum. 4. §. 6. b Cuiet. in ſu. verb. voti cōmutatio. c Cap. ſcriptura. de voto.

d Verb. voti 4. qua. 13. e In §. in Levitico. not. 27. nu. 1. & ſeq.

f Lib 7. qua. 4. artic. 3. de iur. & iur.

g Arg. ca. priuilegia. 3. diſt. & capi. ſane. & cap. porro de priuilegi. h De reſer. p. i l cap. porro. de priuileg.

k ca. gratum & cap. reſeruum de offi. deleg. adiun. cto cap. ſi cui nulla. de prab. libr. 6. & cap. ſi ſuper gratiam. de offi. dele. gat. eodem li.

l c. ex parte. de cenſib. & notatur in c. 2. de par. lib. 6. & in ca. C. laicum. de foro compe. & Felim. cum ſi num. 9. eod. tit. m cap. dem. que 7. qu. 1. vbi gloſſ. & l. ppebat. ff. de iudic. n l. 1. & 2. C. de heredu. action. o Arg. l. e. lud. ad l. A. quil. p Verb. matrimonium. 7. qua. 5. q In 4. li. ſent. diſt. 38. qua. 1. art. 1.



a ca. commiss. de pon alio. b in 4. d. 18.

tua propter eius rationem: tum quia omne votum oblata opportunitate perfoluendum est, & opportunitatem in id adesse, negari non potest, antequam matrimonium consummetur, tum quia S. Thomas & Richardus tenent, quod qui contra votum castitatis matrimonium contraxit, consummando illud peccat. quod verum non esset, si post contractum & non consummatum ad seruandum votum castitatis non teneretur, quod seruari sine ingressu religionis nequit. Neque obstat, quod ingressum religionis formalem non vouit, quia sufficit aliud illi propinquum fecisse, ex quo, & eius transgressione vna virtualis ad illud obligatio nascitur. Tum quia idem Sotus faterur, quod votum religionis post contractum, & nondum consummatum matrimonium, ad sui ingressum obligat: & non alia ratione, quam quod adhuc perfolui potest, & eadem ratio voto castitatis conuenire videtur.

Ex quo sequitur, quod votum religionis, quoad hoc non est firmitus, quam simplex castitatis: & quoad alios effectus infirmitus est: quia qui religionis ingressum vouit, fornicando nec ante, nec post matrimonium contra illud peccat, & qui castitatem vouit, sic, quia votum religionis ante professionem non magis ad seruandam castitatem, quam ad ieiunium & alias caeremonias & statuta religionis seruanda obligat. Vnde sequitur, quod qui contraxit matrimonium & consummauit contra solum simplex religionis votum, postea reddere, & petere debitum sine alia dispensatione potest: quamuis qui contraxit contra votum castitatis, iusta dispensatione ad id indiget, quae est quotidiana & singularis conclusio. Quibus omnibus est consequens, quod qui castitatem vouit, & matrimonium contraxit, & postea consummauit, duo peccata commisit. Vnum in contrahendo, alterum in consummando: quamquam Sotus tenet non nisi vnum committere, & verum esset, si vera esset eius altera opinio superius refutata.

Quibus omnibus adde, quod Sotus, tenet, quod per Cruciatam potest quis absolui a peccatis post eam concessam commissis, non tamen dispensari in voto post eam facto, sed non recte. Tum quia omnes rationes, quae adducuntur ad probandum Iubileam, & alia indulta ad absoluendum a peccatis concessa, includere peccata futura, nisi excipiatur, concludunt etiam vota futura, quorum relaxandi potestas in eis fit, vt videri potest per rationes, quas nos in tractatu de indulgentiis, afferuimus contra glossam quae tenet non includere futura peccata. Tum quia facultas, quam sancta Sedes Apostolica facit suis Legatis ad dispensandum super votis, extenditur ab eis ad futura. Tum quia commissarij Cruciatarum passim relaxant, vel commutat vota facta post illas concessas.

De precepto secundo, quoad blasphemiam.

- 81 Blasphemia quid? est duplex, mentalis & vocalis.
- 82 Blasphemia est contraria confessioni fidei. num. 83. Et secundo precepto, &c.
- 83 Blasphemus quomodo absoluendus.
- 84 Blasphemus quis iocando, aut turpiter nominando, vt peccet.
- 85 Maledicens creaturis quis blasphemus.
- 86 Blasphemus an sit, qui cantilenas profanas diuinis admiscet.
- 87 Interrogatus quod scit qui, & vt iuste negat.
- 88 Iuramentum quod ligat post, ad quod non ligat cum sit.

**D**E blasphemia, quae etiam per hoc secundum preceptum vetatur, dicimus primo, quod secundum Ambrosium, & Alex. Halensem, & S. Thomam communiter receptos, Blasphemare est: dicere tacite, vel expresse, verbo, vel scripto contra Deum, aut eius sanctos quidpiam contumeliosum, & quod quidem fit vel tribuendo Deo, quod illi non conuenit, vel auferendo quod conuenit, vel tribuendo creaturae, quod solius Dei proprium est: quod si sola mente dicitur, est blasphemia mentalis, si verbo, vocalis: si autem scripto, scripta.

Secundo dicimus, quod blasphemia est confessioni fidei, & caritati diuinæ contraria, & diuino honori videtur derogare, & propterea peccatum est mortale grauissimum, secundum S. Thomam communiter receptum. Quauis

neque blasphemia exterior, neque interior, secundum se tantum sit dicenda haeresis: aliud est enim credere, aliud dicere, etiam si sola mente dicatur, & blasphemia in dicendo, haeresis autem in credendo consistit secundum vtrumque Thomam, vbi adiecit iunior tribus modis contingere aliquid dicere: scilicet desiderando, praecipiendo, affirmado.

\* Secundum Ambrosium. In Ambrosio in lib. de Paradiso nihil est inuentum, quod vitium sit contra blasphemiam dici. In glossa autem cap. 4. ad Eph. in haec blasphemiam tollatur a vobis, scribitur in Deum & sanctos, ex quibus verbis sua definitionis parte Nauarrus potuit asumere, & eam Ambrosio tribuere, quia multa ibi Ambrosio tribuuntur. Potuisset melius Augustinum citare, qui in li. 2. de moribus. Manich. cap. 11. sic blasphemiam definit. Est autem blasphemia, cum aliqua mala dicuntur de bonis. Itaque iam vulgo blasphemia non accipitur, nisi mala verba de Deo dicere. De hominibus namque dubitari potest: Deus vero sine controuersia bonus est, haec ibi. Sancti quoque, qui in caelo sine controuersia boni sunt, vnde de eis mala dicere, blasphemiam etiam ex August. dici potest.

83 Tertio dicimus, quod nullus blasphemus debet absolui, etiam in foro conscientiae, absque eo, quod arbitrio seueri cuiusdam confessarij grauissima illi poenitentia imponatur: quod statuit Concilium Lateranense vltimum, sub Leone X. quod nos in c. inter verba transulimus, & elucidauimus.

Quarto, quod interrogatus: An teneatur quis corrigere alterum: quem blasphemantem audiuit, quamuis emendatio non speretur. Respondi, quod sic, & quod id acriter facere tenetur, si sine suo periculo facere potest, vt sancitum est a praecitato Concilio Lateranensi.

84 Quinto, quod contra hoc secundum preceptum, quatenus blasphemiam vetat, peccat mortaliter, primo, qui blasphemat contra Deum, vel Sanctos his vtens loquendi modis, *Pigeat Deum*, vel *Doleat Deus*, *Non credo in Deum*, vel *denego*, aut *maledico Deum*, &c. vel dicens, Deum non esse misericordem, non seruare iustitiam, esse acceptatorem personarum, non videre, quae aguntur in mundo, aut non curare humana, aut illum iniuste punire, vel hoc, aut illud non posse efficere: vel tribuit homini, quod soli Deo conuenit: quale est hominem beatum facere, vel posse vltura prenoscere, secundum praedicta: quamuis iocose ista diceret, si attendit quid verba significant, & cum deliberatione illa protulit, secundum Bernar. de Busto. Is enim, si tantum ira furore correptus, & passione excaecatus in similia verba prorupit, vt quid diceret, quidve verba significaret minime aduertet, tantum venialiter peccaret secundum S. Thomam. Si vero attendit esse verba blasphemiae, mortaliter delinquit, etiam si repentina correptus ira, verba protulerit, ipsumque statim poenituerit illa dixisse, secundum eundem. Neque quidquam ad rem facit, an subitanea illa ira ex iniusta causa originem habeat, vel ex ludo, ebrietate, vel aliqua occupatione circa rem illicitam, secundum Angelum, etiam si contrarium teneat Panor. cuius dictum est verum, quantum attinet ad forum exterius. Neque satis est ad peccandum mortaliter, quod talis inconsideratio ex deprauata quadam consuetudine cum propria salutis contemptu coniuncta, vel ex culpa lata procedat, iuxta Siluestrum, dummodo illa inconsideratio prolotioni talis blasphemiae causam dederit, hoc est, quod si animaduertet id, quod pronunciat, non pronunciat illud, secundum Caietanum.

85 Secundo peccat mortaliter, qui Deum, vel Sanctos iniuriose nominat, pudenda ipsorum membra propriis nominibus explicans, & aduertens quod dicit, etiam si iocandi gratia id faceret, quamuis vt istis modis loquendi, puta *Per corpus Domini*, *Per sanguinem eius*, siue iurando, siue cum alio contendendo, non est blasphemia, quonia post Christi incarnationem Deus dicitur habere corpus & sanguinem, in quantum homo, non autem in quantum Deus, de quo in additione c. quando, copiosius diximus.

86 Tertio, qui maledicit alicui creaturae ratione carenti, in quantum est creatura Dei: est enim blasphemia perinde ac maledicere Deum: si tamen simpliciter maledicit, non intendendo aliquid amplius, tunc solum erit verbum otiosum & vanum, ac consequenter veniale tantum, quod etiam placuit Caietano.

87 Quarto, qui diuino cultui cantilenas saeculares profanas & turpes admiscet, siue illa voce humana, siue alio organo proferantur: vel patitur, aut procurat, vt misceatur

a Diſta q. 13.

b Sess. 9. 8. ad absoluendam. c 11. q. 3. conclus. 6.

d 1. p. sermone 17.

e 2. 2. q. 13. a. 2.

f Vbi supra.

g Verbo blasphemiam. s. 6. h In c. statuumus de maled. i Verb blasphemiam. q. 4.

k In summa verbo blasphemiam.

l Ange. in interrogatione 1. precepti. m Caieta. Vbi supra.

n De consecra. dist. 1.

o 2. 2. q. 13. a. 1.

c Lib. 7. q. 4. de iniust. iure.

d Super 5. in Lemis. de pec. d. 1. nos. 3. 4. n. 4. e Extraua. 1. de pec. & remiss.

f In l. de Para. dist. g Par. 2. summa, qu. 148. h 2. 2. q. 3.

i 2. 2. q. 13. ar. 1. 2. 3.

quoniam



a 2.2. qu. 91. & in summa ver. organoſu uſus. b c. 16. n. 42. c ſeſſ. 22. in decreto de obſeruandis, & euitandis in celebratione miſſa.

d In dicto ca. 16. n. 42.

e c. 25. n. 13.

f Ar. c. quod ſuperiis. & eorum, qua citat Felin. de maiorita. & obediem.

g Arg. cap. ſi uero de iure iuran. & ca. quamuis. de pact. eod. tit. lib. 6. h ſupra nu. 16. & ſeq.

i l. non omnis. ſi ſi certu per & capi ſin de prob.

quoniam in hoc cultui Eccleſiaſtico, & Deo ipſi irrogatur iniuria, iuxta Caietanum, a quem nos etiam in Enchirid. de Orat. ſequuti ſumus, quod ipſum decreuit nunc Cõcilium Tridentinum) c ubi etiam cũ eodem Caietano adiecit, quod ſi aliqui præ ruſtica ſimplicitate exiſtimarēt iſta licere recitandi animi gratia, quoniam vident communiter in his uſum, & conſuetudinem inuauiſſe, ſi tamẽ intelligerent id eſſe illicitum, & ſcelus eſſe mortale, nullatenus id facerent, excuſarentur quidem à tanto, ſed non à toto. Nunc autẽ dicimus nobis non uideri lethale crimẽ, niſi cum cantilena eſt turpis & laſciua, uana & profana, & cantatur durante diuino officio ab his, qui iam ſunt præmoniti id nõ licere. Idẽ aſſerimus de his, qui in nocte Natalis Domini turpes rhytmos, uel ſcõmata ſibi inuicẽ occinunt, uel execrationes quaſdam interſerunt, tempore quo dicitur lectioſe petunt benedictiones, ut diximus. d 88 Rogatus autem, an ille, qui furatus aliquid interrogatur à iudice incompetente, uel alio ſine iuris ordine legitimo, utrum tale quid ſit furatus, poſſit ſecura conſcientia reſpondere uerbo abſolutè & ſimpliciter, ſe id nõ eſſe furatum, intelligendo intra mentem & tacitè penes ſe, quod non eſt furatus illo die, menſe, uel anno: puta anno milleſimo quingentefimo ſeptuageſimo primo, uel ſecundo &c. reſpõdi affirmatiuè per fũdamẽta ſolida, & irrefragabilia, quæ pro Paludano, Gabriele, & Adriano, & aliis plerique tenentibus, & affirmantibus præfato modo reſpondẽtem non mentiri, adduximus infra. e

89 Rogatus item, An iuramentũ de actu, qui tẽpore iuramenti eſt illicitus, liget iurantem præ tẽpore, in quo fuerit licitus: puta iurauit numquam ingredi talem domũ odio matris meę, quę eam inhabitat, qua mortua, incipit habitari ab alia, quæ poteſt eſſe mihi occaſio peccati: Reſpondi partem affirmantem eſſe ueram in iuramento generali, & apto comprehendere eundem actum, tam tempore, quo eſt illicitus, quẽ quo eſt licitus: partem uerò negatiuam in iuramento ſpeciali, uel reſtriçto ex natura uerborũ, uel ex cauſa, ob quã fit, uel aliis circumſtãtiis ad actum illicitum pro tempore, quo eſt illicitus. Exemplum primi, Iurauit quis generaliter ſeruare omnia ſtatuta Eccleſiæ N. inter quæ tempore iuramenti inuenitur vnum factum cõtra canones ab epiſcopo & capitulo, cuius obſeruancia eſt illicita, f poſtea uerò confirmatur illud ex certa ſcientia à S. Sede Apoſtolica, quo eius obſeruancia fit licita, is tenebitur ſeruare illud ſtatutum poſt confirmationem Papæ: uel iuramenti, cũ comprehendatur ſub illo, & poſſit ſeruari ſine interitu, uel diſpendio ſalutis æternæ. Item iurauit quis generaliter, numquam intrare talem domũ nulla adiecta cauſa ſpeciali. quod per prædicta, h temerarium, ſiue uanum eſt, ſi tamen poſtea incipit inhabitari ab aliqua, cuius cõſortium teneatur ille uitate, pro tẽpore inhabitacionis illius ligabit eũ iuramentũ. quia nec ex natura uerborum, neq; ex cauſa, uel alia circumſtãtia reſtringitur ad ſolum tẽpus, quo illicitum, uel temerarium: aut uanum eſt. Exemplum ſecundi: iurat quis numquã intrare talem domum, donec mater eius eã inhabitauerit, uel ob cauſam finalem euitandi eius bonã conuerſationem, quod illicitum eſt, ſi poſtea alio migrauerit mater, & eã inhabitare cõperit alia, cuius conuerſatio eſſet magna peccãdi occaſio tali iurãti, poterit quidem intrare illã ſine violatione iuramenti: quãquam alia de cauſa deberet id euitare: quia iuramentum illud fuit reſtriçtum ex natura uerborum, uel ex cauſa finali ad tempus, quo erat temerarium, uel illicitũ, & actus agentium non operantur ultra intentionem eorum. i

De obſeruacione feſtorum, quod pertinet ad tertium præceptum Decalogi, Sabbatha ſanctifices.

CAP. XIII.

- 1 Feſti dies omnes Chriſtianorum ſunt lege humana induçti.
2 Feſti obſeruacio nunc non tam ſtriçta ac olim.
2 Feſtis diebus præcipimur audire miſſam, & uetamur opus ſeruile facere.
2 Finis præcepti alius ab eo non eſt in præcepto.
3 Seruilia opera quæ ſunt.

- 3 Seruilia ſeptem opera permittuntur, quinque non ſeruilia prohibentur.
4 Feſta ut potius relaxantur ob neceſſitatem, quàm ob pietatem.
5 Feſtis quod licet gratis, licet ob mercedem.
5 Feſta inducunt, tollunt, & moderantur lex & conſuetudo.
5 Feſta ſua omnis regio, & morantes in ea debent obſeruare.
5 Feſtos dies quos uiator ſeruare teneatur.



Ireca hoc dicimus primò, omnia Chriſtianorum feſta, etiam dies Dominicos, ſolo humano iure, nulla uerò iure diuino, naturali eſſe in Eccleſiam introducta, ut a cõprobauimus. Id quod etiam ſentit Ioannes Turrecrem. b & clarius Archidiaconus, c & S. Thomas, d ſupra omnes tamen Thomas Vualdenſis, e \* ubi ad hoc adducit B. Hieronymum, & Remigium: quamuis Panor. f cum multis aliis, & Angel. g teneant, ſaltem dies dominicos iure diuino feſtiuos eſſe, quam ſententiam Silueſter h communem eſſe aſſeruit. Verũtamen quod modo definiuimus eſt tenendum. Etenim quãuis ius naturale, & diuinum præcipiant nobis, Deum ipſum honorare & reuereri, non tamen definiunt tempus, quo in nouo teſtamẽto id facere teneamur: ſolum autem ius humanũ decernit, ſtatuitq; certos dies, in quibus ab operibus ſeruilibus ceſſare oportet, ut id faciamus. Nec obſtat c. licet i quo ipſi nituntur, quatenus habet, quòd tam ueteris, quam noui teſtamenti pagina ſeptimum diẽ humanæ quieti deputauerit. quoniam poteſt nouè, & ſingulari modo reſponderi, ad ſummũ probare, quòd in utroque tam nouo, quàm ueteri teſtamento inuenitur, quòd vnus de ſeptem diebus debet obſeruari: non tamen quòd hoc Deus præceperit in utroque: nõ licet id præceperit in ueteri teſtamẽto præcepto cõſuetudinis: in nouo tamẽ teſtamẽto, in quo illud ceſſauit, à principio Apoſtoli auctoritate ſua, & nõ lege diuina cõperunt diem Dominicum obſeruare, idẽmque facere fidelibus præceperunt. Vnde inferitur, quanta ſit cõſuetudinis uis circa cuſtodiam, & obſeruacionem feſtorum. k

\* Vbi ad hoc adducit. Thomas Vualdenſis agens de celebratione diei Dominicæ libr. de ſacramenta. tit. 17. cap. 14. citat Remigiũ ſic loquentem. Præcipiebant Apoſtoli ut in diebus Dominicis in vñ conſuentes vnusquique quod ibi uideretur daret ad opus illorũ ſi & Hieronymum ſic dicẽtẽ Dominicum diem Apoſtoli ideo religioſa ſolemnitate ſanxerunt, quia in eodem redemptor noſter à mortuis reſurrexit, qui que ideo Dominus appellatur, ut in eo à terrenis operibus uel mundi illecebris abſtinentes tantum diuinis cultibus ſeruimus. hæc ibi & multa alia. Cæterum de diei Dominicæ inſtitutione & celebrata, ſi antiquitatis teſtimonia uidere deſideras lege Belarminum lib. 3. de Cultu Sanctorum. cap. 11.

2 Secundò dicimus, quòd ius humanum Chriſtianorum non adeo ſtriçtè præcipit, ſuos dies feſtos obſeruari, ac ius diuinum antiquum ſuum illud ſabbathum tradidit obſeruandum, ſecundum S. Thomã l communiter receptum. Quapropter multa nobis in diebus dominicis fieri permittuntur, ut præparare cibos: & alia huiusmodi, quæ nullatenus in ſabbathis ueteris legis fieri poterant. Vnde etiã cõſequitur, ut circa prohibita in noſtris feſtis nobis fit facilior diſpenſatio, quàm in rebus prohibitis in ſabbatho illo antiquo: ſecundum eundem S. Thomam. m

Tertiò, dicimus, quòd hoc præcepto de colendis feſtis non præcipitur cultus diuinus interior, qui in meditando & colendo Deo conſiſtit: ſed tantum exterior, qui cõſiſtit in audienda miſſa, n & in abſtinendo ab operibus ſeruilibus exterioribus, o quæ miniſterio corporis ſunt exercenda, ſicut eleganter docuit Caietanus: p quoniam quamuis finis huius præcepti ſit, ut homo Deo uacet, ipſoque fruatur, & in eo quieſcat, ut docuit ſanctus Thomas, q quãdo tamen finis præcepti eſt aliud à re præcepta, tunc non cadit ſub præceptum, ſicut idem S. Thomas communiter receptus, r aſſeruit. Verum eſt tamen, quòd ſunt neceſſaria propoſita, & attentio interiora ad rectè audiendum ſacrum, quòd ſit religionis opus.

3 Quartò dicimus, in diebus feſtiuis non omnia opera prohiberi, ſed tantum ſeruilia, quæ ſunt illa, quæ propriè ſeruientibus conueniunt, iuxta illud Leuitici. s Omne opus ſeruile non facietis in eo. Non autem illa, quæ communia ſunt tam iis, qui ſeruunt, quàm illis, quibus ſeruitur, ſecundum eundem S. Thomam. t

Feſta Chriſtianorum non ſunt de iure diuino. a In c. licet de feſtis. & in c. 1. de conſec. diſt. 3. b In dicto c. 1. c In c. ietunia. ead. diſt. 3. d 2.2. q. 122. art. 4. & 5. S. Anton. 2. part. tit. 9. c. 7. & 8. de pen. & 10. Maior in 3. li. ſent. d. 27. qu. 23. c De ſacramental. capi. 1. 40. f Ca. licet. de feſtis. g Verb. feria. §. 4. 3. h In uerbo de minica qu. 1. uerſ. 7. i de feſtis.

k Arg. c. ſin. de conſuet. & l. 2. C. que ſit longa conſuetudo.

l In dicta qu. 122. ar. 4. ad 4.

m In d. ar. 4. n Ca. miſſa. de cõſec. d. 3. o ca. ieiunia. cum gloſſ. & Archid. de diſ. ſecr. d. 3. p 2. 2. q. 122. a. 4. in princ.

q Ibidem.

r 1. 2. q. 100. a. 9.

s Leuitic. 23.

t In d. q. 122. ar. 4. ad 3.



arn dicto ar.

4. loan. cap. 3. c. iuxta glos. fam. mirabilis. c. 28. numero rum. d. 1. Machab. 4. c. discipulos. de consecr. dist. 5. c. Proverb. 4. c. non in inferenda. 23. q. 3. g. Deute. 22. h. Ca. licet de feris. i. In c. 1. de feris. k. In c. si. de feris.

l. 3. Rhetoric. ad Herenn. m. c. 22. q. 2. c. 110. de ciuit. ca. 1. n. c. 110. q. 5. d. o. luct. gl. ca. fin. de feris. p. Dicto c. fin.

q. 2. q. 1. ar. 4.

r. 2. q. 112. a. 4. c. in sū ma verb. fa. nos. pagina pe. nultima. s. In c. ieiunio. de consec. d. 3. c. Lib. 1. di. 37. c. Angolan. verb. feria. §. d. v. Verb. feria. n. 17. x. Verb. domi. nica. q. 4. y. Se. 25. c. 12. z. In c. pronun. candum. de consec. d. 3. c. c. conque. sum. de feris. c. alibi. n. per prad. ca. c. ca. fin. de consec. d. b. Eod. c. nu. 1. c. ca. 1. de feris.

Quinto dicimus, quod ex supradictis inferitur, septem generum opera notata à S. Thoma, <sup>a</sup> in diebus festis licitè exerceri. Prima illa, quibus in diuino cultu Deo seruimus. <sup>b</sup> Secunda, quibus spiritualia exercemus, quale est docere verbo, vel scripto. <sup>c</sup> Tertia, quæ sunt ad salutem propriam necessaria. <sup>d</sup> Quarta, quæ ad salutem corporalem proximi sunt necessaria, iuxta illud Sapientis. <sup>e</sup> Erue illos, qui ducuntur ad mortem. <sup>f</sup> Quinta, quæ sunt necessaria ad vitandum damnum sibi, vel proximo imminens iuxta illud Moysi. <sup>g</sup> Non videbis bouem fratris tui, aut ouem errantem & prateribis, sed re-duce fratri tuo, etiamsi non est propinquus frater tuus, &c. Sexta, quibus parantur cibi per cōsuetudinē Ecclesiæ. Septima, piscari quandoque per consuetudinē eiusdem Ecclesiæ. <sup>h</sup>

Sexto dicimus, quod quinque sunt opera non seruilia, quæ prohibentur in festis iure canonico: nam <sup>i</sup> prohibentur mercatus, iudicium ciuile, vel criminale, & iuramentū: nisi pro pace, vel alia necessitate præstetur. <sup>k</sup> & omnis processus & strepitus iudicialis, nisi pietas suadeat, & necessitas vrgeat.

4. Sepimo, quod non omnia, quæ possunt fieri gratia necessitatis, possunt fieri ratione pietatis: nam propter necessitatem omnia opera tam seruilia, quam non seruilia, exerceri possunt: sed non omnia permittuntur causa pietatis, si per pietatem intelligamus virtutem illam, qua patriam & parentes veneramus, sicut accepit Marcus Tullius, <sup>l</sup> & D. Augustinus. <sup>m</sup> Neque si pietatem pro misericordia accipiamus. Etenim, quamuis opera, quæ ex natura sua ad misericordiam pertinent, ut vestire nudū, alere pauperē, <sup>n</sup> in omnibus diebus festis possint licitè fieri, <sup>o</sup> immo & opera iudicialia, & alia tamen opera seruilia, quæ ex sola intentione operantis ad misericordiā diriguntur, fieri nequeunt: quamobrem qui sub misericordiā & pietatis prætextu, absque alia urgente necessitate in diebus festiuis ædificant, vel reficiunt pontes, sternunt vias, tota errant via, iuxta Caietanum. <sup>q</sup> At verò si per pietatem cultum Dei intelligamus, tunc dicimus, omnia illa opera, quæ suapte natura immediatè tendunt in honorē Dei, veluti portare crucē, & reliquias sanctorum, licitè fieri posse. Immo & alia, quæ sunt veluti præambula & præparatoria horū, quæ simul, vel paulo ante solēt fieri: veluti pulsare cymbala ante missam, vel vesperas. Diuersa tamen ratio est de aliis operibus, quæ licet sint præparatoria in supradicta, ante tamē festū ipsum cōmodè possunt fieri: qualia sunt formas (quas hostias vocamus) consecrandas effingere, verrere Ecclesiā, tapetibus ornare: & multo minus illa opera, quæ secūdū se nō deseruiunt diuino cultui, neque sunt præparatoria in illum: qualia sunt arare, serere, & metere ad aliquod subsidiū Ecclesiæ præstandū, quo diuinus cultus ibi fiat: nam ista non sunt licita, nisi iusta intercedat necessitas: ut si Ecclesia adeo esset tenuis & pauper, quod necessariis ad cultum careret.

5. Octauo dicimus, quod tam licitè ac principaliter potest fieri in diebus festis ob pecuniā, quod gratis licitè fieri potest in eis, quam licitè & principaliter ob eam quouis alio tēpore id fieri potest: & quod propositum & intentio lucrandi, non facit ut opus, quod aliās ex suo genere non est seruile, ob hoc fiat tale formaliter, vel materialiter. Quod post Cardinalem Caietanū <sup>r</sup> validissimis rationibus, <sup>s</sup> comprobauimus, quamuis Richardus <sup>t</sup> & Ioannes Tabienna <sup>v</sup> & Siluester <sup>x</sup> non satis rem perpēdentes, contrarium teneant. Quibus addo, quod nouissimè Cōcilium Tridētinum <sup>y</sup> declarauit, dies festos in suo episcopatu seruari ab episcopo præceptos à religiosis quamuis exemptis seruandos esse.

Nono dicimus, quod quamuis festa, quæ iure communi sunt omnibus obseruanda, sint iam expressa & determinata, <sup>z</sup> multa tamen ex eis abstulit cōsuetudo, & alia induxit. quapropter in singulis regionibus illa festa obseruanda sunt quæ lex, aut constitutio synodalis recepta, & non abrogata, vel cōsuetudo præscripta, ibi præcepit obseruari, <sup>a</sup> quādoquidem, ut dictum est supra, <sup>b</sup> omnia ex lege humana inducta sunt.

Ex quo inferitur primò, quod si cōsuetudo præscripta præcipit id, quod passim fieri videmus, ut à media nocte vsque ad mediā noctē festa seruentur, neuiquam seruanda sunt à primis vesperis vsque ad secundas vesperas, quamuis ius ipsum commune id præcipere videatur, <sup>c</sup> & quod si

vsus haberet, ut solum seruentur vsque ad meridiem, vel vsque ad solemnia millarum peracta, postea possent opera seruilia fieri.

Inferitur secundò, quod vna quæque provincia, aut ciuitas obseruare tenetur illa, eo modo, & tantum, quæ, quomodo, & quantum cōsuetudo ipsius præcipit obseruari.

Inferitur tertio, quod qui degit in aliquo loco, tenetur obseruare festa illius loci, vbi tunc degit: non autem illa festa, quæ in eius propria patria obseruantur, argum. cap. illa. adiuncta glossa <sup>a</sup> ibi.

Dum fueris Romæ, Romano viuio more:

Dum fueris alibi, viuio sicut ibi. Ut de ieiuniis, & de facultate non edendi, vel edendi oua, lactinia, aut animalium intestina in diebus veneris, sabbathi, & aliis diebus vigiliarum, ieiuniorum, & abstinentiarum dicitur inferius. <sup>b</sup>

Inferitur quarto, quod operarij, qui ad locandas operas suas vadunt in alias regiones, non tenentur obseruare dies festos suorū locorū, sed illorū, vbi ad tempus cōmorantur.

Inferitur quinto, quod perperam agunt parochi suis parochianis pœnitentias, aut publicas pœnas imponentes: eo quod in festis illis, quæ in propria sua parochia obseruantur, in aliis, vbi illa nō seruabantur, operas suas conduci præstiterunt.

Inferitur sexto, posse rationabiliter teneri eos, qui in festi vigilia, & etiam in ipso die festo, à suo proprio loco in alium laborandi gratia comitant, vbi festum illud non obseruatur, iuxta rigorem iuris nullatenus peccare: siquidem nō violant festa, vbi obseruari debent, dum tamē si eodem die egrediantur: missam audiant. quoniam dies festus, vbi ipsum deprehēdit, ad id ipsum obligauit: ut ego iter faciens, non semel putauit me ad audiendam missam, vel faciendum obligatum: eo quod ante meridiem transibam, egrediebar, & ingrediebar aliquem locum, vbi obseruabatur aliquod festum, quod aliis in locis non erat obseruandum: quamuis crediderim solum transitum non adeo obligare.

*Modi peccandi mortaliter vsitatores contra hoc tertium præceptum de colendis festis.*

- 6 Festum, qui violat, peccat mortaliter, nisi aliquod horū excuset.
- 7 Festum qui violat iter agendo, deferendo onera, & cat.
- 7 Festum qui violat vi, metu, præcepto, vel coactione, ut peccet.
- 8 Festum ut violet, qui vendit, emit, permutat, & cat.
- 9 Festum an violet tonsor, piscator, molitor.
- 10 Festū an violet laborans pro pauperibus, pontibus, & viis. nu. 11.
- 11 Venator quis violat festum.
- 12 Festum an violet mulio, qui in eius vigilia mittit iument a operatura.
- 12 Consulere pro lucro an liceat festis.
- 13 Festum an violet ob pietatem, vel necessitatem, vel sine illa transcribens librum, pulsans lyram, canens, & c. nu. 14.
- 15 Festum an violet laborans ob necessitatem, qui ludit, saltat, venatur, & otiose tota die vagatur.
- 15 Festis Crucis, Michaelis, Innocentium, & S. Siluestri licitè quis laborat.
- 16 Festo de violato, quedam accusandi cōsuetudo mala.
- 17 Festis contritio bona, sed non necessaria.
- 17 Festum an violet, qui omittit in eo opera præcepta.
- 18 Oblatio in Missa quando necessaria.

**I**teca hæc peccat primò, qui diebus Dominicis, vel aliis festis sub præcepto obseruandis, aliquod opus seruile, vel ex aliis quinque prohibitis, facit: nisi excuset exiguitas, vel licita cōsuetudo, vel necessitas aliqua spiritualis, vel corporalis salutis suæ: vel proximi, vel detrimentum imminens rebus suis, vel proximi, quod non potest differri, neque præueniri, ut patet ex supradictis, <sup>c</sup> ob quam necessitatem, aut cōsuetudinem excusantur, qui frumentum ex area deferunt in horrea, vel uas, ex vinea, quando imbres, & pluuia timentur, & quicumque alij, qui similia faciunt. Sic etiam fabriferrarij, qui equos iter agentium ferrant, & macellarij, qui vendunt carnes in festis, easque præparant ad vendendum, quando antea non potuerunt parare. & tabernarij, hospitiūque susceptores, qui in suis tabernis aut hospitijis propter eminentem necessitatem cibos & necessaria vendunt: non autem, qui ut lu-

a 12. diffin.

b c. 23. n. 119. post Cardin. & Panor. ibi ciuitos.

c Nu. 3. & ex Hostien. in sū ma de feris §. 4.



a Vbi supra §.12.

b Caietan. ubi supra.

c Vbi supra.

d Ang. verb. feria. §. 19. Caietan. ubi sup.

e Rosel. ubi supra ca. 23. & 24. Silueft. ubi sup. quæst. 5. i Eod. e. n. 5.

f Arg. c. sacri. de his quæ ui. & ca. ita no. 32. q. 5. h. l. ueluti. ff. de iust. & iur. & Luc. c. 10. i c. t. de feris.

g Et præsertim Silueft. verb. Dominica. q. 3.

h Silueft. ubi supra.

i Eod. no. 1. n. Arg. c. de consuetud.

j In summa. verb. in festo licita.

k c. 1. de feris.

l Arg. l. mo. ve Romano. ff. de feris. l. 2. q. 122. artic. 4. s. In c. peruenit de consue. d. §. 3.

dant, aut inebriantur, id faciunt, iuxta Angelum. a Cuius tamen opinio duriuscula nobis videtur, nec tenenda, ubi consuetudo contrarium præscripsit.

7 Excusantur etiam, qui cibos & edulia, & alia necessaria vendunt: puta panem, vinum, fructus, herbas, & cetera, quæ dici festo conducunt. b Excusantur etiam Agafones, qui iumentis oneratis diebus festis suum iter non intermittunt: non autem qui de domibus suis proficiscuntur diebus festis, cum se continere potuissent, iuxta Caietanum, c aut in aliud tempus differre, nisi ante, aut post audiant missam.

Dixi, Oneratus: quia conducere deonerata non est aliud, quam iter facere, & iter facientes excusantur: quamuis conducant multos onustos suis lectis, vestibus, & viaticis, modo missam audiant, licet longius & toto die iter faciant. nam aliquantulum itineris facere, non est opus seruile, neque prohibitum in festis, & sine ulla excusatione consuetudinis, aut necessitatis fas est, secundum omnes. Et idem dicendum videtur de longiori, & totius diei itinere. & licet secundum aliquos hoc sub genere operis seruilis ponatur: consuetudo tamen effecit, ut liceret, modo missa audiat.

Similiter excusantur, qui diebus festis excoquunt vitrum, ollas, regulas, calcem, quorum decoctio intermitteri in alium diem non potest, d & tonsores, qui diebus festis infirmis venas aperiant, & subditi, & serui iusi, & compulsi a suis heris ad opus agendum festis diebus, non ob contemptum festorum, sed alterius rei gratia, qui nisi morem gererent, in magnum aliquod damnum personale, vel reale incidere, maxime si ob id missa prætermissa non fuit. Idem dicendum est de vxoribus & liberis, qui in potestate sunt maritorum, & parentum, & de agricolis ad id iusto meru compulsi, qui laboris sui mercedem accipere possunt. e id quod supra diximus. f Et si sunt famuli stipendiarij finito tempore, in quod se altrinxerunt, discedant ab eis, nec intra tempus debent parere suis heris, nisi aliqua de causa iusta. Si quis tamen iuberetur, ut operaretur in contemptum festorum, & Ecclesiæ, quæ illa sanxit, non debet obedire, etiam si ob oculos certam ab eis propositam mortem videat. g Hoc enim iam non solum esset contra ius humanum: in quo necessitatis excusatio communiter locum habet: sed etiam contra diuinum & naturale, quo Superiorum obseruantia imperatur. h

8 Secundò peccat, qui vendit, aut emit die festo, multum temporis in eo consumendo, i non tamen si parum, ut fieri solet in emendis, aut vendendis candelis, & aliis similibus, quibus de pretio non est conueniendum: quia iam æstimata sunt, aut citò fit, iuxta omnium sententiam, k quod temperandum videtur iuxta sequens.

Tertiò peccat, qui nundinas adit, aut in eis negotiatur, non audita missa, cum possit: aut facit contra iussum episcopi: nisi exiguitas excuset: aut in eiusmodi negotio magnum susciperet damnum, nisi eo die tractaretur, aut alia iusta causa excusaret. l Nec refert, an nundina agantur die Dominico, aut festo maiori, aut minori: quia si consuetudine præscriptum est, & nulla est prohibitio noua eius, qui prohibere potest, licet audita missa, negotiari eo die. Cui enim omnes dies festi lege humana constituti sunt, ut dictum est supra, m consuetudo poterit moderari festum diei nundinarum: quia etiã omnino tollere posset. n Quomodo iam modificati sunt, quantum ad res, quæ in auctione venduntur, auctoritate iudicis, vel alia secundum Caietanum, o & etiã vigilanz solennium festorum, quantum ad tonsuram, quam tonsores exercere possunt ad duas horas post noctis ingressum, secundum dispensationem Eugenij Papæ IIII. Quod intelligi debet in his religionibus, in quibus cultus fit à vespere in vespere, ut iure communi fieri debet, p nam ubi cultus festi incipit à media nocte, & ad mediam noctem perdurat, ut apud nos vsu receptum est, hoc priuilegium non est in vsu: quando quidem absque priuilegio tondere potest vsque ad mediam noctem. q

9 Addimus item cum Caietano, r quod neque tondere barbam, neque in id consentire vno, aut alio die festo est peccatum mortale, ob paruitatem operis: neque etiam veniale, si aliqua in id adsit causa, licet contrarium fenserit Archidiaconus, s cuius sententia locum habet in tonsore, qui multis barbam detondet, vel aliter parat: Neque peccant, qui piscantur die festo certum piscium genus,

A quod tantum certis diebus aduenit, vel cõspicitur, & illico discedit, nisi tunc capiatur. Cuius generis sunt thunni, halecia, & hardæ: aliquam tamen eleemosynam debent erogare in Ecclesiis viciniores, aut in pauperes, a quia licet cap. licet non loquatur, nisi de halecibus, siue aringuis: eadem tamen ratio idem suadet in reliquos nominatos pisces. Licet etiam videtur molere molendinis fluminum, vel ventorum, quæ sine magna occupatione molunt, maxime si adsit consuetudo, & à prælatis non prohibeatur. Contrarium tamen dicendum est de molitura pistrinorum, quæ magnam occupationem, & laborem requirit, excepta magna necessitate. b

B 10 Quarto, qui laborat etiam pro pauperibus diebus festis, etiam audita missa, principaliter propter aliquod commodum, vel amicitiam, aut cognationem, quam ob eleemosynam, aut etiã principaliter propter paupertatem: verum non vsque adeo magnã, aut vsque ad ultimã eius potestatem laborat, secundum mentem Monaldi. c Neque discriminẽ statuendũ est inter dominicos, aut alios dies festos maiores, aut minores, secundum eundem: nisi quod maius festum maiore causam requirit, quod ipsa vulgi cõsuetudo seruat.

C 11 Quintò, qui laborat diebus festis in extruendis, aut reficiendis potibus, aut viis: quamquam sit pietas, & misericordia erga viatores, tamen absque magna, quæ vrgat necessitate id facit, secundum Caietanum d contra alios plerosque ob dicta supra, e secundum quem, & omnes licet facere opus diebus festis iis, qui aliter se sustentare nequeunt, modo id occulte faciant, ut vitetur scandalum, & audiat missa.

Sextò peccat mortaliter, qui venatur festis diebus non audita missa, secundum omnes: non tamen si eam audiret, etiam si venaretur quæstus causa per superius dicta, f quia non est seruile opus, neque de numero quinque non seruilium prohibitorum, neque lucrandi finis efficit, ut tale sit, quidquid dicant Rosella, g & Siluester. h

D 12 Septimo peccat, qui iumenta sua festo die, aut eius vespere mittit aliquò, ut alterius diei festi vtilitatem, in quo essent impedita, lucretur. i Nisi mittat propter res necessarias eiusdem diei, vel sequentis, quæ antea deuehi non potuerunt, & nisi qui conducit, missam audiat, ac breui itinere vtatur, aut consuetudine excusetur, per superius dicta, k quod tamen intelligendum est de iumentis oneratis: nam vacua mittere potest, ob superius dicta. l

Octauo peccat mortaliter Doctor, aut litteratus, qui dat consilium principaliter ob quæstum, etiam illi, qui è longinquo venit, secundum Siluestrum m & communem sententiam. Cuius tamen contraria est longè verior: tum quia consilium non est opus seruile, neque aliquod ex aliis quinque prohibitis: tum quia quod licitum est facere diebus festis, perinde fieri potest ob lucrum, ac in profestis, ut supra n diximus. Quare non est peccatum instruere, siue informare iudicem, etiam cum procuratore & aduocato, verbo, aut scripto, etiam ob pecuniam, & minus prælegere aliquam facultatem honestam: quia est exercitatio operis spiritualis, ut latè probatur à Caietano. o

E 13 Nono peccat mortaliter iudex, qui audit litigatores diebus festis, p quamuis enim non sit opus seruile, est tamen vnum, de quinque non seruilibus prohibitis: nisi ob pietatem, & misericordiam id faciat: quia quæ non sunt seruilia, licet sint prohibita, conceduntur fieri ob solam misericordiam absque alia necessitate, & ob hanc rationem licent multo magis, quam seruilia, ut supra q diximus. Satisque iusta necessitas videtur, si alio tempore, aut ad iudicem accedi non potest: aut testes haberi nequeunt. r Quamobrem excusantur iudices rusticorum, qui diebus festis, secundum consuetudinem aliquarum regionum, ius dicunt rusticis: eoquod aliis diebus neque iudices, neque testes suppetunt, aut ne pauperes amittant suos dies operarios, quibus ad vitam sustentandam maxime indigent.

F 14 Decimo, qui transcribit librum, aut instrumentum ob quæstum, secundum Rosellam, s & Angelum, t non tamen propter rationem ab eis allatam: sed quia quamuis scribere de se non sit opus seruile, etiam si ob lucrum fiat: sed seruile est transcribere, & transcribendo componere libros, ut lucretur, quia hoc mechanicum, & corporale est.

a Iuxta c. licet. de feriis cum ei adnotat. per Panon. & alios. & per Angelum, verb. feria. §. 34. & 35. Caietan. ubi supra.

b Secundum Rosel. verb. feria. §. 9.

c In summa verbo feria.

d l. 2. q. 122. a. 4. & in summa verbo festos dies. e Eodem ca. num. 4.

f Num. 8. ex Caietan. in summa in verbo festos. g Verb. feria. §. 11. h Ver. Dominica. q. 5. i Secundum Rosellam ubi supra. §. 21. k Eodem ca. num. 8. l Eodem ca. num. 6. m Vbi sup. q. 5. conclus. 3.

n Eod. c. 1. §. 5.

o In dicta q. 122. art. 4. & in summa verbo festos dies. p c. fin. de feriis.

q Eodem no. 3. & 4.

r Caietan. ubi supra.

s Verb. feria. §. 12. t Eod. verb. §. 31.

Ex quo



Ex quo sequitur, non esse peccatum scribere litteras, consilia, neque instrumenta, de iis rebus, quae licite sunt diebus festis, etiam si ob lucrum fiat, per supradicta, a quod idem est iudicium de eo, qui pulsat organa, vel alia instrumenta, aut cantat die festo, siue principaliter id faciat ob divinum cultum, siue ob honestam animi recreationem, siue ob aliquem alium finem pium & necessarium, siue ob questum, quidquid dicant Angelus & Silvester, quia non sunt opera servilia, neque talia ex fine lucrandi efficiuntur. b

15 Admonemus autem hoc loco quatuor. Primum, quod licet episcopus sub pena excommunicationis iuberet, ut nemo diebus festis operaretur, qui tamen ex necessitate id faceret, eiusmodi pena non esset reus: quia sententia eius generalis, iuridice interpretanda est: nempe quod nemo efficiat opus, nisi lege concessum. c At cuilibet conceditur opus vitae necessarium, d vt supra dictum est. Et si in excommunicatione iuberetur, quod neque necessitatis causa, neque pietatis laboretur, contineret errorem intolerabilem contra legem, e & consequenter irritum esset. f

Secundum, quod Papa Eugenius III. g constituit, vt laici, qui operarentur in festis S. Crucis, & S. Michaelis mensis Septembris, & in festis Innocentium, & S. Silvestri non peccent mortaliter, nisi huiusmodi dies Dominicis incidant. Item qui audita missa, reliquum tempus diei festi consumunt in venationibus, in bellorum simulachris, siue Iustis & torneamentis, in lusus, in choreis, aut otiose vagantur, non peccant mortaliter: quia non faciunt opus servile, licet sic graviter venialiter secundum Caietanum, h quia tempus divino cultui consecratum Deo non tribuunt: & quia in huiusmodi occupationibus multa occurrunt peccata mortalia, secundum S. Antonium, i vbi ait, omnium lacrymis defendam esse Christianorum cecitatem, qui gravius Deum offendunt diebus festis eiusdem divino cultui dedicatis, quam tota hebdomada ad vitam parandam instituta.

16 Ex quibus inferitur responsio ad interrogationem nuper factam. An necessitas sola sine licentia Superioris excuset a peccato festo die operantem? Respondeo, quod sic, si necessitas est indubia, adeo vt quamvis episcopus praeciperet, ne operaretur, posset operari, vt supra dicitur, cessante tamen scandalo: quoniam cum eo nihil agi debet, k quemadmodum etiam qui iustam causam & claram non ieiunandi habet sine tali facultate excusatur. l

Tertium, quod reprehensione dignissima est multorum parochorum consuetudo, qui suos parochianos, qui festum violaverunt, aut die, quo praecipitur ieiunium non ieiunant, cogunt ad petendum publice veniam, die sequenti inter missarum solemniam cum eorum infamia, praesertim si huiusmodi transgressiones sunt occultae, & non nisi ex confessione cognoscuntur: amentiaque maxima est credere, illum, qui sic publice confessus est, liberum esse a secreta confessione eiusdem peccati, quam confessario tenetur facere, vt probauimus. m

17 Quartum, quod quamvis contritio, aut compunctio peccatorum optima sit in diebus festis: praesertim his, qui intelligunt se peccato mortali teneri, non tamen praecpta est sub pena peccati, secundum Rosellam, n Caietanum o & Silvestrum, p quos in hoc sequimur.

Vndecimo peccat mortaliter, qui diebus festis missam non audit, vel audit distrahendo se sponte ad cogitationem rerum attentioni missae debite incomparabilem. Quia audire missam diebus festis cum mediocri attentione est praecptum, q secundum Angelum r & Caietanum s & nos late diximus. t

18 Duodecimo peccat mortaliter, qui aliis temporibus non vacavit orationi, ad qua tenebatur ex priuata obligatione: quales sunt preces canonicae horariae, & quas sacerdotes imposuit pro penitentia, & a proprio praelato spiritali est iussa, ex communi omnium sententia. Et idem est dicendum de illo, qui preces ad Deum facere praetermisit eo tempore, in quo nullum aliud remedium suae salutis, aut proximi esse videbatur. Tunc enim lex diuina naturalis ad id nos obligat, vt probauimus, v sequuti mentem Paludani, x & Silvestri, y vbi posuimus exemplum de illo, qui in gravissimam tentationem impatientiae, aut libidinis iniectus, iudicat nullum aliud remedium ad victoriam superesse,

A praterquam speciale auxilium Dei, oratione impetrandum, & de illo, qui eminus intuens duos in duello conferturos manus, existimat nullum aliud esse remedium, nisi speciale auxilium Dei oratione impetrandum, ad dirimendum illud duellum iniustum, in his enim casibus id a Deo petere tenetur, de quo in seqq.

Contra hoc opponit quidam, quod ex hoc sequeretur teneri quem de praecpto ad orandum pro iis, qui auctoritate iudicum comburantur, vel suspenduntur, quod est falsum. Cui respondemus negando illationem: quoniam ij iuste occiduntur, illi iniuste se occidere conantur: & ita in iis non licet ponere obiectionem contra iustitiam iuxta iura a & latius traditur a nobis, b in illis autem sic. c

B 19 Decimotertio peccat, qui nil inter missarum solemniam offert die festo, cum haberet unde posset, & cum ei ex antiqua consuetudine offerendum esset, cum notabili scandalo, aut praebendo occasionem, ne maior pars populi offerat, d quia licet communi lege nemo ad offerendum diebus festis obligetur, secundum S. Thomam e & Ioannem Turrecrematam f & S. Antonium, g tenetur tamen consuetudine, vbi a decem annis recepta est, secundum Panormitanum, h cui satisficit communiter, quando maior pars populi, capituli, aut collegij offert. Neque eam infringit, qui eo quod tunc non habeat, non offert, satisque est offerre quod libitum cuique fuerit, secundum Silvestrum i nisi praescriptum sit, vt offeratur certa & definita quantitas, iuxta sententiam praecitatorum, & Silvestri. k

De quarto praecpto honorandi patrem, & matrem, & amandi proximum.

CAP. XIII.

- 1 Religio est virtus annexa iustitiae.
- 1 Pietas, quae est virtus annexa iustitiae, non est misericordia.
- 1 Misericordia, quae est virtus coniuncta caritati, non est pietas.
- 2 Observantia virtus coniuncta iustitiae.
- 2 Religio aliquando vocatur pietas, immo & observantia.
- 2 Religionem spectant tria praecpta: quatuor pietatem, & observantiam.
- 3 Patres qui dicantur in hoc quarto praecpto.
- 3 Proximi quoniam pacto comprehendantur in quarto praecpto.
- 4 Patres in tribus honorantur sed minus quam Deus.
- 5 Praecptum diligendi proximum non est ex decem: & vt ex eo septem nascuntur.
- 6 Amor proximi caritativus, & naturalis, qui etiam est duplex.
- 7 Praecptum de diligendo proximo ad quid pro semper obligat.
- 8 Amandi proximi praecptum in malo statu vt impleatur. num. 9. & 10.
- E 10 Consuetudo dicendi, Daemon te arripit, diabolica.
- 19 Amor honestus inter virum & uxorem per quid conservatur.

F **R**o fundamento dicendorum praesupponimus primò, quod inter virtutes, iustitiae annexas, quemadmodum est vna, quae nuncupatur religio, quae iuxta Marcum Tullium, l S. Thomas m est virtus, impellens hominem ad honorandum colendumque Deum, tanquam primum principium nostrum, a quo sumus. & in quo vivimus: ita est alia quae dicitur pietas, quae secundum eundem Tullium, n & S. Thomam o est virtus, quae impellit homines ad colendum parentes, cognatos, patriam, & amicos tanquam principia quadam secundaria, quibus subsistimus, & conservamur. Et quamvis vulgus in communi vltu loquendi pietatem, & misericordiam pro eadem re accipiat: tamen te vera diuersa sunt. tum quia misericordia est virtus annexa caritati, secundum S. Thomam p receptum, p pietas autem annexa iustitiae, secundum eundem, q tum quod pietas impellit ad reuerentiam praestandam personis praedictis: misericordia autem, vt aliorum necessitatibus, opitemur, vt docuit Cardinalis Caietanus, r frequenter tamen a viris doctis altera alterius nomine nuncupatur. Quibus addimus, quod licet praedicta virtus pietatis praecipue animum inclinet ad honorem exhibendum supradictis personis, tanquam prin-

a Eod. ca. n. s.

b Vt supra eod. capi. n. s. dictum est.

c Arg. l. si procurator ff. de condit. indeb. c. Quinta vallis. de iur. iur. an. vt in e. inter verba. 11 q. 3. c. claus. 6. dicitur de discipulos. de cons. d. 5.

e Ca. fina. de feris.

f Arg. c. 1. de reudi. c. ca. per suas. de sent. excomm. Rosell. v. b. supra. §. 27. & Silvest. v. b. supra. q. 7. g Vt habetur in Compendio privilegio rum fol. 69. h In summa, verb. in festo ieiunia. i 2. p. tit. 9. ca. 7. §. 5.

k ca. nihil. de praescript. l iuxta S. Tho. 22. qua. 47.

m In e. sacerdos. 20. 7. de pena. dist. 6. n. Verb. feria. §. 2.

o In summa verb. contritio. c. 2. 2. q. 122. ar. 4.

p Verb. dominica. q. 6. nu. 4.

q In e. missas. de cons. d. 1. 1. Verb. feria. §. 2.

r In summa verb. violatio festorum.

s In repet. ca. quando de cons. d. 1. c. 3. n. 19. c. 2. n. 5.

t In dicta rep. s. quado. c. 3. nu. 13.

x In 4. di. 15. qua. 1. 1.

y Verb. oratio. §. 8.

a Iuxta nota ta m. l. vt. v. ff. de iust. & iur.

b In commet. ca. non in inferenda. 23. qu. 3.

c Iuxta praedictum c. non in inferenda, cum ius concordantibus.

d Arg. c. omnis de consec. d. 1.

e 2. 2. q. 86. a. 1.

f In dicto ca. omnis.

g 3. par. tit. 2. c. 10a. And. Pan. & com. mu. in rubr. de parochis.

h In c. suam. de simon. i Verb. decima. §. 1.

k Verb. dominica. §. 1.

l In 3. Rhetoric. ad Herennium.

m 2. 2. q. 82. n. Vbi supra. o 2. 2. q. 101.

p 2. 2. q. 30. a. 1.

q 2. 2. qu. 101. ar. 11.

r In dicta qu. 101. ar. 1.



cipius nostris secundariis, à quibus nostrum esse accipimus, & in eo conseruamur: tamen secundariò & minùs principaliter, etiam inuitat parentes ad honorandum proprios filios, & maritum & vxorem ad mutuo se honorandum.

2 Secundo præsupponimus, quod est alia tertia virtus, adiuncta etiam iustitia, quæ dicitur obseruantia: quæ secundum Marcum Tullium, & S. Thomam recepta, b est, quæ viros in dignitate constitutos veneramur tanquam principia, non quidem existentia nostra, sed gubernationis. & vt religio antecellit pietatem: ita pietas obseruantiam, & quemadmodum religio sæpissime pietatis nomine significatur, iuxta B. Augustinum, c & S. Thomam, d sic etiam obseruantia sæpissime nomine pietatis exprimitur, secundum eundem. e Item quemadmodum tria præcepta prima primæ tabulæ, quæ supra memorauimus, pertinent ad religionem, quæ est annexa iustitiæ, sic etiam hoc, quod est quartum, secundum ordinem Decalogi, & primum inter præcepta secundæ tabulæ, datur præcipue de operibus spectantibus ad pietatem: secundariò verò de operibus obseruantie. Immo iudicio meo, ad omnia opera caritatis, quæ proximo debentur, potest facile extendi, iuxta dictum quoddam S. Bonauenturæ, f quod statim in medium proferemus.

Tertiò præsupponimus, quod pater potest præcepto suo filium obligare ad peccatù mortale: immo & re vera obligat, quoties rem alicuius magni momenti, quæ sub eius potestate posita est, ipsi præcipit, vt post Alexandrum de Ales, g colligunt Angelus, h & Siluester, i \* pro quibus est textus. k

\* Pro quibus est textus. Hos textus ne quis forte in eis inuestigandis labores, hic vilum est inferere. Deuter. igitur. 1. ver. 18. sic agitur. Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audierit patris ac matris imperium, & coercitus obedire contempserit: apprehendent eum & dacent ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicentque ad eos filius iste noster proteruus est & contumax, monita nostra audire contemnit, commensationibus vacat, & luxuriæ, atque conuiujs: lapidibus eum obruet populus ciuitatis & morietur, vt auferatis malum de medio vestri, & vnictus Israel audies pertimescat. Ad Ephesios verò 6. v. 1. Paulus, sic scribit. Filii obedite parentibus vestris in Domino, hoc enim iustum est. mitto cætera quæ hic afferri possunt similia.

3 Quartò præsupponimus, quod in hoc præcepto sub nomine parentum iuxta Concilium Colonienſe, quo loco de hoc agit, præcipue intelligimus eos, qui nos genuerunt, cognatos item, patriam, & amicos eius, quæ nos cõseruat. l secundariò autem intelligimus gubernatores ecclesiasticos, m & seculares, n & qui nostri curam gerunt, quales sunt tutores & curatores, o magistri, pedagogi, immo & omnes proximi iuxta B. Bonauenturam, p nam quodammodo cognati nostri sunt, q quandoquidem omnes ab eodem parente Adamo originè ducimus. r Quæ licet vera sint, quatenus hoc præceptum extenditur ad actus virtutis pietatis, & obseruantie, & caritatis erga proximos: nõ tamen quoad effectum conſtituendi necessariò circumstantiam personæ offensæ: quoad id enim non videntur intelligi omnes proximi, nec cognati, sed solùm veri parentes, & Superiores quoad ea, in quibus illi habent potestatem super nos.

4 Quintò præsupponimus, quod honor, de quo præceptum hoc loquitur, in tribus consistit, videlicet in amando, obediendo, & honorando, tam corde, quàm verbo & opere. Neque est contrarium illud Euangelij. s Qui nõ odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, adhuc autem & animam suã non potest meus esse discipulus. nihil enim aliud sibi vult, quàm quod idè Dominus dixit alibi. t Qui amat patrem, aut matrem plus quàm me, non est me dignus id est, quod Deus vult, vt diligamus quidem, amemus, audiamus, & honoremus parentes, non tamen plus, neque tantùm, sicut eum, & quod quando ille præcepit aliquid, quod parentum imperio repugnet, tunc ipse præferatur.

5 Sextò, quod præceptum illud de diligendo proximo, sicut se ipsum, v non numeratur inter præcepta Decalogi, sicut nec etiam præceptum de diligendo Deo super omnia inter illa numerari diximus. x Quemadmodum enim præceptum dilectionis Dei super omnia est origo, vnde immediate deriuantur tria prima præcepta Decalogi: sic etiã hoc de diligendo proximo est principium, vnde quartum

præceptum, & sex alia, quæ sequuntur originem ducunt: quæ quidem præcepta secundæ tabulæ noncupantur, sicut tria prima præcepta dicuntur primæ tabulæ, y de quibus pulchrè S. Thomas. b Diximus, immediate: quoniam mediate vel immediate: omnia præcepta ab illo primo de diligendo Deo super omnia, tamquam à primo principio deducuntur: ab ipso enim statim pullulat præceptum de diligendo proximo sicut seipsum, iuxta declarationem S. Thomæ c ab omnibus receptam.

6 Septimò præsupponimus, quod duæ sunt species honesti amoris proximi, quod facillè colligas ex vtroque S. Thomæ. d Alter naturalis & humanus. Alter supernaturalis & diuinus, qui caritas, vel caritativus appellatur. Amor naturalis, siue humanus ille est, quo proximum diligimus ea ratione, quod est homo, cognatus, vicinus, vel quocumque alio respectu: qui neque Deum ipsum supra omnia dilectum, neque æternam felicitatem, neque capacitatem ad illam in se continet. Amor autem humanus in duos alios amores subdiuiditur, iuxta eundem S. Thomam, e non obstantè illa subtilitate, quam ibi Caietanus tetigit. Alterum vocant amorem concupiscentiæ, quo proximum ipsum principaliter ad aliquod bonum nostrum voluptuarium, commodum, vel vile amamus. Alterum vocant amicitiam, quo principaliter proximum ad bonum eius voluptuarium, commodum, vel vile amamus. Et vterque eorum potest esse bonus, & honestus, si fuerit benè ordinatus: & vterque malus, & inhonestus, si fuerit malè ordinatus. Alter autem est amor supernaturalis & diuinus, seu caritativus, vel caritas infusa, qua proximum amamus, & est eiusdem generis, & naturæ, cuius est amor Dei caritativus, seu caritas, secundum S. Thomam. f Nam licet obiectum materiale amoris caritativus proximi sit idem proximus, obiectum tamen formale, siue ratio, vel causa amoris, est ipsa diuina & infinita bonitas, quæ nihil aliud est, quàm ipse Deus super omnia benedictus, vt ait idem sanctus Thomas explicatus ibi à Caietano. g Etenim neque amor ille concupiscentiæ, quo proximum ad nostram voluptatem, aut vtilitatem amamus, neque etiam amor amicitie naturalis, quo ipsum diligimus ad bonum illius, eo quod sit cognatus, socius, vicinus, vel amicus, vel propter quancumque aliam communicationem temporalem est caritas, seu caritativus, saltem in quantum talis est, iuxta mentem eorundem, quod in dicta additione, h latius dicebamus, quod parum, à multis aduertitur.

7 Solus enim ille amor proximi est caritas, seu caritativus, quo ipsum diligimus, eo quod est capax & aptus, sicut nos, ad participandum nobiscum illam æternam beatitudinem, quam diuina bonitas nobis dare & communicare dignatur, gratissima sui visione & gaudio æterno, & inexplicabili, & optare illam ei tamquam illius capaci. Sic etiam ad hoc, vt amor, quo nosmetipsos diligimus, sit caritativus, seu caritas, oportet, vt ea nos ratione diligamus, quod Deus propter suam infinitam bonitatem nos fecit capaces æternæ felicitatis, quæ in intuendo eo semper pariter, & amando, & fruendo consistit, vt supra i latè diximus. Verum est tamen, quod quemadmodum omnis actus cuiuscumque virtutis potest fieri actus caritatis imperatus, quando sit intuitu caritatis: sic etiam amor concupiscentiæ, vel amicitie honestus sit actus caritatis imperatus, si ob eam habeatur. Sicut enim soluere debitum, eo solo, quod iustum est, est actus virtutis iustitiæ, & actus caritatis imperatus, si fiat etiam ob finem Deo placendi: sic amandi patrem eo solo, quod pater est, est actus virtutis pietatis, & non caritatis, sit tamen actus caritatis imperatus, si habeatur etiam ob finem Deo placendi. Vnde facillè infertur, quàm rarus & parcus huius amoris caritatis vsus sit inter Christianos vulgares: cum licet omnes aliquos ament, eo quod sint cognati, vicini, conterranei, placidi, iucundi, aut vtilis: rari tamen sunt, qui (nisi rarò) ament alios ea ratione, quod sunt capaces beatitudinis æternæ, & quod nisi culpa mortalis obſistat, ea simul fruuntur, videndo & diligendo cum ineffabili gaudio Deum infinitè bonum, & quem misit filium suum Dominum nostrum Iesum Christum, vt experientia, quæ rerum magistra est, \* plusquam oportet, attestatur: cum rarò hoc veniat in

mentem

23. Rhetor. b 2. s. q. 102. artic. 1.

c Lib. 10. de ciuitate Dei. c. 1.

d 2. 2. q. 101. art. 3.

e In dicta qu. 101. art. 1.

f In 3. di. 3. in expositione li. 1. tera.

g 3. par. super 4. præcepto. h Verb. filius. §. 70.

i Eod. verb. quæst. 22.

k Dent. c. 21. & ad Eph. c. 6.

l Eccles. 3. in ad Co. 4. n. 4. Reg. 5. off. de aucto. r. 1. 1007. & carat. per 10. tum titulum. p In 3. di. 37. in expositione li. 1. tera.

q L. v. vim ff. de iust. & iure.

r Iuxta glo. dicta l. vi.

s Luc. 14.

t Matth. 10.

v Matth. 22.

x Supra eod. c. 11. num. 1. & 6. post 5. Tho.

a Exod. 20. b 2. 2. qu. 122. art. 4. ad 6. & gl. fin. cap. quid in omnibus. 32. qu. 7.

c 2. 2. q. 4. art. 2.

d 2. 2. q. 23. a. 1. & 24. art. 1. & 1. 2. q. 20. art. 1. ad 6.

e 1. 2. qu. 26. art. 4.

f 2. 2. qu. 23. art. 5.

g 2. 2. qu. 25. artic. 1.

h ca. quanda. de confes. dist. 1.

i In probat. 4.

k c. quanda. de elec. lib. 6.



mentem altioris ordinis hominibus erga minoris ordinis proximos: adeo quidem, quod vix reputent infimates fordidos, & squalidos tantæ rei fore secum participes, & satis superque putent facere, si eos aliquo amore dignentur: si eos non contemnant: vel saltem si amore aliquo naturali dignentur, parum considerantes, quod de hoc supremo amore præcepit Christus in illis verbis. *Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, & Paulus, in illis verbis. Super omnia tamen mutuam caritatem habete, quæ est vinculum perfectionis.*

8 Octavo præsupponimus, quod circa hanc materiam est dubium, à nemine (quod sciam) pro dignitate resolutum, quo videlicet tempore teneamur ad præceptum de diligendo proximum, sicut nos, sub pœna noui peccati mortalis non adimplendo tunc illud? Ad quod breuiter (salua debita censura) respondeo primò, quod nos obligat semper, & pro semper: ne vmquam ab amore, & dilectione, qua Deum & proximum in genere ex caritate diligimus, vllum etiam inimicum nostrum, vel Dei excludamus, nisi iam in æternis fuerit supplicii in inferno condemnatus, iuxta mentem vtriusque Thomæ, & iuxta quam, quod de damnatis dixi, intelligo.

9 Respondeo secundo, quod nos obligat, ut quotiescumque inimicus, qui nos offendit, veniam à nobis postulat, ipsum diligamus, & specialia amoris signa illi ostendamus, iuxta mentem eorundem. Sed crediderim, satis esse iptum diligere amore aliquo naturali, & huius amoris aliqua signa exhibere: etiamsi amorem illum excellentem, & sublimem caritatis, seu caritatum minimè corde concipiamus: ad hoc ne in nouam aliquam culpam mortalem propterea incidamus. tum quia contrarium nullo iure, nec vlla efficaci ratione concluditur, tum quia licet hoc primo aspectu contrarium videatur ei, quod ipsi dicunt, & introspecti tamen fortè hoc sentiunt.

Respondeo tertio, quod nos obligat etiam hoc præceptum, quando proximus est constitutus in extrema necessitate nostri auxiliij ad salutem animæ suæ: qualis esset infans aliquis, aut mente captus, aut etiam cordatus, qui sine baptisimi Sacramento iam ià esset moriturus: qualis esset etiã, qui deposceret aliquod consilium, vel solamen, vel auxiliũ aliquod spirituale à nobis, sine quo verisimile esset eũ condemnatum iri. Dixi, quando ad salutem animæ nostro indiget auxilio: quoniam putamus non peccaturum eum, qui hunc amorem caritatum non conciperet erga eum, qui eã pareretur extremam necessitatẽ vitæ corporeæ, si modo alio amore naturali inferiore diuino, quo cognatum, amicum, socium, vel vicinum diligere solet, ipsum prosequendo, ei opitularetur. Nec quidquam obstat dicere, eandem esse rationem illius, qui absque amore caritatis, solo amore naturali impulsus, tubuenit proximo in periculo spirituali constituto: quoniam rarissimè poterit euenire, ut huiusmodi necessitati spirituali occurrere possit absque desiderio spiritualis salutis, quod formaliter, aut virtualiter amorem caritatis includit.

Quarto, quod vt supra diximus, videtur nobis nõ peccare nouè illum, qui bona fide credens se esse in statu gratiæ, cum tamen non sit, adimplet præceptum, de diligendo Deum ex caritate, quando ad id est obligatus: ita à fortiori satisfacere videtur præcepto de diligendo proximo ex caritate, qui extra statum gratiæ illud implet, putans verisimiliter se in eo esse.

Quinto, quod posset etiam defendi, numquam obligari ad implendum hoc præceptum de dilectione proximi in statu gratiæ ex speciali amore caritatis: nisi cum necessitas administrandi Sacramentum ei, qui extrema necessitate spirituali laborat, vel alia similis causa ad id compellit, & obligat, quæ omnia tamquam quotidiana commendamus.

10 Sextò, quod ex his infertur, quàm diabolica sit illa consuetudo maledicendi proximo, dicendo, *Diabolus te arripit, Commendo te demoni*: & è contrario, quàm Angelica, quàm utilis & consolans illa, corde ac voce dicendi, *Domine te sanctum faciat, Deus te perducatur ad paradysum*, & cetera. *Viri nam illic nos aliquando conueniamus*, & alia similes, præsertim viri & feminæ viris. Et enim tale desiderium verè in animo conceptum valde refranat, cohibetque, ne

amor humanus, & honestus degeneret in libidinem\* quod frequens ait esse Hieronymus.

\* Quod frequens ait esse Hieronymus. Apud D. Hieronymum verba hæc inuèta nõ sunt, sed sensus, sic præteritum epist. 2. ad Nepotianum, vbi sic ait Hospitolum tuum aut raro aut numquam mulierum pedes terant, omnes puellas & virgines Christi, aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige ne sub eodem lecto manseres, nec in præterita castitate confidas, nec sanctior David, ne Sampson fortior, nec Salomone potes esse sapientior; Memento semper quod paradisi colonum de possessione sua mulier eiecerit. Hæc ibi & plura alia.

Septimo, quod obseruanda est regula, quam in Commentario quodam à nemine alio traditam ex eis, quæ ibi præmissa fuerunt, intulimus: & postea transtulimus, nempe quod quoties quis videt proximum in periculo patendi aliquod damnum, à quo non potest, vel creditur non posse liberari, nisi ipse illi subueniat, toties obligatur ad eum liberandum sub pœna noui peccati, modo id præstare possit absque damno, quod vir prudens iudicaret sufficere ad excusandum.

De peccatis filiorum contra parentes circa hoc præceptum.

- 11 Filius vt peccet mortaliter odiendo parentes, aut eis malum cupiendo, aut eis amoris signa non monstrando.
- 12 Filius qui non obedit patri, quoad regimen, & bonos mores.
- 12 Filius parentes feriens, ad iram provocans, eos accusans, execrans, contemnens, mortem exoptans, vel non liberans e carcere.
- 13 Filius, qui parentibus in magna necessitate constitutis non succurrit.
- 14 Filius, qui parentum subuentionem nõ egreditur religionem.
- 15 Filius, qui non ducit uxorem, quam pater vult.
- 16 Filius, qui parentum male parta non restituit, neque legata implet.

11 **H**X prædictis infertur, quod peccat contra hoc præceptum de honorando parentes primò filius, qui grauius odit, vel aliquod graue damnum desiderat parentibus: si enim graue & iniustum odium, & desiderium deliberatum inferendi cuiquam etiam extraneo aliquod damnum notabile, est peccatum mortale: multo magis odium in parentes naturales grauius erit, geretque seculo circumstantiam necessitatẽ confitentiam.

Secundò filius, qui esto, quod non odit parentes ( immo potius diligit) numquam tamen, vel raro signa amoris illis ostendit: quin potius semper illos toruo intuetur aspectu: & ita asperè alloquitur, ac si eos odio haberet, secundum Angelum, Siluestrum, & Tabiennam: quoniam tenemur eos diligere, reuereri, ipsique obedire tam corde, quàm verbis, & operibus, vt expositum est.

12 Tertio peccat filius, qui in rebus pertinentibus ad regimen, & gubernationem domus, & rei familiaris non vult parere parentibus, nisi quando ex incogitantia, siue inaduerentia, absque contemptu, & obstinatione omittit obedire: tunc enim venialiter tantum delinquit. Si verò in alijs, quæ non pertinent ad ipsorum parentum gubernationem & curam obedire noluerit, non peccat mortaliter.

Quarto, filius qui non obedit in his, quæ pertinent ad bonos mores, & ad salutem animæ: utpote fugere noxia sodalium contubernia, ludos prohibitos, meretrices, aliaque huiusmodi vitia, quibus tempus infelicitè absumitur.

13 Quintò peccat, qui filius parentes, etiam leuiter percutit, vel contumeliosis verbis ipsos cum animi deliberatione incessit: vt merito illos ad iracundiam notabilem prouocet.

Sextò filius qui ex animo ipsis maledicit, siue viuis, siue iam sæculo defunctis, si tamen ore tenus tantum maledixit, non amplius, quam venialiter offendit.

Septimò filius qui alicuius criminis eos accusat secundum Richardum, nisi esset præditionis crimen in Regem, vel in Rempublicam, nam in hoc casu quamuis non obligetur vt Decus asseruit, nihilominus liceret, immo tam pœnitentiè obligatur, vt nos diximus.

a Ioan. 15.  
b Ad Colof. 3. j.

c 2. 2. q. 15. a.  
6. q. 83. a.  
8.

d In dicta q.  
83. art. 8.

e In dicta q.  
83. art. 8.

f Argum. no  
inter in cap.  
pate. 86. di.  
in l. neca.  
re. ff. de liber.  
agnoscent.  
e eorum.  
que Caset. 2.  
2. q. 25. art. 1.  
tradidit.  
gen. 11. nu. 7.

a c. non in in  
forenda. 23.  
qua. 3. nu. 25.  
b Intra c. 25.  
nu. 15.

c Per supra  
dicta. c. 6. nu.  
3. & 1099.  
d Verbi filius.  
8. 10.  
e Verbi filius.  
9. 22.  
f Verbi filij.  
9. 16.  
g Num. 4. su  
pra eod.  
h Angel. Sil.  
uest. & lo. Ta  
bien. vbi su  
pra.  
i Angelus &  
Siluester vbi  
supra.  
k Secundum  
auctores su  
pra allegatos.  
l Secundum  
Richard. in 3.  
di. 37.  
m Alex. in 3.  
par. de 4. pra  
cepto & Ri  
chard. vbi su  
pra.  
n Exod. 21.  
o Alex. vbi  
supra.  
p In c. 1. nu.  
7. de offi. de  
leg.  
q Arg. l. mini  
me ff. de rel.  
& sumpt. su  
uer.  
r In repet. ca  
inter verb.  
11. q. 3. c. d. 6.





a Alex. ubi supra.

b Arg. l. quisquis. Cod. ad leg. Juliae de iest. c. 2. & ca. Placitum. & c. cum fecerim. de haer. lib. 6.

c Arg. c. 2. de concess. prob. & l. 3. Co. de pat. d. Authem. ut emor. de appel. lat. cog. 5. cau. fur.

e Arg. l. 1. C. de testa. & l. 2. C. si quis aliquid. testat. pro hib.

f Arg. ca. in tencatera. 22. q. 4. c. no. fa. tu. 6. dist. & Angel. verb. filius. 5. 20.

g Ar. l. si quis a liberis. 6. i. de rescriptis. ff. de li. agnos. ad iuncta. glo. h Ar. c. pasco. 86. dist.

i S. Tho. 2. 2. q. 101. art. 4. k In dicto art. 4.

l In dicto art. 4.

m Matth. 15. n In 4. l. sen. dist. 38. q. 10.

o In Comman. 3. de reg. gul. super ca. nullam 18. 7. 2. mo. 40.

p Arg. c. aliter. 30. q. 5. & c. honoran. tur. 22. q. 1. & c. 1. de despons. impub. q. de raptori. bus. 36. q. 2. & auth. sed si post. C. de i. no. test.

r Imc. ecclesi. ab. de consuet. 3. In repet. ca. per vestras. de dona. in. virum 5. 9. r. 2. 2. q. 104. art. 5. & qua. 180. art. 6.

v De despos. impub. x c. Michael. de usur. cum gloss. & notat. ibi. per omnes.

Octavo filius, qui ita parentes contemnit, ut sibi dedecori & contumelia futurum esse existimaret se pro filio illorum haberi. Diximus, Contemnit: nam si absque contemptu id facit ad vitandum aliquod incommodum sinistrae opinionis, vel ob aliam huiusmodi causam, non peccaret mortaliter, maxime si parentes tacite, vel expresse in eo consentirent, ad fugiendum suum incommodum, quod ex incommodo filij eis proveniret. Contra tamen haec opinio quidam, quod licet quis potest se inhonoratum iudicare: eo quod patre Iudaeo, vel haeretico, vel perduellione sic natus. Cui respondetur, non dicere nos hic peccare illum, qui se abiectum, vel infamem putat: eo quod sit talibus parentibus natus: sed longe aliud: scilicet peccare illum, qui aded despiciat parentes suos, ut se putet, & car. Ita quod ratio peccati non est sita in eo, quod se vilem putet, sed in eo, quod despiciat indebitè parentes inculpato, quos etiam si sint pauperes, & abiecti, & ipse dives & sublimis, tenetur honorare per hoc quartum praecipitum.

Nono peccat mortaliter filius, qui parentibus mortem desiderat, quod citius ipsorum bona ad se perueniant: vel non dat operam, quod ipsos à captivitate liberet, vel ab infano furore, quo sunt mente capti, & iudicij expertes: hac enim de causa potest exheredari, vel si forsitan prohibuit, ne testentur: vel à restituendis alienis bonis ipsorum animos auertit.

Decimo peccat filius, qui parentibus magna necessitate oppressis non subuenit, maxime circa victum & vestitum, vel grauibis morbis detentis: cum id commodè facere potest. Nisi sciat patrem ex propriis bonis, vel officio, quo fungitur, sibi posse consulere: tunc enim non tenetur ex bonis suis quidem conferre: nisi munus illud, aut ars, quam pater callebat, suo statui esset dedecori.

Vndecimo, qui filius parentibus in extrema necessitate constitutis, eiusque auxilio, & ope indigentibus, ingreditur religionem, vel ab ea non egreditur, etiam si sit professus, quando verisimile est egrediendo, ipsi posse subuenire, aliter verò minimè, vel quando parentes ita grauis premit necessitas, quae licet non sit extrema, est tamen talis, quae filium obligat ex praecipito ad eorum inopiam subleuandam: aliàs vero minimè, & eo non obstante ingreditur religionem, quamuis in hoc casu, si iam est professus, non teneatur exire: debet tamè pro viribus in statu suo perseverando eis subuenire, secundum Caieranum. Per quae resolutionem duae opiniones contrariae sentientes, videlicet S. Thomae, Nicolai Lyrani, & Ioannis Maioris, possunt ad concordiam reduci. Illud autem addimus, quod ille non tergit: nempe, quod si parentes sunt in tali necessitate constituti, quò lo filius ingreditur religionem, tunc tenetur egredi, quando non egrediendo tali necessitati subuenire non posset, egrediendo verò posset, quoniam huiusmodi debitum praecessit ipsam religionis ingressum: id quod optime Ioannes Maior ubi supra videtur intellexisse, quod quidem omnia post haec scripsimus.

Duodecimo peccat filius, qui ducturus uxorem, non vult ducere in uxorem, quam pater praecipit, ut illo matrimonio inimicitiae periculosa sopiantur, vel contra praecipitum paternum se minimè dignam uxorem ducit, secundum B. Bonaventuram, licet enim iuxta insignes glossas, pater non possit filiam exheredare: eo quod contra ipsius voluntatem maritum eligit non indignum se: immo neque etiam si indignum iuxta communem opinionem, quam sequuntur Felinus & Decius, & Ioannes Lupus, & S. Thomas. Nihilominus tamen filia male facit, & patri iniuriam irrogat & ex consequenti, peccat mortaliter, quando saltem contravenit voluntati patris sine rationabili causa, vel tali, quae coram Deo iusta ei videatur, & iuxta hunc modum limitandum est, quod in huius casu initio dicitur. Ex quo potest colligi novus & singularis intellectus. c. 1. quatenus habet: filium teneri ducere uxorem illam, de qua assumenda patris tenetur: videlicet, quod non solum debet de honestate, sed etiam de necessitate, quo ad effectum non peccandi: licet non quo ad effectum, ut ad id cogi possit.

Decimotertio peccat, qui filius, cui ex hereditate paterna aliqua bona obveniunt, quae scit iniuste, ut per vsuras, parca fuisse: & ea, ut par est, non restituit.

Decimoquarto peccat, qui filius, ex negligentia, vel

avaritia diu differt debita patris defuncti persolvere, vel legata testamenti adimplere, maxime illa, quae ad pia opera pertinent, iuxta beatum Antonium. Diximus, Diu differt, quoniam exigui temporis procrastinatio circa haec non videtur crimen lethale, immo nec veniale, si ea de causa potissimum rem produxit, ut bona defuncti melius venderentur, ad copiosiores elemosinas erogandas, quamuis huiusmodi intentio non sufficeret ad rem diutius differendam.

De peccatis parentum erga filios contra hoc praecipitum.

- 17 Pater & mater peccant non succurrendo filiis.
- 17 Mater, quae filios non lactat propriis uberibus ut peccet.
- 17 Patres, qui exponunt filios ad ianuas aliorum, vel xenodochiorum.
- 17 Patres, qui irritant vota filiorum, in quae iam consenserant.
- 17 Patres, qui dolo, aut timore filios inducunt, aut extrahunt à religione.
- 17 Patres, qui cogunt filios ad matrimonium contra eorum vota.
- 18 Patres, qui sinant filias suas amare, vel amari ob malum finem, vel iam desponsatas habere sacris impudicos.

Decimoquinto contra hoc praecipitum peccant pater & mater, qui notabiliter negligunt exhibere illa, quae ad filij necessitatem spiritualem, aut corporalem pertinent, si nulla est eis excusatio paupertatis, vel alterius rationabilis causa.

Decimo sexto peccat mater, quae filium proprio lacte non nutrit, vel negligit notabiliter deligere nutritionem bonam, vel gerere curam circa bonam pueri educationem, vel usque ad triennium ei non ministravit necessaria, per ea, quae diximus alibi, quamuis nolle filium propriis uberibus lactare sine causa iusta, non sit amplius, quam veniale, & cum causa neque veniale.

Diximus, usque ad triennium: quoniam deinceps pater ipse tenetur omnia necessaria filio exhibere, nisi sit pauper, & filio nulla sint bona, neque ars, aut officium decens, quo possit se ipsum alere: neque sit aliàs aded ingratus & criminiosus, ut secundum iura exheredari mereatur, quod rectè notavit Siluester.

Decimo septimo peccat mortaliter pater, qui ob avaritiam exponit filios ad hospitalia pauperum, vel ad ianuas civitatis, aut ad alia loca publica, vel priuata, vel non vult filias, etiam spurias, dotare, cum possit.

Decimo octavo peccant parentes, qui absque causa votum aliquod, siue peregrinationis, siue abstinentiae, quod filij eorum bona venia fecerant, reuocant, iuxta praedicta.

Decimo nono peccant, qui filium ab aliqua religione, quam fuerat ingressus, cum iam esset in aetate ad ingrediendum sufficientem, vi, vel dolo reuocant, vel si filio, vel filiae, qui vel quae votum continentiae, aut religionis emisserat, postquam ad aetatem deliberandi peruenierant, consulant, vel cogunt ad coniugium eligendum.

Vigesimo, qui parentes, dolo, aut minis, aliisque huiusmodi mediis filiam cogunt religionem intrare, quod est quidam magnus aetatis nostrae abusus, & causa ruinae religionibus, & ut in illis maledicantur perpetuo, qui eas in id compulerunt. Ob quod nuper sanctum Concilium Tridentinum, in hac verba statuit, Anathemati sancta Synodus subiicit omnes, & singulas personas cuiuscumque qualitatis, vel conditionis fuerint, tam clericos, quam laicos, seculares, vel regulares, atque etiam qualibet dignitate fungentes, si quomodocumque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcumque mulierem inuitam, praeterquam in casibus in iure expressis, ad ingrediendum monasterium, vel ad suscipiendum habitum cuiuscumque religionis: vel ad emittendam professionem, quique consilium, auxilium, vel fauorem dederint, quique scientes eam non sponte ingredi monasterium, aut habitum suscipere, aut professionem emittere: quoquo modo eidem actui vel praesentiam, vel consensum, vel auctoritatem interposuerint. Simili quoque anathemati subiicit eos, qui sanctam virginum vel aliarum mulierum voluntatem vel accipiendi, vel voti emittendi, quoquo modo sine iusta causa impederint.

Vigesimo primo, qui parentes pariuntur filias suas habere amatores ob malum finem, vel eas à suspectis sodalibus

2. 2. pa. tit. 2. c. 6. 3. 3. & c. 8.

b Argum. le. si debitori. ff. de iudic.

c Secundum S. Thom. quo lib. 6. ar. 14.

d ca. duo ista. & ca. non potest. 3. 4. 7. 4. 1. ad Tim. 5. ter. sim. in c. si quis reliquerit. 30. dist. c. In ca. ad e. ius. 5. d. & ar. ca. si. de conuers. infidel. & l. nec filii. C. de patr. potest.

f Arg. l. necesse est. si quis à liberis. ff. de liber. agrol. g. Verb. filij. 21.

h In care. ff. de liber. ag. nos. & c. 1. & s. de infam. ex post. cum gloss. ibi. adu. r. au.

ic. cum habet. ret. de ei. qui duxit in matrimonium. secundum Panormium. in d. dem. & Paul. dell. de test. ab imp. & Decim. clerici. dem. die.

k In cap. 12. in. 61. & 62. l. c. par. 20. q. 2.

m Arg. ca. 1. & c. adu. tar. de off. de leg. n. De his qui uti & c. requi. finit. de spual. o. Sess. 14. ca. 18. de regul.





non separant: qualia sunt aliquarum sceminarum confortia: quas verisimile est ipsas ad peccandum impulsuras.

Vigesimosecundò peccant mortaliter parentes, qui non sciunt filiam turpem vitam agere, vel uti fucis, & irritamentis ad inducendum aliquem in peccatum mortale, & ipsam neque reprehendunt, neque corrigunt. <sup>a</sup> Verumtamen illa eo solo, quod se ornet cultius, quam statui suo conveniat atque sine malo, saltem mortali, non peccat amplius quam venialiter: nec cõsequenter parentes amplius, quam venialiter peccarent, non reprehendendo eam. Si quidem qui consentit in crimen alterius, non grauius peccat communiter, quam auctor illius. <sup>b</sup>

Vigesimotertiò peccant parentes, qui consentiunt, ut cum filia sua sponsa vtatur sponsus tactibus impudicis, & enormibus, vt sentit S. Thomas, <sup>c</sup> id quod eiusdem commentator amplificat. <sup>d</sup> Quamuis oscula & amplexus videntur licita talibus Sponsis, etiam ob solam delectationem inde percipiendam, tamquam principium nuptiarum promissarum, quæ aliis essent illicita: & multò magis quando absque sine delectationis, sed honesti amoris & benevolentia, & necessitudinis intuitu, id faciunt: ita & parentes licitè eis possunt ea permittere, sed quia communiter sponsi cum soli absque arbitris conuersantur, huiusmodi tactibus impudicis vt solent, non deberet eis permitti, vt soli secretò conuersentur.

*De peccatis coniugum contra hoc præceptum.*

- 19 Coniunx vt peccat, vetando coniugi missam, & ieiunium.
- 19 Coniunx percutiens, vel verbis infamans coniugem.
- 20 Vxor notabiliter tollens obedientiam marito, &c.
- 20 Vxor nolens migrare cum marito.
- 20 Coniunx prouocans coniugem ad magnam iram, vel ad blasphemandum.
- 20 Coniunx notabiliter contemnens coniugem.

**V**igesimoquartò peccat contra hoc quartum præceptum coniunx, qui, vel quæ absque causa prohibet coniugi, ne diebus festis audiat missam, aut cogit violare aliquod præceptum diuinum, aut Ecclesiasticum, obligans sub pena peccati mortalis: puta ne ieiunet ieiunia præcepta, iuxta mentem Beati Antonini. <sup>e</sup>

Vigesimoquintò peccat, qui vel quæ coniunx immoderate percutit, aut verberat coniugem: siquidem neque seruum ita cadere debet. <sup>f</sup>

Vigesimosextò, qui causa conuictiandi, vel infamandi notabiliter, deliberatè aliquod verbum, licet ex suapte natura minimè iniurium, in coniugem profert, vel è contrariò sine animo diffamandi, iniuriamue irrogandi, aliquid dicit, quod suapte natura est aptum ad infamandum, & inde infamia subsequitur: vel saltem adest periculum eius infamiae probabile, iuxta sententiam S. Thomæ. <sup>g</sup> Quod nos etiam alibi <sup>h</sup> comprobauimus.

20 Vigesimo septimò peccat mortaliter vxor, quæ marito est notabiliter inobediens, in his, quæ ad regimen domus, & familiae, bonosque mores pertinent. <sup>i</sup> Peccat etiam vxor, quæ non vult sequi maritum alio migrantem, etenim sub reatu culpæ mortalis eum tenetur comitari, <sup>k</sup> nisi pactum præcesserit inter eos, ne maritus alio migraret: tunc enim minimè teneretur, nisi viro aliqua iusta necessitas illic discedendi superueniret vt morbus, vel capitalis inimicitia. Neque etiam teneretur sequi maritum vagabundum, si eo tempore, quo matrimonium contraxerunt, ille non solebat vagari, vel vxor eiusmodi mariti morem non intellexerat. <sup>l</sup> Etenim si id prænouisset à principio, tenetur eum sequi, quamdiu ex honesta causa ille vagaretur: non tamen si ob turpem causam id faceret, vel circumduceret, exponendo eam peccati, vel mortis periculo: quia tunc nullatenus ipsum sequi teneretur. Qui enim ita vagatur, absque dubio peccat, & proinde nõ est illi cõsentiendũ. <sup>m</sup>

Vigesimo octauo qui, vel quæ coniunx per iram, & iram ad blasphemiam prouocat coniugem, & sciens, aut scire debens, illum, vel illam ad blasphemiam, vel ad aliam mortalem culpam prouocatum iri, non se reprimat. <sup>n</sup>

Vigesimonono peccat mortaliter vxor, quæ contemnit

marito debitam subiectionem præstare, vel illud aliquid notabile imperat, aut eius iustum præceptum non implet: quale est præceptum, vt superflua & vana, moresque incõpositos exuat. <sup>a</sup>

Dixi, *Contemnit*: quoniam cum præceptum mariti non sit maius, quam Ecclesia, <sup>b</sup> & illud non obliget semper sub mortali, si desit contemptus. iuxta S. Thomam, <sup>c</sup> non etiam eius præceptum semper obligat, si contemptus absit, licet aliquando sic.

*De peccatis dominorum, & Superiorum erga seruos, & famulos, & subditos: & è contrariò.*

- 21 Dominus vt violat quartum præceptum erga subditos suos,
- 22 Subditus vt violat quartum præceptum erga Superiorem.



Vigesimò peccat Dominus, vel herus, qui notabiliter negligit ea, quæ pertinent ad seruorum, famulorumve suorum conscientiam, non curando, ne assuescant male iurare, vel præcepta Dei, aut Ecclesiæ violare: aut non monet eos confiteri & communicare, & missam audire diebus ad id statutis: vel negligit notabiliter procurare illis sacramenta Confirmationis, & Vnctionis extrema: suo tempore, & aliàs Christianè vivere. <sup>d</sup>

Trigesimoprimo Dominus, vel herus, qui habet seruũ neophytum, seu nouè ad fidem conuersum, & non curat per se, neque per alium Christianam doctrinam ipsum docere, & quid sit esse Christianum, & subinde qualem vitam agere teneatur.

Trigesimosecundò herus, vel Dominus, qui notabiliter negligit nosse peccata manifesta seruorum, & famulorum suorum, vt possit eos corrigere, secundum S. Antoninum, <sup>e</sup> & eum, qui ex familia sua neque alia iusta pœna emendatur, debet ab ea eiicere, vel ei necessaria denegare: si verisimiliter credit hac ratione ad bonam mentem illum reuocatum iri. <sup>f</sup> At si verisimile est, eum à domo expulsam deteriore fore, melius erit eum domi retinere, adhibendo ei remedia quæ commodè poterit. <sup>g</sup>

Trigesimotertiò peccat Dominus, vel herus, qui prohibuit seruis suis, maxime quos sciebat concubinis alligatos, ne vxores ducerent. <sup>h</sup> Dixi: *Prohibuit*: quoniam non tenetur præbere consensum, facultatèque illis facere ad contrahendum matrimonium: sed tantum ad non prohibendum: eo quòd valde distat præbere consensum, & nõ impedire, vt inferius <sup>i</sup> dicemus: quamuis neutro casu libertatem assequantur. <sup>k</sup>

22 Trigesimo quartò peccat mortaliter subditus qui notabiliter contemnit Superiores, vel illis honorem notabilem, & debitum denegat: etiam si sint dyscoli, & mali. <sup>l</sup>

Trigesimoquintò peccat mortaliter subditus, qui leges, & præcepta iusta superiorum violat: eo quòd putat in hac vita neminem in alium potestatem habere: & non solum peccat mortaliter, <sup>m</sup> sed etiam est hæreticus. <sup>n</sup>

Trigesimosexto peccat mortaliter subditus, qui iusta Superiorum præcepta, aut leges omittit obseruare: quòd non vult se illis submittere: quamuis credat illos esse verè suos Superiores: quod est propriè peccatum inobediètiæ, iuxta S. Thomam. <sup>o</sup> Etenim si aliis de causis id omittit, aliquando peccat mortaliter, aliquando nullo modo, iuxta causarum varietatè, quæ de re lat. us inferius tractabimus.

*Qui peccant contra quartum præceptum, quatenus extenditur ad honorandum proximum.*

- 23 Proximum non honorans quis violet hoc quartum præceptũ.
- 23 Proximus qui non diligit se, aut proximum caritate, cũ tenetur.
- 23 Proximus qui alium excipit à suis orationibus generalibus.
- 23 Proximus, qui non diligit proximum, cũ tenetur.
- 23 Amat qui plus se, aut corpus, quam animam suam.
- 24 Amat qui se ipsum, vel proximum cum offensa mortali Dei.
- 24 Proximus, qui desiderat, vt alius mortaliter peccet, vel condemnetur.
- 24 Excommunicationem qui procurat in finem, vt proximus condemnetur.

<sup>a</sup> Arg. ca. cõ caput. 23 q. 5.  
<sup>b</sup> Argu. eorũ. quæ supra eodem c. nu. 12. diximus.  
<sup>c</sup> 2. 2. q. 186. ar. 0. & late per nos 17. de pe. & cum munit. opini onem.

<sup>d</sup> Arg. ca. duo sunt. 23 q. 4. & 1. ad Timot. c. 5.

<sup>e</sup> 2. par. tit. 5. ca. 9. §. 2.

<sup>f</sup> Arg. reg. S. Augustini. quæst. 3. g. Argu. capi. quantum libet. 47. dist. h. ca. 1. & per totum titulu. de coniug. ser uor.

<sup>g</sup> c. 22. de ma trim. nu. 34.  
<sup>h</sup> Iuxta mentem gloss. Panor. & commun. in ca. 1. de coniug. ser uo.

<sup>i</sup> 1. Petri. cap. 2. & ad Rom. 13. ca. sol. 1. 2. de maio. & obed. ca. omnis de censib. in Contra ca. ad hac. 59. di. u. Extrauag. 2. nam sancti. de maiori. & obediẽti. & g. singul. recep. ta in ca. generali de elect. lib. 6. verbo i. hibemus.

<sup>o</sup> 2. 2. q. 105. ar. 1. p. in ca. 23. n. 36.

<sup>a</sup> Argu. c. duo ista nomina. 23. qua. 4.

<sup>b</sup> c. 1. de offic. deleg.

<sup>c</sup> 2. 2. q. 154. ar. 4. d. ibidem.

<sup>e</sup> 2. par. tit. 9. ca. 10. §. 2.

<sup>f</sup> l. 1. ff. de his, qui iura sui, vel alieni iur. §. sine. in §. eo dem iur.

<sup>g</sup> 2. 2. q. 73. a. 2.

<sup>h</sup> in ca. inter verba. 11. qu. 3. conclus. 3. i. c. est ordo. & c. hac ima. 20. 33. q. 5. Richardi. ubi su pro. dist. 37. ca. vna qua. qua. 13. qu. 2.

<sup>i</sup> gloss. in dicto c. vnaquaque & cap. si quis necessitate. 34. qu. 1.

<sup>m</sup> arg. ca. non semper. 11. q. 3. & Siluest. verb. vxor. qu. 8. u. argu. ca. su. de iniur.



- 25 Accusare qui aut denuntiare recusat, quando debet, & c.
- 25 Odium, & rancor duplex.
- 25 Odium aut rancorem malum quis dicitur habere.
- 25 Inimico an quis debeat amoris signa ostendere.
- 25 Iniuria non omnis affectus eam remittere potest.
- 25 Iniuria veniam vter offensorum petere debeat.
- 26 Periculo peccandi se exponens, vel agens contra conscientiam.
- 27 Peccatum mortale alterius, qui non impedit, cum possit absque suo nocumento.
- 27 Peccati alterius qui est causa, nisi, & c.
- 28 Peccat qui mortaliter, vel speciem eius rei prestat, vt alius ita peccet.
- 29 Peccat qui venialiter, vt alium sic peccare faciat, solum venialiter peccat.
- 30 Proximus, qui facit aliquid, ob quod credit alium mortaliter peccaturum.
- 30 Proximus familiaris alicuius cum scandalo alterius.
- 31 Proximus qui rancorem, aut odium non deponit, ne sibi detrahatur.
- 31 Proximus, qui scandalū prabet edendo carnes, vel non ieiunās.
- 32 Occasio qua necessario vitanda penitenti, vt absolui possit.
- 33 Finis principalis operis boni licet non possit esse bonum minus illo, potest tamen esse minus principalis, modo non sit malum culpa, seu peccatum.
- 34 Occasionem dare ad veniale, veniale tantum est.
- 35 Occasio peccandi per actus de se bonos, qua vitanda.
- 36 Synagogas, Mezchitas, & Idola, qui facit, aut reficit.
- 36 Missa precepta tempore canens, saltans, & c.
- 36 Membra ducenda nuda ostendens, vel videns.
- 37 Ornans se ornatu ad peccandum prouocante.
- 37 Scurra, vel alius peccans causa nimis ridendi, bibendi, & c.
- 37 Peccatum veniale peius omni malo pœna, & disponit ad mortale.
- 38 Peccati causam qui dat arma, vel alia commodando.
- 38 Peccat suadens alij peccatum, licet nolit, vt faciat illud, & 42.
- 39 Peccat petens, quod peccatum est, etiam ad id a parato, & alij bonum, num. 40.
- 39 Iuret vt per falsum Deum ethnicus velle malum, sed non vt iuret, licet sciat iuraturum per falsum Deum.
- 40 Usurario carenti pecunia commendans illam vt peccat.
- 40 Peccatum per minus arcere a maiori vt bonum.
- 40 Peccat quando petens bonum ab eo qui dando peccabit.
- 41 Sacerdotis mali ad missandum inductio qua peccatum.
- 41 Tyrannum rogare pro iustitia, aut gratia non est peccatum.
- 42 Peccata an sint vrbanè dicta, in peccata mouentia.
- 42 Tactus mamillarum & quidam alij qualis occasio peccandi.
- 43 Scholarum gradus, & premia Mineralia cur licita.
- 43 Scientia licet ob eas dentur gradus, & cathedra licita.
- 43 Ars mechanica, licet sit occasio malorum, vt bona.
- 43 Scientia malus vsus non efficit eam malam.
- 43 Legem non arguit malum malus eius vsus.
- 44 Publici conuentus in bonum finem iusti, & boni.
- 44 Scandalum ob quod non omittenda precepta, vel consilia.
- 44 Bona qua non omittenda ob scandalum.
- 44 Bonum speciem mali habens omittendum, aut excusandum.

**T**RIGESIMO SEPTIMO peccat qui quādo tenetur, non amat se, vel proximum caritate, siue amore caritativo, id est, propter Deum, & quia sunt capaces æternæ beatitudinis, exoptādo eam sibi ipsis & suis proximis, vt alibi a latius diximus, & supra, b breuiter repetiimus: vel amore naturali tempore quo id facere tenetur sub pœna mortalis peccati, & quod tempus sit ad id aptum supra c insinuauimus.

Trigesimo octauo qui aliquos a participatione, & communione generalium orationum, in quibus pro aliis orare solet excludit, quales sunt illæ petitiones orationis Dominicæ, *Panem nostrum da nobis hodie, & dimitte nobis debita nostra, & c.* iuxta mentem S. Thomæ. d

Trigesimonono, qui habuit animum non diligendi vel non subueniēdi cuiuspiā proximo, eo quod ille sit peccator vel eum offenderit, vel ob aliā causam, casu quo illud esset ei ad salutem necessarium, secundum vtrumque Thomā. e

Quadragesimo peccat, qui amat, aliquam aliam creaturam firmitus, quā animā suā, vel corpus suum firmitus, quā animam proximi, vel honorē, aut fortunas suas, quā cor-

**A**pus proprium, aut proximi, adeo quod omittit, vel statuit non opitulari extrema necessitati illius, cui tunc plus deberet, vt non delit ei, cui minus deberet. a Et enim nō satis est diligere, quod oportet, nisi etiam debitus diligēdi ordo seruetur, puta primò firmitus Deum, quā alia omnia. Secundò, nos ipsos quo ad animas nostras. Tertio, animā proximi. Quarto, proprium corpus, \* iuxta Augustinum, b Dixi, *Firmitus*, non autem intensius, aut feruentius: quoniā nō tenemur ad id, vt in dicta additiōe, & supra, c declarauimus, vbi pbauimus, satis esse quod firmitus diligam, hoc est vt pluris faciamus & estimemus id, quā magis amare debemus & ei amorē, quā id, quā minus debem⁹ & eius amorē.

\* *Iuxta Augustinum.* Celebre hoc D. Augustini dictum hic inferendum putauimus. Cum ergo inquit quatuor sint diligenda, vnum quod supra nos est. i. Deus, alterum quod nos sumus. v. anima nostra tertium, quod iuxta nos. i. proximus, quātum quod infra nos. i. corpus nostrum, de secunda & quarta nulla precepta danda erant. Aug. in 1. de doctr. Chrit. cap. 23. idem habet c. p. 26.

**B** Quadragesimoprimum, qui tantū amat seipsum, vel filij, vel amicum, vel delicias, diuitias, honores, dominum suū temporale, vt sit paratus pro iis animo, vel opere Deū mortaliter offendere, secundū Scotū, & Frānciscū Mayronem. d

**C** 24 Quadragesimosecundò peccat, qui desiderat, vt aliquis mortaliter delinquat, vel damnationem æternam incurrat, vel (quod grauius est) Deum orauit, vt aliquid horū proximo eueniat, vel ex animo maledixit, vt ille aut ille peptus Inferni flammis crucietur: vel sententiam excommunicationis contra proximum facit pronuciari hoc animo, vt qui rem ipsi ablatam nō restituat, animæ suæ iacturam faciat, vel alia huiusmodi admittat. e

25 Quadragesimotertio, qui non reprehendit proximum, aut non denunciat, cum debet, vel reprehendit, aut denūciat aliter quā debet, & c. vt inferius, f dicitur.

Quadragesimoquarto peccat, qui eo quod est iniuria affectus, vel alia de causa aliquem odio & rancore profequitur & Et enim quilibet offensus tenetur remittere ex animo odium & rancorem malum: immo & ad non concipiendum illum contra suū offensorum, quantalibet fuerit iniuria \* iuxta sententiam diui Gregorij. h

**D** \* *Iuxta sententiam D. Gregorij.* Putauit Nauarrus cap. falsas de pœn. dist. 5. esse D. Gregorij. sed illud est alterius Gregorij nempe scripti, in Romana synodo anno 1078. celebrata cap. 6. vt est in Decreto Gregoriano notatum.

Dixi, *Odium & rancorem malum*, quod est vna ex filiabus accediæ, non enim obligatur ad eiciendum illum rancorē bonum, qui nascitur ex ira, qua quis appetit, vt per iudicē cast getur delictū: immo aliquando tenetur illum concipere, conseruare, & ostendere, i puta quando ad salutē spiritualem offensoris, vel ad Dei obsequium, aut ad Reipub. vtilitatē conducit, sicut k diximus. Non tenetur etiam eum alloqui, neq; ei signa amoris ostendere, nisi tēpore necessitatis: satis est enim habere animum ad talia signa ostendenda in prædicto tempore, iuxta S. Tho. receptū, l maximè quando offensor satisfacere renuit, aut non vult sufficienter id facere. immo nec tūc tenebitur sub reatu peccati illum in suam cōuersationem: & amicitiam peculiarē admittere, quāuis aliquod signum speciale amicitie teneatur ostendere, vt tactum est supra. m Quocirca cōfessarij aduertere debent, quando, & quomodo ob hoc offensus absoluitone negent, vel concedant, vt docuit Caiet. n Multominus itē tenetur condonare satisfactionē iniuria, qua in iudicio peti potest, o immo aliqui sunt, qui etiā si velint, non possunt id facere, quales sunt vxor, filius familias nondum mācipatus, seruus, & religiosus, p quoniā actio cōtra iniuriantē ad Superiores pertinet, scilicet ad maritū, patrē, dominū, & prælatum. q Addimus q; q quando duo se mutuo offendunt, & amborum offensio est æquē grauis, qui prius offendit, debet prius reconciliationē petere: at verò si posterior iniuria sit maior, posterior debet prius eā petere. r

**E** 26 Quadragesimoquinto, qui periculo peccandi mortaliter se exponit, vt qui dubitās de aliquo, an sit mortale nec ne, facit illud: aut omittit confiteri, s vt S. Bonauēt. t & Caietan. v tenent: & fortiori ratione lethale crimen incurrit, qui agit contra conscientia, dum facit aliquid, aut omittit facere, quod illa in particulari & indiuiduo dictat esse peccatum mortale: tenetur enim eam deponere, aut quod illa dictat facere. v

**F** Dixi, *In particulari*: quoniam quando conscientia generaliter

a S. Bonauentura & Richardus in 3. dist. 29.

b Libr. 1. de doct. Christiana cap. 23. & 26. & Tho. receptū, 2. 2. qua. 26. per totam.

c Ca. 11. n. 6.

d In lib. 1. sen. dist. 1.

e Vt in dicta additione diximus.

f Cap. 24. à n. 17. & seq.

g Cap. si quis contristatus. 90. dist. ca. de pœn. dist. 5. h Dico c. fin. i Ca. si quis qui ca. est iniusta misericordia. cap. dist. 1. 2. 3. qu. 4. Sil. nesi. verb. cl. aritas. qu. 4.

k In dicta additione.

l 2. 2. qua. 25. art. 9.

m Eod. n. 9. n In dicta 9. 25. art. 9.

o Iuxta glo. sing. in dicto ca. si quis contristatus. p Iuxta glo. receptam in cap. parochia nos. de sem. excomm. q Secundum glossam præallegatam. r Sil. intro. in aurea ca. su 50.

s Arg. capi. si quis autem. de pœ. d. 7. ubi. nu. 57. & 81. copiosim diximus. t In 4. di. 17. v In summo verb. periculo peccandi se exponere.

a In addit. re per. cap. quā do. de consec. di. 1.

b Eodem c. 7. & 9.

c Eodem c. nu. 8.

d 2. 2. q. 25. art. 4. 6. 8. & 9.

e In dicto ar. 8. & 9.





a In pre alle- legato cap. si quis autem. nu. 61. b Ca. qui n- lios. de heret. c. error. 83. di. c. negligere. 2. q. 7. & alia in glossis eorum citata. c Secundum Felin. in dicto cap. qui ali- os. d In repeti. ca. si pecca- nerit. 2. qu. 1. c. Et s. rep. c. in ter verba. & infra cap. 24. num. 20.

f Vi infra. ca. 23. num. 23. dicitur. g Cap. 27. nu. 78.

h De qua in capi. quanta. de sen. excom. i Cap. 24. nu. 11. & seqq.

k Cap. 21. nu. 16. & in capi. 24. num. 10. l Cap. nu. li. de pen. dist. 11.

m Vi etiam in capu. 1. §. sacerdos. nu. 6. de pe. dist. 6. declaramus. nu. n. lu. 4. li. sen. dist. 13. qua. 1. o Cap. prater aduoc. a glo. verb. agentiu. & verb. immunitio. 32. dist. 32. q. 4. 78. artic. 4. & p. 1. qua. 1. 64. art. 6.

q 2. 2. qu. 43. art. 3. & 4. 1. 2. par. 1. 7. cap. 4. §. anse. 1. in cap. 6. su pra. rod. & in cap. 1. §. ani- maduverte. num. 6. de pe. dist. 5.

raliter dubitat, aut dicat contrarium illius, quod in parti- culari & indiuiduo rectum iudicat, non est mortale, vt a diximus.

27 Quadragesimofexto peccat mortaliter, qui potens impedire, ne alius mortale crimē admittat, non impedit. b Hanc conclusionem, quam significant multi textus, nos in alia huius operis editione limitauimus, solum procedere in eo, qui sine verecundia, incommodo, & dedecore id poterat impedire, c vt aliās d latius diximus. e Neque ob- stat id quod numero sequenti dicitur, videlicet, quod non peccat mortaliter is, qui ab vsurario mutuo pecunias ex- pofcit, quem credit sine vsura & peccato non mutuo da- turum. Nec etiam, qui petit à curato suo, vt baptizet sibi fi- lium, credens eum esse in peccato mortali, & quod absque contritione illius peccati baptizabit, & videtur vtrumque horum posse ab huiusmodi petitione abstinere absque in- commodo, verecundia, & dedecore saltem in casu, quo qui petit ad vsuram non graui premeretur necessitate, & in- uenirentur sacerdotes, qui cum licentia proprii curati, quę facillē solet concedi, id baptisma ministrare vellent: & certum est, quod illa peccata mortalia quę creduntur con- sequutura præfatas petitiones, illis omisissis, impedirentur. Accedit etiam, quod non peccat mortaliter ob hoc solum mulier, quę gloriæ vanæ, & venialis desiderio tacta, abs- que alio sine mortali se fucat, & ornat, licet credat aliquos, qui ipsam sic fucata, & ornata videbunt, in eius concu- piscentiam mortalem exarsuros, f attamen certum est, eam absque incommodo verecundiæ, & dedecore suo posse ab huiusmodi ornatu temperare. Adde his funda- mentis, quod etiam inferius, g opponitur, eum qui omittit clericum defendere, ne ab alio percutiatur, cum possit sine suo detrimento auxiliari, non incurrere excommunicatio- nem, h saltem in foro conscientiæ, si absque dolo malo, & consensu omiserit defendere. Item, quod inferius, i etiam definiuimus, neminem teneri alteri spiritualem elemo- synam elargiri sub reatu mortalis culpæ: nisi ei, qui eius extremam patitur indigentiam: & manifestum est, eum, qui voluntariè crimen lethale committit, sciens & aduer- tens illud esse tale, potensque per se illud excusare, non esse in extrema necessitate spirituali, vt ei ab alio ad id auxi- lium præstetur. Sed horum ( quę sunt egregia ) dubiorum exactam solutionem ponemus infra, k quoniam id illi lo- co est aptius.

28 Quadragesimoseptimo peccat, qui consilio suo, fauore, vel ope alij est causa peccandi mortaliter. l Nolumus autem dicere, quod quicumque ab alio aliquid petit, cre- dens, petitionem illam futuram esse alteri occasionem pec- candi mortaliter, est causa illius peccati: non enim est, quum iusta causa id petit, est autem, quum sine illa id facit: nam qui necessitate oppressus mutuum poscit ab vsurario, sciens illum sine vsura nullatenus mutuo daturum, non peccat: quamuis peccet qui dat. Peccaret autem, qui abs- que necessitate id peteret, m iuxta Ioannis Maioris defi- nitionem, n qua definit, eum, qui curatum scelere aliquo mortali irretitum obsecrat, vt filium suum baptizet, non propterea peccare, etiam si sciat illum non præuia pœni- tentia peccati baptismatis sacramentum puero administra- turum, & per consequens ea de causa reatum mortalis cul- pæ incursum, o quæ quidem doctrina tunc procedit, quando id quod petitur, ex se non est peccatum, vt in ex- emplo prædicto in administratione baptismatis, & in pe- titione mutui. nam si tale esset, numquam liceret, vt si pete- ret dari sibi baptisma absque contritione, vel mutuo dari sibi sub vsura, vt optimè tradit Caietanus. p

Quadragesimo octauo peccat, qui facit, aut dicit ali- quid, quod de se non est mortale, cum intentione tamen alterum ad illud inducendi, vel absque tali intentione fa- cit aliquid, quod præ se fert speciem peccati mortalis, & factum in tali loco, & coram talibus est sufficiens imp- pulsus ad peccandum mortaliter arbitrio boni viri, & pru- dentis, secundum S. Thomam q & S. Antoninum, r quod etiam post ipsum nos, s tradidimus.

Dixi, Quod de se non est mortale: quoniam si esset tale de se, essent duo peccata effectu, vel vnum cum circumstan- tia scandali necessariò confitenda ob ea, quæ in duobus locis prædictis tradidimus.

29 Dixi etiam, Et quia sit in tali loco, & coram talibus: quoniam quod ex se non est peccatum mortale, licet habeat speciem eius, factum coram alio sine intentione inducen- di ad peccatum non est mortale: immo etiam, quod de se est mortale, commissum coram aliis absque tali intēctione, & absque periculo probabili impellendi alios in peccatū, non affert secum circumstantiam necessariò confitendā, vt a noua quadam distinctione duas oppositas opiniones ad concordiam redegit. Item neque veniale peccatum fit amplius quàm veniale eo quod fiat animo alliciendi al- terum ad peccandum venialiter, secundum omnes.

30 Quadragesimonono, qui tam parui aestimat salutem spiritualem proximi, vt absq; necessitate, vel vtilitate, sed ex mera libertate suæ voluntatis aliquid agit, quod credit proximum ad mortaliter peccandum illecturum, est exē- plum in femina, quæ sine causa exhibet se conspiciendam illi, quem credit simulatque perspexerit, peruersum ali- quod desiderium peccandi mortaliter cōcepturum, etiam si illa non intendat ad huiusmodi desiderium allidere, vt b post B. Antoninum, c defendimus. d

Dixi, Absque necessitate, vel vtilitate, sed ex mera voluntate: quoniam si alioquin non potest congruo quodammodo ta- lia loca non adire, aut tunc temporis illis non adesse, vbi ab alio solet videri: quia verbi gratia, eundem est illi ad Ecclesiam, vel aliò, vel sedere oportet ad ianuam cum vi- cinis & affinis, ne inurbanitatis possit argui, nullatenus peccat, secundum eundem. Hic occurrit scrupulus non contemnendus, qui ex alio notabili postea dicendo nascitur, circa mulierem, quæ propter appetitum inanis gloriæ ( in quo solum venialiter delinquit ) fūco faciem depingit, an peccet in hoc mortaliter: sed inferius, e ad hoc dubium respondimus, illi enim loco melius qua- drabit.

31 Quinquagesimo, qui absque causa necessaria, vel vti- li, alicuius mulieris suspectę consuetudine familiari vritur, & aduertens se scandalum præbere aliis, qui malè de illa iudicant: tamen ab ea non discedit, eo quod nihil facit scandalum aliorum. Eodem modo peccat, qui frequenter moniales, debitam clausuram non obseruantes inuisit, & inde populus occasionem accipit detrahendi, & murmu- rādi, etiā si alioquin castè viuat, & recta intentione loca il- la frequenter. Ille item, qui domi suæ habet aliquam mu- lierem, de qua populus sinistri aliquid suspicatur, siue sit cognata, siue extranea, quamdiu eam à se non reiciit. f Idē dico de eo, qui habitat cum femina, cum qua eum rem habere populus suspicatur, etiam si alioquin, neque cogitatione cum ea peccet, vt in cap. inter verba, g etiam di- ximus.

32 Altera duarum quæstionum supra h propositarum, quam remisimus huc terminandam, est, An qui occasio- nem peccandi alteri præbet sine proposito numquam ampli- us eam præbendi, absolui possit? Ad quam respondi, quod occasio faciens alterum peccare, à qua pœnitens abstinere, & numquam amplius se eam daturum statuere debet, quod absolui possit, definiri potest esse omnis & so- la illa, quæ est scandalum actiuum mortiferum, hoc est, quod qui eam dat, mortaliter dando peccat. Et si roges, quæ est illa, quæ qui dat, mortaliter peccat. Respondeo, quod omnis & so- la illa, quæ datur per peccatum mortale, aut intentione principali, vel minus principali inducendi ad illud aut ad id iuuando, aut con- temnendo salutem spiritualem proximi, aut in id, saltem interpre- tatiuè, consentiendo.

Dixi, Per peccatum mortale, vt omnis illa occasio, quæ per opera mortaliter mala datur, includatur in prædicta defi- nitione. De qua occasione agit S. Thomas, i quoniam licet omne peccatum mortale, quo scandalizamus, non habeat circumstantiam necessariò confitendam, k cum tamen numquam liceat peccare mortaliter, clarum est, quod non est absoluendus qui non proponit, se numquam daturum occasionem peccandi per peccatum mortale: quia qui tenetur ad aliquid, tenetur ad consequens necessarium. l

33 Dixi, aut intentione principali, vel minus principali inducen- di ad peccatum mortale, ad includendum omnes occasiones, quæ cū hac intentione dantur, siue opera ex se bona sint siue mala, siue ad malum, siue ad bonum inuident: quia simulac cū huiusmodi intentione dantur, tales sunt, iuxta

a In dicto §. a- nimaduerte- re nu. 8. & c. consideret. in principio nu. 115.

b In dicto §. a- nimaduerte- re. num. 6. c. 2. part. 1. 7. cap. 4. d. Facit capit. nihil. de pres. & capit. 2. de nou. oper. nun- ciat.

c In cap. 16. num. 23.

f Io. Maior. in 4. libr. sent. dist. 15. qu. 30.

g 11. qu. 3. con- clus. 5.

h Ca. 3. nu. 9.

i 2. 2. q. 43. a. 4.

k Vi supr. in cap. 6. nu. 19. dictum est.

l Arg. l. illud. ff. de adquir. heredit. & c. praterca. de offi. deleg.



a. 2. 2. q. 43. a. 2. ad 4. b. 1. 1. q. 3. c. De conferr. d. 1. 1. q. 3. in ad. ditione vms. d. 23. q. 5. nu. 30.

e. Dico ca. cu. minist. 23. q. 5. f. Num. 30.

g. Ca. sicut di. gnus. 5. illi. autem. 5. hi. quoque. de. homie.

h. 2. 2. q. 109. art. 9. i. Ca. quis au. tem. 10. dist. k. Ad Ro. 1. c. novum. 2. qu. 1. c. 1. de of. de. le.

l. Cap. Ofus. de elec.

m. 3. p. q. 27. art. 14. n. Cap. 1.

o. 2. 2. q. 43. art. 4.

p. In c. d. m. 9. 1. seq.

Sanctum Thomam. Nec huic obstat, quod in ca. inter verba, & in cap. quando, & latius nuper in commentario ca. cum minister, dixi, scilicet, quod opus non definit esse bonum, si principaliter propter Deum fiat, aut quia est bonum, quamuis minus principaliter, ob aliquod bonum temporale fiat, propter quod si principaliter heret, malum esset. Non inquam, hoc obstat: quia intelligendum est, quando quod minus principaliter intenditur, non est malum culpa, seu peccatum: sed res bene appetibilis, quamuis non possit esse finis principalis virtutis, quae praestantior ea est. Id autem, quod in hac definitione dixi, intelligendum est de eo, quod est malum culpa, seu peccatum, quod nullatenus desiderate, nec velle, nec nobis finem principalem, nec minus principalem proponere possumus. Cuius enim finis malus est, ipsum quoque malum est, ut est in d. capit. cum minister, ubi etiam diximus, hoc distare inter finem malum, quia est malum culpa, & inter finem malum, quia est ineptus, eo quod sit medio minus bonus, quod hic potest esse finis minus principalis boni operis: ille vero non.

Dixi, Aut ad id iuuando, ad includendum eas, quibus quis dat opem ad peccandum: opem enim ferens peccat, & qualis est, quam praebet is, qui aliquam synagogam Iudaeorum aedificat, aut reficit: quamuis sine aliqua intentione mouendi ad peccandum id faciat.

Dixi, Aut contemnendo salutem spiritualem proximi, ad includendum eas, quae dantur ob proximi salutis contemptum, qualis est, quam dat is, qui ideo transit per ianuam domus alterius, quem ob illum transitum mortaliter irat, aut amore inordinato peccatum credit, quod nihil pendat, aut parui faciat, quod alter ad id moueatur, contemptus enim huiusmodi efficit, ut mortale sit, quod alias non esset, Sanctus Thomas h & ante illum glossa i putata singularis a nostris.

Dixi, Aut consentiendo: quia consentiens peccat, sicut principalis. k

Dixi, Aut saltem interpretatiue, ad includendum eas, quae dantur per eum, qui aliquid facit, quod ex sua natura & circumstantiis, cum quibus facit, adeo ad peccatum mortale incitat, ut maiorem partem eorum, qui sunt eiusdem qualitatis, cuius sunt hi, quibus datur illa occasio, in peccatum mortale deicere soleat: aut facit aliquid, quod quamuis ex sua natura, & circumstantiis tale non sit: tamen credit & aduertit, ob illud certam aliquam personam, ex sua infirmitate, aut ignorantia mortaliter peccaturam, & antequam huic rei prouideat, id facit: aut credit & aduertit, ex malitia peccaturam, sine tamen vlla causa, & sine utilitate sua, nec aliena illud facit: aut praetermittit aliquid facere contra legem iustitiae, aut caritatis praecipuum, ob quod alius mortaliter peccat. Addidi tamen, Certam aliquam personam: quia non sufficit credere aliquam generaliter peccaturam, ut qui ad animi recreationem aliquem ludum instituit, non peccat, eo quod aliquem in eo peccaturum credat: sicut nec ille, qui credit, aliquem malum esse in aliquo oppido, aut in aliquo magno conuentu, peccat, ut colligitur ex textu singulari, i quamuis ea de re nulla sit praesumptio particularis, licet peccaret, si crederet illum, aut illum illius oppidi, vel conuentus esse malum.

34 Dixi, faciendi mortaliter peccare: quia non sufficit illa, quae venialiter peccare facit, cum, ut absoluitur, non sit opus proposito numquam amplius ad veniale redeundi, quod confessus est, iuxta Sanctum Thomam, m & supra, n dictum fuit: & occasionem venialiter peccandi per opus, quod non est mortale, dare, ad summum est peccatum veniale, & nihil amplius, iuxta eundem Sanctum Thomam. o

Ex qua generali, & resoluta definitione, multorum dubiorum, quae a nobis postquam ad sexagesimum annum peruenimus, quaesita sapienter fuerunt, peculiaris responsio colligitur. Primum quidem, quod talem occasionem dat, quisquis coram alio mortaliter peccat, per primam partem dictae definitionis, licet eam tali modo non dedit, ut circumstantia necessaria consistenda causa esset, quod quando contingat, p dictum fuit supra.

35 Secundo, quod talis est occasio, quam dat quilibet persona, quae cum intentione principali inducendi ad amo-

rem inhonestum & mortiferum aliquam elemosinam praebet, aut alloquitur, inuisit, docet, consultat: & a fortiori erit talis ea, quae datur visu, nutu, blanda & amatoria loquutione, aut blandimentis, tactibus, muneribus, aut obsequiis in hunc finem directis: quia harum cuilibet secunda pars dictae definitionis conuenit. Nec obstat dicere, quod fortassis ex ea finis mortifer, qui praetendebatur, non sequitur, cum omnis voluntas, ut alius mortaliter peccet, mortifera sit, ut supra a post S. Thomam, b & S. Antoninum c & Magistrum, d dicitur: & sic qui aliquam harum occasionum dedit, nisi statuat numquam amplius eam se taliter daturum, absolui non debet.

36 Tertio, quod est talis, ut colligitur ex Caietano e qua dat, qui etiam sine alia praua intentione facit, aut rebicit Idola apud Indos: aut Synagogas, apud Iudaeos: aut Mezchitas apud Mahumetanos: aut Pagana templa apud Paganos: aut Haeretica apud Haeticos, aut facit aliquid aliud, cuius principalis usus est peccatum mortale: quia occasionem ad illud dat cum auxilio, & sic in tertia parte dictae definitionis comprehenditur.

Quarto, quod etiam talis est, quam aliqui diebus festis, missa ab ipsis audita aliis, qui eam non audierunt, praebet, canendo, pulsando, choras ducendo, saltando, ludendo, aut faciendo alias res, quibus praesentes tempore, quo audire missam ex praecipuo tenentur, detinent, eo solo, quod eorum salutem spiritualem parui pendunt, respondentes dicentibus eos occasionem peccandi praebere, nihil sua referre, cum ipsi eam audierint: quia eis quarta particula dictae definitionis conuenit. Quapropter gubernatores, qui haec fieri publice tempore diuinorum officiorum, saltem praecipuorum, prohibent, laude digni sunt.

Quinto, quod est talis illa occasio lasciuia, & inciuilis, qua praebet, qui pudenda ostendunt, aut vident nuda, aut opera vestibus tenuissimis, sine circumstantia iustificante, quauis id sine intentione inducendi ad culpam mortiferam faciat, per primam definitionis partem: quia talis occasio est peccatum mortale, cum ex sua natura communiter ad culpam mortiferam, saltem voluntatis, aut delectationis mortiferae morosa inducat. Vnde legitur, Barnabam maledixisse nudis viris, & mulieribus nudis: & sine proposito numquam amplius se eam duros non sunt absoluenti. Dixi, Sine circumstantia iustificante, ad excludendum ex hoc numero aspectus, & tactus, quos infirmi talium membrorum medicis, chirurgis, & clisteriferis permittunt.

Sexto, quod etiam est talis, quam dat, qui credit aliam certam personam obuiam sibi factam in concupiscentiam, aut iram mortiferam ex sua infirmitate, aut ignorantia casuram, & hoc aduertens obuiam illi sit, non prouidendo eius infirmitati, aut ignorantiae, quamuis sine intentione, ut illa peccet, id faciat: quia illi conuenit sexta praedictae definitionis particula, videlicet, Consensus interpretatiui.

37 Septimo, quod talem occasionem non dat, qui sine intentione & contemptu mortifero ita se ornat, ut credat quidem se ab aliqua persona totius populi, aut civitatis, vel Ecclesiae odio, vel concupiscentia mortifera habendum, si illud ierit: nescit tamen a quo, aut id non aduertit: nec etiam si sciat quis, si intelligat quod ex malitia, praua consuetudine, & habitu quem habet, peccabit: quales sunt hi, qui non solum tales occasiones fugiunt: sed etiam occupantur, immo se de eo iactant: quia eiusmodi occasione nec dicta sexta particula, nec alia dictae definitionis conuenit, & per hanc & praecedentem decisionem, id quod Caietanus dicit, f & id quod Syluester g & alij affirmant, conciliari potest.

Octauo, quod nec etiam est talis occasio illa, quam dant scurrae & alij, qui praebent occasionem nimiam ridendi, comedendi, bibendi, vestiendi, aut loquendi, modo nimietas illa non perueniat ad culpam mortalis excessum. Per septimam enim dictae definitionis partem, ex numero dictarum occasionum excluditur, quia solum venialiter peccare facit: quamquam magnopere illis est consulendum, ut abstineant. Tum quia ob nullam omnino rem peccatum veniale committendum est, h quantumvis tot sunt committenda: Tum quia etiam vnum tantum peccatum veniale disponit ad mortale, iuxta S. Thomam. i Idem dicendum est

a. Cap. 11. nu. 11. b. 1. 1. q. 3. c. 3. p. 1. 5. ca. 1. 5. 5. d. In 2. di. 24. e. Ioan. Maiorem d. 1. ad. 2. 4. quaest. 18. e. 2. 2. q. 109. art. 2. ad 4.

f. 2. 2. q. 106. g. Verbo. m. 1. nu. 9. 4.

h. Ut sentit glo. in c. si aliquid. 2. 2. q. 4. i. cum seq. 22. quaest. 1. 1. 2. q. 106. 2.



dum est de eo, qui dicit aliquid, aut facit, ut ad amorem vanum, aut veniale tantum malum alliciat, qualis est illa, qua quis videt, alloquitur, vel ob equo aliquam feminam prosequitur, no quidem quo moueat eam in copulam carnalem, neque in actus inhonestos, neque delectationem mortalem: sed quo illa delectetur eius aspectu, alloquio, pulchritudine, ac ornatu, & eum beneuolentiam, complacentiam de bene constituta & culta persona significando, sine alia delectatione, aut sine mortiferis malis: quamquam magna circumspectione opus est, ne hoc aliqua mortali culpa inficiatur.

38 Nono, quod interdum absolui potest, qui occasionem interficendi dedit ob commodatam bailistam absque malo fine, licet nunquam se amplius sic commodatum non statuat, & interdum non: quia commodare ex sua natura talem occasionem non efficit: circumstantia tamen eam efficere possent. Proinde, si quis alicui, qui cum alio rixatus est, irato animo bailistam petenti comodauerit eam, talem prabet occasionem: quia interuenit auxilium, aut contemptus salutis spiritualis, aut consensu saltem interpretatiuus, quod per quintam & sextam dicta definitionis partem sufficit ad efficiendum, ut aliquid sit eiusmodi occasio. Idem dicendum de eo, qui commodat, aut vendit lanceam, sclopetum, ensam, aut alia arma, aut pigmenta, aut chartas luforias, talos, orbiculos, aut aliquid aliud, quod bene & male alteri tradi potest.

Decimo, quod talis est illa occasio quotidiana, qua dat, qui imperat, consulit, aut rogar alium, ut falso iuret, iniuriam inferat, percutiat, fornicetur, aut aliud opus manifeste malum faciat, ad tentandam virtutem eius tantum, licet non intendat, eum, ad id inducere: immo inuoluntate desideret, ne illud faciat: quia est peccatum mortale: nam est actus suapte natura, ad culpam mortiferam inducens sine circumstantia iustificante: & sic illi prima dicta definitionis pars conuenit.

39 Undecimo, quod talem occasionem non prabet, qui ab eo, qui ex sua malitia est ad peccandum paratus, petit aliquam rem ex se bonam: quae tamen est materia exercendi peccatum ab ipso conceptum, quamuis talis sit ea, qua dat ille, qui petit aliquid, quod est peccatum ab eo, qui ad id accinctus, siue paratus est. Ex quo colligitur ratio, quam quidam perdoctus quaerebat, cur qui murum ab utuario, ad dandum sub vsuris parato, ob necessitatem petit, non peccat: qui vero petit ab eodem ad vsuram peccat? Est enim ratio, quod qui primum petit, non petit ad rem malam, quamuis materiam peccandi offerat: qui autem petit posterius, sic, ut recte declarauit, & probauit Caietanus, cui concordat Dominicus Sotus, tacito eo. Pro quo facit decretum S. Augustini, quo probatur non esse peccatum petere ab infideli, ut se promissis statutum iuret, licet illum per suum falsum Deum iuraturum sciat, quamquam petere, ut per illum suum falsum Deum iuraret, peccatum esset. Facit etiam ratio superius tacta, scilicet non esse peccatum occasionem peccandi sine mala intentione cum necessitate, aut utilitate praebere ei, qui ex sua malitia peccat: quamquam petere, ut peccet, aut ut rem, quae peccatum est, faciat, sic. Facit etiam, quod sicut illud decretum probat, & S. Thomas dixit, alieno peccato sine consensu in illud vtilitatum est, quemadmodum ipsemet Deus pro sua bonitate nostris peccatis in bonos fines vtitur.

\* Decretum S. Augustini. Sumptum est hoc decretum ex epist. 154. ad Publicolam, quod est 22. quae 1. cap. mouet, & in 3. se nr. dist. 19. cap. post haec. Verba autem Augustini haec sunt. Qui vtitur fide illius, quem constat iurasse per deos falsos, & vtitur non ad malam rem sed ad licitam & bonam, non peccato eius se sociat, quo per damnata iurauit, sed bono facto eius, quo fidem seruauit. haec ibi.

40 Duodecimo, quod non est talis occasio illa vsu frequentissima, quam aliquis dat deponendo suos nummos apud nummularios vsurarios, aut contractus vsurarios exercentes, qui proprios habent ad illas exercendas, ut dixit S. Thomas, quia nulla particula dictae definitionis illi conuenit. Est autem talis illa, qua dat, qui deponit apud talem nummularium, qui proprios nummos non habet, quibus suas vsuras exerceat, sicut idem S. Thomas sentire videtur: quod verius videtur, quam quod Caietanus super ipsum insinuauit. Idemque quod nobis, visum fuit Soto, & quia differentia, quam S. Thomas inter illos duos ponit, non fa-

tis bene verificatur, intelligendo eam, ut Caietanus, quo ad peccatum veniale, quod vnus incurrit: quia sua pecunia non deposuit prudenter, eam committendo ei quem credebat eam impensurum, cum propriam non haberet, & alius uo: quia prodeter deposuit apud eum, quae credit eam non impensurum, cum propria habeat: nam is intellectus a mente S. Thomae est maxime alienus: quae est conclusio notabilis pro mille apud cambria vsuraria exercentes pecunias deponentibus.

Decimotertio, quod talem occasionem non prabet, qui alium ad committendum aliquod peccatum minus inducit, videns eum ad maius committendum delibitatum, nec valens alio modo illud ei dissuadere, ut etiam infra dicemus, quamuis Caietanus oppositum tenuerit, quia licitum & etiam sanctum est precari, & persuadere ei, qui proponit interficere, aut adulterari, ut satis esse ducat percutere, aut fornicari, ut clare S. Augustinus dixit, & Adrianus, & etiam Sotus, & Caietanus.

\* Ut clare S. Augustinus dixit. Hoc non satis clare S. Augustinus videtur dicere. Sic enim scribit lib. 2. de Adulter. coniug. cap. 15. Postremo quero abs te vtrum marito Christiano liceat vel secundum veterem Deum legem, vel Romanas adulteram occidere. Si licet, melius est ut ab vtroque se temperet. i. & ab illicito illa peccante supplicio, & ab illicito illa viuente coniugio. Quod si alterutrum eligere persequeretur, facius est ei facere quod licet, ut ipsa viuente mactetur. Si autem quod vtrius dicitur non licet homini Christiano adulteram coniugem occidere, sed tantum dimittere, qui est tam demens, qui ei dicitur. fac quod non licet, ut tibi liceat quod non licet. Cum enim vtrique secundum legem Christi illicitum sit, siue adulteram occidere, siue illa viuente alteram ducere, ab vtroque abstinendum est. non illicito pro illicito faciendum. Si enim facturus est quod non licet, iam faciat adulterium & non faciat homicidium, viuente vxore sua alteram ducat, & non humanum sanguinem fundat. haec ibi.

Decimoquarto, quod per praedicta declarari potest illa conclusio Soti, scilicet, quod non peccat, qui aliquid, quod in se bonum est, petit ab eo, qui dare, aut facere bene potest, eo quod scit, alium dando, aut faciendo petitum peccatum: quoniam per praedicta vera videtur, quando sine contemptu salutis spiritualis proximi, & non praebito ad illud auxilio, nec consensu in illud etiam interpretatiuo petitur, & alius per malitiam, & non per solam ignorantiam, aut infirmitatem peccat: quando aliquid horum concurrit, non videtur vera.

41 Decimoquinto, quod illa conclusio, quam post S. Thomam & Siluestrum allerimus infra, scilicet mortaliter peccare, qui creans, sacerdotem esse in peccato mortali, & quae eius non prauebit ante missam, qua faciet, inducit ipsum ad eam celebrandam, est intelligenda de sacerdote ab Ecclesia per excommunicationem, aut suspensionem notoriam pulso, aut non praeparato, nec ad missam obligato, aut per ignorantiam, aut infirmitatem, & non per malitiam peccante: aut eum cum mala intentione, aut consensu, aut contemptu salutis spiritualis eius inducit, & non alias, ut colligitur ex praedictis, & his, quae alibi copiosius diximus. Propter quae omnia credo, homines rogantes sacerdotes, ut pro illis missas faciant, aut ut illis sacramenta administrent, ratio, ob id peccare.

Decimosexto quod nec etiam est talis ea, quam subditus alicuius tyranni, qui dominium & iurisdictionem alicuius status vsurpauit, eidem dat, petens iustitiae administrationem, aut beneficium, seu gratiam aliquam honestam: quia dicta definitio illi non conuenit, cum ipse per malitiam peccet, & subditus non petat opus ex se malum: quamuis materiam peccandi offerat immo ad minus peccandum inducat. Siquidem dat operam, ut qui peccat alienam potestatem vsurpando, non peccet etiam iustitiae administrationem & beneficiorum, seu gratiarum distributionem praetermittendo, ut recte Caietanus declarauit.

42 Decimosextimo, quod talis fuit illa, quam quidam nobilis religioso cuidam iuueni ab eodem hospicio excepto dedit, introducens ei in cubiculum noctu puellam sine intentione inducendi illum, aut illam ad peccandum: sed tantum tentandi eius castitatis virtutem: quia prima dicta definitionis pars ei conuenire videtur, cum illud opus peccatum sit mortale, quippe quod sua natura est inductiuum ad culpam mortiferam: nisi illius magna religio, & puella magna honestas circumstantia iustificantem produceret. Idem

a Cap. 17. nu. 203. b Vbi sup.

c In c. si quid verius. 23. q. 2. d Quot. 1. q. 2. e Super c. 3. ad Rom. f In summa verb. tyrannus.

g Li. 6. qu. 7. arti. 5. de iust. & iure.

h In 4. lib. 1. dist. 24. q. 1. nu. 3. ad 3. i Per clericum. §. 8. qu. 1. k Capit. 25. nu. 7. 8.

l In c. 5. sac. vides. nu. 3. de ieq. de po. dist. 6. post d. 17. nu. que. Th. in 3. p. q. 64. art. 6.

m In summa verb. tyrannus.

a Vbi supra. b De iustitia & iure lib. 1. cap. 1. ar. 5.

c Ca. monas. 1. qu. 1. d. 2. qu. 78. ar. 4.

e In dicto art. 4.

f In dicta qu. 1. ar. 1. g Lib. 6. qu. 1. in summa, de iust. & iur.



item dicendum de ea, quam dedit is, qui amatorie quamdam mulierem sollicitavit, nolens, ut illa in id contentiret: sed ut intelligeret, quid responderet. Idem item dicendum de ea, quam alius dedit alteri, cum soli essent, studiose dicens sine mala intentione, ut eam experiretur, *Sic te multum deprecaver, dormires ne tecum?*

Decimooctavo, quod non erant tales, quas sibi mutuo dederunt duo Hispania magnates. cum alter alteram super mulam suam retro se ferret, qui cum transiret cum suo comitatu per locum quemdam secretum, absque fine mortali, aulice dixit illi, *Qualis locus erat hic, domina, ad voluptati indulgendum, si tu alia fuisses, & illa respondit: Erat quidem valde aptus, si tu alius fuisses, eum impotentia insimulans.* Nec etiam illa, quam grauis quidam vir dedit, dicens sine alio malo sine urbano sermone honoratae cuidam feminae, *Vixit in eodem lecto nos metiamur?* quia quamuis haec verba per se ad peccatum mortale dirigantur: ex qualitate tamen personarum, sine, & modo dicendi colligebatur circumstantia quaedam, moderans vim eorum, quam ad inducendum ad peccatum mortale habent: de quo casu, & aliis similibus, qui occurrunt inter aulicos vrbane iocantes ego satis hucusque dubitavi.

Decimonono, quod diu, multumque dubitavi, an esset talis illa, quam quidam sacerdos ante triginta annos mihi confessus fuit, se dedisse, ad mouendo, iocose honestoque amore absque mala intentione manus honestae cuiusdam mulieris pectore, & eiusdem mamillas tangendo, cuius decisionem numquam hactenus affirmare sum ausus: nunc autem dico mihi videri eam non esse talem: quia nulla pars praedictae definitionis eam comprehendit, quando tactus ille ex sua natura non tantum incitat ad peccatum mortale, ut quasi semper mortaliter peccare faciat personas, quae sunt eiusmodi qualitatis, quando, ut dixi, iocose fit: quamuis si serio fieret, aliud dici deberet. Idem dicendum est de eo, qui absque mortali fine & intentione, aliquam feminam per manum, aut brachium ducit: quamuis vterque sit iuuenis. Et etiam de eo, qui manum premit, aut vellicat, aut brachium torquet, aut eius pedem suo contingit. Et etiam de eo, qui amplectitur, & osculatur, ubi talis est consuetudo, modo partium obscenarum aspectus, & tactus absit, de quibus iam dictum est, & modo non sit alius finis, & intentio mortalis, ut solet fieri in choreis, iocis, saltationibus, & aliquibus ludis ad recreationem adhibitis, maxime inter cognatos, & familiares, in quibusdam regionibus plus quam in aliis.

43 Vigesimo, quod nec etiam est talis occasio illa peccandi, quam dant Vniuersitates, Studia, Collegia, gradus, magisteria, doctoratus ad docendum scientias licitas instituta: licet multi propter illa peccent, docendo, discendo, gradus conferendo, suffragia ferendo, & male rem gerendo, per superbiam, ambitionem, vanam gloriam, inuidiam, auaritiam, technas, medacia, subornationes, & etiam periuria. Ob qua huius contrarium dixit ille Haresiarcha Vuicleffus damnatus per Concilium Constantiense cuius articulus damnatus ibidem est, *Vniuersitates, Studia, Collegia, graduationes, & magisteria, in eisdem, sunt vana gentilitate introducta: & tantum profunt Ecclesiae, sicut diabolus.* Sed longe verior est nostra haec responsio: quia praefatam occasionem non comprehendit praedicta resolutio. Optimum tamen esset, ut considerarent Rectores, & Governatores scholarum, & collegiorum, tanta esse peccata, quae in illis committuntur, ut occasionem dederint illi haeretico, & suis sequacibus ad illud de ipsis affirmandum. Ideoque omnibus artibus, & viribus nauarent operam de minuendis illis, etiam si omnino exinanire non possent.

Vigesimoprimo, quod nec etiam est talis occasio, quam dant peccandi scientiae licitae Theologiae, Legum, & Medicinae: quamuis quidam scripsit, quod animae peribant ob sacram Theologiam ad earum salutem inuentam: & corpora ob Medicinam ad eorum valetudinem inuentam: & bona per leges, ad eorum conseruationem latas: quia culpa non est earum, nec suorum auctorum: sed eorum, qui eis abutuntur. Idem item dicendum de aliis scientiis & artibus, quas infamia notare infamis Cornelius Agrippa, & damnare damnatus Lutherus voluerunt, quos eorum debellator Castrensis refert.

A Vigesimo secundo, quod nec etiam talem occasionem dant, qui illas artes mechanicas exercent, quarum operum vsus bonus & malus esse potest: quamquam plures illis male venialiter vtantur, ut in cap. negotium, probauimus: quia per septimam particulam dictae resolutionis excipiuntur: quandoquidem peccatum veniale non adimit gratiam diuinam, nec illius dimissio ad illam consequendam est necessaria, secundum sanctum Thomam, & dictum fuit supra. Ob quod mihi videretur, absolutionem non esse denegandam personis, quae componunt pigmenta, indusia, collaria, sudaria, mamillaria & alia valde operosa, quibus communiter homines male venialiter vtuntur, licet confessarij ab hoc eas abducere deberent, praesertim moniales, quae cum sint professae statum perfectionis illustrem, a dandis, & accipiendis vanitatum occasionibus, multum cauere debent, licet non sint nisi veniales: quia quamuis maculam non inspergant, tollunt tamen decoris lucem & obscurant, ut declarauit sanctus Thomas, post S. Augustinum, qui dixit, *Peccata venialia, si multiplicentur, decorem nostrum ita exterminant, ut a caelestis sponsi amplexibus nos separent.*

\* Post S. Augustinum. Hoc habetur in 50. hom. libr. 50. homiliarum in Louaniensi editione cap. 3. in aliis vero editionibus habebatur in li. de poenitentiae medicina cap. 2. Integra sententia est. Peccata venialia quamuis singula non lethali vulnere ferire sentiantur, tamen simul omnia congregata, velut scabies quo plura sunt necant. aut nostrum decus ita exterminant, ut ab illius sponsi speciosa forma praefiliis hominum castissimis se parent amplexibus, nisi medicam ento quotidianae poenitentiae defecerint. Haec ibi.

C Vigesimo tertio, quod nec etiam dat talem occasionem qui habet artem faciendi opera, quae ex se sunt talia, ut illis homines bene, & male vti possint: quamuis maior pars, male etiam mortaliter vtatur, ut efficaciter, probauimus sequuti mentem diui Thomae & Caietani, & praecipue per istam rationem, quod aliqua ars, aut alia res non est mala, eo quod plures male etiam mortaliter ea vtantur. Bona enim est lex illa naturalis & diuina, de vno solo Deo recte colendo, quamuis maior hominum pars, immo & nouem ex decem, qui sunt Pagani, Iudaei, Mauri, Haeretici, & multi Catholici male etiam mortaliter ea vtantur. Bona etiam est lex de non iurando irreligiose: sed maxima hominum pars recensendo in ea Gentiles, Iudaeos, Mauros, & Haereticos, & Catholicos, quos omnes illae obligant, iurant, aut habent voluntatem iurandi per falsos Deos, aut irreligiose per verum. Sancta est item lex sexti, & noni praecipii Decalogi, de non fornicando, nec concupiscendo: maior tamen pars in illa mortaliter peccat, opere, ore, voluntate deliberata, aut morosa delectatione carnali, contra naturam, aut praeter illam.

D 44 Vigesimo quarto, quod nec etiam talem occasionem peccandi dat, qui ad bonum finem permittit, aut instituit cum moderatione debita supplicationes, congregationes publicas, & solennes orationes, mercatus, nuptias, primas missas, belli simulachra, publica conuiuia, & exercitationes curredi, aut choreas, & tripudia faciendi: quia praedicta resolutio eam non comprehendit: & quia sunt opera suapte natura talia, quibus homines & bene, & male vti possunt. Et quamuis multi ex illis occasionem peccandi capiant: multi tamen illis bene vtuntur, & ex his, qui male vtuntur, quamuis aliqui mortaliter peccent: maior tamen pars sine comparatione non peccat amplius, quam venialiter.

E Vigesimo quinto, an occasio peccandi, quae ex agitatione turborum datur, sit talis, vel non, infra dicitur.

F Vigesimo sexto, an sit talis occasio, quae ex permissione lupanarium publicorum datur, infra dicitur.

Vigesimo septimo, quod talis est occasio, quam dat ille, qui ne scandalizet alium, qui iniuste offenditur, omisit aliquid facere, quod sub reatu mortalis culpa efficere tenebatur, puta rancorem in inimicum conceptum deponere, vel opitulari proximo extrema necessitate laboranti, secundum sanctum Thomam. Neque etiam opera, quae non sunt praecipii, sed consilij: puta dare elemosynam, ieiunare, & id genus alia omittenda sunt ob malitiam, inuidiam, vel male dispositam voluntatem illorum, qui propterea scandalizantur: est enim scandalum Pharisaorum. Immo nec quando scandalum ex ignorantia, vel infirmitate animi oritur, quod pusillorum, aut ignorantium, seu imbecillium nuncupatur, debent bona opera in totum relinquere: sed

a De poen. d. 5. n. 5. & 19. & 27.

b 3. p. q. 87. a. 1. c. Ca. 1. n. 26.

d 1. 2. q. 89. a. 1. c. In li. de po.

f In praet. c. negotium. n. 8. de po. d. 5. g 2. 2. q. 69. a. 2.

h In c. seq. 9.

i In c. 17. n. 195.

k 2. 2. q. 43. a. 7. Richar. in 4. l. sent. dist. 38. & 10. in c. vtilium. de reg. iur. S. An ton. 3. p. tit. 7. cap. 4. §. 5. l. Mat. 15. & c. inter vna. 11. q. 3.

a Caiet. 2. 2. q. 154. art. 4.

b Sess. 2.

c In l. 6. aduer. sur. omnes ha. reses. verb. scientia.





a In d. ca. in-  
ter verba.

b 2.2. quæst.  
54. art. 7.

c In 3. di. 43.  
art. 7. ad 5.  
d Cap. super.  
eo. de iur.  
ca. primū.  
22. q. 2. facit  
gloss. sing. cap.  
si aliquid. 22.  
quæst. 4.

e Argu. capi.  
cum in cunctis.  
de electio. &  
authen.  
multo magis.  
Cod. de sacr.  
sanct. eccl.  
f Cap. deterio  
res. 6. quæst. 1.

g In 4. li. sen.  
dist. 16. qu. 3.  
h In 4. de re-  
si. qu. 31.

i Lib. 4. q. 4.  
artic. 3. de in-  
fir. & iur.  
k In ca. noli.  
de pœ. dist. 1.

occurrere, aut differri quousque moneatur proximus boni-  
tatem eius, quod facit. Quod si post huiusmodi admoni-  
tionem adhuc scandalizatur, nihili est habendum tale scan-  
dalum: tunc enim iam fit Pharisæicum iuxta præallegatos  
doctores, & beatum Gregorium, nisi quando illi admo-  
niti non intelligunt rationem, quæ illis redditur: aut anti-  
qua consuetudo, vel alia ratio, quæ ipsi nituntur, persuadet  
eis non esse iustam illam rationem, quæ ipsis redditur: tunc  
enim, quia scandalum non ex malitia, sed ex ignorantia ori-  
tur, talia opera, etiam secundum se bona: cum non sint de  
necessitate salutis spiritualis: dimittenda sunt, ut Cardina-  
lis Caietanus, docuit. Nemo tamen subinde cogitet, in  
gratiam proximi, aut propter euitandum scandalum, licere  
alicui nec vnicum peccatum veniale committere, secun-  
dum S. Thomam, immo neque propter impediendam  
mortem alterius, mentiri villo modo licet. d

\* Et B. Gregorium. D. Gregorius in epistola ad Palladium lib. 8.  
epist. 45. hoc habet.

Vigesimo octauo, quod talis est occasio, quam dat is, qui  
ex aliqua causa occulta vescitur carnibus in diebus ab Ec-  
clesia prohibitis, vel qui ieiuniis præceptis non ieiunat, &  
eos qui propter ignorantiam scandalizari videntur, certio-  
res non facit, ut patet ex prædictis.

Quid restituet animæ proximi  
bona ledens.

45 Restituet quo pacto, qui proximum damnificauit in bonis anima.

**C**IRCA hoc dicimus, quod, qui proximo  
nocuit in bonis animæ: eo quod ad peccan-  
dum mortaliter ipsum induxit, tenetur iux-  
ta vires eniti, ut bonum quod sua opera  
amissit, ipsi restituatur: nam si rerum corpo-  
ralium restitutio est necessaria, multo certè amplius spiritua-  
lium: quæ ad animam pertinet. e Siquidem hæc nobiliora  
bona sunt illis. f Proinde modo, quo nocuit restituere de-  
bet, inducendo eum, quem decepit ad peccandum ad præni-  
tentiā: & opera meritoria consulendo, exhortando, & pro-  
co Deum precibus, tū propriis, tū alienis si opus est, inter-  
pellando, eiuſque conuersione impetrando, reuocare cō-  
tendat: absque tamē peccati occulti manifestatione. Vnde  
constat, quantum oneris contrahat, qui alium ad peccandum  
inducit: quoniam vix dignam restitutionem facere potest:  
siquidem voluntas, quæ semel corruit in peccatū, vix mul-  
tis etiā admonitionibus, consiliis que ad virtutem resurgit,  
secundum Scotum, g in hoc communiter ibi receptum, &  
Adrianum, h & alios alibi. Sed hæc omnia videntur intel-  
ligenda de illo, qui vi, dolo, aut fraude alium ad peccandum  
inducit: ut si pater, dominus, aut paterfamilias auctoritate  
sua induceret filium suum, aut clientem, ut cum alio inimi-  
citas exerceat, aut litteris præditus, aut hæreticus quispiā,  
alteri persuaderet, illū, aut illum contractum non esse vsu-  
rarium: vel illam, aut illam doctrinam esse veram: cum cō-  
trarium esset verum: vel qui susurrando, & falsa renuncian-  
do inter duos inimicitias disseminat Non est autem intel-  
ligendum hoc de illo, qui ad peccandum impulit alium, qui  
scit illud esse peccatum, & potest liberè, & absque villo tim-  
ore, aut erubescencia illius, qui induxit illum ad peccan-  
dum abstinere ab illo peccato, & ab illo resiliere: nam hic  
ad nullam tenetur restitutionem à iustitia præceptam, de  
qua hic loquimur: siquidem nihil commisit contra iustitiā:  
quamquam debet illum ex caritate, sicut alios peccatores,  
& aliquando plus corrigere, id quod eruditè insinuauit, &  
meo iudicio, efficaciter probauit Sotus, i & latius nos nu-  
per tradidimus. k

De quinto præcepto Decalogi, Non occides.

- 1 Præceptum quintum vetat mortem corporis, non animæ.
- 2 Occidunt iuste bellans iuste, & se, vel alium defendens.
- 3 Mors aliena pro medio defensionis propriæ an sit licita.
- 3 Vita proximi quando plus æstimanda, quam res propria.
- 3 Defensio iusta inculpata tutela.
- 4 Fugere quis an teneatur.
- 4 Honorem ob tuendum ut licet alium percutere.

**R**o fundamento dicendorum dicimus primò  
sequentes Concilium Colonienſe, a  
hoc præceptum fuisse interpretatum ab  
eodem, qui illud tradidit, ut patet ex euan-  
gelio b scilicet, quod per illud non solum  
prohibetur homicidium, aut quæuis percussio: verum etiā  
voluntas id faciendi. Etenim, ut docuit S. Thomas rece-  
ptus, c quæ nos sequimur alibi, d & supra e peccata cordis,  
oris, & operis eiusdem sunt speciei.

Secundò dicimus, hoc præceptum tantò melius custo-  
diri debere, quantò potiores ob fines latum fuit, quos in  
dicta additione congesimus: & quod ille infringit illud,  
qui ob vindictam, vel aliquem alium respectum publicum  
vel priuatum iniustū, vult, procurat, aut operatur aliquod  
detrimentum personale, aut corporale notabile proximi,  
non autem qui vult, procurat, aut operatur detrimentum  
animæ: ut ipsummet Concilium sentit.

2 Tertiò, quod sæpe quis licitè alterum occidit. Primo,  
ut iudex publica auctoritate iuxta illud, f Maleficos non pa-  
tieris viuere super terram: secundum S. Thomam, g etiam ob  
furtum, iuxta alterum Thomam, h quæ est communis opi-  
nio i contra Scotū. Secundò in bello iusto, quod etiam au-  
thoritate publica geritur. k Tertiò ob vitæ propriæ defen-  
sionem. l Quartò, quando alter rem suam tuam non potest,  
quod post Caietanum, m & Antoninum, n & Siluestrum, o  
probauimus in cap. olim, p quod opportunè pro hoc facit,  
vbi respondimus ad cap. 2. q. 1 quod secundum Panormita-  
num ibidem cōtrarium probat, in illis verbis, Te tuaque li-  
berando. Respondemus etiam ad rationem, quæ pro illo fa-  
cit: videlicet, quod t tenemur ad magis diligendum vitam  
proximi, quàm nostras fortunas. Respondemus, inquam,  
quod illud est verum in casu necessitatis: extra tamē illum  
maiorē curam habere quis debet rerum suarum ad suam  
suorumque vitam tuendam & ad virtutē exercendam, quàm  
vitæ alienæ, iuxta S. Thomam receptum, q pro quo facit l. v  
vim. r At qui capit aliena titulo alio, quàm necessitatis, nō  
est positus in illa. Quinto, propter defensionem proximi, v  
Innocentius, Panormitanus & Communis, x quidquid dicat  
Fortunius. y Omnes autē hi casus vna in re conueniunt:  
scilicet, quod in omnibus eis peccat occisor, qui ob odiū,  
aut vindictam priuatam occidit: z differunt autem in aliis:  
etenim in tertio casu, qui hominē necat, neque peccat, ne-  
que est irregularis: in cæteris autem licet non peccat, sit ir-  
regularis, iuxta glossam singularem ab omnibus ferè re-  
ceptam. a Item, qui in duobus primis casibus: scilicet, iudicis  
auctoritate, aut in bello iusto occidit, aut iubet occidere,  
potest quidem habere propositum, & animum occidendi,  
propter bonum pacis, & tranquillitatem reipubl. at qui in  
aliis casibus occidit, non potest iuste habere animū occi-  
dendi, nec apprehendere mortem alterius tamquam me-  
dium ad se defendendum: solum enim debet intendere in  
defensionē sui, rerum suarū, aut proximi, licet exinde mors  
aggressoris fuerit subsecuta, ut videtur sentire S. Thomas, b  
& expressit latè ibi Caietanus & Cardinalis S. Sixti, c &  
Abulensis. d Pro quibus faciunt e aliqua dicta S. Augustini:  
quorum præcipuum est in dicto cap. de occidendis hominibus,  
ne ab eis quisquam occidatur, non mihi placet consilium, nisi forte  
sit miles, aut publica functione fungatur.

\* Aliqua dicta S. Augustini. Augustinus hoc habet in epist. 154. ad  
Publicolam. Integra sententia est. Et ea sunt omnia peccata igno-  
rantia, quando quisque bene fieri putat quod male. de occidendis ho-  
minibus ne ab eis quisque occidatur, non mihi placet consilium, nisi  
forte sit miles, aut publica functione teneatur, ut non pro se hoc fa-  
ciat, sed pro aliis vel pro ciuitate, vbi etiam ipse est accepta legitima  
potestate, si eius personæ congruit. Hæc ibi.

Contrarium tamen tenuimus nos, e quod etiam postea  
latè asseruit Sotus. f Primum, quod hæc subtilis limitatio  
videtur noua, & nouitates, qua parte fieri potest, sunt fugi-  
enda: g tum quia vim vi repellere licere, omnia iura cla-  
mant: ut habet prædictū cap. olim. h Tum quia licet cuius  
ferro se petentē occidere. i Tum quia, nisi S. Thomas vbi  
supra hoc insinuasset, nullus præfatorum id tenuisset, & S.  
Thomam id noluisse dicere, satis probat Sotus. k Tum quia  
præfatum Augustini dictum intelligendum est de volente  
occidere alium, quàm aggressorem, vel aggressorem sine  
præcisa necessitate, ut iura iuribus concordent, quod expedi-  
dit. l Tum quod alioqui vix vllus vniquam occideret ag-

a In declarat.  
huius præcep-  
ti.  
b Matt. 5.  
c 1. 2. q. 72. a.  
7.  
d In additio-  
ne. ca. quan-  
do de consecr.  
dist. 1.  
e In præludi.  
9. nu. 2.  
f Exod. 22. e.  
ille. 23. qu. 4.  
g 2. 2. qu. 64.  
art. 2.  
h In dicto ar.  
2.  
i In 4. lib. sen.  
di. 15.  
k Cap. nisi. e.  
noli. ca. quid  
culpatur. &  
cap. militare.  
23. qu. 1.  
23. qu. 1.  
l Clem. 1. de  
homic.  
m In d. q. 64.  
art. 7.  
n 3. p. sit. 4. c.  
3. sub finem.  
o Ver. bulū.  
qua. 2.  
p 1. de re. spol.  
q De homici-  
d.  
r Vt supra ca.  
præced. dictū  
est.  
s In dicto a. 7.  
ff. de iustis.  
& iur.  
v Glo. penul.  
clem. 1. de ho-  
mici. & in  
summa. 15. q.  
8.  
x In se. vero.  
1. de ient. ex-  
co. Pan. in ca.  
penul. de cler.  
perc.  
y Præcisa  
leg. ut vim.  
ff. de iust. &  
iur. num. 24.  
z Capie. cum  
minister. 23.  
qua. 5.  
a Qua est pe-  
nul. clemen. 1.  
de homic.  
b 2. 2. qu. 64.  
art. 7.  
c In c. de occi-  
dend. 23. q. 5.  
d Super Mat.  
c. 5. q. 46.  
e In d. olim.  
f In lib. 5. q. 1.  
art. 8. de iust.  
& iur.  
g Cap. ex par-  
te. de consuet.  
h Et. l. scien-  
tiam. §. qui  
cum aliter ff.  
ad l. Aquil.  
§. l. ff. de vi,  
& vi arm. §.  
l. Cod. unde  
vi. & ibi cita-  
ta in eis per  
glossas.  
i l. sed etsi  
quemcūque.  
ff. ad l. Aquil.  
k Vbi sup.  
l Cap. cum ex-  
pediat. de ele-  
ctio lib. 6. c. l.  
1. C. de in of-  
fic. doti.



gressore sine peccato: quonia omnis inuasus, vt plurimum, concipit voluntatem occidendi, si alia se, suaque tueri nequeat. Tum quod metus mortis, qua est \* secundum Philosophum omnium terribilium maximum, non permittit, vt fragilitas humana tam aequo animo sit, vt percutiendi aggressorem, solum velit se defendere, & non occidere: & ita qui se defendit, etiam vibrando enses, non peccat, etiam si spiculum dirigat in guttur aggressoris: vt recte explicat Sotus. Quare non licet occidere alium, antequam aggrediatur, ne occidatur ab eo, habita opportunitate id faciendi, licet sciatur id eum velle facere: quia nulla iura naturalia, nec humana hoc permittunt in alium, quam aggressorem, vt praeclare Augustinus videtur innuere.

\* Secundum Philosophum. Aristoteles lib. 3. Ethicorum cap. 9. hoc habet.

3 Credimus autem dici posse, quoad hoc, illum aggressorem, qui decreuit occidere alium, nulla mora interposita, qua villo modo possit effugere mortem, nisi praevenerit eum, antequam aggrediatur: qualis videtur esse vxor, qua certo novit se occidendam a marito pugione, quem supposituit cervicali ad occidendam eam dormientem, & non potest fugere conclusa clauae ianua. Non tamen videtur talis, qui occidit insidiatorem suum, nondum aggredientem, a quo tandem certo credit se occidendum, nisi praevenerit, de quo me quidam eruditus interrogavit: quia in hoc casu interponitur magna mora diei, mensis, vel anni, qua posset liberari se absentando, continendo se domi, vel aliquo tuto loco, morte, morbo, aut penitentia insidiantis: quod, vt puto, esse verum quoad forum interius, ita videtur in foro exteriori excusatum iri, si occisus, minatus fuit mortem occidendi: & erat consuetus suas minas exequi: quod Castré. annotavit.

Ité, vt quis in tribus vltimis casibus iuste occidat, oportet, vt circa defensionem obseruet moderamen inculpatae tutelae: vt id solum faciat, sine quo iniuria non posset vitari. Proinde non liceret, se defendere maiori vi, quam sit ad propulsandam iniuriam necessaria, nec consequenter armis, ab eo, qui sine illis inuaditur, nisi quando pugnis inuasoris est ita, aut paulo minus fortis, quam ensis inuasori. Idé nobis videtur, quando nisi se armis defenderet, iniuriam maximam honoris, aut personae pateretur: siquidem & recte quis potest ob suarum rerum custodiam alterum occidere: at honor pluris valet, quam alia bona fortunae, h & iniuria personae maior est, quam fortunarum.

4 Ex quo inferebamus, quod si ille, quem alius aggreditur, non potest absque suo dedecore fugere, non tenetur id facere: & si non potest vitare vulnus, aut aliam, quam sibi alter molitur impingere, nisi ipsum occidendo, poterit occidere. Contra vero, qui iam est vulneratus, vel quem aggressor iam reliquit, & fugit, non potest absque peccato illum occidere: quoniam iam illud est vindictam sumere, & limites defensionis transgredi. Quod limitandum existimo, quando affectus iniuria vulneris, aut aliam, vel aliam, magnam sui honoris iacturam faceret: si fugientem non persequeretur, nam talis posset eum persequi, & percutere tantum, quantum ad sui honoris defensionem opus esset: nam licet illud non esset defendere personam, neque fortunam: esset tamen defendere honorem, quem licet defendere, etiam occidendo, si eo ad id opus esset. Addimus ité, quia multis videtur id expedire, licet res manifesta sit: scilicet, maritum occidentem, aut cupientem occidere vxorem in adulterio deprehensam, peccare mortaliter, quamuis in foro exteriori minimè puniatur. An autem inuasus potens se defendere fuga excusetur ab irregularitate, traditur infra.

**Peccat mortaliter quis contra hoc quintum praeceptum.**

- 5 Occidens, feriens, procurans, & eo gaudens: nisi id faciat, se, vel alium, vel sua bona defendendo, vel sit latro.
- 6 Latro diurnus & nocturnus in quo differunt.
- 6 Occidens casu, & exponens se periculo mortis corporalis.
- 7 Irregularis est occidens maritum alicuius foemina ob sui defensionem.
- 8 Occidens, aut feriens ministros iustitiae, etiam se defendendo.
- 9 Duella mala, vel torneamenta iniens, vel eis assistens.
- 9 Torneamenta quadam sunt licita.
- 10 Mortem alienam desiderans, vel ea se delectans.

- A 10 Delectari potest quis bona, nascente de alterius morte.
- 11 Mortem propriam iratus exoptans, aut vitam abbrevians.
- 11 Excommunicatus qui clericus seipsum percutiens.
- 12 Martyrio se ob tadium vitae offerens, aut optans se non fuisse natum.
- 13 Comedens, vel propinans notabiliter noxia.
- 13 Infante cum tenero in eodem lecto dormiens.
- 13 Mater qua filium suum tenerum admittit in lecto.
- 14 Abortiens, vel abortiendi periculum subiens, vel procurans.
- 14 Irregularis fit quis propter abortum procuratum.
- 15 Bellum ad iniustum pergens, vel in eo militans.
- 15 Restitutio rei lucrifacta in bello iniusto.
- 16 Mortem ad iniustam pergens, vel ab ea non liberans. num. 17.
- B 17 Vindictam non vetans, consentiens illi, vel morti aliquo ex nouem modis.
- 17 Testem ad condemnandum nemo tenetur se offerre.
- 18 Taurorum agitatio quando auctori visa valde crudelis.
- 18 Taurorum agitatio Gallis, & olim Nauarris inconsuetas.
- 19 Taurorum agitatio per Pium V. prohibita vt intelligenda numero 20.
- 19 Taurorum agitationi duellis aquata qui prohibetur interesse.
- 20 Festa sanctorum non tauris, sed iis exhibilandas.
- 20 Taurorum agitatio torneamenti aquata, vt moderata licet.

**H**X praefatis infertur peccare mortaliter contra hoc quintum praeceptum primò, qui iniuste occidit, aut mutilat, aut fustè, vel aliter notabiliter ferit alium, aut quidpiam horum vult, procurat, aut delectatur ea fecisse. Id autem quod Ipannes Maior, admonet, vt confesarius interroget homicidam, quid impulerit ipsum ad occidendum, & quantum temporis in proposito perseverauerit, & quoties decreuerit id facere, & post qua perfecit, quoties meminit, & factum placuit: illa, inquam, admonitio pertinet ad peccatorum circumstantiam, quam numeri vocant, & non pertinet plus ad hoc peccati, quam ad alia. Et quod dicit, toties hominem illum peccare mortaliter, quoties id voluit, debet limitari iuxta illa, quae in ca. 1. c. definita sunt: scilicet, vt non procedat, quando absque interruptione operis exterioris actus interior continuatur, vel absque interruptione actus interioris apparatus exteriores, & praeludia maleficij multiplicantur.

Dixi supra, iniuste, quoniam, qui iuste occidit propter iustam defensionem proximi, vel sui honoris, & rei familiaris, etiam si aliter propriam vitam defendere posset, non peccat: licet irregularitatem contrahat. Quamuis postquam haec scripsissemus, contrarium tenuerit ibidem reuerendissimus Segobienfis Didacus a Leyua, secutus Fortunium, eo quod eiusmodi defensor non peccat: quae ratio fragilis est: cum iudices, aduocati, & testes, & alij sine peccato cooperantes ad iuste damnandum morte delinquentem, non peccent, immo mereantur: attamen irregulares fiunt, secundum omnes, vt dicemus infra, & seruat Curia Romanae stylus, qui ius facit. Quare a communi non est recedendum.

5 Secundo peccat mortaliter, qui noctu, aut diu furem interimit, cum posset illum apprehendere, & se, suaque defendere, non occidendo eum, per resolutionem communem, etenim quamuis magna intercedat differentia, quantum attinet ad forum exterius, inter latronem diurnum & nocturnum, quod hic praesumitur occidere velle, non autem ille, quo ad forum tamen conscientiae nihil est discriminis: quia occisor scit veritatem, cui in hoc foro cedit praesumptio.

Tertio, qui occidit aliquem, etiam propter tuendam suam castitatem, quam adhuc saluo omni honore suo poterat bene defendere fugiendo, vociferando, vel alio modo, iuxta communem opinionem, quam S. Antoninus optimè declaravit. Nec interest, an sit vir, aut foemina sic se defendens.

6 Quarto, qui casu occidit, percutitve aliquem praeter intentionem: sed in culpa fuit in non aduertendo, vel non adhibendo eam diligentiam, quam homines mediocriter prudentes in similibus actibus adhibere solent: ne mors aliqua, vel noxa personalis consequatur: vt si deiiciens tegulas ex aliquo tecto, antequam deorsum eas mitteret, non

a Secundum gl. clem. 1. de homic.

b In l. 1. Cod. quando liceat. unicuique sine iud. se vindicare, c. v. in gl. fin. d. cap. olim plusquam alij. declarauimus.

d Per d. ca. olim. & per d. etiam l. 1. Co. unde vi & per tradita a S. Antoni. 2. par. tit. 7. ca. 8. §. 1. e. lux. praeclaram glo.

f lux. anad glo. sing. com. munis. receptam. dicta le. 1.

g lux. praeclaram in 4. casu supra eo. cap. nu. 2. h Cap. suam. iura gl. ver. modestia. de po. Prouerb. 22. Aristo. 4. Ethico. & gl. extranagat. ad conditoré §. rursus. verba. hono. de ver. signifi. i. l. in seruorum. ff. de pe. k In d. ca. oli. ext. gloss. cum Panor. l. Bald. in re. pot. l. 1. C. un. de vi. m Secundum Richar. in 3. l. sent. dist. 37. n. v. tenet Vi. Ro. de iur. bel. c. 2. & 5. o. v. praeclaram est. p. Cap. inter hac. 33. qu. 2. vbi gloss. fin. & celeb. q. ca. 27. nu. 217.

a 23. q. 5. in fine summa. b In 4. l. sent. dist. 17. qu. 4.

c De poen. dist. 5. nu. 48. & supra. ca. o. num. 14. & seqq.

d Iuxta glo. sing. qua per. n. est. clem. 1. de homicid. recep. per omnes in. & Siluef. verb. homicid. 1. q. 9.

e In l. v. ff. de iust. & in.

f Cap. 27. nu. 209.

g Cap. quam graui. de crimi. fal. & ca. ex literis. de confis.

h In ca. si per. fodiens. de homicid.

i Arg. a. iua. & capi. qui cum ei. adu. de spons.

k 2. p. tit. 7. l. 8. §. 2.



præmonuit transeuntes, nec vllum eius rei signum posuit: aut castigaturus aliquem puerum, non abstulit gladium à cingulo, quo erat eum castigaturus, per quem postea è vagina elapsum, illum occidit, aut lædit. <sup>a</sup> Et addimus, quod ad hoc, vt homicidium casuale sit peccatum mortale, nec ne, parum facit ad rem, an opus vnde mors consequitur, licitum sit, vel illicitum: nam in vtroque casu crimen erit lethale, si præcelsit culpa in non adhibendo debitam diligentiam ad periculum mortis vitandum, & in neutro, si ea fuerit adhibita: quamuis quantum ad irregularitatem plurimum referat, vt Caietanus, <sup>b</sup> sufficienter probauit.

7 Vnde infertur, illud S. Antonini, <sup>c</sup> qui illicitè aliquid aggreditur, quod est causa, vt alium occiderit propter sui necessariam defensionem, non solum peccat id aggrediendo, sed etiam est homicida: quod est intelligendum, quando opus illud illicitum erat quædam via ad homicidium perpetrandum. <sup>d</sup> Vt si intendens tantum percutere hominem interimit, & probatur efficaciter per ca. fi. <sup>e</sup> Per quod defendi potest aliud eiusdem S. Antonini dictum: <sup>f</sup> scilicet, quod qui ad mulierem alienâ ingreditur, eiusque maritum interficit, vt se defenderet ab eo, qui eum inuentum cum illa volebat occidere, est homicida quoad irregularitatem. Talis enim ingressus iure dici potest esse via ad tale homicidium, & subinde præuideri debuisse ab eo illius consecutionem: de quo latius infra. <sup>g</sup>

8 Sexto peccat, qui damnatus ad mortem, occidit, aut percutit ministrum iustitiæ, quo se eripiat: quoniam quoties vis est iusta, resistentia est iniusta iuxta glossam, <sup>h</sup> & Scotum communiter receptum. <sup>i</sup>

Septimo, qui ne timidus, pusillanimus, aut ignauus habeatur, vel per audaciam nimiam decernit deliberatè amittere, aut amittendi periculo exponere vitam, aut membrum aliquod, vel partem eius notabilem, aut inferendi notabile damnum in proximi personam, loco, tempore, vel modo indebito, iuxta mentem S. Thomæ, <sup>k</sup> receptam, & per Caietanum probatam. <sup>l</sup> Dixi, *Deliberatè*, quia subreptio & inconsideratio eius, quod aggrediebatur, ipsum excusare posset à mortali, <sup>m</sup> & probatur per dicta. <sup>n</sup> Neque obstat, quod ex hoc videtur inferri vnum falsum: scilicet latro nem, qui furatur peccare bis: videlicet furando, & se exponendo periculo suspensionis, quia hic agitur de illo, qui per intimiditatem, id est ne habeatur timidus, stultè & directè per se, se exponit periculo perdendi vitam, & c. latro autem non se exponit per se, & directè, nec per intimiditatem eiusmodi periculo, sed per accidens, & per quamdam consecutionem, quod non diuersificat, nec multiplicat speciem peccati, <sup>o</sup> vt ait S. Thomas. <sup>p</sup> Et ideo concedo, quod latro, qui furaretur, ne à fociis iudicaretur timidus mortis, quam propter furtum incurrere posset, bis peccaret.

Octauo peccat, qui aliquo ioco vitatur cum periculo suæ vitæ probabili, puta funambulus super funes in altissimis locis corpus volutans, iuxta Siluestrum, <sup>q</sup> quod, meo iudicio, non procedit quando prudentis arbitrio ille funambulus eis viribus & velocitate pollebat, locisque sic erat appositus, vt sine periculo verisimili talem iocum exercere posset. <sup>r</sup>

Ex quo infertur responsio ad quæstionem: An qui hauriunt, vel dant venenum ad experiendam theriacam mortaliter peccent? Et aliis quidem videntur nõ peccare, concurrentibus his: scilicet, quod qui composuit illam pro homine legali habeatur, & quod eam de consilio insignium medicorum solito de more iuxta præcepta medicinæ composuerit: & quod iam factò in aliquo bruto animali periculo, virtus eius comprobata sit: quodque tam qui dat, quam qui sumit venenum, credit theriacam esse talem, qualis esse debet prædicto modo composita: & nullum subesse mortis, nec alterius notabilis damni corporalis periculum. Aliis tamen aliud visum est, quibus libenter accedo ante periculum, vel experimentum factum: eo quod satis experimenti potest accipi in brutis, post tamen factum non audirem damnare aliorum opinione vsum.

9 Nonò peccat mortaliter, qui aliquod duellum, siue singulare certamen illicitum aggreditur, vel procedit ad torneamenta, aliave huiusmodi exercitia prohibita: vnde vt plurimum cades, vel grauiua vulnera reportantur: vel

ad id alium induxit: vel non impediuit, cum posset. <sup>a</sup>

Dixi, *Vt plurimum, vnde cades, vel grauiua vulnera reportantur*: quoniam multa torneamenta, hastiludia, ludus Troianus, siue cannarum, vel virgarum, quibus equites tecti clypeis ludere solent, aliæque huiusmodi, quæ exercentur, eo adhibito moderamine, quo cades & alia pericula caueantur, non sunt illicita: sed potius permittuntur, <sup>b</sup> quod probat Ioannes Maior, <sup>c</sup> licet quandoque, sed raro mors & vulnera notabilia cõsequantur. Dixi, *Duellum illicitum*: quoniam qui iustum duellum ingreditur, non peccat: quale est illud eius, cui per sententiam iniustam, vita vel membrum eripiendum est, nisi cum accusatore in arenam, & illud duellum descendat: quale est etiam illud Regis, vel Ducis, qui videns se fouere iustitiã, & ab aduersario multò maiori potentia præcelli, quo credit se in vniuersali prælio ab eo superandum: & ideo eligit duellum & singulare certamen, iuxta sententiã Caietani. <sup>d</sup> Nuper autem Concilium Tridentinum, <sup>e</sup> addit multa quoad duelli materiam, quæ supra <sup>f</sup> posita fuerunt.

Decimo peccat, qui interfuit huiusmodi torneamenti, aut duellis illicitis cum magna sui animi voluptate, consensuque deliberato: quod fierent, vel tali intentione spectat ea, vt licet foret sibi interdictum spectare illa sub reatu mortalis culpæ, nihilominus tamen spectaret ea, vel eius præsentia fuit in causa, vt tales ludi fierent, & quamuis extra hos tres casus non erit amplius, quam veniale: nisi ratione scandalii fiat mortale, eo quod spectator sit sacerdos, aut monachus. <sup>h</sup> Dubio autem quotidiano, quod circa hæc mouet cuidam responderetur infra. <sup>i</sup>

Undecimo peccat, qui deliberatè alicuius mortem optat, vt in eius munus, aut officium succedat, vel ne reprehendatur, aut castigetur ab illo secundum omnes: vel etiam quamuis mortem nemini desideret, neque ex alterius cede voluptatem capiat: si tamen animaduertens deliberatè delectatur cogitatione peruersi operis, homicidij, quia inde sibi aliquod bonum, vel vtilitas prouenire posset, vt sentiunt S. Bonauentura & multi alij, <sup>k</sup> quamuis delectari propter bonum vel vtilitatem, quæ ex illa morte sibi oritur, non autem propter ipsam mortem, non esset peccatū, propter ea, quæ alibi <sup>l</sup> diximus. Quin etiam optare licet alterius mortem, aut morbum, aut rei familiaris iacturam, in finem, vt conuertatur ad Dominum: vel ne tot, tantæque facinora perpetret, vel in alium finem honestum, & sanctum, iuxta Alexandrum <sup>m</sup> & S. Thomã, <sup>n</sup> vt multi sanctè desiderant mortem Turcarum Principi, si non se conuertat, vt Deus Christianismum liberet ab eius tyrannide: immo & inimicis Christianis iniustè nos persequentibus, quando aliud non adesset commodius remedium, possemus ob hunc finem desiderare eam, vt speciatim tradidit Sotus. <sup>o</sup>

Duodecimo peccat mortaliter, qui deliberato animo sibi mortem, aut membri mutilationem præ ira, impatientia, dedecore, paupertate, aut pro quouis alio infortunio exoptat. <sup>p</sup> iuxta B. Augustinum <sup>q</sup> & S. Thomã receptum: quoniam nemo est dominus, saltem quo ad hoc, suæ vitæ, aut suorum membrorum, <sup>r</sup> & ob alias rationes, quas B. Thomas, <sup>s</sup> adducit. Proinde si ea de causa, cum esset clericus, aut monachus, sibi ipsi manus iniecit, excommunicatione incurrit, iuxta Ioannem Andream Panormitanum Felinum & alios omnes. <sup>t</sup> Nõ autem illam incurrit, qui zelo deuotionis pectus pugno, faciem palma, vel corpus, vt cohiberet, disciplina percutit. Neque etiam, iudicio nostro, si talis est percussio, vt sibi licitè eam posset inferre: licet non consentire, vt sibi ab alio inferretur: qualis est capillos, aut barbam vellere, se alapis cedere ob mortem parentum, aut amicorum, iuxta mentem omnium doctorum, <sup>x</sup> quamuis nullus eorum hoc expresserit.

\* Iuxta B. Augustinum. Augustinus in primo de ciuitate. cap. 17. & 18. & 19. & 20. multus est vt ostendat nulla vquam ratione homini licere seipsum interficere quæ à Gratiano. cap. si nõ licet 23. quæst. c. aliqua ex parte collata sunt, quale illud est cap. 17. Si non licet priuata potestate alicui hominem occidere vel nocentem cuius occidendi licentiam lex multa concedit, profecto etiam qui seipsum homicida est, & tanto sit nocentior, cum se occiderit, quanto innocentior in ea causa fuit, qua se occidendum putauit & cap. 20. Neque enim frustra in sanctis canonicis que libris nusquam nobis diuinitus præceptum permillumque reperiri potest, vt vel ipsius adipiscenda immortalitatis, vel vllius curandi cauedique mali causa, nobismetipsis necem inferamus, nam & prohibitos nos esse intelligendū est, vbi lex ait. Non

a Cap. ad au dientiam. ca. lator. capi. prebyterum. de homicid. l. sp. putator. ff. ad l. Aquil.

b l. 2. qm. 64. ar. 18. c. 3. pa. tit. s. c. 8. §. 1.

d lux. mentem Caietan. in dict. ar. 8. e De homicid. lib. 6. f In dicto §. 1.

g Ca. 26. nu. 238.

h l. vt vim ff. de iur. & iur. i In 4. li. sententia. 15. q. 3.

k 2. 1. q. 126. ar. 1. l. in sum. ver. similitudo. m Caiet. ibidem. n In c. 11. supra. nu. 4.

o Ar. l. si quis ne cau. am. ff. de reb. cred. cum multis ibi citatis per reuocatores. p l. 2. qm. 18. ar. 11. q. Verb. ar. s. quæst. 8.

r Arg. extra uagan. l. lon. xxx. de torneament.

a Ca. monda chiam. 2. qu. 5. ca. 1. & 2. de cleric. pug. in duello. & cap. 1. de torneament.

b Per extra uagan. l. de torneament. c In 4. li. sententia. dist. 15. q. 5.

d 2. 2. qm. 95. ar. 8.

e Sess. 25. ca. 19. de reform. mar. f Cap. 11. nu. 39.

g Syluester verb. duellu. 3. h Angel. in interrog. s. præcepti. i In fine nu. 27.

k Indi. 24. in exposit. littera. post. 4. q. Alex. Alenf. 2. p. tracta. de peccat. veniali. & Caiet. in summa. verb. delectatio morosa. l. Capit. inter verba. 11. qu. 3. & in addi. cap. quando. de conse. d. 1. m In tract. de maledi. n 2. 2. qm. 30. ar. 2. o Lib. 5. q. 12. ar. 2. de iust. & iur. p Ca. si non licet. 23. quæst. 5. q. Lib. 1. de ciuit. Dei. r 2. 2. qm. 64. ar. 5. & Oliverium Malhart. de triplici radio. in sermone 8. Aduent. s. l. Liner. homo. ff. ad le. Aqu. c. cõtingit. de sentent. excom. t In d. cap. s. v In d. c. contingit. 1. de sentent. excom. x In d. c. contingit.



occides. & paulo post. Non occides, non alterum, ergo nec te, neque enim qui se occidit aliū quā hōmīnē occidit. Hæc ibi & multa alia.

12 Decimotertio peccat, qui seipsum offert, vel habet animum offerendi ad martyrium principaliter ob vitæ suæ tædium, vel alium finem indebitum, quā ob sanctæ fidei Catholicæ amorem.<sup>a</sup>

Decimoquarto, qui vult vitam decurtare, aut decurtat per abstinentias, quas scit, & aduertit esse indiscretas, etiam si absque intentione abbreviandi eam, id faciat: sed aduertit quod eam decurtat, \* iuxta sententiam B. Hieronymi,<sup>b</sup> & vtrumque Thomam, <sup>c</sup> quamuis id velit, aut faciat, quò melius Deo pro peccatis suis satisfaciat.

\* Iuxta sententiam B. Hieronymi. Caput non mediocriter de consecratione dicitur. nomine Hieronymi citatur, sed non extat apud eundem, nisi quod pars capituli quæ incipit melior est quinque psalmorum reperitur apud Hieronymum in regula monach. cap. de cõtemp. orat. & lectio. citatur à Polycrate li. 3. c. 25. sine auctoris nomine.

Dixi, Quas scit, & aduertit esse indiscretas: quia non videtur esse mortale, si se bonum opus facere existimat: immo neque veniale, si faciat id existimans probabiliter eas non esse indiscretas secundum Caietanum. <sup>d</sup> Id quod etiā Gerson <sup>e</sup> videtur sentire.

Decimoquinto, qui propter aliquod infortunium cupit deliberatè se numquam natum fuisse.<sup>f</sup>

Decimosexto, qui coniecit, aut fuit causa coniciendi aliquem in carcerem iniustè: siue sit iudex, siue non, & insuper tenetur totū damnū, & iniuriā, quam intulit cõpèlare.

13 Decimoseptimo peccat, qui ægrotans, aut sanus comedit, aut bibit aliquid, aut dedit alteri fano vel ægroto comedendum, aut bibendum, probè intelligens, vel intelligere debens, sibi vel alteri inde graue aliquod nocumentum salutis euenturum, <sup>h</sup> maxime si illa medicus interdixerat: atqui si damnū sit exiguum, nō erit amplius, quā veniale, secundum eundem.

Decimooctauo, mater vel nutrix, quæ tenellū infantem, ne eiuler, aut ne ipsa surgēs è lectulo frigoris intemperiem patiat, in suo lecto noctu ita collocat, vt periculum imminet inter dormiendum puerum suffocadi, siue suffocet eum, siue non. <sup>i</sup> Atqui nō peccat, saltem mortalitèr, si non est tale periculum verisimile, etiā si casu eum suffocet: puta, quia cubile est amplum, & puerum à se longè posuit, neque dormiens subinde locum solet mutare, immo vbi semel se collocat, ibidem solet persistere.<sup>k</sup>

14 Decimonono peccat, qui mulierem grauidam, cum nosset illam vterum gestare, ita grauitèr afficit, siue sit maritus, siue alius, vt in probabile periculum abortus ipsam coniciat, etiam si postea non abortiatur: sicut è contrario, si in tale periculum probabile illam non impulit, etiam si postea abortiatur, non ideò peccat mortalitèr, <sup>l</sup> quamuis nō fiat irregularis, si fœtus caret anima rationali, <sup>m</sup> neque ea de re dubitatur. <sup>n</sup> Fœtui autem si masculinus sit, ad diem 40. infunditur anima, si verò fœmineus ad diem 80.<sup>o</sup>

Vigesimo peccat mulier grauida, quæ procurat abortum, sumendo pharmaca in eum finem confecta, vel nimio labore corpus defatigando, vel quocumque alio modo, etiam si effectus non sequatur: nam vt quis lethalitèr delinquit, satis est malum animum habere, vel culpam, quam latam appellat, admittere. <sup>p</sup> Immo etiā si absque proposito abortiendi facit aliquid, quo tali periculo probabiliter se exponit: vt cum graui oneri humeros supponit, vel immoderatis laboribus corpus vexat, vel tripudiis, aut choreis nimis exultat, iuxta mentem B. Antonini. <sup>q</sup> Atqui si iocus est leuis, & moderatus, & periculo carens, non peccat mortalitèr, etiam si postea eam consequatur abortus.<sup>r</sup>

15 Vigesimo primo peccat, qui proficiscitur, aut vult in bellum proficisci, sciēs illud esse iniustum, saltem ex parte illius, cui vult opem ferre. <sup>s</sup> Immo etiam si eo pergit stipendiis solius intuitu, nihil attendens, an iustū sit vel iniustū, siue sit subditus, siue nō. <sup>t</sup> Quin etiam si scit, bellū esse iustum, vadit tamen cum intentione deprauata principalitèr inimicos occidendi, aut prædā, & rem omnem deuastandi, quāuis in hoc casu nō obligetur restitutioni. <sup>v</sup> Neque etiā in 2. casu, si bellū est verè iustum, propter eandē rationem. Verum est tamen, subditū posse iustè ad bellū proficisci ( si imperio domini sui admonitus pergat ) etiam si non secum præmeditetur, an sit iustū, dum tamen credat esse tale. <sup>x</sup>

Neque vlla est differentia inter subditum & externum: qui ante belli exordium eidem Principi inferuiebat, secundum Caietanum.<sup>a</sup>

16 Vigesimo secundo, qui fert, aut vult ferre iniustè mortis sententiam, aut alterius nocumenti corporalis contra aliquem. <sup>b</sup> Vel si iniustè morti damnatum nō liberat, cum id facere possit iuxta illud. <sup>c</sup> Erue eos qui ducuntur ad mortem: vel inuaso ab inimicis suis, cum possit, non subuenit, secundum B. Ambrosium, <sup>d</sup> si tamè commodè verbis, aut opere, absque suo periculo, potest suppetias ferre, alioqui minime tenetur, nisi esset officarius publicus, qui etiā armata manu debet defendere eum, què sibi videtur defendere posse, secundum S. Antoninum. <sup>e</sup>

17 Vigesimo tertio, qui suo testimonio aliquem ab iniusta morte, pœna damni, vel infamia, potest liberare, & non vult testificari id, quod nouit, etiā si non iubeatur id facere: neque saltem facit, quod in se est, denunciāns veritatem ei, qui potest prodesse, <sup>f</sup> S. Thomas, <sup>g</sup> Gabriel, <sup>h</sup> nisi per confessionem sacramentalem tantum id nosset: tunc enim tenetur tacere, & non intrmittere se ad liberandum eū, etiā si statim esset suspendendus, ac si nihil penitus audiisset: nō enim nouit, an reus data opera delictū illud in ea confessione subticuerit. <sup>i</sup> Nullus tamè se tenetur offerre ad testimonium ferendum, quo aliquis condemnatur, nisi quādo iuxta iuris formam esset à iudice cõstrictus, etiam si accusatori exinde periculum immineret: quia ille sponte sua se in id periculū ingessit: reus autem inuitus, secundum eundem S. Thomam, <sup>k</sup> nisi quando accusator, quia obligatur ad id in conscientia, accusat, <sup>l</sup> qui verò contra aliquem falsum protulit testimoniū, ob quod ille est in periculo perdendæ vitæ, debet suum testimonium reuocare, & omnem suam operam adhibere, vt illum eripiat, etiā si ob id oporteat eū perdere vitam. Quamuis qui aliū occidit, ob quod alius cū periculo vitæ suæ est in carcere, non videtur obligatus seipsum prode, seque periculo propriæ vitæ amittendi exponere: quod Sotus videtur insinuare, <sup>m</sup> cuius sententia, iuri cõformior videtur illa, quam habuit Medina, <sup>n</sup> oppositam præcedenti, fundans se magis in caritate, quā in iustitia.

Vigesimo quarto, qui cum aliqua affectus esset iniuria, sciretque cognatos suos, vel amicos vindictā sumere vellet, non vetuit eis id expressè. <sup>o</sup>

Vigesimo quinto, qui esto, quod nihil facit, nec vult facere ex supradictis, tamen consentit in eo aliquo modo ex nouem illis supra à nobis P. expositis, puta imperādo, consulendo, præbendo consensum, laudando, malefactorè recipiendo, vel ipsum adiuuando, vel non impediendo verbis, operibus, aut monitu: cū id posset, & teneatur facere. <sup>q</sup>

18 Vigesimo sexto peccat, qui agit, vel facit agitare tauros. Circa quod interrogatus Madritij, vbi Curia Regia residet: An ludus agitationis taurorum sit peccatum mortale? Respondi sequentia. Primum, ante septuaginta annos me corā cõfessario Cõpluti accusasse, quod cum essem adhuc puer illius academiæ scholasticus, taurorū agitationis spectaculo interfuissem. Secundū, quod quia tūc vidi duos aut tres homines, à quodā tauro feroci immanitèr dilaniari, statui nūquā amplius eorū agitationis spectaculo interesse: & ita nūquā amplius interfui: nisi semel Salmaticè ad id coactus vi muneris decanatus & patronat<sup>o</sup>, quo in quodā viro doctissimo ad doctoratū protehèdo, de moreungebat, vbi Dei gratia nullum detrimentum acceptum fuit.

Tertium, quod ab hinc 20. & 30. annis libenter subscripsissem, prædictā agitationem esse peccatū mortale. Tum quia sic audiueram à præceptoribus meis Parisiēsis, qui celeberrimæ illius academiæ Complutensis fundamenta iecerunt. Tum, quod in Gallia non solent sic agitari: cuius rei causa non est, quam aliqui existimant: scilicet, quod sint cicures & mansueti: nostra enim ætate Tholosæ quædam Vacca, quam prædices quidam Burgensis Hispanico more in amplo suæ domus pauimento agitare fecit, ipsūmet, ascensu aliquot scalarum gradibus, interfecit. Tum, quod eiusmodi agitationis spectaculum multorum peccatorum superbiæ, vanæ gloriæ, luxuriæ, gulæ, iræ, & aliarum specierum occasionem præbet. Tum, quod, vt antea in hoc ipso loco diximus, illiciti sunt ludi, in quibus vt plurimū occisiones & magna vulnera cõtingūt: qualia in hac agitatione

a Syluester. verb. martyrium.

b In cap. non mediocriter. de consecr. d. 5. c. 2. q. 147. art. 2.

d Disto ar. 2. c. In 4. pa. in sermo. Dom. 2. Quadrag. f. Alexand. si su. de Accidia.

g Ca. non sa ne. 14. qua. 5. vers. sup. lo. x. Co. de prius. car.

h Innocen. re cept. in capit. tua. de homicid. arg. ca. si. de iniur. c. l. qui occidit.

i ff. ad l. Aquil. i. Arg. c. cons. soluti. 2. qu. 5. c. fin. de his qui fil. occidunt.

k Lux. mentè Pan. in d. ca. fin. c. Caietan. 2. q. 2. q. 2. q. 2. q. 2.

l Arg. c. sicut ex literarū. de homicid. aduentus qua ibi ait Pan. in d. c. Anton. 2. p. titu. 7. c. 8. §. 1.

m Capi. aliquando. cum seq. 32. qu. 2. n. Gloss. in ca. si aliquis de homicid.

n Iuxta gl. re ceptam in sū ma 5. di. per il lum text.

p Capi. i. de præsumpt. ca. si quis per negligentiam. de consecr. di. 2.

q 2. p. tit. 7. c. 18. §. 1.

r Iuxta. Pan in d. ca. sicut. s. 23. qu. 1. in princ.

s Caietan. in sū. ver. bellum. p. 2.

v Iuxta sent. Caietan. 2. q. 40. art. 1.

x Capi. quid culpatur. 23. qu. 1.

a In summa ver. bellum. p. 2.

b Capi. omnia. 45. di. ca. 2. de re iud. lib. 6.

c Prouer. 24. d. In capi. non in inferenda. 23. q. 3. c. l. de offic. c. 27.

d 2. p. tit. 7. c. 8. §. 2.

e Arg. c. 1. de crimi. fals. g. 2. q. 70. art. 1.

f In 4. l. senten. diff. 15. q. 6. art. 2. c. d. h.

g Io. Maior in 4. l. senten. diff. 31. qu. 1.

k Dista qu. 70. art. 1. l. v. in c. inter verba. 11. qu. 3. copiosius diximus.

m Lib. 4. qu. 6. a. 3. de iust. & iur. in c. de pa.

o Ca. Petrus. de homicid.

p In c. 11. m. 15.

q Vbi dicitur. d. d. m. est.



contingere videtur. Tum, quia ut ille Capitaneus Ioannes ab Azpilcueta, & Xavier ( qui fuit frater illius celeberrimi \* Francisci à Xavier, vnus è tredecim, qui ordini Societatis Iesu longè illustri & frugifero initium fecerunt, tam fortis gladio corporali, quàm ille spiritali ) dicere solebat, in his taurorum agitationis ludis, viros magis ad fugiendum hostem, quàm ad expectandum sese assuetacere: ob idque numquam huiusmodi ludis intererat. Tum quòd torneamenta iure canonico prohibentur, \* adeo vt qui in illis moritur, quamuis confessus, & sacra communione munitus decedat, non sit in sacro loco sepeliendus: & agitatio taurorum torneamenti similis videtur. Ergo de ea idem erit ius. <sup>b</sup>

\* *Francisci à Xavier, vnus è tredecim.* Hic est ille clarissimus Franciscus Xavier Societatis Iesu ex Patribus vnus è primis, qui in India longè lateque fidem Christi propagauit. de quo inferius Nauarrus cap. 24. nu. 10. fusillime agit. Fallitur autè Nauarrus cum scribit tredecim Patres huic ordini initium dedisse. Solùm enim decem Patres hanc Societatem inchoarunt, quorum hæc sunt nomina. Ignatius de Loyola reliquorum omnium parens, & totius ordinis institutor, Petrus Faber, & Iacobus Leinos, qui post Ignatium toti Societati præfuit, Claudius Iouius, Paschasius Broet, Franciscus Xavier, Alphòsus Salmeron, Simon Rodericus, Ioannes Coduri, & Nicolaus de Bobadilla. Hi hoc ordine in bulla approbationis à Paulo III. edita anno 1520. 5. Cal. Octob. quæ incipit Regimini, quæ est 21. inter ipsius constitutiones enumerantur: qui antea Lutetia. r. anno 1533. & 1534. in vnũ quasi corpus coaluerant, cum ibi omnes litteris operam darent: ex quo apparet Societatem hæc Academiam Parisiensem tamquam parentem debere agnoscere, & venerari quemadmodum facit. Vide Ribadeneram lib. 2. Vitæ Ignatij. cap. 4.

Sed post ab hinc decem annis & citra, non sum ausus id asserere, immo, vt id facerem à multis seruis Dei selectis opportunè & importunè rogatus, respondi, quod agitatio taurorum cum moderamine, & debita cautela de se nõ est peccatum: sanctissimam tamen fore legem, quæ illam prohiberet: quoniam rarò cum debita cautela, & moderamine exercetur: quem legem, nunc postea quam ego in Vrbe appuli, sceli. record. Pius V. Põtifex maximus mira pietate, prudentia, & in viam Domini oves suas dirigendi desiderio ardès tulit, & promulgauit: Kal. Nouembris anni 1567. in hæc verba.

*PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

**D** E salute gregis Dominici nostra cura diuina dispositione crediti, prout ex debito pastorali officij adstringimur, sollicitè cogitantes, fideles cunctos gregis eiusdem ab imminentibus corporum periculis, etiam ab animarum perniciis, perpetuò arcere studemus. Sanè licet detestabilis duellorũ vsus à diabolo introductus, vt cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex decreto Concilij Tridentini prohibitus fuerit, nihilominus adhuc in plerisque ciuitatibus, & aliis locis quamplurimi ad ostentationem virium suarum & audacia in publicis priuatisque spectaculis cum tauris & aliis feris bestiis congregari non cessant, vnde etiam hominum mortes, membrorum mutilationes, animarumque pericula frequenter oriuntur, &c.

Nos igitur considerantes hæc spectacula, vbi tauri & fera in circo, vel foro agitantur à pietate & caritate Christiana aliena esse, ac volentes hæc cruenta, turpiaque demonum, & non hominũ spectacula aboleri, & animarum salutem, quantum cum Deo possumus providere, omnibus & singulis Principibus Christianis, quacumque tam Ecclesiastica, quàm mundana, etiã Imperiali, Regia, vel quauis alia dignitate fulgentibus, quouis nomine nuncupentur, vel quibusuis communitatibus, & rebus publicis hac perpetuò nostra constitutione valitura sub excommunicationis & anathematis pœnis ipso facto incurrendus prohibemus: & interdiciamus, ne in suis prouinciis: ciuitatibus, terris, oppidis, & locis huiusmodi spectacula, vbi taurorum ferarumve agitationes exercentur, fieri permittant.

Militibus quoque, ceterisque aliis personis, ne cū tauris, & aliis bestiis in præfatis spectaculis ipsi tam pedestres, quàm equestres cõgredi audeant, interdiciamus: quod si quis corum ibi mortuus fuerit, Ecclesiastica careat sepultura.

20 Clericis quoque tam regularibus, quàm secularibus beneficia Ecclesiastica obtinentibus, vel in sacris ordinibus constitutis, sub excommunicationis pœna ne eis de spectaculis intersint, similiter prohibemus. Omnèsque obligationes, iuramenta & vota, à quibusuis personis, vniuersitate, vel collegio de huiusmodi taurorum agitatio-

**A** ne, etiam vt ipsi falsò arbitrantur, in honorem Sanctorum seu quarumvis Ecclesiasticarum solennitatum, & festiuitatum, quæ diuinis laudibus, spiritualibus gaudiis, piisque operibus, non huiusmodi ludis celebrari, & honorari debent, hæcenus factas, & factas, seu in futurum fienda, quæ & quas omnino prohibemus, cassamus, & annullamus, ac pro casis, nullis & irritis haberi perpetuò decernimus, atque declaramus.

**B** Mandamus autem omnibus Principibus, Comitibus, & Baronibus S. R. E. feudatariis sub pœna priuationis feudorum, quæ ab ipsa Romana Ecclesia obtinent: reliquos verò Principes Christianos, & terrarum dominos prædictos hortamur in Domino, & in virtute sanctæ obedientie mandamus, vt pro diuini nominis reuerentia & honore præmissa omnia in suis dominiis ac terris huiusmodi exactissime seruari faciãt, vberimam ab ipso Deo mercedem tam boni operis recepturi. Ac vniuersis venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque locorum ordinariis in virtute sanctæ obedientie, sub obtestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ, præcipimus, quatenus in ciuitatibus & diocesis propriis præfentes nostras litteras sufficienter publicari faciãt, & præmissa etiam sub pœnis & censuris Ecclesiasticis obseruari procurent. Non obstantibus constitutionibus, &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1567. Kalend. Nouembris Pontific. nostri anno secundo.

**C** \* *De salute.* Hæc bulla est 43. inter Pij V. constitutiones cui aliam similem edidit Gregorius XIII. quæ est 103. inter ipsius constitutiones & incipit. Inter Apollolicas.

**D** 21 Huius extrauagantis definitionem limitarem, salua sanctæ sedis Apostolicæ censura, ne procederet in agitatione taurorum, vel aliarum ferarum ita moderata, vt probabiliter credi possit, eam non consecutura notabilia nocumenta personalia, puta mortes, vulnera, ossium rupturas, & id genus alia, Tum, quia ratio & finis, quæ mouerunt eius latorem ad eam edendam, fuit, quia frequenter ex huiusmodi agitatione cõsequeretur talia, vt colligitur ex præmio eius, vnde solet causa finalis legis conici, \* quæ cessant in agitatione, vt supradictum est, sic moderata, & ita cessare debet etiã eius dispositio in ea, & iuxta limites rationis legis debet restringi, vel extendi lex. <sup>b</sup> Tum quia licet prohibita sint absolutè torneamenta, <sup>c</sup> permittuntur tamen illa, quæ cum moderatione prædicta sunt, quia in eis cessat ratio illius prohibitionis absolutæ, vt <sup>d</sup> dictum est, & probatur in extrauagant. r. <sup>e</sup> & vsus totius Christiani orbis obseruat. Tum, quia videmus vbique, etiã in vrbe, passim agitari tauros, boues, & bufalos chordis longis pedes vel cornua ligatos, etiam per medios calles transitu hominũ frequentes: quod tamen nemo, etiam post prædictã extrauagantem damnat, quamuis aliquando cõtingat aliquod notabile nocumentum. Immo quotannis in carnispruio solennis cursus equorũ, bufalorũ, equarũ, & asinorũ, brauiis preuertenti propositis in vrbe celebratur: quamuis casu infidentium & occurru eorundem nonnumquam prædicta mala contingant. Tum, quia multi viri, eruditione, pietate & religione clari, qui damnabant agitationes taurorum eo modo, quo communiter fiebant, approbarunt agitationes illas, quas ter maxima illa domina Isabella huius nominis prima, Regina Catholica permittebat, cornuum cuspidibus præcis, & nimia agitantium temeritate cõcercita, tutisque refugiis opportunè constitutis.

**E** Ex quo inferitur, quòd etiam ante hanc constitutionem damnandum erat studium illud, quo multi magnates Hispani quærebant, & conseruabant ferocissimos tauros, qui ante in circis agitati aliquos occidissent, & iudicium illud crudele, quo iidem & alij fere omnes iudicabant spectacula taurorum prædicta, in quibus nulli occiderentur, vel vulnerarentur, esse frigida, & insipida, & vituperio digna. Et quamquã agitationes, vt profertur, moderatas non auderem danare, etiam post hanc extrauagantem longè tamè melius arbitrarer, loco illarũ vt aliis ludis, quibus Gallia, quæ hilarior videtur vtraque Hesperia, ad hilarandum populum & publicam latitiam significandam, tempore meo vti solebat, puta supplicationibus publicis, hastiludiis equitum, vel peditum pugnis vmbrailibus aduersus dracones fictos, vel effigies hominum armatas, quæ se percutientes in vno brachio repercutiunt altero, exercitiis arcuum, ballistarum, scloporum, pilæ, luctæ, cursus, globorũ ligneorum tum manu, tum claua, vel malleo impulsorum, chorearum

a l. ff. de ha red. institut. & cap. quia propter. de elect. cum eis adnot. b Arg. l. cum pater. §. dulcissimũ. ff. de leg. 2. & l. adigere. §. quã nis. ff. de iur. patron. c. suggestum. c. meminimus cū adnot. eis à Pano. ab aliis recepto. de appel. & c. quoniam contra falsam. de probat. c. Per ca. 1. de torneament. d Supran. 9. e De torneament.



honestarum cum vulgatum, cum noue inuetarum, & pel- lis & follis Lusitanis, & alius id genus exercitiis, quibus homines non solum recreantur, sed etiam ad bella & alias artes honestas habiliores redduntur. Sunt autem pellic puelle parue ditissime ornatae, quae virorum agilitum & saltantium humeris insidentes, manuum & brachiorum, ac totius corporis gestulatione plurimum, ac honeste spectantes delectant. Follis vero sunt manus iuuenum circa grande tympanum saltantium, canentium, & sistrarum sonorum agitatione mirè populum exhilarantium sine vlla vilis iactura.

Ad quid teneatur qui alium occidit, aut percutit.

SVM M A R I V M.

- 22 Homicida liberi, vel serui quid restituere debeat.
23 Homicida quas impensas restituere teneatur.
24 Homicida an teneatur se carceri offerre.
25 Homicida quid teneatur soluere cognati.
26 Fur & alij rei etiam puniti publica poena restituant damna.
27 Occidens defendendo se sine moderata tutela punietur mitius, quam aggressiens, sed restituet quantum ille.
28 Duella qua inter particulares milites exercituum licent.

VEGESIMO SEPTIMO peccat mortaliter, qui alium iniuste occidit, & non vult satisfacere. Circa quod dicimus primò: quòd Scotus cui satis consonat Adrianus, ait primò, esse illicitum putare, eum, qui bouem proximi necat, teneri ad restitutionem: non autem, qui proximum ipsum occidit. Contra quos tamen faciunt multae leges & vt illa, quae habet, hominem liberum nullo pretio aestimari posse, & alia d quae sic habet: Illi homini libero, qui praeteriens per viam publicam percutitur re aliquo a proiecta, aut cadente ex aliqua fenestra, debet medicamentis impensas & stipendia, qua sanus lucrificasset, non autem quidquam pro deformitate aut cicatrice inde relicta, corpus enim liberum nullam recipit aestimationem. & illa e quae statuit, quòd quamuis contra dominum alicuius animalis, quod occidit aliquem seruù, vel aliud animal, eius dominus habet actionem, & ius petendi medicamentis impensas & stipendia, quae alioqui lucrificasset, nihil tamè potest petere pro cicatrice & deformitate, neque etiam si occidatur, quod etià dixit Azo & clarius asseruit Ostiensis. Itaque sit resolutio, cum qui occidit, aut percutit aliquod animal brutum proximi, vel seruum, teneri illi restituere tantum, quanti valet id, quod occidit. Immo & quantum minoris valet ob deformitatem ex vulnere relicta: & quòd etià, qui percutit hominem liberum, teneri ei restituere medicamentis impensas, & stipendia, quae sanus lucrificasset, tempore medicationis, & tempore totius vitae, quatenus ob illam percussione ad illa lucrificanda inhabilis esset effectus, deformitate autè ex vulnere relicta nullatenus tenebitur compensare. Qui vero liberum hominem occidit non teneretur ad soluendum quidquam pro vita, quam abstulit, quamuis sic pro eo, quod in se medicando impendit, antequam obiret, & pro damno, quod filij & haeredes eius perpepsi sunt, vt statim dicemus. Immo etiam id, quod in eius funere moderato iuxta consuetudinem personarum eiusmodi conditionis expensum est: quia causa fuerit eiusmodi sumptus, quamquam hoc vltimum nemo vsque ad nos expressit.

23 Secundò dicimus, quòd idem Scotus ait huiusmodi hominem debere patienter perferre mortis poenam sibi iuxta legem inflictam, etiam si suis propriis manibus non teneatur sibi illam consciscere: quòd quidem rectè dictum est. Neque etiam iudicio meo, teneretur vinculis & carceribus, aut morti inferendae se ipsum offerre, etiam si hoc facere saluti suae animae valde conducere.

Tertiò quòd idem ait, quòd si poena mortis non subeat, saltem expediret reliquum vitae tempus contra infideles transigere, quòd si hoc non placet, debet aliqua restitutione ad iudicium boni viri homicidium compensare, satisfaciendo operibus spiritualibus, quae tanti esse videantur, quanti vita hominis interfecti aestimanda erat, secundum aequipollentiam, seu aequalitatem, quae in hac re inueniri potest: verum tamen hoc non arbitramur esse necessarium per supradicta.

24 Quartò, quòd ipsemet dicit, quòd vltra haec teneretur refarcire paribus, filijs, aut cognatis occisi quaecumque iacturam, quam illi ratione necis perpepsi sunt, quod quidem iustum est. Vnde Panormitanus, apertius rem totam explicans dicit, tantum haeredibus defuncti restituendum esse, quantum ille viuens suo labore, aut arte lucrari poterat, quòd quidè videtur iure quinquaginta aureis aestimatum esse, vt intellexit singulariter Ostiensis.

Quinto dicimus, quòd ex his inferitur id, quòd Ioannes Maior asseruit, nempe cum vinculo maioris restitutionis alstringi, qui tutorem, aut quemuis alium artificem mechanicum, quam qui nobilem aliquem occidit, etiam si grauius crimen admittat, qui hunc occidit, quam qui illum.

25 Interrogatus, An homicida, latro, aut aliquis alij reus, quem iudex puniuit, ad soluendum damnum, quod parti intulit teneretur? Respondetur, quòd est quaestio quotidiana, & à paucis declarata, quam tres, cum tres glossas solentes, prelegeremus, tetigimus, & postea obsequentes voluntati Reuerendi admodum domini, simul & amici mei P. Pradani Illustrissimi ordinis Societatis Iesu determinauimus, concludentes, quòd sic. Quia lex naturalis, & diuina obligat eos ad restituendum damnum parti, antequam à iudice puniatur & illa poenitentia, quae in vindicta publica irrogatur, est compensatio iniuriae reipublicae illatae, & quae non liberat à debito, quo parti teneretur: cum qui duobus diuersas res debet, non liberatur soluendo vni, quod ei debet, nec soluendo vni, quod alteri debet & consequenter qui publicam poenam passus, habuerit, quo priuato damno id satisfaciatur, soluere debet, & hoc sentit Innocentius, si bene ponderetur. Nec obstat, quòd Felinus, & alij multi ex glossis praedictis colligunt, scilicet, eum qui ob delictum luit in corpore, eo quòd non habet in se, ad poenam pecuniariam non teneretur: quamuis postea satis bonorum ad soluendam eam acquirat: quia aliud est dicere, què propter poenam corporalem à pecuniaria excusari, quòd illa glossa probant, & aliud dicere, què propter poenam corporalem à soluendo interesse parti excusari, quòd illa non dicunt, & nos asseruimus, id quòd etiam sentit Iason, quòd tamen nobis limitandum videtur, quando pars laesa vellet, vt delinquens per poenam corporalem, non solum Reipub. sed etiam sibi satisfaceret. Ex quo sequitur, quòd haeredes eius, qui decollatus, vel suspensus est per sententiam, obligantur ad refarcie dum damnum, quòd intulerat parti, sicut ad soluendum alia debita, immo & Fiscus, si eius bona confiscata fuerint.

26 Sextò diximus, inter Scotum & Communem vbi supra conuenire, quòd non solum homicida, sed etià percussor teneretur omnes expensas restituere, quas percussus in se medicando fecit, & insuper quidquid lucrificasset ex arte vel officio suo quadiu malè habuit, immo & quidquid magis in reliquo vitae tempore suo labore ob id lucrificare poterat. Vnde confessarius non debet eum, qui occidit, aut qui percussus absolueret, nisi prius illatum damnum compenset, aut re vera proponat restituere, iuxta omnium sententiam: quòd quidem totum intelligendum est de eo, qui iniuste percutit, aut occidit. Nam qui secundum ius simile aliquid facit, nulli restitutioni teneretur obnoxius.

27 Non est tamen connumerandus inter eos, qui iuste hominem occidunt, ille qui debitum modum defensionis excidit, quin immo (nostro iudicio, quidquid alij opinentur) quamuis multò minus peccet, & subinde minorem poenitentiam in foro interiori, & leuiorem poenam in foro exteriori mereatur, quam ille, qui voluntarie alterum occidit, nihilominus tamen tanta restitutioni, ac alter teneretur obnoxius, saltem si culpa lethalis existat. Siquidem huiusmodi mors non solum iniusta est ex mala intentione: sed etiam ex ipsomet opere exteriori. Quòd addimus ad excludendum responsum, quòd nostro argumento dari poterat, desumptum ex illo dicto Caicrati, scilicet, eum, qui alterum occidit in bello iusto, vel ex iusto praeepto, iniquo animo, & intentione, licet propter intentionem iniquam peccet: non tamen teneri ad vllam restitutionem.

Neque obstat, quòd quidam dicit, tenere me hic homicidam aggressoris, qui per inaduertentiam non seruauit modum inculpatae tutelae, & eo accessit, vt peccaret mortaliter, ad tantam teneri restitutionem, ad quantam

a In 4. li. sen. dist. 15. qua. 3. b In 4. de restit. qua. 5. c Ioan. Maior, in eodem. 4. dist. 15. qua. 14. c Videlicet. l. liber domo. ff. ad l. Aquil. d l. fin. de his, qui deiecit, vel effudit. c. l. ex hac. ff. si quadr. pan. per sec. dic.

f Iuxta gloss. dist. 1. ex hac, c. l. qua actio no. 5. ff. qui. ff. ad l. Aquil. g In summa ad l. Aquil. h In summa de iniur.

i Arg. c. si. de iniur. c. l. qui occidit. ff. ad l. Aquil.

k Arg. glo. sup. ca. frater. nit. de 12. q. 2. c. eorum, qua diximus in vrbis. de poenis.

a In c. 1. de in iur. post Specul. tit. de iniur. 5. sequitur. num. 20. b l. 1. §. 1. ff. de iur. qui deiecit, vel effudit. c Vbi supra. d In 4. dist. 11. qn. 19. in fine.

e Arg. la. au. facta. ff. de po. c. ca. au. facta. de po. d. 1.

f Scilicet reg. peccatum. de regu. iur. libr. 1. c. ca. sicu. digni. §. eos. de homic. c. ca. si res aliena 1. qua. d.

g Iuxta vulgo. ratur. ff. ad l. Aquil. c. ca. vt fama de sententi. excommu. h Ca. ca. re de iniur. ca. si cur dignum. §. eos. de homicid.

i In ca. Odo. ardu. de solu. k In c. ad libe. randam de iudic.

l In §. paulu. num. 45. de act.

m Arg. l. 1. ff. qui. facta. cog. c. l. fr. §. omnis. ff. de pig. actio. n. l. prima Co. ex delict. defuncto.

o l. non possit. c. l. in summa. ff. de iureo. Eijci.

p Clementina prima de homicidio. c. olim. de restit. spoliat. r. l. eu. adnotat.

q Per sextum valde singula res. in c. signis. causis. de poen. c. remiss. l. si adulterium. §. imperatores. ff. de adul. c. iuxta. l. e. ff. ex plagis. §. ff. ad Aquil. §. 22. qn. 44. arti. 1.



*In verbo re  
Puncto. 3. q. 2.*

homicida volūtarius. Contra quod ait tenere Siluestrum & pro eo facere, quod minor culpa minorem inducit re-  
stitutionem. Non, inquam, hoc obstat. Primo, quia Silue-  
ster agit de solutione pœnæ, & non de restitutione damni,  
& interest, de quo nos loquimur. Ait enim, occidentem  
ob inevitabilem necessitatem ad nullam pœnam teneri,  
nisi det causam aggressuræ, quo casu tenetur ad restituti-  
onem arbitrio boni viri: nos vero loquimur de restitutione  
damni dati, vel interesse ob illud contingentis. Secundò  
per incogitantiam videtur ab eo dici, quod *minor culpa  
minorem restitutionem meretur*: videtur enim dixisse hoc, Mi-  
nor culpa minorem pœnam meretur. Tum quia, quodlibet  
furtum notabile obligat ad restitutionem, non autem  
odium Dei, quod est suo genere peccatorum maximum.  
Tum quia culpa sciuncta à dolo obligat ad tantam resti-  
tutionem, ad quantum ei coniuncta. Tum quia etiam sine  
culpa interdum quis tenetur restituere: ut cum animal ali-  
cuius non aliter nocere, nocet alicui sine vlla culpa  
domini. b

*b Dicitur ca. 5.  
de iniur.  
c Num. 9.  
d In summa.  
ver. duell. 5.*

*e primo Reg.  
capitul. 17.  
f In cap. olim  
de vestit. spol.  
g Eod. c. n. 4.*

Dubium remissum huc supra est, An videatur nobis  
vera sententia Caietani, d qua damnat milites, qui tempo-  
re belli acceptant singularia certamina vnus contra vnum,  
duorum contra duos, 10. contra 10. &c. ad quæ prouocantur  
ab hostibus, quæ dubium proponenti displicet, eo quod  
exercitus prouocantium animosior fieret, si prouocati ea  
non acceptarent. Pro quo ipse citat, quod e Goliath prouo-  
cario à Dauide fuit accepta, & quod milites debet honori  
suo consulere, iuxta ea, quæ Panormitanus & alij tradunt  
quæ supra extendimus ad eum honorem, quem tenuendo  
talita perderent. Sed arbitror vtriusque sententiam teneri  
posse: Caietani quidem in certaminibus, quæ offeruntur  
& acceptantur causa ostentandarum virium, & artis pu-  
gnandi, & gloriæ vanæ quærendæ sine respectu, saltem  
principali belli victoriæ commodandi, quod ipsius verba  
significat: proponentis autem sententia, cum acceptantur  
principaliter ad commodandum belli victoriæ, & hono-  
ri, ac reputationi fortitudinis, sui exercitus (quæ pluri-  
mum ad victoriæ conducunt) seruatis seruandis, quod  
eius ratio significat.

*De sexto precepto, Non machaberis,  
vel non fornicaberis.*

CAP. XVI.  
S V M M A R I V M.

- 1 Preceptum 6. de non fornicando, & 10. & de non concupiscen-  
do qua verant. num. 2. & 3.
- 1 Luxuriam an ignorantia, vis, aut inctus excusent.
- 3 Luxuria omnis reducitur ad has sex species.
- 3 & an sint & admissa cū moniali vt est varia ob varias causas.
- 3 Sponsa Dei est anima viri, sicut & femina.
- 3 Luxuria ratione loci & persone sacra est sacrilegium.
- 3 Sacrilegium cur non sit violatio dormitorij, & Ecclesia sic.
- 3 Consecrari qua monacha non potest.
- 3 Incestus gradus cur necessario à confessario exprimendus.
- 4 Confessarius quātum debet interrogare circa peccatū luxuria.

*b In additio-  
ne cap. quæ-  
do. de consec.  
dist. 1.  
i Clem. ad no-  
strum. de ha-  
retic.*

*k 1. q. 4. §. no-  
tandum, & c.  
ignorantia. de  
reg. iur. lib. 6.  
l Cap. merito  
dist. 15. qu. 1.  
m Ca. itane.  
22. q. 3. ca. sa-  
cris. de his que  
vi. & Anton.  
3. pa. tit 5. ca.  
6. sub finem.*

**R**o fundamento dignoscendorum, qui  
peccant mortaliter contra hoc sextum &  
decimum præceptū præsupponimus, pri-  
mò, id quòd iam alias h diximus, scilicet,  
hoc præcepto nobis esse à Domino inter-  
dictam quamcumque carnalem copulam extra legitimum  
matrimonium. Proinde quæcumque talis copula est pec-  
catum mortale, quamuis sit soluti cum soluta, quæ simplex  
fornicatio appellatur, adeo quidem, vt contrarium asseue-  
rare sit hæreticis, vt determinauit Concilium Viennense. i  
Neque ignorantia ab hoc excusat, neque etiam existimate  
non esse peccatum rem habere cum publica meretrice. Est  
enim hæc ignorantia iuris naturalis, & diuini adeo mani-  
festi, quæ nullatenus excusat. k Neque metus, aut minæ mor-  
tis, vel infamiæ, neque pudor vociferandi, neque timor in-  
famiz, quæ vociferationem cōsequeretur, ab hac culpa ex-  
cusat. Sufficit enim voluntas, aut consensus etiam coactus,  
vt culpa mortalis macula contrahatur. l Nā potius debet  
quis vniuersa mundi mala perpeti, quàm illi consentire. m

**A** Excusaret tamen vis absoluta, qua sine vlllo consensu co-  
geretur adulterari, aut fornicari, adeo quòd si virgo existeret,  
quæ semper animo huiusmodi obscœne voluptati con-  
tradiceret, non perderet virginitatem, saltē quo ad Deum,  
vt gloriosissima Lucia virgo & martyr, relata à Gratiano, a  
& à sancto Thoma, b respondit Palschasio in hæc verba: *Si  
me feceris inuitam violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam.*  
Quod procedit etiam si de actu ipso delectationem ali-  
quam perciperet: modo neque in ipsum actum, neque in  
delectationem voluntate deliberata consentiret. Nam tali  
delectatio non esset voluntaria: sed naturalis, & est esse  
in medio ignis, & non ardere, \* vt dixit S. Gregorius, c ne-  
que tenetur manus iratas iniicere in eum, qui vim inferre  
nititur: neque clamore se defendere. Satis est enim non  
consentire ad hoc, vt non peccet coram Deo mortaliter, vt  
singulariter dicit Sotus: d quauis quo ad forū exteri<sup>9</sup> præsu-  
meteretur consensisse (si contingeret id ei intra ciuitatē) quæ  
neque clamauit, neque petiit opem ad sui defensionē, cum  
posset. e Illud verò, quod idem Sotus addit, non teneri sci-  
licet huiusmodi feminam, etiam suis propriis membris  
resistere, & quod satis sit nō se componere, aut præparare  
ad obscœnum illum actum, dummodo animo non consen-  
serit, difficile profectò poterit contingere. Quare credo  
paucas honestas repertum iri, quæ aliquo modo non resi-  
stant, saltē sine clamore, & sine manu iniectione in eos,  
qui eas tanta iniuria afficere nituntur: quæ opinio Soti sic  
limitata magis placet, quàm opinio Caietani, f dicentis  
debere clamare nō obstatē infamia, quæ inde sequi poller.  
Interrogatus autem, An sentiam peccate mortaliter, quæ  
saltē suis membris sine clamore, & percussione non resi-  
stir: & quid si ob metum aperit in id sua membra, vel tibias  
aperit, vel vestem eleuat? Respondi me sensisse non pecca-  
re solum non resistendo: sed sic alia in quæstione con-  
tenta faciendo, quia ea faciens, licet non consentiat ipsi-  
met actui obscœno: participat tamen cooperatō ad illum,  
quod sufficit, vt peccet iuxta tradita supra, & quæ autem  
solum non resistit, non cooperatur, sed solum patitur: quæ  
etiam sensit Sotus, h licet rationem non reddat.

*a 22. qu. 8. i.  
in Summa.  
b 2. 2. qu. 84.  
act. 5. ad 3.*

*c Ref. 10. ad  
August. & in  
capitulo, vir-  
tutum propria  
23. qu. 4.  
d Li. 5. q. 1. ar.  
5. de iust. &  
iure.  
e Vt habetur  
Deute. ca. 22.*

*f In summa. 12.  
taita.*

*g Ca. 11. n. 11.  
h Vbi supra.*

**D** \* Vt dixit S. Gregorius. Hæc habet D. Gregorius in responsione.  
10. ad interrogationes Augustini, quæ citantur etiam in 4. sentent.  
dist. 31. litter. 1. Integra autem sententia est. Si quis ergo sua coniuge  
non cupidine voluptatis captus, sed solummodo liberorum procrean-  
dorum gratia vitur, ipse profectò de ingressu Ecclesiæ, seu de su-  
mendo corporis dominici, sanguinique m; sterio, suo est relinquen-  
dus iudicio, quia à nobis prohibendus non est accipere, qui in igne  
positus nescit ardere. Cum verò non amor procreandæ sobolis, sed  
voluptas dominatur in opere commixtionis, habent coniuges etiam  
se sua coniunctione quod desistant. hæc ibi.

**E** 2 Secundò præsupponimus, quòd simul ac veratur ali-  
quid, censetur veritum desiderium, & propositum facien-  
di illud: immo & consensus deliberatus delectandi se in  
eo, visu, tactu, aut cogitatu, etiam sine opere alio, actu, nec  
proposito, aut desiderio committendi illud, vt colligitur  
ex S. Thoma in hoc probato. i At consequenter quauis  
decimum præceptum, quo veratur desiderium copulæ il-  
licitæ, non fuisset datum: per hoc tamen sextum fuisset ve-  
ritum. k At Dominus noster in hac & furti materia specia-  
tim per nonum & decimum præceptum, vetuit desideria  
& proposita, eo quòd in eis delectatio, quæ ex cogitatione  
sola nascitur, est quoddam bonum apparens, ad sui ac-  
derium inuitans. l

**F** 3 Tertio præsupponimus, quòd omnia luxuriæ peccata  
tam cogitationum & delectationum, quàm verhorum &  
operum, vt plurimum, sunt ex vna sex specierum, aut gene-  
rum. m Quarum prima est fornicatio simplex, quæ est inter  
solutos: solutos, inquam, non solum à vinculo matrimo-  
niali, sed etiam à cognatione & affinitate, ordine sacro, re-  
ligione, voto, & infidelitate. Si enim alter esset vinctus  
a iquo prædictorum vinculorum, non esset simplex forni-  
catio. n Secunda species est adulterium, scilicet, cum alter,  
vel vterque est coniugatus. Tertia est incestus, quando sci-  
licet, ambo sunt consanguinei, vel affines, ad quam reduci  
potest sacrilegium, quod admittitur quando alter vel vter-  
que est persona religiosa, professa, aut ordine sacro infi-  
gnita, aut cognatione spiritali coniuncta o aut admissa in  
loco sacro. Quarta stuprum quando scilicet, femina est  
virgo: est enim peccatum specie ratione fractionis sigilli  
quasi.

*i 1. 2. q. 2. 74.  
art. 3. & 2. 2.  
qu. 45. n. 1. &  
5.  
k Quod in ad-  
dit. ca. quan-  
do. de consec.  
d. 1. dixim. &  
probatum effi-  
catur per e.  
5. Math. &  
c. meretricis.  
22. quæstio. 5.  
& ca. nec so-  
lo, & c. qui vi-  
derit. 22. q. 5.  
l Secundum  
sancti. Tho. 1.  
2. q. 100. ar. 5.  
m Vt ait Gra-  
tia. in ca. 2. §.  
cum ergo. 36.  
qu. 1. adiuncto  
ca. mulier. 15.  
qu. 1. & ca. ex-  
traordinaria.  
35. q. 2. & S.  
Tho. 2. 2. qu.  
154. art. 1. id  
quod recte de-  
fundit & de-  
clarat Caiet.  
2. 2. quæ. 154.  
art. 7.  
n Th. 2. sec. q.  
154. a. 1. & 2.  
o Ca. si 30.  
quæst. 1.*



a 2.2. q. 154.  
art. 6.  
b In dicto ar.  
6.

c Cap raptio-  
res. 36. qm. 2.

da. 2. qm. 154.  
art. 1.

e 2.2. qm. 154.  
art. 12.

f Iuxta gl.  
virgin. lib. 27.  
qm. 1.

g 2.2. q. 154.  
art. 10.  
h In eadem  
qm. art. 1.  
i Super dicta  
qm. 154. art. 1.

k 2.2. qm. 99.  
art. 3.

l Ca. sacrile-  
gium cap. qui  
raptus. c. quis-  
qm. 17. q. 4.  
m Vbi supra.

virginalis, vt docet sanctus Thomas. <sup>a</sup> Non sufficit autem quo ad hoc, vt vir sit virgo, quod notauit Caietanus. <sup>b</sup> Quinta est raptus, quando scilicet violenter aliqua contra voluntatem ipsius, vel patris eius extrahitur à domo sua, quamuis id fiat ad ducendam eam in vxorem post habitam copulam: & etiam, quando violenter extorquetur copula, siue sit virgo, siue non, <sup>c</sup> licet illa vim passa, si nullatenus consentit, non peccet, vt dictum est. Sexta est contra naturam, quando non solum peccatur contra rationem naturalem, vt in speciebus sit prædictis, sed etiam contra ordinem, quem natura ad habendam copulam carnalem ordinauit, iuxta vtrumque Thomam, <sup>d</sup> vt contingit cum peccat vir cum viro, femina cum femina, aut vir cum femina extra vas naturale: quod grauissimum, & abominabile, & indignum quod nominetur peccatum est: quoniam cōtingat inter maritum & vxorem. Eiusdem speciei est etiam cum peccatur cum animali bruto, quod bestialitas dicitur, & est omnium, quæ sunt contra naturam maximum, iuxta sanctum Thomam. <sup>e</sup>

Aduertendum tamen non idè nos dixisse supra, quod omnia Luxuriæ peccata sunt prædictarum sex specierum, quod non sint plures species: sed quia hæ sunt celebriores, seu quia directè, vel indirectè omnes reducuntur ad eas: nam & luxuria, quæ admittitur cum religiosa, vocari potest adulterium, vel incestus, <sup>f</sup> quia illa est spōsa spiritualis Dei, qui est omnium Pater, & cōsequenter, qui violat eam, violat sponsam alienam, affinemque suam: quamuis etiam eadem glossa vocat eam sacrilegium, eo quod rem sacram violat, iuxta illud S. Thomæ: <sup>g</sup> videlicet, *aliquod sacrilegium est species luxuria. & aliqua species luxuria sacrilegium*, licet <sup>h</sup> solas prædictas sex species posuisset, quod Caietanus <sup>i</sup> defendit per quosquam respectus, quos cum aliis quæstionibus, quæ non sunt tantæ utilitatis, quàm subtilitatis, prudens omittit. Nec refert, an peccans sit religiosa, vel religiosus, siquidem Deus tam verus sponsus est animarum virorum, qui suam castitatem diuino cultui dedicant, quàm feminarum, quæ idem faciunt. Et tam sacrilega est, cæteris paribus, sæcularis, cum qua rem habet religiosus, quàm sacrilega sæcularis, qui rem habet cum religiosa, & sacrilegiores ille & illa, qui cum sint ambo religiosi, se sibi mutuo commiscunt. Sacrilega quoque dici potest omnis copula etiam ipsorum coniugum, quando ratione loci sacri est illicita. Quæ omnia hinc satis perpensa, & illinc audacia illa impudēs, temeraria, & infernalis, qua quidam cum irreuerentia effrenata & diabolica audent monachas violare, immo etiam de eo gloriari: quin & habere eas in suas concubinas, mouerunt admodum Reuerendum, pium iuxta, ac doctū virum, Priorem Ecclesiæ sanctæ Mariæ del Pilar Casarugustanæ, ad exhortandum nos, vt hoc loco id execraremur: quod adeo de se fœdum est, adeo abominabile, & execrandum coram Deo Opt. Maxim. & Angelis eius, adeoque iram Dei prouocans, quod vtinam bonitas illa, quæ immensa est diuina, ob hoc, & ob diluuium tam effrenatæ luxuriæ, etiam inter cognatos, adeo propinquos & affines, vt non audeamus exprimere, & inter conjugatas, & virgines tam sacratas, quàm non sacratas, vt non immitrat in nos horrendum diluuium aliquod tribulationum, non solum corporalium, quibus corpora, honores, & fortunæ pereant, sed etiam spiritualium, quibus animæ nostræ petelirentur, Amen.

Interrogatus autem, An monasterium & dormitorium religiosorum sint eiusmodi loca sacra, quæ peccatum carnis ibi commissum faciant esse sacrilegium? Respondi, non esse, quoniam sunt quartæ speciei rerum sacratarum, secundum S. Thomam, <sup>k</sup> nisi ad sacrilegium satis esset eiusmodi peccatum committi in loco sacro quartæ speciei, sacrilegium esset quodcumque in quibuslibet agris, prædiis, aut domibus Ecclesiæ committeretur, quippe quæ omnia sunt sacra eiusdem speciei, <sup>l</sup> iuxta S. Thomam. <sup>m</sup> Non obstat, quod Ecclesia & cæmeteria sunt loca sacra, quæ faciunt, carnis peccatum esse sacrilegium, quia illa sunt tertiarum speciei rerum sacratarum, iuxta eundem S. Thomam.

Interrogatus item, An sanctimonialis, quæ cum esset sæcularis, aut antequam professionem faceret, occultè fornicata est, suæ congregationis velum suscipiens peccet? Respondi, peccare, nisi cum dispensatione, saltem episco-

A pi, aut cum alia honesta cautela suscipiat, vt Siluester <sup>a</sup> perbelle declarat. Quod ipsum arbitror etiam de illa, quæ voluntariè sese polluit, vt colligitur ex S. Thoma communiter recepto, <sup>b</sup> ob quod forsitan pauca grandiorum, sine cautela licitè consecrari possunt.

Aduertendum item, quod non dixi prædictas sex species luxuriæ esse species specialissimas, sed potius genera subalterna continentia sub scilicet species: nam sub specie incestus continentur incestus cognatorum diuersorum graduum, quæ sunt diuersæ species specialissimæ: & ita non sufficit cōstituti habuisse rem cum cognata, si habuit cum cognata 1.2. vel 3. gradus: sed oportet exprimere gradum, quia circumstantia illa, licet non mutet speciem generalem, siue genus incestus, mutat tamen speciem specialissimam: quod sufficit ad hoc, vt sit necessario confitenda iuxta tradita. <sup>c</sup>

4 Quarto principaliter præsupponimus, periculosum esse tam confessario quàm penitenti immorari nimis in huius materiæ interrogationibus, proinde debet se quamcitissimè ab eis expedire, interrogando sola necessaria, non descendendo nimis ad particularia & minutiora, per dicta supra. <sup>d</sup>

Quinto, quod quidquid Angelus & aliquot alij contra suammet rationem dicant, satius est, vt confessarius circa hoc præceptum percunctetur coniunctim omnia, quæ pertinent ad ipsum, vna cum eis, quæ pertinent ad decimum, quàm diuisim alia circa hoc, & alia circa illud.

- C **Præceptum de non mæchando quis frangit.**
- 5 Præceptum sextum de non fornicando, vel decimum qui frangit.
  - 6 Pollutio voluntaria & inuoluntaria variorum casuum & 7.
  - 6 Pollutionis incurrenda periculo consentiens.
  - 7 Pollutio dormienti adueniens, & c. an possit placere ob finem bonum. num. 8.
  - 7 Refertur potest in Deum, quidquid non est peccatum.
  - 8 Pollutio præterita, & futura in quo differant.
  - 9 Generationem matrimonialis copule qui impedit.
  - 9 Fornicandi desiderium, & delectatio morosa quædam peccatum.
  - 9 Peccata cordis, oris, & operis eiusdem speciei.
  - 10 Delectatione, quam cogitando percipit, si latatur.
  - 10 Delectatio præfens de copula præterita, vel futura quando peccatum.
  - 11 Oscula qua peccata.
  - 12 Sponsalia hæc faciunt licita, qua alias non sunt.
  - 13 Tactus qui peccata.
  - 14 Ornans se, & insidens fenestris, cantans, audiens aut videns qui peccat.
  - 14 Comedit, qui in finem, vt magis luxuria peccato delectetur.
  - 15 Amans insequens amatam vt peccat.
  - 14 Locans domum meretrici, vt peccat.

E **M** O c præceptum de non mæchando, vel non fornicando frangit, primò, qui habet copulam carnalem extra legitimum matrimonium, & tenetur dicere, quoties illam habuit, & cum quibus personis, quò sciat confessarius cuius speciei est: puta si est simplex fornicatio, vel adulterium, incestus, stuprum, sacrilegium, raptus, aut contra naturam, iuxta dicta supra. <sup>e</sup> Et aduertendum, quod tantum quis peccat per copulam cum vna eademque persona decies habitam, quantum peccaret, si eam cum diuersis decem eiusdem qualitatis haberet: quod Ioannes Maior <sup>f</sup> expressit.

F **S** Secundo frangit præceptum qui procurat, vt contingat ei pollutio, aut placuit sibi deliberatè contingentia illius non procurata: aut cum possit, & debeat eam impedire, non impedit: aut probabili periculo, vt eueniat se exponit, voluendo intellectu turpes cogitatus, & afficiendo voluntatem carnali delectatione: aut immiscendo se conuersationibus, vel tactibus turpibus, quæ ad eam prouocant, à quibus potest, & debet se auertere: aut in finem, vt sibi eueniret pollutio, comedit aliquid, aut bibit, quamuis ad exonerandum naturam id faciat. Quod genus peccati vocatur mollicies, èstque de genere peccatorum contra naturam, de quo Apostolus, <sup>g</sup> ait. *Molles non possidebunt regnum Dei.* quod licet maius sit, quando cum alterius opera

a Verb. consecratio virg. q. 1.

b 2.2. q. 154. art. 1. ad 4.

c In ca. 7. sup. num. 4. & seq.

d In ca. 6. & tradita. Caiet.

e Hoc. c. nu. 3.

f In 4. dist. 17. qm. 4.

g 2. ad Cor. 1.



a 2.2.9.154. artic. 11.

b Vbi supra.

c 3. p. 9. 80. d 2. p. m. 11. c. ca. 5. e In c. testam. mentum. & ca. sed p. 2. an. dum. dist. 6. f Tomo 1. Opusculorum. Opuscul. 14. qu. 1. & 3. 9. 10. & in sum. ma. verb. pollutio.

g Vbi supra. h In cap. si quis auct. de par. d. 7. i Ecclesi. affi. ni cap. 3.

k 2. 2. 9. 154. art. 5. l Verb. pollutio. m 2. p. m. 11. cap. 5.

n Caiet. 1. 2. qu. 8. ar. 3. o qu. 100. ar. 10.

p In 4. di. sen. dist. 9. qu. 1. q In eadem dist. qu. 3.

r In ca. inter. verba. 11. qu. 3. & supra in ca. 13. nu. 10. & in addit. capi quando. de consec. di. 1.

contingit, propter participationem in alterius peccato: non tamen ob id fir alterius speciei, nisi copula Sodomitica accederet, iuxta sententiam Caietani, & nisi interueniret aliud, quo ea mutatio fieret: proinde si prater id intercederet personae alicuius memoria, & voluntas, siue desiderium libidinem explendi cum illa, non solum esset mollities, sed etiam alia luxuriae species, cuius est copula re habita cum illa persona: puta adulterium si esset nupta: incestus, si cognata: sodomia, si alterius sexus, secundum eundem Cardinalem. b

7 Dixi, Qui procurat &c. quoniam pollutio, quae inuito contra voluntatem euenit, non est peccatum: qualis est, quae euenit dormienti, & feminis fluxum patienti, & violento alterius tactu ei, qui non consentit in eo. Dixi, Cum possit, & debeat impedire & non impedit: quoniam non sufficit potentia impediendi, nisi adsit obligatio id faciendi. Nam qui operi alicui incumbens potest eiusmodi pollutionis euentum impedire, cessando ab opere illo, & se in alia diuertendo, sed quia non tenetur opus illud intermittere, non cessat ab eo, & ob id polluitur, non peccat, si nullatenus pollutioni aduenienti consentit. Exemplum proponi potest in eis, qui ad praedicandum, docendum, disputandum, audiendum confessions, aut alloquendum foeminas ex causa honesta, cum sint ipsi viri, vel contra viros, cum sint ipsae foeminae, vident, legunt, audiunt, aut dicunt aliqua turpia, aut talia, quae illam prouocant. Si enim quauis possint, non sunt tamen obligati ad omittendum id, quod faciunt, quod pollutionis euentum impediunt. Quare si ea illis eueniat, non peccat, modo nullatenus, vt supra dictum est, ei aduenienti consentiant. Quae omnia colliguntur ex his, quae sentit S. Thomas c & expressit S. Antoninus d & Cardinalis Ioannes Turrecremata e & Cardinalis Caietanus. f Quod ipsum respondimus & nos cuidam Veredario, seu cursori \* vrenti diplomate, qui non poterat aliter impedire, quam ab equo descendendo, & pedibus incedendo. Quae tamen omnia intelligenda sunt, de illis solis, qui probabiliter credunt, voluntatem eorum superiorem siue intellectum in huiusmodi pollutionem non consenturam. Alij enim qui credunt contrarium, potius debent omittere confessiones, praedicationes, cursum veredariorum festinatum, & quiduis aliud ob ea, quae Caietanus, g dicit, & nos h tractantes illud, i Qui amat periculum peribit in illo. tradidimus. Non est item peccatum mortale, cupere vt sibi dormienti contingat pollutio (quo leuetur natura) per solam viam naturalem, nullam ad id causam praebendo. Quod ne cui videatur durius, addimus nos in hac parte sequi Caietanum, k & Siluestrum, l & alios, praesertim gloriosum illum Antoninum, m non tantum ob eius auctoritatem (quamquam mihi semper maxima est) sed etiam ob has rationes.

\* Vrenti diplomate. Diploma sumitur pro litteris quae a principe impetratae sunt, vt equis publicis per certas stationes dispositis vt liceat. priuatis enim absque publico diplomate cursus publicus olim non permittebatur. l. nullus. Cod. de curs. publ.

Prima est, quod haec, de qua loquimur, pollutio non est in se peccatum secundum omnes: & quidquid non est peccatum in obsequium Dei est referibile, iuxta omnium sententiam, quam sentit, n & exprimit Caietanus. o

Secundo, quod sermo est de desiderio, siue cupiditate, quae nullatenus est pollutionis causa, quale est desiderium eius qui cupit, vt ea pollutio ei eueniat quandoque in somnis eo modo, quo solet euenire sudor in leuamentum naturae.

Tertia, quod eiusmodi pollutio non adaequatur peccato quoad hoc: nam etiam S. Thomas p Paludanus q & communis asserunt, non esse peccatum, complacere sibi de praeterita pollutione ob sanctum finem, & purum, & ab omni malo defaecatum, cum tamen peccatum propter nullum finem, euentum, vel effectum quamlibet sanctum, possit vlli iuste placere, vt r probauimus.

Quarta, quod inter complacentiam de futura pollutione, & de praeterita nulla est, quantum ad hoc, alia differentia, quam quod complacentia de futura posset esse causa illius. At nos expressim agimus de complacentia, quae nullatenus sit causa illius, vt etiam hi, quos sequimur, loquuntur.

Quinta, quod doctores, qui contrarium affirmant, in-

A telligendi sunt de desiderio, & cupiditate, quae aliqua via est pollutionis, vel aliquid prouocationis eius, licet n. bonum finem, & non de illa, de qua nos agimus, quae nullatenus est causa, nec quid prouocatum eius, neque ad malum, neque ad bonum finem.

Sexta, quod falsum est dicere, quod omnes, qui desiderant aliquid, procurant illud habere: & quod quidquid licet desiderare, licet & procurare, possunt enim desiderare mortem propriam meam: immo & alienam in multis casibus: immo eam rogare Deum: at non est mihi licitum procurare illam opere, quod recte elucidat v. otus, a & doctè ac eruditè docuit Caietanus. b per illa verba, Aliud est volitum, aliud voluntarium: illud respicit obiectum, hoc voluntatem. Et potest quis nonnumquam recte desiderare, vt eueniat ei mors iussu Regio, aut Reipubl. contra suam voluntatem facienti quidquid potest, ne illa eueniat ei, & se defendat ab ea

Septima, quod medicus potest desiderare, vt ei, cui medetur contra ipsius voluntatem, eueniat pollutio (quam credit saluti eius plurimum conductam iri) sine vlla culpa aegrotantis, & sine vlla illicita procuracione: quas ob rationes, quibus in praesentia respondere nesciremus, & ob praedictorum, quos sequimur auctoritatem, hanc parrem sine vlla contentione perueniam, & prauidicio eius, qui contra contenderit, sub correctione debita tenemus.

8 Addimus, non esse peccatum mortale, comedere nimis, aut calida edulia, ob quod pollutio euenit, dummodo non comedat ea eo fine, vt ei eueniat, sed solum, vt suae gulae satisfaciatur. Ex quibus inferitur, pollutionem, quae dormienti accidit, non esse in peccatum, licet esset in causa, c quia non est voluntaria: & quia, vt d diximus, nemo, dum dormit, potest benemereri, neque peccare, etiam venialiter, nisi exequendo peccatum, vt si somnum acciperet pro instrumento peccandi secundum S. Thomam e vt acciperet, qui se somno dederet. eo modo, vel ea corporis parte, vt ei pollutio eueniat, tunc enim esset peccatum, vel saltem executio eius eo modo, quo percussio facta sagitta est peccatum, seu executio peccati, quod perpetrat is, qui eam ad percutiendum emittit. Non est item peccatum, saltem mortale, pollutio illa, quae incipit euenire alicui, dum dormit, & finitur, postquam est experrectus, si voluntas superior, siue rationalis deliberata in illam non consentiat, quamuis sensualitas ea delectetur, f immo neque si incipiat, posteaquam est semiexcitatus, siue experrectus, antequam plene expurgiscatur, modo absque eam patientis consensu deliberato voluntatis rationalis perficiatur, posteaquam esset plene experrectus, iuxta mentem Cardinalis l Turrecremata, g quia ad constituendum peccatum mortale iudicium integrum requiritur. h

Tertio frangit hoc praecceptum is, cui pollutio dormienti eueniens, posteaquam plene expurgiscatur, placet deliberate ob delectationem, quam inde cepit, praesertim si desiderat, vt iterum ei ad se delectandum eueniat. i Dixi, Ob delectationem, &c. quoniam si placuit praeterita, vel cupit futuram ad tentationes carnis sedandas, non procurando, vt eueniat, non est peccatum, k etiam si comedat aliquid, vnde putat eam euenturam, modo hoc in hunc finem non faciat, licet ad satisfactiorem gulae id comedat pro quo etiam l facit cap. de occidendis. m

9 Quarto peccat, qui habens rem cum aliqua dat operam, ne illa concipiat, procurando, vt rali modo coeat, vt inde nequeat fieri conceptio, quod peccatum est contra naturam, iuxta S. Thomam, n & Caietanum, o quo ad ambos quidem, si ambo consentiant, sin autem, quo ad consentientem tantum, qui est reus culpa.

Quinto peccat, qui habet propositum, vel desiderium deliberatum copulae carnalis extra legitimum matrimonium, vel delectatur de illa morose expressim, vel tacite. Expressim quidem fruendo, vel consentiendo expressè, & deliberatè in delectationem, quae ex turpi cogitatu illius nascitur in sensualitate, siue appetitu sensitiuo. Tacite verò, si aduertens se illa teneri, & doceri in periculum consentiendi, non expellit, nec nititur expellere sine iusta causa, quae ab expellendo eam excusat. Quod probatur per regulam superius, p positam. Toties autem peccat, quoties habuit eiusmodi propositum, aut delectationem morosam, siue circa vnam interrumpendo saepius, siue circa

a Lib. 5. q. 12. art. 1. de iust. & iure. b 2. 2. 9. 154. art. 5.

c Iuxta gloss. recept. verb. rei. dist. c testamentum. & S. Tho. 2. 2. qu. 154. ar. 5. & Ioan. Ma. ioram in 4. l. sent. di. 9. qu. 2.

d In additio. ne capi. quam do. de consec. di. 1.

e In disto ar. 5. & Caiet. 1. 2. mo. 1. Opusculorum Opuscul. 14. qu. 1. 1.

f Iuxta comm. m. mentem sententiam in 4. li. sent. di. 9. & Ioan. de Tur. re crom. in c. sed pensandum. ar. 5. di. 6.

g Vbi supra. h Ca. omnis. de pe. & remiss. & ca. 1. de delict. p. ror. & capi. inebriatione. r. 15. qu. 1. i Sylu. verb. pollutio.

k Caiet. 2. 2. qu. 154. ar. 5. & An. 2. p. tit. 6. c. 3. Syl. verb. pollutio.

l Ant. & Syl. uel. vbi supra. m 2. 2. qu. 5. & le. si quis nec causam. ff. de reb. credit. 2. 2. 9. 154. art. 11.

o In comment.

p Ca. 11. n. 13.

multas



a 2. par. tit. 5. ca. 1. §. 6. b In ca. 11. su pra eodem. nu. 13. & 14. c 1. 2. qm. 52. art. 7.

d Silve. ver. luxuria. §. 3. & dicta in c. 6. sup. ood.

e Dicto. 1. To mo Opusculorum Opusculo. 14. q. 2.

f In ca. 10. cui. nu. 1. & seq. de pecc. dist. 1.

g Cap. 11. nu. 14.

h In praalle- gato Tomo 1. Opusculorū Opusculo 14. qua. 1. & 2. i Arg. 1. illud. ff. adl. Aquil. & cap. 2. de translatione pralat.

k In praalle- gato. c. si cui. & cap. si for- te. de pecc. d. 1.

l 2. 2. qm. 154. ar. 4.

m 2. par. tit. 5. cap. 1. §. 7. & 9.

n In ca. 11. n. 13. & in hoc ipso ca. nu. 9.

o In ca. si cui. de pecc. di. 1. n. 11. & seqq.

multas simul, aut separatim, iuxta S. Antoninum, a & omnes alios secundum superius dicta: b quia peccata cordis, oris, & operis eiusdem sunt speciei, & solum differunt secundum maiorem, vel minorem perfectionem, secundum S. Thomam. c Proinde iuxta varias circumstantias variarum personarum, quas sic concupiuit, sunt etiam varietate speciei horum malorum propositorum, & desideriorum, & peccati speciem mutant: nam quæ sunt erga coniugatas, sunt adulteria, quæ erga cognatas, incestus, quæ erga virgines, stupra, de quibus supra dictum est. Et ideo hæc circumstantiæ necessariò sunt confitendæ cum numero illorum propositorum, & desideriorum, siue concupiscentiarum. d

Sextò is, cui deliberatè placet delectatio, quæ sibi nascitur ex cogitatione copulæ carnalis, quam habiturus est cum illa, vel illa, quando sibi facta fuerit vxor, aut si alioquin liceret, iuxta sententiam Caietani, e quoniam quâuis licita sit voluntas conditionalis habendi copulam cum illa, vel illa, si, vel quando sua vxor fuerit: quamuis item liceat ei gaudere de spe, quam concipit habendi aliquando illam, non est tamen licitum ei admittere deliberatè delectationem carnalem, quæ inde nasceretur: nam quamuis voluntas conditionalis copulæ futuræ, nil ponat inesse, illa tamen delectatio, quæ inde nascitur, non est conditionalis, nec futura: immo præsens, & absoluta, quæ est conclusio singularis, ratione singulari facta, de qua latius scripsimus nuper. f

10 Septimò, qui, vel quæ coniux mortua, vel mortuo coniuge meminit copulam carnalem in matrimonio tempore præterito habitam, & delectationem carnalem, ex eius memoria orram admittit, & ea deliberatè gaudet, vel aduertens sensualitati suæ eam inesse, ac exponi se periculo pollutionis incurrendæ, vel consentiendi in eam, non expellit, nec nititur eam expellere, cogitatum suum in aliud per disciplinam, vel alio modo, diuertendo, per regulam superius, & ad dignoscendum, quæ morosa delectatio sit peccatum mortale, traditam. Verum tamen est, viduum & viduam licitè posse meminisse copularum carnalium temporis præteriti, & gaudere, quòd eas habuerint, & quod in eis delectati fuerint, immo & velle illas habere, si qua ratione fieri possent: non tamen est licitum illis habere nunc actu, & in præsentia delectationem, quæ ex illa recordatione, seu memoria nasceretur, iuxta omnium doctrinam, & mentem, quam dilucidius cæteris omnibus declarauit Caietanus. h Quod ipsum per easdem rationes videtur etiam nobis de illa coniuge, cui ex recordatione copulæ licitæ præteritæ, aut futuræ coniugis absentis nascitur, atque excrefcit delectatio in sua sensualitate: quantumuis nemo, quòd sciam, illud exprimat, i de quo latius nuper diximus. k

11 Octauo, qui deliberato & stabili animo vult amplecti, exosculari, aut tangere, aut amplectitur, exoscularur, aut tangit sceminam, cum sit mas, vel marem cum sit scemina, animo fruendi delectatione carnali, quæ ex huiusmodi actu nascitur ( esto quod tactus ille non sit de se impudicus, esto etiam, quod tangeret personam, quam desiderabat, atque sperabat in coniugem accipere, si nondum acceperit ) iuxta sententiam vtriusque Thomæ. l & S. Antonini. m

Dixi, *Deliberato animo*, quoniam appetitus ille, qui in sensualitate nascitur, aut ex voluntate anteaquam intellectus id animaduertat, & voluntas ei deliberatè consentiat, aut etiam omittat eum expellere cum periculo consentiendi, saltem in illam delectationem, non est peccatum mortiferum, per regulam supradictam. n Dixi, *Ad fruendum delectatione carnali*, quoniam facere, vel velle facere illa ad se delectandum honestè, vt faciunt multi, qui tangunt, osculantur, & amplectuntur pueros, puellas, cognatos, vel cognatas, nihil peccant, vt diximus nuper. o

Dixi item, *Osculari, tangere, & amplecti*, non autem dixi videre, & alloqui: quia hæc cum fiunt honestè in finem honestum, puta ad vrbauitatem debitam, ad se recognoscendum postea, cum iterum conuenerint, vel ad reprehendendam illius vanitatè, vel ad de rebus honestis admonendum, vel ad laudandum Deum, quod adeo pulchra opera efficiat, aut ob honestum amorem: immò, & ad se dele-

A Etandum castè, honestèque amando, non est peccatum: immo est virtutis actus, modo non faciat ea tali loco, tempore, & modo, quo periculo concipienti mali propositi operis, vel delectationis luxuriosæ se exponat. Nec est plusquàm veniale facere prædicta, ob solam curiositatem cognoscendi, qua pulchritudine, aut quo incellu, aut gestu sit: immo nec oblectare se etiam deliberatè videndo, & alloquendo eiusmodi creaturam formosam, & perspicendo res eius nouas, & pomposas, modo nulla intentio mala illam comitetur, nec alia mala delectatio carnalis, suapte natura ordinata in aliquem luxuriæ actum, vt subtiliter Caietanus a probat, ponendo magnum discrimen inter visum, & alloquium ex vna parte, & tactum ex altera. \* Nec obstat his, quod Hieronymus in Epistola ad Eustochium de virginitate scribit paulo ante, & post illa verba, *Claude ostium tuum. abscondere: Foris vagentur virgines stultæ, &c.* siquidem ille hortatur ad optima, & ad fugienda etiam minus bona, quæ ipsis possunt esse impedimenta, qualia sunt illa: nos verò dehortamur à malis, discernendo illa à bonis, & quo gradu sint talia.

\* *Nec obstat his quod Hieronymus.* Multa scribit D. Hieronymus in ea epistola. in hanc sententiam nos pauca afferemus pro his de quibus ille ait. Virginitatem non tantum efferimus sed seruamus, sufficit scire quod bonum est, nisi custodiatur attentius quod electum est, quia illud iudicij, hoc laboris & illud commune cum pluribus, hoc cum paucis. Itaque obrestare coram Deo, & Christo eius, ne vasa templi Domini, facile in publicum proferas, ne sacrarium profanus quispiam aspiciat, neque enim vas aureum & argenteum tam earum fuit, quam templum corporis virginalis. paulo post. *Claude ostium tuum, abscondere pusillum aliquantulum donec transeat ira Domini, foris vagentur virgines stultæ, tu intrinsecus esto cum sponso, quia si ostium claueris, & in occulto oraueris Patrem tuum, veniet, pulsabit, & dicet, Ecce ego sto ad ianuam & pulso. &c.* Quid enim necesse est, vt cordis tui ostia clausa sint. Sponso aperiantur Christo, claudantur diabolo. hæc ibi.

12 Dixi etiam, *nec desponsati*, quia illi quamuis sponsalia tantum de futuro contraxerint, quamuis non liceat eis copula, sine proposito saltem antea in matrimonium consentiendi, neque hodie post Concilium Tridentinum b cum tali proposito: licitè tamen possunt non solum se cernere, & alloqui, & frui gaudio, & voluptate, quæ inde nascitur: sed etiam osculari se mutuo, amplecti, & tangere se tactibus, qui de se non sint impudici, & frui voluptate, quæ oritur ex eis, sine voluptate tamen ampliori. Sponsalia enim, quæ initium matrimonij sunt, faciunt facultatem fruendi voluptate præambula voluptati matrimoniali, quæ singularis est eiusdem Caietani determinatio. c Quæ tamen intelligenda venit, quando id fit cum cautela, ne contingat pollutio, nec periculum probabile illius incurrendæ, aut consentiendi in eam, vel in copulam matrimonialem, antequam expressè, vel tacitè matrimonium contrahant, licet post Concilium Tridentinum d non sufficiat tacitus contractus: quod quia rarò contingit, cum soli secretò sese osculantur, amplectuntur, & tangunt, plurimum expeditur, ne opportunitates eiusmodi, donec coniuges fierent, eis concederentur.

13 Diximus item, *tactibus, qui suapte natura non sunt impudici*: nam si tales essent, quales sunt tactus verendorum, nullatenus debent consentiri: immo si ad euitandos eos esset necessarium, petendum esset cum clamore auxilium, non obstante infamia, quæ alteri partium, vel vtrique inde nasceretur, secundum Caietanus, e cui hac in re contrarius est Sotus, relatus supra, f & ei accedimus cum moderatone, de qua ibidem.

Nonò peccat, qui vadit ad aliquem locum, præsertim Ecclesiam, quo videat, & concupiscat inordinatè lethali- tètque sceminas, sob intentionem mortiferam: quod idem dicendum de illo, qui mittit, aut tradit, recipit, vel promittit epistolas, aut aliqua dona, quamlibet parua eiusmodi cum intentione. h

Decimò peccat, qui quærit mediatrices, aut maleficas, ad consequendum suæ concupiscentiæ effectum. i

Vndecimò peccat, qui, vel quæ se in fenestra, vel alio loco exhibet, animo, vt cerneretur ab aliquo, vel aliqua, à quo vel qua scit se carnaliter amari, & eo conspectu mortaliter peccatum iri, licet in opus peccati non consentiat, in quo tories lethaliter peccat, quoties id facit, secundum S. Antoninum. k

a In Tomo. 1. Opusculorū. Opusculo. 14. qu. 3.

b Sessi. 24. in decreto de matrimonio

c In 2. 2. qu. 154. art. 4.

d Vbi supra.

e In 2. 2. q. 1. ar. 4. sub finem. f Eodè. nu. 1.

g Lux. glo. ca. odi. 24. qu. 1.

h Syluester verb. donatio. §. 2. i Alex. Halen. tract. de luxuria.

k 2. par. tit. 5. c. 1. §. 7.



14 Duodecimò, qui se vestit, vel ornat eo animo, vt videatur alicui eius pulchritudo, ob quam carnaliter, & mortaliter ametur: non autem si facit illud, vt ametur honestè, licèt carnaliter in finem contrahendi matrimonium, vel alium honestum: immo neque si id facit, quo ametur inhonestè, sed non mortaliter, ad luxuriam videlicet tantum venialem.

Decimotertiò, qui animo deliberato delectatur, loquendo, canendo, vel audiendo verba luxuriæ turpia, etiam sine male operandi proposito, per superius dicta a & per alios alibi, & omnis qui verbo, tactu, vel scripto dat causam alteri peccandi, licèt ipse nolit peccare, neque vt alter peccet. b

Decimoquartò, qui nutu oculorum, verbis, musico cantu, aut aliis similibus nititur prouocare aliquem vel aliquam ad consentiendum huic luxuriæ peccato: aut curauit, vt se comitarentur aliqui in aliquem actum mortiferum, qualis est cantus musicus, qualia hastiludia, & alia similia ad prouocandum aliquem in eiusmodi peccatum mortale collimata, & directa. c

Decimoquintò, qui falsò gloriatur, se cum illo, vel illa rem habuisse, qui non solum peccat: sed & tenetur restituere famam, quam per id aufert. d

15 Decimosextò, qui comedit, aut bibit plusquam oportet, aut quærit aromata, vel aliqua calida, quo magis hoc Luxuriæ peccato delectetur: nisi sit coniux, qui si faciat id ad debitum matrimoniale commodè soluendum, nihil peccat: & si facit quo magis in eo soluendo delectetur, tantum veniale admittit. e

Decimosseptimò is, quem piget impotentia coeundi luxuriosè: quamvis pigere impotentia ad copulam matrimonialem non sit peccatum, secundum omnes.

Decimo octauò peccat, qui aliquam mulierem mala cum intentione insequitur, quod peccatum eò grauius est, quò maior mora fit in ea insequenda. Immo si mulier est honesta, obligatur ad ei farciendam iniuriam, contumeliam, aut infamiam, quæ ob hoc eam consequitur, f modo honesto habitu ipsa incedat: alioqui verò minimè. g An autem si eam ad peccandum inducit, obligetur ad suadendam ei penitentiam, dictum est supra, h & latius nuper tradidimus. i

Decimononò peccat, qui locat domum, vel aliquam eius partem alicui meretrici, quam scit vel probabiliter credit in ea meretricitatem, seu suo corpore turpem questum facturam, is enim videtur peccato consentire, & ad id admittendum iuuare, ac consequenter peccat. k

Quid restituere oporteat, qui rem habet cum virgine, vel ea, quæ putatur virgo, & non est.

- 16 Virginem qui deflorat, quid restituet, si dolo, aut importunitate, &c. & 17.
- 18 Virgini qui promittit se eam ducturum in vxorem.
- 19 Virgini corrupta, quæ putata virgo aequè bene nubis, vt restituetur.
- 19 Restitutio qualis facienda patri ab eo, qui eius filiam deflorauit.



16 **V**IGESIMO peccat, qui rem habet cum ea, quæ putatur esse virgo, & non est, & non vult facere illa, quæ debet. Circa quod dicendum primò, quòd qui rem habet cum ea, quæ putatur virgo, sine dolo, & deceptione ipsius, quia illa se ad id offert, vel leuiter rogata consentit, nil tenetur restituere in conscientia foro, etiam si verè virgo esset: tum quia scienti, & sponte consentienti non fit iniuria nec dolus, l tum quia lex, quæ obligat ad soluendum aliquid ei, quam deflorauit, agit de decipiente. m Diximus, Leuiter: nam si grauius importunè fuit rogata, satis dicitur coacta, quo ad hunc effectum. n

Secundò dicendum, quòd in foro exteriori huiusmodi deflorator iubebitur eam dotare, in vxoremque sibi ducere, o aut dotare, & fustibus cardì, p quamuis eam incorruptam non inuenisset, & neget eam fuisse talem, nec ipsa se virginem probet, satis enim est ei, quòd ipse non probet contrarium, iure namque præsumitur illam fuisse tunc

A virginem, & deceptam, vt asserunt Antoninus, Panormitanus & Communis. a & S. Antoninus receptus. b

17 Neque obstat hoc, quod hic dicimus (nempe illum, qui virginem deflorauit, si ea tam bene nuplit, ac si virgo esset; marito corruptionem minimè percipiente, ad nullam restitutionem teneri non placere cuidam religioso, eo quod contrarium asseruit Victoria: quia responderet primo, laudare me infra multum præfatam Victoriam, defendereque eius dictum, quod ille contra me citat.

Secundò, quòd Victoria loquitur de satisfactione: ego autem de restitutione, quas differre, vt genus & species diximus. c Et ita certum est, corruptorè virginis, etiam si nihil damni restituibilis per hoc ei eueniat, teneri actione iniuriarum ad satisfaciendum pro illa per pœnam impositam, vel imponendam, licèt æquè bene nubat, vt rectè ait Victoria, d sed non ad restitutionem, vt ego dico: quia pœna pro iniuria imponenda, vel etiam ipso iure imposita non debetur in foro conscientia. e Restitutio enim respicit damnum pretio æstimabile ablatum, vel impeditum, reddendum, etiam in foro conscientia, per definitionem eius, quam tradimus infra. f

Tertiò responderet, quòd ad saluandum dictum præfati Victorie, quòd aliàs certè de rigore saluari nõ potest, adiecimus, intelligendù esse illud quoad restitutionem in foro conscientia faciendã, quãdo virgo corrupta, licet æquè bene nubat, ac si fuisset incorrupta, tamè post nuptias, & notitiã corruptionis à marito habitam tractatur malè signis, verbis, absentia, & aliis factis, quod est magnù damnum, aut interesse ex illa corruptione consequutum, & restituibile.

Tertio dicendum, quòd qui importunis precibus, & appellationibus, aut falsis promissionibus sine pollicitatione eam ducendi decipit, in vtroque foro tenetur. In exteriori quidem ad id, quod supra dictum est: in interiori verò ad ducendam, vel ad faciendum id, quo illa maneat contenta, vel ad refarciendum ei damnum omne, quod inde illi euenit, scilicet, quanto maioris eget, quo talem adipiscatur maritum, qualem manens virgo adipisceretur, iuxta boni viri arbitrium, quod sensit S. Antoninus, g & aliquid amplius, ob verecundiam, quam tota vita sua passura est, & ob contumelias, quas ob id à suo marito est acceptura, vt nos, h diximus, addentes non obligari ad eam omnino dotandam, quoniam id pœna est, quæ in foro interiore omnino non debetur, donec à iudice imponatur. i

18 Quarto dicendum, quod si promittit se ducturum eam, siue promittat ex animo vero, siue ad decipiendam eam ficto, obligatur ad exẽpla promissa, tam in interiori, quam exteriori foro, & multò magis si iuramento id firmavit, k nisi essent valde inæquales genere, potètia, vel diuitiis, puta si ille esset nobilis, & illa agricola cuiuspiam, vel artificis mechanici filia, eo enim casu præsumi potest, illã fingere se deceptã, sed non esse. Vel quia huic rationi præsumptionis non est locus in foro conscientia, ratio aprior fuerit, quod illa nõ potest allegare iustè se deceptã esse: quia non est decepta, vel non debuit decipi: quia paria sunt scire, vel debere scire, l secundum S. Antoninum m & Siluestrum, n ob quod iudicio nostro non obligatur ad amplius, quàm ad dandum ei tantum, quãtum magis opus habet ad talem adipiscendum maritum, qualem si non esset infamata adipisceretur, vel ad reponendã eam in aliquo statu honesto, in quo in Dei obsequio viuat, secundum S. Antoninum. o Ad alterum tamen horum tenetur: quia licet nõ præsumatur decepta ad effectum ducendi eam, tamen tenebitur ad refarciendum damnum, eo quòd promissio ducendi, vim habet saltem precum importunarum: idem dicendum de eo casu, quo promissio fuit vera, & ex animo facta, sed esset probabile, quod ex matrimonio eam consequuturo, grande aliquod scandalum nasceretur, vt in eo, qui promittit, & est sacris initiatus, aut aliam habuit vxorem, aut pater renuit omnino illam ei tradere.

19 Dicendum quintò, quòd vltra prædicta obligatur ad placandù illius patrem, & ad satisfaciendum ei pro iniuria illata, secundum S. Thomã, p & Caietanũ q & S. Antoninũ. r

Dicendum sextò, quòd iustum & rationi consonum videtur nobis id, quod dicitur asseuerasse ille celeberrimus iuxta ac doctissimus, pientissimisque doctor P. Frater Frãnciscus à Victoria, Gymnasta primæ functionis in sacra

a In capit. 11. num. 8.

b Arg. cap. 5. de iur.

c Alex. Hal. tract. de Luxuria.

d Argu. reg. peccatum. de reg. iur. lib. 6.

e Ang. in interrogat. circa gulam. §. 17.

f Item apud Labeonem. §. appellare. ff. de iniur.

g Vt in ead. l. §. si quis virginem.

h In ca. 15. n. 45.

i In c. noli. de pœn. d. 1.

k Argum. ca. 1. de off. deleg. cum similibus.

l Cap. scienti. de reg. iur. lib. 6.

m Ca. 1. de adul. Exo. 22.

n Arg. l. 1. C. de rapt. virg.

o Gl. dicitur ca. scienti.

p Dicitur. c. 1. de adulter.

q Cap. 1. eod. tit.

a In dicit. ca. 1. §. 2. de adm. b. p. t. s. ca. 1. §. 1.

c In princ. ca. 3. supra eod.

d Per l. apud Labeonem. §. si quis virginem. ff. de iniuriis. Et per cap. si quis ead. de pœn. d. 1. e Per §. in hoc. sup. ca. sine. 33. qua. 2. i Ca. 18. nu. 6.

g Vbi supra.

h In dicit. c. 1.

i Dicitur. §. in hoc. 33. qu. 2. Et glo. singularis cap. fraternalis. 12. q. 2. in cuius Cõment. id late tractamus. k Cap. 1. Et c. qualiter. de pœn. adiuncto c. quacunque ar. 22. q. 3. l quod te. ff. de reb. cred. m Vbi supra. n Verb. luxuria. qu. 5.

o Vbi supra ab aliis probatum.

p 2. 2. q. 154. art. 6. q. ibidem. r Vbi supra. Et alios.



Theologia resolutissimus, Academię Salmanticensis, cum nos etiam in eadem, functionis eiusdem esse in sacris canonibus, nempe illum, qui virginem dolo, aut importunis precibus corrumpit, obligari ad satisfaciendum ei detrimentum ex sigilli virginis fractione illatum, etiam si illa æque bene nuberet, ac si præfatum sigillum non amisisset, quod facile infertur ex dicto tertio supra posito, & rationibus in eo allegatis ad eos saltem casus, in quibus nos ibidem respondimus, scilicet, quando defectum huiusmodi deprehendit illius maritus, & propter hoc eam relinquens, ab eaque discedens, peregrè proficiscitur, aut eam asperè, nimiumque seuerè tractat: quauis (iudicio nostro) illa determinatio, seu resolutio limitari debet, ne procedat, locumve habeat, quando maritus eiusmodi defectum non deprehendit: immo existimat se illam inuenisse virginem, quales permultos esse plurimis in locis audimus.

Dicendum septimò, quòd is, qui dolo, fraude, aut precibus importunis habuit rem cum aliqua iam ab alio corrupta, sed pro virgine reputata, ac habita, & per hoc eam infamauit, licet in nihilum in foro conscientię ob virginitatem ereptam teneatur, ob famam tamen ereptam teneatur, secundum Ioannem Maiorem, a quæ omnia sunt intelligenda de illo, qui pertinet ad copulam carnalem.

### Concubinaris quis non debet absolui.

- 20 Concubinaris verus, aut pro tali habitus, qui non debet absolui. & 21.  
22 Ancilla, qua dominus abutitur, vt est ab eo separanda.  
23 Concubinaris vt plurimum excommunicati.

**I**RCA hoc dicimus primò, quòd concubinaris cohabitans concubinę adeò peccat, vt non debeat absolui antequam ab ea separeretur, cum proposito numquam amplius ad eam redeundi: tum quia non potest verè pœnitere, non abscindendo occasionem & oportunitatem peccandi, adeò propinquam, ac est hæc cohabitatio, vt latius diximus, b post S. Thomam c à Paludano, & à S. Antonino, d & Siluestro & ab aliis receptum, e tum ob ea, quæ supra, f diximus esse ad veram pœnitentiam necessariam: tum per ea, quæ profundè dicta fuerunt de peccandi occasione, g cum non possint sine grandi periculo habitare in simul, quin alteruter, vel vterque ipsorum opere, verbis, voluntate, aut delectatione peccet. Nil tamen aliud dicimus, quid faciendum sit eo, casu, quo possint ipsi absque peccandi periculo cohabitare, quam quod rarissimè id continget: & quod non debent absolui absque proposito deliberato numquam conuersandi opere, animo, aut voluntate. Idem quòd dicimus de concubinariis, dicendum credimus de his, quos populus credit esse tales, licet non sint, donec veritas publicetur: quoniam non solum ab omni malo, sed etiam ab omni mali specie cauendum est, iuxta Apostolum. h

22 Secundò, quòd idem, quod diximus de concubinario, dicendum est de illa persona, quæ cuidam alteri cohabitando, non potest ob suam fragilitatem vitare, ac (vt rectius dicamus) videretur ei, quòd non vitabit peccatum mortale, nisi separeretur ab ea: debet enim separare se ab ea, quamuis sit pater, mater, filius, filia, maritus, aut vxor, ob eandem rationem, etiam si sit ancilla, qua dominus eius luxuriosè abutitur, si nequaquam potest ei resistere, aut putat, quòd ob suam fragilitatem ei non resistet, nisi fugiendo, quòd iustè posset fugere, quemadmodum vxor potest discedere à marito, qui eam ad peccandum attrahit, i immo, iudicio nostro posset dominum compellere, quòd eam vendat alteri, qui ea non sic abutatur: tamen hoc nemo alius exprimit, siquidem ob asperum & crudelem corporis cruciatum, qui longè minor est animæ cruciatu, k potest ad illud compellere, l cuius rei rationem, quæ fundatur in occasione peccandi aliter, quam alij tractamus in hac postrema editione supra. m

23 Tertio, quòd concubinaris non solum peccant, sed etiam communiter excommunicantur per constitutiones synodales, vt in Episcopatu Conimbricensi: & hodie vbi que gentium legitime prius moniti sunt excommunican-

di, & concubinæ in exilium mittendæ, iuxta id, quod statuit Concilium Tridentinum, a in hac verba, statuit huiusmodi concubinaris tam solutos, quam vxoratos cuiuscumque status, dignitatis, & conditionis existant, si postquam ab Ordinario, etiam ex officio ter admoniti ea de re fuerint, concubinas non eiecerint, seque ab earum consuetudine non seiunxerint, excommunicatione feriendos esse, à qua non absoluantur donec re ipsa admonitioni factæ paruerint. Quod si non in concubinato per annum censuris neglectis permanerint, contra eos ab Ordinario seuerè pro qualitate criminis procedatur. Mulieres siue coniugata, siue soluta, quæ cum adulteris, seu concubinariis publicè viuunt, si ter admonitæ non paruerint, ab Ordinarijs locorum nullo etiam requirente, ex officio grauiter pro modo culpæ puniantur, & extra oppidum, vel diocesium, si id eisdem Ordinarijs videbitur, inuocato, si opus fuerit, brachio seculari, eijciantur, alijs panis contra adulteros, & concubinaris inflictis in suo robore permanentibus.

### De coniugum luxuria peccatis.

- 24 Coniunx cognoscens suam, vt non suam, vt peccat.  
25 Coniunx negans sine iusta causa coniugi debitum petiturum. & 26.  
27 Debitum negandi coniugi qua iusta causa.  
28 Coniunx non discedens à coniuge adulterante, vt peccat.  
29 Maritus vxorem adulteram, quibus casibus accusare non potest.  
30 Matrimonium contra simplex votum castitatis contrahens, vel consummans.  
31 Voto castitatis de consensu coniugis adstrictus coniunx, qui petit, vel reddit debitum, secus si absque coniugis consensu vouit.  
32 Debitum vt negatur ob menstruum, aut locum sacrum.  
33 Coniunx conceptionem impediens, & ob id semen extra vas fundens.  
34 Coniunx qui sit patrinus filij per ignorantiam, vel malitiam.  
34 Coniunx rectè reddit debitum malè petenti, interdum non.  
34 Cognatio spiritualis spontanea, vt maior coactè contracta.  
35 Coniunx cognatam noscens, vel coniugi adulterandi licentiam dans.  
36 Matrimonium clandestinum contrahens sine iusta causa, & qua sit illa. & 37.  
37 Lex non cessat cessante fine, sed sic cessante incoueniente legis.  
38 Matrimonio qui occulto ante benedictionem vtitur.  
38 Matrimonium nolle publicare cur peccatum.  
39 Matrimonium, qui cum duabus contrahit, quid faciet.  
40 Matrimonium contrahens ante scitam coniugis mortem, quid faciet. num. 41.  
42 Coniuges se impudice tangentes, & extra ordinem polluentes.

**I**RCA hoc dicimus multa. Primo, quod quamuis peccatum mariti adulterantis cæteris paribus sit maius, quam vxoris adulteræ \* secundum Augustinum, b quia maioris vigoris ratione vtitur, & melius potest resistere, debetque vxorem suam virtute vincere, & suo exemplo regere: attamen maius est peccatum vxoris, c ea ratione, quod facit prolem de suo parte incertam, & maius scandalum generat.

\* Secundum Augustinum, hoc habet D. Augustinus in libr. 2. de Adulterinis coniugis cap. 8. & citatur à magistro etiam in 4. sent. dist. 35. & à Gratiano. 32. quæst. 6. qui multa alia in hanc sententiam D. Augustini dicta congerit. Cæterum quoniam Augustinus eo in loco Antonini imperatoris sententiam in hunc adducit sensum, eam hic proferre operæpretium duxi. Periniquum, inquit, mihi, videntur esse, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipse non exhibet quæ potest & virum damnare, non ob compensationem mutui criminis rem inter vtrumque componere, vel causam facti tollere. Si hæc obseruanda sunt, subiungit Augustinus, propter decus terrene ciuitatis, quanto castiores quærit cælestis patria, & societas Angelorum.

Secundò dicimus, quòd peccat coniunx, qui, vel quæ cum coniuge eo animo rem habet, quòd haberet, vel vellet habere illam, etiam si non esset sibi coniunx, aut qui, vel quæ tam velit habere cum alio, vel alia ac coniuge, d secundum Paludanum e & S. Antoninum. f

25 Tertio, qui, vel quæ coniunx sine causa legitima negat coniugi debitum loco & tempore idoneis petiturum, secundum omnes, g nisi petenti precibus contrarium suadeat, quæ tamen non debent esse nimium importunæ.

a Se. 24. ca. 8 de reform. matrimonij.

a In 3. li. sen. dist. 37. q. 33.

b In capis. satisfactio. de pœn. dist. 3. c In 4. dist. 15. qu. 1. artic. 1. qu. 3. d 3. par. titu. 14. cap. 26. e Verb. confessio. qu. 25. Et ab aliis sim. mimistis. f Capi. 1. g Supra cap. 14. nu. 32.

h r. ad Thes. sa lon. 5. & c. cum ab omni. de vita. & honest. clericor.

i Ca. si infidelis. & ca. idolatria. & c. seqq. 28. qu. 1.

k l. iustissima ff. de adili. edict. & c. praecip. 12. que. 1. l. sed maior infit. de his. qui sunt sui vel alii. iur. m Ca. 14. nu. 32. & seqq.

b Ca. indigna tur. 32. qu. 6.

c Arg. glo. illud. Co. adle. Iuliam de adult. & trad. Caiet. 2. 2. q. 154. art. 8.

d Capi. origo adiuncta. glos. verb. amator. 32. qu. 4. c In 4. d. 32. qu. 3. f 3. par. tit. 1. c. 20. §. 1. g In 4. li. sen. dist. 32.



a Arg. c. 7. ad Cor. cap. 1. & ca. 2. de coniug. lepr. b De coniug. leprof. c Indistinct. 32. l. 4. qua. 1. d In summa verb. matrimonium par. 2. & alii. e 3. part. t. i. u. 1. capit. 20. §. 6. & alii. Rapodis in verb. debitum coniugale. f Arg. leg. de quibus. ff. de leg. & cap. dilecti. 3. de appellat. g In dictos. 6. h In ca. ex puclio. de conuers. coniug. & commu. i Richard. in 4. lib. sen. dist. 32. k Ca. si cuius. 34. dist. l Contra cap. consuluisti. 2. qm. 5. m Capi. 2. & capit. si quis. 32. qu. 1. n Vbi supra in 4. lib. sen. dist. 32. o 3. part. tit. 1. capit. 20. §. 9. p Cap. duo ista. 23. qu. 4. q 3. part. tit. 1. capit. 20. §. 9. r In dicto lib. sen. dist. 32. s Tomo 1. Opusculorum Op. 12. q. 13. & Op. 13. ref. 14. t Ca. nihil iniquum. 32. q. 6. v Cap. itane. ead. caus. q. 5. x Capi. cum per belluam. 34. quest. 1. y Capi. in ledum. eadem caus. §. 9. z Capi. discretiorem. de eo. qui cogn. coniang. a Cap. si quis uxorem. 32. quest. 1. b Cap. gaude mu. dediuor. c Gloss. capit. quodam. cap. placet. cum quib. Pan. transt. de conuer. coniug. & loa. And. & commun. in ca. rursus. qui cleric. vel uouen. & Palud. communi. & lo. Maior. in 4. lib. sen. di. 32. Arg. verb. matrimonium 3. impedimentum. s. §. 3. & melius Rosel. verb. impedimentum. 4. §. 7. d Vbi supra. e Vt supra dictum est eodem capite numer. 25. f Iuxta Angel. Rosel. & Mart.

Nec ab eo excusat Quadragesima, nec alius dies quamlibet festus, etiam Paschatis, neque voluntas se à pluribus liberis habendis excusandi. Multo que plus peccat, quando ira, odio, aut malo aliquo sine id negat.

Dixi, *Tempore & loco idoneis*: quia non tenetur reddere in locis publicis, aut sacris, nec quando probabiliter timeret incurrere ob id mortem, aut grauem infirmitatem, aut abortiendi periculum: qua cum moderatione sunt intelligenda, capit. 1. & 2. b quæ iubent, vt leprosi coniuges coniuncti uiuant, vt colligitur ex Paludano c & Caietano d & S. Antonino. e

26 Dixi, *Petitum*, quia non obligatur offerre, nisi petatur: verum sufficit quod petatur verbis, nutibus, vel operibus. f Proinde Augustinus de Ancona relatus à S. Antonino g ait, quod tribus modis debitum coniugale petit vxor, scilicet, verbis, signis, & suo ingenio, sine conditione, per quam maritus coicit eam id desiderare: sed præ verecundia dissimulare, eo quod scemina naturaliter sunt in hac re verecundiores uiris. Idipsum tamen dicendum est de marito illo, qui ob pusillanimitatem suam, vel ob vxoris duram conditionem, aut insignem auctoritatem, non audet expressè sine metu aliquo petere ob eandemmet rationem: quamuis nemo id exprimat.

27 Quarto, quod iustam etiam causam denegandi debitum habet coniunx ante consummatum matrimonium, si uult intrare religionem, ad quod & ad professionem debet dari ei tempus bimestre, vel quod vir bonus arbitrabitur, iuxta Panormitanum. h Non est tamen talis causa stultitia, vel furor petentis, si ei reddi potest absque periculo notabilis damni persona: à qua petitur. i Et quamuis quo ad copulam maritus & vxor sint omnino pares, differunt tamen in eo quod illa non fit bigama, vel irregularis ob copulam carnalem, etiam si scit eum adulteratum fuisse: ille uero sic ob copulam habitam cum ea, etiam ignorans etiam adulteratam fuisse, k etiam si iudice iubente id sub censuris faceret: nec refert, an possit probare nec ne quo ad forum conscientia, quo ad quod loquimur, quidquid aliqui absque ratione, ac lege dicant. l

28 Quinto peccat, qui maritus, sciens suam vxorem adulterari, nõ se separat ab ea, immo petit, & soluit ei debitum coniugale, m secundum omnes, nisi quando adulterium est occultum, aut illa se iam emendauit, aut eo sine debitum petit, quo ipsemet non incidat in adulterium, nec aliis prebeat occasionem credendi se vxoris esse lenonem, secundum Paludanum n & S. Antoninum. o Quamobrem vxor communiter non peccat, non recedendo à marito, nec petendo, nec reddendo ei debitum, esto sit publicus adulter. p Tum quia non est eius corrigere maritum, vt est mariti corrigere illam. Tum quia numquam, aut raro putabitur à populo in mariti adulterium consentire, vt recte S. Antoninus q expressit, post Paludanum r & probat Caiet. s

29 Aduertendum tamen, non posse maritum accusare adulterij vxorem, si etiam ipse adulteratus est, t neque quando vxor fuit vim passa, v neque quando probabiliter credebat suum maritum mortem obiisse, x neque si quis ea sub mariti specie rem habuisset, y neque si maritus adulterandi occasionem ei præbet, z neque si maritus tolerat, & passus est eam, posteaquam sciuit eam adulteratam fuisse, a neque si ante baptismum id fecit. b

30 Sexto peccat qui, vel quæ coniunx uouet continentiam, aut numquam contrahere matrimonium, & postea contrahit, etiam si non consummet: & iterum, si postea consummat prima vice ad suam petitionem, secundum omnes, immo & quoties id petit, secundum fere omnes. c quamuis aliqui contradicant, & minus bene, quidquid Angelus dicat. d Verum tamen est quod quia (secundum omnes) qui eiusmodi uotum emisit, potest habere copulam, quado eius coniunx, id petierit expressè, poterit etiam habere quoties petierit tacitè, aut signis, aut ingenio, & conditione, e potest etiam qui sic uouet, obtinere ab episcopo dispensationem ad debitum petendum ob grande peccandi periculum, & difficultatem continendi, quæ est similis ei, quam habet titiens à potu aquæ præsentis oblata: se abstinenti. f

**A** Quæ fuit quidam doctissimus confessarius, cur hoc loco diximus omnes affirmare eum, qui post uotum simplex castitatis factum, vxorem ducit, peccare, cum Calderinus a & Angelus b in contraria sint sententia? Respondi, me hic loquutum de illo, qui ducit vxorem animo consummandi matrimonij, vt communiter matrimonium contrahi solet, in quo omnes consentiunt: prædicti autem duo auctores de illo, qui animo suscipienda religionis ante matrimonij consummationem loquuntur, de quo ego hic nil fui loquutus. Nunc autem de illo dico, eum peccare non tam, eo quod frangat uotum, quàm eo quod sponsam decepit, vt Sotus c rectè dixit, & ante ipsum Siluester, d & quia magnum damnum infert ei, quippe quæ non ita facillè alij nubet, ob suspicionem copulæ cum illa habitæ: credo tamen, quod si aliqua causa urgeret eum ad matrimonium contrahendum cum ea simulato eiusmodi proposito, qualis esset notabilis mortis, aut infamiae metus, quamuis non esset satis iusta ad matrimonium impediendum, & dirimendum, non peccaret, modo daret operâ, ne quid detrimenti sua culpa ei eueniret, quo casu opinio Calderini, & Angeli intelligi posset.

31 Septimo peccat, qui vel quæ coniunx cū alterius consensu uouet castitatem, & post debitum petit secundum omnes: & etiam qui, vel quæ cõsentit uoto, & etiam si non uouit, reddit debitum ad petitionem eius, qui uouit, quia in eius peccatum consentit: nõ tamen est idem dicendum, si ipsemet, qui non uouit, sed consensit alterius uoto id petit, quia nec ipse peccat, contraueniendo uoto, quod non emisit: nec alter reddendo debitum, à quo uotum, quod fecit, non absoluit. Quandoquidem coniunx faciens alteri facultatem uouendi non uidetur renunciare iuri, quod habet petendi, secundum Innocentium e communiter per Panormitanum, & alios merito receptum. Quod si ambo communi consensu continentiam uouerunt, ambo peccant mortaliter, f vt supra & dictum est, vna cum aliis quibusdam ad coniugum uota pertinentibus: quamuis si ambo pacti essent, ne à se mutuo debitum peterent, & ambo cognoscentes, quod uterque id peteret, si posset, haberent copulam, non peccarent, secundum Angelum h quod melius docet Rosella. i

**B** Neque obstat, quod quidam ait, me asserere hic, vxorem si reddat debitum marito uoto castitatis adstricto peccare mortaliter, etiam si matrimonium sit consummatum, quod ei non placet, cum eius contrarium probabilius teneat Couarruias. k

**C** Cui respondeo primo, me non dicere, quod ille imponit, quia loquor de vxore, quæ reddit debitum marito adstricto uoto de consensu eius: & ipse opponit de marito adstricto uoto sine ipsius consensu, de quo etiam Couarruias loquitur.

**D** Secundò, quod pro nostra parte \* uideatur esse Augustinus l in illis uerbis. *Quod te non exhortaret, nisi quia tibi ad hoc ipse consenserat.* per quæ significat coniugem, de cuius consensu maritus uouit castitatem non posse iustè reddere illi debitum.

\* *Uideatur esse Augustinus.* Augustinus hoc habet in episto. 199. ad Ecdibiam. & quoniam multum facit ad uotum inter coniuges factorum obseruationem, non grauabor sententiam totam adducere. Quod Deo pari consensu ambo uoueratis, perseveranter usque ad finem reddere ambo debuistis, à quo proposito, si lapsus est ille, tu saltem constantissimè perseuera. Quod te non exhortaret, nisi quia tibi ad hoc ipse consenserat. Nam si numquam tenuisses eius assensum, numerus te nullus defendisset annorum sed post quantumlibet tempus me consuluisset, nihil tibi aliud responderem, nisi quod ait Apostolus. Vxor non habet potestatem sui corporis sed vir, de qua potestate sic tibi iam permisit continentiam, vt eum tecum & ipse susciperet. Hæc ibi.

**E** Tertio, quod ratio, cur vxor nõ debet reddere debitum marito sine ipsius cõsensu uoto adstricto, est, quia sine ipsius consensu uouit: quæ cessat cum illa consentiente maritus id facit: & merito: quia quæ adiuuat ad uouendum, non debet uiuare ad contrarium, & ad uotum infringendum. m

**F** 32 Octauo, qui vel quæ coniunx debitum petit, aut reddit tempore menstrui, secundum S. Thomam n & aliquot alios: pro quibus uideatur facere cap. ad eius. o Contrarium tamen asserendum est cum Paludano p nempe, quod non peccat (etiam uenialiter) si eo sine petit, aut reddit, ne conforti sit odio, vel vt fornicationem eius, vel propriam eui-tet, mortaliter autem numquam, etiam si credat ex huius-

a In cap. rursus. qua clerici. vel uouen. b Verb. matrimonium. 3. §. 1. c In 4. dist. 38. qu. 2. art. 1. d Verb. matrimonium. 7. q. 2. e In cap. 1. de conuers. coniug. f Capi. quod Deo pari. 33. que. 5. g Cap. 12. nu. 60. h Verb. matrimonium. 3. impedimentum. 5. §. 1. i Verb. impedimentum. 4. §. 7. k 2. par. de sponsali. cap. 3. §. 1. num. 6. l In ca. quod Deo pari. 33. qua. 5. m Arg. l. rem legatam. ff. de adimen. leg. & cap. si de verb. signifi. n In 4. libro sent. dist. 32. o 5. dist. p In 4. di. 32. qua. 1.





a 3. par. tit. 1. ca. 20. §. 5.  
 b In dicto ca. ad eius.  
 c De lege poe. mal. lib. 1. cap. 12.  
 d In du. ad. dif. 32.  
 e 3. par. tit. 1. cap. 20. §. 2. Et alios.  
 f Verb. matrimonialis v. seu.  
 g In §. sed cu. naturale ar. 4. dist. 5.  
 h Verb. debi. sum. §. 32.  
 i In 4. li. sum. dist. 32. qu. 1. art. 3.  
 k Ca. si. de ob. sacra. eccl. §. ca. 1. cod. tit. lib. 6.  
 l De consec. eccl. vel al. var. lib. 6.  
 m 3. pa. §. 20. cap. 6.  
 n Vbi supra. o Secundum eundem ab omnibus receptum. p Secundum Angei.  
 q In ca. si vir. de cognat. spirit. §. eius glossis.  
 r In 4. d. 32. q. 1. a. 1. cō. clus. 9.  
 s Verb. ma. trimonium. §. quast. 7.  
 t Cap. 12. nu. 59.  
 v In dicto cap. si vir.

modi complexu monstrum aliquod conceptum iri, vt affirmat Paludanus & S. Antoninus \* & ante multos annos tradidimus b & ante paucos asseruit vir doctissimus Alfonso Castrensis. c

Nono, qui, vel quæ coniux in loco sacro, siue consecrato, siue tantum benedicto cum cōiuge rem habuit, secundum Paludanum d & S. Antoninum, e Caietanum, f Ioannem Turcrematam g siue eam habeat, vt voluptate fruatur, siue vt fornicationem vitet: & siue ad modicum tempus existat in Ecclesia, siue ad multum, vt tempore belli, quidquid alij dicant, Angelus h & relati per eum.

Neque obstat, quod quidem dicit contrarium esse probabilius, quia id tenet Sotus i post Angelum à Claudio. Non, inquam, obstat. Primò, quia S. Antoninus, Paludanus, & Caietanus, quos hic cito, & Cardinalis Turcremata, quem etiam cum illis cito, maioris sunt auctoritatis, quam Angelus, & Sotus, quos ipse citat, licet ego nullius essem: & ideo non deberet præfatam meam opinionem damnare, sola eorum auctoritate, nulla alia ratione id muniendo.

Secundò, quod Sotus non est contrarius huic meæ opinioni, immo consentit ei per omnia, nisi qua parte dubitando per dictionem, *Forse*, limitat in copula occulta: quam tamen ait non esse occultam, si eam habeant iacentes in eodem lecto, & ideo non debere id eis permitti.

Tertiò quod, vt ait Caietanus, non inconuenit, vt ob reuerentiam Dei, & loci sacri teneantur multo tempore abstinere, cum id teneantur frequenter facere, etiam ob reuerentiam Regis, cum maritus occupatur in rebus militaribus. Cui addo idem esse, cum occupatur in aliis negotiis ipsi regi, vel reipub. vel suis priuatis necessariis.

Quartò, quia talis copula est illicita, eo quod per eam polluitur Ecclesia, k etiam si haberetur post multam temporis in ea mansionem, secundum omnes, & etiam Sotum, qui addit eam haberi posse in campanili, aut in aliquo alio loco Ecclesie conringuo. Addo, quod etiam dubitatio illa Soti de copula occulta non potest sustineri: quia licet per talē copulam non polluat Ecclesia, vt ipse ait, & est verum, dum manet occulta: incipit autē censeri polluta simul ac fit nota, quod fieri potest per cōfessionem coniugum, vel per famā, & alia indicia postea oborta, vt ante circiter quinquaginta annos diximus Salmanticę prælegendo dictum c. 1. l

33 Decimo peccat, qui, vel quæ coniux potionem, vel quid vis aliud assumit, vel præbet consorti, quo prolis conceptio impediatur, vel ne sibi fiat plures liberi, quam quos educare potest, vel ob alium finem quamlibet bonū. Quod si ob hoc semen extra vas effundatur, grauius peccatum, & alterius speciei, nempe contra naturam erit, secundum eundem S. Antoninum. m Sed quia coniuges non obligantur ad petendum à se mutuo debitum, secundum omnes, & licitum est eis desiderare, ne sint sibi plures filij, quam quos alere possunt, vt asserit S. Antoninus n iuste possunt de cōmuni consensu abstinere se à copula carnali, o nisi quando alteri esset probabile confortem fornicatum iri, nisi debitum petierit, p cuius determinatio tantum procedere videtur, quando alter videt confortem ob verecundiam non petere verbo: sed tacite satis opere petere.

34 Vndecimo qui, vel quæ coniux fuit patrinus filij sui, cum baptizaretur, vel confirmaretur malitiosè, quo coniugem debito coniugali fraudaret, & ideo non reddit illud, eo enim casu non potest petere, sed teneretur reddere. Quod si ambo malitiosè fiant huiusmodi patrinus, non possunt à se mutuo debitum absque peccato petere: quamuis alteri petenti alter reddere teneatur. Si autem errore, necessitate, aut ignorantia facti, vel iuris fiat, huiusmodi patrinus ius petendi debitum nullatenus perdit: quæ omnia satis colliguntur ex quodam Alexandri III. responso q simul adiuncta, quam super eo addidimus iam pridem opinionum concordia, ob ea, quæ Paludanus r scribit, cui concordant Vuendelinus ibi, & Syluester. s

Interrogatus autem à quodam solutionem argumenti, quod fieri potest ex eo, quod diximus supra, t scilicet, coniugem, qui reddit debitum coniugi, qui vel quæ de consensu eius vouit continentiam, peccare ea ratione, quod consentit peccato? Respondi argumentum quidem esse netuolum, & torsisse ingenia Hostiensis, Ioannis Andreæ, Antonij, Cardinalis Panormitani & aliorum, v aliis alia docen-

A tibus: nec video vllum, qui omnino soluerit, sed puto solui posse, negando, quod eadem ratio consensus inueniatur in vtroque casu, quoniam in dicto cap. si vir. agitur de impedimento, quod canon inducit citra consensum coniugis reddere debitum debentis: in illo autem nostro dicto de impedimento, quod nascitur de consensu coniugis debitum reddere debentis, sine quo nō poterat nasci, & ita minus tenetur impedimento, quod sola lege sine illius consensu inducitur, quam impedimento, quod lege, & consensu suo inducitur. a

Ceterum sanum consiliū est, quod si ambo, vel alter nequeunt se abstinere, petant dispensationem ab episcopo, quem in hoc dispensare posse, S. Antoninus, b & Syluester c aiunt, argum. eorum, quæ adnotant Panormitanus & alij. d

B Interrogatus Romæ, an qui infantem semestrem filium suum, quem abortiuit amica eius baptizauit iamiam mortuum absente clerico, posset ducere in vxorem sine dispensatione illam amicam? Respondi non posse: quia licet necessitas, efficiat, vt possit compater cum vxore sua iam nupta, eademque commatre licite rem habere, vt hic dicitur, non tamen efficit, ne nascatur compaternitas, quæ ante matrimonium nata illud impediatur & dirimat. e

35 Duodecimo, qui vel quæ coniux habuit rem cū coniugis cognata, vel cognato, & postea debitum petiit, f quāuis ad reddendum teneatur, & an impediatur à petendo debitum post copulam cum cognata vel cognato suo proprio habitam, colligendum est ex his, quæ dicuntur infra. g

Decimotertio peccat, quæ coniux facit marito peregre proficiscenti facultatem habendi rem cum aliis mulieribus, vel consentit, vt se cum aliis domi manentibus miscat, aut cum comōdè posset non impedit eiusmodi commissionem, secundum B. Antoninum. h

36 Decimoquarto, qui vel quæ coniux clandestinè matrimonium sine iusta causa contrahit, i etiam si contrahat coram parochio, & testibus, quia licet id sufficiat ad hoc, vt matrimonium valeat iuxta Cōcilium Tridentinum, k non tamen ad hoc, vt desinat esse clandestinum per alia iura, quibus præfatum Concilium non derogat. Iusta autem causa id faciendi visa est Caietano, l quando cessant omnia inconuenientia, ad quæ vitanda iure vetantur contrahi clandestina matrimonia.

37 Contra quem facit doctrina eiusdem, m nempe, quod lex non definit obligare subditos ad id, quod præcipit, etiā si absque illo habeatur finis, in quē id præcipit: esto, quod responderi posset, aliud esse dicere, quod lex præcipiens aliquid ob aliqua inconuenientia, illis cessantibus, non obligat, quod dicit Caietanus n & antea dixit Panormitanus o & aliud dicere id, quod in aliquem bonum finē præcipitur, cessare, si finis ille alia via habeatur, quod ipsemet ait, & nos etiam q tradidimus. Iusta proculdubio tamen esset causa, quam ipse ibidem exprimit, scilicet contraxisse antea matrimonium publicè, sed inualidè ob aliquod impedimentum: habita enim dispensatione ad id cōuenienti possunt clandestinè cōtrahere, neque ob id in aliquas pœnas incidunt: quæ res quotidiana est, & in sacro pœnitentiariæ prætorio probata, quatenus etiam post Concilium Tridentinū qui publicè semel contraxerunt, tenentur deo quo contrahere, ob dispensationem nouè obtentam quoad forum conscientia tantum iuxta ea, quæ habentur infra. r

Iusta item est causa minori nubendi clandestinè alicui sibi multū conuenienti, quando prospicit se à suo curatore traditum iri nuprui alicui parū conuenienti. Nos quoque respondimus in nullas censuras, nec alias pœnas incidisse cōfessarium, & testes, qui curauerunt, vt quidā gladio grauiter iectus, & iamiam moriturus duceret in vxorē concubinam suā, ex qua liberos susceperat, quo illos faceret legitimos, & quo ad trāseundū ex hoc saculo, iter melius adornaret.

38 Decimoquinto peccat, qui, vel quæ coniux matrimonio clandestinè sine testibus cōtracto, vtitur, quia eiusmodi vñus, non solum est vitiosus s sed etiam malus, secundum Cardinalem Caietanum, t quod palam verum est post præfatum Concilium Tridentinum: post quod nihil valet matrimonium sine parochio, & testibus contractum: sed quod etiam hodie id sit verum videtur probare id, quod supra diximus, nempe matrimonium dici clandestinum etiam si contrahatur corā parochio, & testibus, extra faciē Ecclesie,

a Argu. capi. 1. de irong. & pac.  
 b 3. pa. tit. 1. c. 15. §. 3. sub §. c Vbi supra.  
 d In ca. 1. de eo, qui cognos. consang. vxo. r. sua. Rosella verb. impo. dimittum. 6.  
 e Per ca. ad d. mina. iuncta gloss. vltima 30. qu. 1. l Ca. qui d. p. meret. 27. qu. 2.  
 f Ca. 22. nu. 42.  
 g h 3. pa. tit. 1. c. 9. §. 1. sub §. no.  
 i Cap. cum in hibito. de clā. dest. despon. k ca. 1. de re. for. sess. 24.  
 l Tomo 1. Opusculorum, Opusculo 12. qu. 2. m 1. 2. q. 120. §. 180. art. 3.  
 n Vbi supra. o In ca. quoniam. contra. de probat. p In dicta qu. 120. §. in dicto art. 3. q In capit. ad hac. de prob.  
 r Ca. 22. nu. 70.  
 s Per c. aliter. 30. qu. 5. t Dicta qu. 2.





a Dico Opusculo 12. qu. 3. b Verb. debitorum. §. 1.

c Eod. verbo qu. 9. Caiet. in summa verbo matrimonio peccata. d 39. quast. 1.

e Verb. matrimonium §. 3.

f 2. pa. vic. 1. cap. 12.

g In dicto ca. de reform. sess. 24. h Ver. praesentia.

i Arg. l. adige re. §. quibus. ff. de iure patris. k Ar. ca. cum cessante de appellat. l In 4. di. 38.

m Per dicta in §. precedenti.

n Arg. e. inquisitioni. de sent. excomm. Syl. Ver. debitum conjugale. qu. 5. o ca. 1. de reformat. matrimonio. §. 24.

p Cap. dominus. de cur. nupt.

q Dico ca. de minus & dicto e. inquisitioni. r In ca. si qui autem. n. 81. de pa. dist. 7.

s In dicto ca. si quis autem a. n. 80. vs. qua. ad 118. t. Ca. dominus. & ca. inquisitioni.

v In dicto ca. si quis autem.

Portò præfatus Caietanus \* ait matrimonij vsum numquã esse mortiferum, eo quòd benedictionem nuptialem antecedit, id quod antea dixit Angelus, b & Silvester. Nò quia non inueniatur textus, qui hoc significare videatur, vt quidam neotericus dixit, si quidem in capit. alter. d inuenitur, neque ob rationes, quas prædicti formant: sed quia nulla fere transgressio eorum, quæ dicto capit. aliter. prohibentur est mortifera, iuxta omnium sententiam, nisi ex cõtempu, vel magno cum scandalo, ea fieret. Quamuis Ioannes Tabienna e (pulchrè monstrans, S. Thomam non sentire id quod Angelus & Silvester aiunt) absque iusta ratione affirmet prima vice peccare: quod ipsum ante illum prædixerat D. Antoninus, f quod tamen non videretur tenendũ: quia nullo iure, vel ratione talis differentia inter primam vicem, & alias probatur. Et adde, quòd pro Caietano videretur hodie textus s Concilij Tridentini, h quatenus hortatur, & non præcipit, vt contrahentes non cohabitent in eadem domo donec benedictionem sacerdotalem in templo recipiant.

Interrogatus autem, An qui matrimonium clandestinum cõtrahit, eo solo, quòd non vult illud publicare, mortaliter peccet, quamuis matrimonio non vtatur? Respondi peccare, si altera pars poscit, vt publicetur, aut periculum incontinentiæ imminet, & nulla est iusta causa, qua differatur: quia officio suo nõ satisfacit: immo etiam, licet vterque consentiat & nullum sit incontinentiæ periculum, si ex eo quòd non publicatur, ea damna & pericula timeantur quæ ex eius vfu clandestino orientur alias verò non. k 39 Decimosexto, qui vel quæ coniunx primum clandestinè contrahit cum priore, & postea publicè cum posteriore, & habet rem cum posteriore, etiam si iussu Ecclesiæ sub excommunicatione præcipientis eã haberet, iuxta sententiam communem, quidquid Magister sententiarum communiter refutatus l dixerit. Peccat etiam, si habet rem cum priore, offendendo eos, qui putant, eam nõ esse ipsius coniugem. m Non tamen peccaret, si absque scandalo eam haberet, teneretur autem posteriori conuiuere. Ecclesia id iubente, si absque periculo habendi rem cum ea, vel eo, id facere potest alioquin minimè, etiam si ob id excommunicaretur, n quod tamen hodie post Concilium Tridentinum o non procedit, nisi in terris, in quibus illud non est receptum. Vel nisi quando matrimonium fuisset coram patrecho & testibus, clam tamen aliàs contractum, si per mortem parochi & testium, vel alia de causa probatio prioris matrimonij deesset.

40 Decimosseptimò peccat qui, vel quæ coniunx antequam satis certior fiat de prioris cõiugis morte, matrimonium contrahit iterum, p & etiam si post contractum habet rem cum posteriori subsistente causa probabili ad dubitandum de morte prioris (esto non sit euident & manifesta) debitum petit. q Immo & si reddit petitum, etiam iubente Superiore antequam illam animi dubietatem deponat, ad effectum saltem reddendi illud: probauimus enim r non solum peccare mortaliter eum, qui facit aliquid, quod credit esse mortale: sed etiam eum, qui facit aliquid, de quo dubitat, an sit mortale nec ne. Proinde coniunx probabiliter de prioris coniugis morte dubitans, antequam rem habeat cum posteriore debet expellere ab animo suo illam dubietatem, & credere mortem prioris, ad effectum saltem reddendi debitum, quamuis non credat, neque credere possit, nec debeat ad effectum illud petendi: quod latissimè s monstrauius, aperientes iustum intellectum, & veram concordiam inter dicta duo celebria. t

41 Et quòd differentia inter scientè ex vna parte, & credentem, aut probabiliter dubitantè ex altera, & inter eum, qui ex leui causa credit, aut dubitat ex tertia, non est sita in eo, quòd vnus peccat reddendo debitum, & alius nõ: quia omnes peccant tam reddendo, quàm petendo (si illa scientia, credulitate, vel dubietate durante petant, vel reddant) sed consistit in eo, quòd primus horum non potest illam scientiam iustè deponere, neque ad petendum debitum, neque ad reddendum. Secundus autem potest deponere suam credulitatem, vel dubietatem, præcipiente saltem iudice, ad effectum soluendi. Tertius verò potest ad vtrumque effectum: quæ est singularis resolutio à nobis v scripta.

42 Decimo octauò qui, vel quæ coniunx impudicis ta-

A ctibus se polluit, aut habet tactus huiusmodi intendens habere illam, vel cum periculo probabili habendi, iuxta sententiam Cardinalis Caietani, \* matrimonium enim eiusmodi tactus non efficit licitos.

Decimononò, qui, vel quæ coniunx habet copulam cum coniuge alia via, quam naturali extra vas naturale, vel tali modo, quo vxor non potest suscipere semen, aut retinere, secundum omnes: qui autem habet copulam intra vas naturale, ita vt vxor possit suscipere semen & retinere, non peccat mortaliter, quamuis fœdus sit modus eam habendi, quamquæ graue peccatum veniale admittit, & dignus est, qui eo modo vtitur magna reprehensione, peiorque animali bruto, quod in eiusmodi actu modum naturalem seruat.

B Vigesimo qui, vel quæ coniunx nullum prædictorum facit, nec vult facere, sed consentit in eo aliquo modo ex illis nouem, quos supra, b declarauimus, scilicet mandando, consulendo, consentiendo, laudando, tacendo, auctorem receptando, participando, vel opitulando, aut non impediendo, verbis, opere, aut admonitione, cum possit & deberet id facere, vt ibi diximus, quædã alia tradentur infra. c

De muliere fingente se habere filium.

- 43 Mulier fingens se pregnantem, vt absoluitur.
44 Vxor quid faciet, vt non se infamet, & iusto filio non noceat.
44 Restitui non debet res familiaris cum fama propria iactura. & seq.
C 48 Restituat damnnum, qui tradidit filium suum ad partum supponendum.
48 Infantis hospitali expositi impensas quis soluet.
48 Mulier testans, vt iuste potest spurium filium appellare.
49 Adulter potest non credere esse filium suum.
49 Causa etiam remota que obligat restituere.
50 Restituetur quantum iusto filio laeso ob spurium ignotum.
50 Legitima filiorum varia in variis regnis.

D I G E S I M O P R I M O dicimus peccare primò, mulierem coniugatam, quæ supponit sibi partum, fingendo se pregnantem, & parere filium alienum, quem secretò accipit ab alio, illam item, quæ suscepit filium ex adulterio.

Secundò, quòd absolui potest, id non reuelando, quamuis per id noceat patri putatiuo, efficiendo, vt filium alienum pro suo enutriet, etiam hæredi eius, quatenus filius putatiuus, & spurius habitu pro vero & legitimo, adiuit hæreditatem patris putatiui, aut partem eius, vt respondit Innocentius III. d

44 Tertio dicimus id, quod supra dictum est, proculdubio procedere quando maritus indubiè credit esse suum filium, & ipsa timeret mortem sibi ab eo inferendã, vel mortali odio peccaturum, si resciret. e Immo sufficit timor propriam famam perdendi, secundum Caietanium, f ante quem id dixit subtilissimus doctor Scotus, s & S. Antoninus: h quia vt præfatus Cardinalis i ait, non tenetur restituere bona ordinis inferioris cum iactura bonorum ordinis altioris, saltem communiter, & k bona fama altioris ordinis sunt, quàm bona rei familiaris, quia melius est bonum nomen, quàm diuitia multa. l vt etiam bona vita ac salutis, sunt altioris ordinis quàm bona fama. m

45 Nec obstat dicere, quòd Panormitanus n & communis videntur præsupponere, quòd si reuelare potest absque animæ, & corporis periculo, & putaret sibi fidem habendam, debet reuelare: quia Innocentius cuius mentem ibi omnes sequuntur, ait eam ad id non teneri, si quod grande malum cõsequeretur. Et quamuis postea ponat exemplum in malo corporis & animæ: non tamen negat, illud esse dicendum de malo fama, iuxta illud prædictum Sapientis, Melius est bonum nomen, quàm diuitia multa, quod constat esse grande malum, vt ratio prædicti Caietani probat. Nec obstat, quod Ioannes Major, o affirmat contractum, quia id fecit sine iusta supradictorum perpensione.

46 Quarto dicimus, quòd si mulier illa iam erat de adulterio infamata, & credit probabiliter absque periculo corporis & animæ, posse id reuelare, & quod sibi adhibebitur fides, tam à patre, quàm à filio, debet reuelare, quæ communis est conclusio Innocentij. p

Quintò, quòd si crederet ipsa, filium suum spurium &

a Verbo matrimonialis v suu pag. penul.

b Ca. 11. nu. 10 & i. c. præcedenti. p. 17.

c Cap. 25. nu. 744.

d In ca. officij de pa. & re.

e Vt habet textus illius cap. & Pav. & cõs ibi declarant. f Tomo 1. Opuscul. Opus. 31. respon. 14. g In 4. di. 15. q. 2. post ar. 4. in responsione a. h 2. pa. tit. 1. c. 58. §. 8. in fin. & melius tit. 2. c. 5. §. 4. i 2. 2. qu. 62. art. 5. & in dicta responsione 14. k Vt dicimus in repet. c. inter verba. 11. quast. 3. l Prout. c. 22. ml. Fernorã. ff. de pon. n In dicto c. officij. o In 4. di. sen. dist. equ. 17. p In dicto ca. officij. & alio rum.



factum esse tanto virtutis studio, adeoque matri credentem, quod reuelando ei causam fecerit credere, & totam hanc reuerentiam aliis fratribus veteris relinquere, teneretur ei reuelare.

47 Sexto, quod quando eiusmodi mulier non est ad reuelandum huiusmodi causam obligata, aut quando per suam reuelationem non potest consulere damno, quod suo marito, vel eius heredibus iam euenit aut est euenturum, obligatur ad competenter satisfaciendum eis confessarij discreti arbitrio, ut contextus ipse præfati cap. officij. in fine habet: qui confessarius tali mulieri suadere debet secundum Scotum, a vt satagat inducere filium illum ad intrandam religionem, vel vt sacris initiatur, & accipiat beneficium aliquod Ecclesiasticum, quo contentus hereditatem aliis renunciet: quod si hoc ei non potest persuadere, debet tam marito, quam eius heredibus resarcire damnum, ex bonis parafarnalibus, id est, quæ ultra dotem habet, qualia si non habeat, non obligatur amplius, quam ad sui peccati penitentiam, & ad concipiendam voluntatē satisfaciendi, quando poterit, secundum Scotum. b Cui duo addimus. Alterum, quod religio, cuius ingressus est ei persuadendus, debet esse hereditatis incapax (qualis nulla est hodie post Concilium Tridentinum c præter Franciscanam Capucinorum, & eorum qui Minorum de obseruantia vocantur) aut quod ante ingressum & professionem renunciet hereditatem patris putatiui; alioquin enim nil proderet huic proposito ingressus ille, cum monasterium posset hereditatē illi obuenientem adire. d Alterum, quod quando non poterit ei prædictum ingressum persuadere, nec satisfacere pro bonis, in quæ filius est successurus, debet bona mariti augere, tantò plus laborando, ultra quam per matrimonium obligatur, & tantò minus expendendo in vestitum & victum de his, quæ honestè impendere potest, vt quod per hanc parcimoniam residuum fecerit, adæquetur damno per filium illato, vel inferendo. At si nec hoc ad id fuerit satis, debet donare in vita, vel relinquere in morte tantum, quanto in id opus fuerit, filiis legitimis ex parte illa bonorum suorum, quæ liberè, in animæ suæ, vel extraneorum gratiam relinquere potest. e Demumque quando hæc omnia non fuerint satis, sufficere ei contritio, & voluntas illa, quas Scotus dixit sufficere.

48 Septimo, quod etiam obligatur ad resarciendum damnum prædictum is, qui tradidit ei filium suum ad supponendum partum, & fingendum eiusmodi figmentum. Adulter item, ex quo illum concepit, si credit, aut credere debet esse filium suum, quia illius damni causam dedit: & qui causam damni dat, damnum dedisse videtur, f & vt alterius eorum restitutio & resarcitio vtrumque liberat, sic altero non potente, aut nolente resarcire alter obligatur, per ea, quæ in cap. sequenti scribentur. Quin etiam si infans fuit expositus hospitali alicui, vt ibi nutriretur, obligati sunt ad soluendas impensas, quas in eo nutriendo fecit, si eos paupertas non excuset, ob id quod hospitalia in pauperes subueniendos instituuntur. g

Interrogatus, An mulier, quæ de adulterio filium suscepit, testari possit, cum id facere posse non videatur, nisi affirmando eos legitimos esse, quod est mendacium propter nullam rem dicendum. h Respondi posse: tum quia potest eos appellare filios absque aliqua legitimi intentione: tum quia sine mendacio potest legitimos appellare, intelligendo apud se, tales esse communi existimatione, iuxta latè per nos adnotata, i tum quia plurimum interest legitimorum, eam testari, quo exoneret conscientiam, quantum plus poterit eis relinquendo. k

49 Octauo, quod confessarius non debet huiusmodi resarcitionem imperare adultero non credenti, nec debenti credere eiusmodi filium esse suum, siue quod mater est leuis, & solita cum aliis adulterari, siue quod ipsa quoque dubitat, an sit filius adulteri, vel mariti sui, siue quod reputat eam, ad se obligandum, mentiri, secundum S. Antoninum. l Nec ipse adulter facile debet credere se ad id obligatum. m Si autem adulter credit, eum esse suum filium, restituere debet patri putatiuo impensas, quas in eo nutriendo fecit, & etiã hospitali, si apud illud expositus fuit. Insuper & præfato patri restituere debet dotem, \* aut sponsalitiã largitatẽ, si quam dedit ei, immo & filiis eius id, quod de patris hæ-

reditate habuit, vt S. Antoninus a ait, quæ Syluester & communis probant. Quamquam D. Sotus, b contrarium teneat, motus eo, quod non videtur ei causa propinqua illius damni. At communis opinio videtur nobis longè verior. Primum, quod est commune: deinde, quod ipsemet fateatur adulteram ad id teneri, quæ tamen non est propinquior causa damni, quam adulter: quandoquidem non consequitur illud immediatè ex adulterio, neque ex partu, sed ex vita eius, quem peperit. Tertio quod adulter est causa satis propinqua, licet non proxima, & non oportet esse proximam, quo de damno teneatur, iuxta notata. c Quarto, quod adulterium, sua pte natura ordinatur ad generandum, & est via & medium in illud damnum, quod genitus eo ipso, quod genitus est, infert: & cum sit res illicita, obligat in id quod ipsum consequitur, tamquam effectus eius, quo casu etiam causa remota nocet. d

\* Aut sponsalitiã largitatẽ. Sponsalitiã largitas est donatio propter nuptias: illa est duplex, aliquando enim sumitur pro donatione inita inter sponso, vel ab altero illorum alteri, aliquando pro numeribus, quæ sponse donatio vel mittuntur antequam nubat. Petrus Greg. lib. 8. syntag. cap. 7. num. 14.

50 Nono, quod addit idem Sotus, e quod filiis patris putatiui hæredibus non debet restitui tantum, quanti valet hæreditas: nec quantum restituendum esset, si post acquisitionem illa eis tolleretur: sed multò minùs, iuxta prudentis & boni viri arbitrium, quæ singularis conclusio est, confirmarique potest, per id quod vterque Thomas ait. f Id tamen, nostra sententia, limitandum est, tunc tantum procedere, quando restitutio faciendã est filiis successuris, antequam succedant, id est, quando pater, cui successuri sunt viuit, & dubitatur, an filius putatiuus victurus sit eo tempore, quo de diuidenda hæreditate paterna tractabitur: nam post patris putatiui mortem, & aditam eius hæreditatem, videtur iam tractari de bonis quæstis, & ita restituendum est illis tantum, quantum valet id, quod filio putatiuo obuenit, & quamuis Sotus (nostro iusticio) in vtroque casu loquatur.

Itaque omnia resoluendo dicendum, quod si persona obligata ad hoc restituendum, accesserit ad confessarium prius, quam pater putatiuus moriatur, debet se informare, quantum expenderit in filio putatiuo educando, vel forsitan dorem, aut sponsalitiã largitatẽ ei tradendo, vel in literarum studiis sustentando: & si quam, & quantam mercedem meruerit filius putatiuus à suo patre putatiuo, & habita horum ratione, præcipiat illi personæ, vt id residuum, quod patri debetur, ei restituat, persuadeatque illi, vt concipiat propositum restituendi, cui oportuerit id, quod præfatus filius putatiuus de bonis patris putatiui acquisiturus est, si superuixerit illi. Quod si persona præfata penitens est mortis periculo propinqua, relinquat aliis filiis, vt dixit Sotus, non tantum quantum deberetur eis, si iam hæreditatem acquisisset, vna cum illis filius putatiuus: sed tantò minùs, quanto minoris æstimari debent bona post patris putatiui mortem, illi querenda, ob illam dubietatem an acquisiturus sit, nec ne? Idque poterit facere meliorando, vt iurisperitorum vulgus loquitur, alios filios de illa bonorum parte, quam cuiuscumque volet, liberè potest relinquere, iuxta varias variorum Regnorum leges: in his quidem Castellæ de tertia & quinta, h in Regnis verò Portugalliæ de tertia, i in illis verò Nauarræ de omnibus, excepta minima re. In illis verò terris, in quibus ius commune seruetur, de semisse aut triente. k Si autem præfata persona penitens accesserit ad confessarium priusquam patri putatiuo successerit, & fratribus suis damnum iam intulerit, præcipiat ei confessarius, vt restituat fratribus, quos filius putatiuus læsit, omne damnum, quod eis intulit, quam optimo modo poterit, quidquid & Sotus, & qui eum sequuntur, dixerint.

De septimo præcepto Decalogi, Non furtum facies.

C A P. XVII.

- 1 Furtum quid, & diuiditur in mentale, & reale.
1 Præceptum non furandi, quæ, & quot prohibeat.
2 Furtum genere suo mortale, sed excusant ab eo paruitas, & alia.

a Vbi supra.

b Vbi supra.

c Sess. 25. c. 3. de regulari.

d Arg. c. i præsentia, cum ei a. inor. de proba.

e Iuxta aut. nouissima. & anth. unde si parens. Co. de inof. testa.

f l. qui occidit. ff. ad leg. Aquil.

g Ca. de xeno doctis. & pro ea qua ibi late tradit. Lapus in re. de religi. dōi. h Ca. primū. 22. q. 1. c. sup. eos. de vj. m.

i In c. humana. aure. 22. q. 5. k Iuxta supra dicta.

l In 2 par. si. 2. c. 7. sub fin. m Arg. c. Dominus de i. c. i. nupt.

a Vbi supra. b Lib. 4. q. 7. tit. 2. de. iur. & iur.

c In cap. si egressus. cap. si de iur. iur.

d Ca. si. de ho. mi. lib. 6.

e Vbi supra.

f 2. 2. q. 62. a. 2.

g Arg. l. cum hæredes. ff. de acqui. poss.

h l. 7. & 8. ad iuncta leg. 15. Tauri. i Lib. 4. Ord. nat. tit. 70. k Auth. nouissima. & aut. unde si parens. Co. de inof. testa.



- 2 Furtum ad causandum mortale, quanta quantitas requiratur.
- 2 Furtum notabile, & furtum notabiliter nocens differunt.
- 2 Furtum pauperi & diuiti saluum qualiter metiendum.
- 3 Furtum propter omne mortale non fertur excommunicatio vbi que.
- 3 Doli actio non datur ob omnem quantitatem, qua mortalem culpam facit.
- 4 Furtum mortale hac quantitas facit.
- 4 Furtum a mortali culpa septem excusant.
- 5 Metus minor iusto attenditur in foro conscientie.
- 5 Finis vitia anime, & bonis domini excusat a furto.



a Cap. 14. q. 6.

b In l. ff. de furt. c Quia reperiuntur in l. 5. Inst. de obli. ga. qua ex de lic. n. scum.

d Inter omnes §. relle ff. de furt. c. Eod. §. 7. & c.

e In 4. l. sept. dist. 5. q. 18.

g In addic. c. quando de co. sec. dist. 1.

h Ca. penale. 14. q. 5. i In Pral. 7. num. 19. & c. 11 num. 11. k 1. 2. q. 72. art. 6. l In dicto c. 11. num. 10. m 2. 2. q. 66. art. 6. n 2. 4. q. 6. & c. fures cum tribus seq. de furt. o In c. 11. n. 4. p 1. 2. q. 88. a. §. 6. & c. 2. q. 3. a. 5. & c. q. 39. art. 4. q. 2. p. tit. 4. c. 1. §. 7. & c. 8. q. 1. §. 8. s Ca. d. nu. 3. & seq.

t l. ff. de iure delib. & c. de causis. de of. p. deleg.

v 14. q. 6. x In d. ca. fin. 14. q. 6. Hier. in com. ad Titum. y 1. 2. q. 20. art. 3.

z 2. 2. q. 66.

Via hic locus est opportunus, in quo ponatur summa Commētarij nostri, a iuxta iam alias promissa, ideo coniungendo ea, quæ hoc loco tradita fuerunt in Hispano, cum illis, ad quæ fiebat remissio, dicimus primo, quod furtum definitur à iuriconsulto, *bellè, dolosa contrectatio rei alienæ. inuito domino suo, ad proprietatem eius, aut possessionem, aut usum acquirendum.*

Dixit, *Contrectatio*, per quod intelligimus etiam voluntatem contrectandi, quæ est mentale furtum. Dixit, *Alienæ*: quia suæ contrectatio, quatenus est, aut merito creditur sua esse, non est furtum. *Inuito domino suo*, quia quod eo volente fit, non est furtum. *Dolosa*: quoniam iocosa, & officiosa, ad reddendum cautiorum dominum, non est furtum, vt recte ait Maior. *Ad acquirendum proprietatem, aut possessionem, &c.* quia ad hoc, vt sit furtum, sufficit vt contrectans velit aliquod horum acquirere, secundum omnes. Ex quibus sequitur furtum esse duplex, reale, quod est contrectatio realis, & mentale, quod est voluntas sic contrectandi: quæ definitio iuriconsultorum est vsui loquendi proximior, quàm illa Ioannis Maioris vbi supra.

Secundò dicimus, quod hoc præcepto, vt diximus, non solum prohibetur contrectatio occulta, vel voluntas eam faciendi, quæ propriè furtum dicitur: sed etiam omnis illa, qua aliquid ab aliquo iniuste accipitur, & iniuste retinetur, & omnis iniusta damni illatio, & per consequens violenta, & denique omnium rerum alienarum vsurpatio illicita, h & consequenter omnis voluntas deliberata faciendi aliquod prædictorum: quoniam vt supra diximus, i post S. Thomam<sup>k</sup> peccata voluntatis, oris, & operis eiusdem sunt speciei, immo vnum: quamquam, quæ sunt solius voluntatis, ad restitutionem non obligant, est dictum supra.

2 Tertio, quod omne furtum ex suo genere est mortale secundum S. Thomam, m & probatur in dicto cap. fin. n Excusat autem furtum à culpa mortali. Primo quidem paruitas rei, quia in omni materia peccati, illa & alia duo excusant à peccato mortali, vt diximus supra, o post S. Thomam<sup>p</sup> & Antoninum<sup>q</sup> & Adrianum. r Ex quo sequitur, quod saltem in genere moris furtum paruum, quod non attingit culpam mortalem, differt specie à furto magno, quod attingit illam, quia supra s diximus, circumstantiam, quæ facit actum esse mortalem, sine qua ille non esset talis, mutare speciem in genere moris.

Quartò dicimus, quod magna quæstionis est, quæ paruitas excuset à mortali, quia id nullo iure naturali diuino, aut humano definitum est: communiter tamen tenetur, & quidem rectè, id boni viri arbitrio relinqui: quoniam, quæ indefinita relinquuntur à lege, arbitrio boni viri sunt definienda. t

Quintò dicimus, quod sæpe confessarij nos molestant, interrogantes, quæ quantitas sit ad hoc notabilis: aut quam nos talem arbitramur: quibus conati fuimus satisfacere per sequentia posita in præfato Commentario cap. fin. v Primum, quod qui parum furatur, volens multum furari, mortaliter peccat. \* vt S. Hieronymus<sup>x</sup> clare sentit: nam voluntas faciendi, & ipsum factum eiusdem sunt malitia, iuxta S. Thomam receptum, y qui autem rem paruulam furatur sine animo aliam maiorem furandi, & maius damnum proximo faciendi, quàm paruula illa res valet, furtum mortale non committit, etiam si sciat dominum, id molestè larurum, si ei denunciaretur, neque eam à se petitam, datum fuisse, secundum Caeteranum, z quamuis S. Thomas ibi de hac re aliquantum obscure loquatur.

\* Vt D. Hieronymus clare sentit. D. Hieronymus hoc habet in cap.

A 1. epist. ad Titum, cuius verba sunt. Fur non solum in maioribus, sed etiam in minoribus indicatur. Non enim id quod furto ablatum est, sed mens furantis attenditur. Quomodo in fornicatione & adulterio non idcirco diuersa sit fornicatio, aut adulterium, si pulchra aut diues: deformis aut pauper: meretrix vel adultera sit, sed quælibet que illa fuerit vna est fornicatio vel adulterium, ita & in furto quantumcumque seruus abstulerit furti crimen incurrit. hæc ibi.

Secundo, quod qui furatur aliquam paruulam rem, veluti subulam à sutore, aut acum à sartore, ob quod, & quia aliam subulam, vel acum non habet, à labore cessat, non furatur rem notabilem, quamuis ex eo notabile damnum in dominum redundet, licet contrarium sentiat Siluester<sup>a</sup> cui consentit Soto, b quia qui paruam illam rem furatur, quamuis ob eam damnum decem ducatorum inferret, non tamen duplo, aut quadruplo illius damni condemnaretur, sed duplo, aut quadruplo rei illius paruæ furto subtractæ, quatenus esset furtum manifestum, aut non manifestum. c Illa tamen paruæ rei subreptio esset mortalis, si qui surripit, scit, aut scire, aut credere debet, ex furto illo paruulo eiusmodi damnum notabile domino euenturum, non quia res illa surrepta notabilis sit, vel quod voluntas illam surripere si sit voluntas surripendi rem notabilem: sed quia damni notabilis causam dat, & consequenter id dare videtur, d quæ sunt diuersa, vt ex diuersitate titulorum, de furtis, & de iniuriis, facile colligitur. Quod ipsum est dicendum de eo, qui paruulam rem furatur, credens ex eo dominum magna molestia & perturbatione afficiendum: quale fecit quidam famulus suo heri diuiti nobis noto, surripiendo magnum quoddam malum cydonium, quod in horro suo ille habebat, & magni aestimabat, ad ostendendum amicis: & monuerat suos famulos, notabili se molestia afficiendum, si illud furarentur. Is enim famulus non admisit furtum notabile, quamuis ob molestiam notabilem, quam attulit, mortaliter peccare potuisset, si quidem crederet, aut credere debebat, illa molestia dominum afficiendum esse.

Ex quibus inferitur, quod aliquando, qui rem paruam pauperi aufert, mortaliter peccat, non autem qui opulento similem aufert, & aliquando è contrariò, qui aliquam rem paruam aufert diuiti, peccat mortaliter, & non qui similem aufert pauperi: nam qui surripit subulam furori, vel acum sartori, credens, vel debens credere, eos non habere alias, quibus operentur, & ideo damnum notabile eis euenturum, peccat mortaliter: non autem qui diuitibus eadem aufert: & è contrariò, qui diuiti surripit rem paruam ab ipso magni aestimam, quale erar pomum, de quo supra diximus, credens, vel credere debens, eum ob id notabili molestia affectum iri, mortaliter peccaret, non autem qui idem faceret pauperi rem illam non maioris, quàm valet, facienti: quia ille dar causam notabilis molestiæ, hic verò minimè.

3 Tertio, quod licet in aliquibus Episcopatibus per constitutiones Synodales declaratum sit, ne quis excommunicetur pro re, quæ minoris centum dipondiis valeat: & in aliis ne pro re, quæ minoris duobus regalibus, seu iuliis valeat, non tamen idcirco censetur definitum illam esse quantitatem necessariam, vt sit mortale, siquidem quamuis non debeat, nisi pro peccato mortali excommunicatio ferri, e vt latius tradimus infra, f non tamen pro quolibet mortali fertur ipso iure: & sic præfate constitutiones interpretandæ sunt, quod quamuis propter quantitatem minorem, quàm duorum regalium, aut centum dipondiorum, mortaliter peccetur, nemo tamen pro minori est excommunicandus.

Quartò, quod aliqui collegerunt ex Soto, & summam duorum, aut trium ducatorum non esse notabilem quantitatem, sine consideratione personæ, cui furtum fit: sed nobis, neque videtur prædictum Sotum id sensisse, neque esse verum: tum quia S. Thomas<sup>h</sup> à culpa mortali non eximit furtum, nisi quando est de re minima: nemini autem videtur esse talis in hac regione ducatus in se consideratus: tum quia idem S. Thomas sensit, ideo furtum de re minima non esse mortale, quia præsumi potest, id non displicere domino significans secus esse, si putaretur domino id displiciturum. Et quamuis Caeteranus magno conatu, & rectè nostro iudicio, eius sententiam extendat ad furtum minimæ rei, etiam si domino displiceat, nullatenus tamen extendisset ad furtum duorum ducatorum, quippe

a Verb. furti. b Li. 5. q. 2. a. 3. de in. & iu.

c §. in dupli & §. quadr. insti. de ac.

d Ca. ff. de in iur. l. qui occidit ff. ad le. Aquil.

e Ca. nemo & ca. nullus. 11. q. 3. f Ca. 17. n. 9.

g Li. 5. q. 2. a. 3. de in. & iu.

h 2. 2. q. 77. art. 6. ad 3.



quod longè alienum fuisset à mente S. Thoma: tum quia in aliquibus Episcoparibus, ex consilio virorum doctorum & prudentum statuitur, vt excommunicatio pro furto centum dipondiorum, & duorum regalium, siue iuliorum concedatur, vt prædictum est, & vt infra dicemus. Excommunicatio maior non nisi ob peccatum mortale ferri debet. b

Non obstant in contrarium citata. Non primum, quia aliud est denegare actionem doli contra eum, qui citra quantitatem duorum ducatorum decipit: & aliud dicere, non peccare mortaliter, qui in minori decipit, quia lex actionem denegat contra emptorem & venditorem, qui in minus quam dimidio iusti pretij decipit, tamen ille mortaliter peccat, si notabiliter decipit, iuxta doctrinam S. Thomæ receptam. d

4 Quintò, quòd consulerem còsistenti mihi, vel me còsistenti, vt reputaret pro notabili quantitate, quo ad effectum còstituendi culpam mortalem. Primò summam duorum regalium, vel iuliorum: immo & vnus, etiam dimidij: & quod non haberet pro tali minore quarta parte regalis, vel iulij, in hac regione, nec in alia, quæ pecunia æquæ, atque hæc abundaret. Nec damnarem eum, qui teneret mediam inter 4. & dimidiam, non esse notabilem. Sed neque nunc quando pecunia numerata minoris pretij est, quam numquam fuit, dissentirem ei, qui assereret, non esse notabilem ad hoc quantitatem, quæ vnum iulium, siue Regale, aut tres partes eius non contineret, sequutus in hoc mentem cuiusdam statuti Illustrissimi Ordinis Carthusiani.

Secundo consulerem, quod pro tali haberet vnum hadum, caponem, & etiam vnã gallinã mediocrem, etiam in regione vbi illa solum dimidio regali, vel iulio non valeret, etiam duodecim ouorum ablationem: & idem dicerem de quarta rubij tritici, & quarta vini: tum quia vnãqueque istarum rerum communiter pro te maiori minima habeatur: tum quia licet olim in publica disputatione, quam super dicto capite, fin. e nihil horum attingentes habuimus, defenderimus non esse concedendam actionem furti, nec aliam propter ablationem, aut retentionem tam exiguæ rei, quæ non pertingeret ad culpam mortalem: asseruimus tamen propter acceptionem, aut retentionem vnus gallinæ dari posse, quod nobis irrefragabiliter probat §. gallinarum. f

Tertio, quod furtum minoris quantitatis dimidio regali, est peccatum mortale, illi qui credit, vel credere debet datum iri per illud damnum maius dimidio regali, quale est furtum vnus acus, aut fibulæ, aut alterius instrumenti, factum ab eo, qui credit, vel credere debet, quòd ob defectum eius, is, à quo subtracta est, damnum maius dimidio regali patietur ex diaria mercede. Notandum tamen est, quòd si daretur excommunicatio propter solum furtum, quæ alia damna non comprehenderet, qui eiusmodi furtum commisit, excommunicatus non esset, quia, vt supra diximus, aliud est furtum instrumenti tam parui pretij, & aliud damnum, quod eius ablatione, aut retentione fit: quia si duplo, aut quadruplo furto condemnaretur, prout manifestum, aut non manifestum esset, non damnum, sed solum pretium surrepti instrumenti duplicaretur, vel quadruplicaretur, iuxta omnium sententiam, & vt supra dictum est.

Quarto, quod excommunicatio generalis contra eos, qui furantur, aut malè ablatum non restitunt, omnes iniuste auferentes, aut retinentes tantam quantitatem, quanta ad peccandum mortaliter satis est, comprehendit, quia comprehenduntur sub proferentis verbis, & mente, quæ est animas à peccato mortali abducere, & ne in illud prolabantur cauere, nisi per constitutionem Episcopatus, vel intentionem excommunicantis, aut aliam viam excipiantur, qui ad aliam certam vsque quantitatem maiorem non auferunt, qui enim exciperentur non comprehenderentur, quia excommunicatio non ligat, nisi quos, & quot, qui excommunicat, aut qui eam petit, vult, vt infra dicimus.

Quintò, quòd de illo, qui multa minima sæpe suo heredo, aut alij, aut multis auferit, teneret id, quod infra k dicitur.

5 Secundo, & tertio principaliter excusant futra à mortali indeliberatio, seu surreptio, & defectus iudicij idonei

ad culpam mortalem, quæ duo, sicut paruitas rei, in omni materia peccati, excusant ab illa, per supra dicta. a

Quarto excusat etiam à veniali ignorantia probabilis, quòd res esset aliena, & extrema necessitas, vel adeo grauis, quæ iudicio boni viri, ad id sufficiat, b & etiam præsumptio probabilis dominum rei æquo animo id laturum, c non autem dubitatio, aut temeraria præsumptio, d quamuis verè dominus æquo animo ferret: nam qui facit id, de quo dubitat, an sit mortale, vel credit esse tale, mortaliter peccat, per ea quæ diximus, e quamquã in hoc casu postremo ad restitutionem non teneretur. f Neque excusaret præsentia, & patientia domini patientis id præ timore, aut pudore, secundum Siluestrum, g & probatur per illam conclusionem Adriani, h videlicet, quòd in foro conscientie transactio, & donatio non valent, quoties non sunt animo libero, etiam si non intercedat tantus metus, quantum forum exterius ad inuadendum illas requirit, iuxta ea, quæ leguntur & notantur in Interpositis. i Excusat etiam à culpa mortali conditio iustificans, vt cum quis vult furripere, si Deus id non veruisset. k

Quinto excusat impotentia recuperandi suum sine scandalo, quia tunc clam capere potest. l

Sexto excusat propositum restituendi, quæ accipit domino proprio, vt qui à fure, aut latrone vilissimè emit, quid ille furatus est, aut rapuit, vt domino suo restituat.

Octauo excusat iusta voluntas proficiendi domino spiritualiter, vel temporaliter, vt cum quis occultè furatur pigmenta, aut fucos alicui mulieri eis malè videnti, & alios ad peccandum prouocantia: aut gladium furioso, ne se, vel alium occidat: aut pecuniam, aut folia lusoria, vel aleas lusori, ne ludat, modo ex hoc magnum scandalum non sequatur, iuxta S. Antoninum, m quia nulla harum est contrectatio, aut acceptio fraudulenta, quæ ad furtum requiritur per prædicta supra. n

Restitutio quid.

- 6 Restitutio quid, cum definitionis declaratione.
- 6 Restitutio est actus iustitie vera. nu. 7.
- 7 Restituenda res aliena etiam non restituta pretio. §. 8. & 9.
- 10 Restituenda ipsamet res aliena surrepta.
- 11 Restitutio duplex formalis & virtualis, qualis est remissio.
- 11 Restituenda necessitas ex qua lege nascitur.

6 **Q**uoniam autem non solum acceptio alieni, sed etiam restituendi retentio, est contra hoc septimum præceptum, o necessarium fuerit dicere de restitutione. Primò quid sit. Secundò, quis ad eam teneatur.

Tertio, quid sit restituendum. Quarto, quantum. Quintò, cui. Sextò, vbi. Septimò, quomodo. Octauò, quo ordine. Nonò quando.

Restitutio igitur, vt ad primum veniamus, apertius & breuius, quam hactenus, definiti potest esse actus iustitie specialis commutatiua, quo redditur alteri, quod suum est, vel quod ei debetur lege vera iustitie, formaliter, vel virtualiter, de bonis animi, corporis, honoris, vel pecunie.

Dixi, iustitia, quo differat ab actibus virtutum Theologicarum, Fidei, Spei, & Caritatis, quibus redditur Deo cultus debitus interior: & ab actibus Prudentiæ, Fortitudinis, & Temperantiæ, & aliarum virtutum eis attributarum, seu potentialium, quibus animis nostris porius, siue principalius, quam nostris rebus exterioribus medemur, & proficimus, vt post S. Thomam diximus latius, & vtilius infra. p

Dixi, specialis, quo differat ab actibus Iustitiæ generalis; quæ versatur in referendo omnium virtutum moralium eius ad bonum commune humanum: sicut caritas in referendo eisdem ad bonum commune diuinum, quod est Deus, vt post S. Thomam q diximus, alibi. r

Dixi, commutatiua: quia vt S. Thomas s receptus ait, requiritur equalitas inter id, quod restituitur ex vna parte, & inter id, quod debet restitui ex altera: & quia non est actus iustitiæ distributiua, quæ commune priuatis diuidit.

7 Dixi, quod suum est, ad significandum, quòd per cap. si res. t & mentem omnium Doctorum in illa comminiscen-

a Ca. 27. nu. 9. b Diff. 1. no. 110. c. 2. nu. 11. q. 3.

c l. 2. C. de re vend. & c. c. d. de i. de ep. & vend. d. 2. q. 77. art. 7.

e l. 4. quest. 6.

f Inst. de rer. diuis.

g In dicto §. in dupli. & §. quadr. Inst. de ad.

h Ar. ca. 1. de sen. excom. lib. 6. c. 2. de con. 60. lib.

i Cap. 27. nu. 14. k Eod. c. nu. 139. & 140.

a Ca. 11. n. 4.

b Cap. si quis propter necessitatem. de furt. vbi Pa. & alij. c. linter omnes. §. redit ff. de furt. d. Lic. §. red. e In c. si quis autem. n. 57. & seq. de pec. dist. 7. f Diff. 5. red. d. & Sylu. ver. furtum. q. 7. g Vbi supra. h In 4. de res. qu. 2. vers. ex quibus. i C. de transact. & l. metum. r. & 2. ff. quod met. cau. a. k Ar. c. si pro se. de res. li. 6. le. credere diem. ff. de verb. sig. Ca. ver. cogitatio l. per glo. memorabilem. c. sui genitil. l. d. & dist. singulari Immo cap. olim. de res. spo. m In 1. pa. ri. l. cap. 14. §. 2. n Eodem ca. nu. 1.

o Cap. saps. de res. spol. & c. si res. 14. q. 6.

p Eod. nu. 11. q In 2. q. 25. ar. 4. r In Tractatu de reditib. eccles. quest. 2. monuo. 1. s 2. q. 61. ar. & q. 62. ar. 1. t 4. q. d. & c. saps. de res. spol.

rium,



a In utroque loco supra citato.

b l. sed et si. §. 1. Et l. item venimus §. 1. ff. de pass. ha. rad. c. l. mater. Et l. in d. capium. C. de rei ven. d. Per d. l. sed si possessor. §. 1. l. in d. d. i. re. Et l. cum ca. ff. de em. sio.

f 2. 2. qu. d. 2. artic. 6. Et in summa ver. res. §. 2. ra. dix. pro quo sunt dicta l. sed et si. Et l. item venimus. g Capis. ff. de empt. l. 1. Et toto tit. ff. de em. sio. h l. in d. duo re. ff. de em. sio.

i Eodem. ca. nu. 107.

k Argu. 2. dudum 2. de elaff.

l 4 par. 9. ad. memb. 3. m. l. 4. l. sen. dist. 15.

tium, & Caietanum, \* quisquis rem alienam contra voluntatem domini habet, tenetur restituere illam: quamquam alio modo si eam bona fide habuit, & retinet, & alio si mala: quia si bona fide accepit & retinet, si eam amittit, aut absque ipsius culpa perit, satisfacit restituendo id, quo factus est locupletior. b Itaque qui bona fide emit aliquid a non domino, tenetur suo domino illud restituere, simul ac eius esse scierit, etiam non reddito pretio pro eo dato, c & si iam illud non habet, tenebitur ad id, in quo factus est locupletior, puta, pretium, quod pro illo habuit. d

8 Quod si in nihilo factus est locupletior, ad nihil tenetur domino, neque alteri, cui bona fide venderet illud eodem, vel minori pretio, quo emerat, e quia nihil amplius, quam suum habet: licet si plus venderet, quam emisisset, illud suum restituere teneretur: quia quo ad illud alienum retinet, aut aliud pro eo, ut recte dixit Caietanus. f

Contra quæ facit primò, quod is bonæ fidei venditor \* tenetur emptori de evictione. Sed responderetur, quòd liberabitur cedendo actionem de evictione, quam contra eum, a quo bona fide emit, habet, b quia ea factus est locupletior, ad quod etiam in conscientia tenebitur.

\* Tenetur emptori de evictione. Evictio est eius rei quæ adversarius legitimo iure adquisierat per iudicem recuperatio. Quare venditor tenetur emptori de evictione. i. si emptori aliquis rem venditam per iudicis sententiam abstulerit, venditor etiam bonæ fidei tenetur præstare rem venditam, & emptorem a damno omni immunem reddere. Unde actionem de evictione habet emptor in venditorem bonæ fidei, a quo hic liberatur cedendo illi emptori actionem de evictione quam ipse venditor hic secundus habet adversus primum venditorē, qua hic secundus dicitur factus locupletior, quia acquisivit ius evictionis, quòd antea non habebat.

Secundo facit contra hæc argumentum cuiusdā eruditi fundantis se primò, quòd infra i diximus, eum, qui pecuniam adulterinam ab alio bona fide receptā tertio tradit, postea quā id rescierit, teneri ei restituere legitimam. Secundo, quod qui bona fide vendit auricalchum pro auro, postquam rescierit, tenetur tantundem veri auri restituere. Tertio, quod pretium datum à se bona fide, recuperare potest per evictionem, & non potest iuste vtrumque retinere.

Sed responderi potest ad duo prima, quod non est eadem ratio de tradente pecuniā adulterinam, vel auricalchum pro auro, & de tradente rem alienam, sed verā, quia ille tradit rem intrinsecus defectuosam: & ita falsam, & communiter est in aliqua culpa accipiendo vel dando: hic autē rē intrinsecus veram iusti valoris, & ita communiter non est in culpa, accipiendo neque dando. Et vrgenti, quid si vterque esset in culpa, vel neuter in ea: concedi posset idem de utroque iudicandum. k

9 Ad tertium verò, quòd solum concludit bonæ fidei venditorem teneri ad cedendam actionem de evictione, quod non negamus, & proximè concessimus. Supradicta ratione, qui ad cœnam invitatus ex vitulo alieno edit, quamvis restituere teneatur id, quod mala fide comedit: si tamen id bona fide fecit, solum tenetur ad illud, quod ob illam cœnam domestico sumptui subtraxit: & si nihil subtraxit, ad nihil tenetur: quia solum quod subtraxit est apud eum ex illo vitulo alieno. Idem dicendum est de vsu alienæ vestis, quam quis suā esse arbitratur: si enim ob id, quod eam gestavit, suam servavit, tenetur solvere vsuum, aut quantum ob illum propriæ pepercit.

Tertio facit, quòd iure dubitari potest, an qui emit bona fide rē alienam à nō domino, de hoc certior factus, illā reddere venditori possit, & suam pecuniam recuperare? Ad quod responderetur posse, ut respondet Alex. Halensis doctor irrefragabilis, l quem Gabriel, & m alij sequuntur.

Contra quod facit primò, quòd videtur cooperari venditori ad peccandum in retinendo alieno. Secundo quòd Medina contra tenet in eo, qui credit venditorem nunquam restitutum eam Domino.

Ad quorum prius responderetur, negando, quod qui rē emptam à non domino, reddit ei, ut pretium datum pro ea recuperet, cooperetur ad peccandum: tum quia actus ille non domini recipiendi rem alienam à se venditam, non

est de se peccatum, quia id non est de se accipere alienum dolosè, quia potest facere sanctè ad finem restituendi eam domino: tum quia ille tenetur restituere illam domino: & ita qui emptor eam restituit illi, videtur iuvare eum, ad exeundum à peccato, & non ad peccandum. Ad posterius autem, negando illud Medina dictum: tum quia id non satis probatur: tum quia emptor plus tenetur sibi providere, quam domino rei. a Et reddèdo rem nō domino recuperato pretio sibi providet, faciendo actum iustum, & si ob id per accidens culpa non domini, & non sua, contingat damnum domino, non est imputandum ei, qui reponit rē penes eum, à quo accepit, quum nulla lege iustitiæ obligetur ad aliud, & quod per accidens contingit, non est adeo attendendum. b

10 Qui autem mala fide recipit, aut retinet rem alienam, tenetur restituere eandem rem si potest: sin minus tantum, quantum plus valuit à tempore iniustæ acceptionis, vel retentionis, quamvis sine sua culpa perierit: quia qui mala fide contrahit, & retinet rem alienam, semper est in mora, & suo damno perit, c & ille dicitur habere bonam fidem in hac materia, qui probabiliter credit rem suam esse, aut eius, qui sibi eam dedit, aut illum, qui sibi dedit, ius habuisse ad eam dandam. d

Dixi, vel quod ei debetur, ad includendum redditionem qualicumque debiti, siue id oriatur ex contractu, vel quasi contractu, delicto, vel quasi delicto, vel lege, statuto, vel sententia obligante, ad id conscientiam, vel testamento, aut alia vltima voluntate. e

Dixi, lege vera iustitiæ, ad excludendos actus religionis, & aliarum virtutum attributarum, vel potentialium iustitiæ, quibus redditur quidem debitum, sed non lege vera iustitiæ, quæ versatur in reddendo debitum rei exterioris secundum æqualitatem, cum tamen religio, & alia virtutes iustitiæ potentiales versentur in reddendo debitum honestatis tantum ut liberalitas: vel non secundum æqualitatem, ut religio, pietas, &c. non obstat, quod actus restituendi debitum propter transgressionem legis iustitiæ distributiæ, est restitutio vera & debita, ut dicitur infra, f quia iustitia distributiua vera iustitia est, & non similitudinaria: est enim altera species iustitiæ, iuxta S. Thomam receptum. g

11 Dixi, formaliter, vel virtualiter, ad includendas condonationes, & alias satisfactiones, quæ virtualiter sunt restitutiones, & solutiones. h

Dixi, de bonis animi, &c. ad significandum, quòd non solum ad restitutionem tenetur, qui debet pecuniam: sed etiā alia tria genera bonorum animæ, & corporis, & honoris, iuxta dicta. i

Neçessitas autem restituendi nascitur ex omni transgressionem legum veræ, & specialis iustitiæ, per quam aliquod damnum alteri cuiuspiam inferitur, prout statim dicitur: non autem inducitur ex transgressionem legum caritatis & misericordiæ, etiam illa, qua alius damnificatur, ut affirmavit Alexander Halensis k & Almsiodorensis, l quos sequitur Adrianus m quem pridem sequuti fuimus, n quod etiam affirmat Sotus tamquam communiter receptum, o quod latius aliis fundat, & propugnat prædictus Adrianus, qui tamen non videtur reddere rationem diuersitatis, quā nouè putamus esse, quod transgressio legum caritatis, & misericordiæ, immo & ceterarum virtutum aliarum à vera & speciali iustitia, non ordinatur per se, & directè ad ablationem alicuius rei exterioris alterius, sed solum per accidens, & indirectè: quia immediatè, & principaliter versantur circa actus interiores, secundum S. Thom. p Transgressio autem legum iustitiæ, quæ principaliter versatur circa actus exteriores secundum eundem, per se & directè ordinatur, ad auferendum aliquid ab alio, quod causat restituendi obligationem. Ob quod diximus pridem, q multum refert inter testem obligatum ad dicendum verum lege iustitiæ, & inter obligatum lege caritatis, ut etiā infra, r ponitur differentia inter obligatum ex contractu ad alendum, quæ est obligatio iustitiæ, & inter obligatum ad idem per viam elemosinæ, quæ est actus caritatis, vel misericordiæ illius filii.

Neçessitas autem restituendi nascitur ex omni transgressionem legum veræ, & specialis iustitiæ, per quam aliquod damnum alteri cuiuspiam inferitur, prout statim dicitur: non autem inducitur ex transgressionem legum caritatis & misericordiæ, etiam illa, qua alius damnificatur, ut affirmavit Alexander Halensis k & Almsiodorensis, l quos sequitur Adrianus m quem pridem sequuti fuimus, n quod etiam affirmat Sotus tamquam communiter receptum, o quod latius aliis fundat, & propugnat prædictus Adrianus, qui tamen non videtur reddere rationem diuersitatis, quā nouè putamus esse, quod transgressio legum caritatis, & misericordiæ, immo & ceterarum virtutum aliarum à vera & speciali iustitia, non ordinatur per se, & directè ad ablationem alicuius rei exterioris alterius, sed solum per accidens, & indirectè: quia immediatè, & principaliter versantur circa actus interiores, secundum S. Thom. p Transgressio autem legum iustitiæ, quæ principaliter versatur circa actus exteriores secundum eundem, per se & directè ordinatur, ad auferendum aliquid ab alio, quod causat restituendi obligationem. Ob quod diximus pridem, q multum refert inter testem obligatum ad dicendum verum lege iustitiæ, & inter obligatum lege caritatis, ut etiā infra, r ponitur differentia inter obligatum ex contractu ad alendum, quæ est obligatio iustitiæ, & inter obligatum ad idem per viam elemosinæ, quæ est actus caritatis, vel misericordiæ illius filii.

a Ar. l. si praes. Co. de ser. Et aque. Et capis. non licet. 23. qu. 5.

b l. si quis nec causam. ff. de reb. cred.

c l. in re fur. ff. de cõ. fur. c. mora. cum ei adno. de regu. iur. lib. 6. d. Ca. si virgo. 4. qu. 2. glo. in c. si diligenti. de praes. e iuxta var. as leges var. orum. si ff. Et C.

f Eodem ca. nu. 96.

g 2. 2. qu. 01. art. 1.

h l. si rem §. omnis. ff. de pigno. actio. Et l. 1. ff. qui satis. cogan. Et glo. verbo restituat. c. peccatum. de reg. iur. li. 6.

i In c. 14. nu. 26 Et ca. 15. num. 16. cum seq. Et infra ca. 18. nu. 33. k 3. pa. q. 87. l In 4. part. nu. 10. de re. fur. q. 1. §. de currentib. cõ. fure.

n In repo ca. inter verba. 11. q. 3. concl. 6. Et infra ca. 24. nu. 1. Et nu. per in Tra. cõ. de rediti. qd. 2. monit. 2. Et 7.

o Lib. 5. q. 3. a. 4. Et l. 4. q. 7. artic. 3. co. 4. Et alibi sapè de iust. Et iure.

p 2. 2. q. 18. a. 7. ad 1. Et ar. 8.

q In prædicta reper. cap. inter verba.

r Ca. 24. nu. 7.









ita iuuit Borbonium Ducem in capienda & diripiēda Vrbe, anno 1527. quod sine eius ope id non fecisset, teneri ad restitutionem omnium damnorum, eū verò, sine cuius ope id factum fuisset, non teneri nisi ad id, quod ad se peruenisset, vel eius partis, quę sine ipso nō fuisset illata: & ad nihil si nihil ad eū peruenit, nec fuit causa, sine qua nō, totius, vel partis illius. Concludimus itaque, secuti sententiam Innocentij, a quam probat ibi Hostiensis, & nemo contradicit, quamque Richardus b & Silvester c cū citatis ab eo, sequuntur: immo & Adrianus grauis auctor d tenet, auxiliatorem, & opem maleficio, & damno præstantem solum teneri ad restituendum id, quod ad eum peruenit, & non plus, si delictum factum fuisset, vel damnum datum, etiam si ille, eam opem non tulisset: quamque septem argumentis validis munimus, respondendo totidem, quę pro Caietano, & Soto contrarium tenentibus adduximus.

21 Quarto inferitur, quod si aliquis inueniret furem, qui à suo vicino furaretur, acciperetque aliquid, quod taceret, nō tenebitur restituere, quod alius furatus fuisset, neque quod accepit, si furis erat, dum modò esset persona, quę ex officio ad clamandum, aut manifestandum non teneretur: qui idem addit, quod restituere non tenebitur, quamvis eidem vicino, cui res subrepta fuit, se interroganti, num aliquid vidisset: responderet, se non vidisse. Secus autem si ex suo officio ad hoc teneretur, vt iudices, & domini, qui ob id stipendia capiunt, vt iustitiam custodiri faciant, & etiam, nostro iudicio, patres, tutores, & curatores, quo ad bona filiorum suorum, pupillorum, aut minorum. e Nolumus tamen dicere, quod iudex semper teneatur non obstat quolibet periculo mortis, aut vulnerum, impedire quodlibet damnum, sed solum quando id sine temeritate facere potest, vt (nostro iudicio) sentit S. Thom. f per illa verba, *Non multum imminet periculum*: quia, vt rectè Silvester ait, g non tenetur officialis cum periculo probabili suę vitę, & status seruare personam, aut statum alterius particularis, quāuis sic (nostra sententia) Rempublic. quando ratio postularer. h

Ex quibus sequitur, quod qui est in Capitulo, Consistorio, aut alia vniuersitate, vbi maiori parti statur, i & vbi publicè suffragia feruntur, & pauciores maioris partis sententiam sequuntur, quamvis peccet consentiens in delicto secundum Innocentium, k tamen non tenetur ad restitutionem damni, quod illam malā sententiam consequitur: quia eius causa non fuit, cum & si contradixisset ipse, id cōsequeretur, vt Caiet. l dixit, & rectè, id procedere, quando qui suffragantur nō possunt data suffragia renouare, & quādo qui suffragatur, credit propter suum suffragium maiorem partem non mutaturam, quod suffragiis conclusit: nam si crederet, quod propter suam contradictionem alij suam sententiam mutarent, & non contradiceret, cum id facere deberet, diceretur consentire, & eius consensus causa illius partialis diceretur: & ita teneretur, cum ex suo officio ad id obligaretur per prædicta.

22 Decimo inferitur, quod confessarius, qui per ignorantiam crassam, aut affectatam absoluit ante restitutionem, vel antequam præcipiat eā cōfidenti ad id parato, remanet obligatus ad restituendū: quia fuit in causa, ne damnificatus, quod suū erat, vel ei debebatur, reciperet. m Quod procedit in confessario vidēte, aut credente, q nisi restitutionem præciperet confessio, non restitueret, & si præciperet, sic: non autem in eo, qui solum credit confessum esse obligatum ad restituendum, & id non præcipit ob incogitantiam: aut quia existimat, id ipsi confessio curę fore: nam is non est causa non restituendi.

Nec obstat, q quidam cōtradicat. Primò, quia nullo auctore, nec vlla ratione probabili contradicit: ego autē hic cito graues auctores: scilicet, Angelū, & Rosellam. Secūdo, quod ratione friuola nititur: scilicet, confessarium non teneri ex officio procurare utilitatem creditoris: sed solū consulere pœnitentes, quod videtur dixisse pro consulere pœnitenti, per id quod subdit, *Et iurare animam eius*: quę ratio facit contra ipsum: cum præcipere pœnitenti restitutionem, ad quam tenetur, sit cōsulare illi, & iurare animā eius. Tertio, quod ego non affirmo dictū præfatorum auctōrū esse vniuersaliter verū: sed restrinxi illud ad casum, in quo negligentia præcepti de restitutione est causa, cur

confessus non restituat: quo casu palam est eum peccare cum obligatione restituendi: quia qui causam damni dat, damnum dedisse videtur. a

23 Addo etiam, quod Ioannes Maior b difficilè esse censeret, q confessarius iuste dicere posset hæresibus eius, cuius ipse confessionem audiuit, sibiq; mandauit, vt post eius obitum diceret eis, vt restituerent illud, ad quod obligatus remanebat: quia per hoc videtur reuelare confessionem sibi factam. Nec mirum est, eum id tenere: quia ipse sequitur opinionem Scoti tenentis, c q confessarius non potest reuelare cōfessionē confessi, etiam de ipsius licētia & facultate, etiam iusta de causa data. Nobis tamen, qui sequimur, & probamus opinionem contrariam S. Thom. & communem, d non videtur difficilè: cum per tale mandatum, expressa, aut tacita facultas ad reuelandū ista de causa concedatur. e

Quæritur hic, qui debeat confessarius iubere pœnitenti, qui ex India diues redit? Respondeo id ipsum, quod aliis, qui similia in bellis iustis, vel iniustis, vel in pace, tyrannicè, vel fortiter commiserūt, iuxta ius naturale & diuinum, quod nulla recta Monarchia, nec vlla tortuosa tyrannis euertere potest. Super quo quidam nostrates pij, & eruditi ediderunt aliqua, quę timorem quemdam futurorum malorum præsentis & futurę vitę incutiant, digna decisione summę potestatis Apostolicę audita summa Laica.

Quid restituendum.

24 Restituatur alienum, idem ipsum, & fructus, vel interesse. num. 25.

26. Aliena res male retenta cui perit.

24 **R**estituendū autem est regulariter id ipsum, quod acceptū est, vel debetur, si fieri potest: nisi creditor sit alia re contentus, f si autem non potest, eius æstimatio, g si est æstimabile: qualia tamen non sunt vita, salus, libertas, honor, & fama: h & ideo pro eis restituendū est, quod vir bonus arbitrabitur. i

25 Dixi, Regulariter: quia fallit, quando per restitutionem eiusdem rei, peccator occultus manifesta retur, aut aliquid aliud magnum incommodum sequeretur, per infra dicenda. Et si res retēta iniuste est fructifera, restituendi sunt domino omnes fructus, & emolumenta, k quę sunt ea, quę deductis necessariis impensis in illis acquirendis, colligendis, & conseruandis factis supersunt, l habita tamen ratione bona, vel malę fidei iuxta supra dicta. m Sed si res non est fructifera, non est restituendum, quod ex eius vñu, & industria eius, qui occupatam eam tenet, lucrifactū est.

Per quod soluitur dubium de illo, qui torquem aureum à non domino emptum sapius locauit. An pretium locationis restituere teneatur? Respondendum enim est negatiuè: nam & vsurarius, & latro non tenentur restituere, quod lucrati sunt pecunia ad vsuram accepta, aut furtiua, negotiationi eam applicantes: immo qui illud accipere vellet vsuram committeret, n secundū Scotū, o nisi quādo acciperet pro suo iusto interesse, aut acciperet is, cui sui ripitur pecunia, quam collectam habebat ad soluendum suo creditori, & ob eius furtum cogitur ad vsuram accipere, aut vendere suum prædium minoris, quod ei debitum soluat: quia talis accipere posset à latrone, & etiam hic deberet restituere omne illud, quod eb id amisit cum omnibus impensis, & damnis ob id acceptis. Et qui aliquam mulam, aut equum meritorium, seu locari solitum, furatur, & retinet aliquanto tempore, quod in causa fuit, ne dominus solitam mercedem lucraretur, non satisfacit, etiam in foro conscientię, restituendo solum equum, aut mulam sine vlla mercede deductis impensis debitis, & deduci solitis, vt ait Ioannes Maior. p

29 Quin etiam, si fuit vi raptus, furto sublatus, aut retentus, & perit in potestate eius, qui rapuit, sustulit, aut retinuit, teneatur soluere, quāto maioris valuit à tempore, quo male accepit, donec illum domino, loco, & tempore ad recipiendum conuenientibus obtulit: & si dominus legitime oblatum noluit accipere, satisfacit, restituendo tantū, quanti valuit tempore, quo accepit.

a In cap. sicur dignum. de homic. b In 4. li. sen. dist. 15. c Verbo restit. 3. qu. 6. d In 4. de restit. 3. de curatib. cum iure.

e Arg. l. cum non solum. §. ubi autem. C. de bon. qua. li. §. ca. suo. 23. qu. 4. f 2. 2. qu. 62. art. 6. ad 3. g In Rosam aurea. casu 50.

h Arg. l. mimi me. ff. de relig. C. sumpt. fun. C. l. ut patria. ff. de iust. C. iure. i lux. l. quod maior. ff. ad munici. c. e. de his, qua sunt à maiori parte cap. k In dicto c. l. Verbo restit. cap. 1. part. 5.

m Rosell. verb. restitutio. 2. §. 2. An gel. verbor. restitutio. ul. §. 3.

a Ca. ff. de in iur. C. l. qui occidit. ff. ad l. 1. 7. ubi. b In 4. li. sen. ten. d. 21. q. 3.

c In ead. d. 21.

d In c. sacerdos. de pec. di. c. à m. 116. usque ad 120. C. supr. eo. cap. 8. e Arg. l. 2. ff. de iurisdic. omni. iudic. c. praterea de offic. deleg.

f l. eū à quo. C. l. manifesti. Co. de solu.

g Authent. hoc nisi. eod. tit.

h l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. c. contingit. de sen. excommu. l. in seruor. ff. de pan. i Argu. ca. de causis. de off. deleg. l. 1. ff. de iure de liberan.

k Ca. graui. cum ei aduota. de resti. sp. l. cū prator. ff. de verbo. sign. C. 3. qu. 1. per totam. l. l. fructus. ff. sol. mat. l. si à domino. §. fructus. C. l. e. planè. in ff. de pesti. l. a. red.

m Nu. 7. C. 8. n Capi. plerique. C. c. fin. 14. quæst. 3. o In 4. li. sen. ten. d. 1. 5. q. 2.

p In 4. li. sen. d. 15. q. 27. C. 28.



Quantum restituatur.

- 27 Restituatur quanti estimatur damnum certum, aut arbitrium.
- 27 Restituenda rei, si valor incertus est, quid fiet.

**R**estituendum verò est tantum, quantum satis est ad equalitatem debiti, aut dani illati: ita vt si quantitas debiti, aut dani est certa, necesse est, vt tantundem restituatur: sed si quantitas est incerta, cuiusmodi est damni honoris, fama, vulnere, fructuum operatorum, seminum factorum, damni emergentis, aut lucri cessantis, & aliorum similium, restituendum est, quantum bonus vir consideraris omnibus, rei, temporis, loci, & personæ, &c. circumstantiis arbitrabitur. Et vir bonus tantum arbitrari debet, quantum ad equalitatem requiritur, si poterit, sin minus, quod propius ad eam accedat, habita ratione bonæ, vel malæ fidei iuxta posita supra.

Cui restituendum.

- 28 Dominus, cui sua res est restituenda, qui dicatur.
- 28 Domino restituendum quando custos est suspectus.
- 29 Domino suo restituenda res regulariter, sed fallit.
- 29 Prælato dissipanti que res Ecclesiastica restituenda.
- 29 Furi cui non restituenda res furtiua.
- 30 Metus qualis excusat, quo ad forum conscientie.
- 30 Restituendum an regulariter malè datum, & malè acceptum.
- 30 Restitutio pauperibus facienda quando de precepto.
- 31 Meretrix, nec alia mulieres soluta, coniugata, vel sacra tenentur de precepto ad restitutionem. & 34.
- 31 Restituere cur magis tenetur, qui accipit, pro eo quod tenetur facere, quam qui accipit pro eo, quod tenetur non facere.
- 32 Datum ob maleficium, quo titulo retineri potest.
- 32 Intellectus cap. de hoc. de simon.
- 32 Restituendum, quod malè accipitur, sed non quod malè datur. & 34.
- 33 Restituendum omne, quod accipitur pro eo, quod gratis tenetur dari, vel fieri.
- 33 exempla non restringunt legem:
- 34 Restituant testis, aut iudex acceptum pro testimonio, aut sententia.
- 34 Gratis, qui debet facere, turpiter pro illo accipit.
- 34 Intellectus l. 4. §. sed & quod meretrici. ff. de condit. ob turp. caus.
- 35 Meretricis opera an aliquid valeat in genere entis, sed non moris.
- 36 Opera meretricis, & aliorum delinquentium in foro Dei aequalia, & 39.
- 37 Et permissa in foro exteriori tantum quo ad hoc aquantur.
- 38 Meretrices peccant accipiendo, sed non tenentur restituere.
- 40 Vendibile per se, vt sit inuendibile ratione admitti.
- 41 Meretricis & impudica confessarij, quid eis consulent circa eum promissa.

**H**oc in loco, Christiane Lector, in editione vulgaris consideravi quinque casus occurrentes in hoc articulo, quo quaeritur, Cui est restituendum? in quibus non sine cura & studio vigili discersimus à communi sententia, quo ad quædam, quæ etiam nunc perplacent, licet nonnulla, quæ securus communem tenui, merito displiceant. Alia igitur methodo, & clariore, ac vtiliore omnia resoluturus simul ac digesturus ea, quæ Didac<sup>o</sup> à Leyua, & Couarruias, meus olim in Academia Salmanticensi feruentissimus auditor, ac pro dilectissimo filio habitus, & postea eruditissimus doctor, & Gymnasta, ac celeberrimus scriptor, ac de mû insignis Episcopus Segobienis, dignitate perillustis & reuerendissimus, scripsit quod à nobis ieiunius eidem prælectum, eruditè, curiosè, ac copiosè ditauit.

28 Protestatus igitur nullum vmquã scriptorè, nec ipsum qui omnes alios in hac re superauit, nec me hætenus penitus in ea mihi satisfecisse, & sperans nunc omnibus & mihi satisfacere, precibus gloriosissimæ Mariæ Magdalenz, cui dies hic facer est, fretus, dico primò, distinguendū esse,

**A**n agatur de restitutione rei alienæ malè acceptæ, vel malè retentæ, eo tantū, quod est aliena: aut de restitutione dani dati, intelligendo per damnum tantum iniustam acceptionem, quam iniusti detrimenti illationem: ac in priori quidem membro definiendum, quod res aliena regulariter domino est restituenda, siue sit absolutus dominus, siue dispensator duntaxat: quales sunt prælati Ecclesiasticæ, vt olim copiosè probauimus, & nuper alibi. Per dominum autem intelligimus etiã illum, cuius custodię est commissæ res accepta, aut quæ nificata: quamuis ea sit dominij alterius: & consequenter, quo ad hoc censetur dominus pignoris creditor, & depositi depositarius, in cuius potestate, aut custodia est illud, & vestis fingendæ factor, & vestimenti lauandi fullo, seu lotor, & rei commodatę commodatarius: nam eis restituendum est, quod ab eis acceptum fuerit, & non ius, quorum sunt. Verum est tamen, quod in foro conscientie veris dominis restitui possunt, adhibita necessaria cautione, ne prædicti custodes damno denuo restituendi asficiantur, aut alia molestia, neve incurrant in iacturam existimationis fidelitatis, diligentie, aut probitatis: & modo illud sine scandalo, & sine alterius iniuria fiat: maximè autem hoc fieri potest, quando aliquis prædictorum habetur suspectus, quod non restituet domino, aut non sine magna difficultate, aut damno: quia est fur, aut versutus, aut opulentus, aut prodigus, aut alia simili praua qualitate affectus, iuxta omnium sententiam. Immo in istis casibus domino restituendum esse videtur, nisi timeatur aliquod damnum personę, honoris, aut alia molestia, vt rectè sentit Sotus.

**C**29 Dixi, Regulariter: quia nonnumquam alteri est facienda. Primò, cum dominus est furiosus, prodigus, aut habet tutorem, aut curatorem.

**C**Secundo, quando prælatus est dissipator, qui disperdit bona Ecclesiæ secundum Caieranum, & alios recentiores, iuxta quos non est ei restituendum: sed in vtilitatem Ecclesiæ conuertendum. Nobis tamen videtur, quod si prælatus non est suspensus, nec ei coadiutor datus, & quod restituendum est, sunt fructus & proventus, quorum ille est legitimus dispensator, illi esse restituendum: quia nullibi contrariū statuitur: & etiam quando id, quod est restituendum, ad ipsa bona Ecclesiæ pertinet, quæ ipse non potest, nec debet sine causa alienare: quia non est rextus, qui ad aliud obliget, quamuis in hoc casu melius esset ex eorum sententia facere, adhibita tamen cautela: ne alia inconuenientia consequerentur.

**C**Tertiò, quando ignoratur dominus rei restituendæ, adhibita debita diligentia, de qua infra.

**C**Quartò, quando est longinquus, aut in tali loco, vt ad eum mitti non possit, aut non sine magno periculo, aut scandalo, tunc restituendum est Iesu Christo Domino nostro, hæredi omnium incertorum vniuersali, vt diximus, dispersiendi illud pauperibus eius, aut aliis pijs operibus: quia hoc consentaneum legi naturali videtur, & significat cap. cum tu: cuius autem impensis mittendum sit, quando poterit, ex dictis infra colligitur.

**C**Quinto, acceptum à fure, quamuis ipsius non sit, restitui potest & debet eidem, quo ipse possit, vt debet restituere illa domino, cui furatus fuit, nisi cessantibus aliis incommodis, præstaret domino, aut cui fur tenetur restituere, iuxta S. Ant. P. vt proximè diximus.

**C**Per quod responderetur affirmatiuè ad quaesitum, An satisfiat reddendo acceptum à fure ei, cui ipse mandauit? quia paria sunt reddere alicui, vel de eius mandato alteri.

**F**30 Hætenus de priori membro, id est, quo ad obligationem restituendi rem alienam. Quo ad posterius verò membrum, id est, obligationem restituendi damnum datum dico quatuor. Primum, quod damnum datum alicui contra suam voluntatem, vt datum per furtum, rapinam, vim, aut merum, saltem reuerentialem ad id sufficientem, per astutiam, dolum, vel accipiendo, ne faceret aliquod damnum iniustum, restitui debet damnificato per tales malos actus, secundum Innocentiū Panormitanum & communem. Per metum autem intelligo, quo ad forum conscientie, non solum illud, quem Iurisperiti appellant iustum, & cadentem in virum constantem, sed etiam minorem: talem tamen, qui sic fuit causa dandi vel accipiendi, quod nisi interuenisset, non fuisset datum, vel acceptum: quoniam tam

a l. certi cond. ff. de reb. cre. & in prin. in situ. de verb. obli. & l. 1. C. de senten. qu. pro eo, quod interest.

b Arg. l. fidei com. §. quam quam. ff. de le. ga. 3. & capi. Quis amalis, & ca. venies. de iur. iur. c. Num. 7.

d In §. 2. p. 2. ca. peccatum. de iur. li. 6.

a Cap. fin. 10. qu. 1. c. pastoralis. de don. b In cap. 1. c. cum secundo de prob. c In tract. de rediti. eccl. super d. c. fin. 10. qu. 1. & in Commens. c. non licet. Pa. 2. 12. qua. 2. d Arg. lo. cuius & lo. suis. & lo. itaque fullo in prin. §. sed est res pigno. ff. de fur. c Arg. d. l. bona fid. & nos. in c. in iusticia de rest. spol.

e Lib. 4. qua. 7. ar. 1. de ius. & in.

g l. pupillo. ff. de solut. §. in rios. §. pupillo. in situ. de in iur. stipul. l. obligari. ff. de aucto. iur. h In §. ver. restitui. ca. 4. i Arg. nos. in c. veritatis. de dolo, & cont. & in c. venerabili. de offi. de leg. & c. si. de accusa. & c. peruenis. de iur. iur. k Fo. c. num. 170.

l Cap. 1. ad Hebr. ca. quo iure. §. dist. m In cap. uo. ur. de iudic. nu. 3. & 8. n De vsur. c. qui habetis 14. qua. 5. o Numer. 43.

p a. p. sic. 2. c. i. §. 4. pro quo facit bona §. des. ff. de pos. & Sylu. ver. rest. 4. qua. 1. q Arg. l. 1. & l. inter causas ff. mandat.

r In cap. quia plerique, de immu. eccl. §. In l. metum ff. quod met. caus.





a In l. prope-  
randum. Co.  
de iudi. & ca.  
finem litibr.  
de dolo. & cō  
tum.  
b Ex capi. ve  
rum. de iure  
iur.  
c In 4. de res-  
tit. cap. aggre-  
dior. versum.  
ex. quib. om.  
d Quasi. 7. de  
iust. & iur. li.  
4.  
e Ag. ca. fin.  
& ibi nos. de  
iur. & in c.  
felicis. §. il-  
lud. de pœni.  
l. c. & per gl.  
in ver. simpli-  
ci. fauo.  
f Par. 2. ca. 5.  
in prin.  
g Verb. resti-  
tutio. 2.  
h Verb. resti-  
tut. ver. tur-  
pe.  
i Verb. resti-  
tut. 2. & ver.  
elemos. q. 4.  
k l. illam. Co.  
de collat. ca.  
legatur. 13. q.  
2.  
l l. ubi. cum  
l. seq. ff. de cō-  
dict. ob turpē  
caus. ca. in pa-  
ri delicto. de  
regul. iur. lib.  
6. l. iurigen-  
tium. §. si ob  
malefic. ff. de  
pa. et.  
m Vbi supra.  
n Verb. resti-  
tutio. 1. vers.  
turp.  
o Verb. restit.  
2. q. 2.  
p Vbi sup.  
q In c. de re-  
stit.

r le. 2. 3. 4. &  
vlti. ff. de con-  
dict. ob turpē  
caus.  
s Arg. auri.  
multo magis.  
C. de sacr. ec-  
cle. ca. cum in-  
cunctis. de ele-  
ctio.

t Per pradi-  
ctas leges. &  
l. 1. & tot. tit.  
ff. de cond. in-  
deb.

canones, quàm leges requirentes prædictum iustum metū respiciunt forum exterius, in quo si daretur rescissio actū ob leuem metum, omnium ferè peteretur rescissio: & ita Respubl. litibus redundaret, contra intentionem iuris. <sup>a</sup> Quæ desumuntur ex mente Hostiensis & Ioan. Andrea, <sup>b</sup> & ex verbis Adriani <sup>c</sup> & ex Soto. <sup>d</sup>

Addidi tamen vltra alios: *Talem tamen, & c.* quia eatenus tantum erit inualidus actus per metum leuem factus in foro conscientiar, quatenus ille fuit causa, saltē sine qua actus factus non fuisset. <sup>e</sup>

Secundo dico, quòd acceptum iniuste, de voluntate dantis, ita quod turpitudine versetur ex vtraque parte, non est restituendum, saltem regulariter vlli de præcepto: quod etiam in editione vulgari affirmauimus contra communem, quæ vsque ad illam nobis semper placuit: sed tunc altius perpenfa, secuti fuimus sanct. Antoninum <sup>f</sup> Monaldum, & Angelum, <sup>h</sup> & Siluestrum. <sup>i</sup> Pro quo facit primò, quòd nulla est lex diuina, nec humana secularis, neque canonica, qua hoc iubeatur: & ita non est dicendum. <sup>k</sup>

Secundo, quòd leges, <sup>l</sup> & canones huius materiae statuunt quidem id, quod propter delictum datur, repeti non posse, neque quod ob delictum promittitur, peti: sed non præcipiunt acceptum ob delictum esse alicui reddendum.

Tertio, quòd est regula Veruercelli, recepta à sancto Antonino, <sup>m</sup> Angelo <sup>n</sup> & Siluestro <sup>o</sup>, & ab aliis quamplurimis, quod restitutio, quæ non est facienda alicui certæ personæ, sed pauperibus, non debetur ex præcepto, sed solum ex consilio: quod rectè limitat Siluester, <sup>p</sup> vt procedat in eo, quod numquam alicui personæ, nec alicui collegio debitum fuit, cuius defectu pauperibus erogari præcipitur, nec his relictum, nec donatum fuit, nec per legem præcipientem, nec sententiam specialē adiudicatum. Cum igitur iuxta cōmunē in hoc casu restitutio pauperibus, & non parti facienda sit, cōsequens est, quòd non est de præcepto.

Quarto, quòd quando malum, ob quod datum fuit, non consequitur, vt si datum est iudici, quo iniquè iudicaret, & rectè iudicauit, & Episcopo, quo ordinaret, aut beneficium conferret, & nec ordinauit, nec beneficium contulit, datori, & non pauperibus restituendum est, vt doctissimus Medina <sup>q</sup> efficaciter probat.

31. Quinto, quòd vt mox dicemus, meretrix non tenetur de præcepto restituere id, quod pro mercede prostibuli accipit, & neque alia mulieres soluta, coniugate, vel sacre: & tamen, saltem quo ad forum cōscientiar, in omnibus eis turpitudine versatur ex vtraque parte, vt statim efficaciter probabimus: ergo, & c.

Non obstat primo argum. Adriani, quo sic in effectu argumentatur, qui accipit aliquid, vt faciat bonū, quod præcipitur facere, tenetur ad restitutionem, vt iudex qui accipit aliquid, vt rectè iudicet, & fur, ne furetur amplius, & de positarius, vt reddat depositum. <sup>r</sup> Ergo à fortiori, qui accipit aliquid, vt faciat malū, quod tenetur non facere. <sup>s</sup> Non, inquam, hoc argumentum obstat: quia solui potest negando, maiorem esse necessitatem restituendi acceptū ob malū patrandum, quàm acceptum ob bonū debitum faciendum: quia non est etiam tanta. Tum quia, qui dat alteri, vt bene suo officio fungatur, non peccat, & dat quasi coactus: quia videt, aut timet, quòd nisi dederit, accipiens non est bene officio suo functurus. At qui ob maleficiū patrandum dat, peccat, & sine simili timore dat, & ideo non est ei restituendum. Tum quia, qui accipit, vt quod debet facere faciat, accipit aliam mercedem vltra illam, quam habet ad officio suo fungendum: & ideo non debet illud retinere, tamquam indebitè datum, in quo restitutio fit danti. <sup>t</sup> Tum quia, qui accipit, vt quod debet facere, faciat, non remanet in conscientia obligatus ad aliud: qui autem accipit ob maleficiū, eo sequuto, cōmuniter tenetur ad resarciendum damnum per illud datum. Tum quia communis fatur, eū, qui ob maleficiū accipit, non teneri ad restituendum danti, sed pauperibus, & aliis piis operibus: & ita debet fateri, quòd hæc obligatio restituendi degeneret à propria restituendi ratione, quares in primo statu reponitur: & consequenter debet fateri, non reperiri in hoc casu tantam rationem restituendi, quantam in altero, in quo

restitutio fit ipsi danti per prædictas leges. Tum quia idem Adrianus, <sup>u</sup> post Angelum <sup>b</sup> faterur, <sup>v</sup> q̄ ex mente S. Augustini <sup>c</sup> is, qui ob maleficiū accipit, satisfacit restituendo pauperibus, aut ei, qui dedit, aut cui maluerit, saltem antequam, qui male dedit, facultate recipiendi in sui peccati pœnam priuetur: qui tamen asserit id, quod accipit, vt fiat quod debetur, si soli danti esse restituendum: & per consequens debet fateri strictiorem esse obligationem restituendi acceptum ob bonum, quod debet facere, quàm obligationem restituendi acceptum ob maleficiū patrandum. Per quæ omnia & singula argumentum Adriani clarè dissoluitur.

<sup>\* Quod ex mente S. Augustini.</sup> Multa habet D. Augustinus in eo cap. quæ ad hunc locum faciunt. Vt cum ait. Cum autem iudicia, & testimonia, quæ nec iusta nec vera vendenda sunt, iniqua & falsa venduntur, multo sceleratius vtique pecunia sumitur, quia sceleratè etiã quamuis à volentibus datur paulo post quod facit pro Nauarro his verbis subiungitur. Ab his extorta per immoderatam improbitatem repeti solent, data per tolerabilem consuetudinem non solent. Isti si viam vitæ mutauerunt facilius ea quæ hoc modo acquisierunt, tamquam sua pauperibus largiuntur, quam eis à quibus accepta sunt tamquam aliena restituant.

32. Non obstat secundo, illud, quod plurimum vrgere videtur: nempe q̄ titulus, quo aliquid ob maleficiū datur, est ipso iure nullus, <sup>d</sup> ergo qui accipit ob maleficiū, sine vlllo iure tenet, & consequenter iniuste, & tenetur restituere, vt fur, vel raptor: quia tenet alienum inuito domino. <sup>e</sup> Non inquam, hoc obstat: tum quia licet pactum, vel conuentio, qua quid ob maleficiū datur, nõ valeat in illa forma, quã partes solè prætentur facere: valet tamè, vt donatio quædã virtualis, vel vt quidam actus habendi pro derelicto, quod lex in pœnam malè dantis interpretatur taliter malè dantè habere id pro derelicto, vel pro donato ad hoc, vt ei non debeat necessariò reddi, vt alta mente dixit Antonius relatus ibi à Pan. <sup>f</sup> Ex quibus colligitur non esse paria, quod huiusmodi accipiens, nullo penitus titulo præcedente accipiat, & quod accipiat prædicto qualiqua- li & turpi titulo præcedente: nam in priori daretur <sup>\*</sup> conditio sine causa, vel indebiti, vel rei vendicatio. <sup>g</sup> In secundo autem nulla conditio habet locum. <sup>h</sup>

<sup>\* Conditio sine causa.</sup> Conditio semper est dicta actio in personam. Porro conditio sine causa competit, quando aliquid primo est ex causa iusta apud alterum sed postea per alium effectum esse non debet. Conditio verò indebiti competit ei, qui per errorem indebitam pecuniam soluit alicui, credens ei teneri cum non teneatur, vel cum à procuratore siue soluta esset, ignorante ipsi vendicatio rei est in rem actio, quæ & designanda est. & vtrum tota an pars & quota petatur expressum dicendum est.

Non obstat tertio, q̄ acceptum per simoniam non potest iuste retineri, <sup>i</sup> cum tamè ex vtraq; parte versetur turpitudine, <sup>k</sup> responderi enim potest primo, secundum aliquos, quod illud c. de hoc nõ agit de vera restitutione rei acceptæ: quia non iubet restitui danti, sed Ecclesiæ iniuriã passæ. <sup>l</sup> Nec videtur necessarium restituendum esse Ecclesiæ: nam S. Thom. quem ibi alij non citant, <sup>m</sup> determinat, satis esse, quod restituatur pauperibus. Sed contra solutionē hanc faciunt verba illius ca. quibus adstruitur, non posse illud sine graui salutis periculo retineri: & ita concludit necessario esse restituendum propriè, vel impropriè aliquibus. Alij respondent, quod dispositio illius cap. continet pœnam, quæ non debetur in foro conscientiar ante iudicis condensationem. <sup>n</sup> Sed & hæc responsio eodè modo refellitur, qua prior: quare respondendū est, ca. illud continere quiddam speciale in illo crimine propter ea, quæ ibi notantur, & melius colligi possunt ex vtroq; Thoma <sup>o</sup> & Medina, <sup>p</sup> & Soto: <sup>q</sup> scilicet, quod ibi acceptū fuit pro spiritualibus, quæ nullam æstimationem habent, vt ait Medina: aut quia necessario gratis dari debent, vt ait Soto: nam etiam continet speciale in eo, q̄ mandat restitui Ecclesiæ iniuriam passæ: quamuis dicant aliter S. Tho. & Soto, <sup>r</sup> quod an fecerint per inaduertentiam, dicam infra. <sup>s</sup>

33. Tertio principaliter dico, quòd damnum iniuste datum per actionem iniustam ab eo, qui iuste dedit, ita vt turpitudine sit ex parte accipientis tantum, restituendum est danti, siue damnificato, <sup>t</sup> quod Adri. <sup>v</sup> copiosè probat. De hoc numero sunt iudex, licitor, Notarius, Milites, & eorum Duces, & alij, qui ratione sui muneris publici

a Vbi sup. qu.  
19. sub finem.  
b Verb. restit.  
2. §. 4.  
c In c. non sa-  
nè. 14. qua. 5.  
& epif. 54. ad  
Macedon.

d Iurigen-  
tum. §. si ob  
malefic. ff. de  
pa. et. l. genera-  
liter. ff. de  
verb. obligat.  
cum vtrobi-  
que per glos.  
& doct. cir-  
tos in ca. si. de  
pa. et.  
e Arg. c. sape.  
de restit. sp.  
& capi. si res.  
14. qu. 6.  
f In cap. quia  
plerique. de  
immu. eccle-  
sia. & proba-  
tur per l. 2. 3.  
& 4. ff. de  
condict. ob  
turp. cau.  
g Iuxta titul.  
de condict. si-  
ne causa, &  
conci. indeb.  
& de rei ven-  
di.  
h Per præfa-  
tas leges &  
per leg. tit. ff.  
pro derelicto.  
i Ca. de hoc c.  
de simonia.  
k Iuxta extra-  
ua. 2. de simo.  
l Vt Fel. post  
alios ibi tra-  
dit.  
m Vbi supra.

n Iuxta gl. so-  
lennem in ca.  
fraternitas.  
12. qu. 2.  
o 2. 2. qu. 32.  
art. 7.  
p Ca. de restit.  
qu. 20.  
q Libr. 4. qu.  
7. a. 1. de iust.  
& iure.  
r Vbi supra.  
s Cap. 23. nu.  
111.  
t Ca. non sa-  
nè. 14. qua. 5.  
v Vbi iur. q. 19.  
col. 4.

plus



plus suis stipendiis decretis accipiunt, & oēs alij: qui ad faciendū id, quod debent, aliquid accipiunt: puta, qui accipit quod nō furetur, iniuriā nō inferat, quod rectē iudicet, aut re-  
 cta testificetur, aut suū domino suo reddat, aut quod faciat, vel facere pratermittant alia similia, ad quę tenentur.<sup>a</sup> Hoc tamen moderatur Sotus,<sup>b</sup> vt solū procedat in his, qui accipiunt ad faciendum illa, ad quę iustitię legibus obligantur, non autem in accipientibus ea, ad quę legibus aliarum virtutum tenentur: qualis est, qui aliquid accipit, quod non fornicetur, quod nullam audiat, quando tenetur.

Sed contra moderatiōē hanc facit primò, quod videtur esse noua, & quod nullo textu iuris, neque vlla efficaci ratione necessariò probatur. Deinde, quod l. 2. c. habet, repeti posse id, quod datur alicui, ne sacrilegiū faciat: & cōstat legem, quę vetat sacrilegiū, esse legem pertinentem ad religionem, vt S. Thom. receprus docet<sup>d</sup> secundū quę eundem, e religio est diuersa virtus à virtute iustitię. Tertiò, quod glossa<sup>e</sup> ait, repeti posse id, quod datur alicui, ne fiat meretrix, & constat meretricium esse contra legem castitatis & temperantię, & non contra leges iustitię. Quarto, quod eadem lege<sup>f</sup> cautur repeti posse id, quod datur furi, vt indicet socium furem, ad quod potius videtur teneri lege caritatis, quàm iustitię. Quintò, quod datur ab eo, qui est ineprus militiā diligenti milites, vt eum excusaret à tyrocinio, repeti potest,<sup>h</sup> & tamen delecturus milites teneretur ad deligendum legibus militaribus, quę potius pertinent ad fortitudinem, quàm ad iustitiā specialem, saltem commutatiuam. Sextò, quod eadē ratio turpitudinis videtur militare in eo, qui caput aliquid, vt faciat quod tenetur facere legibus aliarum virtutum, sicut in eo, qui accipit, vt faciat, quod tenetur facere lege iustitię. Turpitudinem enim consistit in eo, quod accipit mercedem pro eo, quod sine mercede tenetur facere, quę ratio perazquę militat in omnibus, qui debito legali tenentur. Septimò, quod quā ratione repeti potest datum alicui, ne sacrilegium faciat, eadem videtur repeti posse datum alicui, ne parentes despiciat, ne impediatur, siue rebellet magistratibus, & superioribus, & ne sit mendax, & ne vindicet se indebitè, aut ne alia id genus delicta perpetret, cum omnia hęc sint debita proximo legibus virtutum potentialiū iustitię, sicut sacrilegium per leges religionis. Quare moderatiōē Soti arbitror solū tenendā in his, qui accipiunt, vt faciāt id, ad quod tenentur solo debito honestatis morali, & nō debito legali: quale est, debitum virtutis liberalitatis, & virtutis gratię, vt plurimū. Arbitror autem esse verū, quod prædictus Sotus ait: videlicet, eum qui accipit aliquid, ne malè faciat, siue vt faciat, quod tenetur facere, non teneri ad restituendum in foro conscientię, donec qui dedit reperat illud: quia potest tenere illud ex quodam dantis consensu, donec reperierit saltē extra iudicium. Pro quo facit, quod lex non prohibet translationem domini rei datę, ne maleficium fiat, sed tantū concedit conditionem, quę est actio personalis: quales sunt omnes conditiones.<sup>k</sup> Per quam rationem faciliè responderi potest, etiam eis, quibus contrarium tenet Fortunius,<sup>l</sup> quem sequitur prædictus Didacus.<sup>m</sup>

14 Ex quibus infertur, quod testis restituere tenetur acceptum ob testimoniū, quod ferre tenebatur, sicut & iudex, qui caput, vt ferat sententiam, vt diximus.<sup>n</sup> Secundo infertur, quod hęc consequentia regulariter valet, is tenetur aliquid gratis facere. Ergo turpiter accipit aliquid, quod faciat illud. ° Eadem ratione valebit illa argumentatiō. Is potest accipere pecuniam, quod hoc agat in mercedē illius actionis. Ergo non tenetur id gratis facere.

Dico quartò principaliter, quod acceptum à meretrice ob turpem causam fornicationis, non est necessariò restituendum, etiam in foro conscientię. In qua cōclusionē ferē omnes tā Theologi, quā Canonistę, & Legistę cōueniūt, p & S. Tho. q Palud.<sup>r</sup> sed ratio nulla redditurum à prædictis satisfaciunt. Non quidem prima Iurisconsul.<sup>s</sup> quā etiā ad litteram sequitur S. Tho.<sup>t</sup> videlicet, quod meretrix licet turpiter faciat eo, quod sit meretrix: non tamen turpiter accipit cum sit meretrix. Non, inquam, satisfaciunt illa ratio. Tū quia videtur sibi repugnare, cum præsupponat turpe esse meretricari, & non esse turpe mercedem pro meretricio capere: cum l. 2. v. probet ideo turpiter accipere quem ali-

quid, vt hominem occidat: quia turpe est hominem occidere, & turpe esse accipere, vt sacrilegium faciat: quia turpe est sacrilegium facere. Et l. 3. habet turpiter accipere iudicem, vt iniquè iudicet, quia turpe est iniquè iudicare. Et l. 4. turpe accipere, vt stuprum faciat: quia turpe est stuprum facere. cum igitur dicat esse turpe meretricari, cogetur etiā dicere esse turpe propter meretricium accipere. Nec credo Iurisconsultum posse defendi, nisi per aequiuocationem, dicendo, quod cum sentit turpe esse meretricari, intelligit de turpitudine vera iuris naturalis, quod ipse nouit, licet diuinum, contra quod etiam est, ignorauerit, secundū cōmunem doctrinam,<sup>a</sup> & S. Thomam,<sup>b</sup> & Ioan. Maiorem.<sup>c</sup> Cum autem ait non turpiter accipere, sentit de turpitudine iuris humani, quod permittit meretricari. Quod si quis ita defenderit Iurisconsultū, vt defendendus est, cogetur dicere, quod iure naturali & diuino, sicut turpe est meretricari, ita etiam erit turpe pro meretricio aliquid accipere. Et cum in foro conscientię ius naturale, & diuinum sint necessariò seruanda,<sup>d</sup> cogetur cōsequēter fateri, quod in illo foro vtrūq; est turpe, & meretricari, & ob meretricium aliquid capere: & ita ratio illa nō satisfaciunt quo ad forū conscientię, licet satisfaciunt quo ad forum exterius, in quo impunè licet meretricari.

Secundo ideo non satisfaciunt præfata ratio, quia concludit necessariò vnum falsum: scilicet, esse veram opinionē Cyni, & Angelij, Anton. Panorm. & communis: videlicet, quod acceptum ob fornicationem à mulieribus solutis clam fornicantibus, est necessariò restituendum: & magis id, quod accipitur à coniugatis, & monachis ob eadem causam, nō minus, quod accipiunt mares, præsertim clerici & religiosi à fœminis, eo quod libidini earum inferuiunt: quia ratio prædicta, quę nititur permissione legis humanę, cessat in illis omnibus, præsertim coniugatis, monachis vtriusq; sexus, & clericis: quoniam etiam in exteriori foro hi omnes puniuntur per leges. ° Cuius tamen contrarium est verum, vt tenet Henricus Boicensis.<sup>h</sup> Cui consonat vsus confessariorum, vt in editione vulgari tenuimus hic: i quibus in locis numquam fuerunt mihi copię sufficientes ad respondendum huic argumento: & ita nec proposui illud, nec respondi, & miror, quod cum illud grauiter proposuissent Cynus, Antonius, Panormitanus, & qui sequuntur eos: nemo tamen nostrum, qui contrarium tenemus, ei iustè satisfaciunt, nec certe satisfieri potest, nisi alia ratio addatur rationi prædictę Iurisconsulti.

35 Non etiā satisfaciunt ratio Adriani: videlicet, quod meretrix nil accipit alienum inuito domino. Tum quia illi tā est locus in omnibus aliis delictis, in quibus alicui datur sponte aliquid, vt delinquat, quàm in meretricio. Cuius tamen contrarium tenet ipsemer Adrianus & cōmunis, quę contrarium nostri prædicti tertij dicti tenet. Tum quia Iurisconsultus significat hoc esse speciale in meretricio, per illa verba, *Nona ratio*. Ratio item Caiet.<sup>k</sup> videlicet, quod vsus meretricis est materia vendibilis, & nō rei sacre: quā Sotus & recentiores magni facere videntur, licet aliqua ex parte satisfaciunt, quo ad ponendū differentiam inter acceptum ratione criminis simonia, & acceptū ratione meretricij, quo ad quā astruendam, eam ille reddit: non tamen satisfaciunt, quo ad alia: nā æquē, immo magis vendibilis est opera eius, qui se locat ad militandum in bello iniusto, ad duellum cōmittendum, & ad fuste cædendum, vel occidendum alium, quàm opera meretricis ad explendū libidinē, volentis cum ea rem habere: siquidē palam, & passim cōducuntur, vel emuntur operę licitorū, quos vulgus Hispanū *borreros*, vel *verdugos*, & italium, *boia*, siue *manigoldi* appellat: & lex<sup>l</sup> dicit de locantibus operas ad pugnandum cum bestis, & idē facit lex *in arenam*.<sup>m</sup> At ipsemer Caiet. & prædicti, qui eum sequuntur, negant idem esse in aliis delictis, in quibus ex vtraque parte versatur turpitudō: ergo illa non satisfaciunt.

Ratio verò, quàm prædictus Segobiensis, secutus aliquor alios sentit: videlicet, quod lex permittit, & facit iustam operā meretricis, non tamen alias prædictorum operas, non potest defendi: tum quia ipsimet affirmant acceptum à mulieribus, quę non sunt meretrices, licet sint coniugata & monacha, non esse restituendum: & constat, nulla lege etiam humana, carum in hac re operas

a Per l. 2. ff. de conditio ob surp. cau. & alia. qua affert. Adr. vbi supra. b Lib. 4. qu. 7. artic. 1. de inst. & iure.

c ff. de conditio. ob surp. cau. d In l. 2. qu. 99. artic. 1. & 3. e Vbi supra. qu. 81. artic. 4. f Cum qua transseunt omnes in l. 4. eiusdem. g §. fin. h l. quod excusandi. Co. de condit. ob surp. cau.

i Vbi supra. k Vt notat. in rubric. de condit. indub. & alibi sape. l In l. iurige. §. si ob maleficium ff. de pact.

m Vbi supra. n In repet. c. inter verba. 12. qu. 3. com. 6. o Iuxta glo. le. 4. §. ff. de condit. ob surp. cau. putata. sing. ibi à las. cui sim. mil. glo. in c. qui cum fura. de fur. vbi late Anan. p Vt videtur est apud scribentes in l. 4. §. sed & quod meretricij. ff. de condit. ob surp. cau. q 2. l. qu. 32. artic. 7.

r In 4. libro sentent. di. 15. & super glo. communiter receptam in summa. 14. qu. 5. & quos latius citat prædictus Remer. Segobiensis in d. c. peccatum. de re. iur. li. 6. par. 2. §. 2. s In l. 4. §. sed & quod meretricij. ff. de conditio. ob surp. cau. t Vbi supra. & omnes alij post eum.

v Eiusdem titu.

a Glos. in clem. ad nostrum. 2. de heret. b 2. 2. qu. 154. artic. 4. c In 3. li. sentent. diff. 27. qu. 29. d Capi. sunt. quidam. 25. qu. 1.

e In l. 2. Co. de condit. ob surp. cau. f In cap. quia plerique. de immunit. eccl. e.

g Tit. ad leg. 1. de adul. ff. de C. & ca. 1. & 2. de adul. & l. unica. Co. de rapto vir. & 17. qu. 2. per totam. h In cap. per mem. de adul. i Et in di. ca. peccatum. & in cap. 1. & 2. de adul. e.

k In 2. 2. qu. 32. artic. 7.

l l. 1. §. remouet ff. de postul. m l. in arenam. Co. de inoff. test.





a Arg. c. erit. autem lex 4. dist. C. c. fin. de prescript.

b In l. 1. §. remouet. ff. de postul. C. l. in arenam. cum ei adnotat. Co. de inoff. testa. c. ff. de condi. ob tur. cau.

d In 2. distim.

e Sed quod meretri.

f Sed quod meretri.

g Iuxta r. de mque. 4. dist.

h Iuxta prædictam l. 1. §. remouet. cū seq. ff. de post. C. leg. in arenam C. de inoff. testa.

i In Cod. de res. q. 30.

iustas fieri: tum quia lex naturalis & diuina, quæ necessario est seruanda in foro conscientia, damnat illam: nec vlla lex humana eam potest quo ad illud forum iustificare: tum quia sequeretur, quod acceptum ob operam pugnandi aduersus feras, cum probabili vitæ periculo, non diceretur turpiter acceptum, secundum leges humanas, & aliàs aliarum gentium, quæ id probant, aut certè permittunt, iuxta prædicta, b quod tamen videtur esse contra mentem eorundem: quod idem esset dicendum de opera conductorum ad duella, vbi permittuntur, & ad furta, vbi ea puniuntur: quod tamen est contra l. 2. & 3. c

36 Quare omnibus omnium dictis ruminatis, asserenda arbitror tria. Primum, quod nulla est differentia quo ad forum conscientia, in quo lex naturalis & diuina necessario seruanda est, inter acceptum ob operam meretriciam ab vna parte, & ob operas ad alia maleficia, in quibus vtriusque turpitudine versatur, ab altera: quia in omnibus datur, & accipitur, contemplatione maleficii damnati, & punibilis in illo foro, & in omnibus equè voluntariè datur, & in omnibus æquè admittitur turpitudine ab vtraque parte, quod ad illud forum.

Secundum, quod ratio solida & vera, quare acceptum ob operam meretriciam, non est restituendum, est, quod acceptum voluntariè ab alio, ita vt ab vtraque parte admittatur turpitudine, nulli est de præcepto restituendū, iuxta cōclusa supra d contra Paludanū, Adrianū, & alios multos pro D. Antonino, Monaldo, Angelo & Siluestro ibi citatis.

Tertium, quod verus intellectus §. supra citati, colligitur ex supradictis in confutatione primæ rationis, videlicet, turpe esse meretricari iure naturæ, non tamen iure humano: ideo licet meretrix turpe faciat, attento iure naturali, quod est meretrix: non tamen turpiter accipit mercedē, attento iure humano, quod permittit, eam esse meretricem: & ita ille §. solum habet locum quo ad forū & territoriū, in quibus opera meretricis est permilla, & non quo ad forum & territoriū, in quo illa est damnata, & punitur: quale est forum conscientia: & consequenter meretrix quo ad forum conscientia, in quo eius status damnatur, non minus peccat accipiēdo mercedem, pro illa opera scēda, quæ præstat, quàm qui accipiunt mercedem pro operis locatis ad occidendum, ad (vt ita dicam) duellandum, & iniuste bellandum; ac alia huiusmodi: nec consequenter in illo foro tenetur minus ad restituendum, quàm illi. Sed quia illi per conclusa in præfato dicto secundo non tenentur de præcepto, sed de consilio tantum ad restituendum: ita nec ipsa tenebitur de præcepto, sed de consilio tantum restituere, quæ est conclusio communis, & antiqua speciali & noua ratione efficaciter fundata.

37 Ex quibus tribus dictis, & eorum fundamentis inferitur primò, quod prædictus §. f habet locum non solum in meretrice, sed etiā in omnibus aliis, qui operas suas locant, aut accommodant eis rebus, quæ permittuntur in foro exteriori, licet damnentur in interiori; qualia sunt multa quæ permittuntur, & in spectaculis carnalium, & aliorum festorum, & in hasti ludis, torneamentis, choreis, &c. Quales item erant pugna, quas Romani permittebant cum feris, ad quas qui locabant operas, licet fierent infames, vt sunt meretrices: tamen permittuntur, & non puniebantur plus quàm illæ, & accipiebant suarum operarum pretium, non secus quàm illæ; h quæ est conclusio quotidiana comprehendens innumeros, qui conducunt operas ad multa ludicra, quæ sunt saltem peccata venialia, & ita damnata in foro interiori: sed quia non sunt damnata in exteriori, quo ad mercedem accipiendam, & retinendam, æquantur meretricum operis.

78 Secundò inferitur, opinionè doctissimi Ioānis à Medina, i quam prædicti Didacus, & Sotus penitus carpunt, esse verā, qua parte ait peccare meretrices accipiēdo mercedem tamquam debitum operæ suæ fornicariæ: tum quia accipere mercedem pro opera occidendi aliquem iniuste, vel furandi, vel infamandi, vel aliquod aliud delictum faciendi, est peccatū, secūdū omnes, & nō alia ratione, quàm quia occidere, & alia prædicta facere, est peccatū. Ergo & accipere mercedem pro fornicandi opera est peccatū, cum illa opera sit talis in foro conscientia: tum quia in confesso est, quod falsarius, & quiuis alius locans operas suas ad

committendum peccata, & accipiens mercedem ob eas peccat: tum quia licet non concludat, quod opera meretricis sit inuendibilis, eo quod est peccatum, & peccata nullius pretij sint, immo nihil iuxta illud. a Sine ipso factum est nihil. id est, peccatum, eo quod, vt respondet Sotus, licet opera illa scēda meretricis, quatenus est peccatum, nullius sit pretij, quatenus tamen est res quadam humano vsui accommodata, pretio aestimari potest. Licet, inquam, argumentum Medina non concludat, operam illam de se, & in genere entis esse inuendibilem, concludit tamen esse inuendibilem in genere moris, & actus intrinsecè mali, pro quo nihil iuste posse promitti, dari, vel accipi, sancitum est ab omnibus iuris vtriusque auctoribus. b

39 Nec vsquam inuenies textum, qui significet licere accipere pretium pro opera peccandi, vel peccato cooperandi, excepta vna meretrice, quo ad forum exteriori: quia quo ad illud non peccat, nec punitur, & eius opera pro impunita reputatur. tum quia non est bona consequentia, qua Sotus vtitur, scilicet opera meretricis, quatenus est opera, & quidam actus vsui humano accommodatus, est aliquis pretij, & aestimabilis: ergo pro ea aliquid accipi potest: quoniam omnis opera exterior, qua peccator operatur peccatum vt plurimum est talis, & tamen nullus vniquam Catholicorum, quod sciam, dixit licitè posse pro ea, saltem, quando est intrinsecè mala, qualis est opera meretricia, capi aliquam mercedem.

40 Non obstat, quod actus peccati consideratus in genere entis est quoddam ens, & consequenter quoddam bonum, & à Deo, vt diximus supra, c licet idem consideratus in genere moris sit nihil, & nullius pretij. quia omnia iura diuina, & humana respiciunt in eo magis id, quod est in genere moris, quàm quod est de genere entis, quæ sunt inseparabilia: & ita verant absolutè, nō pro tali actu accipitur, detur, vel promittatur aliquid, excepta, vt dixi, vna fornicatione, & aliis similibus actibus, qui licet sint peccata in foro interiori, permittuntur tamen in exteriori, vt prædictum est: sic in simili Caietanus ait, d quod licet actus conficiendi sacramenta, & ministrandi illa sit res temporalis: non tamen potest vendi, quia magis attenditur spirituale, quod sine illo non potest esse, quàm substantia illius. Per quod ipsum dictum Caietani ab omnibus receptum probatur, quod licet aliquid sit in se vendibile: non tamen potest licitè vendi, cum miscetur inuendibili. Sic ergo actus delinquendi, licet sit in se vendibilis, coniunctus tamen peccato, quod est inuendibile indiuisibiliter, non potest licitè vendi.

Tertiò inferitur, opinionem prædicti Medina non esse veram, qua parte ait, acceptū à meretrice in opera sua scēda mercedem, esse in foro conscientia restituendum: quia per conclusa efficaciter supra in dicto secundo, non est restituendum de præcepto id quod turpiter acceptum est à turpiter dante: at per prædicta, quo ad forum conscientia: non solum datur meretrici turpiter, sed etiam turpiter accipitur ab ea: quia datur & accipitur pro opera & actu, qui est peccatum, & non qualequale, sed mortale, secundum fidem Catholicam. e Ergo non est necessario restituendum: sed retineri potest tamquam donatum, vel derelictum ab eo, qui dat, vt dixit Antonius, f supra in dicto secundo relatus, & declaratus.

Quartò inferitur, necessario idem dicendum esse quo ad forum conscientia, de aliis scēminis, & maribus, cuiuscumque ordinis, qui ob fornicariam operam aliquid accipiunt, quod dictum est de meretricibus, & è contrariò. quia sicut illarum fornicatio est vetita, & peccatum mortiferum, vt plurimum in vtroque foro, sic harum fornicatio est vetita, & peccatum mortale in altero scilicet conscientia, secundum fidem Catholicam, & eo magis, quod meretrix non solum peccat infringendo non solum præceptum sextum & nonum: sed etiam vt plurimum infringendo octauum, quatenus vetat iactantiam, & actum gloriandi, & laudandi se de vita, de statu, vestitu, & artibus ad alliciendum alios in malum turpibus, quod graue crimen esse pronunciat. h

Quintò inferitur, partim verum, & partim falsum esse, quod communiter aiunt glossæ à multis receptæ, i quatenus tenent, promissionem de dando meretrici ob operam

a Ioan. 1. exposit. ab Augustino.

b Vt videre est in l. iuris gentium §. 1. ob malefic. ff. de pact. le. 2. & per totum ff. de condi. ob turp. cau. C. l. generalit. ff. de verb. vult. C. l. 1. ff. de recepta. C. Co. de condi. ob turpem caus. per totum. C. ca. 1. de homic. li. 6. & in aliis innumera loca. c In Pral. 7. nu. 14. & 15.

d In 2. 2. qu. 100. art. 2. ad secundum dubium.

e Vt prædictū est. f In ca. quia plerique. de immunit. eccl. c. f.

g Iuxta prædictā clem. ad nostrum. de heret. h In ca. quam graue. de excess. prelat. i In l. 4. ff. de condi. ob tur. cau. C. in l. 2. Co. eod. C. in l. affectionis. ff. de donat.



In dicta le. 4. ff. de condi. ob tur. cau.

meretriciam non valere, nec ex ea posse agi. Per prædicta enim constat id esse verum quo ad forum conscientiarum: falsum autem quo ad forum exterius: & è contrario partim esse verum, & partim falsum, quod ait Bartholus à multis receptus, scilicet promissionem prædictam valere: quia verum est, quo ad forum exterius: falsum autem quo ad forum interius.

Neque obstant illa tria, quæ quidam hic opponit. Primum tenuisse me in Manuali Hispano, scæminas coniugatas, & Deo sacratas peccare accipiendo turpe lucrum pro causa turpis concubitus. Secundum, quod nunc omiſſa prior opinione teneo, posse quidem illas petere, & sibi retinere: sed non tamquam debitum legale, sed tamquam debitum ex animo grato. Tertium, contrarium tenuisse Sotum, Caietanum, & Conarruuiam, quia respondetur primum, superuacaneum fuisse notare primum, & tertium; cum ipsemet asseuerem ore pleno præfatam mutationem facisse, & discedere ab opinione præfati Soti, Caietani, & Conarruuiæ. Secundum, quod ipse non videtur satis intellexisse mea diligenter scripta, nec ego sua negligenter notata: quoniam confundit petitionem, & restitutionem, promissum, & acceptum; forum interius, & exterius; ius naturale male cognitum ab Ethnicis, & idem bene cognitum à Catholicis; obſcurat debitum legale, & morale; & causam finalem, & impulsivam. quæ omnia ego distinctè & dilucidè, & fortasse (absit iactantia) alius, & resolutius, quam alius unquam, & distinctius declaravi, vt ex eorum contextu cum aliis omnium aliorum temporum collato, facile diligens, & eruditus quisque lector colliget.

Sexto inferitur, confessarios prædictarum mulierum, & virorum impudicorum, quibus ob impudicitiam aliquid promissum est, & nondum traditum, debere illis consulere, quod nos consulimus cuidam, qui præcepto cuiusdam Magnatis, magnis promissis eius illectus, accepta parte eorum, occidit quemdam, & ob id vertit solum in aliud Regnum, & querebatur, quod ille Magnas nõ soluit omnia promissa, & petebat illa. Consulimus enim, vt caueret, ne peteret illa tamquam sibi debita iustitia legalis: quia non erant talia propter promissionis nullitatem: & quia per talem petitionem approbaret peccatum, quod antè fecerat, & ita nouè peccaret mortaliter: sed quod in litteris, quas ei scriberet, & mandatis, quæ ad eum daret, confiteretur primum, agnoscere se nihil sibi propter illam operam illicitam præter ipsum infernum, de iustitia deberi: & ita nil se petere ob eam, tamquam debitum legale: sed supplicare illi, vt miseretur eius necessitatis & indigentia, & dignaretur mittere illi promissa, in elemosinam: non quidem propter eius factum, quod erat abominandum: sed propter affectum illum magnum obsequendi ei, qui fuit ita potens, vt præceptis Dei præferret eius præcepta. Ita, quod nullatenus placeret ei suum factum illicitum, nec approbaret illud dicendo, ob id esse ipsi aliquid debitum: sed solum probaret affectum magnum atque desiderium obsequendi, quo in ipsum fuit, cum eius iussa compleuit, & erat obsequendi ei in licitis & honestis, quando ea scriberet, & mandaret. Ita quod delictum non sit causa principalis petendi promissa: sed causa impulsiva & occasiva, sine qua non peteret. Quod ipsum, mutatis mutandis, debet consulere confessarius ei, qui promissit dare aliquid ob delictum, post quod perpetratum vult dare, quod ob id promissit: nempe, quod perpetratio delicti non sit causa finalis; sed solum causa, sine qua non daret, & quod det principaliter, vt necessitati eius subueniat, vel honori suo satisfaciat. Quod vtiliter dixit Caietanus. Sic igitur præfata impudicæ vtriusque sexus personæ debent coram Deo, & confessario agnoscere, nil sibi deberi in foro conscientia: ob illa turpia facta damnata in illo foro: & ita nihil velle, nec desiderare, vt quidquam ob ea promissorum eis tamquam debitum soluantur, ne nouè peccent ea nouè approbando: sed cupere & rogare, vt sibi subueniantur soluendo promissa tamquam moraliter debita magno illi amori, quo fuerunt in promissorem extra operam illam illicitam, & quo sunt quando hæc petunt, ad inferuendum tantum in licitis & honestis: quod ipsum seruare debent in dando eis promissa, qui promiserunt. Et arbitror, quod, vt prædictus homicida per viam iustam

b 2. q. 62. art. 5.

plura obtinuit, quam obtinuisset per iniustam: ita hæc quoque personæ impudicæ plura contèquentur per hanc viam Deo placidam, quam per contractum.

Septimo inferitur, omnia supradicta intelligenda esse de his, siue scæminis siue maribus, qui sine fraudibus notabilibus à suis amicis aliquid extorquent: sed non de his, quæ cum fraudibus notabilibus id faciunt. Verbi gratia, dicendo se esse virgines, cum non essent, aut non fuisse cognitæ, nisi à magnatibus N. N. longè maiora extorserunt: quia eiusmodi, sicut alij fraudatores, restituere tenentur, iuxta ea, quæ dicemus infra, post Gerardum, & Adrianum. Non sunt etiam intelligenda de his, qui accipiunt quidem sine dolo: sed ab his qui non possunt dare.

Ubi restitutio facienda.

- 42 Restitutio rei aliena fiat vbi sita est. si bona fide possidetur.
- 42 Debitum ex contractu, vel quasi, soluitur vbi dicitur est, vel petitur.
- 43 Debitum ex delicto, aut quasi, soluitur vbi damnum passus fiat sitis.
- 43 Debitum in India petitum an cambijs minuendum.

**R**ESTITVTIO autem facienda est, vbi solutio fieri debet, & ita vbi est sita res, quando restitutio est facienda eo solo, quod est res aliena: cum qui bona fide, & sine sua culpa possidet, nihil perdere debeat. Si tamen restitutio ex contractu, aut quasi debetur, fieri debet in loco expressè, vel tacitè solutioni destinato, aut vbi petitur, hac lege, vt extra locum præstitutum solutio nec creditori, nec debitori damno sit, si locus præstitutus non fuit, restituendum est, vbi coram iudice competenti peretur.

Sed si restitutio ob delictum, aut quasi delictum debetur, facienda est in loco, in quo ipsa facta nullum damnum is, cui fieri debet, accipiat, siue restituatur vbi acceptum fuit, siue vbi est dominus, siue in alio loco, ad quem dominus transulisset: ita vt damnificatus nulla impensa, vel alio onere grauetur, quam si damnum datum non fuisset, quia restituere est in primo statu reponere, & reddere rem integrè in statu eo, in quo dominus seruasset, si ab eo ablata non fuisset, & quamuis semper sufficit restituere, vbi creditori placet, & per dicta supra. Ex quo colligitur, cuius impensis suo domino sit suum mittendum.

Quæstionis magnæ fuit nuper in Vrbe; An is, qui muro dedit mille in India, ea lege & conditione, vt certo tempore lapsò, posset ea perere à mutuario vbi cum que terrarum inueniretur, an postea inuentus in Vrbe teneatur soluere integra illa mille, an verò possit deducere cambia, quibus constat traductio illorum ab India in Vrbe. Et quidem videtur liberandus soluendo illa integra mille in India, aut etiam in Vrbe deductis cambijs, quoniam lex non solum habet locum in debitis aliarum (specierum), sed etiam in pecunia numerata.

Quomodo restituendum.

- 44 Restitutio facienda est eo modo, quem causa cur debetur postulat.
- 44 Remissio sine rei soluenda presentia sufficit ad restitutionem.
- 45 Debiti remissio solutio quedam est.
- 46 Debitum facilius remittitur, dum res soluenda presens nõ est.

**R**ESTITVENDVM autem est eo modo, quem natura contractus, delicti, aut vltimæ voluntatis requirit, & sufficit, quod obligatus per se, vel per alium restituat. Et si delictum occultum est, etiam restitutio occulta debet esse. Sed cauendum est, ne quando per alium occultè fit, internuncius, quod restituendum est, retineat, & restituere debens in sua obligatione permaneat, vt dicitur infra.

Et quidquid S. Antoninus, P & Dinus, q & alij alibi dicant: sufficit etiam quoad forum conscientia: vt is cui restitui debet, liberaliter & voluntariè remittat, & condonet, siue realiter ei offeratur, & coram constituatur, quod accipiat, aut condonet: siue solum verbo offeratur, siue absque vlla reali, vel verbali oblatione, creditor precibus partis, aut alterius alicuius internuncij, confessarij, aut alterius remittat & condonet, modo verè, & ex animo remittat, &

a ff. & Co. de dol. o. b Nm. 73.

c leg. 2. & 3. C. de auct. præfati. & l. 1. & 2. Co. de præd. minor. capit. si quis presbytero. de rob. eccl'es. non alia.

d Capit. 2. de const. & le. si possess. ff. de pot. hered. c. l. 1. ff. de eo quod certo loco c. p. & G. de off. deleg. & ca. dilecti. de foro compet. s. præterea. inst. de actio. f. Arg. cap. f. de foro compet. & ad nota. in iuribus prædictis. gl. restit. 2. & 2. ff. de verb. signi. & l. 1. C. de sen. pass. & restit. & 2. q. 2. s. f. semper D. Tho. & explicat Caiet. 2. 2. q. 62. a. 1. h. l. ff. qui su. tisd. cogant. i Eod. ca. nu. 11.

k Et totus in solus. ff. de eo quod certo loco.

l Textus est in l. 4. ff. de eo quod certo loco.

m Arg. capi. qui per alia de reg. iur. li. 6.

n Arg. capi. si peccauerit. 2. q. 1. s. non in bidico. de per. dist. 1.

o Eod. capi. nu. 67.

p 2. part. tit. 2. ca. 4.

q In regul. peccatum. de reg. iur. li. 6. i iuxta gl. in d. cap. peccatum. verb. ro. fituatur. & Host. in sã ma de vsur. s. qua pona. verb. quid s.

rat, &



a In summa  
verb. restitu-  
tio.  
b In. 4. de re  
sit. qu. 2. col.  
4.  
c Vbi supra.

d Arg. l. 1. §.  
qua oneran-  
da ff. quarū  
rer. actio non  
det. & glossā.  
leg. 1. ff. quod  
injū.  
e l. cum hi. ff.  
de tran. act.  
facit le sed &  
si ego. ff. ad  
Velleia.

f Ad Rom. 13.

g Et §. 1. In-  
stit. de iust. &  
iur.  
h 2. par. tit. 2.  
ca. 7.  
i Verb. restit.  
6. qu. 5.  
k Verb. restit.  
1. cap. 8.

l §. sacra. In-  
stit. de rerum  
diuisione.  
m In l. pro de  
bito C. de bō.  
aucto. iud. pos.

n l. si ventri-  
tri. ver. si ta-  
mē. ff. de pri-  
cred.  
ole. traditio-  
nib. C. de pac.  
p Iuxta dictū  
Bal. & eos  
qui eum refe-  
runt ubi sup.  
q ff. quib. cau.  
pig. vel hypo-  
th. tac. cont.

r Iuxta glos.  
Bar & com-  
munem in le.  
Labeo. ff. de  
verb. sig.

at, & ea sit talis, quæ donari possit, vt rectè Caietanus, <sup>a</sup> resoluit, & Adrianus <sup>b</sup> sensit. Et credendum est, eum ex animo remittere, si ipse id affirmat, cum vt acutè Caietanus <sup>c</sup> aduertit, nemo alius sit suæ voluntatis se aptior testis. 46 Quod verum est, si contrarium non arguunt coniectura; quales respondimus interuenisse in quodam casu, in quo austerus quidam dominus, qui suos subditos precibus suis non obtemperantes, per se, aut alios vexabat, à quibus certam conditionem petiit. <sup>d</sup> Et videtur nobis cautum, quod Caietanus singulariter addidit, scilicet, quòd pauper diuiti debens non ferat ad eum, aut ostendat id, quod est soluendum, sed deprecetur per se, vel alium, quo ipsi condonetur, ne rei debita præsentia difficilior efficiatur ad condonandum: cum multò facilius, quod non habemus, quàm quod possidemus, remittamus, & condonemus. <sup>e</sup> Neque id obstat condonandi liberalitati, sed ad illiberalitatis tentationem reprimendam valet.

*Quis ordo in restitutione seruandus.*

- 47 Debitum omne soluendum si potest: sin minus, prius certum, quàm incertum. & 48. Et prius res sua Domino, num. 49. quàm illud; & illud num. 50. & 51. Et prius talium, & talium contractuum, quàm vsurarum, num. 53.
- 52 Restituere contra ordinem prædictum non sufficit. & 53.
- 53 Debitor creditori posteriori prius petenti cur prius soluit.

**I**N restituendo seruetur ordo, quem ius diuinum, & humanum præscribunt, scilicet, quòd nullus ordo seruetur, quando suppetit, vnde omnibus soluatur, cum omnibus, quod debetur sit soluendum, iuxta illud S. Pauli. <sup>f</sup> *Reddite ergo omnibus debita, cui tributum tributum, cui veltigal, veltigal, cui timorem timorē. Cui honorem, honorem, & quando non suppetit ad omnia soluenda prius debita certa, quorum creditores sciuntur, soluantur, quam incerta, quorum creditores ignorantur, propter quatuor rationes S. Antonini. <sup>h</sup>* 48 Vnde sequitur, vt bene adnotarūt Siluester, <sup>i</sup> & Caietanus, <sup>k</sup> multos errare, qui cum nō possunt omne debitum restituere, componunt se super incertis cum prælati Ecclesia, vt id quod eis remittitur tamquam proprium possideant certos creditores defraudando. verum est tamen, quod si res incerta adhuc in eadem specie permanet; puta quidam calix cōsecratus, repertus, aut ablati, & adhuc integer, & non potest haberi eius dominus, nec inueniri, potest dari prius Christo erogādo in eius pauperes, & pia opera: quia per id nulli creditori præiudicatur: liquidem debitor non tenetur ex alieno creditori satisfacere: & conitat, quod ille numquam eius fuit, immo semper alienus. <sup>l</sup>

49 In debitis certis seruandus est ordo Baldi communiter recepti <sup>m</sup> scilicet, quod primū suo domino suum restituatur, vt commodatum, depositū, factū subtractum, aut raptum, quod adhuc in sua forma, & specie reperitur: quia hoc in eius, qui restituere debet, bonis nō numeratur, cum eius dominium numquam ad illum translatum sit, immo semper penes eum, cuius erat remansit. Et ideo ante omnia alia illi restituendum est. <sup>n</sup> Secundo loco venditori soluendum est pretium eius, quod vendidit emptori, penes quem res empta est: quia quamuis illius dominium in emptorem transierit, <sup>o</sup> illud tamen remansit obligatū solutioni, quādiu in sua forma, & specie penes emptorē inuenitur. <sup>p</sup> Pro quibus facit primò l. 2. §. per argumentum à fortiori. Deinde, quod hoc videtur valde æquum, & rationi consentaneum, saltem ad hunc effectum, quo in hoc ceteris creditoribus præferatur, quia lo omnia solutioni debitoris bona non sufficiunt.

50 Et idem eadem ratione videtur de omni eo, quod titulo oneroso datum fuit, verum est tamē, quòd si res empta plus valeat, quàm pretium pro ea promissam, eo soluto, residuum cedit aliis debitis soluendis. Verum est itē, quòd venditor non habet hoc priuilegium in pecunia habita ex re vendita; nec emptor in pecunia habita ex noua eiusdem rei venditione, nec in eo, quod permutatione illius habuit, quia nec pretium, nec habitum per permutationem in singularibus act: onibus in eius locum succedit. <sup>r</sup>

Tertio loco seruanda sunt statuta regionis, si quæ inue-

**A** niuntur specialia, super ordine restituendi, vt dicuntur esse in aliquibus regionibus de nummulatiis fraudatoribus: & si non sunt, seruetur ius commune, iuxta quod ij, quibus bona fuerunt expressè obligata, aliis præferuntur, & postea in sua dote vxor, & fiscus aliis creditoribus, quibus non sunt bona prius expressè hypothecata, quamuis tacitè sint. <sup>a</sup>

51 Quarto loco sequuntur ij, quibus sunt tacitè hypothecata suo ordine, postea depositarij, nisi quando deposita fuit pecunia ad negotiandum, & vt soluerentur vsura, aut interesse, <sup>b</sup> quia tale depositum vim mutui habet. <sup>c</sup>

**B** Quinto loco subsequuntur, qui habent priuilegium personale, quo præferantur aliis sine obligatione reali. Postremum locum tenent alij creditores, qui non habent hypothecam, nec obligationem bonorum expressam, nec tacitam, nec priuilegium personale, sine consideratione, quis eorum sit prior, aut posterior: ita vt quod prædictis satisfactis supererit, pro rata parte nominū inter hos diuidetur recipiendo, & amittendo solidum pro libra, vt dici solet: deductis tamen ante omnia impensis necessariis, sed non pompositis, ac superfluis funeris & exequiarum debitoris mortui, & publicationis, & copiarū testamenti, & aliis ad additionem hæreditatis necessariis, iuxta Paludanum communiter receptum, <sup>d</sup> & S. Antoninum. <sup>e</sup>

52 Aduertendum tamen, quòd qui alteri mutuum dedit pro reficienda domo, naui, aut alia re simili, præfertur omnibus, qui habent hypothecam bonorum domini illius in solutione ex pretio eius consequenda. <sup>f</sup>

**C** 53 Adde præterea, quòd qui debitor soluendo hunc ordinem non seruat, suæ conscientia non satisfacit, iuxta Hostiensem, Monaldum & Siluestrum, & si ignorantia iuris, aut facti eum non excusat, <sup>h</sup> nisi quando creditor aliquis in petendis suis creditis in iudicio, aut extra illud fuit alius diligentior: quia tunc non solum potest, sed etiam debet prius illi, quàm aliis soluere, <sup>i</sup> modo alij non sint magis priuilegiati. Et idem, quod hic diximus de debitore soluente, est dicendum de creditore petente, nempe quòd non peccat accipiendo suum debitum, quod diligentius petiit, si alij non sunt magis priuilegiati, alioqui sic, violando iustitiam, quæ habet, vt illis priusquam ipsi satisfiat per prædicta. Vnde inferitur peccare generos, & nurus recipientes, aut retinentes de bonis locerorum, quod eis debetur, scientes eorum bona aliis magis priuilegiatis deberi. Equum etiam nobis videtur, quod Caietanus <sup>k</sup> dicit, quòd vsurarius prius debet soluere, quod debet per contractus licitos, quibus non est pauperior factus, quales sunt emptionis, & mutui, quàm vsuras iniquè extortas, etiam si ante illos contractus fuissent extortæ. Per quod soluitur, quod hic nouè quærebatur: debet tamen prius eas soluere, quàm quod debet per contractus gratuitos, quibus pauperior est factus. Non obstat, quod Medina teneat oppositum, dicens vsuras esse magis iniustas, magisque prohibitas à iure diuino naturali, & humano, quàm sit retentio debitorum ex aliis cōtractibus: quia id non est verum: magis enim indubiè debeo tibi, quod mihi mutuaui, quàm quod per vsuram tibi ademi: cum in mutuo nemo vniquam dubitavit, & in vsuris multi: quamuis malè, <sup>l</sup> tum ob alia, quæ breuitatis gratia omitto.

**D** Neque obstant illa tria, quæ quidam hic notat. Primum me dicere, quòd quando bona, quæ sunt restituenda, non sufficiunt omnibus creditis persoluendis, & creditores sunt æquales, restitutio est facienda pro rata. Secundum, teneri debitorem ad restituendum priori creditori quando posterior creditor prius debitum suum exigit. Tertium vtriusque dicti contrarium esse probabilius, quia *qui prior est tempore, potior est iure.* <sup>m</sup>

**E** Cui respondetur primò, me non dicere prædicta verba, quæ ipse dicit, sed hæc. Si prædictis, scilicet priuilegiatis satisfactis, aliquid supererit, pro rata parte nominum inter hos, scilicet nullatenus priuilegiatos, diuidetur: nisi aliqua statuta sint contraria, vt dicit S. Antoninus, & est verissimum, & quotidiana praxi receptum.

**F** Secundo, quòd ego expressè assentior dicentibus, quòd debitor potest, & debet soluere prius creditori posteriori prius petenti, & exigenti debitum, in iudicio, vel extra illud, quàm priori nullatenus priuilegiato, propter dili-

a l. e. assiduis.  
Co. qui portio.  
in pig. ha. &  
l. quamuis de  
priu. f. ci.  
b l. si hominē.  
§ fin ff. depo-  
sit. & l. si ven-  
tri. ff. de priui.  
cred.  
c l. certi condi-  
cto § fin. ff. de  
rebus credit.

d In 4. li. sēt.  
dist. 15. quæ. 3.  
e 2. par. tit. 2.  
cap. 7. §. 3.

f l. 2. ff. qui po-  
tio. in pig. ha-  
be.  
g Verb. restit.  
6. qu. 7.  
h Arg. ca. ea.  
re. de iure iur.

i l. pupillus ff.  
quæ in fraud.  
cred. Syluest.  
ubi sup. q. 8.

k Verb. restit.  
cap. 8.

l Ut colligi-  
tur ex ca. quo-  
niam in om-  
nib. de vsur.  
& clem. 1. eo-  
tit.

m Capi. Qui  
prior de reg.  
iur. in 6.





a pupillus. ff. qua in fraud. cred.

gentiam, quam in petendo adhibet. Et ita falsum est; quod ille ait in secunda nota me dicere; scilicet debitorem teneri ad restitutionem priori creditori, quando posterior prius suum debitum exigit. quoniam expressè contrarium assero: quia ut ait lex prædicta diligentia posterioris in petendo suum debitum fecit eum potiorum, sicuti hypotheca, & aliud priuilegium.

b Iuxta c. ca. de iur. iur.

Tertio, verum esse non, quod ille ait, me dicere, sed debitorem, qui sciens se debere creditoribus chirographariis nullatenus priuilegiatis, & sua sponte non coactus, neque exactus, neque requisitus soluit posteriori fraudans priorem ea parte, quæ illum contingeret, si bona venirent, secundum communem sententiam peccare grauius, & teneri ad restitutionem: eo quod soluit, quod alteri debetur. Per quod damnantur multi, qui volentes gratificari quibusdam, & videntes sua bona esse diuidenda per iudicem ob suam mortem, vel ob fugam, vel aliam absentiam inter creditores non priuilegiatos, diminuendo credita pro rata, soluunt eis integra; quorum de numero ne sit, caueat præfatus religiosus, si consulerit hoc talibus debitoribus.

c Vt super ea adnotauit gl. per l. quoties, utriusque est par causa potior. unde supra sui illa re. iur.

Quarto, quod incogitater videtur allegare pro suo proposito cap. præfatum, qui prior est tempore, potior est iure: quia magis probat antiquiorem creditorem debere præferri posteriori, quam suum propositum; cum palam sit creditorem maius ius querere sibi credendo, quam petendo, cum ex illo, & non ex hoc nascatur obligatio contra debitorem. Nec potest huic inductioni responderi à defendente, quod posteriori diligentius petenti possit iuste solui; nisi id, quod iurisconsultus in præcitata lege pupillus, sentit; nepe non esse cetera paria, cum posterior creditor est diligentior in petendo. Et præfata regula, qui prior, intelligitur quando cetera sunt paria.

Quando est restituendum.

- 54 Restitutio statim facienda.
- 54 Præcepta affirmatiua, & negatiua non aequè ligant.
- 55 Debitor quoties nouè peccat non restituendo.
- 56 Restituere quis non posse commodè dicitur.
- 57 Restitui non debent bona minoris ordinis cù damno maioris.
- 58 Debitum ex delicto, & contractu quo ad qua paria.
- 59 Damnum proprii boni, & lucri non restituere alienum.
- 59 Instrumenta ad viuendum necessaria quando non restituenda.
- 59 Confessarius an absoluet eum, qui semel iustus non restituit.
- 60 Necessitas extrema differt, sed non tollit restitutionem.
- 61 Necessitas extrema non tollit restitutionem etiam eius, quod in ea capitur, & ea minor minus.
- 61 Commune fieri, & communicandum longe differre.
- 61 Extremè patienti satisfit etiam non donando.
- 62 Dominus non sit rei, qua vsu consumitur, eo quod iure illam consumat.
- 62 Dominus consumens suam rem interdum restituere tenetur.
- 62 Causa limitata a limitatum producit effectum.
- 62 Necessitas decentis status differt restitutionem.
- 63 Damnum debitoris, & creditoris quod differt restitutionem.
- 63 Damnum quod formidatum reipublica excusat à restitutione.
- 63 Restitutionem excusat metus probabilis peccatorum.
- 64 Debitor sciens se talem, antequam damnetur, restituat.
- 65 Confessarius quando iuste differt debitori solutionem.
- 66 Debitor differre non potest soluendo paulatim.
- 67 Restituet quis per alium quando, & per quem faciet.
- 68 Testanti qui potest statim restituere non sufficit legare.

d l. 2. qu. 62. articuli. fin. c. de rest. spol.

f 2. 2. q. 37. a. 2. & Arc. ca. si peccauerit. 2. qu. 1. & in summa de pe. dist. 5. Pa. norm. & omnes in c. nouit. de iudic.

54 **R**ESTITVTIO autem facienda est statim iuxta S. Thomam, ab omnibus receptum. Pro quo est cap. sape: quatenus habet, tantum ferè peccare, qui alienum retinet, quam qui accipit. Et quod præceptum restituendi, quamuis sit affirmatiuum, quatenus expressè iubet restituere: est tamen negatiuum, quatenus tacitè præcipit non retinere alienum, inuito suo domino. Et præcepta negatiua se inper, & ad semper obligant, quamuis affirmatiua nõ nisi ad certum tempus, iuxta eundem S. Thomam.

55 Ex quo inferitur primò, decisio dubij quando, & quoties quis ob retentionem alieni nouè peccet? nam omnes

A tenent, quod non peccat nouè singulis momentis: & quod pluries quam semel peccat communiter, qui illud multo tempore retinet: & quod peccat, quoties proponit non restituere illud. Et etiam credo, quod quotiescumque vitur alieno, quod restituere tenetur, quamuis de restitutione non cogitaret, & secundum aliquos quoties commodè restituere valens non restituit: quod tamen intelligendum est, si id animaduertit, quamuis non statuat illud non restituere: non autem aliàs, siquidem illud potius est status peccati, quam peccare.

a Ca. 2. 2. qu. 60. art. 3.

B Secundo inferitur, quod quamuis qui nocte in lecto, aut in Ecclesia recordatur, se alienum habere, & posse commodè restituere, statim debeat proponere actualiter, vel virtualiter restituere: non tamen statim à lecto surgere, aut Ecclesiam egredi, quo id restituat: quia id non potest commodè, & satis est, id facere, quum commodè poterit, boni viri arbitrio. Ad id autem, quod hic queritur? An hæc commoditas arbitraria referatur ad tempus, vel ad facultatem restituendi? Respondetur, quod ad utrumque: ad tempus quidem, per prædicta, ad facultatem autem, per statim dicenda, seruando ea.

b l. quod de ff. reb. cri. c. ei adno.

C Tertio inferitur, quod sicut ignorantia probabilis iuris, aut facti quamdiu durat à restitutione excusat: sic etiam multò magis ab statim restituendo excusabit. Et vt condonatio creditoris pro semper à restitutione excusat, sic ab statim restituendo eius voluntaria dilatio excusabit: siquidem permanente hac, inuito domino alienum non retinet. Et vt perpetua restituendi impotentia perpetuò excusat, sic impotentia restituendi statim ab statim restituendo excusat.

c l. Nepos Pro ca. ff. de verb. signi. ca. facti. 22. qu. 2. d. Vt iu. dist. 2. est.

D Et dicitur non posse, non solum qui est in extrema necessitate, aut nullo modo potest: sed etiam qui commodè non potest. Ille autem dicitur commodè non posse, qui non potest sine damno suorum bonorum altioris ordinis, qualia sunt vitæ, & salutis, respectu famæ, & rei familiaris: & qualia famæ, respectu rei familiaris, aut non sine magno damno eorum, quæ sunt eiusdem ordinis, quod aliqua dilatio parum creditori nocens excusare potest, vt accuratè Sanct. Antoninus profecquitur.

e 2. p. sit. 2. c. 2.

E 57 Et ita, qui statim aliena bona fortunæ restituere sine amissione propriorum suæ vitæ, salutis, aut famæ non potest, ad statim restituendum non tenetur: nam quemadmodum iuxta prædicta, nemo tenetur regulariter ad bona aliena inferioris ordinis restituenda, cum damno suorum altioris ordinis, sic & multò minùs tenetur ad aliena inferioris ordinis, & qualitatibus, cum amissione propriorum altioris ordinis statim restituenda. Sic eadem ratione, qui debet centum aureos statim soluendos, si non potest statim soluere sine magno damno suæ rei familiaris, puta non nisi domum suam, aut aliquod prædium multò minoris vendat, quam valeat, ad statim restituendum non tenetur.

f In ca. 10. p. 44.

F 58 Quod (nostro iudicio) non solum locum habet in debito, quod ex contractu, aut vltima voluntate, sed etiam in eo, quod ex furto, aut alio delicto nascitur, vt sentit B. Antoninus, quidquid Caietanus dicat: quia quamuis hæc duo debita, quo ad suam originem differant (quia in vnius origine peccatum est, & in alterius non) quo ad hunc effectum tamen, saltè in foro conscientie, similia sunt: siquidem vtrumque restituere tenetur, & in vtroque totalis impotentia omnino excusat, & sic in vtroque mediocri impotentia, mediocriter excusare debet.

g Ar. ca. cum in cunctis. de elec. & anob. multis magis C. de sacros. Ecclie.

Nec obstat, quod quidam religiosus hic ait, asserere me excusari à restitutione eum, qui si statim restituat, amittet bona, vel statum acquisitum per vsuras, vel latrocinium, vel aliam iniustitiam: cuius contrarium ait esse tenendum. Cui respondeo primò, mirari me, quod vir alioqui pius, & religiosus imponat mihi, etiam religioso, quamuis indigno, quod ego, nec hic, nec alibi dixi, scilicet excusari quem à restitutione ob conseruandum statum acquisitum per vsuras, vel latrocinium, vel aliam iniustitiam. Immo in hoc ipso loco dico non posse quidem excusari à restituendo aliena, eo quod per illud sibi videretur euenire sibi magnum damnum, ea ratione quod restitutio alienorum non est damnum restituentis, cum per id nihil proprium pereat. Et quod paulò post dico, cum scilicet, qui non potest deceperet viuere secundum statum suum,

k Ar. de toto ad partem. l. qua de tota. ff. de rei ven. di. c. pasto ralis. §. ut si totum de off. deleg.

l Num. seq.

m Num. 62.



si totum quod debet, statim restitueret, intelligitur de statu nobilitatis, vel alio iuste quæsito.

Secundo, quod quidquid dicat Sotus, & teneat Couarruias, ut puto pro grandi obseruantia, qua erat in Sotum, multis, & irrefragabilibus argumentis probamus nos contra Sotum, & quasdam suas novas imaginationes, a esse veram illam præcellentem doctrinam, quam explicatiùs aliis tradidit eruditissimus Caietanus in locis ibi citatis, quem etiam satis tacite videtur sequi Couarruias, nempe regulariter non esse faciendam restitutionem bonorum inferioris ordinis cum iactura bonorum superioris, quam præfatus religiosus mordere velle videris, licet aperte id non faciat.

Tertio, quod ego in nihilo recedo à Couarruias, nec Couarruias à me, quo ad propositum, si serena mente omnia dicta perpendantur, quod faciliè, si vacaret, & breuitas in hoc libro affectata, id permitteret, monstrarem: nam & ipse Couarruias, licet me tacito, tenet e idem esse iudicandum de dilatione danda debitori ex delicto, & debitori ex contractu: quod ipse hic dico.

59 Aduertendum tamen, quod non dicitur magnum damnum propriorum bonorum; eo quod sint magnæ res alienæ restituendæ: quia, ut rectè Caietanus dicit, illud non est suorum bonorum iacturam facere: sed aliena relinquere. Nec etiam dicitur magnum damnum propriorum bonorum, non lucrari; eo quod restitutus est; quia, ut idem dicit, illud non est amittere suum, sed alieno non uti: quod (mea sententia) non habet locum in instrumentis artis, quibus victum sibi parat, qui restituere tenetur, iuxta S. Antoninum, nec etiam damnum propriorum bonorum ab statim restituendo excusat, quando restitutionis dilatio etiam magnum damnum, cui est restituendum infert, iuxta omnes.

Quarto inferitur, quod quamuis æquum nobis videatur dictum Caietani, quod ante ipsum S. Antoninum, & sensis, scilicet, quod confessarius non debet absoluer eum, qui statim restituere tenetur, nisi prius actualiter restituat, si antea à confessario iussus, restituere prætermisit: quia quamuis fides pœnitenti in his, quæ pro se, & contra se dicit, habenda sit prouideri tamen etiam debet, ne qui semel defecit, iterum deficiat: licet, inquam, hoc dictum videatur æquum: talis tamen pœnitens occurrere possit, & tales circumstantiæ temporis, loci, & causæ, ut confessarius solo restituendi proposito contentus esse debeat: cum etiam Deus tunc eo (sua benignitate) contentus sit, quia non est ad amplius faciendū oportunitas, per quæ responderetur affirmatiuè, ad nouè quæsitum; An qui subtrahit decimas, aut impedit solutione earū, possit absolui ante realè restitutione, si ab ea aliquo supradictorum modorum excusatur legitime, nõ obstat Cõcilio Tridẽtinõ: quod prohibet absolui ante satisfactiõnem eiusmodi subtrahentem, vel impediẽtẽ.

60 Quinto inferitur, quod in necessitate extrema constitutus, non habens aliud, quàm quod ad suam, suorumque vitam est necessarium, restituere non tenetur, nisi creditor eadem necessitate prematur; immo neque si eadem prematur nisi dominium eius, quod restituendum est, semper penes creditorem remanserit, quidquid Ioannes Tabienna dicit.

71 Magna tamen circa hoc quæstio incidit; An sit vera communis opinio, quàm recetiores sequuntur in Armilla aurea; videlicet, eum, qui in extrema necessitate, quod ea se liberet, aliquid accipit, ad restituendum illud non teneri, licet ad pinguiorem fortunam euadat. Ad quam breuiter respondeo, oppositū eius, quod rectissimè Adrianus, defendit, verius, & iustius esse: nam efficaciter probamus e quod nemo sit verus dominus rei, qua eger, ad liberandum se ab extrema necessitate, licet possit iuste eam accipere etiam auctoritate propria, & ea uti, quatenus est ad id necessaria. tum quia contraria sententia, non videtur probari vlla lege, vel efficaci ratione, sine quibus nõ est affirmandum aliquid contra ius regulare, & ius regulare habet, id, quod est vnus, sine consensu eius, non efficit alterius, tum quia lex illa celebris, quæ est secunda, non habet, res fieri communes per necessitatẽ, sed esse cõmunicandas. tum quia nõ patiuntur iura, ut eiusdem rei dominium sit penes plures in solidum. Tum quia legi caritatis, misericordie, ac

A pietatis, & cuiuscumque alterius virtutis satisficit, succurrendo necessitatem extremam patienti sufficenter ad hoc, ut ab ea liberetur, ut palam est: at frequentissimè succurri potest, & abundè quidem extrema patienti, commo-dando, vel locando ei rem illam, qua eger, non tradendo ei dominium illius, verbi gratia. Aliquis, alioqui saltem alibi diues, in inontibus Alpibus, vel Pyrenæis niue canis, necessitatem extremam alicui vestis paritur: & aliquis alioqui pauper, deferens vestes pretiosissimas, holosericas, pellibus Herminiorum carissimis duplicatas, siue suffultas, obuiat illi, teneret quidem ei vnam, vel duas, vel plures, & quotquot ille, ad illam necessitatem subleuandam eger, commodare, vel locare: sed non dare, & transferre in illum illarum dominium: immo, cum se in aliquem locum, vbi necessitas illa cessaret, reciperent, posset illam, vel illas, quas commodauit, repetere, quod nemo negabit. tum quia nemo diceret, quod si quis alioqui diues aliquo in loco fame moriens obuiaret alicui pistori, viginti mulos panibus coctis onustos aliquo agenti, fieret dominus omnium illorum panum, cum tamè qua ratione fieret dominus vnus, eadem quoque fieret omnium, antequam villo illorum ad sedadam famem vteretur. Neque quisquam diceret, pistorem obligatum esse ad dandum dominium omnium illorū illi: neque illum auctoritate propria posse omnes eos sibi occupare: immo quilibet eruditus diceret, satisfacere pistorem communicando illi esurienti panes necessarios ad illam esuriem sedadam. tum quia ridiculum videret, & grauitati legum contrarium dicere, extremam famem patienti quæri dominium omnium panum, qui in foro venduntur, & illico sedata per vnum panem fame, illud ei perdi, & rursus iterata fame fieri eius, & propulsa-ta ea, desinere esse illius. tum quia glossa recepta asserunt, verbum Communia in loco dicto, Necessitas omnia facit communia, exponendum esse, per Communicanda.

B 62 Concludo igitur, per extremam necessitatem proximi, obligare quidem proximos eius ad subueniendum ei tantum, quantum est opus ad liberandum eum ab ea, facereque sibi ius capiendi illud, etiam propria auctoritate: non tamen efficere eum ipso iure dominum illius necessarij: & consequenter teneri regulariter ad restituendum, cum ad pinguiorem fortunam peruenerit. Dixi, Regulariter, quoniam nonnumquam, ut dicemus, ex paruitate rei, & aliis coniecturis, iuste credi potest, eum ad id non teneri.

C Non obstat, quod Sotus nouè distinxit inter eum, qui non habet bona aliqua, vbi extrema necessitate vrgetur, nec alibi, & inter eum, qui alibi ea habet, & inter illud, tempore talis necessitatis insumptum fuit, quales sunt res ad eum pertinentes, & inter illud quod insumptum non fuit, qualis est vestis, aut equus, quo vsus est, & concludit, quod qui alibi habet bona, ad restitutionem expensis tenetur, & etiam qui non habet, ad restituendum id quod insumptum in illa necessitate non fuit: sed non ad id, quod in ea impensum, & consumptum fuit. Non inquam, obstat, tum quia ipse fatetur, quod qui bona alibi habet, restituere tenetur etiam insumptum: & cum vnus religionis bona non adimant necessitatem extremam, in quam in alia incidit, fateri debet, quod extrema necessitas sola non facit dominum rei alienæ, ut ea vtatur sine obligatione restituendi. tum quod præsupponit falsum, significans, quod omnis, qui licitè vti potest eo, quod vsu consumitur, illius dominus efficitur: quia ipsomet tenet, quod Franciscanus eius, quod licitè comedit, & consumit dominus non est, quod nos latius confirmauimus: tum quod etiam præsupponit falsum, quatenus significat, quod nemo, qui consumit aliquid tamquam illius dominus, si est verus dominus illius, ad illud restituendum tenetur: nam qui consumit panem & vinum manũ acceptum, tamquam dominus, & existens verus illius dominus consumit, & tamen soluere illud, & restituere tenetur. Et ita quamuis extrema necessitas aliquem dominum faceret, quo ad effectũ illum ab ea liberandi, non ob id eundem ab obligatione restituendi liberaret. Siquidem ad te liberandum ab ea, sufficit dominium, quod per mutuum, vel alium iustum contractum, abiq; donatione acquiritur, tũ q; necessitas solum tribuit ius ad accipiendũ, & cogendũ, ut illi de ur, quod sufficit ut liberetur ab ea, & nõ amplius, & ad hoc sufficit mutuo,

D

E

F

a infra. m. 89.  
b in regu. pac. casum. de regul. iur. lib. 8. par. 2. col. an. suspendit.  
c ubi supra.  
d verb. restitutorio.  
e ubi supra.  
f in d. de. si. in. cap. 6. § 2. pa. 10. 2. ca. 8.  
g Arg. e. dicitur e. magna. de pen. dist. 1. i. de. si. quid. inuenisti. 1. 4. qu. 5. l. 2. § 2. ca. 12.  
h Arg. cap. si. non licet. 28. qu. 5. c. la. si. p. res. Co. de. aqua. quot. m. verb. restitutorio. § 4. n. in. 4. l. 1. sm. dist. 15. o. v. in. q. 33. p. tractatu. de. redit. ecc. qu. 2. moni. 4. q. cap. legat. 2. qu. 2. § 2. consideremus. in. authent. de. rrim. c. se. miss. col. 3. ca. conuulsi. 2. qu. 4. c. cap. 2. de. tran. la. pala. l. id. quod. no. frum. est. ff. de. reg. iur. § 1. cum. in. eadem. ff. ad. leg. lib. ad. de. iact. l. 1. § 2. ex. p. u. v. ff. de. ac. qu. poss.

a In di. 6. cum. is. eadem. c. d. capit. sicus. hi. 47. diff.  
b In d. num. 118. c. Li. 4. q. 7. a. 1. de. iust. c. iu.  
d Lib. 4. qu. 1. de. iust. c. iur. loquens. de. ex. tra. ad. condi. torẽ. de. verb. sign.  
e Iuxta c. ex. is. de. verb. si. lib. 6.  
f In d. Tracta. tu. pradit. qu. 1. Mo. 14. num. 1.  
g l. 2. § 2. appel. lata. ff. de. reb. cred.  
h Ar. c. cum. cessante. cum. ei. ad. de. up. pel.





a l. non om-  
nis ff. de reb.  
cred.

b Vt supra ta-  
ctum est. &  
larius dicitur  
in pra. numer.  
118. & 119.

c l. nã quod  
absurdum ff.  
de bonis libe-

d 2. par. sicut.  
21. cap. 8. col.  
7.

c Ca no quã.  
22. qu. 2.

f Ca. licet. de  
reg. & auth.  
de reb. & ea  
qua per s. li-  
cet. col. 5.  
g Ar. l. si quis  
fumo. ff. ad  
leg. Aquil.

h Vbi supra.

i In 4. dif. 55.  
qu. 26. ut su-  
pra eo. ca. nu.  
55. declara-  
uimus.  
k Ind. li. sent.  
di. 15. q. 2.  
l Eod. nu. 62.  
& sequ.

m In ver. re-  
stitutio vlti.  
§. 5. post Dire-  
ctorum.

vel commodatò , vel alio contractu iustè accipere , aut illi dare; quia limitata causa limitatum producit effectum. \*

Concludo igitur , quòd qui aliquid in extrema necessitate accipit , postmodum cum potuerit ad restituendum tenebitur , siue alibi bona habeat , siue non , siue illud totum consumat , siue non ; nisi per coniecturas probabiles iustè præsumeretur donatio , b quoniam vltra prædicta sequeretur ex contraria opinione , quòd si aliquis mille militum dux in extrema necessitate mille ducatorum aureorum alimèta alicuius priuati hominis , vel villæ comederet , soluere ei non teneretur ; quauis altero die direptione aliqua licita diues euaderet , quòd est absurdum , & ita non dicendum. c

Infertur sextò ; eum , qui totum statim restituendo , non posset deceter pro dignitate sui status viuere , ad illud non teneri , quauis id facere perfectionis esset , vt ait Sanct. Antoninus , d modò ei sit animus restituendi illi quamprimùm poterit , & modo curet , ne quid in alios vsus , quàm necessarios & decentes impendat , quo reliquere aliquid , & paulatim restituere possit.

63 Infertur septimò , quòd quando ex restitutione statim facta redudaret damnum corporis , aut animæ eius , cui deberetur , non est statim faciendâ : quia nec furioso , nec irato ensis depositus , quo creditur , se aut aliud percussurus , reddendus est. e Neque eadè ratione volenti bellum facere , aut litigare iniustè , sua pecunia , qua id faciat , & fortiori ratione , si ex ea magnum damnum reipub. obuenerit : siquidem eius bonum priuato præponitur. f Et consequenter nemo debet facile cõdemnare Reges , aliõsue Principes , qui aliqua iudicio eius , aliena retinent , credentes probabiliter ex eorum restitutione , sua regna passura magna incommoda , & bella iniusta. g Quæ tamen non procedunt , quado æqualia , vel multò maiora mala probabiliter crederentur euentura ex retetione , quàm ex restitutione. Depositarius enim , qui sicut putat ex redditione gladij furētis , vel alius penes se depositi securitatem percussorem alicuius iniustam , ita credit ex retentione securitatem esse maiora mala , puta , furem , vel alium cum cognatorum , & amicorum turba , se & suam domum cum his , quæ in ea sunt incensurum restituere teneretur , argum. à cessante ratione priuati prædictorum , quæ illa fundant , quòd aliquando scimus euenisse. Et idem dicendum videtur , quando probabiliter creditur , quòd ex restitutione statim facta , sequerentur adulteria , fornicationes , aut alia peccata mortalia , quæ indigentia restituenti , aut eius filiis , aut filiabus suaderet : quia , vt dicit Sanct. Antoninus , h hæc mala sine comparatione sunt maiora , quàm damnum , quòd creditor ex dilatione sui debiti patitur , immo sunt bona altioris ordinis , quàm fortuna , quæ creditori debentur.

64 Infertur octauò , quòd multi damnantur ob non solutionem debitorum , nullum sibi de ea scrupulù cõscientiæ incutiendo , credentes se antequam per sententiã condemnentur nõ teneri : quia quoties qui alienum iniustè retinet , & considerare debet , se illud debere , & proponit formaliter , vel virtualiter non restituere sine vlla iusta causa , quæ eum excuset , toties mortaliter peccat , iuxta Ioanem Maiorem : i nam quemadmodum qui concubinam retinet , nõ est pœnitens , sed pœnitentiæ illusor , & cõfiteudo peccatù peccato apponit ; sic qui opere & voluntate , sine iusta causa alienum retinet , non est verè pœnitens , iuxta Scotum. k

65 Infertur nonò , quòd confessarius nõ potest pœnitenti dilatione concedere , quando certò scit , eum soluere posse , nisi cõcurrat aliqua causa prædictarum , supra l quæ ab statim restituendo excuset. Quibus adnumeratè casum , in quo videret confessarius , debitorem nolle se resoluerè ad totum debitum statim restituendum , ob aliquod emolumentum inde sibi proueniens , & creditorem nolle concedere dilatione , parum sibi nocuam , & numquam , aut nõ tam cito , nec tam utiliter , atque dilationem concedendo , suum recuperaturum , & ea concessa debitor suã fidem obstringit se ad certum tempus soluturum. His enim concurrentibus confessarius dilationem & absolutionem concedere posset , iuxta mentem Angeli , m nam tunc confessarius verisimiliter credere potest , quòd creditor illo contentus foret , si sciret , vt ipse secretum intimum cõscientiæ debitoris.

66 Infertur decimò , quòd qui debet , & statim totum restituere potest , & non vult nisi certam partem in singulos

A menses , vel annos , quousque solutionem finierit , non est absoluehdus , quidquid dicant Hostiensis & alij Summistæ , iuxta Adrianum , n dicentem , quòd confessarius , qui talem absoluit , eum magnopere decipit , quia qui debet , & potest commodè restituere , & non restituit , est in peccato mortali , per prædicta , quòd Ioannes Maior b ait , non solum procedere in debitis ex delicto , & furto , sed etiam in aliis mutuo , aut alio iusto modo contractis.

67 Vndecimo , quòd qui non potest furtum , aut aliud damnum datum restituere per se , sine sui manifestatione , non debet per se , sed per aliam personam secretam , & fidelem id facere ; ad quod confessarius , cui referatum est peccatù aptior aliis videtur , modo pro fidei habeatur. Caueat tamen , quia si persona media non restitueret , non liberetur debitor ab obligatione , vt exprimit S. Antoninus , c etiã quando pro fidei haberetur , si dominium rei restituendæ in eum , qui restituit translatum fuit : quamuis nõ quando translatum non fuit , & iustè acceptum fuit. d Et idem Sanct. Antoninus addit , ne multum fidant prædicatoribus , & confessariis pecuniam potiùs , quàm salutem animarum quærentibus , & consultum fuerit syngrapham à creditore accipere , in qua confiteatur , se accepisse tantam summam , per N. pro solutione eius , quòd alius sibi debebat , sine nominis expressione , & eam pœnitenti tradere. Et in hoc casu restitutio differri potest , quousque inueniatur persona , per quam fideliter , & secretò fieri possit.

68 Infertur duodecimò , quòd qui statim restituere potest , & non restituit , quamuis testamento relinquat , vt restituarur , securus non discedit , si aliquid ex prædictis eum non excusat : nisi quando id fecit , quia probabiliter credit , quòd suus hæres melius præstabit , & nisi hoc persuasum habere ; statim ipse per se restituere. e Adde tamen , quòd qui non potest statim restituere , debet remissionis schedam , aut dilationem à suo creditore petere , iuxta S. Thomam , f receptum , nisi tali petitione peccatum manifestaretur per supra dicta , g aut aliquod scandalum sequeretur. h

Quæsitum est autem à multis : An defunctus detineatur in Purgatorio , donec eius debita soluantur ? Resoluo negatiuè , iuxta S. Thomam i & Adrianum , k quia fieri potest , vt moriatur martyr , vel statim post baptismum , quem recta ire in cœlum docet fides Catholica , l vel cum contritione ad omnem pœnam delendam sufficienti , m vel absolutus virtute lubilæi ad id efficacis. n Non obstat , quòd Angelus dixit cõtrarium , o \* per caput in litteris in illis verbis , Vt à peccatis suis valeat liberari : qui , vt olim prælegèdo illud Salmantica , diximus , loco verbi , Valeat , quòd refertur ad defunctum , debet legi , Valeant , quòd refertur ad hæredes : ita quòd significat per restitutionem debitorum defuncti hæredes liberari à peccato suo negligentiæ : aut germanius , quòd intelligatur de ope tribuèda mortuo , accidentaliter per preces creditorum , vel pauperum bene satisfactorum : nã vt ait S. Thomas p solutio debiti parum prodest defuncto , nisi accidentaliter , modo prædicto. Quare risu , aut potiùs commiseratione digni sunt filij , & alij hæredes , qui miserentes plurimum defunctis , quòd propter debita teneantur in purgatorio , non miserentur sibi , quòd tenentur in statu infernali notabiliter eorum solutionem negligentes , aut differentes , quòd plus satis frequenter contingit.

\* Per caput in litteris. Quoniam caput in litteris de raptoribus valde notandum videtur , ideo illud ex parte inferemus. Quapropter si ita res se habet. Mandamus vt corpus eiusdem appellatione cessante facias in cœmeterio sepeliri. hæredes eius moneas & compellas , vt his quibus ille per incendium , vel alio modo damna contra iustitiam irrogauerat , iuxta facultates suas condigne satisfaciant , vt sic à peccato valeat liberari. Ad mar. alias valeret scilicet hæredes , vt obseruat hic Ioannes Andreas.

De impediende bonum alienum.

- 69 Impediens à consequendo aliquo bono qui tenetur restituere. 70. & 73.
- 69 Restitutio præsupponit debitum legale.
- 69 Priuatio præsupponit habitum.
- 70 Testamentum , vel legatum qui facit mutari tenetur restituere.
- 71 Intellectus. l. 1. §. denique ff. de aqua plu. arcen.
- 71 Argumentum à contrario quando validum.
- 72 Iustitia distribuendi beneficia , & officia publica multum differt à iustitia distribuendi communes pecunias commu-

a In 4. de re-  
stit. col. 17.

b In 4. di. 15.  
qu. 28.

c p. 2. ca. 4. §.  
1.

d Iuxta nota  
ta in c. signifi-  
cante de pig.

e Angel. ver.  
rest. 3. §. 2.

f 2. 2. qu. 62.  
arti. 8. ad 2.  
g Eodem ca.  
num. 31.

h Arg. ca. mi-  
hil. de præscr.  
i In Quolib.  
o arti. 3.  
k In Quolib.  
8.

l Ca. baptis-  
mi vicem. de  
consecr. di. 4.  
c. cum Mar-  
tha de celeb.  
miss. & c. de-  
bitum. de ba-  
ptis.

m Iuxta c. mē-  
suram. adu-  
ca gl. de per-  
diti. 1.

n Extrana. 1.  
de pœni. &  
remiss.

o De capt.  
p Vbi supra.



nitatis singularibus.

- 73 Beneficiorum malus elector, vel collator, cui restituet.
- 73 Impediens malo animo cur non restituit, & impediens metu sic.
- 74 Restituent qui suffragantes siue votantes.

**D**abitur hic, An qui alium à consequutione officij, beneficij, aut alterius boni impedit, restituere teneatur? In quo quamuis multum dissentiant doctores, vt patet per Adrianum <sup>a</sup> & quæstio sit difficilis, eamque Caietanus <sup>b</sup> ad nubes efferat, omnibus tamen perpensis, nobis placet, quod Adriano non displicuit, quamuis illud non asseruerit, scilicet quod omnis & solus ille impediens regulariter restituere impedito, & damnum passio tenetur, qui impedit illum à consequendo officio, aut beneficio, aut alio bono ita ei debito, vt haberet iam in eo ius perfectum, quod appellant ius in re acquisitum per dispositionem inter viuos, aut ultimam voluntatem, collationem, confirmationem aut alium modum legitimum, aut erat ei de iustitia debitum. Ita quod habebat acquisitum aliquod ius imperfectum, quod appellant ad rem per iustam promissionem, emptionem, stipulationem, electionem, presentationem, oppositionem siue concursum, expectatiam, regressum, coadiutoriam, primogenitum, legitimam, aut alium titulum, qui non dat ius perfectum, per quod acquiritur bonum, sed quoddam imperfectum, per quod illi conuenit, & acquiritur aliqua actio, vel officium iudicis ad iure petendum: nisi impediatur per modos iustitiæ contrarios; videlicet vim, metum, dolum, mendacium aut aliam fraudem; etiam si aliàs odio, vel mala intentione impediatur.

<sup>\*</sup> Et acquiritur aliqua actio, vel officium iudicis. Duplex officium iudicis iurisperiti agnoscunt, mercenarium, & nobile: illud est, quod legum formulis & actionibus inferuit, i. quod nihil aliud potest statuere quam quod legibus præscribitur statuendum in actione proposita, cuius propriam naturam sequi tenetur iudex. hoc officium tangitur his verbis & acquiritur aliqua actio. nam cui est in rem aliquam actio, ille implorat officium iudicis mercenarium, & iudex ex iudiciorum formulis iudicare tenetur. officium autem nobile est quod potest extra formulas actionum, i. extraordinario iudicio, vel sine actione à iure proposita quod æquum videbitur propter potestatem maiorem concessam statuere extra ordinem, & hoc officium iudicis nobile seu extraordinarium, illud est quod absolute hoc loco officium iudicis dicitur.

Mouet nos ad id primum, quia ex definitione restitutionis, colligitur, quod vbi non est debitum legale, non est quod restituatur, quod etiam affirmat Caietanus <sup>d</sup> & etiam Sotus. <sup>e</sup> At nemini, cui non est ius in re, vel ad rem, vel officium iudicis ad petendum est debitum legale, licet forte sit debitum morale, & antidorale. <sup>f</sup> Ergo non debetur eius restitutio.

Secundò, quòd restitutio, siue redditio præsupponit ablationem, secundum mentem omnium, quam Sotus <sup>g</sup> exprimit. At cui nihil iuris est, nihil iuris aufertur: quia priuatio præsupponit habitum. <sup>h</sup> Ergo &c.

70 Tertiò, quòd qui blanditiis, sine vi, metu, mendaciis, & dolo, facit testamentum mutari, aut legatum in alium transferri, restituere non tenetur. <sup>i</sup> Ergo neque qui impedit, ne collator, præsentator, aut elector conferat, præsentet, aut erogat illum: vel Rex, vel alius, qui potest conferre aliquod officium, vel aliud ius illi, vel illi, tenebitur illi, aut illi restituere. <sup>k</sup>

Dixi, *Qui mala intentione, &c.* quia intentio nocendi, aut malum iniustum inferendi necessitatem restituendi non inducit, quamuis in foro conscientie peccatum inducit, nisi adiiciatur ei opus aliquod exterius iniurium, & contrarium legibus iustitiæ, vt licetor mala intentione suspendens iustè damnatum, licet peccet, non tamen tenetur restituere quidquam, & miles in bello iusto occidens hostem, vel diripiens ciuitatem malo animo & sine, peccat quidem, sed non tenetur restituere: quia licet transgrediatur leges caritatis, vel aliarum virtutum, non tamen transgreditur leges iustitiæ specialis, quarum transgressio sola est iniuria, & obligat ad restituendum, vt probamus cum communi. <sup>l</sup> Qua ratione etiam Sotus, quem post hæc scripta legimus, discedit à Scoto, Paludano & communi, <sup>m</sup> quatenus aiunt, intentionem malam sine opere iniurioso inducere obligationem restituendi.

Per quæ soluitur negatiue illud nouè quæsitum, An

**A** An qui odio alicuius famulum prosequitur, & efficit, vt herus eius dimittat eum, qui non potest inuenire alium, qui tantum salarii ei soluat, quantum dimittens, teneatur restituere: Respondendum enim est quod non nisi efficeret, vt herus contra iustitiæ legem ante lapsum temperis conuerti, eum dimitteret. Non obstat l. Proculus, <sup>a</sup> quam Caietanus <sup>b</sup> citat: quia illa, & l. fluminum, <sup>c</sup> pro nobis faciunt, habent enim eum, qui fodit puteum in suo, non teneri vicino, licet inciderit venas, per quas fluebat aqua in eius puteum. Neque obstat l. 2. <sup>d</sup> quam citat Scotus, quia vitiosa est allegatio, & videtur voluisse citare l. 1. <sup>e</sup> quatenus significare videtur, eum qui puteum effodit, aut aliud opus in suo facit, vt de damnum vicinus accipit, non teneri de damno, si non facit animo nocendi: significans à contrario sensu, quod tenetur, si eo animo faceret. Responderi enim potest primò, quod argumentum à contrario sensu, licet alioqui sit validissimum in iure, nil tamen valet, quo ad ea quibus contrarium exprimitur in iure, iuxta glossam celebrem & receptam, vt tradit ibi late Felinus, & pro qua textus optimus in c. à nobis 2. <sup>h</sup> & secundum omnes communiter intentio mala sine opere iniurioso non obligat ad restituendum damnum, vt prædictum est. Quæ solutio roboratur ex eo, quod Vlpianus ibi noluit innuere obligationem restituendi propter malum animum induci, sed vt clariùs confirmaret dictum Marcelli, negantis eo casu actionem de dolo dari, dixit, non esse locum actioni de dolo sine malo animo, sine quo dolum non datur, <sup>i</sup> facit pro hoc, quod prædictæ leges, <sup>k</sup> quæ sunt ipsiusmet Vlpiani, neque alia lex ponderat bonum vel malum animum: sed solum an quis iure, vel iniuria in suo faciat opus, quo nocetur proximo.

Non obstat, quod etiam S. Thomas, <sup>l</sup> significat actum malo animo factum inducere restitutionem in aliquo casu, quo bono animo factus non induceret. tunc quia S. Thomas, non loquitur de actu solo animo malo factus, sed malo animo iniuste factus: & ita intelligendus est de actu iniurioso alteri, vel modo iniurioso factus, puta per vim, metum, dolum, vel fraudem, de quo statim dicemus. tum quia etià idem S. Tho. videtur legisse prædictum S. denique. & quia non occurrit sufficiens responsio, tentant aliqua parum firma. De quibus vnum est, quod ait teneri quem aliquo casu ad restitutionem, sed non secundum æqualitatem: cum restitutio sit actus iustitiæ commutatiuæ; quæ obligat ad æquale. <sup>m</sup> Alterum, quod æquiparat in hoc collationem beneficij, cum proposito firmo conferendi, quod nullo iure, vel ratione necessariò probari potest, & reprobat ea manifesta, quod qui proposuit firmiter conferre alicui beneficium, si mutata voluntate alteri contulerit, valet collatio, & non tenetur restituere, nec peccat si æquè dignus est. At qui iam contulit vni, si mutata voluntate conferat alteri, peccaret, & non valeret collatio. & teneretur restituere, etiam si secundus esset longè dignior. Tertiò, quòd odium, vel malus animus sine opere iniurioso obligat ad restitutionem, quod cum saluare nititur Sotus, parum sibi constat. <sup>n</sup> Quare dicta S. Thomæ, <sup>o</sup> reducenda videntur ad ea, quæ firma ratione probantur, & tribuenda obseruantia, qua solet esse in sacros canones, & sacras leges, adeo magna, vt nec latum vnguem ab eorum verbis recedere sit solitus: quod quia non aduerterunt Scotus, Paludanus, Caietanus, & alij, putauerunt S. Thomam sensisse contrarium, in quo etiam Sotus se fatis inuoluit.

72 Non obstat etiam ratio Caietani, <sup>p</sup> scilicet, quòd officia, & beneficia sunt bona communia, quæ sunt singularibus diuidenda, & ideo qui ea malè distribuit aut malè impedit, contra iustitiam distributiua facit, vt qui malè distribuit, vel impedit benè distribuere centum aureos communes singularibus plebis, & consequenter quemadmodum hic restituere tenetur, iuxta omnes, ita & ille tenebitur. Non inquam, hæc ratio obstat: tunc quia illa solum militat in beneficiis, & officiis publicis, & ita quoad alia nihil probat: tunc quia non est eadem ratio de distributione centum aureorum communium faciendâ de bonis alicuius communitatis in singulos eius, & de distributione beneficiorum, & publicorum officiorum communi Ecclesiæ, vel Reipublice in singulos eius: nam vt perspicaciter ait Sotus, <sup>q</sup> non sunt beneficia, & munera publica communitatis, ita debita iis, inter quos sunt diuidenda, vt centum aurei Communitatis diui-

a In 4. de re. qm. 10.  
b 2. 2. qm. 62. art. 2.

c Posita supr. num. 6.  
d In d. q. 62. art. 2.  
e Vbi supra.  
f Vt colligitur ex glo. & alij In 1. de actio. in prin. & in l. ex hoc iure ff. de iur. & iur.  
g Vbi supra.  
h l. decem ff. de verb. obli. c. addit. soluedum. de def. p. impub. l. 1. c. si quis aliq. sejt. probib.  
k Ar. l. illud. ff. ad l. Aqu.

l In tract. de redit. prædict. q. 3. monit. 4. in l. 4. q. 6. a. 3. à col. 17.

a ff. de dan. in fact.  
b Vbi supra.  
c §. j. de. iur. d. ff. de nouo op. m.  
e §. denique. 2. ff. de q. plu. arc.  
f l. 1. ff. de of. sic. eius cui mand. est iur. & c. Apofio. de his qua sunt à prala. sine consen. c. gin. c. signifi. casti de foro comper.  
h De ient. ex com.

i l. dolum C. de dolo.  
k Fluminum & Proculus. l. In d. q. 762. ar. 2.

m Secundum eundem ibidem. art. 1.

n Vt videre est vbi supra. o In illa resp. sione ad 4.

p Vbi supra.

q Vbi supra.



dendi singulis eius, sunt debiti eis; eo quod beneficia, & officia publica sunt instituta principaliter propter seruiturium Ecclesie, vel Reipublice; & non propter eos, qui seruituri sunt. Et collatores eorum non distribuunt, tamquam debita eis, quibus distribuuntur, sed tamquam debita seruitio Ecclesiarum, & tamquam electores ministrorum earum: ita quod, per bonam, vel malam electionem eorum, non fit principaliter commodum, vel damnum eligendis: sed Ecclesiis, vel rebus pub. quibus sunt eligendi: sicut præfectus ab aliquo domino ædificio alicui construendo, deligendo artifices idoneos, vel minus idoneos, non facit commodum, vel damnum principaliter idoneis, vel magis idoneis, quos ad illud opus deligere omittit: sed domino: & si quid damni dat, non tenetur restituere illis, quos omittit deligere, sed ipsi domino, cuius ædificium est malè, vel non adeo bene constructum.

Confirmantur hæc, eo quod licet iustitia distributiva illud, aut illud officium, vel beneficium, aliquibus dare obliget; regulariter tamen nemini ius perfectum, quod appellant in re, quo suum fiat, concedit, nec imperfectum, quod appellant ad rem, quo debitum illi sit, & possit illud iure petere; quamuis sit dignior, nec unquam talis vsus in Ecclesia, aut Republica Christiana fuit, etsi sæpe sæpius diuisor non dando digniori, aut dando indigno peccet. Sed quando centum aut ei communes sunt particularibus plebis distribuendi, vnusquisque eorum ius aliquod habet, ob quod illis debetur, & suam partem, aut saltem quantum debetur ex ea petere potest. Dixi supra in conclusione non esse restitutionem faciendam impedito; quia reipub. vel alij iniuste laeso, facienda esset, vt ex proximè dictis colligitur.

Dixi, nisi impediatur per modos iustitie contrarios, videlicet vim, metum, dolum, mendacium, &c. quia si per hos modos impeditur, teneretur. Vnde si mentiens me esse mortuum, aut non esse eius confanguineum, aut esse spurium, aut ignarum, aut malum, aut per alias fraudes, aut per vim faceret mutari testamentum, aut legatum, aut collationem, aut præsentationem beneficij, officij, aut alterius boni, & commodi factam, aut iam decretam, restituere mihi teneretur, iuxta omnes, & etiam iuxta Gerardum, relatum per Adrianum, licet ipse plus ceteris in hoc se extendat. Ratio verò, cur mala intentio damnificandi hanc necessitatem restituendi non inducit, mendacium autem, fraus aut comminatio, & alij modi iniusti sic, est, quod intentio sola damnificandi est contra caritatem, sed non contra iustitiam commutariam, cuius actus est restitutorius, & mendacium, fraus, & comminatio sunt contra iustitiam; quia per hæc iustus modus acquirendi, qui impedito competit, impeditur. Non tamen tenetur restituere, quantum impedit, nec quantum soluere deberet, si eripuisset iam ius penitus acquisitum, aut debitum: sed quantum consideratis circumstantiis, iudicio boni viri videbitur, vt communis dicit in alijs casibus, saltem iuxta æquitatem, & consuetudinem in his semper seruari solitam.

74 Ex quo sequitur, quod quando beneficia, officia, & cathedra dantur per oppositionem, seu cõcursum digniori, extante statuto, quod necessariò debeat, conferri candidatis tempore præstituto concurrentibus, & competentibus, si satis sunt in id qualificati, & aliquis impediuit, ne darentur legitimis oppositoribus, seu concurrentibus candidatis, sed alijs, restituere tenetur, quia illi iam ius quoddam perfectum acquisierant, ad petendum, vt alicui ex ipsis darentur. Quemadmodum etiam, qui iniuste ab opere agri colam, à scribendo scribam, &c. impedit, tenetur restituere: quia impedit ab eo, quod ipsi iure conuenit, scilicet laborare, aut scribere.

Nec obstat, quod Sotus significare videtur: quia non loquitur de scholasticis suffragantibus alijs, quam candidatis, sed de suffragantibus minus dignis candidatorum; de quibus etiam nos in hoc loco, antequam eum videremus, diximus eos ad restitutionem non teneri: quamuis peccent eo modo, quo collatores, & electores beneficiorum. Sequitur etiam, quod non tenebitur restituere, qui sine vi, mendacio, aut fraude mihi prohibuit professionem ad Episcopum, cui erat propositum, beneficium alicui digno conferendi. ne me cognosceret, qui si me cognouisset, mihi illud

contulisset, quia illud beneficium adhuc non erat meum, nec mihi debebatur, nec ab eo per modos iustitie contrarios prohibitus fui.

*Quæ causa non restituentem à peccato excuset.*

- 75 Restitutio à debita excusant hac nouem. Et seqq.
- 78 Debitor non omnis securus per remissionem, quoad peccatum.
- 79 Debitor non excusatur, licet debitum non petatur.
- 80 Debitor non liberatur specie perempta.
- 81 Beneficij collatio, vel procuratio non est debiti restitutio.
- 82 Officium per profanum quando fit restitutio.
- 83 A restitutione ob qualem ignorantiam, qui excusatur: Et 83.
- 84 Episcopus rem ab eo quem suspicari debet suum, caueat sibi.
- 85 Prescriptio, quæ à restitutione excusat.
- 86 Cestio qualis bonorum excusat à restituendo.
- 87 Bona vita, salutis, libertatis, & fame esse inestimabilia.
- 87 Quæ non est necesse reddere pro aestimabilibus, licet sit interdum vtile.
- 88 Liber homo qui possit vendi à se, licet non possit ab alio.
- 89 Bona trium ordinum vita, fama, & pecunia multum differre.
- 89 Fama, vita, & libertas, & conueniunt, & aestimari non possunt.
- 90 Compensatio, quæ fit pro vita, & fama, non facit eas aestimabiles.
- 90 Fama non aestimatur plus quam vita, licet sic, vt illa compensetur.
- 90 Famam mulier proba pluris, quam libertatem aestimat.
- 90 Metus infamia, vt excusat adulteram, vel partem supponentem.
- 90 Intellectus, & inductio cap. officij, de poenit. & remiss.
- 91 Vita non est amittenda propter famam illustri familia.
- 91 Aestimabile aurum etiam maximum, fama non etiam minima.
- 91 Adultera de Ecclesia non extrahitur sine debita cautione.
- 91 Fama per aquiualens nequit restitui secundum S. Thomam.
- 91 Fama bonitatis sola inestimabilis, non alia.

**P**orro multa à restituendi obligatione excusant. Primum necessitas, de qua supra. Secundum, remissio, condonatio, aut alia satisfactio, qua creditor fiat contentus: quæ si est perpetua perpetuò excusat, & si temporalis, pro tempore, quo durauerit, concurrentibus duobus. Prius est, quod fiat per eum, qui donare potest, & liberam suorum bonorum administrationem habeat. Posterior, quod scienter, & sponte fiat sine vi, metu, dolo, aut fraude aliqua.

Ex quibus inferitur primò, quod non prodest illa quotidiana satisfactio, qua creditor sit contentus parte debiti propter diffidentiam recuperandi debitum, nam ex eo, quod ei debitor minatur, quod si pro centum, quæ debet, nolit esse contentus quinquaginta pro integra solutione, nihil unquam habiturus sit, secundum Caietanum, & antea Siluester, quia deest ei secunda conditio. Secus tamen est de diffidentia recuperandi, quam concipit ob alias causas, vt rectè Siluester insinuauit.

79 Secundò inferitur, non esse opus tertia conditione, quam aliqui desiderant, scilicet, quod sit parata solutio, nec illa, quam quidam theologi relati à S. Antonino scilicet, quod pecunia ponatur realiter coram creditore, sed neq; vt verbis offeratur, quod requirunt alij relati per Perusinum, & Antoninum, quia satis est, vt creditor scienter, & sponte id faciat, vt sentit glossa, immo, vt bene insinuauit Caiet. quando restitutioni obnoxius est pauper, & creditor ita diues, vt remissio, vel dilatio debiti foret opus misericordie, consulendum illi est, vt antequam pecunia realiter, vel totaliter presentetur, remissio petatur: quia quemadmodum actus castitatis liberius in absentia seminatur, & obiectorum venereorum exercetur, & abstinentia in absentia suauium epularum: sic etiam liberalitates condonandi, & remittendi debita, liberius in absentia solutionis, & ante oblatam presentatam & receptam pecuniam, quam post exercentur.

77 Tertiò inferitur, quod non est necesse, quod debitor habeat propositum debitum soluendi, si ei non remittatur, ad hoc vt remissio, & condonatio creditoris valeat, quamuis sic ad hoc, vt peccatum dimittatur.

78 Quartò inferitur, quod debitor, qui dicit creditori, se ad soluendum quantum sua facultas fert paratum esse.

a Per le. 1. & a. C. si quis a liq. testa. prohib. & l. ff. de hered. in. fis. b Vbi supra.

c Vbi supra. col. penult.

d Per supra dicta.

a Et. m. 60.

b c. peccatum. adu. in glo. recepta. verbo. restitutor de re. iur. li. 6. Et l. 1. ff. qui satisd. co. c. Ar. c. veniens. de rest. ad iudic. in qua supra de c. m. 45. dicitur. d In di. ars. 3. e Ver. restit. 7. qu. 1. Et 2. f Vbi supra.

g In dicta re. peccatum. l. 6. h a. par. r. 2. cap. 6. i In dicta regula peccati. k Vbi supra. l In dicta regula peccati. m 2. 2. qu. 62. art. 6.





& simul rogat, ut erga se utatur misericordia, & liberalitate, consecuta totius vel partis remissione, fiet liber à peccato, & restituendi necessitate, si soluendi voluntatem habebat, esto quòd non fieret remissio: si verò talem voluntatem non habebat, liberatur quidem à restituendi necessitate: non autem à peccato, quòd peccabat nolendo soluere, etiam non sequuta remissione: quòd etiam insinuavit Silvester, <sup>a</sup> nam debitor, qui etiam post condonatum debitum, eo animo esset, quòd nollet soluere, etiam si posset, licet non esset ei condonatum, manifestè peccat voluntate inordinata interiori contra septimum præceptum, <sup>b</sup> in quòd vtnam multi, qui compositiones querunt, non inciderent.

Quintò infertur, quòd si aliqua persona proba tractat cum creditore, & dicit, Ego curabo, ut N. soluat tibi tantum, si tu liberali voluntate reliquum remiseris, idque faciat sine fraude, nullo iniecto metu, aut dissidentia numquam debitum recuperandi, & debitor paratus sit facere, quidquid potest, si creditor illi remittit, immunis est à peccato, & restituendi necessitate. Si autem non habet voluntatem soluendi quantum posset, manet quidem à restitutione immunis: sed non à peccato.

Sextò infertur, quòd si persona internuncia dicit remissionem liberè esse factam, & non ita res se habet, à restitutione debitor immunis non fit; immo si de eo dubitat, de veritate certior fieri debet: quamquam si internuncius est satis ad id fide dignus, eius dicto excusatur, quoad contrarium rescierit. Quòd cum rescierit, soluere tenebitur, aut soluendi voluntate proposita, remissionem petere. <sup>c</sup>

79 Septimò infertur, quòd non excusatur debitor à peccato, eo quòd creditor non petat ab eo debitum, ob timorem etiam reuerentialem, aut ob ignorantiam debiti, si iudicio boni viri soluendo erat: quia eo casu creditor scienter, & sponte non remittit, aut dat dilationem; quamvis excusaretur, si creditor scit sibi deberi, & non perit sine aliquo metu, aut sine alio respectu, qui eum inuoluntarium faciat, quia probabiliter credere potest, sibi ab eo dilationem dari, ut vult adnotarunt Angelus, <sup>d</sup> & Silvester. <sup>e</sup>

Octauò infertur, quòd qui aliquid debet in genere; puta hominem, bouem, aut equum, aut tot modios frumenti, aut amphoram vini, à solutione, aut restitutione non excusatur, quamvis species, quas ad soluendum destinatas haberet, incendio, aut alio quouis casu fortuito perirent: immo neque si omnia eius bona disperiret; quia <sup>f</sup> debitor in genere, non liberatur speciei peremptione, <sup>g</sup> quamquam debitor speciei, puta illius, vel illius hominis, bouis, equi, vestis, &c: regulariter excusatur illius speciei peremptione, si absque dolo, fraude, & culpa, & ante moram perierit. Nec etiam post moram, saltem in foro conscientia, si sciretur, quòd perinde peritura erat apud creditorem, ac apud eum, & siue ex contractu, siue ex delicto deberetur. <sup>h</sup> Secus tamen si constaret, aut dubitaretur, quòd antequam res periret, dominus vendidisset, aut ea vsus fuisset, <sup>i</sup> & declarat Silvester. <sup>k</sup> Ille autem dicitur esse in mora restituendi, qui tenetur ex delicto, <sup>l</sup> & etiam, qui ex contractu, & non restituit ad diem præfixum, vel non statim, atque scit, vel scire debet, rem esse alienam, <sup>m</sup> idque facit sine iusta causa eam retinendi: nam si eam retineret ratione aliquarum impensarum, quas bona fide circa eam fecisset, aut credendo iusto errore suam esse, non censeretur in mora. <sup>n</sup>

\* **Debitor in genere.** Genus & speciem iurisconsulti aliter sumunt ac dialectici: genus enim apud iurisconsultos est dialecticis species, videlicet, homo, famulus, vestis, amphora vini, species autem iurisconsultis est dialecticis indiuiduum. ut Titius, Strychus. hæc vestis hæc vini amphora. Debitor ergo in genere non liberatur speciei peremptione. <sup>o</sup> qui aliquam rem debet in specie puta hominem &c. semper manet ad soluendum obligatus, etiam si res illa singularis quam ille iam ad soluendum destinata habebat, illi perierit.

81 Tertia causa principalis à restitutione excusans, secundum alios iurisperitos, est dedisse, aut procurasse creditori aliquod beneficium Ecclesiasticum, quòd falsum est; quia per spirituale non potest solui temporale, <sup>p</sup> ut probamus. Et ideo neque à soluendo eo, quòd propter obsequia debetur, id excusatur, quamvis si post datum aut procuratum beneficium gratis, creditor ille causa gratitudinis debitum remiserit, debitor à restitutione liber erit. Et idè per eandem

rationem dicendum est de officiis, quæ sine simonia, aut peccato emi, & vendi non possunt, quamvis non de aliis, quæ licitè venduntur, & emuntur, quia horum datio, aut procuratio impensa debitoris facta, idonea solutio est. <sup>a</sup>

Quæritur autem hic, an sit locus prædictis in officiis secularibus, quæ sine peccato vendi non possunt: Respondenò esse, quum titulus est validus, licet in eo peccetur, quales sunt multæ venditiones factæ à regibus, vel aliis facultate ad id regia munitis, in quibus faciendis, solet nonnumquam interuenire peccatù, saltem veniale. Esse verò, quòd in eo non solùm peccat, sed etiam titulus est nullus, eadem ratione.

82 Quarta causa principalis est probabilis ignorantia facti, quæ credit id, quòd restituendù erat, suà esse, quia fortè hereditate obuenerat, aut illud nõ debere, quia erat debitù à patre contractù. Et etiã ignorantia iuris obscuri, <sup>b</sup> præsertim, quando viri sciëntia, & conscientia præditi consulant ei, quòd ad restituendù non tenetur. <sup>c</sup> Secus tamè esset de eo, qui consuluit eos, quos credit sibi placita responsuros, & nisi hoc crederet, eos non consuleret.

83 Et minus qui consulant multos, qui dicunt illi, ipsum ad restituendum teneri, & ab aliis consulendis non desistit, donec aliquem reperiat, qui ei respondeat, ipsum non teneri, & huic potius, quam reliquis fidem adhibet, iuxta Adrianum, <sup>d</sup>

84 Dixi supra, ignorantia probabilis: quia non excusat crassa, & supina, qualis est illa, quæ quis emit à milite Missale, aut calicè, aut à famulo orbè, aut salinù argenteù, aut ab aliquo iuvene pãoso sericù, aut alterius generis pannù, què credere, aut certè dubitare debebat habuisse illù, per furtù, rapinã, aut bellum iniustum, non adhibita diligentia debita, ad veritatem sciendam. Nec etiam excusat ignorantia iuris clari, qualis est ea, quæ ignorat iniustum esse, rem furto ablatam emere, ut eã sibi retineat, <sup>e</sup> Silvester. <sup>f</sup> Quamquam, quæ quisque sibi arctius est obligatus quam alteri, potest illud tale vèditori reddere, aut permutatori, & pretium recuperare, aut quòd pro illo dedit, deprecatus eum, qui malè accepit, & malè dederat, ut illud suo domino restituat, per dicta supra. <sup>g</sup>

85 Quinta causa est canonica præscriptio, aut vsucapio, qui est vnus modus acquirendi dominium vtile, aut directum alicuius rei, aut exceptionem ad retinendum eã, quæ competit, ex eo, quòd eam legitimo tempore, modo ad id legitimo, bona fide possederit. <sup>h</sup> Et ut nemini videamur per incuriam præscriptionè immobilium bonorum vsucapionem appellasse, monemus, quòd quauis modus acquirendi rem mobilem per possessionè appelletur vsucapio, & modus acquirendi rem immobilem præscriptio, iuxta vulgarem opinionem commentariorum vtriusq; iuris: <sup>i</sup> verius tamen videtur, quòd omnis talis modus appelletur vsucapio, & exceptio, quæ ex ea nascitur, præscriptio, ut colligit ex multis legibus, <sup>j</sup> doctissimus, ac omni iuga disciplinarum omnium encyclopadia toti orbi vsque ad miraculum Illustris Andreas Alciatus, <sup>k</sup> & alij recentiores in aliis locis monstrant.

\* **Verius tamen videtur.** Sic facit Petrus Gregorius lib. 40. syntag. cap. 1. num. 9. vnde definit præscriptionem speciem exceptionis, quæ quis ratione vsucapionis excipit, seu defendit eam rem, cõtra petitionem illius rei ab alio factam, siue sit immobilis, siue mobilis.

Non sine causa diximus, quòd præscriptio canonica excusatur: quia legalis iuris civilis, quæ sacris canonibus non contenta, non excusatur. Et ideo nulla præscriptio, quæ inchoata fuit, & continuata mala fide, seu à sciente rem esse alienam, excusatur: nec etiam, quæ ex præ bona fide, si postea antequam finiretur, mala successit. <sup>l</sup> Vnde nec leges particulares Regnorum, vel statuta Ciuitatum, quibus statuitur, ne post aliquot annorum lapsum, debitum peti possit, debitorem scientem se debere, & non soluentem in foro cõscientia excusant, iuxta communem, quam tenet Ancha. <sup>m</sup>

86 Sexta causa, quæ excusatur est cõsuetudo bonorum, quæ debitor ea relinquit creditoribus, <sup>n</sup> quæ in foro exteriori excusatur, quòd ad debita ex cõtractibus orta, quatenus lex civilis statuit, ne debitor cedens in plus teneatur, quam cõmodè soluere possit, de iis, quæ postea quaesierit. Quòd ipsum est dicendum de debitis, quæ ex delicto nascuntur, quoad interesse punitatum partis, non autem quoad interesse pu-

a Verbo, restituo. 7. qu. 2.

b Ar. c. si res. 14. qu. 6. c. c. sape. de resti. spo.

c Arg. c. cum cessato. de ap. pel. adiunctio. ca. significante. de pig.

d Ver. mora. §. 1. c. Eo. ver. qu. 1.

e l. incidium. Co. si certum per. not. in l. quod te mibi. ff. de reb. cr.

g l. si. §. ff. ad leg. Reuod. de iud. h Syluest. l. si ex legati can. sa. ff. de verb. oblig. cum ei adnot. verb. restitutio. 7. q. 5. i. cum res §. ff. de leg. 1. k Ver restitutio. 7. qu. 5. l. l. ff. de cõd. furt. m Di. l. quod te. c. arg. ca. ff. de prescrip. n. l. si uia ff. de peti. h. re. c. l. i. qui rem commodasset. ff. de furt.

o c. quam pio. 1. qu. 2. p In emp. cum secundum. de prob.

a Arg. c. sotil. l. quæ. 3.

b In taglo. x. c. 1. de postu. in. pralaz. lib. 6. ver. de cetero. c. Ar. gl. sing. c. recepta in cap. c. apellamus. de feruis.

d In 4. de ref. qu. 88.

e Arg. ca. Apostolica. de cler. excomm. n. in i. ff. ca. ignorantia de reg. iur. li. 6. f Ver restitutio. 3. qu. 7. g Eod. ca. nu. 9.

h l. 1. ff. de vsu ca. c. 100. l. 1. c. de vsu ca. transfor. c. gl. 10. qu. 3. in summa.

i ff. de vsuca. k In l. vs. sũ. ff. de verb. sign.

l c. vs. vigilan. si. c. si. de prescri. c. possessor. de re. iur. li. 6.

m In ca. peccatum. de re. iur. lib. 6. n ff. de ces. b. c. c. de bis. qui bonis ced.



a l. i. §. & generaliter. ff. de pœ. & gl. ca. non iat. 80. ai. & c. si res. l. q. 71. o. b. Eod. ca. nu. 60. cum seq. c. De pœn. & remiss.

d Ar. l. in ser uorum. §. fin. ff. de pœ. c. Ut dictum est supra eodem c. nu. 6.

f Li. s. qua. i. art. 6. de iust. & iure.

g l. Liber homo ff. ad leg. Aquil. & ca. contingit. 2. sent. excom.

h Exod. 22.

i Leui. 25. & 4. Reg. 4.

k In l. ob as a lienū & aut. sed hoc. e. C. de ad. & obli. ga. & ibi glo. de pigno. l. Libertas. ff. de reg. iur.

m Et liber hominis. cū sequētib us. ff. de contrahen. emp. n. C. de patr. qui fil. distr. o Lib. 4. q. 2. art. 2. de iustitia & iure.

p 2. 2. qu. 62. arti. 2.

p In 4. li. sen. dis. 15. qu. 17. r In 4. de resti. s Li. 4. q. 6. a. 3. de iust. & iur. & q. 7. ar. 2.

r Ca. duo sūt 96. dist.

blicum: nam quoad illud, qui non habet in are, debet lue- re corpore. <sup>a</sup> Dixi, in foro exteriori: nam in foro conscientie non excusat, nisi quatenus necessitas eum sine celsione excusaret, de qua supra <sup>b</sup> diximus. hoc est, ita quod ei suæ artis instrumenta, & ad victum necessaria iudicio boni viri duntaxat relinquuntur.

87 Septima causa est impotentia restituendi sine vitæ, & salutis periculo, per ca. officij, <sup>c</sup> cum declaratione, quam super illam decretalem Innocentius III. cōmuniter receptus fecit. Cuius ratio videtur esse, quod vita, & salus sunt bona altioris ordinis, quàm bona fortunæ, & pecunia estimari non possunt. <sup>d</sup> Et ideo restitutio, quæ est actus iustitiæ commutatiuæ, <sup>e</sup> quæ ad æqualitatem partes reducit, nõ obligat ad danda bona altioris ordinis, & inestimabilia pro bonis fortunæ, quæ inferioris sunt ordinis. Qui autē bona proximo debita cū periculo vitæ, & salutis restitueret; non malè faceret, si magna essent, quin laudè promeretur, ob rationes & auctoritates, quibus puchrè Sotus <sup>f</sup> probat, licitum est vitam cordatè, & prudēter pro defensione sui amici, & proximi, & etiam suæ rei familiaris, & pro quolibet actu virtutis effundere. Vnde inferimus, veram rationē huius septimæ causæ, & excusationis nõ esse, quod homo suæ vitæ, & salutis dominus non sit, <sup>g</sup> cū saltem eius custos sit, cum potestate ponendi eam pro Deo, pro republica, pro amico, pro suis bonis, etiam pro quolibet actu virtutis.

88 Octaua causa est impotentia restituendi sine amissione libertatis, & sui ipsius venditione: quia quamuis lex vetus <sup>h</sup> statueret, vt qui furto sublatū reddere non posset, venderetur, & etiam vt debitor seipsum aut suos filios pro debito ciuili traderet <sup>i</sup> & quamuis idem nunc sanciri possit: numquam tamen in republica Romana, postquam Christiana effecta est, decretum fuit, vt aliquis pro debito ciuili seruus efficieretur: immo, <sup>k</sup> sancitum est, ne quisquam ad id compellatur. Ratio huius octauæ causæ videtur esse eadem, quæ septimæ, videlicet, quod libertas sit altioris ordinis bonum, quàm bona fortunæ, & sua natura inestimabile, sicut vita & salus, <sup>l</sup> & ideo non est danda pro bonis fortunæ, quæ sunt inferioris ordinis, & sua natura estimabilia. Quamquam non male faceret, qui pro facienda restitutione, se quasi seruum creditori traderet, aut se alteri venderet: nulla enim lex diuina vetus, vel noua id vetat, immo neq; vlla Romana, immo statuit, ne quis ad id cōpellatur. & quamuis lex <sup>m</sup> 1. <sup>m</sup> probet emptionem liberi hominis scienter factam non valere, non tamen probat vendentē se ob grandem necessitatem peccare. Et lex <sup>n</sup> 2. <sup>n</sup> habet, posse patrem vendere filium etiam inuitum propter necessitatem. & hodie passim Christiani in Aethiopia multos emunt, qui se ipsos vendunt, aut se vendi consentiūt. Quod licitum permittunt; esse etiā prædict<sup>o</sup> Sotus <sup>o</sup> scripsit. Vnde sequitur, quod ratio huius octauæ causæ excusandi, non est quod homo liber suæ libertatis dominus nequaquā sit, sed prædicta.

89 Nona causa est impotentia restituendi bona sine famæ amissione, secundum doctissimum Cardinalem Caietanum <sup>p</sup> dicentem, quod quemadmodum bona vitæ, & salutis sunt altioris ordinis, quàm famæ: sic bona famæ altioris ordinis sunt, quàm pecuniaria: & quod nemo ad restitutionem bonorum inferioris ordinis tenetur, cum iactura bonorum altioris.

Contra tamen hoc tenet Ioannes Maior, <sup>q</sup> & Adrianus <sup>r</sup> & postea prædictus Sotus resolutionem prædictam Caietani refutat, <sup>s</sup> sentiens non esse horum ordinum rationem habendam, sed potiùs æstimationem famæ cum æstimatione debiti esse conferendam: & quod æstimatio famæ tantum posset æstimationem debiti superare, quod non teneatur restituere: & è contrario si debitum superaret æstimationem famæ, teneretur restituere cum illius iactura. Mouetur ad id primò, quod doctrina Caietani videtur ei magis Metaphysicæ, quam Philosophiæ morali niti. Secūdò, quamuis fama ex se maioris sit æstimationis, quàm aliqua res pecuniaria: magna tamen pecunia pluris quàm exigua fama æstimatur: sicut quamuis pretiosius ex se sit aurum, quàm plumbum, <sup>t</sup> tamen plumbum viginti pondo pluris æstimatur, quàm vnum granum auri. Tertio, quod qui læsæ maiestatis diuinæ, vel humanæ illustrem aliquam familiam infamauit, restituere suo iudicio teneretur ei famam, etiam si ipsi ob id mors subeunda foret.

A His tamen non obstantibus Caietano eruditissimo harendum censeo. Primò, quia eius doctrina non tam Metaphysicæ nititur, quàm Philosophiæ morali, quæ neminem compellit ad dandam suam vitam pro debito ciuili, & nõ alia ratione, quàm quia hæc est inestimabilis, & altioris ordinis debitum, vt dictum est. quæ eadem ratio militat in fama respectu boni pecuniarij: siquidem etiam fama sua natura bonum est inestimabile, sicut salus & vita, & superat bonum pecuniarium, iuxta illud. <sup>a</sup> Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri pretiosi, & magni. & illud. <sup>b</sup> Melius est bonum nomen, quàm diuitia multa, <sup>c</sup> & Aristoteles, <sup>c</sup> ait, Honorem esse maximum bonorum exteriorum: quem probat Sanct. Thomas, <sup>d</sup> Cui alter Thomas ibi consentit. <sup>e</sup>

B \* Et Aristoteles ait. Hoc habet Aristoteles in 4. Ethicorum in cap. quo de magnanimitate ag. r. quod aliis est tertium aliis septimum. 90 Nec obstat, quod quando fama restitui non potest aliqua pecunia est compensanda: tum quia id non fit, eo quod fama suapte natura aestimabilis sit, sed quia alia compensatio fieri nequit: tum quia etiam pro vita, & salute, idem fieri iubetur, <sup>f</sup> quæ tamen ob hoc non dicuntur aestimabilia: tum quia id non datur pro pretio famæ, quæ nullum habet, sed pro compensatione damni, quod ob eius iacturam obuenit, sicut etiam mutilato aliquo membro, datur aliquid non pro pretio deperditæ integritatis, quæ nullum habet, sed pro damno, quod ex eius defectu euenit per leges prædictas, & ea quæ supra, <sup>g</sup> citata fuerunt, quorum consideratio ad hæc maximè facit.

C Secundo, quod S. Thomas <sup>h</sup> eodem modo loquitur de restitutione famæ, quo de restitutione vitæ, aut membri, qui restitui nequeunt: nam in vtroque dicit par rependi nõ posse, & in vtroque dicit compensandum esse. Et <sup>i</sup> vbi de compensatione famæ loquitur, se remittit ad prædictum verum. ad 1. vbi loquitur de compensatione vitæ, aut membri abscissi, dicens in famæ restitutione idem esse faciendum, quod de vita ablata, & membro abscisso dixerat, per quod aperte significat famam aestimari non posse. Et quod id, quod pro ea rependitur, non datur magis pro solutione, quàm quod redditur pro vita erepta, aut membro abscisso. Et quod altioris ordinis sunt bona famæ, quàm pecuniaria: & quod non potest conferri pretium boni pecuniarij cum pretio famæ, quod nullum est, sed cum damno ex eius iactura sequuto.

Tertio, quod libertas, fama, & honor, eiusdem ordinis esse videntur, & vt dictum est, nemo pro solutione debiti se vendere tenetur. Ergo nec pari ratione se infamare. <sup>k</sup>

Quarto, quod mulier, quæ pro honesta habetur, potiùs seruitutem cum bona fama, quàm libertatem cum infamia eligere debet. <sup>l</sup> At pro restituendis bonis se in seruitutem tradere non tenetur. Ergo minus tenebitur, quando ob id pro inhonesta haberetur.

E Quinto, quod restitutio, vt dictum est, <sup>m</sup> est actus iustitiæ commutatiuæ, quæ æqualitatem inter accipientem, & cū, a quo accipitur constituit, & restituere debitum cum iactura famæ, esset reddere debitum, & perdere famam pro solo debito, quæ magna inæqualitas foret.

Sexto, quod Innocētius III. <sup>n</sup> aperte dicit, quod metus indicandi suum adulterium marito, vxorem à restituendâ hereditate, excusat: non distinguendo inter hæreditatem magnam, vel paruam, & inter famam magnam, & infimatū. Nec vniquam S. Thomas neque aliquis alius classicus auctor istas distinctiones parum (iudicio nostro) fundatas induxit. Ergo neque nos eas faciamus. <sup>o</sup>

F Septimo, quod non potest dici, quod Innocētius III. <sup>p</sup> non sensit aperte, quod metus amittendi bona altioris ordinis excuset à restitutione bonorum inferioris ordinis: quia clarè dicit, quod metus mali maioris consequendi ex indicatione adulterij marito facta, excusat vxorem à restitutione hæreditatis, quam spūtius pro legitimo habitus obtinebit: & cū textus de metu generaliter loquatur, de quolibet iusto intelligendus est: cūque metus infamæ talis sit, & etiam de infamæ metu intelligetur.

91 Octauo, quod durum, & nouum videtur id, quod prædictus Sotus sine aliquo auctore asserit: scilicet, eum, qui illustrem aliquam familiam infamauit, ad restitutionem famæ cum iactura vitæ teneri.

a Eccle. 41.

b Prouerbio. 22.

c 4. Ethic.

d 2. 2. q. 129.

art. 1.

e Et in q. 31.

artic. 1. ad 2.

& qu. 103. a.

2. ad 1. & gl.

cap. suam. de

pœ. & in Ex

trauag. ad cō

ditorem. loā.

xxij. §. rur-

sus. verb. bo-

noru. de ver-

borum. signi.

f In l. §. 1. &

l. fin. ff. de his,

qui deie. vel

effud. & l. ex

hac. ff. si qua

dru. pau.

g cap. 15. nu.

19.

h 2. 2. qu. 62.

ar. 2. ad 1. &

2.

i In respon.

ad 2.

k Ar. l. illud. ad l. Aquil.

l Argu. l. isti quidem. §. ff. ff. quod metus causa. m Supr. eo. c. num. 6.

n In ca. officij de pœ. & rē.

o Ar. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. c. solita. de maio. & obed. p In d. c. officij. qd. l. isti quidem cum glo.





Nonò, quòd similitudo auri & plumbi non concludit: quia vtrumque sua natura pecunia est aestimabile: & ideo maior quantitas vnus potest pretio superare minorem alterius: sed fama non est res pecunia aestimabilis, sicut nec etiam vita, salus, & libertas.

Decimò, quòd rarissimè continget casus, in quo bono citò, aut tardè restitui non possint sine iactura famæ, faciliori ratione, quàm in casu prædicti cap. officij: in quo mulier supposuit sibi partum, aut ex adulterio occulto filium suscepit: in quo tamen habetur, quòd non tenetur id reuelare marito, si timet eum: cum tamen sine metu amissionis vitæ se in monasterium tutum recipiens reuelare possit: quandoquidem Ecclesia eam suo marito restitui, absque idonea cautione non permittit. <sup>a</sup>

Denique facit, quòd si contraria opinio vera esset, sequeretur, nullum inter restitutionem debiti famæ, & pecuniæ discrimen fore: cum iuxta illam in vtraque magnum damnum eius, qui restituere tenetur excuset, & in nulla paruum, & in vtraque pretium pecuniarium magnum, vel paruum reperitur. Sequeretur etiam, quòd semper fama per æquiualens restitui possit, contra sententiam S. Thomæ, <sup>b</sup> communiter receptam.

Concludimus ergo, quòd restitutio debiti bonorum omni via possibili procuranda est, sed si non inueniatur ad id idonea, sine amissione vitæ, aut libertatis, aut famæ, non est necessariò faciendâ. Moderamur tamè opinionem prædicti Caietani, vt solum procedat in fama bonitatis virtutem theologam, & moralem consequente, & non in fama ex aliis rebus præclaris parta: qualis est fama ingenij, scientiæ, virium, solertiæ, artium, diuitiarum, & aliarum rerum similium: in qua opinioni contrariæ sit locus: quia fama harum non videtur inæstimabilis, vt est fama bonitatis, iuxta ea quæ ex Ecclesiastico & Prouerbiis supra citamus. quas duas species famæ, & infamiæ esse, & in vtrisque locum esse detractiõni, probabimus infra. <sup>c</sup>

De restitutione bonorum incertorum.

- 92 Bona incerta que dicantur.
- 92 Restitutio bonorum incertorum, vt reseruata Episcopo.
- 92 Bonorum incertorum restitutio, vt fieri potest à tenente ea.
- 92 Neque id Episcopus vetare potest, nisi in quattuor casibus.
- 92 Episcopi absolutionem eius, qui bona incerta habet, vt reseruare possunt.
- 93 Pauperibus restituendum, vt potest tenenti restitui.
- 93 Pauperem dici omnia pia opera, & pro suo statu egentem.
- 93 Compositio de incertis, que iusta.

**B**ona incerta sunt, bona debita alicui homini, qui, vel horum quantitas ignoratur, etiam post inquisitionem debitam, iuxta communem sententiam, <sup>d</sup> Dixi, Bona, pro genere: dixi, alicui debita, ad excludendum ea, quæ in nullius bonis sunt, & habita pro derelictis, quæ occupantis fiunt, <sup>e</sup> dixi, homini, ad excludenda sacra & religiosa, quæ licet nullius in bonis hominis sint: sunt tamen Dei, non solum illo titulo generali, quo omnia sunt eius, <sup>f</sup> sed etiam alio speciali humano, <sup>g</sup> dixi, qui ignoratur, ad differentiam aliorum, quorum domini sciuntur, vel iuxta inquisitionem sciri possunt. dixi, vel quantitas ignoratur, ad significandum dupliciter aliqua dici incerta: quamuis glossa <sup>h</sup> sola illa, quorum quantitas ignoratur, appellet incerta. dixi, etiam post inquisitionem debitam: quia ante illam non cõtingit iuxta ignorantiam, <sup>i</sup> si per eam saltem hæredes cognosci possent, iuxta S. Thomam receptum. <sup>k</sup> Quorum restitutio pauperibus est faciendâ. <sup>l</sup> Et secundum multos Episcopis est reseruata, & per eos tantum faciendâ, secundum Hostiensem: <sup>m</sup> sed communis contra, cuius veritatem copiosè, <sup>n</sup> probauimus: vbi conclusimus eum, qui restitutioni est obligatus, per se ipsum sine Episcopo, & etiam sine confessorio, restituere posse. immo, quòd Episcopus contrarium iubere non potest, nec regulariter in eo contra voluntatem debitoris se interponere, secundum Angelum, <sup>o</sup> Rosellam <sup>p</sup> & alios, quos refert Siluester: <sup>q</sup> quòd adeo quidem verum videtur, quòd consuetudo contraria non valeret, siue quia contra legem naturalem esset, siue quia irrationabilis, eo quòd Episcopis communiter non magnæ curæ sent pauperes, iuxta Siluestrũ. <sup>r</sup> Quamquam consuetudo Episcoporum, qui

sibi ipsis restitutionem horum bonorum reseruant, de qua glossa <sup>a</sup> mentionem fecit, defendi possit intelligendo de absolutione peccati commisi ob illorum non restitutionem, & de restitutione, & ordine confessoriorum, hoc est, potest episcopus prohibere confessorijs, ne absque cõsilio Episcopi absoluant, aut distribuunt, sed nõ prohibere parti, vt, si per se velit, non restituat, nec suam conscientiam prout debet, exoneret. Et hac noua distinctione aduersè opinioniones omnes inter se conciliari possunt, simul & constitutiones synodales multorum episcopatum defendi.

Dixi supra, regulariter, quia episcopus interponere se potest quatuor in casibus. Primus, cum restitutioni obligatus, moritur absque hærede & exequutore. Secundus, cum qui restituere tenetur, non vult id facere, & contra illum in iudicio proceditur: Tertius, cum qui restituere debet, nõ rectè distribuit. Quartus, cum huiusmodi res ab eo, qui est, aut fuit manifestus vsurarius possidentur, secundum communem. <sup>b</sup>

93 Addimus tamen, quòd propter omnes rationes, ob quas confessorius debitorem rerum certarum non statim restituentem, aut ad certum tẽpus absoluere potest, à fortiori debitorem incertarum poterit. Et quòd si restitutioni obnoxius est pauper, potest sibi totum, aut aliquam partem capere, maximè de consilio Episcopi, aut confessorij, tamquàm vnus ex pauperibus per ea, quæ infra <sup>c</sup> dicemus. <sup>d</sup> Neque est necesse iniungere ei onus orandi, vel alia pia faciendi pro animabus eorum, quibus restitutio debebatur, quæ necesse non esset alijs pauperibus iniungere, quia non est textus, nec ratio, quæ id probet, quamuis ad ea, quibus alij obligarentur, teneretur. <sup>e</sup> Addimus etiã, quòd licet piẽtius esset, pauperiores eligere, & ex his ceteris paribus meliores, <sup>f</sup> non tamen est necesse: quia nulla lege, aut ratione id conuincitur. <sup>g</sup>

Per pauperes verò intelligimus nõ solũ personas pauperes, sed etiam Ecclesias, xenodochia, & monasteria, ornamentis, luminaribus, ædificijs, & alijs similibus indigentia, secundum Ioannem And. communiter receptum, <sup>h</sup> aut alia opera pia, quia redditus Ecclesiastici equè aut magis, quàm hæc incerta pauperibus debentur. <sup>i</sup> Et certum est illos in alia opera pia infumi posse, quòd latius probamus, <sup>k</sup> quidquid dicat Petrus Perusinus. <sup>l</sup> Cuius opinionis in legatis pauperibus factis locus esse possit. Immo & pauperes intelliguntur non solum mendicantes, sed etiam alij egentis iis, quæ sunt eis ad decentiam necessaria. <sup>m</sup>

Per quæ resolutio affirmatiuè illud nouè quesitum: An iuste retineat quis illud, quòd per compositionem factam cum camera Apostolica super incertis retinet: modo verè sint incerta, iuxta definitionem datam supra, <sup>n</sup> & modo compositio non sit indiscretâ: vt est illa qua 20. millia pro 3. vel 4. millibus remittuntur, vt dicit Caietanus, <sup>o</sup> quia Papa habet administrationem generalem omnium, quæ habentur pauperibus, per ea quæ tradimus alibi. <sup>p</sup> Et ita potest iuxta de causa applicare in alia pia, <sup>q</sup> & condonare aliqua iuxta de causa, qualis est causa recuperandi pro illis, quòd aliàs non recuperaretur, vel tardè. Aduertant tamen procuratores huiusmodi compositionum, quòd sunt in peccato, donec eas adipiscantur, si cum possint non restituant ea pauperibus. Immo & post compositionem, si est eis animus nõ restituendi sibi condonata, etiam si non fuissent condonata, sicut fur, cui remissum est furtum, peccaret, si esset animo non restituendi illud, eam si non esset remissum. <sup>r</sup>

De fructibus beneficiorum male impensis.

- 94 Confessorius quid de impensis beneficiarj iudicabit resolute.
- 94 Impensa omnis inordinata peccatum, sed magis clerici, quàm laici.
- 64 Regularis beneficiarj impensa que iusta, & que non.
- 94 Beneficiarj regularis que impensa recta.
- 94 Beneficiarius que profanè impensa non restituet.

**C**ommunis & vera opinio habet, Beneficarios impendentes fructus suorum beneficiorum in prauos, vanos, vel profanos vsus, & ab eisdem accipientes, non solum peccare, sed etiã ad restituendũ teneri, vt latè probam<sup>9</sup>, declaram<sup>9</sup> & limitam<sup>9</sup> in Tractatu de re dit.

a Arg. ca. litteras. sub st. de resti. spol. & ca. insera lia. de immu. Ecl.

b 2.2. que. 2. art. 2. ad 2.

c 18. nu. 20.

d In ca. cum sit. de iudais, quam ibi explicauimus. e l. 1. de adquir. rerum. domi. & s. nullius in sit. de rer. diuis. f Pal. 23. & c. quo iure. 8. distinct. g luxta gl. in dicta lib. 1. & dicto s. nullius. h Cap. 2. de pen. & rem. lib. 6. i ca. innotuit. iuncta gl. de elect. k 2.2. qu. 62. art. 5. l. cum tu. de vsur. m In dict. ca. cũ tu. & in summa de pen. s. fin. n In Doment. dicti. c. cum sit. o Verb. restitutio. 2. s. 1. q. p Eod. verbo. s. 2. Pisan. restitut. 6. Gabria in 4. di. 15. qu. 2. col. 18. & loã. de Ligno & Cald. in d. c. cum sit. de iud. q Verb. restitutio. 8. qu. 5 r Vbi supra.

a c. 2. de pe. & remis. l. 6.

b Vbi supra.

c Eo. c. n. 181. d Et latius in tract. de re dit. ecclesi. q. 3. moni. 25. n. 3. e Ar. l. illud. ff. ad leg. Aquil. & c. inter ceteras. de rescrip. f c. est probanda. & c. non satis. 80. dist. g Vt in eodẽ tract. Cod. de mo. 27. nu. 1. cõcludimus. h In c. 1. de test. lib. 6. i ca. aurum. 12. qu. 2. & c. f. 16. qu. 1. k In dict. tra. q. 1. mon. 26. nu. 2. l In tract. de cano. port. ep. ca. 7. m Vt dixim<sup>9</sup> in d. Tract. q. 1. mon. 27. n. 3. & subtiliter Caiet. 2. 2. qu. 100. ar. 1. ad 7. n Eod. n. 92. o Ibidem. p In Comment. ca. non liceat Papa. 11. q. 2. s. 12. nu. 2. q Argu. cle. quia contingit. de relig. domi. r Arg. dictorum supra. n. 72.



a q. 1. & 3.  
b Dist. 9. 2.

ecclesiast. a Summam quorum huc spectantium in monito ultimo, b quamplurima continentem pro paucis, quæ hoc in loco in vulgari posueramus, in gratiam confessariorum de verbo ad verbum reponimus.

Nempe, quod admonendi sunt confessarij, & consultores beneficiariorum, ne facillè peccati mortalis & restitutionis damnent, vel absoluant beneficiarium consententem malam bonorum suorum impensam, immo maturè considerent, Primum, omnem impensam quocumque modo factam, si est inordinata, hoc est, contra rectam rationem naturalem, diuinam, vel humanam, omnem itè retentionem inordinatam esse peccatum saltè veniale: quia illa est prodigalitas, hæc auaritia; hæc est contra virtutem liberalitatis per defectum, illa contra eandem per excessum; & ita vtraque mala, & peccatum saltem veniale, quod probat S. Thomas. c Inter impensam autem prodigam, & retentionem auaritam beneficiariorum de redditibus ecclesiasticis ex vna parte, & similem de redditibus laicis ex altera, hoc distare, quod hæc regulariter est venialis: illa verò mortifera, vt diximus vbi supra. d

Deinde animaduertant: An sit regularis, vel sæcularis. Et si est regularis eadem censura censeat impensam factam ex aliis bonis, quoquo modo quæsitis ante, vel post professionem, ac de redditibus Ecclesiasticis: quia illa omnia sunt Ecclesiastica, eo quod quidquid habebat ante professionem, fit per eam monasterij, vel ordinis, e & quidquid post eam quærit, acquirit eidem, f & dictum est in dicto Tractatu 8 & modum restituendi malè impensa pono ibidem. h Si autem est sæcularis, consideret cuius speciei sit bona illa, quæ impendit, & non censeat eum mortaliter peccare magis quàm laicum, si bona illa erant patrimonialia, vel quasi patrimonialia. i Quorum in numero sunt etiã ea, quæ ratione dignitatis clericalis, missando, prædicando, confessiones audiendo, & alia sacra ministrando, quæsierit, vt ibidem probatur. Idem si erant Ecclesiastica, sed reliquata ex illa eorum parte, quæ illi ad decentem vitam erat conueniens, k etiam si auarè fuerint reliquata, siue residua facta. l Idem si ea beneficiarius ipse sit commertus ex obsequijs Ecclesiæ præstitis vltra ea, que tenebatur præstare inferuendo mediocriter suo beneficio, m vel si tantundem dederit Ecclesiæ suæ, vel pauperibus ex bonis patrimonialibus, vel quasi patrimonialibus, quantum de redditibus ecclesiasticis impenderit. Ita quod tantundem potest pro patrimonialibus habere de redditibus beneficij, quantum in elemosynas, & alia opera pia impenderit postquàm beneficium fuit adeptus, n quod est maximè notandum. Iudicet etiam benè impensum, quod datum fuit pauperibus quibuscumque etiam alienigenis, & locis piis extra suam parochiam, vel episcopatum sitis, o etiam si non fuerint data in necessitatem naturæ, sed tantum decentiæ personæ. p Idem faciat si fuerit impensum in decetiam, aut vtilitatem Ecclesiæ immediatam, vel mediatam, hospitio suscipiendo regem, proceres, & iudices eius: litteratos idè, & alios amicos, & etiam aliquando inimicos, vt loco, & tempore opportunis profint, vel non noceant Ecclesiæ, vel iuribus eius: vel litigando pro iuribus Ecclesiæ, vel pro sua electione, vel prouisione. q Idem si fuerit impensum in remunerationem obsequiorum à cognatis, amicis, vel famulis ei præstitorum. r Idem iudicet de re, irrenocabiliter que donatis ad quæuis opera pia, etiam in articulo mortis. s Idem etiam de illo superfluo beneficiarij, quod seruat in pia opera etiam futura, modò probabiliter sperentur. t Nec putet malè impensum, eo quod beneficiarius malè viuat & ob id perdat fructus, modò aliàs canonicè possideat. v Idè item iudicet, de quæsitis per distributiones quotidianas, quod de alijs redicibus, x & de quæsitis per pensiones. y Pro malè vero impenso iudicet retentionem superfluum sine iusta causa, & sine proposito impendendi pijs operibus, saltem futuris probabiliter speratis. z Beneficiarium autem, qui fuerit confessus se impendisse notabilem quantitatem de redditibus Ecclesiasticis malè, vanè, aut profanè extra casus & modos sub prædictis comprehensos iudicet peccasse mortaliter, tenerique ad restituendum, qua parte poterit illam, pijs operibus. Iudicet item diuitem: qui gratuito contractu recipit à beneficiario aliqua, sciens non esse patrimonialia, vel quasi patrimonialia, neque

c 2. 2. qu. 118.  
art. 1. & 119.  
art. 2.

d In dicto  
Tractatu, qu. 3.  
monito 34.  
post S. Thom.  
in dict. 9. 119.  
art. 2.

e Auth. in-  
gressi. C. de  
crof. eccle. in  
presentia. de  
proba.

f Ca. cum oli  
3. de priuil.  
g q. 1. monit.  
8. & tribus se  
quentibus. &  
56. & 91.  
h q. 2. monito  
20.

i Perposita in  
monit. 19.

k Per moni-  
tum 26. &  
duo sequen-  
tia. qu. 1. &  
monit. 44.  
eadem. quæ.

l Prædicto  
m. 26. & se.  
m Perposita  
in qu. 1. mon.  
29. cap. moni  
20. 27.

n Per idem  
monitum.

o Per dict. 27.  
monit. 27.

p Per idem  
monit.

q Per ibidem  
dicta, & mo-  
ni. 28.

r Per mo. 36.  
ead. qu. 1.

s Per d. mon.  
34. 81. & seq.  
d. qu. 1.

t Per moni-  
25.

v Per moni.  
29.

x Per moni.  
29.

y Per moni.  
32.

z Per monit. 25.

A ob causas prædictas largita, peccare mortaliter, tenerique ad procurandum, quod donans restituat, & restituere, si ille id non fecerit. a De restitutione autem lucti, quod in ludis fit, dicitur infra b & de restitutione fame etiam infra. c

Præceptum contra septimum peccant hi.

- 95 Præceptum contra septimum peccat mortaliter, qui accipit alienum. & seqq.
- 108 Mercenario & famulo malè soluens. vsque ad nu. 114.
- 114 Excommunicatio non ligat eum, qui clam sua recuperat.
- 114 Debitum tantum legale recuperationem occultè iustificat. & seq.
- 117 Legatum pium qui malè soluit.
- 118 Necessitas extrema excusat à peccato, sed non à restitutione & nu. 119.
- 120 Venatus, & piscatus prohibitus, & an restitutio excuset. 125.
- 121 Restituere qui domini iubent inutiliter.
- 122 Custos pascui, venatus, & piscatus & c. 123. & 124.
- 126 Columbarium quod licitum. 127.
- 126 Animalia aliena qui ferit, occidit, vel includit. & nu. 128.
- 129 Apes & examina earum capiens.

C 95 **R**eccat primò contra septimum præceptum, qui rem alienam notabilem furatur, vel vult furari. d

Secundò, qui rem suam propriam, credens esse alienam, accipit: quamuis quo ad forum exterius pœnam non incurrat, si per id nemini nocet, e nec quo ad forum interius ad restitutionem obligatur. f

Tertiò, qui rem suam, in quã aliquod ius alijs habebat, contra eius voluntatem contrectat, vt pignus traditum, aut equum locatum, vel commodatum. g

Quarto, qui vi accipit, aut vult accipere aliquid, quod peius est, quàm furari: est enim rapina, h & est alterius, & peioris speciei secundum S. Thomam, i ideoque habet circumstantiam necessariam confitentiam, k & non solum de accepto, sed etiam de honore, quem per iniustam vim abstulit, satisfacere tenetur, vt alij, qui sine rei ablatione iniuriam faciunt, iuxta sententiam eiusdem S. Thomæ, l & aliorum. & eadem videntur dicenda de illo, qui cogit, vel cogere vult ad dandum, vel faciendum aliquid. m

Quintò, qui rem sacram ex loco sacro, aut non sacro: aut rem non sacram ex loco sacro furatus est: quin & plus peccat, quàm fur simplex, & alterius speciei peccatum, nepe sacrilegium admittit. n Et si id commisit effringendo fores, fenestras, seras, tectum, aut parietem Ecclesiæ, est excommunicatus ipso iure, o quamuis non ob solam effractionem, quam futurum non sequitur, nec ob solum furtum sine effractione, licet vtrumque sit peccatum graue, & propter iniuriam, quæ per vtrumque infertur Ecclesiæ, puniri debeat, vt p diximus. Cui consequens est id, quod Ioannes Maior q dixit, scilicet, quod qui effracto sacrario sanctissimi Eucharistiæ sacramentum furaretur, excommunicatus esset. Locus autem sacer, quo ad hoc dicitur quælibet Ecclesiæ, xenodochium, basilica, eremitorium auctoritate Papæ, aut episcopi ædificata, r aut cæmeterium per illos sacrum. s

96 Sextò peccat: qui recipit aliquid notabile, vt faceret, quod facere tenebatur, vt iudex, pro ferenda iusta sententia, aut testis pro dicenda veritate, aut accusator pro accusatione iusta, ad quam tenetur, aut vt desistat ab ea iniuste, t & obligatur restituere, quod accepit ei, qui dedit, vt dictum est supra. v Et quamuis grauius peccet, qui capit, vt faciat, quod facere non debet, aut omittat, quod facere debet: nõ tamen tenetur ex præcepto restituere, quod accepit: quãuis ad damnum, quod fecit, tenetur, per dicta supra. x

Septimò, qui alterius iussu aliquid emit, & dixit pluris emisse, quò sibi illud plus retineret, iuxta S. Antoninum, nisi pro impensis necessarijs acceperit, aut venditor donauit ipsi, & non pro quo emit. y

Octauo peccat, qui distributor onerum, & commodorum alicuius communitatis vel alius non distribuit iuste,

a Iuxta moni.  
61. qu. 1. & q.  
2. mon. 20.  
b In c. 20.  
c In c. 18.

d Vt supra.  
num. 1.

e Arg. l. ter. §. penul.  
ff. de fur.  
f Vt ibi nu. 2.

g Supra. nu.  
26.

h Ca. penale.  
14. qu. 5.  
i 2. 2. qu. 66.  
art. 9.  
k Per prædi-  
cta supra. ca.  
o. nu. 3.

l Vbi supra.

m Arg. totius  
titul. ff. quod  
metus causa.  
n De his  
qua vi in vo-  
lu m. Grego-  
riano. & libr.  
sexto,  
o Ca. quisquis  
17. quæ. 4.  
p Conquesti.  
de sent. excõ-  
m. de quo in  
fra. capit. 27.  
nu. 94.  
q Post Panor.  
Fel. & com-  
munem in  
dict. cap. con-  
questi.  
r In 4. d. 15.  
s Ca. constitu-  
tus. de relig.  
domi.

t c. 1. de con-  
sec. eccl. lib. 6.  
u c. non sane.  
14. qu. 5. capi-  
militari. 23.  
qu. 1. l. 1. & 2.  
ff. de condi. ob-  
turp. cau.

v Eo. c. n. 34.  
x Eo. c. n. 33.  
y Arg. ca. re-  
quisiti. de re-  
sta.



aliis plus oneris, quam debet imponendo, & aliis minus commodi, quam par est tribuendo, secundum Antoninum & omnes: quamvis nec odio, nec alio malo animo id faciat, nisi ignorantia probabilis iuris, aut facti cum excuset: quia iustitiam distributivam violat & restituere tenetur grauato id, in quo grauauit, secundum omnes. <sup>a</sup>

Nono peccat, qui praelatus, aut dominus, cui est ius conferendi, beneficium Ecclesiasticum, aut officium publicum, confert illud indigno secundum omnes, vt <sup>b</sup> diximus, & restituere tenetur; etiam si sit Papa secundum omnes, non quidem digno, vel digniori, vt aliqui dicunt, sed rei pub. vel Ecclesie, cui damnum intulit per supradicta. <sup>c</sup>

97 Decimo, qui impediunt aliquem etiam sine malo animo, a consecutione alicuius boni, officij, aut beneficij, in quo erat ei quæsitum ius in re, vel ad rem, vel malo animo a consecutione alius, in quo nondum erat tale ius quæsitum. Sed in priore illo casu tenetur ad restitutionem in hoc vero non, nisi vi, metu, mendacio, aut minis id faceret, per dicta supra. <sup>d</sup>

Vndecimo, qui pœnam, vel multam iniustam imponit, vel est causa, vt alius id faciat, aut ne suum ius consequatur, cum restituendi obligatione, iuxta omnes. <sup>e</sup>

98 Duodecimo peccat, qui sibi capit aliqua eorum, quæ in mari amittuntur, neque sunt piratarum, nec infidelium, siue ex nauis, siue ex mari, siue ex littore accipiat, cum restituendi obligatione, quamuis ea perirent, nisi ille occuparet, qualia sunt farina, saccarum, papyrus: cum ex caritate opem suis proximis ferre teneatur, & si fuerit in mora restituendi, etiam ante monitionem ipso facto est excommunicatus quo ad Deum, licet quo ad Ecclesiam debeat præcedere monitio, vt ibi declarat Panormitanus. Quod locum habet, nisi periculo mortis etiã non adeo probabili se obiciat, quod ea seruetur: quia tunc sibi retinere potest, eo quod ad opem ferendam cum tali periculo non teneatur. Quamuis etiam tunc, si dominus iuste sperat se recuperaturum suum per aliud medium, scilicet, quia mare ad litus eueiret, aut inueniret alios, qui mercede illud periculum subirent, restituere teneatur, soluta sui laboris mercede iudicio boni viri, iuxta S. Antoninum, <sup>h</sup> Angelum, & Siluestrum. <sup>k</sup>

99 Quamquam simplex, qui crediderit illud accipere sibi licitum esse per statuta regionis, aut per aliquam aliam rationem, mortaliter non peccaret, nec ipso iure excommunicatus esset, licet respondere teneretur, si iudex sub excommunicationis pœna moneret scientes ad manifestandum. Inter omnes autem conuenit, capta omnino derelicta, vel pro derelictis habita, non esse restituenda, per ea quæ infra <sup>l</sup> dicentur. Non tamen putatur habitum pro derelicto, quod in mare ob procellam ad nauim onere leuandam iacitur, <sup>m</sup> quamuis sic illud, quod dominus deserit, eo quod existimat, quod licet recuperari sine probabili periculo vitæ possit: neminem tamen illud subiturum. <sup>n</sup> Idem dicendum de accipientibus ab iis, quorum domus, & bona igni desolantur, qui grauius peccant, quam qui simpliciter furantur. <sup>o</sup>

Neque obstat, quod quidam ait me affirmare hic, posse quemquam capere, & seruare sibi bona Christianorum piraticam exercetium per naufragium amissa. Non, inquam, obstat: quia responderet primo, me neque affirmare, neque dicere illud: sed longè aliud: scilicet quod peccat, qui capit aliqua eorum, quæ in mari amittuntur, neque sunt piratarum, nec infidelium: & car. quod est aliud ab eo, quod ipse imponit. Item quod in meo dicto nulla mentio fit de Christiano exerceente piraticam. Tum quod solum damno capientem bona in mari amissa, si non sunt piratarum, & infidelium, & hoc est verissimum. Quod autem idem sit de bonis piratarum, & infidelium omitto dicere, & casus omiffus habetur pro omiffis, & relinquitur iuri communi. <sup>p</sup> Secundò, quod non debuit per subauditionem, & per argumentum a contrario sensu corrigere meum dictum: cum huiusmodi argumenta non debeant sumi ad probandum id, quod est contrarium iuri, iuxta caput à nobis. 2. <sup>q</sup> & traditur in aliis mille locis, quorum aliqua referunt Panormitanus & Felinus. <sup>r</sup> Et consequenter si est verum iure communi, vt ipse colligit contra me, malè profectò colligit per subauditionem, & a contrario sensu. Tertio, quod asserit esse verum etiam id, quod colligitur a contrario, de infidelibus, cum quibus est nobis bellum iustum: & quilibet pius

debit credere, non intellexisse me de aliis. <sup>a</sup> Quarto, quod nec per somnium vquam intellexi res à piratis raptas non debere dominis eorum restitui, si cognoscantur: quamuis de receptis ab hostibus iustis, & postea recuperatis distinguatur. <sup>b</sup> Quintò, quod non tam facile debuit damnare sine vilo auctore id, quod ego sequutus S. Antoninum, Angelum, & Siluestrum æquè videor mihi dixisse: nempe quod qui cepit aliquid amissum in mari, potest sibi retinere, tribus concurrentibus. Primum, quod illud omnino erat perditum, si non saluasset ipse. Secundum, quod perdidit spem recuperandi. Tertium, quod saluans illud maxime vitæ periculo ob id se obiecit.

Nec obstat ratio illa generalis, quod res aliena vbiicumque reperitur, est domino restituenda: quoniam id non est perpetuo verum: fallit enim cum iusta causa contrarium iudet. <sup>c</sup> Et in re viciuata. <sup>d</sup> Et in re pro derelicto habita. <sup>e</sup> Et in clam accepta pro legali debito, iuxta supradicta, <sup>f</sup> & in ea, quam Princeps iusta de causa militi concedit, & in casu proposito videtur interuenire iusta causa conflata ex eo, quod dominus satis præsumi potest habuisse pro derelicto: & quod capiens non tenebatur tam grande periculum subire: & quod alioquin illud omnino perisset. Et quod sicut viciuatio iustificat acquisitionem rei alienæ, ne incerta sint rerum dominia, <sup>h</sup> à fortiori videtur iustificare causam retinendi huiusmodi acceptum, ne omnino periret, cum longè peius sit rem, omnino perire, quam eius dominium penes quem sit incertum esse, adiuncta præfata spe recuperandi amissionis, & præsumptione derelictionis: & quod fortuna, quæ est ipsa providentia diuina, insperatam rei recuperationem ei concessit.

100 Decimotertio peccat, qui non casu, sed de industria in aliquam domum, aut locum, aut segetes igne immittit, cum restituendi obligatione. <sup>i</sup> Et si locus erat sacer, puta Ecclesia, aut cœmeterium, aut xenodochium, &c. ipso facto est excommunicatus, & quamuis antequam denunciaretur ab episcopo, absolui possit, non tamen postea. <sup>k</sup> Sed si locus non est sacer, non est ipso facto excommunicatus, quamquam excommunicari debeat. Et tales quando dicantur denunciari aut non, dicitur infra. <sup>l</sup> Auctor vero incendij, aut alterius delicti manifesti, occultus, non potest pœna excommunicationis compelli ad se manifestandum, sed ad restitutionem debitam faciendam sic. <sup>m</sup>

101 Decimoquarto peccat, qui soluit, aut solui facit iniuste, ob debita in carcerem iuste coniectum, cum obligatione restituendi debitum creditori: quamuis misericordia motus id faciat, <sup>n</sup> nisi sit adeo pauper, vt neque per se, neque per alium probabiliter soluere possit: quia tunc quemadmodum ipse se soluendo, & fugiendo non peccat, ita nec alius, qui fugæ auctor esset, nec restituere creditori tenetur, secundum communem: quamuis secundum aliquos sic ad compensandum damnum, quod inde carceris custodi eueniet. Cõtra quos tenet Caietanus quem sequimur, <sup>o</sup> eo quod, qui è carcere licitè fugit, ad damna custodis non tenetur: quia illud damnum per accidens sine intetione eius, qui se carcere liberat, contingit.

102 Dixi, Coniectum in carcerem ob debita: carceratus enim ob delictum, morte, aut abscissione membri dignum, licitè fugere potest, iuxta S. Thomam, <sup>p</sup> siue peccatum occultum sit, siue publicum, siue condænatus sit, siue non, <sup>q</sup> quidquid dicat Cardinalis, <sup>r</sup> etiam effringendo, aut limando compedes, & etiam carcerem rumpendo, modò vim carceris custodi non inferat, aut alteri iustitiæ ministro, quidquid dicat Henricus, <sup>s</sup> & Siluester, <sup>t</sup> vt oprime Caietanus defendit. & à fortiori ratione, fugere potest is, qui quæritur, vt capiatur iuste aut iniuste, cum voluntate satisfaciendi tantum, quantum conscientia recta dicitur. Qua eadem ratione potest quis alterius fugam sine peccato iuuare, vt antequam capiatur à iustitiæ ministris, liberetur, quando nec ex obligatione sui officij, nec ex mandato Regis, nec alterius superioris, nec ex qualitate delicti, nec ex alia re particulari prohibetur, & credit, quod suo iudicio, sine carcere, & sine pœna temporaria resipiscet à peccato, vt <sup>u</sup> diximus, & infra <sup>v</sup> repetemus, addendo quædam Caietano. <sup>w</sup>

103 Decimoquinto peccat, qui captiuus fugit, aut fuit causa, vt alius captiuus à suo domino fugeret, cum obligatione restituendi eundem captiuum, si potest, sin minus

a Præsertim Caiet. 2. 2. q. 62. art. 2. b In c. grauo de præben.

c Eo. nu. 72.

d Eod. ca. nu. 79. c. seq.

e Arg. c. si de iur. c. l. qui occidit. ff. ad l. Aquil.

f c. excommunicacioni. de raptorib. le si quis ff. de incendio. vii. c. nauis. c. l. de precatio. ff. ad leg. Rhod. g. d. c. excommunicacioni.

h 2. pa. tit. 1. ca. 15. §. 2. i Verb. naufragium. §. 3. k Ea. ver. qu. 2.

l Eod. n. 170. de rebus inchoatis. m Secunda gloss. Pan. c. excommunicacioni dilecti. de accusa. n leg. si quis. merces. ff. Pro dereli. o Gab. in 4. d. 15. qu. 3.

p In l. cõmodissime. ff. de liber. c. post. q. c. de ient. excom. r In ca. cum Apostolica. de iis, quæ iunnt. à præla. c. Fel. in ca. significasti. de iuro comper.

a c. estote misericordes. de regu. iuris.

b In l. 2. c. a liquor alio. ff. de captiuis. c. post. re. net.

c Vt in ca. nu. quæ 22. q. 2. d Tot. nu. ff. de viciu. c. Tot. nu. ff. pro derelict. i. c. eod. nu. 5. g. l. ite si verberat. ff. de rei vend. c. l. Lucius. ff. de enit. h l. i. ff. de viciu. cap.

i c. pessimum. 2. qu. vii. c. si quis. de iur. k Pan. c. cõmunis in ca. c. nauis. c. l. nauis de sent. ex. v. m. nu. l. In c. 27. nu. 94. m c. quidam. 5. q. 1. c. Caiet. in Opus. lib. 7. Respon. sione. o Jo. de platea in le. quod. ties de exact. lib. 10.

p 2. 2. q. 66. art. 4.

q 2. 2. qu. 66. part. 4. a. 2. q. Sil. verbo. fugere. r In c. m. pa. Floralis. de re iudi. s Quol. 9. ar. 25. t Vbi supra. v In d. ar. 4.

w In ca. inter verba. 11. qu. 3. conclus. 6. y c. 25. nu. 38. z In d. ar. 4.



a Arg. c. si de iniur. b In c. 11. nu. 11. c Arg. l. 1. C. no Christiano mancipium. d Arg. ca. dominus. 2. q. 2. c. q. 8. ca. ut pridem.

e Arg. ca. no. li. 2. q. 1. f c. nulla. 54. diff.

g Verb. futu. qu. 6. h Lib. 4. q. 2. art. 2. de iust. & iur. i c. ius gentium. 1. diff.

k 17. qu. 4. l Per. ca. 1. cū ei adnot. de offic. deleg. & per dict. su. pra. cod. c. nu. 14.

m In ff. n In Co. o Arg. l. libe. homo. ff. ad l. aquil. & ca. contingit. de sent. ex com. mu. cum ad. notatis. & alibi sape.

p Sicut ca. peccatum. 2. pa. 5. 11. nu. 5. & ca. 10. nu. 10. li. 2. v. ar. ar. resol. q In dicto ca. n. 10. approb. do. praefatam. glos.

quæ bonum, aut pretium, & præterea omnia, quæ ille fugiens furatus est, quia quemadmodum fuit causa fugæ, ita & omnium, quæ fugam adornans surripuit, secundum dicta supra, b quamquam Christianus captivus apud Infideles, fugiendo non peccet, nec qui ei auxiliatur, c si tempore pacis, aut iniusti belli ex parte Infidelium captus fuit. d Idem est, si Christianus iniuste ab alio Christiano detinetur: sed si captus fuit in bello iusto ex parte Infidelium, quale esset, si Christiani tempore induciarum, aut pace cum illis constituta, Infideles adorarentur, restituere honestam redemptionis mercedem tenetur, e quamvis non personam propter animæ periculum. Ad nullam etiam restitutionem teneretur in casu aliquo, si Infidelis ad circumcisionem, aut idololatriam Christianum compelleret; quia ipso facto omnino liberatur, f & ita qui liberavit, non peccat, quin bene meretur secundum Siluestrum. g

104 Neque obstat, quod quidam ait, me dicere hic, captivum in bello captum non posse fugere, & ad suos redire, quod ea ratione damnat, quod non distinguo inter seruum emptum, & bello captum, ut Sotus distinguit. h Non, inquam, hoc obstat: quia responderetur primò, nõ dicere me id, quod mihi imponit: quia nõ loquor in specie de captivo fugiente ab hostibus ad suos, sed in genere de captivo fugiente à domino suo. Secundò, quod citat glossam, i quæ sine vlla distinctione definit, seruum in bello iusto captum peccare fugiendo à suo domino. Tertio, quod Sotus non firmè asseuerat distinctionem inter seruum emptum, & bello captum: sed eam sine villo auctore allegato facit per verbum, reor, & paulò post desert iudicium iurisprudencibus, miscendo aliqua, quæ iusta dolabra indigēt. In quibus est, quod cap. si quis seruum, k non probat conclusionem præfate glossæ, in quam ipsam citat. & quod nõ loquitur de seruo fugiente, sed de sollicitante eum ad fugiendum. & quod potest intelligi de emptio, quæ responsio confutatur. Tũ eo quod, si peccatum est sollicitare seruum ad fugiendum, à fortiori peccatum erit seruo fugere: cum plus delinquit regulariter faciens actum, quàm consulens illum. l Tum quod, ex nulla parte illius c. nec cap. præcedentis, quod ei concordat, potest colligi Concilium Gangrense, vnde fuerunt illa excerpta agere de seruo emptio magis, quàm de bello capto. Tum quod nullum iuriconsultorum responsum, m nec vlla Imperatorum constitutio, n nec vllus Cõmentariorum classicus eius nouam distinctionem, quod meminerim, fecit. Tum quod ius gentium publicam tantam, vel maiorem auctoritatem potuit dare dominis super captos in bello, quantam, consensus priuatus: cum auctoritas publica, præsertim omnium gentium maiorem potestatem habeat in personis hominũ, quàm vllus priuatus. o Præsertim, quod causa publica inducendi seruitutem bello captorũ multò iustior fuit, quàm causa priuata, ob quam se quis vendit, quia fuit conseruatio publicæ vitæ innumerosorum bello captorum: & causa seruitutis per emptionem fuit priuata, & paucissimorum. Tum quod Couarruias in locis per opponentem citatis, p nihil de hac distinctione meminit. & expressè q affirmat, peccare seruum fugientem à domino, si fugeret extra limites hostium redeundo ad suos, etiam si sit Christianus ab infidelibus iusto bello captus. Quarrò, quod praxis torius ferè Ecclesiæ Christianæ cogit seruos redire ad dominos suos, nisi sint Christiani, & inueniantur in regnis, quæ de more antiquissimo non serunt, vt, in illis vllus Christianus sit seruus: qualia sunt regna Fancorum, \* & patria communis Roma, quæ donat libertate Christianos seruos sese certo modo sibi subdentes. A quibus tamen, absoluendis sine concepto proposito redeundi ad dominos suos audiui abstinuissè multos eruditos, confessarios.

\* Et patria communis Roma. Alludit ad illud Modestini l. Roma. ff. ad municipalem. Roma communis nostra patria est. Sic autem dicta est, vel quia Romæ quilibet conueniri potest, vel quia qui sunt in orbe Romano ex constitutione Antonini imperatoris ciues Romani effecti sunt, vel quia totius terræ habitatae sũt compendium, in qua omnes pene habitarent nationes sub imperatoribus Romanis, sed nunc magis sub Romanis Pontificibus ex omni natione quæ Christum colit homines in ea habitant.

105 Decimosextò, q qui recipit aliquid gratuitum ab eo, qui donare non poterat, nisi ignorãtia probabilis excuset,

& ad restitutionem tenetur. a Donare autem non possunt Abbates, religiosi, moniales, b serui, & alij, qui non habent aliquid suum propriũ, & filij, qui sunt in potestate patris. c Licet hi cognatis donare bene possint, si liberam administrationem haberent, & etiam alijs, ex suis bonis castrensibus, aut quasi castrensibus. d Possunt etiam illi omnes, cum expressa, vel tacita facultate Superioris donare. Quam habere creduntur, qui cum eorum facultate student, peregrinantur, ad largiendas eleemosynas pauperibus, iuxta id quod alij scholastici suæ cõditionis regulariter faciunt. e Et etiam in casu extremæ necessitatis, & etiam magnæ, si ad Superiorem non pareat confugium, iuxta Panormitanum receptum. f

106 Neque etiam vxor, quæ præter dotem non habet alia bona, quæ Paraphernalia vocantur, donare regulariter potest, sine expresso, aut tacito consensu mariti, nisi quando ipse ad id tenetur, s sub qua limitatione includi possunt octo casus, quibus vxori donare est licitũ, quos post alios h Siluester i scripsit. Neque furiosus, qui non habet certa intervalla, in quibus ad mentem redire solet. k Neque pupillus absque tutoris sui auctoritate. l Neque prodigus, qui habet curatorem \* aut est ei bonis interdictum. m Neque minor 25. annis: quamvis eius donatio valebit, si post illos eam ratam habuerit. n Neque personæ Ecclesiasticæ de rebus Ecclesiasticis, nisi ad pia, vel modis tactis, o neque hæretici, nec rebelles, nec alij similes, quos lex ob sua delicta suis bonis ipso facto priuat. p Quamquam illi, quibus donata ab illis sunt, vsque ad sententiam declaratoriam retinere possunt. q

\* Aut est ei bonis interdictum. Bonis interdictus is dicitur, cui administratio suorum bonorum prohibita est, eo quod neque modum neque inem expensarum faceret.

Decimosẽptimò, qui recipit aliquid notabile pro se sciens non esse illius, à quo accipit per contractum, siue onerosum, siue gratuitum, r cum restituendi obligatione, vt dictum est supra. s

107 Decimo octauo, qui se sanctum, deuotũ, pauperem, infirmum, aut religiosum, cum non esset, simulauit, vt hac simulatione eleemosynam ab eo, qui patefacta sibi veritate non dedisset, obtineret, cum obligatione restituendi, quod datum ei fuit, non illis à quibus accepit: quia iam apud Deum mercedem suam consequuti sunt, sed pauperibus, iuxta Scotum communiter receptum, t & copiosius Adrianum. v Sotus tamen postea, x tenuit, quod huiusmodi hypocrita ad restitutionem non tenetur, nisi eleemosyna magna esset: sed communis videtur verior, quia quod eleemosyna sit magna vel parua non refert, quo ad forum interius, de quo agimus: quia non refert nisi quo ad præsumendum: An erogans habuerit, aut non habuerit animum absolute erogandi, y & præsumptio cessat in foro interiori, vbi sola veritas valet. z Quam tamen communem limitationem, ne procedat, quando simulatio non est causa finalis, sed tantum impulsiva, a qualis videtur esse simulatio, quæ parua eleemosynæ acquiruntur. Et quoties sic quaesitum fuerit restituendum, non est ei, qui dedit restituendum, vt videtur significare Sotus, sed pauperibus, vt ait communis, per quos omnia opera pia intelliguntur, iuxta ea, quæ citauimus supra, b quia causæ finales illius eleemosynæ duæ fuisse videtur: scilicet, amor Dei, & necessitas proximi habiti pro sermo Dei & ideo quamuis hæc secunda cesset, & ita quo ad pauperem simulantem erogatio non valet, quo ad Deum tamen valet: quia cessante vna ex duabus causis finalibus, non cessat dispositio, c & in ipsum Deum dominium transit, eo modo, quo eius, quod diuinæ suæ maiestati donatur, transit, d & ideo impendendum est in ea, quæ ad ipsum Deum specialiter pertinent, sed non necessariò in solas pauperum personas.

Nec obstat, quod quidam damnet hanc meam sententiam, quæ reneo eleemosynam factam simulanti se pauperem, cum non esset, non esse restituendam facienti eam, etiam si esset magna: quia Sotus contrarium tenet. Non, inquam, obstat: quia responderetur primò, me allegato Soto, & perpena eius ratione tenuisse, quod nunc reneo. tum quia ipse fundatur in præsumptione, quæ non habet locum in foro conscientie, de quo loquimur, contra veritatem, quæ in eo responderet. Tum quod datũ principaliter amore Dei,

a Monal. in summa. b c. nu. dicitur. 12. q. 1. c. l. filius famulus. ff. de dona. d d. l. filius cũ gl. & communis. e Ar. l. filius gius. ff. de iudic. gl. dicitur. non dicitur. f l. 2. ff. de iurisd. omni. iudi. g In c. si quis de iur. & gl. d. c. non dicitur. h l. iuxta gl. e. quod Deo pari. 33. q. 5. i In 4. dist. 15. i Verb. eleemosyna. q. 5. k l. l. l. ff. de minor. l. pupillus. ff. de acquir. rerum domi. m l. is cui. ff. de verb. oblig. cum not. per Barto. & alios. n l. si. C. si maior factus. o supra eodem nu. 94. p c. vergentis. de heres. ca. secundum eod. tit. li. 6. l. quisquis. Co. ad leg. l. l. l. maiest. q An. ver do natio. 2. §. 4. Siluestr. eod. q. 1. §. 8. r Alex. 4. p. q. 80. s Eodem ca. nu. 10. t In 4. li. ser. dist. 15. qu. 2. v In 4. de resti. q. 15. x Lib. 9. qu. 7. art. 3. de iust. & iur. y Ar. c. & si quæstion. de simon. z c. sua & c. is. qui de spõs. a Arg. sex. op. rimi. l. 2. §. ff. de donat. b Eod. n. 93. c §. affirmatio. l. iust. de nupt. d Arg. leg. si quis, ad decli. nauum. in l. ita gl. verbo. minni. C. de Episc. & cle. & §. si quis nomine aut de Eccl. titul. colla. 9. & no. per Innoc. in c. cum super. de caus. posse.





licet non acquiratur ei, cui datur: acquiratur tamen Deo, & operibus piis, quæ sunt ipsius, ut antea respondi. Tum quod causa principalis eleemosynæ, quæ legitimè datur, principalior est Deo ipse, quam is, cui ob eius amorem datur. Et quod causa finalis est potius attendenda, quam impulsiva. Et quod cum sunt duæ causæ finales alicuius actus, cessante altera non cessat ille: sed conservatur ab altera, ut probò in contextu. Et quod opinio Soti procedit non solum in eleemosyna magna, sed etiam in parva, quando constat largitorem eius noluisse dare Deo, nec operibus piis aliis, si non esset querenda ei, cui datur per multa, quæ breuitas Enchiridij, & occupationes maximæ non pariuntur scribere.

108 Decimononò, qui mercenario diarium suum statim non soluit, contra illud. *Non morabitur opus mercenarij, apud te vsque ad vesperam, &c.* Vel soluit quidem, sed non in ea re, quam debet, sed alia: puta panno, aut esculento contra eius voluntatem, cum possit solvere in re conuenta: & si in ea non poterit solvere, id in quo soluet æstimandum erit, iuxta pretium commune. Et si mercenarius eo non indigens illud vendit, & non inuenit pretium, quo accepit, ad damnum tenetur, iuxta S. Antoninum <sup>b</sup> & communem. Quod meminisse deberent confessarij, & admonere concionatores in eis terris, in quibus Duces, & alij ministri Regum soluunt stipendia militibus in pannis, quibus illi non indigent, quòsque longè viliori pretio statim vendere coguntur. Ad soluendum tamen diarium temporis, quo seruus ægrotauit, non tenetur herus. <sup>c</sup> Et si mercenarium, vel quemlibet alium famulum, qui suas operas locare consuevit, nullo pretio statuto suscepit, tenetur ei solvere tantum, quanti alium similem conduceret. Et si pretium statuendum est arbitrio heri, taxandum est boni viri arbitrio. <sup>d</sup>

Huic loco congruit quæstio illa iam pridem nobis proposita: An qui donauit sua, aut renunciauit beneficio suo, ut posset iuste cooptari in aliquo collegium, in quod soli pauperes cooptantur, sit habilis ad illud? Ad quod nunquam antea fui ausus respondere, licet sæpe rogatus, præsertim Salmanticæ. Tunc autem adduxi multa pro vtraque parte, quorù summa omnis allegationibus breuitatis gratia, est. Pro parte negatiua vrgere, quod paupertas prædicta videtur culpabilis, procurata, & affectata, quæ non debet prodesse. Pro parte verò affirmatiua, quod is est verè pauper tempore cooptationis, quod solum statuta requirunt: & quod non est factus talis culpa sua, & quod nemo diceret eum inhabilem, si id propter amorem Dei fecisset: & quod studiosè, siue virtuosè, & meritorie, ac satis propter Deum studij bona, qui ea relinquit eo fine, ut adipiscatur locù opportunù studiis, & virtutibus, quo aptius maiore cù auctoritate Deo, Ecclesiæ, & Reipub. inseruiat: quoque muniatur qualitatibus, & opinione necessariis ad consequenda loca, in quibus id præstare valeat. Per quæ tenuimus hanc partem, modò donatio esset irrevocabilis sine villo pacto de retrodonando, & renunciatio beneficij sine villo pacto, & confidentia illicita de retrocedendo: quoniam alioqui cessio esset fraudulenta, & renunciatio ipso iure nulla, per quam non vacaret beneficium, secundum Innocentium. <sup>e</sup>

Vigesimo, qui non vult solvere famulis debitum tacite, aut expressè conuentum cum illis, cum obligatione restituendi per proximè dicta: vel solvere quidè vult pretium conuentum, sed illud est longè minus iusto.

109 Vnde sequitur primò, quod maior pars magistrorum artium mechanicarum: quales sunt sartores, sutores, carpentarij, & cæteri qui accipiunt famulos, quos tyrones vocant, ut eos doceant suas artes, ob idque nullam eis mercedem tribuunt, aut exiguam, & interdum etiam pro victu, quem illis præbent, aliquid accipiunt; & scholastici Salmanticenses, qui accipiunt famulos, ex conuentione expressa, vel tacita, se illis certum tempus ad studendum concessuros, & panem, & duos denarios pro obsonio, & singulis in singulos menses, singula parua calceorum: & postea occupant eos in aliis rebus contra ipsorum voluntatem, adeò, ut non possint discere illas artes, aut studere, peccant cum magna obligatione restituendi damnum, quod illi accipiunt propter tempus discendi, & studendi illis ereptum.

A Et si eos volentes occupant, tenentur illis dare, quantum dedissent aliis, qui absque tempore studendi, & discendi ipsis seruisent.

Sequitur secundò, peccare cum obligatione restitutionis eos, qui accipiunt famulos, conuentione facta, quòd non vacabunt litteris, & illis amplius stipendium nõ tribuunt, quam aliis, quibus facultatè studendi faciunt: quia notabiliter est minus ea mercede, quam eorù obsequia merentur.

Sequitur tertio, quòd nobiles, qui absque conuentione expressa pueros precibus parentum accipiunt, & præbent illis victum, & vestitum: quale gestabant, quando eos acceperunt: & per se, aut alios eos elegantia morum, & artibus honestorum hominum instituunt, quo ad viri fiant, & tandem eos honestè cultos dimittunt, obligationi iustitiæ, qua erga eos tenentur satisfaciunt: quia illis, ex conuentione expressa, aut tacita plus non debetur, nec plus illa ætas, nec illud obsequij genus meretur, nisi intercederet lex, promissio, aut consuetudo particularis ad plura obligans.

110 Sequitur quarto, quòd qui accipiunt æconomos, emptores, à secretis, architrilinos, pueros satellites, à pedibus, & alios similes famulos, cum obligatione: ut sint parati ad illis omnibus diebus, & horis, quibus eis placuerit seruiendum, & non præbent illis victum, nec vestitum, sed certam pecuniam, quæ ipsorum victui non sufficit, tenentur solvere reliquum, quòd ad eorum victum, & vestitum honestum, necessarium fuerit, & præterea honestà aliquam mercedem, pro merito obsequiorum. Dixi, cum obligatione, ut sint parati ad seruiendum illis omnibus diebus, & horis: quia si non accipiunt nisi ut tres, aut quatuor menses illis seruiat, non tenebuntur ad aliud, quàm quòd obsequia illorù mensium merebuntur, nec si eos accipiunt ad aliquas horas diei, quemadmodum aliqui doctores Salmanticenses aliquos accipiunt in comites, qui eos comitentur, euntes ad prælegendum, & inde redeuntes, & diebus festis quando proficiscuntur ad rem factam, aut ab eadem reuertuntur ipsi, aut ipsorum coniuges, non tenebuntur ad soluendum plus, quàm obsequium illarum horarum cum obligatione paratos se præstandi ad seruiendum illis horis meretur.

111 Sequitur quinto, quòd magnates, qui suis famulis dāt certam portionem ad victum & vestitum moderatum non sufficientem, non obligando tamen eos ad continuum obsequium: sed solum, ut habitent, aut resideant certum tempus, vbi resederint ipsi, & compareat coram eis saltem singulo quindecimo quoque die semel, non tenentur ad soluendum plus, quàm illam pecuniam, si illis, plus quàm dictum est non seruiant: quia nec conuentione expressa, nec obsequia facta eos ad amplius obligant. Sed si pluribus, quàm conuentis eorum opera vtantur, tantò plus tenebuntur, quantò plus eos sibi seruiendo occupauerint, & minus temporis ad agenda sua negotia eis reliquerint, quia illorum meritorum iustitia eos ad id obligat per ius naturale, & diuinum, iuxta illud. *Dignus est enim mercenarius mercede sua.* <sup>a</sup>

Vigesimoprimum peccat, qui clam recipit, quòd sibi debet præterdit pro vsuris, dolo, aut alio delicto à se admisso: licet enim sponte data propter delictum regulariter retineri possint: non tamè iuste peti: & minus tamquam debita legalia recipi, per dicta supra. <sup>b</sup>

112 Vigesimosecundò, qui occultè recipit, quòd suum est, vel sibi iuste debetur, cum commodè iure recuperare posset, aut qui ( etsi commodè iure recuperare non possit ) se ob id periculo mortis, aut amissionis alicuius membri, quia iudex propter furtum condemnare posset, obiicit: & qui id facit contra conscientiam sibi dictantem, quòd ita recuperare peccatum est mortale: & qui aduertit, vel aduertere debet, quòd ex tali occulta recuperatione redundaret magnum scandalum, aut damnum ei, qui habebat eam rem, quam sic ille recuperauit penes se depositam: aut pignoratam, aut commodatam, licet ad restitutionem non teneatur. <sup>c</sup> Non est tamen peccatum occultè recipere, quòd sibi verè debetur, quando alias illud recuperari nõ posset propter defectum, iniustitiam, ignorantiam, vel affectum iudicis alteri parti fauentis. Et qui quamuis recuperare possit, non tamen commodè propter rei paruitatem, & magnitudinem sumptus in recuperatione faciendi, aut quia ex tali lite simultates orirentur, aut licitè sine lite recuperare pos-

a Cap. 19. Leuitic.

b 2. p. 110. l. c. 17. §. 8.

c glo. in l. si vno. §. cum quidam. ff. locat.

d Feder. conf. 18. Angel. & Silue. ver. fa milia.

e In c. cum vniuersorum. de verum per missa. & Ro. in antiq. 7. de renun. & probat. extraua. 1. de simo. & extraua. 1. de simo. Pij. 1111. Et melius nota Pij. V. de confidentia. relata infra. c. 23. nu. 110.

a Tne. 10. ca. 1. 13. qu. 2.

b Eod. ca. nu. 41.

c Gab. in 4. d. 15. q. 3.



a Iuxta gloss. sup. in ca. ius gentium l. d.

b Gabr. ubi supra. Sil. in Rosa aurea cap. 37.

c 2. p. si. i. a. 15. §. 1.

d 2. 2. q. 58. §. 100. Et ab alio. in l. ex beneficiis. ff. de iust. & iure. §. l. sed & si §. consuluit. ff. de pe. bare.

e l. nullus. C. de iuda. f In consilio mihi 203. g Per gl. cap. fraternitas 12. q. 2. Et alia. qua in e. ius commento diximus. h Ar. si. sup. in l. Tuo sum dno. ff. de condit. & dem. §. et eorum. que addit ei Felix in ca. cu comungas. de rescript. i Ver. furti. 1. q. 5. k Vbi supra. l c. nullus. ca. nemo. 11. q. 3. ut in c. inter verba. cō clus. 6. 11. q. 3. dicimus. m c. que. ali. quando. ver. non tibi dico. de pœnis. d. 1. n e. 1. de re iud. dicata. o Per dicta ia capis. inter verba. somel. 6. arg. l. si pro curator. ff. de con. dict. in debi. p Arg. l. illud. ad l. Aquil. Et c. 2. de trā. fla. p. rala.

set, non tamen sine amissione gratiæ, & amicitia illius, qui debet, modo in tali recuperatione ex conditiones concurrant.

113 Prima, ne aliquid ex prædictis inconuenientibus sequatur. Secunda, ne plus debito suo accipiat. Tertia, vt restituat damnum corporale, aut spirituale, quod ex eo in aliquem redundaret. <sup>b</sup> Quarta, vt res quam accipit, non sit aliena, nec furto, nec latrocinio ablata, nec inualidè ab eo, qui debet acquisita. Quinta, vt caueat, ne iterum tale debitum sibi soluatur, eo quod debitor recordatus illius debiti, vel pœnitens voluntatis non soluendi illud, ei satisfacere velit. Cauebit autem satis, si quo modo honesto debitori, aut eius hæredibus significet, nihil eos illo nomine vlli debere, secundum S. Antoninum. <sup>c</sup> Sexta, vt illud verè, & de iustitia sit ei debitum multi enim decipiuntur, nostro iudicio, vsurpantes ex bonis suorum dominorum pro suorum obsequiorum satisfactione, quibus quamuis aliqua compensatio remuneratoria debeatur debito gratitudinis, & antidotalis: non tamen debetur de iustitia vera, & legali: <sup>\*</sup> obligatio enim gratitudinis, quam antidotalem appellant, non parit actionem, neque ius petendi, sicut obligatio legalis per notata à S. Thoma, <sup>d</sup>

<sup>\*</sup> Obligatio gratitudinis quam antidotalem appellant. Antidoron vox græca est qua vtitur Vlpianus. l. sed & si. §. consuluit. ff. de petiti. hæredit. quod significat remuneratio seu doni redditio. Obligatio autem antidotalis est quæ ex naturali principio cuius meminit glossa in l. si non sortem. §. libertus. ff. de condit. in deb. vt beneficiari beneficiamus oritur. hæc autem non parit actionem, quoniam licet vocare aliquem in ius simpliciter eo quod beneficium ab alio sibi colatum nõ compenauerit. Petere autem apud iuriconsultos pro simplici interpellatione sumitur. Itaque hæc obligatio non parit ius petendi: quoniam licet etiam priuatim pro beneficio benefactorem interpellare.

114 Ad nouè autem quæsitum hic responderetur affirmatiuè, quod Martinus, qui rem depositam apud Ioannem, clā accipit pro debito, quod Ioannes ei debet, tenetur reddere, vel manifestare ob latam excommunicationem contra id accipientem, vel scientem: quia nullo iure conceditur, vt creditor accipiat in compensationem rem à debitore detentam, si non est sua: & ita est prohibitum per hoc septimum præceptum. Credimus etiam decipi eos, qui putant sibi licere auctoritate propria vlcisci iniurias, quas per iustitiæ ministros non possunt, quamuis glossa <sup>e</sup> (quæ Paulus Castrensis consulendo sequutus fuit, si in impressione antiqua, quod non licuit mihi nunc inuenire,) dixit posse. Et etiam, qui accipiunt aliquid occultè ob pœnam, quæ illis non debetur ante condemnationem. <sup>8</sup>

Notanda tamen sunt sequentia. Primum, quod excommunicatio generalis Episcopi, qua monitione præmissa excommunicaret scientes, & non reuelantes res subtractas alicui nescienti, quis eas subtraxit, non obligaret eum, qui sic recuperauerit: neque etiam id scientes, modo pro comperto haberent, eas pro debito legali fuisse subtractas: seculo tamen si dubitarent, licet recuperans eis dicat, quod ad recuperandum suum tantum, quod iustum erat accepit: nisi tanta fide, & virtute apud eos esset, vt meritò propter eius dictum dubietatem ab animis suis de pellere deberent. <sup>h</sup>

115 Quæ procedunt, etiam si Episcopus iuberet reuelari eos, qui rem illam pro recuperatione rerum suarum acceperint, vt rectè probat Siluester, <sup>i</sup> quidquid Rosella dicat, quod ipsum nobis videtur, quando datur excommunicatio specialis ob illam rem, quidquid dicat Siluester, <sup>k</sup> tum quia quamuis specialis sit quo ad rem, tamen, quo ad personas generalis est. tum quia excommunicatio maior generalis non ligat eum, qui mortaliter non peccat, <sup>l</sup> tum quia nemo se, nec alium innocentem tenetur prodere, præsertim ad damnum, & præiudicium. <sup>m</sup> Tum quia, vt idem Siluester ait, si intentio iudicis est, vt manifestaretur, quamuis acceperit iniustam compensationem, intolerabilem errorem contineret, & ita non valeret. <sup>n</sup> Tum quia clausula huiusmodi poni solita in litteris Apostolicis sub forma significauit, intelligenda est, quando scitur non fuisse acceptum pro iusta compensatione, aut dubitatur. <sup>o</sup> Nec refert, an res sit deposita, vel non, quo ad forum conscientia, quidquid aliqui dicant. <sup>p</sup>

116 Secundo notandum, quod si is, qui bene accepit, iu-

rare cogere, an sciret quis accepisset, posset respondere, se nescire. subintelligendo intra se aliquem, qui malè accepit. <sup>a</sup> Tertio, quod indubium est id, quod dixit doctissimus Medina, <sup>b</sup> scilicet, quod modo supra dicto recuperans contra voluntatem debitoris parati ad soluendum illi peccaret, licet non teneretur restituere per dicta. <sup>c</sup> Quarto, quod licet tertius aliquis non debeat regulariter accipere, etiam occultè, quod est eius, qui restituere tenetur, & non vult, nec commodè compelli potest, vt suo creditori satisfaciat. <sup>d</sup> Vxor tamen potest de bonis mariti, accipere qui debet, & non vult soluere etiam contra eius expressam voluntatè, quia est focia & adiutrix, <sup>e</sup> Et hoc facièdo adiuuat eum ad seruandam animam, modo sine scandalo id faciat, iuxta Gabrielem, <sup>f</sup> & provideat, quò maritus intelligat se illi non debere, recuperata scheda remissionis ab eo cui soluet, aut alio modo, per prædicta. <sup>8</sup>

117 Vigesimo tertio, qui occultè accipit, quod dubitat, an suum sit, ad illius tamen restitutionem non tenetur secundum Medinam, <sup>h</sup> quamdiu probabiliter, an suum sit dubitat, an eius, qui accipit, quo ad proprietatem: certum tamen est, possessionem eius fuisse illius, qui eam antea habebat & sic iniuste illam teneri ab eo, qui accipit, donec restituat, aut certò iuum esse sciat, & sic tenetur ad restituendum. <sup>i</sup>

Vigesimo quarto, qui non soluit legata pia tempore, & modo debitis: <sup>k</sup> ad cuius peccati remissionem non sufficit propositum in posterum soluendi, si tunc soluere sine magno sui detrimento potest per supra dicta. <sup>l</sup> quod locum habet, quamuis talia legata fiant tantum coram duobus testibus: quia iuxta canonica iura valent, <sup>m</sup> nõ obstante contrario statuto, quod tamquam præiudicans libertati Ecclesiæ, non valeret. Immo, qui scriberent illud, & iudicaret secundum illud excommunicati essent. <sup>n</sup>

118 Vigesimo quinto, qui absq; necessitate extrema aliquid ad edendum, aut vestendum accipit, cum restituendi obligatione: quia illa licet excuset à tanto, non tamen à toto, <sup>o</sup> licet cum extrema quisque possit sine aliquo peccato accipere, nõ pro se solum, sed etiam pro alio, qui est in eadem, si de suo non habet, nec aliter ei subuenire potest. <sup>p</sup> Remanet tamè obligatus ad restituendum regulariter exceptis certis casibus, vt dictū est, & quamuis oppositum cõmunis dicat, Quæ procedere potest in re adeo parua, vt probabiliter credi possit, dominum eam gratis concessuram, & etiam in magna, quando extremè egenti constaret eum, à quo accepit non solum eam ipsi mutuarum, sed etiam gratis concessuram, si præsens esset, quando eam accipit. Quæ ratio probabiliter credendi ex rei accepta, & eius domini circumstantiis colligi potest, scilicet, num sit diues, num liberalis, num cognatus, & amicus eius, qui accepit, num elemosynas elargiri solitus, vt rectè prædictus Medina notauit. <sup>r</sup>

119 Inter omnes autè cõuenit, peccare eos, qui extra necessitatem extremam occultè res alterius etiam illi superfluas ad sibi, aut alteri subueniendum accipiunt. <sup>s</sup> Tum quia erogatio superfluum non semper est debita pauperibus, tum quia etiam quando est debita eis per dominos earum est facienda, & ad eos pertinet pauperum, & piorum electio, vt <sup>t</sup> probauimus: & consequenter alius, nec pro se, nec pro alio accipere potest: nisi vt prædictum est, & tradit S. Thomas <sup>v</sup> communiter receptus. Necessitas autem extrema, quæ fit, infra <sup>x</sup> dicitur.

120 Vigesimo sexto, qui aliquid animal domesticum in prædio suo damnum inferens occidit, aut grauiter percutit: quia non est ei ius id faciendi, sed solum expellendi ab eo, & includendi, donec de damno dato dominus eius monitus satisfaciatur, nisi cõsuetudo, priuilegium, vel aliquod statutum contra disponeret. <sup>z</sup>

Vigesimo septimo, qui venatum, aut piscatum, cum iuste non posset, prohibuit cum obligatione restituendi emolumentū, quod verisimiliter impediuit. <sup>a</sup> Et nõ potest iuste prohiberi, nisi concurrentibus quinque. Primum est auctoritas regia iusta, aut cõsensu populi liber à metu, aut præscriptio canonica sine vi, & metu Introducta. Secundū, vt ob occisionè ferarū extra loca prohibita, non puniat eos, qui non procurant dolis eas è prohibito loco extrahi, vt extra illū eas capiant: alias enim punire posset. <sup>b</sup> Tertium,

a Ar. c. humana aurea. 2. q. 1. Et tunc qua in uno Comment. di xi. Et etiam sup. c. 12. n. 8. b In Cod. de rest. qu. 11. c Supra eod. n. 112. d Ar. c. forte. Et c. denique 14. qu. 5. e Genes. 1. f In 4. l. sem. di. 15. qu. 1. g Supra ma. 118. h In Cod. de rest. ful. 60. i Arg. c. fape. de rest. spo. Et leg. 1. ff. de furti. qua habet furtum fieri, quo ad possessionem. k c. quia obligatio. 15. q. 2. l. Eod. ca. 60. Et 68. m c. relatum 1. de testa. n c. graue de sen. ex cõm. Rosel. verb. excommunicatio 1. 18. ex cõm. Et in fra traditur, ca. 27. n. 119. o c. si quis de furti. p ca. sicut hi. 47. d. Et c. dis cipulis. de cõsec. d. 5. q Supra eod. c. nu. 01. r In C. de ref. quat. 3. s c. ferro. Et cap. denique. 14. q. 5. t In Tracta. 10 prædicto. q. 1. mon. 77. v Quolib. 2. art. 12. x c. 2. q. 2. 6. y §. carriū Insti. de l. Aquil. Et c. quæ ius Marini. ff. eod. Et gloss. summo textu in c. si leseria. de iniur. Et dā no dat. z Arg. c. si de cõsuet. c. pri uilegia. 3. dis. Et l. omnes po puli. ff. de ius. Et iur. Et tra dit. Aug. ver. furtum. §. 31. a Ga. in 4. di. 15. q. 5. arg. 2. conclus. 5. cor. 1. l. in la queom. ff. de acqui. rer. do. mi. b Arg. c. ex te nora. de re. c. l. itaque. l. lo. ff. de ius.





a Ar. c. scien-  
ti. de regul.  
iuris. lib. 6.

b Supra eo-  
dem.

c Verb. resti-  
t. 3. q. 2. § 4. &  
ver. venatio.  
jub. fin.

d Arg. c. t. &  
ca. qualiter.  
de pac. & c.  
si vero de in-  
ruiur.  
e ad audien-  
tiam. de boic.  
f cap. si quis  
aut. de pen.  
g. 7. ubi late  
de hoc dixi-  
mus.

h Mod. Co. de  
rest. 4. 12. co-  
lu. 2.  
i Rod. 20. nu.  
33. & sequē.

k Arg. c. scien-  
ti. de reg. in-  
ru. lib. 9.

l Arg. capis.  
122. qu. 4. &  
c. non est obli-  
gatorium. de  
reg. iuris. lib. 6.

m Vbi supra.  
n Recepiam  
c. pascuas.  
12. qu. 2.

o. 23. nu. 52.

vt prohibeat in suis propriis prædiis, quavis, nostro iudicio, sufficit, vt domini aliorum sua sponte in id consentiant.<sup>a</sup>

121 Quartum, vt restituat omne damnum, quod illæ feræ alienis prædiis faciunt, quorum domini in damnum eorum non consentiunt: quamvis in aliorum damnum consentiant. Parum tamen prodest quibuidam magnatibus dicere se ipsos se restituros eiusmodi damna, & numquam restitunt. Quintum, vt caueat prohibens, ne subditi timentes eum: & ministros eius, & fugientes odium, & indignationem, & minas eorum, quia eis sepe opus habent, ea petere non audeant, quæ peterent ab aliis sibi paribus: quia eiusmodi metus. etiam si alioqui non esset omnino iustus, inducit restituendi necessitatem, vt dictum est.<sup>b</sup> Quod etiam Margarita confessorum probat, scilicet, ne venantes in locis prohibitis occidantur, vel mulentur, saltem pro prima vice, quamvis id sancitum sit: quia eiusmodi severitas non est exercenda, nisi in consuetos id facere, & contumaces. Et consuetudo sic puniendi, etiam prima vice, iniusta videtur, quam qui servaret, peccaret mortaliter, quod asserit Silvester.<sup>c</sup>

122 Vigesimo octavo, qui sunt iusti custodes venatus, aut piscatus prohibiti, vt cervorum, cuniculorum, auium, & silvarum cæduarum, aut pascuorum constituti ab iis, quorum sunt illa iura. Custodes, inquam, iurati, aut sola fide adstricti fideliter ea servare, & non servare, nisi scirent eos, quos contrafacientes inuenissent, fecisse id necessitate, quæ eos à peccato excusabat, & non permittunt eis plura, quam talis necessitas exigit. Dixi, Nisi scirent, &c. quia dubitatio non excusaret: in dubio enim tutiora sunt eligenda. <sup>e</sup> Excusarentur etiam, si scirent eos, quos in eiusmodi locis inveniunt, esse consanguineos, aut adeo domini prædictorum iurium amicos, vt probabiliter credant illi eorum venatum placitum. Non tamen sufficit inuentos tales esse, qui si facultatem à domino peterent, obtinerent, sed eam petere nolunt. Ex hoc sequitur, peccare, cum obligatione restituendi damnum custodes, qui dissimulant se videre prædicta loca prohibita ingrediens, quo cadant, venentur, aut piscentur in eis propter aliqua dona, aut quia sunt sui amici, aut consanguinei: quia tenentur præservare à damno dominum, ob iuramentum præstitum, & ob fidem datam, <sup>f</sup> quamvis non tenentur per prædicta, & restituere ea, quæ ob id acciperent.

123 Vigesimo nono peccat custos, qui se abscondit, ne videatur ab iis, qui talia loca prohibita ingredi volunt, vt ingressos intercipiat, aut puniri faciat secundum aliquos: quorum opinio dura nobis videtur, saltim quo ad eos, qui permittunt ingredi, quod semel deprehensi iterum ingredi caueant: nec sinunt eos inferre damnum notabile in locis eiusmodi prohibitis. Tunc per ea, quæ diximus in ca. inter verba. <sup>h</sup> Tum quia oppositum omnes fere custodes faciunt, idque ab omnibus scitur: & ita nemo se deceptum dicere potest, id dixi supra, Custodes, id est constituti ab his, qui iuste prohibent & possident: quia constituti ab iis, qui iniuste, & tyrannice prohibent, ad nil tenentur, licet iurauerint se capturos, aut denunciandos, quos inveniunt, <sup>k</sup> nam in malis promissis rescinde fidem.<sup>l</sup>

124 Notandum tamen est iuste prohiberi venationem certarum ferarum, certis temporibus, scilicet quando pariunt, aut ova faciunt, aut nutriunt, aut tempore nimis, aut ne illis, vel illis instrumentis venatus fiat, aut ne talibus artibus venandi quis utatur: quia eiusmodi prohibitiones in populi utilitatem redudant. Sed qui talium prohibitionum tempore venantur, restituere, quod venati sunt, non tenentur, nisi post iudicis condemnationem secundum Medianam <sup>m</sup> & probatur per glossam.<sup>n</sup>

Nec obstat, quod quidam ait, me dicere hic custodes, qui abscondunt se, vt venatores prohibita transportantes, liberè peccent, & comprehensi mulentur, peccare, & teneri ad restitutionem. Non, inquam, obstat: quia respondetur primò, mirari me, quod vir religiosus, imponat mihi etiam religioso, licet se imperfectiori fallum: cum omnino contrarium asseram, & rationibus muniam, vt patet ex cõ-textu. Secundò, quod tacite insinuat, me opinari peccare omnes, qui venata venantur, & pascua prohibita pascunt, & verita extrahi extrahunt, per illa verba, vt liberè peccent: quod ego nec exprimo, nec insinuo: immo arbitror multos nihil peccare per ea, quæ scripsi infra.<sup>o</sup>

Trigesimo, qui prohibet suis subditis, ne eiciant, aut ne

occidant feras, in suis prædiis damnum inferentes, cum intentione non restituendi integrè damnum, aut postea cum esset notabile, non restituit secundum Gabrielem.<sup>a</sup>

125 Trigesimo primo peccat, qui ad venandum profectus, permittit, vt canes sui noceant alienis auibus domesticis, puta gallinis, anatis, anseribus, & id genus aliis, aut quod sui equi, aut famuli notabile damnum inferant prædiis, aut satis, per quæ transeunt, aut eorum fructibus, & non vult restituere secundum Hostiensem. <sup>b</sup> Omnibus de venatione prædictis, addo id, quod nemo hactenus attigit, & pauci confessarij (meo iudicio) advertunt: videlicet, quod reges, & magnates prohibentes, ne feræ palantes, quæ non sunt inclusa occidantur à dominis prædictorum, quibus nocent, non excusantur à peccato per propositum restituendi damna etiã consequuta restitutione, magis quam excusatur fur, aut raptor per propositum restituendi quod furatus fuerit, aut rapuerit. etiam sequuta restitutione: quia licet per eiusmodi propositum, & restitutionem consequuta excusetur à peccato, quod admitteret non restituendo: non tamen excusatur à peccato, quod admittit danificando, aut capiendo alieno invito domino. Aliud enim peccatum est danificare, furari, vel rapere, & aliud damnum illatum furto subtractum, vel raptum non restituere, & ita excusatus ab hoc, non excusatur ab illo: quia à diuersis non fit illatio. <sup>c</sup> Quare qui per feras, vel animalia domestica nocet prædiis proximi eo invito, peccat mortaliter, etiã si postea cumulatisimè damnum restituat, & consequenter non solum oportet cum pœnitere, & confiteri, quod non sufficienter, vel non debito tempore restituerit damnum illatum: sed etiam quod intulerit illud invito domino, quod concionatores prædicare, & confessarij meminisse deberent.

126 Trigesimo secundo peccat, qui habet columbarium illicitum cum notabili aliorum præiudicio. <sup>d</sup> Dixi, illicitum, quale est, si opportunis temporibus alimentum non præbeat, nec circum illud haberet agros satos, in quibus sufficienter, saltem pro maiori parte columbarum alatur: nec qui tenet illud, est paratus ad restituendum quod dlibet damnum notabile, quod illæ fecerint, quando ei constiterit: nec vnum damnum alio compensatur: puta, quia vicinus eius, cui suæ columbarum nocent, non habet totidem, quæ tantumdem ei noceant, nam concurrentibus aliquot horum tolerari potest, iuxta Paludanum & S. Antoninum & communè non autem quando ex illis damnum notabile proximi nascitur, sicut nascitur ex columbariis aliquorum prædiuitum, qui nec ferunt agros, nec vineas colunt, & habent columbaria columbis conferta, quæ ex satis subditorum, vel vicinorum suorum viuunt, qui contradicere ob metum maioris damni non audent, secundum Ioannem Maiorem. <sup>e</sup> Quamquam (nostro iudicio) regulariter non peccant, qui columbaria habent, vbi non est lex, quæ ibi prohibeat, & est consuetudo, quæ ibi permittat: & populus non queritur, nec damnum notabile apparet, attento quod ad populi victum pertinet, & quæ ferè profunt stercoreando, quam noceant pascendo, & eas reges tolerant, & si non essent columbarum domesticæ, essent palumbes syluaticæ, vt sunt cornices & aliæ aues, quod optime Silvester <sup>h</sup> insinuaui.

127 Trigesimo tertio peccat, qui in suo columbario certa semina spargit, aut aliqua arte usus est, qua columbas ab aliis columbariis ad suum pertraheret, cum oblatione restituendi, si paruitas eum non excusat, secundum Medianam. <sup>i</sup> Quod tamen limitandum videtur, vt procedat tantum in eo, cuius principalis finis est alienas infescare: non autem in eo, qui principaliter intendit suas pascere, & retinere, ne aliò euocentur.<sup>k</sup>

128 Trigesimo quarto peccat, qui sibi accipit, aut includit animalia aliena domestica etiam fugitiua, vt eorum lanam, plumas, aut ova in utilitatem suam couertat, aut eis utatur, secundum Ioannem Maiorem, <sup>l</sup> quia ob fugam non desinunt esse cuius erant. <sup>m</sup> Idem dicendum est de accipiente animalia domum redire solita, vt sunt, sues, apes, pauones, columbarum, cerui, qui abeunt, & redeunt. Et de illo, qui accipit, aut occidit ea, priusquam illam consuetudinem reuertendi amiserint, <sup>n</sup> quam amisisse videntur, cum ad horas & dies consuetas bis redire desinunt, post quæ accepta capiendum sunt.<sup>o</sup>

129 Apes tamen, aut examina antequam in alueariis in-

a In 4. l. sent.  
d. 15. q. 5. a. 2.  
conclus. 5.

b In summa  
de penit. &  
remissi.

c l. Papi-  
nus. ff. de rei-  
noriis. c. ad  
audiendum.  
de deci.

d Ar. c. si bos.  
de iniur. & l.  
si quadrup.  
paup. fac. di.

e In 4. l. sent.  
dist. 15. qu. 2.  
l. 2. par. tit. 2.  
cap. 1.

f In practica.  
in 4. l. sent. d.  
15. qu. 2.

g Verb. resti-  
tutio. 2. q. 4.

h In C. re. q. 3.

k Ar. l. si quis.  
no causam. ff.  
de rebus. cre.  
l. in 4. l. sent.  
d. 15. qu. 5.  
m §. gallina-  
rum Inst. de  
rerum diuis.  
n §. pauoni.  
o §. apium.  
Insti. de reru  
diuis. l. natu-  
ralem. §. 1. &  
2. ff. de adqui-  
rend. rer. do-  
mi.

o Iuxta gloss.  
le. de quibus.  
ff. de leg.



cludantur, & alia aues ex alienis arboribus acceptae sunt accipientis, qui per hoc factum non committit, etiam eas in alieno praedio accipiendo, priusquam ab ingressu eius, aut ab assensu arboris a domino prohibeatur: immo nec si postea, licet tunc iniuriarum teneretur. Prohibitis autem videtur tacite, si praedium est muro, aut sepe cinctum.

De participantibus in damno dato.

- 130 Damnum dari a multis diuisis, vel vniti sub duce, vel sine illo.
- 131 Restitutionem debiti, qui fauore vel consilio impedit.
- 132 Consulens suae scientiae ob hoc non multum confidat.
- 132 Damnum ad aliquod laudando, aut alias animas.
- 133 Ratam habens damnatum suo nomine datum.
- 133 Ratificans suo nomine factum delictum semper punitur: quia fingitur esse persona delinquens.
- 134 Testis nocens alij tacendo verum vt peccat.
- 134 Metus iustus a testificando, & denunciando vt excusat.
- 134 Monitus sub excommunicatione denunciare, vel reuelare quid faciat.
- 135 Monitus reuelare ad plus tenetur, quam monitus denunciare.
- 136 Custos ex officio, vt plus teneatur, quam alius.
- 136 Iudex non cogens restituere reipub. aut priuato.
- 137 Damnum qui dat ministrans aliena hac faciat. num. 138.
- 139 Furatur qui aliquid ab eo, qui illud dedisset, aut multa parua.
- 140 Damnum datum cum impensis, & interesse restituendum.
- 140 Confessarij cur furi non iubent soluere impensas istas.
- 140 Damnum datum qui impedit volenti illud impedire: & qui misit ad terrendum ioco, si per incuriam damnatum datur.

**T**rigesimo quinto peccat, qui cum multis a lunatis sub vno Duce, siue, vt vulgus ait, Caporali, vel sine illo ad furandum, aut damnificandum vadit.

Restituere autem non tenetur, nisi id quod ad eum peruenit, & id cuius talis causa fuit, quod sine ipso illud non fuisset illatum: ita quod si fuit causa rotius, tenetur restituere totum aliis non restituentibus, & si partis partem, secundum posita. Vnde si multi singulatim vineam aliquam ingrediantur, alij aliorum ignari, & vnusquisque suum racemum capiat, etiam quoad vsque nullus in ea relinquatur, nullus eorum mortaliter peccat, nec restituere tenetur, & multo minus tota multitudo: quia nullus eorum damnum notabile facit, nec est causa quod fieret, nec in id consistit.

**T**rigesimo sexto peccat, qui procurat, vt rex, aut magnas, aut iudex suum cuiquam tollat, vel ne cui, quod sibi deberur, restituatur, neue ad id debitor cogatur, quod multi magnates, & familiares eorum, aduocati & procuratores saepe faciunt, qui non solum mortaliter peccant, sed etiam restituere tenentur.

**T**rigesimo septimo, qui male consulit scienter & dolose, immo & si bona fide: sed non adhibitis studio, & diligentia debitis, ad veritatem assequendam. Quare qui consulunt, caueant, ne nimium suae scientiae, vel prudentiae fidant.

**T**rigesimo octauo peccat, qui alicuius acumen, aut fortitudinem laudat, aut ignauiam & demissionem vituperat, quod eum damnatum proximo inferendum moueat, & totum illud damnatum restituere tenetur: quia ad id exhortari videtur.

**T**rigesimo nono peccat, qui audiens aliquem alteri suo nomine nocuisse, illud ratum & gratum habet: quia mandare videtur. Quod solum intelligitur iuxta Angelum, quando qui nocuit, non nocisset, nisi existimans eum, cuius nomine nocuit, illud ratum habiturum. Sed huic moderationi raro (nostro iudicio) locus erit, quia raro, aut nunquam continget aliquem nomine alicuius nocere alteri, nisi existimantem illud gratum illi fore, quamquam si eius nomine factum non fuit, aut gratum illi non fuit, quatenus suo nomine factum est, licet opus in se illi placeat, ad nullam restitutionem tenetur: quamuis peccet.

Nec obstat, quod quidam ait, me dicere hic, teneri ad restitutionem, qui nec tacite, nec expressè iussit occidi hominem, sed pro raro habuit: quia rati habitio equipollent mandato. Cuius contrarium asserit tenendum. Non inquam, obstat: quia responderetur, primo, me non loqui de homicidio in specie, vt ipse imponit: quamuis in genere loquar

de nocente, cuius species est homicidium. Secundo, quod meum dictum est firmum. Tum per illam regulam iuris. Rati habitioem retrotrahit: & malato comparari. Et regulam. Deiecit, qui mandauit, vel ratum habuit. Et palam est mandatum delictum teneri ad restitutionem. Tum quod praefatae regulae non solum habent locum in contractibus, & in iudiciis, sed etiam in maleficiis, & delictis, vt habet grolla recepta per omnes, & saltem illis, quae per alium fieri possunt, immo & in aliis, nisi quo ad effectum fruendi libidine, vt pulchre de iure probat Couarruias. Tum quod rati habitio non solum habet vim augendi peccatum, vt ait is, qui contra nos opponit, sed etiam faciendi incidere quem in poenam, casus est in cap. cum quis, quod determinat, eum qui ratificat percussorem clerici nomine suo factam, incidere in poenam excommunicationis ipso iure. Tum quia facilius & fortius obligatur quis ad restituendum damnatum, quam ad subeundum poenam. Hanc enim non tenetur regulariter subire in foro conscientiae, nec in exteriori antequam condemnetur, restituere autem sic, vt supra dictum est. Tum quod omnis ratificans delictum suo nomine factum, est puniendus poena, licet non semper ordinaria, vt late probat praefatus Couarruias. Tum quod ratificans rem suo nomine acceptam, vel iniustam acceptioem fingitur accepisse propter suam ratificationem: & ita non solum peccat, quia placet peccatum, sed quia fit persona peccantis, & accipientis, secundum totam virtute iuris prudentiam, quod non aduertit praefatus religiosus, qui contra nos opponit. Per quod tollitur eius ratio, & consequenter ille, qui ratificat incendium domus alicuius, nomine suo factum, magis tenetur ad restitutionem domus incensa, quam ad subeundum poenam a iure, vel iudice infligendam.

**Q**uadragesimo peccat, qui testis, a iudice legitime interrogatus, an sciret tale furtum, sciens tacet, & ob illud damnificatus suum non recuperat, & restituere tenetur, si non tacet propter metum alicuius periculi sui status, aut personae, aut bonorum iuxta S. Antoninum & Scotum. Notandum tamen est, quod si episcopus monuerit sub excommunicatione, vt denunciet, qui nouerint illud: is qui metu tacuit, tenetur parere, sed non quoad usque eum iuxta ordinem correctionis Evangelicae moneatur: & inducere debet, vt parti laesa satisfaciatur, & si fur satisfecerit, eum denunciare non debet: nec etiam si non satisfaceret, si illud probare non potest, quia quando praecipitur, vt qui talem tem scit, eam per denunciationem manifestet, intelligitur de eo, qui scit, & probare potest, vt diximus copiosius quae alij. Sed si admonitus satisfacere nollet, & admonitor probare potest, denunciare debet: quia aliis peccaret, & excommunicationem incurreret, & teneretur restituere damnificato de suo, quod ob suum silentium recuperare omisit, nisi ob iustum metum taceat, vt proxime dictum est. Per quae responderetur ad noue quaesitum, scilicet: An vxor, filius, aut cognatus alicuius delinquentis, abscondens aliqua eius bona in aliquo monasterio, aut alio loco, ne a iudicibus sequestrarentur: teneantur ipsi, vel alij eius rei conscij, manifestare illa, propter excommunicationem, aut iuramentum, quibus iubentur id facere. Responderi enim potest, quod non, si omnia abscondita pertineant ad compensandum debitum dotis, vel aliud: alioqui autem sic. Oportet autem cauere, ne iterum peti possit id, ad quod abscondita sufficiunt instar illius, qui clam accipit aliquod de bonis creditoris, in sui debiti compensationem: de quo supra.

**A**duertendum tamen supradicta producere in monito denunciare, & non in monito testificari, vel reuelare: is enim tenetur id facere, praesertim si iudex post semiplenam probationem coram ipso factam, eam suppleendam praecipit, vt qui illud scit ad testificandum veniat, quia illi non praecipitur, vt denunciaret, sed vt testificetur, nisi sit persona a testificando eo casu excusata ob cognationem, vel aliam causam, de quo infra dicetur.

**Q**uadragesimo primo peccat, qui constitutus custos ciuitatis, aut agri non obstat damno notabili, quod fieri videbat, saltem clamando cum obligatione restituendi in solidum, per dicta supra. Quamuis qui ad id ex officio non tenetur, licet peccet malitiose tacendo: restituere tamen non tenetur, per dicta ibidem: immo nec

a l. naturalis §. pannonum. & §. cernos. ff. de acquir. rer. dom.

b l. i. ff. de familiae fur. fecif. di. l. i. a vul. neronius ff. ad leg. Aquil. c. Supr. n. 17.

d e. rati habitioem de re. iur. lib. 6. c. Verb. furti. §. 20.

f e. cum quis. de sent. excō. lib. 9. c. di. e. rati habitioem di. ca. ratum. de rego. iuris lib. 6.

a Lib. 6. b Hoc iure. §. c ff. cod. d Vt dictum est supra eo. l. nu. 14.

e In d. c. rati. habitioem. f Vt Dynus recepit a iudice reg. rati. habitioem. g In cle. 1. 3. par. §. 1. nu. 5. de homie. h De sen. excō. lib. 6.

i Vbi supra.

k c. 1. de crim. fal. l. 2. p. r. 1. ca. 19. §. 7. c. ar. c. qui quis. 11. quae 3. m lo 4. disti. 15. quae 2. o Verb. restitutio. 2. qu. 6.

o In rap. c. inter verba. 11. qu. 3. cond. 6.

p Item de Annan in ca. qui cum fure de furt.

q Name. 113.

r Iuxta ca. ad nostram. 2. cum si admo. per Pano. c. alios de iura. s Iuxta ca. §. de inuolunt. t Angel. verb. denuntiatio. §. 3. v. c. 25. n. 48. c. sequentib. x Eodem mo. 122.

peccaret,



peccaret, si absque malitia per negligentiam, aut modestiam non se ingerendi negotiis alienis, id facere omittit. Sed si ex officio, aut dignitate tenetur impedire, & administrare iustitiam: quia est princeps, aut iudex, peccat, & restituere tenetur, iuxta mentem S. Thomae a & supradictum est, b adiunctis etiam iis, quae S. Antoninus & Angelus dicunt, & nostri scribunt. c

Quadragesimosecundo peccat, qui iudex non facit parti damnum restitui, cum posset, siue sit Reipubl. siue personae particularis, cum obligatione restituendi, iuxta Scotum communiter receptum. d

137 Quadragesimotertio peccat, qui curator, procurator, & alienorum negotiorum gestor, administrator bonorum alienorum, & filius, qui res sui patris tractat, qui nomine sui principalis, & ob eius utilitatem alicui damnum notabile infert, & ad restitutionem in solidum tenetur, si principales non restituant, & ex eorum bonis restituere potest, si adhuc eorum administrationem retinet, & prudenter faciet restituendo, ita ut ab ipso postea domini reposcere non possint. Et si iam dictam administrationem non habet, & est adeo inops, ut satisfacere non possit, debet dicere principalibus, si ignorant, quod satisfaciunt. Et si illi restituere noluerint, tenetur restituere, si potest: occulte tamen poterit accipere de eorum bonis tantundem, quod satisfaciatur, observatis conditionibus servandis ab iis, qui occulte sua debita recuperant: quae posita fuerunt supra. e

138 Quadragesimoquarto peccat, qui occulte aliquid accipit ab eo, cui non displicet acceptio sibi nota: sed occulta sic. is licet peccet venialiter, non tamen mortaliter, quia eius acceptio, aut retentio non est contra voluntatem domini, sed modus solum accipiendi, quod ad peccandum mortaliter non sufficit, ut definierunt bene Adrianus, f & Caietanus. g Id quod saepe filij ob verecundiam parentum faciunt. Servi etiam & famuli accipientes a suis dominis panem & fructus, quibus vescantur, credentes dominum illa concessurum esse, si ab illo peterent, aut si illic invenirentur, quamvis nollet, ut se incio acciperent.

139 Dixi, *Quibus vescantur*. nam qui caperent ad donandum, vel vendendum alteri, ut solent aliqui panem coctum, vinum, aut triticum, aut alia similia mortaliter peccarent, & tenerentur restituere: quia non solum modus, sed ipsum factum invito domino fit. Qui tamen minutatim vno die quid exiguum, puta quadrantem seu quattrinum, & aliis multis diebus singulis tantundem caperent, nulla vice peccarent, nisi venialiter, etiam si totaliter accepta ad notabilem quantitatem crescerent: modo iam inde a principio, vel postea non habuissent animu[m] furandi notabilem quantitatem per illa parva furta: siue tamen cum hoc animo, siue sine illo perveniatur ad quantitatem notabilem, restituenda videtur illa. Quod fit, ut inveniuntur furta solum venialia, quae obligent ad restitutionem sub poena peccati mortalis. Quae limito procedere in eo, qui continuo tempore, sine magnis intervallis illam notabilem quantitatem constaret: non enim dicerem teneri ad restituendum sub poena peccati mortalis illos famulos, qui aliquot diebus vnius mensis aliquot eiusmodi furta facerent, & post alium vel duos menses totidem, & post aliorum alios totidem &c. ita quod in fine triu[m] vel quatuor annoru[m] conflarent summam etiam duplo maiorem, quam sit illa, quae semel accepta peccatu[m], & restituendi necessitate induceret sub poena peccati mortalis, etiam postquam pervenerint ad notabilem quantitatem, si numquam percipiendo illa parva intendunt pervenire ad illa, ratione illa firma, quod ceteris paribus magis peccat, qui capit, quam qui retinet, h & quod qui capit illa parva sine intentione perveniendi ad quantitatem notabilem non peccat plusquam venialiter. Ergo nec retinendo illa.

140 Ad dubium autem a quodam hic nobis propositum, scilicet: An fur teneatur restituere impensas, quas furtum passus fecit in quaerenda re sibi furto subtracta? Respondeo, quod sic eas, quas vir prudens & bonus facere debuisset: quia earum causa fuit: & non solum fur, sed etiam quilibet alius malefactor tenetur, ad interessu[m] damni, etiam extrinsecum. i Roganti autem cur confessarij non obligant eos ad illud restituendum? responderi potest, quia forte non est confessum eis tale damnum consequutum, aut probabiliter credunt damnum passos contentos fore restituito

A principali: quod sufficeret, ut censetur restitutum. a  
Quadragesimoquinto peccat, qui impedit aliquem euntem ad impediendum damnum, quod tertius inferre volebat quarto, & ad restitutionem tenetur, licet aliter non iuvaret tertium: quia impediendo opitulaturum, indigne videtur iuvare nociturum, ut recte innuit Medina. b Peccaret etiam cum obligatione restituendi, qui aliquos amicos, aut famulos mitteret in sibus districtis ad recrefaciendum, aut ad alium iocum, aut ludum, si ex eo danum sequeretur, nisi adhibeat diligentiam debitam: ne damnum notabile fieret. c

De peccatis patrum circa bona filiorum.

- B 141 Peculium filiorum quadruplex. & seqq.
- 142 Clericis quibus quaesita, sint quasi castrensia.
- 143 Pater an solus filius succedat.
- 144 Donatio facta a patre qua valet. & num. 145. & seq.
- 144 Filius serviens patri quale mixtum peculium habeat.
- 147 Donatio a patre filio facta quatenus revocanda.
- 148 Filius qui plus alius patri servit, quid plus habet.
- 149 Donatio coniugis facta coniugi qua valet.
- 150 Legatum a patre relictum filio, cui dds debetur, ut compensatur.
- 151 Patris heredes quod damnum datum filio restituent.
- 152 Filia renunciatio cum enormi laesione, ut valet.

C 141 **Q**UADRAGESIMO SEXTO peccat mortaliter, qui pater tractat, aut dat bona filiorum suorum aliquo modo indebito infra scripto, d cum obligatione restituendi. e  
Pro quorum intellectu, octo praesuppono.

Primum, quod quatuor bonorum genera, \* aut peculiorum filij viventibus parentibus habere possunt, scilicet castrensia, quasi castrensia, adventitia, & profectitia.

\* *Aut peculiorum filij*. Peculium duntaxat est eorum qui in aliena sunt potestate, unde patet familias habere non potest quemadmodum nec servus bona. Est autem peculium quod filius servusve permisso patris aut domini separatim a rationibus paternis domesticisque habet, deducto inde si quid patri Dominove debetur, quasi pusillum patrimonium, vel pusilla pecunia. Eius hic quatuor species a Navarro numerantur. Sed a glossa in rub. ff. de peculio enumerantur octo, quibus etiam a Navarro in l. lib. de Regul. num. 4. additur nomen nempe monasticum, ex cap. monachi. de statu monach.

Secundum, quod castrense est, quod filius in bello acquirit. f & haec bona solius filij sunt, tam quo ad usum fructum, quam dominium, & in eis pater nihil habet, secundum omnes. g

142 Tertium, quasi castrense est, quod filius familias acquirit per officiu[m] aliquod publicum, puta Medici, Aduocati, Scribae, aut Magistri in aliqua septem artium liberalium, aut quouis alio publico, propter quod stipendium accipit, per beneficium Regis, vel Reginae, h & quod clerici suo officio clericali, aut suis beneficiis curam animarum habentibus, aut non habentibus, cum administratione, aut sine ea acquirunt: quoniam etiam quaelibet alia bona clericorum, saltem quae acquirunt post clericatum, iure communi sunt quasi castrensia. i In quibus nil plus habet iuris pater, quam in castrensiibus, k quod an de consuetudine servetur infra dicitur.

143 Quartum, quod peculium adventitium est peculium filij familias non castrense, nec quasi castrense, aliunde quam a patre, & ex bonis eius, & ob gratiam illius principaliter habitum: qualia sunt bona illi haereditario iure a matre, aut a suis cognatis, aut amicis, & suo labore, industria, aut fauente fortuna parva, per notata. l In his bonis aut peculis proprietas est filij, & usus fructus patris, quamdiu vivit regulariter, m nisi cum qui donavit, aut reliquit filio, vetuit, ne patri quaereretur usufructus, n & cum in bonis fratris sui cum patre succedit, secundum ius commune, o Dixi, *iure communi*: nam secundum leges Regni Castellae solus pater filio succedit, p & etiam secundum leges Lusitaniae, q quamvis fratres habeat, nec ad diuidendum inter reliquos fratres tenetur, secundum omnes. r

\* *Cum in bonis fratris sui*. Sic emendavimus ex authentica quae sic habet: Item haereditas fratris sororisve, ad quam vna cum patre admittitur non ut antea & cum in bonis filij sui cum fratre succedit. Definitioni autem peculij profectitij quae subiungitur illud atextendum videtur, & concedi ita solet a patre filio, ut is in eius potestate adhuc sit p administradoru[m] bonoru[m] exerceat industria, & negotiandi.

a 2.2. qu. 62.  
a 1.7.  
b Eodem nu.  
18.  
c In c. quant.  
ta. de sent. ex  
com. & nos in  
ca. inter ver-  
ba si. qua. 3.  
concl. 6. di-  
ximus.  
d In 4. li. sen.  
dist. 15. qu. 2.

e Eodem ca.  
nu. 13.

f In 4. de res.  
g In summa  
ver. furtum.

h ca. saepe. de  
restit. spol.

i l. qui tabu-  
las. & l. si cui  
s. ff. de fur.  
& gl. recepta  
in l. ver. ca.  
sibus. & ver.  
consequenter.  
C. de sen. qua  
pro eo, quod  
int. prof.

a Arg. l. i. ff.  
qui fatid. co.

b In C. de re  
sit. fol. 39.

c Ar. ca. pres  
biterum. &  
& ca. lator.  
& ca. contine  
batur. de ho-  
micid.

d Nume. 151.  
e de qua ibi.

f l. castren. ff. de  
castrensi pe-  
cu. cum ei ad-  
notat. & in  
rub. C. eo.

g l. si. C. de i-  
noffi test. l. 1.  
& si. ad Mace-  
do. Bar. in l. si  
forte. ff. de ca-  
stren. pecu. in  
tracl. de duo.  
fratrib.

h l. cum mul-  
ta. C. de bonis  
qua libe.

i Auth. pres-  
byteros. C. de  
episc. & cleri.  
secundu[m] Ho-  
stien. Pan. &  
commu. in ca.  
quia nos. de  
testa. & c. co-  
stit. de resti-  
tu. in integ.

k l. non solu[m].  
C. de bo. qua  
libe.

l Vbi supra.  
m d. l. non so-  
lum. & l. cu  
oportet. C. de  
bonis. qua lib.

n Authen. ex  
cipitur. eod. ti.  
& in casu au-  
th. id. eo. tit.

o Auth. i. e.  
C. eod.

p Per li. o. &  
7. Tauri.

q Tit. 75. libr.  
4. ordinat.

r l. fin. Co. de  
colla. & l. cu  
antiquis. Co.  
de inoffic. te-  
stamen.



144 Peculium verò profectitium est peculium filij familias habitum à patre, aut eius causa, aut de eius bonis, nec ad bellum, nec ad officia publica pertinens: & in his tam proprietatis, quam vsus fructus est patris. Nobis tamen videtur esse aliquod mixtum, partim aduentitium, partim profectitium: scilicet, quòd filius suo labore, & industria ex bonis paternis, aut in eisdem acquirit, quiddam dicat Siluester: nam quamuis rectè dicat, quod quiddam filius ex illis bonis acquirit, aut patri acquirit, aut furatur: quod tamen filius ob suum laborem & industriam promeretur, eius est, & tantò plus, quam ceteri fratres, debet habere de bonis, paternis, quantò plus quam illi in eis quærendis laborauit, aut certè tantum quantum mercedis solui debet alij extraneo, qui tantundem laboraret, aut potius dimidium eorum, quæ de bonis, & pecunia etiam clandestinè accepta per suam industriam lucratur, per singularem doctrinam Bartholi, <sup>a</sup> quam plurimorum auctoritate fulcit Decius, <sup>b</sup> quod intelligendum est, cõcurrentibus duobus. Alterum est, quòd filius patrem sustentare non teneatur: quia habet vnde alatur. <sup>c</sup> Alterum, quòd expressè protestetur se eo animo seruire, vt pater, ob suam operam, & laborem deret tantum, quantum alteri extraneo dare deberet, si ipse ei seruiret. Meritum etiam filij prædictum attendi potest ad effectum, quòd pater donare, aut relinquere poterit tantum plus ei, quam eius fratribus, quantum alicui extraneo, ob similia merita dare deberet: ita quòd id non computetur in sua legitima, iuxta mentem Bartholi. <sup>d</sup> Et quamquam hæc duo dicta colligantur ex eo, quòd statim <sup>e</sup> dicitur: visum tamen est hic declarare: quia res est quotidiana, & parum ab alijs resoluta.

145 Quintum, donationem à patre factam filio, qui est sub ipsius potestate, non valere, nec ab illo factam patri: quia pro vna, & eadem persona reputantur: <sup>f</sup> nisi primò facta à patre in dotem, aut matrimonium, <sup>g</sup> Secundo, mobilium facta pro bello. <sup>h</sup> Tertio, vsusfructus, quem in bonis filij aduentitijs habet pater. <sup>i</sup> Quarto facta pro meritis, & seruitijs in tantum, quantum pater dare alicui extraneo ob similia merita teneretur, iuxta Bartholum communiter receptum. <sup>k</sup> Et in foro conscientie sufficit ea esse vera. <sup>l</sup> Sed in foro exteriori probari debent, nec sufficit patrem dicere ea vera esse, iuxta eundem, <sup>m</sup> quia fides non habetur dicenti de se alium benemeritum esse, quando id requiritur ad hoc, vt iure aliquid facere possit: qualis est hæc donatio, iuxta eundem, & communem.

146 Et cum dubitatur, an pater filio donet ob merita, vel ob meram liberalitatem, præsumendum est dare ob merita, si antecesserunt, & alias ob liberalitatem iuxta glossam cõmuniter receptam. <sup>n</sup> Quinto, facta in omnibus casibus, in quibus donatio à marito facta vxori suæ, aut ab vxore facta marito valet, qui referuntur infra, <sup>o</sup> quia iuxta doctrinam Azonem in summa, <sup>p</sup> donatio inter maritum & vxorem, & donatio inter patrem, & filium communiter æquiparantur. Notandum tamen est, quòd donatio patris, & matris facta filio, quæ non est remuneratoria, quamlibet valeat, aut eorum morte confirmetur, quia in vita non reuocantur, si tamen excedat quantitatem, de qua patres liberè disponere possunt, iuxta varias leges diuersorum regnorum, quas statim citabimus, & legitimæ reliquorum filiorum præiudicat, reuocanda est, quantum opus fuerit ad præiudicium eorum excusandum. <sup>q</sup>

148 Sextum, quòd si vnus filius patri suo seruit, & alij non, quamuis pater pro remuneratione eius meritorum dare possit, quanti illa merita valent, & quatum extraneo alicui dedisset: si tamen non dat, nec filius in vita cum patre conuenit, vt sua merita remunerarentur, saltem vt extraneo, nec protestatur se ab eo, aut eo mortuo, ab eius hæredibus petiturum, à suis fratribus hæredibus remunerationem aliquam ratione suorum meritorum poscere non potest, quia amore filiali facere censetur. <sup>r</sup>

149 Septimum, quòd donatio à marito facta vxori, aut ab vxore marito post contractum matrimonium de præfenti, aut ante matrimonium pro tempore, quo contractum iam fuerit, non valet: & donator antequam moriatur cum liberit, reuocare potest, <sup>s</sup> quamuis fiat per tertiam personam, & per modum remissionis debiti, <sup>t</sup> excepto quando Imperator, aut Rex donat Imperatrici, aut Regina, aut

illa illi. <sup>a</sup> Et quando donatur pecunia pro restaurandis rebus igne absumptis. <sup>b</sup> Et quando donator pauperior ob talem donationem non efficitur, quamuis recipiens ditior fiat. Et quando recipiens non fit ditior, quamuis donator pauperior fiat. Et quado donatur pro tempore, in quo matrimonium perficeretur, scilicet, vt res fiat mariti, aut vxoris, quando alter eorū morietur. <sup>c</sup> Et quando donatio fit mortis causa, vt donatarius post mortem donatoris id habeat, <sup>d</sup> modo se in vita reuocandi facultate non priuet. <sup>e</sup> Et quando vxor marito donat ad aliquem honorem, aut dignitatem consequendam. <sup>f</sup> Et quando maritus extante matrimonio, vxori omnem dotem promissam, aut aliquam eius partem remittit, <sup>g</sup> remissio tamen alterius debiti non valet. Et quando maritus vxori suæ in mensum, aut annum, aut quamdiu superstes fuerit, pro victu suo, & suorum certum quid pro æstimatione fructuum dotis, & non amplius deputat, vt tenet glossa. <sup>h</sup>

150 Octauum, quòd pater, qui legatum aliquod filia, cui debebat dotem, relinquit, videtur relinquere in solutionem, aut in partem solutionis illius, <sup>i</sup> quia est debitum, quod lege debetur.

Quadragesimo septimo infertur peccare mortifere patrem, accipiendo sibi, vel alteri aliquid notabile à suo filio familias ex bonis castrensisibus aut quasi castrensisibus, aut fructibus eorum cum obligatione restituendi. <sup>k</sup>

151 Quadragesimo octauo peccat pater accipiendo sibi, vel alteri aliquid notabile, quo ad proprietatem de bonis aduentitijs sui filij familias: vel administrando ea ita malè, vt notabiliter lædatur, siue vsusfructum habeat, siue non, quo casu alij fratres hæredes post obitū patris dānum illud, cum bona inter se diuiserint, refarcire tenebuntur. Sed si pater vsusfructum eiusmodi bonorum habebat, & nō damnificauit proprietatē, sed solū fructus illorum, nec pater, nec fratres ob illud ad aliquam restitutionem tenentur. <sup>l</sup>

152 Quadragesimo nono peccat pater, qui inducit per metum saltem reuertentem, aut dolum, & fraudem suum filium, vel filiam, vt suæ legitimæ, vel patrimonio renunciet cum iuramento se contentam fore dote minore legitima, cum obligatione restituendi. <sup>m</sup> Dixi, per metū aut fraudem: quia si sponte id faceret, teneretur ad seruandum iuramentum, etiam si enormiter, vel etiam enormissimè læderetur in foro conscientie: quamuis non in exteriori, quia ex tali damno dolus, aut fraus præsumitur, secundum Petrum de Ancharano, <sup>n</sup> & latè Decius, <sup>o</sup> quæ tamen præsumptio in foro conscientie cessat. <sup>p</sup> Qua distinctione contrarie opiniones relata per Decium, <sup>q</sup> cõponi possent

De peccatis mariti, & vxoris contra septimum præceptum.

- 153 Maritus vt peccat accipiendo ex bonis vxoris suæ paraphernis.
- 153 Vxor vt peccat capiens ex bonis mariti, etiam ad pia: nisi octo casibus. num. 154.
- 153 Paraphernalia bona qua sunt.
- 153 Eleemosynam octo casibus vxor largiri potest, & seq.
- 155 Dos tota vxori reddenda, licet ornatus eius fuerit nimis.
- 155 Maritus cur non nocet in paraphernis, vt in lucris.
- 155 Vxor etiam valde dotata non potest donare 40. scuta.
- 155 Maritus sine vxore quid potest, vbi omnia bona cõmunicantur.

155 **Q**UINQUAGESIMO peccat mortaliter maritus, qui sibi, aut alteri accipit aliquid notabile ex bonis, quæ præter dotem vxor habet, quæ græco vocabulo parapherna appellat lex vlt. <sup>r</sup> nam alienum contra ius vsurpat. <sup>s</sup> Bona parapherna sunt, quæ vxor sibi reseruat præter dotem, quam marito pro oneribus matrimonij dedit. <sup>t</sup>

\* Bona parapherna sunt. Copiosiorum paraphernorum definitionem Gregor. lib. 9. syntag. cap. 17. num. 7. bona mulieris aliunde sibi quam ex dote aduenientia & quæ in dotem data non fuerunt. Galli vocant peculiū vel bona peculiaria vt tradit Vlpianus. Græca vox est à prepositione *παρ*. i. præter & *φύρα*, quod est dos, quasi præter dotē.

Quinquagesimo primo, quæ vxor sibi, aut alteri accipit ex bonis mariti aliquid notabile contra eius voluntatem pro cognatis, ludis, pigmentis, & id genus alijs, cum obligatione restituendi, <sup>u</sup> quia, nec eleemosynam ex bonis

<sup>a</sup> C. eod. l. penult. <sup>b</sup> ff. eo. l. quid si vir.

<sup>c</sup> l. sed interim ff. eod. <sup>d</sup> Vt in dict. l. sed interim. <sup>e</sup> Secundum glo. in d. l. sed interim.

<sup>f</sup> l. quod adipsceda ff. eq. <sup>g</sup> Glo. in C. ubi Cyn. <sup>h</sup> Bal. in l. si cõstante de dõ: ante nuptias in l. ex animo. ff. de donat. inter virum, & vxor. per illū tenet i cap. qui abstulerit. 12. qu. 2. <sup>k</sup> Arg. c. qui abstulerit. 12. qu. 2.

<sup>l</sup> Ang. verbo. peculium. §. 24. Sylu. eod. verb. q. 15. <sup>m</sup> Ar. à contrario ea quæ uis ubi Dominie. & alij de pact. li. 6. <sup>n</sup> Con. 38. & in reg. accessorum. de reg. iur. lib. 6. <sup>o</sup> Consi. 180. p. iuxta not. in c. is. qui. & c. tua de spõs. q. 1. d. cõ. 180. & 182.

<sup>r</sup> C. de pact. conuen. <sup>s</sup> l. si ergo. §. dotis ff. de iur. dot.

<sup>t</sup> S. Tho. 2. 2. q. 62. art. 1.

<sup>a</sup> In l. 1. §. nec castrense. ff. de col. bon. <sup>b</sup> In l. illud. Cod. de colla. nu. 10. <sup>c</sup> l. si quis à liberis. §. idem. ff. de lib. agnos. & l. Nennius ff. de nego. gestis & l. alimena. C. eod. cum eis. adnot. per glo. & doctores. <sup>d</sup> In l. 1. §. castrensis. ff. de cast. pecu. & l. si donatio. C. de colla. <sup>e</sup> In eod. cap. nu. seq. & n. se. & n. 148. <sup>f</sup> l. fin. Co. de impub. <sup>g</sup> l. Poponius. ff. fam. ercif. <sup>h</sup> ff. de colla. bono. Cod. de co. dot. per totum. <sup>i</sup> C. fam. ercif. l. 4. <sup>j</sup> Vt in l. cum oportet. & l. non solum. §. sin autem. C. de bon. qua. li. be. <sup>k</sup> l. 2. §. castren. ff. de castren. pec. & l. si donatio. C. de colla. & l. frater à fratre. ff. de condi. in deb. <sup>l</sup> Arg. not. in ca. tua. & is. qui de spons. in l. si forte. ff. de castren. pecu. <sup>m</sup> In d. l. si donat. C. de colla. <sup>n</sup> Num. 150. <sup>o</sup> De donat. q. l. 1. C. de inof. don. <sup>p</sup> Arg. l. Nennius. ff. de neg. gest. l. 1. <sup>q</sup> l. alimena. C. eod. <sup>r</sup> l. 1. ff. de donat. inter virum & vxor. <sup>s</sup> l. si sponsus ff. eod.

mariti,



a Capi. pasc. 26. dist.

b 2. par. tit. 1. c. 19 §. 1. n. c. per suas. 3. de sumo. c. 1. Rogu. 25.

d Arg. c. nihil de prescrip.

c Pala. in 4. li. ser. d. 15. q. 3. ar. 6. col. 2.

f Invenim. dem ubi sup.

g l. fecit. ff. de operis liber. h Vbi sup. i In leg. C. de ff. de alim. & cibis. leg. k Ca. non sa. vi. §. d. c. l. si praes. C. de ser. & aqu.

l Angel. ver. furum.

m l. doca ancil lam. C. de rei ven. & l. in rebus. Co. de iure dot. & c. per vestras. de don. inter vir. & vxor.

n In rubr. de do. inter vir. & vxor.

o Arg. c. ve. mient. l. cum similib. de te. Rib. p Eod. num. 140.

mariti, aut communibus absque eius licentia dare potest, nisi primò extremè egenti: cauendo tamen, ne ob id maritus egeat extremè. <sup>a</sup> Secundo, vbi còsuetudo regionis haberet, quod vxores eleemosynā panis, aut vini largiantur, ibi enim credere potest, id placitum marito, quāuis expressè id prohibeat: quia verisimile est id maritum facere ne eleemosynas extra modum consuetum tribuat. Si autem crederet eum verè nolle, vt etiam consuetā, & moderatam faciat, debet se ab ea faciēda abstinere, iuxta S. Antoninū. <sup>b</sup> 154 Tertiò, cum facit ad euitandum aliquod damnum mariti temporarium, vt Abigail. <sup>c</sup> fecit. Et eadem ratione, immo fortiori, si eam facit ad ipsius dānum spirituale euitandum, vt cum maritus est malignus, & illa moderatè largitur, vt Deus eum illuminet, & ad penitentiā conuertat, modo sine eius scandalo faciat. <sup>d</sup> Quartò, si maritus est amens. Quintò, si maritus est absens: quia tunc administratio domus ad eam spectat, nisi per illum, aut superiorem aliter statuatur. <sup>e</sup> Sed quia nec eius dicta, nec ratio iure firmo nituntur, verius est eam in his duobus casibus nō posse dare ad summum plus, quam eius maritus mentis compos, & praesens largiri solebat. Sextò, cum maritus pro eius victu certum quid illi deputat, & ex eo parcius viuendo reliquat aliqua in pauperes eroganda. <sup>f</sup> Septimò, si habet bona paraphernalia, de quibus ad voluntatem vxor statuere potest: nisi vbi consuetudo & statuta prouinciae aliter decernerent. Octauò, si dedit marito dotem ad sustentandum sufficientem, & nihilominus nouit aliam artem texendi, aut suendi, aut acu pingēdi, vendendi, emendi, aut aliam similem: qua non deserendo debitam domus administrationem lucratur. Quo possent conciliari opiniones contrariae glossarū & Theologorum, S. Thomae, Richardi & Paludani. <sup>h</sup> Si quidem ex ita lucrifacis liberè impendere potest, vt sentit Bartholus, <sup>i</sup> modo (vt sanctè dixit Astensis) sua familia eo non indigeat: quia de praepcepto caritatis primum domesticis subueniendum est, <sup>k</sup> & modò lucra non sint communia inter maritum, & vxorem, & administratio sit marito referuata, vt communiter sunt in omnibus Hispaniae Regnis.

Adnotandum tamen, quòd si maritus est prodigus, vel decoctor, potest licitè vxor accipere clam aliqua, vt necessitatis tempore domui suae prouideat, ad eò quod marito, etiam id imperanti, non tenetur omnia, quae habet, illi tradere. <sup>l</sup>

155 Ad nouè autem hic quaesitum, respondimus affirmatiuè, quòd etiam in foro conscientiae potest vxor totam dotem reperere mortuo marito, esto, quòd ille multa superflua impendisset in eam alendo, & ornando: quia iura cum onete seruandi eam vxori faciunt eum dominum eius, <sup>m</sup> & alia quae tunc attulimus.

Ad alterum hic nouè quaesitum, respondimus, quòd maritus tenetur restituere vxori, non solum dotem integram, sed etiam ea, quae bene vel malè impendit de eius bonis paraphernalibus: non tamen quae de lucris communibus: quoniam illa sola, quae tempore diuortij inueniuntur lucrifacis censentur lucra, reliqua enim licet pro dimidio lucriferent vxori: lucrifacit tamen reuocabiliter, ita quòd maritus, ad quem spectabat libera illorum administratio, potuit bene vel male administrando, illa, sibi & vxori reuocare, vt tradit Ioannes Lupus. <sup>n</sup>

At tertium nouè quaesitum respondimus, quòd vxor etiam si maximam dotem dederit marito, non potest absque eius licentia dare de illa 40. aureos, etiam ei, qui eam lactauit. Nec obstant citata in contrarium de pupillo, quem aiunt non teneti ad restituendum ea, quae de suis bonis clam tutore impendit, nec deponentem, qui de rebus à se depositis clam depositario idem facit, quia vterque horum tenetur ad imputandum illud sibi in redditione rationum, quòd effectū est restituere. <sup>o</sup> Nec refert, an minutatim iteratis vicibus, an vna eos dederit, cum à principio 40. dare stauerit, per dicta supra. <sup>p</sup>

Ad alia quatuor nouè hic quaesita, sic in summa respondimus. Primò, quòd etiam in Portugallia, vbi ipso iure omnia bona mariti & vxoris communicantur, donatio mariti de mobilibus, etiam sine vxoris consensu valet: quoniam apud maritum est tota administratio bonorum, & potest solus regulariter alienare mobilia, licet non immo-

bilis. <sup>a</sup> Secundo, quòd tenetur tamè computare illa in partem suam, immò & facere, quòd vxori suae id innotescat, vt in partitione tantundem plus sibi cedat, per praedicta. Tertiò, quòd donatarius, qui credit maritum non manifestaturum id vxori, nec in sua parte clam illa donatum computaturum, tenetur eam eius rei admonere. Quartò, quòd idem est dicendum de marito, qui in terris, vbi lucra fiunt communia, donat aliqua clam vxore sua, quia licet impensa eius prouida, vel prodiga diminuat lucra: non tamen id facit donatio, quae illi non permittitur sicut illa.

De peccatis filiorum circa bona paterna.

- 156 Filius qui de bonis paternis, patre nolente, aliquid accipit, vel eo volente, vel donante vltra legitimam, num. seq.
- 157 Filius fructus fructibus, vel pecunia patris, clam fratribus, & seq.
- 158 Legitima filiorum in variis regnis, variam.
- 159 Filius studiorum impensam à patre factam an, & c.
- 160 Filij legitimam non minuit ornatus sibi à patre datus.
- 160 Filius quae alimenta studij computat in legitimam.
- 161 Filius donatum patris intuitu nolens conferre, nec fratris impensas studij soluere, nec perdit a ludo, vel per nam delicti non computat in legitimam, & seq.
- 161 Filij lucra de patris pecunia facta, & seq.
- 165 Vxor quorum iocalium domina, & quorum vsuaria, & seq.



QUINQUAGESIMO SECVNDO peccat filius, qui aliquid notabile ex bonis patris contra eius voluntatem accipit: quia filius nullum ius in bonis patris viuētis habet, praeter quàm quòd debet ali ex eis, si ex suis non potest. <sup>b</sup> Et ita quòd ex eis acceperit, patri, aut saltem eius haeredibus, singulis pro rata restituere debet: nisi pater viuens illud ei condonarit, iuxta S. Antoninum, <sup>c</sup> etiam si bona, ex quibus id accipit forent sua aduentitia, aut profectitia, per supradicta. <sup>d</sup>

157 Et etiam si accipiat ad eleemosynam dandam non egenti extremè, immò & si ad dandum egenti extremè, si eius necessitati mutuado subuenire potuisset per supradicta. <sup>e</sup> Potest etiā licitè accipere, quādo probabiliter conuicit patrem suū eo contentū fore: vt cum de eius licentia peregrinatur, aut in peregrinis gymnasiis versatur, tūc enim probabiliter credere potest, raras habiturum patrem eleemosynas illas, quas instar sui similitum facit. <sup>f</sup> Potest etiam cum bona ipsius aduentitia ad eum spectant, etiam quoad vsum fructum, cuiusmodi sunt in casibus relatis supra. <sup>g</sup>

158 Quinquagesimo tertio, qui fili⁹ accipit sibi, vel alteri ex bonis patris datis sibi in peculium profectitium, vel ex fructibus eorum, vel ex fructibus aduentitiorum pertinentibus ad patrem: immo vel ex ipsis bonis cum prauidicio vsufructus patris cōtra eius voluntatem: vel cum eius voluntate plus, quàm pater donare potest, eo quòd excederet suam legitimam, & quantitatem, quam pater cuilibet extraneo relinquere potest. Quòd interdum iure cōmuni sunt duae tertiae partes, & interdum dimidia, <sup>h</sup> & iuxta leges Regnorum Lusitaniae tertia, <sup>i</sup> & Regnorum Castellae quinta, <sup>k</sup> & etiam tertia ad donandum ea, quibus filius vult: & si mortuo patre illud plus non vult in diuisionem conferre cum suis fratribus, mortaliter peccat, cum obligatione restituendi per supra dicta iura. Idem est, si vltra legitimam per donationem patris inuadit aliquid accipit.

Quinquagesimo quarto, qui filius accipit fructus ex aliquibus bonis sui patris viuētis de consensu eius: & post mortem eius non vult in diuisionem cum ceteris fratribus illos conferre: nisi pater permittat, & consentiat eos accipi ab eo animo remunerandi eius merita, intra tamen quantitatem, quam ei donare potest, <sup>l</sup> quòd ipsum etiam est dicendum de pecunia, quam in peculium profectitium à patre accipit, secundum mentem Barthol. <sup>m</sup> Idem quoque dicendum de eo, quòd pater nomine filij emerat, cum id labore, atque industria sua filius promeritus esset. <sup>n</sup>

159 Quinquagesimo quinto peccat, qui filius non vult conferre ea, quae pater ipsi emit, sed viuens non tradidit, quamuis sint libri, arma, aut alia, quae si traderentur viuente patre, bona castrensia, aut quasi castrensia fierent, quo ad proprietatem, & vsum fructum: quia omnino partis remanent, & sic inter fratres diuidenda sunt: licet tempore, quo talia pater emit, filius iam esset doctor, aut miles: nam

a l. x. tit. 6. l. 4. ad ff. & c. 8. l. 4. ord. Lu. sitania.

b l. si quis à li. beris. §. idem ff. de lib. agn. c. 2. par. tit. 1. ca. 15. §. 1. d Eod. ca. num. 153.

c Eodem ca. num. 90.

f Ar. l. si len. g. ff. de iudic. cum ei ad nos. g Eod. c. m. 145.

h Aushen. de vrien. & sem. coll. 3. & aut. nouissima. C. de inof. test. §. 1.

i Lib. 4. ordi. tit. 70. k l. 7. & 8. ad iuncta leg. 15. Tauri.

l Bari. in tra. de duob. fratrib. n. 1. & 2. m Vbi supra. n l. filij. ff. de herc.



a l. i. C. de ca  
str. pecu. Bar.  
in dicto tra-  
ctatu. nu. 10.

b In leg. illud  
Co. de collat.  
ab omnibus  
receptam.

c Arg. l. secu-  
dum naturam  
ff. de reg. iur.  
ca. qui sentis  
eo. tit. li. 6.

d Iuxta le-  
ges 17. & 18.  
Tauri.

e Vbi sup. ar.  
l. i. C. de dot.  
promiss.

f In l. si cum  
dotem. §. si  
pater ff. solu-  
matrim. & in  
§. sciendum.

g Eod. c. nu.  
144. & sequ.  
& nu. 148.  
& 158. facit.

h Bar. in di-  
cto tract. nu.  
23.

i In leg. illud  
C. de colla.  
k Num. 158.

l In eo c. nu.  
144.

m Leg. sed si  
quid. ff. de u-  
sufuct. Bar.  
ubi supra nu.

n Argumen-  
leg. i. ff. de iu-  
re deliberat.  
& capis. de of.  
dele.

o Leg. sed In-  
lianus. §. pe-  
nultimam.  
ff. ad Maced.

p Bar. in di-  
cto tracta-  
num. 16. &  
Bald. in ad-  
dit. eiusdem.

q Iux. Bar.  
& Bald. u-  
bi supra. nu.  
17.

r Bar. ubi su-  
num. 22.

s Iux. Bar. re-  
cep. d. nu. 22.  
s. l. illud. Co.  
de colla. & co-  
munem super  
ea scribentiu.

t Arg. l. liber  
capit. C. de  
cap. Bar. in d.  
tract. nu. 31.

u l. j. §. fin. ff.  
de mune. &  
honor. Bar.  
ubi supra. nu.

v 30. facit l. ex  
parte. §. filius  
cum gl. ff. de  
fam. herisc.

quò illa fierent bona castrensia, aut quasi castrensia, necesse est, ut in vita patris ea tradatur. Et idem dicendum est de libris, quos pater emit, & tradidit filio, qui versabatur in literarum studiis, si doctor effectus, aut iam emancipatus non erat: quia non fuerunt facta bona quasi castrensia. Verum est tamen non teneri accipere illa, secundum æstimationem, qua empta fuerunt, si nunc minoris æstimentur, iuxta glossam, nec etiam pluris, si eorum æstimatio creuit, iuxta Raphaëlem, cuius contrarium tenet Ludouicus Romanus quod verius nobis videtur. c

160 Ad nouè hic, quæ situm respondimus, quòd filius non tenetur conferre illa, quæ cum eo præ cæteris pater impendit in vestitu, cibo, & equitatu, quia id non est donatio, saltem talis, quæ in legitima computari debeat: nisi cum pater donauit ei aliquam summam, ut de eo pro libito disponeret, & ipse suo arbitrio in prædictis impendit, quia confert eam, ut alias donationes. d

Adde, quòd si pater filij nulla bona habebat, & aluit eum in studiis literarum, non tenetur in parte suæ legitimæ computare alimenta, quæ ibi accepit. Sed sic, si pater penes se peculium castrense, aut quasi castrense filij habebat: quia præsumitur, eum aluisse tamquam administrator bonorum eius, iuxta Bartholum. e Quamquam in relictis creditori per vltimam voluntatem distinguitur, an debitum esset necessario, aut voluntate contractum, iuxta communem. f

161 Quinquagesimosexto peccat, qui filius, id quod de patris pecunia lucratus est, eo mortuo non vult conferre, cum obligatione restituendi, præter partem lucri, quam suo labore & industria meruit, ut quilibet extraneus meruisset præcedente protestatione expressa, vel tacita, per prædicta, & quia eam conferre non tenetur per prædicta: quæ pars regulariter est dimidium eius, quod lucrificat, h quem plurimorum auctoritate fulcit Decius, i ut diximus supra. k

162 Idem de filio, qui viuentis patre datum, aut relictum aliquid ab aliquo extraneo solius patris, & non sui contemplatione, mortuo patre non vult conferre: quia illud est peculium profectitium, per supra dicta, l secus tamen esset, si ei datu, aut relictum, ipsiusmet contemplatione fuit, aut tempore, quo iam emancipatus erat. m Quod si non constat vtrius contemplatione fuerit datum, id coniiciendum est, ex qualitate personarum, & modo relinquendi, & alijs similibus, iuxta boni viri arbitrium. n Idem de filio, qui non vult pro sua parte soluere debita honesta, quæ suus frater in literarum studiis viuente patre, qui eum ad ea miserat, contraxit, cum obligatione restituendi, o quamuis conferre in impensas studij, in quo perseverare intendit, non teneatur. p

163 Idem dicendum de filio, qui non vult computare in suam legitimam mortuo patre sumptus, quos ille in sua bona aduentitia, necessarios fecit: aut qui in eorum perpetuum emolumentum redundabant, cum pater eos animo recuperandi fecisset, cum obligatione restituendi. Secus tamen esset, si eos animo non repetendi fecit, quod si non constat, parui præsumuntur facti sine animo repetendi: cum eo verò, si sunt adeo magni, ut fructuum æstimationem excedant. q Illud constat, quòd si sumptus non erant ad eadem bona necessarii, nec in perpetuum vtilitatem eorum, sed solum in fructuum, quos pater in vita percipiebat, redundantiam, filius mortuo patre illos in legitima sua computare non tenetur, quia omnia onera, & sumptus in fructuum vtilitatem redundantes ad patrem, qui vsum fructum habet, pertinent. r

164 Idem dicendum de filio, qui mortuo patre non vult computare in sua legitima bona patris, quæ insumpsit in ludos, & vsus malos, & vanos, in quos frequenter filij scholastici pecunias à patre, ad emendum libros acceptas insumunt, cum obligatione restituendi, secundum mentem glossæ. s Idem de filio committente aliquod delictum, ob quod pater pœnam soluit compellente ad id statuto regionis: sed tamen esset, si pater sponte nullo cogente ad id statuto ex pietate illam soluit. t Idem etiam de filio, qui in sua legitima computare non vult sumptus, quos pater animo in ea computandi in eius nuptiis fecit: secus tamen si absque tali animo id fecit, quod in dubio præsumitur. v

A 166 Quinquagesimoseptimò, qui gener vestes pretiosas, & ad festa celebranda, & alia ornamenta, ut margaritas, annulos, lapides pretiosos data suæ vxori à focero, etiamnum extantia, mortuo focero in vxoris legitima computare non vult, cum obligatione restituendi, si aliud in vltima voluntate non declarauit. a Non enim potest dici eorum donatio morte foceri confirmata, cum non constet, nec præsumatur donatio, sed concessio vsus eorum, b sed necessaria in vsum quotidianum non tenetur computare, nec pretiosa eo pretio, quo cõstituerunt: sed quo valent tempore collationis, neque in hoc h opes, aut dignitas personarum adeo sunt magnæ, ut illarum donatio præsumatur. c Nec vestes lugubres, quia vxoris sunt. d Idem de genero, qui donata vxori suæ à consanguineis eius sibi retinet: quia, quod consanguinei mariti ipsi offerunt, pertinet ad eum, & ad vxorem, quod consanguinei vxoris, eidem dant. e

De peccatis falsariorum.

- 167 Falsarius, qui nummos in substantia falsauit, cui restituet.
- 167 Qui circumcidit, aut attenuat nummos.
- 168 Qui scripturam, pondera, mensuras, aut sigillum. 169.
- 169 Falsarij Bullarum, qui excommunicati.
- 169 Reliquis, vel miraculis falsis, vel veris in malum finem vtens.
- 169 Quæstus turpis reliquiarum quis est.

C 167 **V**INQVAGESIMO OCTAVO peccat, qui nummos in substantia, pondere, aut forma falsificauit, aut falsis sciens tales esse vsus est, iuxta mentem omnium, f cum obligatione restituendi damnum, quod



contingit, quando falsitas sit circa substantiam, scilicet substituendo, aut permiscendo vnum metallum pro altero, s aut circa pondus minorem pro maiori cudendo, h non autem ita contingit damnum, cum solum falsificat formam cudendo sine potestate id faciendi, aut imprimendo characterem, & formam alienam, absque consensu eius, cuius erat, i quia primis duobus modis proximum damnificauit, & non tertio: restitutio autem fiet damnum passo, si scitur: sin autem pauperibus. k Neque excusatur, quòd talem ab alio accepit, quia eius error alteri nocere non debet. Si tamen ignorabat falsam esse, durante ignorantia excusatur: sed postea ea excussa damnificato satisfacere tenetur, & saltem si ipse fuit in culpa accipiendo falsam pro vera. Et non cui dedit, si ipse pro vera impenderit, & damnum erat notabile: alias non, per supradicta. l

D 168 Quinquagesimonondò peccat, qui auctoritate priuata, forficibus, aut alijs instrumentis circumcidit, aut aquis acribus attenuat nummos, cum obligatione restituendi. m Dixi, Priuata: quia secus est si hoc fecit publica eius, qui eos cudi iussit, ut iusto maiores ad æqualitatem pretij aliorum redigerentur. Dixi, Publica: quia priuata non liceret reducere ad illam æqualitatem: immo qui id faceret, teneretur restituere id, quod corradere ei, qui cudi iussit, aut monetario, qui eos cudit, si illud plus perit ipsi monetario, & non iubenti cudere.

E 169 Sexagesimò peccat, qui aliquam scripturam in damnum alterius falsat, aut ea sciens falsam esse vtitur, aut malitiosè abscondit, aut pecuniam dedit, aut rogauit scribam, ut sibi testamentum, aut aliam quamlibet scripturam falsam faceret, n cum obligatione restituendi omne damnum, quod inde sequetur. Et si sunt literæ Papæ, est excommunicatus excommunicatione Papæ reseruata, o licet solam vnam literam, aut vnum apicem, qui non mutaret illarum sententiam demeret, iuxta communem. p Quod non credimus esse verum, saltem quo ad forum conscientie, ut post Ioannem Gersonem tradidimus alibi, q & trademus infra. r Ut etiam non incurrit, qui hoc fecit in literis, quæ iam non valent, quæque iam euauerunt, secundum Richardum. s

F Sexagesimoprimò, qui falsat pondera, stateras, mensuras, aut illis falsis scienter vtitur, cum obligatione restituendi. t Idem de illo, qui falsat subscriptionem, vel inscriptionem, aut sigillum prælati, aut aliorum quorumlibet, cum obligatione restituendi damnum, si quod sequatur, secundum S. Antoninum. v

Sexagesimosecundò peccat, qui vtitur falsis reliquiis,

a d. l. ex parte  
cu glo. Bal.  
in addit. Bar.  
in di. tractat.  
de duobus fra-  
tribus.

b Ar. l. id vlti-  
mum.

c ff. de pecul. &  
leg. mortis. in  
si ff. de dona.  
inter virum.

d & vxor. &  
Bar. ubi su-  
pra. nu. 22.

e l. filius. ff. de  
dona. Angel.  
verb. peculii  
§. 24. Syl. eo-  
dem verb. q.  
12.

f Per gl. in l.  
ex re domini.  
ff. de stipu. ser-  
uo & Ange.  
ver. peculii.  
§. 12.

g Bar. l. sed si  
plures. §. in ar-  
rogato. ff. de  
vulg. & pu-  
pil.

h In c. quan-  
to de iureiur.  
g. l. Paul. ff.  
de solu.

i l. i. ff. de cõ-  
trahen. emp.  
il. sine nomi-  
ne & l. qui no-  
mine. ff. ad l.  
Corn. de fals.

k Arg. c. cum  
tua de vsur.  
& dictorum  
supra eodem  
nu. 92. & 93.

l Eod. c. nu. 3.

m Iux. glo. ve-  
cept. in d. ca.  
quanto.

n Toto tit. ff.  
& C. ad leg.  
Corn. de fals.

o Iuxta c. ad  
falsariorum.  
de crimine  
falsi.

p In ca. dura.  
de crimi. fal-  
si.

q In c. ad au-  
dientiam. 1.  
de reser.

r Cap. 27. nu.  
62.

s In 4. l. sent.  
d. 18. ar. 12. q.  
3.

t Ca. 1. de eps  
& vendit.

v 2. p. tit. 2. c.  
18. §. 7.



aut veris causa turpis quaestus, vel ebrietatum, & commesationum mortalium, aut miraculis, & reliquiis novis ab episcopo non approbatis. Turpis autem quaestus dicitur, qui quaeritur ex venditione, locatione, traditione, vel ostensione reliquiarum, & aliorum factorum, cum pacto, vel fine principali ob id aliquid recipiendi: non tamen, qui minus principaliter intenditur, ut cum sit principaliter ob honorem & reverentiam eorum, sicut ut plurimum fieri solet, per ea quae late tradidimus alibi. b

De peccatis circa inventa.

- 170 Inveniens aurum ut peccat si non restituit, aut non quaerit.
- 170 Bona qua nullus, & qua derelicta. num. 176.
- 171 Pauper pauperi restituendum, an possit sibi restituere.
- 172 Thesaurus quid, & inventus cuius sit, & num. 173.
- 174 Dominium directum, & vile definiuntur.
- 175 Thesauri restitutio etiam ante sententiam faciendae.
- 175 Thesaurus non est omnia pecunia abscondita.
- 175 Thesaurum praedij empti non reddit emptor etiam sciens.
- 176 Inveniens aliquid vi summis in suum fundum tractum.
- 176 Animal laqueo captum inventum cuius sit.



EXAGESIMOTERTIO peccat, qui aliquid notabile alienum invenit, & sibi retinet, vel quam cito, & commodè potest non reddit perenti, si eum cognoscit, aut si non fecit, quae oportet, ut eum noscat, iuxta Scorum receptum. c Diximus, Notabile: quia minus eo non inducit mortale, per supradicta. d Dixi, Alienum: quia non est peccatum etiam veniale accipere sibi, quod nullius est, cuiusmodi sunt aues, & serae, & lapides pretiosi littoris maris, quae invenientium & capientium sunt, e qualia sunt etiam, quae aliquando fuerunt aliquorum: sed desierunt esse illorum, quorum fuerunt, nec sunt effecta aliorum, ut thesauri, de quibus plura statim. Quales item, quae a suis dominis pro derelictis habentur. f \* Pro derelicta autem quis habere suam rem perditam praesumitur ex coniecturis, de quibus est, quod tacet, & non quaerit per se, vel per alium, in quod allegatur Federicus Senensis: g sed ipse ibi aliquid ultra, mea sententia requirit, quod infra, h ponitur. Aut iacit librum apertum in mare, vel fluvium, i quamvis id faciat tempore tempestatis. Non tamen idem esset, si iacit eum clausum, saltem illo tempore, k & minus id quod vi fluminis fertur. l

171 Quod si per debitam inquisitionem non apparet, quis perdidit, vel cuius est, pauperibus restituendum est. m Et si inuētor est pauper, potest sibi totam, aut partem illius retinere tamquam vnus ex eis, saltem ex consilio confessarii, per ea, quae diximus alibi. n Caueat tamen, ne à sua ipsius cupiditate falsus debitam inquisitionem omittat, & pauperiorem, quam sit, se sibi persuadeat. o

\* Pro derelicta autem. De his quae pro derelictis habentur est titulus in iure, & laepe eorum iura meminerunt. Pro derelictis autem habentur illa quae dominus ea mente abiicit, ut in numero rerum suarum esse nolit, quaeque omnimodo à se reicit, & ita deserit, ut eorum dominium ad se pertinere nolit.

172 Sexagesimoquarto peccat, qui casu thesaurum aliquem occultum in loco alieno invenit, & dimidium domino non reddit, aut si data opera absque facultate domini effodiens invenit, & totum non reddit, saltem sui laboris mercede deducta, iuxta mentem glossae. p Pro cuius declaratione diximus, quod thesaurus est pecunia sub terram, vel alibi abscondita vetustiore tempore, cuius dominus ignoratur, & de cuius occultatione nulla est memoria, q qui secundum ius commune totus est eius, qui invenit illum in eo, quod plene suum est, quo ad dominium directum & vile; & si casu invenit in alieno, dimidium est eius, & dimidium domini loci, vbi est inventus. Sed si data opera inveniat in alieno, distinguendum videtur, an de consensu domini loci fuerit quaestus, an sine illo, & priore casu totus cedet inventori: posteriore verò totus domino loci, ut probat praedicta l. i. & rectè resoluit Silvester. r

173 Ex quo sequitur primo, quod creditor, qui thesaurum in domo, quam pignori habet invenit, & maritus, qui invenit in terra dotali vxoris, diuidere debet eum cum debitore, aut cum vxore: & etiam, qui in agro, aut domo ad

A modicum tempus conductis: imino, & ad longum, nempe ad vitam, aut vitas, aut in emphyteusim perpetuam, vel ad decem annos, qui etiam longum tempus constituunt, ut mox dicitur: quia nullus horum est integer dominus, a & sic dimidium directo domino dare debet. Et è contrario, si inventor habet dominium directum dimidium dare debet habenti vile, ut colligitur ex Bartholo. b

174 \* Dominium autem directum tantum dicitur habere is, qui proprietatem rei sine usufructu habet, ut qui in emphyteusim perpetuam, aut ad vitam dedit, aut decem annos locavit. Dominium verò vile tantum dicitur habere, qui sine proprietate habet ius fruendi re perpetuo, vel pro sua vita, aut plus, aut saltem pro decem annis iuxta glossam. c

\* Dominium autem directum. Dominium dicitur facultas qua possumus in aliqua re quippiam, sicut potestas in seruatorum persona dicitur dominium. Hoc autem dominium in solidum apud plures esse iura non sinunt. l. i. non certo. §. si ut duobus. ff. commodari cum tamen accidit, ut in rem aliquam ius quoddam semiplexum habeat, quia videlicet proprietatem rei sine usufructu ad eum pertineat. is dicitur habere directum dominium à recentioribus quia ei competit actio in rem directa: cum verò quis rei usufructum possidet sine proprietate, dominium vile habere dicitur, quia ei actio in rem utilis competit.

175 Sequitur secundo, eum, qui thesaurum in loco publico, aut sacro, siue religioso invenit, partiri debere cum fisco, aut ciuitate, aut praelato Ecclesiae, cuius est ille locus, vbi est inventus. Dixi supra, secundum ius commune: quoniam vbi alia sunt de hoc leges, aut de aliis rebus inuentis, illae seruandae sunt: sed non est expectanda sententia iudicis, ut rectè monuit Caictanus, d quia (licet ille non dicat) haec restitutio non fit in poenam, cuius soluendae obligatio exigit sententiam. e

Sequitur tertio, quod aliquam pecuniam dispersam per agrum, aut in sacculo retro aliquem parietem, aut in aliquo eius foramine inueniens, restituere tenetur, quia non est thesaurus, per supradicta, & tradit Baldus. f Idem est de illo, qui aliquam pecuniam metu belli occultatam, aut quò melius seruaretur, repositam invenit, quia proprie non est thesaurus, de quo loquimur. Quare nullum ius sibi acquirit, qui eam invenit, immo tenetur restituere illi, qui abscondit, aut eius haeredibus s aut pauperibus: quod si non facit, mortiferè peccat, h si ex coniecturis apparet, non multum temporis fluxisse, ex quo postea fuit. Qui verò emir aliquod praedium, siue urbanum, siue rusticum, in quo postea thesaurum invenit, nil tenetur restituere venditori, i quamvis sciens in eis thesaurum esse, emerit ab eo, qui id ignorabat, iuxta S. Thomam. k quidquid Angelus dicit.

Sexagesimoquarto peccat, qui thesaurum arte magica, aut aliis diuinationibus, & modis illicitis quaerit, quamvis id efficiat in suo, & quod invenit, sit sacri. l Videtur tamen, eum retinere posse illum, quousque condemnerur, quia poena est. m

E 176 Sexagesimoquinto, qui trabem, aut aliquid aliud fluminis vi delatum invenit, & sibi accipit, nisi esset tale, ut iure praesumeretur pro derelicto esse habitum, n & si in suo id inueniens, dominum requireret, ut illud inde auferret, aut pro derelicto haberet, aut peteret à iudice, ut constitueret ei terminum, intra quem illud faciat, & dominus nil horum curet, satis praesumi potest, eum id pro derelicto habere, quo sibi retinendo non peccet. o

Auis autem, & fera in laqueo etiam alieno inventa, accipientis sit, p nisi vbi contraria consuetudo ei, qui laqueum parauit adiudicet. q

De peccatis circa contractus, & primo circa depositum.

- 177 Fraus species doli.
- 177 Culpa quid, & quotuplex. 178.
- 177 Dolus quid, & quotuplex.
- 177 Fallacia species doli.
- 178 Casus fortuitus quid, & idem vni casus, alteri non.
- 179 De quo nemo nisi in tribus casibus tenetur.
- 179 Contractus magis obligat eum cuius gratia sit.
- 180 Contractus per quosdam transit dominium, & per quosdam non.
- 181 Deponens mutabile cum facultate vtendi, & c.
- 181 Depositarius ut peccat non reddendo, vel vtendo.

a Ca. 2. de re li. & l. nemo. Co. de sacros. eccl. & clariss. Concili. Trid. sess. 23. de inuocatio. & cap. b In repet. c. inuoc. verba. 11. q. 3. conel. 5. & in Enchiridio de Ora. c. 6. nu. 15. & seq. & super in Commen. c. 13. m. m. s. 23. q. 3. nu. 9. & 30. cum seq.

c In 4. l. sent. dist. 15. d In c. 11. nu. 4. & specialius supra eo. c. 1. nu. 3. e §. item lapilli. Insti. de ver. dis.

f l. falsus. §. si factus. ff. de fur. & l. inter dum. ff. de ac. qui. pos. §. §. Insti. de verum diuis. g In c. 107. h Nu. 176. i Gloss. 2. d. §. si iustum.

k Qui loquitur de ff. ad leg. Rhod. de iac. l. Arg. l. nauis. C. de fur. capi. excōica rōmū de rap. so.

m Ar. c. cum tna & ei ad noi. de usur. n In Ench. de Orat. c. 7. nu. 54. & supra eodem c. nu. 93. & in Tra. de reditib. q. 3. mon. 25. n. 3.

o Arg. c. qua tuor. 4. q. 3. l. 1. de iur. in 4. l. sen. di. 15. q. 8.

p Dist. cap. si quid. 14. q. 5. q. l. magis. §. thesaurus. ff. de acquir. rer. dom. & molius in §. thesaurus. Insti. de ver. diuis. & me. tus in l. 1. C. de thesau. li. 10. i In auer. Pals. cas. 19.

a l. 2. ff. si ager vici. vel emphyt.

b In l. si u. §. fin. ff. de acquir. rer. dom. & in l. in cau. §. ff. de proc. & §. thesau. vos. Insti. de ver. diuis. c Clem. 1. de reb. Eccl. non ali. & allata. per Decium conf. 204. & alios alibi.

d 2. 2. q. 66. art. 3. e In x. gl. illarum sing. ca. fraternitas. 12. q. 2.

f In rub. de verum diuis.

g l. auctore. ff. de rei vendi. h Ve sent. gl. dist. §. thesau. rus. Insti. de verum diuis. i Dist. l. 2. tu. 10. vbi sup. k 2. 2. q. 66. art. 5.

l l. unica. Co. de thesau. li. 10.

m Arg. gloss. sing. c. frater. nias. 12. q. 2. n Arg. l. qui leuata. ff. ad l. Rhod. de iac. Gab. in 4. li. sent. d. 15. q. 7. sub h.

o Argu. d. le. qui lenanda cum ei adno. pl. in laqueo. ff. de acquir. rerum domi. §. illud quasi tum. Insti. de verum diuis. q. 10. n. Ma. ior in 4. l. sen. dist. 15. q. 10.



181 Depositarius se offerens non ad plus tenetur: nisi &c.  
181 Depositarius ne de dolo teneatur pactum non valet.

**A** D cognoscendum peccata, quae circa de-  
posita, commodata, mutuata, pignolata, &  
locata committuntur praesupponim<sup>9</sup> pri-  
mum, quod plurimum interest, an quid  
dolo, an culpa, an casu pereat, vel peius  
fiat, & culpa lata leui, vel leuissima, ideoque definiendum  
esse, quid sit unum quodque illorum. Definiuntur autem à  
Panormitano a post Bartholum, b & S. Thomam. c

Secundo, quod mente omnium praedictorum dici po-  
test breuiter quod culpa generaliter sumpta, est voluntaria  
inordinatio actus, vt loquitur S. Thomas, aut deuiatio à bono,  
vt Bartolus, & quia inordinatio, siue deuiatio voluntaria,  
aliquando fit studiosè, siue de industria, & aliquando in-  
consideratè, ideo culpa diuiditur in dolum, & culpa misim-  
plicem. Dolus autem est, machinatio, seu circumuentio, ad de-  
cipiendum, seu fallendum alium adhibita. d Dolus autem est du-  
plex. Alter qui fit verbis, & vocatur fallacia. Alter qui fa-  
ctis tantum, & vocatur fraus, vt ait S. Thomas. e Iterum do-  
lus diuiditur in verum, & praesumptum, vt aiunt Bartholus  
& Panormitanus: nam licet dolus non possit probari, nisi  
per confessionem partis, vel coniecturas, quo ad forum ex-  
terius, f tamen quado signa sunt manifesta, dicimus dolum  
verum: quado secus, dicimus dolum praesumptum. Verbi  
gratia, librum commodatum reliquisti noctu in platea à  
furibus frequentata, & est perditus, diceris apud homines,  
vero dolo, eo sine vt perderetur, ibi posuisse: si autem eun-  
dem librum reliquisti in platea interdiu, diceris dolo praes-  
umpto reliquisse apud eosdem, licet fieri possit, vt neu-  
tro casu coram Deo dolo feceris, vel quod in posteriore  
casu dolo feceris, & non in priore. Et dolum verum ap-  
pellauit Bartholus latissimam culpam: dolum praesump-  
tum latiore culpam.

178 Ex quibus inferitur primò frequentissimè fieri, quòd  
qui verè coram Deo non est in dolo, praesumatur esse in eo  
coram hominibus. g Secundò, fraudem esse speciem doli  
generaliter sumpti. h Tertio, quòd omnis dolus est culpa:  
& ita quod promittès indemnitate alicui de culpa com-  
missa per famulum, tenetur de furto ab eo dolosè admissò,  
vt aiunt Bartholus & Panormitanus communiter recep-  
ti. i \* Culpa verò simplex differt à dolo, quòd ille scienter  
& studiosè fit: hæc verò ignorantè, vel negligentè: & ita  
est triplex lata, leuis, leuissima. Lata est, quam regulariter om-  
nes communiter vitant: qualis est eius, qui extra domum, aut  
in scamno librum sibi commodatum relinquit. Leuis verò,  
quam regulariter homines diligentes sua professionis euitant: qua-  
lis est eius, qui librum alicquem in suo cubiculo, ostio ta-  
men aperto relinquit. Leuissima, quam homines diligentissimi  
vitare solent, qualis est eius, qui librum commodatum intra  
cubiculum relinquit, quod clauè obserauit, non tamen  
manu, an bene obseratum esset tentauit, iuxta communem  
opinionem in praedicto cap. & casus fortuitus est, inopin-  
ta rei euentus, qui prauideri non potest, etiam per diligentissimum.  
Casu autem fortuito fit, quòd sine vllò dolo & culpa eius,  
de quo agitur, contingit, qualia sunt, quae contingunt per  
bellum inopinatum, furtum latronum, terræ motum, gelu,  
grandines, fulmina, & alia similia. k Monemus autem,  
quòd alij non monent, quòd aliquis euentus dici potest  
casus fortuitus respectu vnius, & non respectu alterius, vt  
incendium domus respectu eius, qui incendit, dolo aut  
culpa dicitur factum: at respectu falsi damnum suorum  
bonorum, aut alienorum per illud, qui nullatenus fuit  
eius conscius, casus fortuitus.

\* Culpa verò simplex. Quamuis quæ de culpa hoc loco tradit Na-  
uarrus satis sufficienter rem explicant, visum tamen est ex recentio-  
ribus Iuriconsultis aliquid addere. Culpa igitur in genere confide-  
rata delictum includit, & quemcumque actum illicitum. l. si seruum.  
§. i. ff. de verb. oblig. & in specie est imprudentia quæ homines circa  
res alienas, vel negligunt quod fieri oportet, vel faciunt quod omitti  
debet & de hac nunc agitur hæc in latiore & leuiorem diuiditur. l.  
cum res. §. culpa. ff. de legat. i. Culpa latior est læsio tam reprehensi-  
bilis & iniusta, vt secundum communem sensum non possit excusari,  
vt si quis non eodem modo curet res alienas quòd proprias solet. l.  
quod Nauarr. ff. de positi. Culpa leuior est incuriositas & negligenti-  
a, quam alij plerumque homines in rebus suis solent euitare. vt  
cum quid diligenter prouideri potuit non est prouisum, aut tunc de-  
nunciatum est cum periculum euitari non potuit. hæc illi.

**A** 179 Tertio, quòd regulariter nemo tenetur de damno,  
quod casu fortuito contingit, nisi in tribus casibus: pri-  
mus, quando culpa praecedit, vt qui equum sibi vsque ad  
Bononiam commodatum duxit ad Mediolanum, & post  
Bononiam transitum, incidit in latrones, qui ei rapiunt il-  
lum. Secundus, cum mora praecedit, & fit deterior, aut pe-  
rit aliter, quàm periisset apud commodantem. a Tertius,  
cum fit pactum, quòd quamuis casu fortuito amitteretur,  
ei qui recepit, pereat. b

Quarto praesupponimus, quòd quando aliquis contra-  
ctus in fauorem, & vtilitatem solùm alterius contrahen-  
tiū fit, ille regulariter tenetur de dolo & culpa lata, leui, &  
leuissima, alter autem nõ nisi de dolo, & lata culpa. Et si in  
fauorem, & vtilitatem vtriusque fit, vterque tenetur de dolo  
lata, & leui culpa, & nõ de leuissima, nec de casu fortuito. c

**B** 180 Quinto praesupponimus, quòd aliqui sunt contra-  
ctus, per quos dominium rei de vno in alium non trans-  
fertur, & aliqui per quos transfertur. De numero nõ trans-  
ferentium est contractus depositi, per quem sola custodia  
rei alteri committitur d & regulariter fit in fauorem eius,  
qui deponit, & commédatur. Et contractus commodati, per  
quam conceditur vsus alicuius rei, quæ vsu non consumitur,  
e vt commodatio gratuita mulæ, libri, vestis, & id ge-  
nus aliorum: & regulariter fit in fauorem accipientis: &  
contractus locati & conducti, per quem vsus alicuius rei,  
quæ vsu non consumitur, pretio conceditur, f qualis est  
concessio non gratuita vsus domus, praedij, mulæ, equi, &  
id genus aliorum. Et contractus pignoris, per quem debitor  
creditoris aliquid in cautionem pignorat. g De numero  
verò transferentium dominium sunt emptio, & venditio,  
h permutatio, donatio, & mutuum, per quod gratis  
creduntur res, quæ in numero, pondere & mensura consi-  
stunt, & vsu consumuntur, i qualia sunt pecunia numerata,  
panis, vinum, & oleum.

**C** 181 Sexto, quòd depositum praedictarum rerum in nu-  
mero, pondere, & mensura consistentium, facta facultate  
depositario, vt eis vtatur, incipit esse mutuum, simul ac de-  
positarius incipit eis vti. k

**D** Sexagesimo primò igitur peccat, qui deponit rem in  
numero, pondere, vel mensura consistentem apud aliquem,  
cum facultate vt ea vtatur, pacto facto, aut intèctione prin-  
cipali, vt aliquid lucri inde ei redeat, quia per proximè di-  
cta in effectu mutuat, sperans inde principaliter lucrum:  
quod esse peccatum l patebit. Idem de depositario, qui  
depositum deponenti petenti reddere non vult, m nisi  
cum deponens in suum damnum, aut alienum repeteret:  
vt quum furens deponens arma, ea ad se, vel alium læden-  
dum repeteret. n Et nisi quando bona deponentis publica-  
ta, siue confiscata sunt: quia tunc depositum fisco reddend-  
um est. o Et nisi quando latro, apud eum, à quo furatus  
erat deponeret. p

**E** Sexagesimo octauò peccat, qui depositarius depositum  
amissum dolo, vel lata culpa eius, de quibus supra, q redde-  
re non vult, r quamuis non, si culpa leui sit amissum: quia  
regulariter depositum gratia solius deponentis fit, & per  
contractum alterius tantum partis gratia factum, altera pars  
de culpa leui non tenetur, per supradicta. s Vnde si ob-  
custodiam aliquam mercedem accipit, tenebitur si sua culpa,  
quamuis leui amittatur: non autem si leuissima, vel casu  
fortuito, nisi praecesserit mora in restituendo, vel pactum,  
quod ad id eum obligaret, t licet non valeret pactum, ne  
depositarius de dolo teneatur: quia id materiam & occasi-  
onem peccandi praebet, quòd non licet. v Et etiã quan-  
do gratia depositarij depositum factum est, tenetur de cul-  
pa leui. Et etiã quado ipse se obtulit custodem, ob quod  
qui deposuit alteri diligentiori committere omisit, iuxta  
cõmunem. Cuius cõtrarium tenuimus supra, x sequenti De-  
cium, y nisi quando se ob suam vtilitatem obtulit, & non  
quo gratificaretur deponenti, aut operam suam ei nauaret.

**F** Sexagesimo nonò, qui depositarius deposito contra vo-  
luntatem deponentis vtitur, vt de vtente pignore: infra z  
dicemus.

De peccatis circa commodatum.

182 Commodans vt peccet ante tempus repetens.

183 Commodatarius vt peccet non reddens, aut vtens, &c. & 184.

a In c. i. de cõ-  
mod. & c. fin.  
de depos.  
b In l. quod  
Nerna. ff. de-  
pos. cum no-  
tas. ibi, & ali-  
bi saepe per no-  
stros doctores.  
c l. par. q. 4. s.  
art. 5. & 6. &  
l. 2. quæst. 21.  
artisa. 2. &  
2. 2. quæ. 118.  
art. 8.  
d l. ff. de dolo.  
glo. in re. sciẽ.  
lib. 6.  
e In d. ar. 8.  
f Iuxta gloss.  
cap. 2. de re-  
nunc. li. 6. &  
in l. dolum.  
C. de dolo.

g Arg. capit.  
tun. de spon.  
cũ ei adnot.  
h Iux. l. ius ge-  
nium. §. sed si  
fraudandis. ad  
iuncta glo. ff.  
de pactis.  
i Vbi supra.

k L. que forti-  
tudinis C. de  
pign. actiq. 11

a Per supra  
d. à. nu. 44.

b d. c. i. & l.  
in rebus. ff.  
od. & l. i. Co.  
cod. & l. i. §.  
is. ff. de act.  
& obli.

c l. contract.  
ff. de reg. iur.  
cum late ad-  
not. ibi per  
Decium.

d l. i. & l. li-  
cet. ff. de pos.

e Cap. i. cum  
ei adnot. de  
commod. &  
toto tit. ff. cõ-  
mod.

f Toto tit. ff.  
& Co. locat.  
& in Decre.  
eodem tit.

g l. i. ff. & C.  
de pigno. &  
eodem tit. in  
Decretal.

h ff. & Co. de  
contrahen-  
emp.

i l. 2. §. appel-  
la. ff. de reb.  
credit.

k l. Quimus.  
ff. de pos. &  
clarior in l.  
certi condi-  
tio. §. si. cum  
l. seq. ff. de re.  
cred.

l Infratume.  
206.

m Capi. bona  
fides. de de-  
pos.

n Ca. me quis  
22. qu. 2.  
o d. l. bona fi-  
des.

p Per eadẽ l.  
q Eod. ca. nu.  
177.

r l. i. §. vir. ff.  
de pos.

s Eod. ca. nu.  
praced.

t Per pradi-  
ctã nu. 79.  
v Ca. ex. par-  
te. de cõsuet.  
& l. conueni-  
ri ff. de pact.  
dotal.

x Ca. 4. num.  
9. & seq.  
y In d. neg. cõ-  
tractus.

z Eod. ca. nu.  
213.



185 Commodatarius remittens per nuncium non reddentem.

186 Impense qua, & quomodo commodatario soluenda.

186 Commodatū à mutuo in eius redditione longe differt, & seq.

182 Septuagesimo peccat, qui commodans



Septuagesimo peccat, qui commodans commodatum ante tempus constitutum à commodatario cōtra eius voluntatem, & cum eius damno notabili repetit, cum obligatione restituendi, nisi commodans tantundem damni pateretur, si non repeteret, secundum Angelum, quod saluat, quo ad forum conscientiae Siluester, quādo cōmodatario alio remedio sibi, quo illud damnum vitaret, prospicere potuisset: quamuis illud commodatum sibi non fuisset: sed nostro iudicio, in vtroque foro peccat, qui commodat, & ante tempus reuocat: quia textus indistincte loquuntur: nec vlla ratio in vno foro potius, quā in alio concludit. Et quia licet quis (ceteris paribus) sibi magis, quā alteri obligetur, in proposito cetera non sunt paria: quia commodans sua voluntate proprię rei vsum alteri concedit, & suam fidem seruare tenetur. Sed si res ad certum vsum, & ad certum tempus commodata non fuit: sed quousque commodanti placeret, (quod precarium vocatur) cum libuerit, repetere potest: nisi quando absque causa, & cum damno alterius repeteret: quia tunc dolo id facere videretur iuxta Siluestrum.

183 Septuagesimoprimum, qui commodatarius ad præfinitum tempus non reddit, aut deterius factum sua culpa, etiam leuissima reddit, quo commodans, non fuit contentus. Idem si commodatarius in alium vsum, quā concessum, commodato vitur: aut diutius, quā cōuenissent, cum damno notabili commodantis, & est obligatus ad restituendum illud damnum & rem: commodatum quamuis deterius fieret casu fortuito: quia furtum committit, & omnis fur est in mora, & casus fortuitus ei, qui est in mora, nocet, vt supra dictum est. Non est tamen fur, nec peccat, si probabiliter credit eum, qui commodauit, contentum fore, eo quod ipse fecisset, & ideo illud fecit. Nec tenetur de damno commodatarius, sine cuius culpa res commodata perit, aut deterius est effecta solo vsum, ad quē commodata fuit, immo, saltem in foro conscientiae, restituere non tenetur commodatum, quod perit, aut deterius effectum est alio vsum, si certum est eodem modo periturum, aut deterius effectum iri, si tempore competenti commodanti restitutum fuisset, nisi id, quod commodantis ob moram interfuit secundum Angelum.

184 Ex quo sequitur, peccare commodatarium, qui rem sibi commodatam, cum domini damno notabili alteri cōmodat. Et qui cōmodatum sui tantum gratia accipit, vt regulariter accipi solet, si sua culpa etiam leuissima amittatur, restituere tenetur. Sed si accipit ob causam, & vtilitatem eius, qui commodat: quemadmodum vxor ornamenta & vestes, quas maritus, aut amicus commodat, recipit, quo ornatior ad eum accedat, non nisi ad damnum dolo, aut culpa lata datum tenetur. Et si vtriusque gratia commodatur, vt commodantur vasa argentea, & alia similia ad splendide aliquem dominum, vel amicum communem excipiendum tenetur ad damnum dolo, aut lata, & leui culpa datum: sed non ad id, quod leuissima datum est. Quamquam Sorus recenter contra omnes dicit, se credere commodatarium non teneri de damno dato culpa eius leui, quā ad mortalem in foro conscientiae non peruenit. Sed communis tenenda est: quia hæc obligatio non tam descendit ex peccato, quā ex natura contractus.

185 Septuagesimotertio peccat, qui misit commodatum, pignus, depositum, aut locatum per nuncium nō habitum pro fideli, & amittitur dolo, aut culpa eius, & non vult soluere. Sed non, si misit per nuncium communiter pro fideli habitum, quia ea, quæ pereunt, regulariter suo domino pereunt, & quæ commodantur, pignorantur, deponuntur, locantur, vt sunt domus, bestia, & similia, quorum dominium non transit in accipientem, manent & sunt eorum, qui commodant, pignorant, deponunt, aut locant: & ita quomodocumque pereant, eiusdem pereunt, nisi dolo, pactum, culpa, aut mora præcedat: quorum nihil interuenit in missione rei commodatæ per nuncium communiter ad illam ferendam pro fideli habitum.

186 Quamuis contrarium sit dicendum de rebus mutua-

tis: puta pecunia numerata, pane, vino, oleo, & id genus aliis, quæ vsum consumuntur: quia dominium eorum transit in accipientem: & ideo licet per nuncium fidelem, & diligentem mittantur, si actu non peruenerint ad eos, quibus mittuntur, & nuncius non fuit electus per eos, non liberatur mittens, iuxta communem.

Septuagesimoquarto, qui commodatarius rem sibi commodatam non vult restituere, nisi solutis prius impensis, quas ipse iure facere tenetur, quales sunt victus & curationes exigui pretij, quamuis pro compensatione alterius debiti liquidi retinere possit, & etiam in pignus magnarum impensarum in eius curationem ab aliquo morbo, aut inuestigationem, aut alia similia factarum.

De peccatis circa locata, & conducta.

- 187 Locator non reddens pensionem pro re locata perditam, & seq.
188 Sterilitas, & fertilitas qua, & quando minuunt pensionem, & 191.
189 Sterilitas non dat remissionem his casibus, & seq.
190 Pensio emphyteusis duplex, & qua minuitur.
192 Emphyteusis, qua perditur biennio non soluendo.
193 Locator in quatuor casibus potest auferre rem locatam, & num. 194.
195 Locans domum in malos vsus, vel dolium vitiosum, & nu. 196.
195 Castitatis seruanda hæc vera remedia.
195 Meretricum permissio, vt licita, & domus eis, vt locanda, & an id expediat.
195 Permissio peccati nulla cum participatione lucri licita.
195 Locare domum meretrici, aut alij peccaturo in ea, vt liceat.
195 Tributum meretricum tamquam factū ab Anastasio sublatū.
196 Dolia, & alia vasa vitiosa, sciens, vendens, aut locans.
197 Operarius, qui non laborat iuste conductori.
198 Conductor non soluens, vel damnificans, num. 199.
199 Conductor partiaris, non partiens domino locanti arbores.

187 Septuagesimoquinto, qui locat

aliquid, & pensione accepta ob crimen commissum sua bona perdit, & non vult reddere pensionem saltem pro rata temporis conductori, qui eo non potuit, vt conuenit vti, iuxta legem, quæ vna cum glossa & communi sententia probat, locatorem teneri ad reddendam conductori totam pensionem, vel partem pro rata temporis, siue fundus publicetur ob maleficium, siue detur militibus: licet nō teneatur soluere illi interessē damni emergentis, aut lucri cessantis: eod quod non fuit vsum toto illo tempore, ad quod cōduxit. Idem de locatore, qui compellit ad soluendam integram pensionem domus locatę conductorem eam relinquere coactum ob pestem, & aliam iustam causam superuenientem ante definitum tempus: quia solum pro tempore, quo ea vti potuit soluere tenetur. Idem de locatore, qui non vult deducere partem agricolę debitam, propter sterilitatem fortuitam, quam nec fertilitas anni præcedentis, nec sequentis compensare potest, & quamuis ad id non teneatur eo solo, quod fructus iam percepti damnificentur, surripiantur, aut pereant: quia id sterilitas dici nō potest. Idem de quolibet locatore, & conductore, qui non seruat, vel non vult seruare leges locationis, & conductionis expressas, vel tacitas, quæ colliguntur ex infra scriptis sex notabilibus. Primo, quod iuxta leges Lusitanicę Catholicę fidei propagatricis consultissimas, præfata remissioni locus non est: quia per illas, ad tollendas mille difficultates circa hoc occurrentes, sapiēter statutum est. quod agricola nullam pensionem soluat, quando nulli fructus extiterint, & quādo aliqui fuerint, quamuis pauci sint integram soluat, aut omnes fructus domino relinquat, de illis semente deducta, si est prædium ab eodem satum, aliās nihil. Diximus: Remissioni: quia compensationi anni fertilis cū sterili ibi etiā, vt in aliis regnis iure cōmuni locus est. Secundo, quod sterilitas fortuita est, quæ contingit ex insolito calore, frigore, tempestate, terræ motu, magna alluione, locustis, brucis, & id genus aliis, quæ absque aliqua culpa agricolę eueniunt. Et quamquam multæ sunt opiniones circa definitionem sterilitatis prædictæ: omnibus tamen perpensis, ea verò prior videtur, quæ definit esse illam, quam conuentio partium, aut consuetudo, vel communis opinio regionis probat: & quod cessantibus

188 Secundo, quod sterilitas fortuita est, quæ contingit ex insolito calore, frigore, tempestate, terræ motu, magna alluione, locustis, brucis, & id genus aliis, quæ absque aliqua culpa agricolę eueniunt. Et quamquam multæ sunt opiniones circa definitionem sterilitatis prædictæ: omnibus tamen perpensis, ea verò prior videtur, quæ definit esse illam, quam conuentio partium, aut consuetudo, vel communis opinio regionis probat: & quod cessantibus

a l. in commo dato. ff. si quis. ff. commod. b. Ver. commo datum. §. 4.

c In d. c. 1. de commod. & in d. l. in rebus. d. Capi. si non licet. 23. qu. 5. & l. 1. præses. C. de ieruis. c. l. 1. ff. de pa. ca. qualiter. eod. tit. f. Ver. precarium. q. 1.

g Arg. c. 1. de commod. cū ei adnot.

h l. qui inuenta ff. de furt. & § placuit. Inst. de obli. quas ex delict. l. si ut certo. ff. commod. ile. in re furtiua ff. de condi. fur. k Eod. ca. nu. 179. l. qui rem. ff. de furt. m. l. si cōmoda uero ff. cōmod. n. Ver. cōmodatum. §. 1. 4. ole. qui vas. §. si ergo ff. de furt.

pl. contrariū ff. de reg. iur. c. 1. cum ei adnot. per Panormi. & alios de commo. q. lib. 5. q. 7. art. 3. de iust. & iur. Arg. c. signifiante. de pi. Bart. in l. eū qui. ff. cōmo. s. l. qui argenti. ff. cōmo. & Bart. ubi supra.

a In l. incendium. Codic. si cert. pot. & l. quod te. ff. eo. & d. c. significante. b l. in rebus. §. possunt. ff. cōmod. Bart. in l. diuorita §. impendia. ff. sol. matr. c. lux. cōmu. arg. à constrario. l. fin. Co. de compens. & c. 2. de de pos. d. di. §. possunt. & Bart. ubi supra.

e l. si fundus. ff. loc.

f Ca. propter sterilitatem. cum ei adnot. de locat. g d. c. propter. de loca. l. ex conductione. §. si vis. ff. loc. h l. damnum. C. de loca.

i Li. 4. ordin. tit. 61.

k Vt eod. tit. 61. cauetur.

l Prædicto §. si vis.



a In dict. §. ff. vis. & Ioan. And in d. ca. propter.

b Ar. c. illud. ff. ad l. Ag. c. 2. d. strā. pra. c. lux. glo. re ceptam in di. capi. propter.

d Verb. locat. qu. 13.

e l. i. c. de iure emphyt.

f In l. i. c. de iure emphy. num. 20.

g In d. ca. propter.

h Verb. locat. qu. 14.

i Cap. hospit. 32. dist. 1. i. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur.

k Ca. potuit. de locat.

l In d. ca. potuit.

m Titu. de locat.

n In d. ca. potuit.

ol si. Cod. de iur. emph.

p Arg. ca. fin. de depos. ubi Panor. & alij.

q Cap. propter. §. i. cum glo. de locat.

r Adem. Co. de loca. & d. c. propter. §. i.

his eligatur illa Bartholi: scilicet, quæ est rata, quæ ex tribus partibus, quæ communiter colligi solent, vix duæ tantum colligantur, vt si solent colligi quindecim modij frumenti, & non colliguntur nisi decem, quo casu si prædium erat conductum tribus scutis, duo soluantur.

189 Quamquam item aliqui dicant, quòd tunc sterilitas vnius anni compensanda est cum fertilitate alterius, cum in dicto præcedenti anno, aut sequenti duplo plus solito colligatur. Verius tamen videtur sufficere, vt colligatur tantum, quantum pacto, aut consuetudine ad id constitutum est, aut plus solito tertia parte: quia ad sterilitatem sufficit, vt tertia parte minus solito colligatur. Et in hoc nulla est differentia, an pensio sit soluenda in pecunia numerata, an alia quavis re. b

190 Tertio, quòd hæc remissio locum non habet, cum locator, & conductor sunt socij partiarij, tam lucri, quam damni. c Nec quando sterilitas ex vitio, aut tenuitate agri, in quo multa herba, vel zizania sementem suffocant: quia hoc negligentia agricolæ imputatur, qui eas non extirpat: quod etiam Siluester d rectè adnotat. Neque in pensionibus rerum, quæ in longum tempus, scilicet, in decem, vel plures annos, aut in vnam, vel plures vitas, aut in perpetuū conducuntur, & locantur; etiā si maior pars rei, sic ad longum tempus locata pereat, etiam casu fortuito, modo non tota, e quod verum est, quando exigua pensio exsoluitur potius ad recognitionem dominij directi, quam ad solutionem fructuum: secus autem, quando ita fructibus respondet, quòd tantum, aut parum minus soluitur, quam si ad modicum tempus conduceretur: tunc enim prædicta remissio facienda est, quia emphyteuta, siue conductor non soluit pensionem, tam ad recognitionem dominij directi, quam in fructuum compensationem: quæ communis opinio est, quam refert, & sequitur Iason. f

191 Quarto, quòd pensio prouentus, aut merces locationis non sunt augenda propter fertilitatem, quæ euenit ex eo, quòd fructus per conductoris industriam excreuerint: quia sua industria eidem non debet esse damno: nec etiam quando ex fecunditate prædij euenit, sed sic quando casu fortuito contingit, vt si res locata fuit molendinum, ex quo conductor communiter percipere quinquaginta solet, & quia reliqua molendina vicina destructa sunt, hoc anno centum percipit, pro rata pensio augeri debet, sicut ob sterilitatem casu fortuito euenientem diminui solet, secundum Panormitanum g & Siluestrum h quia contrariorum eadem est disciplina. i

192 Quinto, quòd qui aliquam rem propriam Ecclesiæ\* in emphyteusim temporariam, aut perpetuam habet, & per duos annos pensionem soluere cessat, ipso facto eam perdit, k nisi celeritate solutionis mora purgetur, quæ purgatur, si ante citationem, vel statim post eam sine alia dilatione soluit, iuxta Innocentium, & Ioannem Andream l & Baldum & Speculatorem: m quamuis glossa & Cardinalis n arbitrio iudicis relinquat, quod verius videtur. Sed si prædium, & alterius personæ priuata, non amittitur ob non solutionem ante trium annorum lapsum, sed moram purgare non potest propter maius temporis spatium, quod ad eam faciendam datur. o Sed si dominus prædij debet emphyteuta tantum, quantum sibi debetur, non perdit propter compensationem, quæ solutionis vim habet. p

\* In emphyteusim temporariam. Quoniam de emphyteusi & emphyteuta sæpe Nauarrus meminit non alienum erit hic breuiter vocem hanc explicare. Emphyteusis græca vox ab ἐμψυχίζω, i. infero deducta, tunc inventa est cum agri magna ex parte ob barbarorum incursiones inculti remanebant. Tunc enim institutum est vt illi agri in perpetuum, vel certe in longissimum tempus ea lege locarentur, vt tandiu merces solueretur, tandiu vel certe vsque ad tempus illud longissimum retineretur. Est ergo emphyteusis genus locationis quo inculti ac deserti agri colono alicui ea lege in perpetuū vel ad longum tempus locantur, vt quoadiu præstituta merces soluetur, numquam ad dominum reuertantur, & nisi quid aliud interuenierit totius rei interitus ad dominum pertinet, partis verò ad ipsum colonum.

193 Sexto, quòd qui domum suam in certum tempus locauit, ante præfinitum tempus ab ea colonum, vel inquilinum amouere potest in quatuor casibus. q Primus, quando in longum tempus: scilicet, in decem, aut ad minimum in quinque annos locatum fuit, & in duobus primis annis pensionem non soluit: aut quando in minus tempus locauit, & die præfinito non soluit, nec celeriter satisfacit. r

A Secundus, cum ad suam habitationem propter aliquam necessitatem superuenientem ea opus habet, a si tamen commodè aliter sibi prouidere potest, non dicitur necessitatem habere. Quæ tamen superuenire potest locanti, quia aliam domum non habet, quando locat, quidquid dicat Siluester, b vt si tunc cum alio degebat, & postea uxorem duxit, & cum ea separatim ipsi viuendum est.

194 Tertius, quando domus indiget refectione, qua tempore locationis non indigebat. c Sed in hoc, & præcedenti casu pensionem pro rata temporis, pro qua aufertur deducere debet. d Quartus, quando conductor abutitur ea, etiam absque damno illius, recipiendo meretrices, desides quosque, & lenones, & id genus nihili homines, & tunc nihil ei de pensione remittere tenetur: aut malè ea vitur, & cum damno illius, in cubicula sues introducendo, arbores cædendo, agrum idoneo tempore non colendo, quo casu de pensione remittere pro rata debet, & potest in iudicio damna petere. e

195 Septuagesimo quinto peccat, qui suam domum, aut aliam tem locauit ei, quem putabat ea ad peccatum mortale abufurum: vt qui arma locat ei, quem putat interficere, aut iniuste alium percutere velle: aut locat domum suam, ad vsuras in ea exercendas: quia auxilium ad peccandum mortaliter præbet. f

C Ad nouè hoc in loco quaesita, respondimus multa, quorum summa est. Primò, quòd licet potestati publica permittere, vt in aliqua ciuitatis parte sint meretrices, \* secundum Augustinum relatum à S. Thoma communiter recepto g dicente, quod vt Deus permittit aliqua mala, quòd maiora vitentur, vel maiora bona sequantur, ita potestas humana imitata eum, id facere potest.

\* Secundum Augustinum. Augustinus lib. 1. de ordine. cap. 4. hoc habet. Verba eius citare non libuit, ne illi turpitudini fauere quomodocumque videamur.

D Respondimus secundo, quòd non licet permittere lupanaria eo modo, quo alicubi permittuntur, videlicet constituendo eis patronos, & locado domos carius, quam locarentur honestis, eò quòd magis lucrantur, quam illæ, & recipiendo aliquam turpis lucri partem: quia hic modus continet participationem lucri obuientis ex peccato, & vt eruditè dixit Caietanus h nulla permissio peccati est licita, cum participatione lucri procedentis.

Tertio, quòd non licet locare meretricibus domos in ea parte ciuitatis, in qua illa non permittit eas habitare: quia legem, & consuetudinem iustam transgreditur. i

Quarto, difficile defendi posse, quòd non peccet mortaliter, qui facit, vel locat domum meretrici, ad meretricandum, etiam in ea parte ciuitatis, in qua permittitur habitare. Tum quia non licet locare domum vsurario ad exercendum fœnus. k Tum quia nullatenus licet dare occasionem peccandi iuuando, per solutionem positam supra. l

E Tum quia, quamuis possit potestas publica permittere meretrices, consultores, & adiutores earum, & accedentes ad eas non punire: non tamen potest efficere, quòd illæ, & hi non peccent: & negari non potest, eum, qui facit, vel locat domum meretrici ad meretricandum iuuare ipsam ad illud. Tum quia fundamenta, quibus contrarium m defendimus, soluuntur concedendo, primò, quòd licet cuique vt iure rem suam locandi licitè: non tamen illicitè. Secundo, quòd quamuis liceat locare domum ei, quem credit aliquo modo, in ea peccaturum ad alium finem, quam peccandi, & ad exercendam artem, cuius exercitium non habet peccatum inseparabiliter admixtum: non tamen ad finem peccandi, nec consequenter ad exercendam artem, cuius exercitium habet in se peccatū inseparabiliter admixtum: & ita quamuis liceat locare domum peccatoribus: pura concubinario, aleatori, peieranti, & id genus aliis non excommunicatis, ad viuendum honestè, etiam si credantur peccaturi: nõ tamen ex eo consequitur, quòd liceat locare meretrici domum, ad viuendum meretricando, & exercendo artem, cuius exercitium inseparabiliter habet peccatum admixtum: quia id nulla humana potestate potest fieri licitum, cum sit contra legem naturalem & diuinam, n licet iusta de causa permitti possit. Contrarium tamen sine scrupulo affirmat Ioannes Maior. o Pro quo facit, quòd id seruat consuetudo totius ferè orbis Christiani. Et quòd prædictum dictum

a dist. adem. & d. c. propter. §. i.

b Verb. locat. qu. 9.

c d. cap. propter.

d d. c. propter. §. i.

e Panorm. & Ioan. de l. mola in d. ca. propter.

f Arg. c. fma. de iniur. & c. 1. de offi. delegat.

g 2. 2. qu. 10. artic. 11.

h Supradicto art. 11.

i Contra ea, qua contra mores. 8. dist.

k Capis. 1. de vsur. libr. 6. l. Eod. n. 33.

m In dicto c. 28.

n Arg. c. fma. quidam. 26. qu. 1. o In 4. li. sen. dist. 35. q. 35.



Augustini ab omnibus receptum, vix potest exequi sine domorum locatione. Et quod in hac Vrbe, sciente, & patiente Papa locantur, & semper consueverunt locati domus meretricibus. Et confessarij absoluunt, & semper absoluerunt locatores earum sine proposito abstinendi à tali locatione. Et quod ab contraria, quæ vrgentissima sunt, responderi potest procedere in eis, qui locat eo sine principali, vel minus principali, vt meretricentur: non autem in eis, qui locant illis ad viuendum tantum, cum displicentia coram Deo vera meretricij, & artis meretricandi. Et quod hoc significare videtur ius Canonicum, a quatenus vetat locari domos vsurariis ad fœnus exercendum, & quatenus non vetat locari indigenis, sed tantum alienigenis: quamuis replicari possit, probari quidem ibi, quod permittitur locatio vsurariis indigenis ad fœnus exercendum in foro exteriori, non tamen quod liceat in interiori, de quo agimus.

Quintò, quod magis expediret non permittere. Primo, quidem, quod difficile est defendere, quod liceat eis facere, vel locare domos, in quibus meretricetur, vt dictum est: & quod raro locantur ad tam purum finem viuendi, quod non misceatur aliquis finis, saltem minus principalis meretricandi, vel de lucro participandi. Secundo, quod multi pueri incipiunt hac occasione prius peccare, quam aliquin inciperent. Tertio, quod libido non extinguitur nec refranatur, immo accenditur eius vsu secundum Magistrum, b addito malæ inclinationi sensualitatis malo habitu: quia duo vincula fortiora sunt. c Quartò, quod castitatis habitu resistenti illi malæ inclinationi refranatur illa, & non lupanari resistenti illi resistenti. Quintò, quod finis, per eam prætextus, puta ne honestè sollicitentur, non attingitur: viri enim prudentes aiunt, eos, qui ad eas sollicitandas sunt apti, non adire meretrices, immo postquam malè sunt eis assueti, tantò magis honestas sollicitant, quo maiore impetu naturæ, & vitij feruntur. Sextò, quod ipsemet noui pueros castissimos venientes ad academias ex terris, vbi non est eiusmodi occasio fornicandi, ob eam, quæ in illis se offerebat, animas, studia, & corpora ipsa contagio infecta perdere. Septimò, quod meretrices ipsæ, posteaquam desinunt esse ad illud turpe lucrum apte, mille malorum instrumenta fiunt. Octauò, quod mares maiore vigore sunt ad resistendum libidini, quam fœminæ. d Et fœminis nusquam hac permissione succurritur. Nonò, quod verum remedium contra libidinem est ardens amor castitatis, vitatio eius perdendæ occasionis, vigilantia ad resistendum coniuncta cum abstinencia, sobrietate, & labore assiduo, super omnia autem præcipuum & maximum omnium remediorum gratia diuina: quorum omnium contraria lupanaria requirunt.

Ex his sequitur primò, pessimam esse permissionem, qua Caupones intra domos suas, vel in tuguriolis contiguus, permittunt meretrices, quò plures eò diuertant: quia non fit auctoritate publica, & est ei mixta participatio.

Secundò esse peccatum mortale querere lucrum, vel tributum ex meretricio, & fœdis meretricum opera & lucro: quare non immerito Nicephorus, e huiusmodi lucrum & tributum appellat *vestigal*, & *portorium impurum, detestabile, absurdum, Deoque iniustum, feris quibusque barbaris indignum, & execrandum piaculum* \* summisque laudibus effert Anastasium, quod imperiali magnificentia illud omnino sustulit: quod tamen Platina in vita Pontiani tribuit Alexandro. Cuius rei me isthæc recognoscentem, admonuit præcellens Doctor Cæsar Costa, non solum vtriusque iuris peritia, sed & historiæ, atque politioris literaturæ cognitione præclarus, nuper à S. D. N. Gregorio XIII. in Referendariorum numerum cooptatus: cum antea fuisset sapientia Romanæ Gymnasta percelebris, & post hæc scripta, fereque dimidium huius operis typis excusum, antequam hic locus excuderetur, ad amplissimum amplissimæ Capuæ Vrbs olim amuæ, ab eodem Gregorio, vt eruditissimo, ita in eruditissimos quosque propensissimo, Archiepiscopatum euectus.

\* *Summisque laudibus.* Nicephorus hoc habet in nostra editione lib. 16. ca. 40. hoc autem tributum *χρυσά πρῶτον* g. quasi auratgentium dicebatur, fuit autem hic Anastasius imperator aliqui pessimus, & hæc est turpissima infectus. v. de eundem & alios.

a d. ca. 1. de v. iur. lib. 6.

b Lib. 2. disti. 24. a Cap. 1. de iur. & pac.

c Ca. indigna iur. 32. qu. 6.

e Lib. 16. cap. 20. dist. eccl.

A 196 Septuagesimosexto peccat, qui dolia, vel alia vasa vitiosa scienter non patefacto vitio, locat, aut ignorans eorum vitium, pro integris vendit, ob quod vinum effusum est, aut damnificatum, & damnum vini, & interelle soluere non vult, a quamuis secus sit, saltem quo ad forum cōscientiæ, si ignorans vitium simpliciter locauit: dicens conductori, nescire se illa esse vitiosa, & ideo displiceret, an essent talia. b Quod ipsum est dicendum de omnibus aliis vitiosis, ex quibus damnum sequi potest: qualis est equus, qui aquam ingressus in eam procidit, & vestium iacturam affert. c

B 197 Septuagesimoseptimo peccat operarius, qui conductus salario diario, fideliter non laborat, ob quod conductor notabiliter damnificatur, cum obligatione damnum ad arbitrium boni viri satisfaciendi. d Idem si promisit, se diario pro altero laboraturum, & dolo, aut sua culpa, id non præstiterit, vel non vult conductori damnum ob id acceptum satisfacere, cum obligatione restituendi, e secus tamen si eum casus fortuitus impedit, f & si est paratus ad præstandum, sed culpa conductoris non præstat, diarium ei persoluumendum est: & etiam si præstare omisit ob casum fortuitum ex persona conductoris contingentem, quando conductus diarium in alio loco, si ille non conduxisset, reperisset, & aliàs non in foro conscientia: quæ tamen limitatio nobis non videtur iure probari.

C 198 Septuagesimooctauò, qui pensionem rei conductæ eius domino non soluit, eò quod ea non vititur, quia non vult, aut quia ob aliquem casum fortuitum, ex parte ipsius contingentem non potest, cum obligatione restituendi, h quod limitant Angelus, i & Siluester, k procedere quando dominus, eo quod eam illi locauit, alteri locare omisit, aliàs non, saltem in foro conscientia. Sed nec hæc limitatio, nostro iudicio, iure probatur: & aduertendum, quod in illa questione: An merces locationis, & qualibet alia pensio sit soluenda in principio, vel fine anni: resolutio glossarum l ponitur in illis duobus senariis.

*Annua si debes, tunc inspicias caput anni.  
Anno si debes, in fine teneberis anni.*

D Circa quod varij variè loquuntur: sed tenendum est, quod in primis conuentio partium est attendenda, & ea deficiente, consuetudo regionis, & eis deficientibus, regulariter soluenda est in fine anni, quando vnica solutio est faciendæ, & tempus ponitur causa differendæ solutionis, vt resoluit Iafon post alios. m Dixi, *Regulariter*: quia aliud est faciendum, quando ex causa propter quam datur, & ex persona, cui datur, & aliis circumstantiis aliud conijcitur, vt Panormitanus cum communi tenet. n

E 199 Septuagesimononò, qui dolo, lata culpa, vel leui, sua, vel suorum, infert notabile damnum rei conductæ, & non vult illud satisfacere, o secus tamen est, si infertur ab alio, cui ipse resistere non potest: aut non tenetur, aut casu fortuito, quem nec culpa, nec mora eius præcessit, per dicta supra. p

F Octuagesimo, qui \* colonus partarius locauit alicui prædium rusticum, aut certam eius partem, nulla arborum mentione facta, & omnes fructus earum percipit, aut eas cædit, aut alius odio exorto ipsius dolo, vel culpa, eas cædit, aut earum fructus dissipat, & non vult restituere domino suam partem, vel damnum. q

\* *Colonus partarius.* Colcai partarij sunt illi rustici qui terram colunt pro aliqua parte fructuum diu. idia scilicet vel tertia ex agris cultis pro mercede suorum laborum accepta, remanente rerum proprietate dominis, & nihil fructibus à solo separatis in agris ius habent: vel aliter qui conducit rem rusticam pro communi damno & commodo.

*De peccatis circa iura, & tributa Regia, & publica.*

- 200 Tributa, & iura regia, qui non soluit, vt peccat.
- 201 Tributa sine auctoritate imponens, aut exigens vt peccat.
- 201 Iurium illicitè impositorum exactor, vt peccat.
- 201 Clericos qui grauantes gabellis excommunicantur.
- 202 Episcopi inquirant, an clerici gabellis grauentur.
- 202 Gabelle rerum, quas homines ad suam necessitatem ferunt.
- 202 Gabellas ob merces debens sic verum pandat.

a l. sed ad des. §. si quis ff. locat.

b Ang. ver. locatio §. 24. & Syluester. eod. verb. qu. 18.

c Syluest. vbi supra.

d l. 1. ff. locat.

e Arg. l. fin. ff. ad l. Rhod. de iact. & dist. l. sed ad des. §. cū quidam. f. l. si vno. §. cum quidam. ff. locat. g. Syluester. verb. locatio. qu. 12.

h Gloss. in d. l. si vno. §. item cum quidam. i Ver. locat. §. 15. k Vbi supra.

l In §. penult. Inst. de iur. iur. stip. & in l. 1. C. quando dies lega. ced.

m In leg. qui hoc anno. ff. de ver. oblig.

n In d. c. propter. de loca. & in ca. peruenit. de arb. o Gloss. in l. si quis fundus. §. Celsus. & l. si merces §. qui colonum. ff. locat. p Eo. c. n. 179.

q Iuxta l. fru. & ff. de v. iur. dist. l. si merces. §. cul. pa. ff. loc.





a Inu. Hoffi. in summa de pœn. & rem. & commun.

b Cap. 27. de sum. 16.

c In rubr. de de pœnis.

d In committ. cap. fratermitas 12. q. 2. c. 2.

e Pœno. in ca. super quibusdam. de ver. signifi.

f Ca. 27. de n. 55.

g Ar. c. 13. ad Re. & c. 1. de off. deleg. & per dila. sup. c. 11. n. 11.

h Cap. quid culpatur. 22. q. 1.

i De pœn. dif. 7. nu. 114.

k Ca. quidquid de cens. lib. 6. l. Gab. in 4. li. fons. di. 19.

l Gab. in 4. li. fons. di. 19.

m 96. diffinit. q. De censur. o De immuni. Eccles. p De sen. ex. com. q De censur. lib. 6. l. Clem. pra. senti. de censur. lib. 6.

n d. Clem. pra. senti.

o Per glo. memorabilem eiusdem cl. verb. consuetudo.

p

q

r

s

t

u

v

w

x

y

z

aa

ab

ac

ad

ae

af

ag

ah

ai

aj

ak

al

am

an

ao

ap

aq

ar

as

at

au

av

aw

ax

**Q**UAGESIMOPRIMO peccat, qui tributa, & iura iuste auctoritate Pontificia, Regia, aut alia publica consuetudine immemorabili imposita, non soluit, cum obligatione restituendi, \* quod planè procedit in iuribus debitis, ob prædia, aut alia ad eorum statum pertinentia, aut alia via iusta impositis, cum intentione obligandi ad mortale, aut per iustos contractus locationis, aut alios cum illis initos. Et etiam quando per aliam legem, vel iurisdictionem iustam imponuntur, nisi habuerint intentionem tacitam, vel expressam impediendi obligationem ad pœnam æternam per impositionem alterius temporalis, vt infra b dicitur, & c olim diximus, & nuper latius. d

**Q**UAGESIMOSECUNDO peccat, qui absque auctoritate Pontificia, aut Regia aliquid tributum subditis imponit, cum obligatione restituendi: quædam enim rapina est, e & excommunicatur per bullam cœnæ, cuius tenor ponetur infra. f Idem de illo, qui exigit tributa aliqua aperte illicita, aut sciens talia esse, cum obligatione restituendi, g & etiam si dubitat, an sint licita, vel non, & sua sponte iniustus, ad id se offert: secus tamen si iussu superioris facit: quia obedientia in dubio excusat, h modo virtute obediendi prius dubietatem illam ex animo pellat, & licitum esse credat: eo quod pro tali à Superiore habetur, vt in cap. si quis autem i nouè declatamus.

**Q**UAGESIMOTERTIO, qui gabellas, & vectigalia licitè laicis imposita, quæ nec Ecclesia, nec Ecclesiastica personæ debent, exigit ab eis: & est excommunicatus ipso facto, k non obstantè contraria consuetudine: nisi quando inueherent, aut emerent ad negotiandum, & mercaturam exercendam, aut haberent facultatem à Papa ad illa ab eis exigendum. l

**R**ogatus à multis, vt hanc decisionè amplificem, facta mentione gubernatorum laicorum, qui frequentissimè imponunt \* superindicta extraordinaria super pane, vino, carnibus, panno, & aliis id genus ad victum & vestitum spectantibus: quæ Itali vocant Gabellas, Hispani Sillas, Galli Tallias, & Gabellas, & ea petinde petunt, aut peti iubent, vel permittunt ab Ecclesiasticis personis, quæ ad ea soluenda non obligantur, ac à laicis. Eorum item, qui vectigalia, & gabellas imponunt pro facultate vehendi, exportandi, & importandi currus, mulos, & alia iumenta, vacua, vel onusta, & perinde petunt, iubent, aut permittunt peti ab Ecclesiasticis, atque à laicis: quamuis id, quod vehitur, important, vel asportant, sit de eorū patrimoniis, aut prouentibus Ecclesiasticis, & in suos vsus conuertendū. Rogatus, inquam, hoc, plurima possem hic addere, quæ gratia breuitatis omitto, contentus admonere primò, eos gratissimè in his peccate, Deum, immunitatemque Ecclesiasticam offendere, censurasque horrendas, etiam bullæ cœnæ Domini incurere, multos canones famosos instigando, in quibus sunt cap. bene quidem, m cap. Ecclesia, n cap. aduersus, o cap. nouerunt, p cap. quamquam. q Secundo, quòd glossa singularis r dixit, quod iudicio sui auctoris, tota Italia ob hæc est interdicta: & quòd de aliis prouinciis, qui earum facta norunt, testificentur: quod profectò auditu horrendum est. Tertio, quòd attestatur sæpius à nobis, & nostris famulis, satis multa huiusmodi vectigalia, in multis regnis exacta fuisse. Ideoque iure vereri, ne Deus omnipotens indies magis iratus, consultotes Principum, & Rerum publ. de prædictis canonibus parum curantes, & Principes, ac Respubl. nimium illis credentes, & exactores soli auaritiæ inhiantes grauissimè tandem castiget. Quarto, demirari me, quòd cum tot has censuras incurrant, tam pauci tamè confessarij locorum, vbi hæc aguntur, eas pro dignitate æstiment, & eas incurrentibus absolutionem denegent, & tam pauci Episcopi, qui excommunicatas, & interdictas personas, & terras, vbi hæc fiunt, iubentur, & permittuntur, denunciant: cum præceptum eis sit à Cõcilio Viennensi, s vt sub pœna peccati mortalis id faciant, postquam de eo ipsis confiterit, quod tamen facillè constare potest: quamuis parte vocata, & audita, id fieri debeat. t Quamquam etiam testor, multos populos Italia, & gubernatores & exactores eorum annis, quibus ego sacre Pœnitentiariæ seruiò à summo Pœnitentiario S. D. N. petiisse absolutiones à cen-

suris ob hæc incurris, restitutione promissa, parata, vel facta: quos vtinam aliorum regnorum populi, & rectores imitarentur, Amen.

\* Superindicta extraordinaria. Superindictum munus extraordinarium est vltra debitam & solitam collationem iudicium. lib. 1. Cod. de iudictionibus. & lib. 1. C. de superindictio. hoc autem tributum sublatum erat à Cesaribus, quod speciem quandam tyrannidis referret, vt notatur in legibus supradictis.

An autem iura illa, quæ Hispani vocant cochlearia, & sedilia, quæ soluuntur ex granis in forum importatis, & in aliqua eius parte ad vendendum depositis, & alia id genus Gabella, quæ in multis regni Castellæ locis, tam à clericis, quam laicis, vt audio, persoluuntur, licitè à clericis exigantur, iis, qui earum condiciones melius, quam nos norunt, delegamus. Adde, quòd portoria, & alia tributa Regia, & publica non sunt soluenda de iis, quæ quis ad suam & suæ familiaris necessitatem secum portat, iuxta ius commune, nec consuetudo contraria valet, secundum Angelum. \* Sed contra tenet S. Antoninus, b quod verius est, & quotidianus vsus comprobatur, & bene: quia consuetudo potest inducere id omne, quòd lex, c & certum est, hoc lege statui posse, vt etiam idem S. Antoninus ait.

Quagesimoquarto, qui debitor Gabellæ, cui publicanus: siue conductor gabellarum defert iuramentum, aut remittit eius conscientiam, vt veritatem pretij, aut quantitatis mercium, quas defert dicat: & acceptat, & non plenè eam manifestat, cum obligatione restituendi, d quòd est verum, etiam retona opinione e quæ habet, quòd regulariter, qui fraudat legem temporali pœna munitam, non incidit in spirituales æternam. Non tenetur autem id iurare, & in onus suæ conscientie recipere: quia satisfacit dicendo, se paratum soluere, quæcumque se debere publicanus monstrabit.

De peccatis circa pignora.

- 203 Pignoris qualis vsus peccatum.
- 203 Pignoris fructum capere quando vsura.
- 204 Pignus cum pacto commissorio capere an liceat.
- 204 Pignus vendere an liceat, & quo ordine.
- 205 Pignore vendito minoris, vel maioris debito, &c.
- 205 Pignora ornamenta Ecclesiastica vt peccat.

**Q**UAGESIMOQUINTO peccat, qui creditor vitur pignore cum notabili damno debitoris absque eius voluntate expressa, vel tacita, & nullam habens causam verisimiliter credendi dominum id æquo animo lacurum; & est furtum, f & si cum eius voluntate expressa, aut tacita vtatur, vsuram admittit, g nisi sit vsus, qui gratis inter amicos concedi solet: qualis est libri iuxta S. Thomam. h Idem de creditore, qui dolo, aut lata culpa, aut leui pignus perire, aut notabiliter damnificari consentit, vel non vult refarcire damnum; i secus autem, si culpa leuissima id contigit, & secus si casu fortuito, modo mora non precedat, nec pactum, quo pignus quocumque modo periret, debitori periret. k

**I**dem de creditore pacifcente cum debitore, quòd non soluente ad certum tempus pignus sibi cedat, aut ne post certum diem redimi possit, l nisi quando non in lucrum creditoris, sed in in pœnam debitoris sit pactum, vt pro vendito iusto pretio habeatur: quod sentit Panormitanus m & S. Antoninus n & Siluester. o Idem de creditore, qui expressè pacifcitur, vt pignus venderetur, non soluto intra certum tempus debito, & priusquam venderet, debitori non notificat, p nisi etiam conuenierit, ne notificatio esset necessaria. q Et licet de pignore non vendendo pactum sit, trina tamen monitione facta, vt luat illud, vendi potest: modo inter monitiones, seu denunciations ipsas, triduum interijciatur. Si autem nulla facta fuit mentio de vendendo, vel non vendendo, vnica denunciatio sufficit, quòd transactis duobus annis, propria auctoritate vendere possit, non autem prius sine auctoritate iudicis. r

**S**i creditor bona fide pignus minoris, quam sibi deberetur vendidit, reliquà à debitore petere potest: quæ ad modum etiam pluris vendit, restituere tenetur. s Et quamdiu debitor aliquid etiam solùm quadrantem debet, credi-

a Ver. pedag. um. 5. 3. b In 2. p. c. 14. c Ca. fin. de consuetud. d l. 2. C. qua sit longa consuetud. d Medina. C. de rest. q. 13. sub fin. e De qua infra capi. 23. d num. 30.

f l. si pign. ff. de fur. Pa. in c. 1. de depo. g De quo infra num. 217. h 2. 2. q. 78. art. 1. ad 6. i Gloss. in l. si creditor. Co. de pign. actio. k l. fin. in fin. quib. modis contrah. obl. l. qua for. ruit. Cod. de pign. actio. l. l. C. de pign. & c. significante. de pign. m In d. c. significan. n. p. sit. 5. ca. 7. o In aures Rosac. in 28. p. l. si conuenere ff. de pign. act. An. ver. pign. 5. 7. q Gloss. in ca. l. si conuenere. r l. f. C. de in re dom. impetrat. & An. vbi sup. Sylu. ver. pign. q. 10. s An. vbi sup. 5. 8.



a l. quaudiu. C. de distr. pigno. b l. 1. & 2. C. si pign. det. c l. seruos ff. de pign. actio. d S. Anto. 2. p. tit. 1. c. 15. §. 3. e l. sancimus. Co. de sacro. sanc. eccl. c. 1. de pigno. f Arg. di. c. 1. de pig. & ca. aurum. 12. q. 2.

tor totum pignus retinere potest, quoad ille solutus fuerit. <sup>a</sup> Potest etiam creditor pignus à debitore ad tempus præfinitum non soluente alteri pignorare, <sup>b</sup> potest etiam impensas iustas bona fide in pignus factas repetere: vt si erat ager, in eius cultum: si erat animal, in pastum factas, <sup>c</sup> tenetur tamen ad computandum in sortem fructus ex pignore perceptos, deductis impensis, quas in eorum collectionem, aut conseruationem fecit. <sup>d</sup>

O & uagesimosexto peccat, qui uasa sacra, libros, uerimenta, & ornamenta Ecclesiastica pignorat, <sup>e</sup> nisi fecerit id ex magna necessitate, puta redemptionis captiuorum, subuentionis pauperum, & aliorum operum Ecclesiæ multum necessariorum. <sup>f</sup>

De peccato usurae circa mutua.

- 206 Usura quid: duplex, uera, & palliata.
- 206 Mutuum duplex, uerum, & palliatum, & differt à commodato.
- 207 Usura utraque pagina speciatim uetita, eam probans hereticus.
- 208 Peccatum usura duplex, sed neutrum usura mentalis.
- 208 Usura lege ciuili uetita, sed ualde clam exercita.
- 208 Usura centesima qua, & quando licita fuit.
- 208 Usuram qua intentio sine facto faciat.
- 209 Intentio secundaria nec usuram, nec simoniam facit.
- 210 Usura est lucrum ob dilationem solutionis.
- 210 Vendere pluri ob dilationem, aut minoris ob anticipationem. & 228.
- 211 Interesse quid, quotuplex, & quod peti potest.
- 212 Interesse lucri cessantis petitur sine his conditionibus.
- 213 Montes Pietatis liciti contra Caietanum & Sorum.
- 213 Dotis ob solutionem dilatam quid lucri capere liceat.

**D**icturus de peccato usurae circa mutua, huic loco ad id opportuno, iuxta promissionem in praefatione factam, inferam summam eorum, quae in Commentar. de usuris scripseram, ad scrutandum fundamenta, quibus soluerentur dubia quaedam, quae anno 1554. soluere iusserat mihi Vlyssipone Serenissimus ille maximus Cardinalis tituli Sanctorum quatuor Coronatorum omnium uirtutum heroicarum panegyri, rerum diuinarum & humanarum eximia cognitione comitata, & inclytus Infans Portugallie, Henricus, tunc frater gloriose memoriae Regis Ioannis eius nominis III. & postmodum regni Lusitani moderator grauis simus, patrius obseruatisimus, & obseruandissimus Regis Don Sebastiani huius nominis primi, iuuenis quidem, sed pacis, & belli gestis pro aetate Christianissimi, gloriosissimi, & gerendorum spe admirabilis. De quibus nunc lachrymis obortis nihil aliud dicere licet, quam quod ipse rex dicitur cecidisse fortissimè, pugnans contra Sarracenos in Africa: quamuis sint, qui dicant adhuc esse in uiuis: quia corpus eius omnium, qui praelio aderant magnitudine insignissimum, numquam inuentum est. Et quod Cardinalis praefatus eius patrius in Regem assumptus, & Regia Cardinalitiaque dignitate gloriosissimus, pro regno terreno, & temporali, quod non dimittebat omnino, pacatum, susceptus fuit in regnum pacatissimum, aeternumque caelorum.

206 Summa ergo illius Commentarij est, quod continet uiginti duo notabilia. In quorum quatuor primis habetur, quod quamuis hoc uerbum, *usura*, prima sui significatione significet usum cuiuslibet rei, iuxta illud Marci Tullij, pro Rabirio, *Usuram huius lucis, &c.* tamè iuxta significationem, quam in hac materia communiter habet, significat lucrum proueniens ex contractu mutui, & Graecis dicitur *Τόκος*, id est, partus, quasi à mutuo partum, & Hebraeis appellatur *נשך* Neschec, id est, morsus, quo mutuans mutuatarium mordet, ut quidam recentiores scripserunt. Et quod contractus mutui differt à contractu commodati: quia per hunc non transfertur dominium rei commodatae: per illum autem sic rei mutuo data, ut dictum est supra. <sup>h</sup> Licet conueniant in hoc, quod uterque debet esse gratuitus, <sup>i</sup> & quod mutuum uerum reperitur in solis rebus, quae usu consumuntur, & in pondere, numero, & mensura consistunt: puta, pecunia numerata, uino, oleo, pane, ritico, & id genus aliis, quae usu consumuntur. <sup>k</sup> Dixi, ve-

h Nu. 180. i Lux. gl. receptae. c. 1. de commod. k In istis, qui bus, more con. oblig. in princ.

**A**rum mutuum: quia uelatum, siue palliatum, etiam in aliis rebus, & contractibus inuenitur. Mutuum enim palliatum est, quod secundum suam formam apertam, & uerba contractus est alius contractus quam mutui: secundum uero formam latentem, & mentem contrahentium ueram, uel praesumptam, est mutuum: quale est omnis contractus alius à mutuo, in quo quis minoris iusto pretio infimo, siue medio, quaerit aliquid propter anticipatam solutionem: & contra, quo quis uendit alij pretio maiore iusto supremo propter dilatam solutionem, <sup>a</sup> qui enim emit 10. rem ad minus pretio infimo ualentem 12. ob anticipatam solutionem, in effectu uidetur mutuae pretium, quod dat, & illud minus iusto pretio, quod dare deberet, accipere pro usura: qui uero contra uendit rem ualentem ad summum, & pretio rigoroso 10. pro 12. ob dilatam solutionem, uidetur mutuae pretium rei, quam uendit accipiendo illud plus iusto pretio, quo res uendita ualeat pro usuris, ut in praedictis iuribus probatur. Quod autem pretium sit infimum, quod medium, & quod supremum traditur infra. <sup>b</sup> Unde licet omnis usura in solo contractu mutui uersetur: quia tamen contractus mutui est duplex, uerus, & palliatus: ita duplex est usura: uera, quae in uero mutuo, & uelata, seu palliata, quae in mutuo palliato uersatur.

**B** 207 In quinto, & sexto notabili habetur. Primum, quod aliud est peccatum usurae, & aliud usura: quia peccatum usurae est accipere, uel uelle lucrum usurarium. Usura uero est lucrum pecunia aestimabile suapte natura, quod principaliter uel mutui ueri, uel palliati quaeritur. Dixi, lucrum, pro genere, & pecunia aestimabile, ad differentiam lucri non aestimabilis pecunia: quale est spirituale meriti, & gratiae, quod fit, quando, & quomodo, & cur oportet apud Deum, iuxta illud. <sup>c</sup> *Lucundus homo, qui miseretur, & commodat, siue mutuat:* & illud Euangelij, <sup>d</sup> *Centuplum accipiet & uitam aeternam possidebit.* Quod proprie non est usura, licet aliquando metaphoricè sic dicatur. <sup>e</sup> Et mutuae quem, ut praesentetur, uel eligatur ad beneficium, uel ut illud sibi conferatur, non est proprie peccatum usurae, licet sit peccatum simoniae, quae est grauior usura. Dixi, *suapte natura:* ad differentiam lucri quasi spiritualis uirtutis, & amicitiae, quod mutuando quaeritur, & non est usura: quia suapte natura non est pecunia aestimabile: licet multi pluri aestimarent amicitiam, quam mutuando aliquibus quaerunt, quam pecuniam, quae ex eo ab usurario quaeritur. Dixi, *Principaliter:* quia licita est intentio minus principalis quaerendi aliquid pecunia aestimabile, ut infra dicitur. Dixi, *ut mutui:* ad differentiam eius, quod ratione ueri interesse lucri cessantis, uel damni emergentis, accipitur: quia illud non est usura. <sup>f</sup> Dixi, *uere uel palliati,* ad includendum lucrum, quod quaeritur ex mutuo palliato, de quo supra. <sup>g</sup>

**C** 207 Habetur secundò, quod usura est illicitum lucrum, & uelle, uel accipere illam peccatum mortale, adeò quidem, ut contrarium asserere sit haeresis, <sup>h</sup> & non solum iure humano: sed etiam naturali & diuino ueteris & noui testamenti prohibita. <sup>i</sup> nam prohibetur hoc septimo praecipio Decalogi, *Non furtum facies.* <sup>k</sup> quo omnis rei illicita uirtutis, qualis est usura, prohibetur, <sup>l</sup> quod est praecipuum utriusque testamèti, & quod specialiter prohibetur in nouo, per illud <sup>m</sup> *Mutuum date, nihil inde sperantes:* contra impium Molinæum, & pium Sorum ex Urbano, <sup>n</sup> per quae etiam ratio eorum confutatur. Et quod nis diuini uoti testamenti specialiter prohibet non solum mutuationem cum pacto expresso, aut tacito reddendi plus aliquid mutuato: sed etiam mutuationem sine pacto aliquo cum intentione principali, ut plus aliquid remutuata restituatur. <sup>o</sup>

**D** 208 In septimo notabili, & duobus sequentibus habetur, quod sicut omne peccatum aliud ab usura peccato est duplex: mentale tantum, quod est uoluntas peccandi abique uerbo, uel opere: & mentale, & reale, quod est uoluntas peccandi uerbo, uel opere secuto: ita peccatum usurae est duplex: mentale tantum, quod est uoluntas lucrandi usuram opere non secuto: & mentale, & reale, quod est uoluntas eam lucrandi opere subsecuto. Et quod usura mentalis differt à peccato mentali usurae: quia non est uoluntas quaerendi lucrum ipsum ex mutuo dato intentione principali quaerendi illud sine ullo pacto expresso uel tacito, sed est lucrum quod capitur sine pacto expresso aut tacito ex sola mentis intentione, quae mutuans mutuat, ut

a Ca. in ciuitat. de usur. Et c. ad audi entiam. de emp. & c. illo uos. de pigno. cum eis adn.

b Cap. 23. nu. 78.

c Psalm. 11.

d Matth. 19.

e Luc. 10. S. Trom 2. l. 9. 78. artic. 1.

f Lux. gl. sing. & receptam capi. conque. flus de usur. facit. ca. 2. Et c. salubriter. eod. tit. g Numer. pro ximo. h Clemen. 1. de usur. i Ca. quia. Et c. super eo. de usu. k Exod. 20. l Cap. panna. le. 14. qua. 5. m Luc. 6. n In c. consu. luit. eo. su. Et Coc. Latera. sub Leon. X. Et ex aliis. o Per c. 1. 14. qu. 6. Et alia in dicto. nota. 6. addu. cia.



*aliquid amplius sibi reddatur.* de qua intelligendi sunt disputantes: An vsura mentalis obliget ad restitutionem? nam de peccato vsuræ mentali tantum nulla est dubitatio: quia sicut nullum aliud peccatum mentale tantum obligat ad restitutionem: ita nec peccatum vsuræ mentale tantum. Sed disputant, An lucrum questum ex mutuo intentione principali ob illud dato obliget ad illam: ita quod præter peccatum vsuræ mentale tantum, & vsuræ mentale, & reale, est vsura mentalis definita supra esse *lucrum*, & c. quæ non dicitur mentalis, quia lucrum non sit securum: sed quia sola intentio mentalis fuit causa principalis querendi illud: quæ hæcenus (quod sciam) nullibi sunt ita declarata. Et quod nunc etiam legibus secularibus Regum Christianorum est expressè prohibita vsura, & implicite à tempore Iustiniani Imperatoris, secundum communem, de qua Ioanes Andreas. Et ita nullus Christianus eam clarè exercet: sed verendum, ne aliqui velatè, siue palliatè, maiorem, quam vquam exerceat: nam maxima, quæ olim permittebatur, erat centesima, quæ centum mensibus ipsam sortem exequatur: ita ut quoquo mense fors vnum pariat, & duodecim in anno, ut copiose ostendit Bartholomæus Socinas, cui concordant Budæus & Alciatus in locis ibi citatis, & alij libj: & ea tantum \* in pecunia traiecitia sortis periculum in se suscipiendi, in alia verò mercatoribus, duæ partes centesimæ, hoc est, octo pro centum in anno: & aliis non negotiantibus dimidia centesimæ, hoc est, sex pro centum in anno: & nobilibus tertia pars, id est, quatuor in anno pro centum. Et nunc aliqui velatè, siue palliatè accipiunt tam grandes, ut interdum fors pariat decem, & amplius pro centum ab vniis nundinis in alias: quæ tamen tres, aut quatuor in anno occurrunt: & ita triginta & amplius in anno pro centum. Item antea ex vsuris vsuræ non capiebantur, & at nunc cambiorum cambia corraduntur.

\* In pecunia traiecitia Pecunia traiecitia quæ & nautica dicitur & maritima illa quæ periculo creditoris in nauem recepta traiecitia committitur, & trans mare vehitur, quæ si eodem loco consumatur non erit traiecitia.

209 In decimo, & vndecimo notabilibus habetur, quod intentio principalis lucrandi ex mutuo sufficit ad constituendam vsuram, etiam sine pacto expresso, vel tacito, contra impium Molinæum: non autem minus principalis contra Sotum. Tum quia id tenent glossa & Innocentius & a plerisque omnibus Theologis & Canonistis recepti. Tum quia cap. si officia. f. & ca. quid proderit, s. probant, licitum esse Ecclesiæ, & prelato seruire cum spe secundaria, licet non principali, aliquod beneficium obtinendi. Tum quia quæ plurima sunt, in quæ quamuis non liceat intendere principaliter, licet tamen minus principaliter. Verbi gratia non licet dicere missas, & diuina officia audire principaliter propter distributiones quotidianas: minus principaliter tamen sic, iuxta glossam singularem. Non licet etiam principaliter seruire Deo intuitu remunerationis terrenæ, sed minus principaliter sic, iuxta illud, *Inclinati cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem.* Adeo, quod Concilium Tridentinum k definiuit contrarium esse hæreticum. Tum per alia ibi latius adducta: ita quod licet nullum, neque principale, neque minus principale lucrum tamquam iure debitum ex mutuo expectari possit: potest tamen tamquam antidorale, & remuneratorium de gratia, & non de iustitia debitum. Ibi etiam cum communi asseruimus, quod tã principaliter, quàm secundariò possumus sperare lucrum amicitia & gratitudinis ex mutuo; & tam principaliter, quàm secundariò lucrum pecuniarium ex illa amicitia & gratitudine: sed non nisi minus principaliter, & secundariò lucrum pecuniæ ratione mutui. Et consequenter, quod qui postquã principaliter propter lucrum mutuauit, suum peccatum agnoscens, illam intentionem mutat in intentionem minus principaliter accipiendi, si postea gratis datum accipiat, nõ est vsurarius, vt rectè dicit Angelus. Et ita non sunt vsurarij omnes, qui cum spe lucri mutant, sine qua non mutuarent: quia potest esse finis eorum principalis amicitia, vel amor Dei, & virtutis, & lucrũ minus principalis. nam, vt aliquis sit finis eorum principalis alicuius actus, non sufficit quod ille non fieret sine illo: sed oportet, quod plus vel tanti æstimetur, ac alius finis, propter quẽ ille fit, vt latè probamus alibi, m & supra proximè tetigimus. Neque etiam peccat, qui non mutuatur principa-

liter ob lucrum, bona fide aliquid accipiẽdo à mutuatario, existimans id sibi amanter, & gratis ab eo dari, licet id non det tam ob gratitudinem, quàm ob timorem, ne pecunia à se repetatur, vel sibi alia vice mutuum denegetur: quamuis si postea id intelligeret, teneretur ad restitutionem illius, secundum Sanct. Antoninum a & Caietanum. b Contra verò, si dum sibi dabatur, existimabat non dari sibi libera voluntate, sed coacta, accipiẽdo quidem peccat, etiam si a principio sola caritate mutuasset. c

Addidimus & ibidẽ, quod ex qualitate rei data, ex lucro, vel iactura dantis, & ex eo, quod in tali casu virtus gratitudinis poscit, probus pœnitẽs, & prudẽs confessarij conuicere possunt, an datũ ultra sortem dicatur datũ libera, an coacta voluntate. Diximus etiã illum, qui eo quod à suo debitore debitum recuperare cõmodè nõ potest, mutuati debet recipiat, non peccare, quia nihil ab eo accipit vi mutui secundũ Ioannem Maiorẽ. d Adiecit tamen, hoc casu cauendum esse debitori per chirographi debiti redditiõnẽ, vel per schedulã solutionis eius; ne postea ipse, vel eius hæres iterũ illud petant, vel accipiant sponte solutũ, per ea quæ dicta sunt in simili supra. e Non peccat etiam, qui accipit aliquid ob iustam mercedem laboris sui, vel famuli numerandi magnam pecuniã summam: quia nõ vi mutui, sed laboris numerãdi accipit. neque qui capit aliquid pro sumptu, & labore mittendi pecuniã mutuã longè absenti. f

210 In duodecimo notabili & duobus sequentibus continetur, quod qui vendit, permutat, aut locat minoris iusto pretio ob anticipatã solutionem, est vsurarius. Et è contrariò omnis, qui vedit, permutat, aut locat maioris iusto pretio maximo, siue rigorofo ob dilationẽ solutionis, per rationem supra positã. g Et quod in hoc sæpe videntur peccare, qui emunt, vel locant redditus episcopatuũ & beneficiorum, Magistratuũ, Prouinciarum, Dominiorum, oppidorum, tributorũ, vendibilium exactiones, & alios census Regum, episcoporu, beneficiariorum, & aliorum priuatorum necessitate pressorũ, multò minori iusto pretio infimo ob solutionẽ anticipatã vnus anni, & minori ob duorum, & multo minori ob triũ. Et contrã, qui vendũt, aut locant aromata, cinnamomũ, piper, & c. pannum, sericum, lanas, aulã, libros, papyrus, & alia similia, boues, vaccas, equas, oues & alia pecora iis, qui eorũ indigent, ad sustentãdum, vel quærendũ præsentem pecuniã ex eis protinus reuendendis minoris iusto pretio. Vẽdunt, in quã, vel locant maioris iusto pretio rigido, & summo propter dilationem solutionis, & tantò plus addunt pretio, quantò solutionis dies longior fuerit. Dixi, *propter dilationẽ, vel anticipationem:* quia secus si id fieret propter bellum, pestẽ, vel inopiã victus, vel pecunię præsentis. Monemus itẽ ibidẽ cauere sibi debere Ecclesiasticos, & sæculares prædiuites, qui agros colonis suis plus iusto pretio rigido locãt propter dilationem solutionis suorũ debitorum, aut propter mutuatiõnẽ tritici ad serendũ, & victus, aut pecuniã ad alia necessaria cum longa solutionis dilatione, quibus rebus fatigant eos supra modũ adigentes ad viuẽdum miserius, quã si eorum essent mancipia, & eos etiã qui redibus suos, quã maximo possunt pretio locant in auctiõibus publicis, allicientes ad augenda pretia pollicitationibus, & donariis incrementorum, quæ Hispani vocant Pujas, & dilationibus solutionum, cogẽtes illos facere renũciationes ab omni iure alienas; quales ante nostrã ætatem paucissimas Hispania vidit: nulla habita ratione, quod per huiusmodi submissiones, & ad casus fortuitos obligationes minuitur iustũ alioqui pretiũ cõductionis: nec habita ratione, quod locãtes tã excessiuo pretio sunt in causa, vt cõductores vtantur mēdaciis, & malis artibus in vèdendis eis, vt pretiũ, q̄ solunt ex eis corradãt, quibus, ni vtatur, impossibile est illud corradere.

211 In decimoquinto habetur, quod interesse generaliter dicitur esse damnũ emergens, & lucrũ cessans: eo quod aliquid fieri cessatur, secundũ glossã. h In qua definitione, cõiunctio, Et, accipitur pro, Vel, & verbũ, Fieri, prout comprehendit, Non fieri: eo quod nõ facere sit facere. i Et q̄ est duplex; scilicet dani emergentis, & lucri cessantis. k Exẽplum dani emergẽtis, Habeo pecunias ad reficiendũ domũ, vel emendũ æstare triticũ, aut scẽnũ, & eas mutuo tibi: quas quia ad præstitutũ diem non soluisti, domus corruit, triticũ duplo

liter ob lucrum, bona fide aliquid accipiẽdo à mutuatario, existimans id sibi amanter, & gratis ab eo dari, licet id non det tam ob gratitudinem, quàm ob timorem, ne pecunia à se repetatur, vel sibi alia vice mutuum denegetur: quamuis si postea id intelligeret, teneretur ad restitutionem illius, secundum Sanct. Antoninum a & Caietanum. b Contra verò, si dum sibi dabatur, existimabat non dari sibi libera voluntate, sed coacta, accipiẽdo quidem peccat, etiam si a principio sola caritate mutuasset. c

a In Mercur. reg. peccati. de reg. iur. li. 6.

b In l. si heres §. isem ff. ad l. falcid.

c Vt nullo. C. de vsur. §. l. placuit ff. eo.

d Lib. 8. qu. 1. art. 2. de iust. & iur. c. In d. ca. con suluit. de vsur. §. 59. dist. 8. c. 1. dist. cum suis gloss.

e Et recept. in c. 1. de cler. non resid. l. 6. i Psalm. 118. k Sess. 6. can. 31.

l Verb. vsur.

m In d. ca. cũ munit. nu. 37.

a 2. p. tit. 1. ca. 7. §. 6. b 2. 2. qu. 78. art. 1. c Lau. in ca. salubriter. de vsur. §. 5. Antonin. ubi supra.

d In 4. li. sen. dist. 15. q. 2p. in princ.

e Eod. ca. nu. 113.

f Idem Ioan. Maior ubi supra.

g Num. 206.

h In ver. poss. lib. 1. c. de sent. qua pro eo quod int. prof. i l. si mora. ff. solus. marri. §. glo. l. 2. recepta in princip. ff. de ver. oblig. k Secundum eandem glossã dict. l. 1.





carius emi, pecora fame interiere, aut aliquod simile danu' accepti. Exemplu' interesse lucri cessantis, Su' mercator, habeo pecunias, quibus merces emere volo ad negotiandum, eas hi mutuo, & die praefixo non restituis, lucrum, quod ob id facere cesso, est meum interesse lucri cessantis.

Et quod inter omnes convenit, vtrumq; horum contingens ob mutuum per se posse tribus casibus, primo, quando mora in soluendo praecessit. Secundo, cum id ante, aut post moram contingit: mutuum tamen datum fuit per aliquam vim Regis, Civitatis, aut cuiusvis alius. De quo tamē acriter tractatur infra. Tertio, cum à principio convenit de soluendo damno, quibus tribus casibus non solum licet accipere, & exigere, sed etiā à principio convenire de summa, quae ultra sortem sibi rependenda est ex verisimili illo interesse damni, aut lucri, ut latè praedictus Sotus scripsit, quamvis magis quam alij, hanc materiam restringere sit conatus, quod postremum hodie non procedit in materia cambiorum, per extravagantem Pij V. transcriptam infra, ut ibi dicam. Et quod tota difficultas sita est in casu, quo quis sponte, sine vi mutuatur pecunias expositas negotiationi, aut reru' frugiferarum emptioni, ob quarum mutuationem cessat negotiatio, & frugiferorum emptione, an is possit capere licite interesse lucri cessantis contingētis ante moram, & culpam. nam Innocentius tenet, quod non, quem praedictus Sotus laudat, & sequitur, protestatus tamen, quod contrarium, quae communis est, opinionem non damnat: quam etiam laudandam esse, & firmiter tenendam, probavimus 14. rationibus, refellendo, quas ipse pro sua adduxit. Quae tamen conclusio intelligenda est, dummodo omnis dolus, & fraus palliandi vsuras absit, & modo non tamquam res acquisita, sed tamquam res in spe posita, & quae impediri multis modis potest, estimetur, etiam in contractibus, in quibus etiam hodie licet à principio convenire (in cambiis enim hodie, ut proxime dixi, non licet) maxime si mutuatur res cum pacto de refarciendo illo: quonia' interesse lucri cessantis non debetur magis, quam interesse extra rem damni emergentis. At hoc regulariter non debetur, nisi pacto praecedente. Ergo neq; illud. Et quod pecunia mercatoris negotiationi exposita, vel alterius emptioni frugiferarum rei destinata, plus valet, quam altera tanta aliorum, & etiam ipsius, illi non ita exposita. Et ita etiam triticum satum, vel sationi destinatum, valet plus, quam alteru' tantum absolute consideratu'. Et quod quamvis facultas, quae pecuniae ad lucrandum inest, absolute considerata, eius pretium non plus augeat, quam sine illa: considerata tamen in eo, qui scit, & vult ut ea ad iuste lucrandu', facit ut plus valeat: sicut facultas generandi, quae est in tritico, absolute considerata, non efficit, ut plus valeat: considerata tamen in eo, qui illud iam satum habet, aut sationi praeparatum, aliud simile ad seminandum non habens, facit ut plus estimetur ad effectum, ut vendere, & etiam mutuari carius possit: & qui furto illud sustulerit, plus quam alteri restituere teneatur. Et quod, qui habet aliquid quod communiter, nec sibi, nec alijs plus quam re. valet, plus illud alteri vendere non potest, quamvis illi multo plus valeat: tamen si sibi plus valet, recte id vendere potest eo pretio, quo sibi valet accipiendo pro eo tanto plus, quanto sibi plus valet, iuxta S. Tho. & Scotu' receptos. Et quod sicut operarius potest accipere pretium operum suorum, quas omisit ad preces alterius, qui eas soluere promisit, sic & mercator lucrum, quod ad preces mutuatarij omisit propter permissionem de refarciendo interesse.

\* Interesse extra rem. Quid sit interesse extra rem ex hac divisione Gregorij declaratu'. Perpendimus autem id quod interest, vel ut intrinsecum, vel ut extrinsecum: intrinsecum dicitur iactura quae in re ipsa principaliter consideratur, veluti si vinum acuat. Extrinsecu' quando iactura contingit aliunde quam ex re debita, amen per occasionem illius, & circa eam. haec ibi.

212 In decimosexto notabili, & tribus sequentibus continetur, quod non sunt necessariae tot conditiones ad iuste capiendum, interesse lucri cessantis ex mutuo, quod Conradus, & quidam alij alibi requirunt: licet aliquot earum sic, prima enim est, ut hic lucrandi modus non tantum sibi placeat, quantum negotiationis: quod tenet etiam Silvester, quae tamen non est necessaria: nam iustum, & iniu-

stum non in bonitate aut praeitate animorum, & intentionum, sed in rerum, & operum externorum aequalitate, & inaequalitate consistit secundum Arist. & D. Th. Unde & recte ait idem Sotus, nihil referre, an mutuans sit rogatus, & quaesitus à mutuatario, an vltro mutuet, modo quod ad iustitiam commutativam pertinet, servetur. Secunda, quod interesse sit verum, quae necessaria est. Tertia, quod mutuatio, vel non solutio sit causa amissionis lucri, secundum omnes, qualis non est secundum Caietanum & Medinam, quando mutuans pecuniam habet aliam, qua negotietur. Quae tamen limitatio non procedit, si aliam pecuniam ad alios fines, veluti ad fortuitas necessitates destinasset, neq; negotiationi committere veller, quod prudentia est. Quarta, ut dandis vsuris non sit assuetus, quia ex tali consuetudine praesumeretur voluntas exercendi vsuram: quae tamen conditio non procedit in foro conscientiae, in quo veritas praevalet praesumptioni, & fieri potest, ut quis in alijs vsurarius sit, & in hoc non. Quinta, ut non recipiat interesse priusquam constet, quod verisimiliter lucratus fuisset. Quod in materia cambiorum videtur hodie statutum per extravagantem Pij V. transcriptam infra. Sexta, ut mutuarius non egeat extreme, quae non videtur necessaria: quia non tenetur ex precepto subvenire illi gratis, imo satisfacit mutuando, ut cum poterit solvat, per dicta supra & mutuare sine interesse, esset donare. Septima, ut mutuans ob hoc, non incurrat infamiam vsurarij apud simplices, estimantes illud interesse esse vsuram ob similitudinem, cum omnis species mali fugienda sit, quae conditio, quamvis ad evitandum peccatum scandalum necessaria sit: non tamen ad evitandum vsuram, & obligationem restituendi, quae ex sola iniustitia nascitur, per dicta supra, quale non est peccatum scandalum, quod est contra caritatem secundum S. Thomam. Octava, quod causa principalis mutuandi sit subsidium necessitatis vitae, salutis, honoris, aut bonorum proximi: quae tamen non est magis necessaria, quam prima per dicta in ea, licet sit honestissima. Nonna, ut non capiat, neque paciscatur totum interesse, quod verisimiliter expectatur, sed solum tantum, quantum valet illa verisimilis expectatio: immo, quod nec hoc nunc in cambiis fieri possit, videtur probari per praedictam extravagantem, ut ibi dicam. Et quod consequenter, qui cogitur soluere praenam, vel interesse creditori suo, eo quod mutuarius suus non solvit ei mutuum statim die, licet potest ab eo recipere illud, quod sic solvit, & etiam compensationem damni accepti ob venditionem rerum suarum minoris, quam valeret, aut emptionem tritici, & vini cariori pretio, eo quod statim die debitum ei non solvit: quia non accipit ratione mutui, sed ratione interesse damni emergentis, secundum omnes, etiam si promissio de soluendo eiusmodi damno non praecesserit.

\* Secundum Aristotelem. Aristoteles hoc habet in 1. Ethic. cap. 6. cum dicit medium iustitiae esse secundum proportionem Arithmetice, quod est medium rei & in 5. ca. 6. cum dicit quod aliquis facit iniustum & iniustus non est.

Ibidem etiam continetur, quod non possint quidquam capere iuste ratione interesse lucri cessantis ij, qui nolunt, vel non possunt negotiari, nec res frugiferas emere, & mutuant ad interesse: neque illi mercatores, qui certa pecuniae summa negotiantur, & non maiori; & aliam quam habent ad interesse mutuant: neque qui multas pecunias in nundinas important, & emptis mercibus suo proposito sufficientibus reliquas pro interesse mutuatur: quia nullum interesse veru' praetendere possunt per praedicta. An autem, qui suas, vel aliorum grandes pecuniarum summas alijs, atque alijs tradunt in vnjs nundinis soluendas in alijs cum aliquo lucro, aliqua ratione defendi possint: dicitur infra.

213 In notabili vigesimo, & duobus sequentibus continetur, quod montes Pieratis erecti modo infra dicto, sunt liciti, quod contra Caietanu', & Sotum, probatur efficacissimis argumentis, diluris eorum rationibus. Modus vero est hic. Aliquis opulentus deputat aliquam quantitatem tritici, vel pecuniarum ad mutuandum quotannis pauperibus pignori ab eis acceptis, quo pro quantitate accepta, & pro tempore, quo ea non soluerint exigunt aliquid singulis mensibus solvant pro victu, & salario eorum, qui habebunt curam dictum triticum, aut pecuniam custodiendi,

a Glos. colubr. in c. con. questus. de v. jur. & alia multa ibi citata.  
b Eo. nu. 302.  
c Li. 6. q. 1. a. 3. de in. & m.  
d Eo. 2. 300.  
e In ca. fin. de v. jur.  
f In praedictis not. 15.  
g Secundum Bart. & com. mun. in d. l. 1. h. l. si frugifera. §. cum per vsur. de ac. emp. i. Arg. l. illud ff. ad leg. d. quib. l. Ar. l. 3. sub fin. ff. de eo quod certo loco. & trad. Caiet. 2. 2. q. 78. ar. 2. quod ansem sensus Scot. in 4. lib. ju. d. 13. q. 6.  
h In qu. 3. de contrac.  
i Verb. vsur. quod. 19.

a 2. 2. q. 58. a. 10. & q. 59. a. 2.  
b Lib. 6. qu. 1. ar. 3. de in. & m.  
c Iuxta mentem gl. & omnium in dicto c. conquisitus. d Vbi supra.  
e Ca. 100. de spons.  
f Nu. 300.  
g Eo. c. n. 60.  
h 1. ad Thessa. lon. 3. c. c. ab omni. de vita. & hone. cler. i Eod. nu. 6. k 2. 2. qu. 43. in princ.  
l Ar. l. nundina. ff. de in. l. i. in pri. ff. de us. sp.  
m Nu. 199.  
n Tom. 2. Opuscul. Tra. ctat. de m. s. te Pistatis. o Li. 6. de us. & in. qua. 1. art. 6.



mutuandi, recuperandi, & restituendi pignora tempore opportuno.


Et quod gener licite recipit fructus pignoris fructiferi traditi sibi à focero, in securitatem soluendæ dotis, quia non capit eos vi mutui veteri, vel palliati, sed alia ratione, quæ à variis varia redditur, vt monstrat prædictus Couarruias, sed nulla satisfacit per ea, quibus breuissimè cõsumamus ibidem cõmunè, & aliã Ananiæ, & aliã Medinæ & aliã Soti, & aliam Fortunij, olim à nobis probatam, subdentes aliã genuinã fundatã in donatione tacita dotantis, & tradētis pignus, quæ colligitur ex multis in dotatione cõcurrentibus, quæ ibi insinuatur. Ex qua intulimus quatuor, Primum, quemlibet maritum, quamuis non sit gener eius, qui tale pignus dedit, posse fructus eius percipere, non computando eos in dotem promissam: nisi contrarium exprimat, quamlibet longum tempus solutioni dotis præfigatur, modò obligatio dotem soluendi esset ad præsens tempus, licet solutio differretur accepto pignore. Secundum, posse maritum pacisci cum eo, qui dotem promissit, & non soluit, vt quoad soluatur in singulos annos pro subsidio onerum matrimonij pendat tantum, quantum aliquis medioeriter industrius ex illa dote, ipsa salua, capere posset, quod Panormitanus, & alij multi relati per Couarruiam d & etiam Sotus tenent, quidquid Ioannes Lupus e dicat. Tertium, verum esse, quod insinuauit Sotus f maritum, scilicet, qui dotem recepit, & hæredes eius in casu diuortij teneri vxori viduæ, aut separatæ ad alimenta præbenda, quæ salua manente dote, dari possunt, quoad illi ea persoluatur. Quartum, quod iuste obseruari possunt statuta terrarum, vt qui dotem promittit, quoad soluat, & maritus, & ipsius hæredes, quoad dotem viduæ, aut separatæ reddant, certum quid ex centũ in singulos annos pendant.

a Per c. salubriter. de v. sur. & l. pater. ff. de dol. mal. b In ca. 1. li. 3. variarum Resol.

c Disto ca. sa lubriter. d Vbi sup. e In repet. c. per vestras. nos. 6. de dona. inter vir. & vxor. fle. 6. q. 1. ar. 2. de iust. & iur.

Qui peccant peccatum vsuræ circa mutua.

- 214 Mutuum, qui non soluit aequè bonum, & statò die, vt peccat.
- 214 Vsuram, qui credit non esse peccatum mortale, hæreticus.
- 214 Vsuræ circumspèctè definita, & declarata.
- 214 Vsurarius confiteatur quoties voluit scenerari.
- 215 Vsuræ quando mutuari, proposita pœna, & c.
- 216 Pignoris industrius culti fructum retinere, an vsuræ.
- 217 Pignoris fructus quando bene capiuntur, cum pacto commissorio.
- 217 Fundi pignori fructus, qui bene capiuntur, & seqq.
- 219 Vsuræ an sit mutuari rem, vt reddatur cum pluris valebit.
- 220 Vsuræ, vt sit mutuari, vt molat in suo molendino, & seqq.
- 222 Donare licet, vt reddat duplum, si moriatur intra tale tempus.
- 223 Mutuare Regi, vt officium conferat, peccatum.
- 223 Medico mutuare, vt medeatur gratis an liceat.
- 224 Mutuare, aut vendere granum pro grano, vt liceat.
- 225 Debitum granum, qui non petit, donec pluris valeat.
- 226 Mutuans pecuniam argenteam pro aurea, vel è contrario.
- 227 Emens triticum, vinum, aut oleum, quod elegerit.
- 228 Pretium iustum, triplex, imum, medium, summum.
- 229 Vendere quis tenetur minus quam emit.
- 230 Emens rem ab eo, quem credit eam non habere, & statim locat.
- 231 Emens minoris debita lege post soluenda, & seq.
- 233 Mutuans mutuo accepta pro vsuræ ob illa promissa, & seq.
- 234 Censu vt restituendus.
- 234 Extrauagantis Pij V. edita super censibus tenor, & seqq.
- 238 Mutuans sub vsuræ pro re pauperi danda, vel pro iniuria remittenda.
- 239 Vendere, vt plus Maio valebit, sit contentus medio eius, quod toto valebit, & seq.
- 241 Vendens alicui, quod reuendendum est, & emens illud.
- 242 Deponens pecuniam cum pacto, aut intentione lucrandi.
- 242 Vsuræ in deponendo, & à depositario accipiendo.
- 243 Vendens equũ maioris, quam valet, licet post tantum valeat.
- 244 Vsuræ est soluere famulis alicuius, vt post auctarium capiat.
- 245 Vsuræ est soluere ante diem statutum ob lucrum.
- 246 Vsuram iuratam non soluere quando peccatum.
- 247 Actio, & passio eiusdem rei dantur contraria bona, & mala.

214  Ctuagesimosexto peccat mortaliter, qui res mutuatas non soluit statò die in rebus eiusdem generis, & bonitatis: nisi impotètia, vel

consensus expressus, vel tacitus creditoris excuset, aut alia supra dicta. Peccat, præterea qui mutuat aliquid ob lucrũ notabile pecunia æstimabile, cõuentũ expressè, aut tacitè, aut principaliter speratum cũ obligatione restituendi: nisi antequam recipiat pœniteat, per dicta. Et notandum vsurario non sufficere, vt confiteatur, quoties ad vsurã dederit: quia oportet vt dicat, si scit, quoties secũ animo deliberato dare constituit. Et si distinctè ignorat numerũ verũ, dicat verisimilem, plus minũve: vt fieri debet in omnibus peccatis mortalibus, quorum numerus certus ignoratur, vt dictũ est: & in specie Ioan. Maior. Idem si à principio sine spe principali lucrũ mutauit ex sola claritate: & postea illam concepit, & poposcit illud, per ibidẽ dicta. Idem de illo, qui nõ vult proferre diẽ solutionis debiti absq; aliquo lucro: nisi p suo vero interesse accipiat, p prædicta. 215 Otuagesimosseptimò peccat, qui mutuat appõsita pœna, nisi intra diem statam soluerit ei, quem iã à principio credebat ad eam diem soluere non posse, cũ obligatione restituendi, secundũ Scotum, & communem. Idem si pœnã exigit ab eo, qui sine sua culpa per impotentiam eã non soluit, quia regulariter, vbi nõ est culpa, pœna esse nõ debet. Idem si soluta parte debiti totam pœnam exigit, saltem quando obligatio est diuisibilis. Sed non si pœnã posuit, vt timore eam incurrendi soluat, præsertim optando potiùs solutionem, quam pœnã incursionem.

216 Otuagesimosoctauo, qui creditor vtitur fructu, vel vsu pignoris sibi traditi cũ pacto nõ computandi illum in sortem, in quam computanda omnis commoditas, quã ex eo percipit deductis impensis legitimis, vt supra i dictum est. Quæ deductio est in causa, quod vsuram non committat, qui tantum in pignore impendit, quantum vtilitas ex eo percipit. Nec consequenter, qui equum parua vtilitatis in pignus accipit cũ onere alendi eum. Neq; qui domum egentem tanta, vel maiori impensa refectiois, quam pensio eius valeat. Non tamen putamus esse tum illud Soti, quod non tenetur in partem solutionis accipere fructus collectos ex pignore, quos debitor nõ colligebat, nec colligere cogitabat. Tũ quia sufficit esse fructus bonorũ debitoris, & eos nullo iusto titulo à creditore retineri posse. Tum quia alioquin dicendum esset, creditorem, qui sua solerti industria ter tantos fructus colligeret, quam debitor cogitabat, eum ad restituendum, quod amplius collegisset non teneri, quod palam est absurdum.

217 Otuagesimononò, qui mutuator accipit pignus \* cum pacto legis commissoria, scilicet, vt nisi ad præfixum diem redimatur, sit venditum, addendo, quod omnes fructus, aut pars eorum, qui vsque ad eum diem caperentur, essent sui. Secus tamen, si prædicti fructus manerent debitoris, vel in sortem, vel in interesse cõputaretur: quia pactũ legis commissoriae appõsitũ in pœnam sine fraude vsurariũ valet, & etiam appõsitum, vt lapsò die luendi pignus esset venditum iusto pretio, quæ sunt de mente Panorm. & S. Anto. & Siluestri. Secus item est, si dominus directus in pignus accipiat prædium feudale. Quod ipsum dixit de domino directo accipiente in pignus prædium emphyteuticum, quem sequimur: quamuis dubitet Ioan. Andr. & eisdem Barb. contradicat: modo tria concurrant, quæ etiam in feudo concurrere debent.

\* Cũ pacto legis commissoria. Lex commissoria est pactum in pura venditione, ea lege factum vt si ad diem dictum pecunia soluta non sit, res sit inempta, in pignoribus autem vt si finito tempore non soluat debitor, res sit vendita. Hoc pactum legis commissoriae in emptionibus probatum est: at in pignorũ constitutione reprobatur vt impium. l. fin. de pactis pignorũ. & de lege commissoria in pignoribus. rescindenda. lib. 8. Cod. l. 33.

218 Primum, quod nihil aliud debitum ex contractu emphyteutico præter fructus accipiat. Secundum, vt illud prædiũ nõ sit effectũ melius, seu melioratũ ab emphyteuta, iuxta Silu. Quod verum est, quoad partem fructuũ, qui ex melioratione capiuntur, & nõ quo ad alios, qui sine illa perciperentur. Tertium, quod emphyteuta dominium vtile emphyteutis gratis, aut serè gratis obtinuerit, vt cõmuniter feudatarius solet obtinere: nam siue ille, siue feudatarius ad obtinenda sua vtilia dominia magnam summam pecuniã soluit, non potest capere fructus sibi, saltem quãdo pensio, siue responsio pro eis soluenda longè minor est fructuum valore, iuxta communem, quam sequuntur

a Num. 54.

b Sup. eo. nu. 210.

c In c. 6. n. 15. supra. eod. d In 4. li. sen. disti. 15. q. 29.

e In 4. l. sent. dist. 15.

f Ca. 2. de cõ. sit.

g Ca. summ. cum glos. & communi. de pœnis. h Disto c. sum. am. l. si pac. quo pœnam. C. de pac. i Eo. c. nu. 25. & 26.

k Lib. 6. qu. 1. art. 2. de iust. & iur.

l Ca. significã te cum ei ad. noia. de pign.

m l. si fundus. § fin. ff. de pi. n. l. n. d. c. significans.

o Tit. 1. ca. 7. p In Rosa aurea. ca. 28. q Ca. congu. ca. 1. de vsur. adiuncta glo. fin.

r Imol. in ca. 1. de fend. s In capi. 1. de vsur. t In dicto cap. 1. de feud.

v Ver. feudũ qu. 30.



a *Verb. feuda*  
 iarius. §. 33.  
 b *Eod. 7. 10.*  
 c *In 4. l. sent.*  
 di. 15. qua. 31.  
 d *Arg. l. qua*  
*de tota ff. de*  
*rei vendi. ca.*  
*pastoralis. §.*  
*item cum to-*  
*cum. de offi.*  
*deleg.*  
 e *Ca. in ciuit.*  
 c. *naviganti.*  
 de *usufr.*  
 f *Angel. ver.*  
 usufr. l. §. 36.  
 g *In c. ff. de u.*  
 usufr.  
 h *Ca. in sum.*  
 ma. ver. usufr.  
 exterior. c. 8.  
 i *Ver. usufr. l.*  
 qua. ff. 7.  
 k *In 4. de re.*  
 Gab. in 4. lib.  
 fun. di. 15. qu.  
 11. artic. 3. in  
 prin. l. on. Ma.  
 in 99. q. d. 25.  
 qu. 25.  
 l *Bo. nu. 209.*  
 in *specie di*  
 xii. *Sil. verb.*  
 usufr. l. qu. 7.  
 m *Cap. navi-*  
 ganti. de u.  
 usufr.  
 n *In d. c. navi-*  
 ganti.  
 o *Criet. sum*  
 ma *ver. usufr.*  
 exterior. c. 8.  
 12. *Ch. 10. d. 1.*  
 Ma. in *dis.*  
 4. *li. sent. dis.*  
 15. q. 24. arg.  
 3. 5. *Aut. 2. p.*  
 in 1. cap. 6. §.  
 46.  
 p *Eod. cap.*  
 nu. 281.  
 q *Siluest. ver.*  
 usufr. l. §. 36.  
 r *1. natur. ff.*  
 de *profur.*  
 verdis.  
 s *Eodem. d.*  
 num. 209.  
 t *In Cod. de*  
 restit.  
 v *qua est se-*  
 cunda c. 1. 4.  
 §. 3. de *restit.*  
 x *In 4. de ref.*  
 y *qua est ca.*  
 eisdem cap.  
 z *Verb. usufr.*  
 l. qua. 17.

Angelus, a Silvester b Ioan. Maior. c Sed tantò plus ex fru-  
 ctibus retinere poterit, quantò minus pretium iusto do-  
 minus utilis directo dedit. d  
 219 Nonagesimò peccat, qui mutuat triticum, aut aliquid  
 mutabile, eo pacto, vt sibi reddatur tempore, quò verissi-  
 militèr creditur eius pretiù auctù iri, & ipse vsq; ad illud  
 non erat seruaturus, cum obligatione restituendi, e quia lu-  
 cratur aliquid ex mutuo, sec' si verissimiliter dubitabat, an  
 tunc pluris, aut minoris esset valiturum. Secus item si ad il-  
 lud vsque tempus seruaturus erat, & libertatem soluendi  
 intra illud tempus debitori non adimit. f  
 220 Nonagesimoprìmo peccat, qui mutuat aliquid mu-  
 tuabile cum pacto, vel intentione principali, vt in suo mo-  
 lendino molat: aut in sua taberna emat: aut ad suam scholà  
 veniat: aut in suo pradio labore: iuxta mentem Panor. s &  
 debet eum ab illa obligatione liberare, & pro illa iudicio  
 boni viri satisfacere, h quamvis Siluest. i dicat, vt pauperi-  
 bus tribuat. Quod procedit, etià si mutuarius, nil aliud,  
 ob hoc perdat, nec mutuatori aliud comodum acquiratur,  
 quàm quod ille sit obligatus in suo molendino molere, aut  
 in sua taberna emere, &c. quidquid dicant Ange. Rosel. &  
 Adria. k quia illa obligatio molendi, aut laborandi, in tali  
 loco est lucrù pecunia aestimabile: & ideo quàmuis non re-  
 neatur quidquam ex pretio, aut utilitate iusta, quam ob il-  
 lud cepit restituere: tenetur tamen eum ab illa obligatione  
 in futurum liberare, & pro pretio, iudicio boni viri, satisfacere.  
 Idem dicendum est de mutante cum pacto, vt sibi vè-  
 dat suum triticum, vinum, aut lanam etiam iusto pretio.  
 221 Dixi, Cum pacto vel intentione principali: quia mutare,  
 cù pacto vel intentione minus principali, q mutuarius  
 illa ex gratitudine facit, nò est vfura, pèr prædicta supra. l  
 Nonagesimosecundò, qui mutuat in Flandriam, aut in  
 alià regionem proficiscenti cum pacto, vt sic dixerim, vt  
 assecuraret illud per ipsum dato ei assecurationis pretio,  
 etiam iusto, m quia ex mutuo lucratur obligatione assecu-  
 randi eum ab ipso, secundum communem. n Secus si liberè  
 mutuaui, & postea conuenerint, vt mutuator assecuraret  
 certo aliquo pretio: quia id non ex mutuo, sed ex assecura-  
 tione lucratur, o qui contractus securitatis est licitus, & Reip.  
 utilis, secundum S. Antoninum receptum, vt dicitur infra. p  
 222 Nonagesimotertiò, qui mutuat aliquid cum pacto,  
 vt si mutuarius intra certum tempus moreretur liber esset:  
 & si viueret duplum redderet, quia ex mutuo lucratur illà  
 obligationem soluendi duplum, quamuis dubiam, q secus  
 si donaret gratis, absque fraude, quo donatarius, si vsq; ad  
 tale tempus vixerit duplum reddat: quia nullum ibi mutuù  
 interuenit, sed est contractus innoxius, dò, vt mihi des. r  
 223 Nonagesimoquartò peccat, qui regi, vel magnati  
 mutuat cum pacto, vel intentione principali, vt sibi conse-  
 rat aliquod officium pecunia aestimabile, licet id, quod tali  
 officio lucratus est, restituere non teneatur: secus, si princi-  
 paliter mutuat, vt eius amicitiam sibi comparat cù spe se-  
 cundaria, & minus principali, quòd sibi illud officium cōse-  
 ret, per dicta supra. s Idè de eo, qui alicui mutuat cù pacto,  
 vt eum iuuat, pro se deprecetur, vt doceat, vt scribat, aut aliud  
 quid simile pecunia aestimabile faciat. Idè de eo, qui medi-  
 co mutuat cù pacto, vt sibi medeatur: siue sit alius medicus,  
 qui sibi possit mederi, siue nò, quidquid distinguat Med. t  
 Idem de illo, qui mutuat alteri cù pacto, vt ille sibi mutuet  
 alia vice alterum tantum, secundum glossam singularem, v  
 quidquid dicat Adrian. x nisi quando solum obligat per  
 pactum ad id, ad quòd iure naturali gratitudinis obligatur,  
 secundum aliam glossam. y  
 224 Nonagesimoquintò peccat, qui mutuat alicui triti-  
 cum verus cù pacto, vt alterum tantum recens sibi restituat,  
 sciens recens melius, & maioris pretij fore, quàm suum tem-  
 pore mutui, & solutionis, per supradicta, & per dictum Sil-  
 uestri, z maxime libertatem soluendi, quando liberit, ad-  
 mit, & obligatione restituendi recens imponit. Secus ta-  
 men, si principaliter mutuat, ne suum corrumpatur, & va-  
 let, aut valebit tanti, vel pluris tempore mutui, vel solutio-  
 nis, quàm recens sibi soluendù: siue quia est maior penuria  
 eiusmodi tritici, quando mutuo datur: siue quia siccius est  
 recentis, quando mutuo datur: siue quia siccius est recentis,  
 & ideo ex hoc plus quàm ex altero capit mensura: siue  
 quia eius substantia est melior. Immo non peccaret, qui

A faceret pactum, vt plus tritici recentis, quàm datù est red-  
 datur: modo verissimiliter non valeat plus illud plus re-  
 cens restituendum, quàm vetus, cum mutuat, vel cù mu-  
 tuans illud est venditurus: quia in hoc nihil lucratur ex  
 mutuo, qui mutuat: nec qui accipit, perdit quidquam, iuxta  
 communem, a quamvis mutuator vitet damnus, quod ei  
 ex corruptione tritici euenire possit, quòd iuste velle po-  
 test absque dano mutuatarij, vt rectè Silvester b insinuat,  
 quia non etiam est vfura tempore caritatis annonæ triticum  
 aestimatum pretio, quo tunc venditur mutuate cum pacto,  
 vt tempore solutionis reddatur triticum pretio, quo tunc  
 valebit, quia in effectu est vendere triticum, & dilationem  
 solutionis concedere, iuxta omnium mentem, c nisi per le-  
 ges iustas esset prohibita eiusmodi tritici anticipata em-  
 ptio, vt est prohibita per leges Castellæ tritici anticipata  
 emptio ad reuendendum, & etiam pro sua domo: nisi pre-  
 tio, quo viginti dies ante, & viginti post sacrum diem S.  
 Mariæ Septembris valebit in Metropoli loci, vbi emit. d  
 225 Nonagesimosexto, qui quod sibi debetur, non vult  
 recipere vsque ad tempus, quo eius pretium crescat, cum  
 debitor illud tempus expectare non teneatur: quia vult lu-  
 crari impensam, quam in custodiendo faceret, & periculù  
 amissionis vitare. Idem de illo, qui alteri mutuat cù pacto,  
 vt tali tempore, & non ante restituatur in alio loco extra  
 illum. in quo iure tenetur, reddat, e quia illam obligatione,  
 quæ pecunia aestimabilis est, vltra sortem lucratur. Non ta-  
 pen peccat, qui non petit triticum, quòd sibi debetur, vsq;  
 ad annum, aut tempus, in quo carius erit: nisi directè, aut in-  
 directè debitoris solutionem impediatur, vt (nostro iudicio)  
 impedit diues, qui nolens, vt pauper Augusto anni fertilis  
 soluat, prædicat ei, vt illo tritico ad suam vtilitatem vtatur,  
 & nullo pudore afficiatur: eo quòd nò soluit. Ad quas frau-  
 des vitandas prudenter statutum est in Lusitania, vt qui tri-  
 ticum mutuo datum ante diem S. Mariæ Augusti non pe-  
 tierit, non possit petere vsque ad sequentem annum.  
 226 Nonagesimosextimo peccat, qui pecuniam argen-  
 team mutuat, vt aurea ei soluat, si ideo hoc faciat, vt in es-  
 timatione lucretur, f quamvis bene possit pecuniam argen-  
 team aurea, & auream argentea emere, & vendere: & etià  
 lucrum aliquod moderatum accipere, g quia non lucratur  
 ex mutuo: sed ex permutatione, emptione, vel venditione,  
 sicut etiam ex commodatione pecuniæ, vt pignori detur,  
 ad ostentationem diuitiarum, quòd aptius vxorem ducat,  
 aut ob alium similem finem: quia ad huiusmodi fines, e-  
 tiam pecunia numerata comodari potest, h & tradit Scot-  
 us receptus. i  
 227 Nonagesimo octauò, qui triticum, vinum, aut oleum  
 alicuius prædij ante mellem, vel vindemiam minoris ob  
 anticipatam solutionem emit, quàm collecta sunt valitu-  
 ra, k secus tamen, si æquo pretio, licet minori ob periculù,  
 si cui subiciuntur, emeret. l Nec interest, an ematur defini-  
 tè triticum talis agri, aut vinum talis vineæ: aut cum facul-  
 tate deligendi triticum talis agri, aut vinum talis vineæ, vt li-  
 buerit, modò quòd æquum fuerit plus ob illam opinionem  
 soluat, & sic intelligendum est, quòd Gab. m & alij scribunt.  
 228 Idem de eo, qui aliquid minoris iusto pretio ob an-  
 ticipatam solutionem emit, aut carius iusto pretio, ob eà-  
 dem dilata vendit, vt dictum est supra. n Iustum pretium  
 intelligo, siue sit infimum, siue medium, siue supremum:  
 quia non constat in indiuisibili, habet enim latitudinem,  
 vt traditur infra. o Vnde quis iuste pannum, cuius pretium  
 infimù & decem, & mediù decem cù medio, & supremù  
 vndecim, emit decem, ob anticipatam, vel presentem solutio-  
 nem, qui non venderetur ei, nisi vndecim dilata solutio-  
 ne, & contra, iuste vendit quis eundem vndecim dilata solu-  
 tione, quem libenter venderet decem presentibus. Qui ve-  
 rò emeret minoris anticipata solutione, vel maioris ven-  
 deret dilata, peccaret cum vinculo restituendi per supradic-  
 ta p per quæ conciliandi sunt doctores, qui sibi contrarij  
 videntur.  
 229 Notandum tamen non vnum solum decipi existi-  
 mantem, se iusto pretio suas merces vendere, quories non  
 pluris, quàm emit sumptibus, & moderato lucro numeratis  
 vendit, vt rectè Sotus insinuat, q quia fieri potest, vt  
 sumptus eius sit immoderatus, aut quòd deceptus fuerit  
 carius emendo, aut quia abundantia eiusmodi, mercium,

a *In d. ca. na-*  
*uigam. c. 1. in*  
*Ciuit. de usu.*  
 b *Verb. usufr.*  
 l. qua. ff. 15.  
 c *In d. c. in Ci-*  
 uita. de usu.  
 S. Anton. 2.  
 pa. ca. 7. §. 13.  
 d *Le. 13. c. le.*  
 14. legum  
 Madriij. an.  
 1528. dicitur.  
 e *Ant. ubi su.*  
 f *Hollm. in*  
 summa de u-  
 usufr. §. an ali-  
 quo. sub finè.  
 g *Ca. in sum-*  
 ma, verb. u-  
 usufr. notab. 2.  
 cal. 12.  
 h *l. 3. §. fin. c.*  
 l. §. ff. com-  
 mod.  
 i *In 4. l. sent.*  
 di. 15.  
 k *Panorm. ca.*  
 nauig. nu. 6.  
 per illum tax.  
 de usufr.  
 l. l. ff. de u. §.  
 frumentis. ff.  
 de contra.  
 empt.  
 m *In 4. l. sent.*  
 di. 15. qu. 11.  
 art. 3.  
 n *Num. 210.*  
 o *Ca. 27. à n.*  
 78.  
 p *Num. 210.*  
 q *Li. 6. q. 3. de*  
 usufr. c. iur.



quæ confluerint, illarum pretium diminuerit. Quare aliquando vendere debet minoris, quam emit, quamuis dilata solutione vendat, si tunc vendere voluerit, & aliquando eum maiori lucro, quam solet etiam, præfenti pecunia, vendere poterit: quia parum impendit, aut quia contingit emere minori pretio eiusmodi merces, ubi emit, quam quò detulit. Pretium enim rerum venalium ex mutatione earum ex vno loco in alium mutatur, immo ob inopiã augetur.<sup>a</sup>

230 Nonagesimononò peccat is, qui pecora, vel prædia emit ab eo, quem credit ea non habere: & statim certa pensione ea eidem locat, cum obligatione restituendi pensionem, quam ex re, quæ non erat, ceperit. <sup>b</sup> Secus si probabiliter credebat, illa eum habere, & bona fide emit: nec tenetur restituere, etiam post cognitam veritatem id, quod ex ea insumpsit bona fide: immo neque id, quod non insumpsit, & quo factus est ditior, si quando ea emit, volebat emere talia, & emit ab illo, eo quòd ea obtulit vendenda: & ideo non emit alia ab alio: & ita pro suo interesse potest retinere, iuxta dicta supra.<sup>c</sup>

231 Centesimo peccat, qui centum soluenda à se, vel ab alio alteri in fine anni emit, vel redimit, soluendo in principio eius aliquid minus, puta 20. vel 30. ob anticipatã solutionem: & tenetur restituere, iuxta Gabrielẽ, <sup>d</sup> Caiet. <sup>e</sup> & latius Anton. <sup>f</sup> nisi id faceret, eo quod debitum non est liquidum, aut quia labor, impensæ, aut periculum subeunda sunt in eis recuperandis, vel illa quibus emit, habet destinata negotiationi, aut frugiferorum emptioni, ex qua verisimiliter illud minus, quod alteri soluit, lucraretur, præsertim si id facit rogatu venditoris iuxta Medinam. <sup>g</sup>

Nobis tamen videtur verum id, quod Caietanus dixit, <sup>h</sup> & ante illũ, & alios Innoc. cui nemo ibi contradicit, <sup>i</sup> videlicet, iustè minoris emi posse debita, quæ non sunt soluenda usque ad annum securum, vel tertium, vel decimum, &c. quam si præfenti die soluenda forent. Tum quia minus est habere actionem, quam rem, <sup>k</sup> & alia, quæ congerit Dec. <sup>l</sup> Tum quia hoc non est mutuare, sed emere, & non emere nummos sibi soluendos, sed ius, eos ab hinc ad aliquod tempus recuperandi. Tum quia hoc ius, quod vno anno est inutile, minoris valet, quam si esset statim utile. Per quod periclitatur id, quod ipsemet Caiet. dixit, <sup>m</sup> scilicet eũ, qui debet centum aureos in fine anni, non posse eorundem remissionem in principio anni minoris centum emere. nam quia ratione potest tertius illam actionem emere, eadẽ poterit ipsemet, contra quẽ datur, redimere, quidquid in hoc Sotus dicat. Cuius tamẽ, & Caietani opinio saluari potest, intelligendo de redemptione facta minoris ob solã solutionis anticipationem, vt in principio huius casus insinuauimus: & supradicta procedunt, quando ob alios præcedentes respectus minoris emuntur, cessante omni fraude vsurariũ. Et ad hanc concordia reduci debet S. Tho. <sup>n</sup> relatus, & probatus à S. Anton. <sup>o</sup> & Iare Angelus, <sup>p</sup> & latius Siluester, <sup>q</sup> qui idẽ, quod Caietanus, & Sotus sentire videntur. quæ tamquam quotidiana, & iuridica noranda sunt. Non obstat, quod hæc consequetur, diuitem posse dare alteri centum soluenda post annum cum aliquatò auarario: quia responderet negando sequelam. Tum quia, vt dictum est, hæc intelliguntur cessante fraude vsuraria, quæ in eo non cessat. Tum quia actio, de qua loquimur, iustè venditur, <sup>r</sup> qualem non habet vendendam is, cui diues dat illa.

233 Centesimoprímò peccat, qui centum mutuo ab aliquo pro lucro decem accipit, & eadem alteri precanti pro lucro aliorum decem ratione mutui soluendorum mutat, secundum Ioannem Maiorem. <sup>s</sup> Secus tamen, si illa decem accipit ratione interesse damni, quod aliàs pateretur, per supradicta <sup>t</sup>.

234 Centesimosecundò, qui emit censum perpetuum, vel temporarium, redimibilem, vel irredimibilem sine conditionibus ad id requisitis, super quarum numero, & veritate remisimus Lectorem in Hispano. <sup>v</sup> Cuius summam supra, <sup>x</sup> retulimus in hoc latino, excepto illo notabili, cuius summa hic ex parte relata fuit, quorum loco subiicimus extrauagantẽ quam ille numquam satis laudatus <sup>y</sup> Pius V. post nostrum in Urbẽ appulsum, in hæc verba promulgauit.

\* Pius V. Hæc bulla est 80. inter ipsas Pij V. constitutiones.

**A PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, AD PERPETUAM REI MEMORIAM.**



**C**um onus Apostolica seruitutis obeuntes cognouerimus innumeros celebratos fuisse, & in dies celebrari censuum contractus, qui nedũ nõ continentur intra limites a nostris antecessoribus eisdem contractibus statutos: verum etiam, quod deterius est, contrariũ omnino pactionibus, propter ardentem auaricia stimulu, legum etiam diuinarum manifestum contemptum præferunt, non potuimus animarum, prout tenemur, saluti consulentes, & piarum mentium petitionibus etiam satisfaciennes, tam graui morbo, lethiferoque veneno salutari antidoto non mederi.

235 Hac igitur nostra constitutione statuimus, censum, seu annuũ redditum creari, constituiue nullo modo posse, nisi in re immobili, aut qua pro immobili habeatur, & de sui natura fructifera, & qua nominatim certis finibus designata sit.

Rursam, nisi verè in pecunia numerata præsentibus testibus, ac notario, & in actu celebrationis instrumenti, nõ autem prius recepto integro, iustoque pretio.

Solutiones, quas vulgo anticipatas appellant, fieri, aut in pactum deduci, prohibemus. Conuentiones directè, aut indirectè obligantes ad casus fortuitos eum, qui alias, ex natura contractus non teneatur, nullo modo valere volumus. Quemadmodum, nec pactũ auferes, aut restringens facultatem alienandi rem censui suppositam, quia volumus rem ipsam semper, & liberè, ac sine solutione laudemij, seu quinquagesime, aut alterius quantitatũ, vel rei, tam inter viuos, quam in vltima voluntate alienari.

Vbi autem vendenda sit, volumus dominum census alijs omnibus præferri, eiq; denunciari conditiones, quibus vendenda sit, & per mensem expectari.

236 Pacta continentia morosum census debitorem teneri ad interesse lucri cessantiũ, vel ad cambium, seu certas expensas, aut certa salaria, aut ad salaria, seu expensas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem censui subiectam, seu aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, siue aliunde acquisitum perdere, aut in aliquam penam cadere ex toto irrita sint, & nulla. Immo, & censum augeri, & nouè creari super eadem, vel alia re in fauorem eiusdem, aut persona per eum supposita pro censibus temporũ, vel præteriti, vel futuri omnino prohibemus. Sicuti etiã annullamus pacta continentia solutiones onerum ad eũ spectare ad quẽ alias de iure, & ex natura contractus non spectarent.

Postremò, census omnes in futurum creandos non solum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuosa in totum, vel pro parte effecta volumus ad ratam perire: sed etiam posse pro eodem pretio extingui, non obstante longissimi etiam temporis, ac immemorabili, immo centum & plurium annorum prescriptione, non obstantibus aliquibus pactis directè, aut indirectè talem facultatem auferentibus, quibuscumque verbis, aut clausulis concepta sint.

Cum verò traditione pretij redditus extinguendus erit, volumus per bimestre ante id denunciari, cui pretium dandum erit, & post denunciam intra annum tamen etiam ab inuito pretium repeti posse, & ubi pretium nec volens intra bimestre soluat, nec ab inuito intra annum exigatur: Volumus nihilominus quandocumque redditum extingui posse, præuia tamen semper denuncia, de qua supra, non obstantibus hijs, de quibus supra, idq; obseruare mandamus etiã quodã pluries ac pluries denunciatum fuisset, nec vquam effectus sequutus fuisset.

Pacta etiam continentia pretium census extra casum prædictũ ab inuito, aut ob penam, aut ob aliam causam repeti posse, omnino prohibemus contractusq; sub alia forma post hæc celebrandos feneratorios iudicamus. Et si a (illis propterea non obstantibus) quidquid vel expresse, vel tacite contra hæc nostra mandata dari, remitti, aut dimitti contingat, a fisco volumus posse vendicari.

237 Hanc autem salutiferã sanctionem nedum in censu nouiter creando: verum etiam in creato quocumq; tempore alienando, modo post publicationem constitutionis creatus sit, perpetuò, & in omnibus seruari volumus. Declarantes pretiũ semel censui constitutũ numquam posse ob temporum, aut contrahentium qualitatem, seu aliud accidens, nec quoad vltimo contrahentes minui, vel augeri. Et licet legem ipsam ad contractus iam celebratos non extendamus: illos tamen omnes, in quos sub alia forma peruenierunt census, hortamur in domino, vt singulos contractus censura bonorum religiosorum subiiciant, & animarum salutis consulant. Non obstantibus, &c. Dat. Roma anno 1568. 14. Kal. Februa.

a Ar. nota in l. pretia rerũ. ff. ad l. Falci. & per Caiet. 22. q. 77. a. 1. b Ar. l. 1. & totius tit. ff. de cõd. suo cau.

c Eod. ca. nu. 1. l. Ang. ver. v. 1. §. 71. Silu. ver. v. 1. 2. q. 6. 10. Maior in 4. li. di. 15. quæst. 46. d In 4. l. sent. dist. 15. qu. 17. ar. 3. dub. 4. e In summa, verbo vsura. notab. 2. f 2. pa. si. 1. ca. 8. §. 3. & 4. g In C. de re sit. q. 38. in ff. h Verbo vsur. sub f. i In ca. in Ciuitate. de vsur. k l. minus ff. de reg. iur. l. in regu. qui actionem. ff. eod. m In dicto no. ta. 2.

n Ad lectore Florentinum. o 2. pars. tit. 1. cap. 8. §. 4. p Verbo vsuraria. §. 4. q Ver. vsura 2. q. 14.

r l. 2. cum seq. ff. de bare. vel ad. ven.

s In 4. li. sen. di. 17. q. 9. a. 7. t Num. 211.

v Ad not. 22. Commentar. vij. cap. 1. 14. q. 3. x Num. 213.



Cui adnotamus aliqua in prædicto Comment. a novè recognito, quæ, ne Manuale nimium crescat, prætermittim<sup>9</sup>.  
 238 Centesimo tertio, qui mutuat cum pacto, vt mutuatarius ultra fortem sibi reddendam det aliquid notabile alicui tertio, vel pauperibus, quia non licet vsurâ lucrari etiam ad redimendos captivos. b Secus tamen de mutuatore, vt ei remittatur iniuria, non quidem per rationem, quâ S. Anton. & Silvester, reddunt, scilicet, quòd vnicuique licet suam vexationem redimere, d quia illud de vexatione iniusta intelligitur: & vexatio, qua iniuria affectus iniuriantem in iudicio vexat, nō est iniusta. e Quare nos hic novā addimus, scilicet, qd pœna iniuriæ non debetur in foro conscientie. f Et qd speciale est, \* vt pacto nudo tollatur ipso iure actio iniuriarum, & quod non videtur tam quætere, quod requirit. c. quoniam: h quàm à damno pœnæ, quæ nō est ante sententiam alteri in cōscientia debita, liberari. Quò fit, qd mutuatore cum pacto, vt non solum iniuria remittatur: sed etiam damnum, quod affectus iniuria passus est, quodq; sibi in conscientia debetur, est peccatum vsuræ. Non peccat etiam, qui pecuniam, quæ vult emere aliquid frugiferum mutuat alteri, cum pacto, vt solvat tantum quotannis, quantum fructus rei frugifera, quam emisit deductis impenfis quotannis valeret. i Non obstat quod quidā dicitur dixisse, quod illud pœnæ debitum est legale: quia nō est tale ante sententiam, & ante fit mutuum.

\* Vt pacto nudo tollatur. Pacta nuda varie iurisperiti explicant, dicunt enim ea dici quæ neque nomen certum, neque præsentem & subiectam negotij gerendi causam habent, alij sic pactum nudum est, quod intra fines obligationis tantum naturalis, vel obligationis simplicis remanere existimatur. nudum itaque pactum nihil aliud est quam simplex cōuentio. Actio igitur iniuriarū pacto nudo tollitur, quia si inter iniuria affectum & eum qui affectus fiat cōuentio, nunquam eam rē in iudiciū adducendam, sufficit. Quod subicitur deinde: quod non videtur tam quætere, &c. hunc sententiam habet. Cui iniuria ob mutuum remittitur, ex ea re dicitur & locupletior non cadit, vt cap. quoniam (quod ex Concilio Nicæno cap. 17. sumptū est) ad faciendam vsurariam prauitatem putat esse necessarium, sed se liberat à damno pœnæ, quæ ei erat in iniuriæ compensationem imponenda.

239 Centesimo quarto peccat, qui vendit triticū, vel aliquid aliud vno mense pro pretio maiore, quo valiturū est alio, ad quem vsque non est seruaturus, & tenetur ad restitutionem eius, quod ultra pretiū temporis venditionis accepit, h quamuis posset illud mutuatore vno mense vsq; ad alium, in quo verisimiliter plus valebit, vt reddatur æquè bonum in illo, vel ante illum, vt rectè Sotus adnotat. Dixi, Non est seruaturus, &c. alioqui enim secus, tribus concurrentibus. primū, ne summum, quo illo mense valiturū est pretium accipiat, sed medium. Ita quod si in vna parte eius valuit decē, & in alia quindecim, & in alia viginti, nō nisi quindecim capiat, iuxta Alex. i Secundū, vt de pretio deducat tantum, quantum seruando diminutum fuisset iuxta expertorum iudicium. Tertium, vt deducat impenfas, quas in seruando in illud vsque tempus facturus erat. m Nec obstat distinctio Caietani, n magis difficilis, quàm animabus vitilis, quia quidquid ille dicat, æquius est dicere, quod casual. de vsur. moderatur c. in ciuitate. quā quod ille asserit.

Malè autem ex hoc loco infert quidam, dicere me non posse quem vendere rigorofo pretio iusto, soluendo tempore, ad qd vsque seruaturus erat: sed tantū moderato, quod ipse nullatenus sentio: sed longè aliud scilicet, qd qui vendit rem pretio, quo valitura est aliquo tempore, ad quod vsque seruaturus erat, puta mense Maio, non potest iustè accipere pretium maximum rigorofo, quo valebit aliquo die illius mensis: sed medium illius, quod valebit toto mense, collatis pretiis quibus valuit diuersis diebus illius. Ita quod, si aliquo die valuit decem, alio 15, alio 20. debet esse cōpensus 15. Et si seruaturus erat vsque ad certam hebdomadam, & in eius diebus valuit multis pretiis, accipiet medium illorum. Et si vendidit pretio, quo valeret certo die vsque ad quem seruaturus erat, & in eius variis horis valuit variis pretiis, accipiat medium eorum.

240 Centesimo quinto peccat, qui vendit aliquid dilata solutione in aliud tempus pretio maximo, quo valebit vsque ad illud. o Vbi tamen conclusimus non esse vsurarium pactum, vt sibi soluat pretium medium minimi & maximi, quo ab emptionis tempore, vsque ad tempus, in quod

A ille seruaturus erat, valeret, siue eius pretium cresceret, siue decresceret.

241 Centesimo sexto peccat, qui aliquid ei, qui pecunia indigebat, vendidit cum pacto, aut voluntate principali, vt statim sibi minoris iusto pretio reuendat, a secus si simpliciter vendidit pretio iusto, quamuis summo: & postea, quia emptor vult illud reuendere, & non inuenit alium, qui emat, idem veditor iterum pretio iusto, quauis infimo & pio accipit, secundum Angel. b De qua diuisione priorum, & aliquot aliis huc pertinentibus, infra c dicitur. Vfus tamen huius determinationis licet iusta, laedere possit famam mercatoris, nisi fuerit cautus: & laudarem valde mercatorem, qui id faceret, quando videret neminem alium velle dare pretium iustum etiam infimum, maxime si daret mediocre. Notandum etiam quòd vsuram admittit, qui suas merces, quo lucraturum se sperabat, deportat, & dilata solutione plus iusto pretio etiam summo vendit, eo quòd aliarum aduentu, adeo pretium decreuit, quòd non solum non lucraretur, sed etiam perderet, si præfenti pecunia etiam summo pretio venderet, per prædicta.

242 Centesimo septimo peccat, qui commendat vel deponit pecuniam apud aliquem mercatorem, aut nummularium cum intentione principali, vt aliquod lucrum mestruum, vel annum ei soluat salua forte: & tenetur acceptum restituere, quamuis non interueniat pactum, & quauis appelleretur depositum. d Nec ignorantia excusat. e Nec periculum perdendi illam, eo quòd mercator, aut fugere aut decoquere potest. Tum quia illud lucrum non ob periculum, sed ob mutuum deposito palliatum accipitur. Tū quia illud periculum non est considerabile per norata. f Secus tamen est, si abque pacto & intentione principali prædictis præfatum depositum faceret, & acciperet à depositario gratis donante aliquid et gratitudinem, eo qd ex pecunia deposita fuerit lucratus: etiam si libentius suam pecuniam penes hunc gratum, quàm penes alium depositam habeat. Er etiam depositarius illud det sperans, quòd ob huiusmodi largitionem ab ipso pecuniam suam non auferet, quia omnia hæc sunt gratuita. g Vsurâ tamen esset, si mercator illud daret, tamquam ad id ob pretium, & vsum illius pecuniæ obligatus, & dominus ob hanc eandem rationem acciperet, aut speraret, & etiam si principialiter ob hæc deponeret.

243 Centesimo octauo, qui equum, aut aliam rem omnium iudicio non maioris pretij, quàm quindecim aureorum ob dilatam solutionem viginti aureis venit, cum obligatione restituendi quinque: licet postea propter mortuos alios equos viginti æstimeret. h

244 Idem de eo, qui cum Rege vel alio, qui suis militibus, aut famulis mercedes & stipendia persoluere intra certum tempus tenetur, intra quod ob nummorum inopiam, illis soluere non potest, paciscitur se illis soluturum, si à domino sibi plus aliquid, eo quòd soluerit, detur, vt decem pro ceterum, i nisi ratione veri interesse excusaretur, quamuis Rex, vel ille alius in suis litteris dicat, se gratuitam donationem illius plus facere.

245 Tum quia hoc in effectu est mutuatore pecuniā, vt ad certum tempus eadem cum aliquo auctario soluat. Tū quia illa donatio non est vera, cum non ex liberalitate, sed ex necessitate querendi pecuniam mutuat fiat. k Idem etiam de Præfetto ratiociniorū, Quæstore arario, aut soluendis stipendiis, & mercedibus, &c. obligato, si aliquid ab his, quibus soluere debebat, accipit, vt anticipet solutionem, per prædicta, l nisi verum esset interesse, aut iusta actionis emptio excuset.

246 Centesimo nono, qui mutui accepti vsuras soluere iurauit, & intra diem statutū non soluit, nec impetrauit ab solutione à iudice, vel à parte: nam licet promissio soluendi vsuras non valeat: iuramentum tamen soluendi illas obligat, m quauis à iudice potest absolui, n & solutas repetere. o

247 Non obstat, quòd soluens vsuras videtur peccare consentiendo peccato Vsurarij, quia non iurat, nec promittit soluere illas, quatenus earum acceptio est peccatum, sed quatenus est actus de se indifferens, qui bono fine fieri potest virtuosus, iuxta doctrinam Sancti Thomæ, p qua eadem ratione acceptio sub vsuris à nolente mutuatore,

a Iuxta titu. 43. Ordin. Regni Lusitanie.

b Verb. vsur. 3. 00. c 23. nn. 78. & seq.

d c. consiluit. cum ei admo. de vsur. e glo. in c. plerique. 14. q. 3. In d. c. nauiganti. & c. si fuerint. 14. qua. 3.

g Caiet. 2. 2. qu. 78. art. 2.

h Ioa. Maior in 4. li. sen. di. 15. quæst. 32.

i Arg. cap. in ciuitate. de vsur.

k Med. de restitutions in quibus casibus licuum mutuantis ultra fortem recipere. cas. 3. l In §. prace densi. me. debitores. de iur. iur. n c. i. eod. tit. o d. s. debitores.

p l. 2. q. 18. d. 7. 3. & 9.

a Ca. 14. q. 1.

b Ca. super eo. de vsu.

c Verb. vsur. ra. 1. qua. 11. d. c. dilactus 2. de firmo.

d Iuxta glo. sing. recepti. c. 1. q. 1. ubi dicitur status 90. di.

e Iuxta glo. sing. c. frater nitus. 12. q. 2. gl. si unus s. pactus ne perteret. ff. de pact.

f 14. qua. 4.

i Per d. supr. num. 111.

k s. fin. de vsur. & ibi per omnes. Ang. ver. vsura 9. 34.

l In Liquidæ ff. de peta.

m Maior ubi supra qu. 32. n 2. q. 78. art. 1.

n Host. in sum. de vsur. §. in aliquo. ver. quid si videtur & nos copiose super c. inuitate. de vsu. diximus.





est licita: nam actio eiusdem rei potest esse bona, & passio mala: & contra passio bona, & actio mala, iuxta illud glossa, de Christi passione, Actio displicuit, passio grata fuit.

De vsura in pactis de retrouendendo.

- 248 Pactum de retrouendendo quid, quod iustum, & quod vsurarium, & minuit de pretio, sed fructus non admittit ementi, & nu. 249.
- 250 Pœnitenti pro se, & contra se in foro conscientia creditur.

**E**ntesimo decimo peccat mortaliter, qui emit aliquid cum pacto de retrouendendo simulare, animo magis mutuandi, quàm emendi, & vsuram committit. Qui autem emit minoris iusto pretio, etiam dempta parte, qua illud pactum præfatum diminuit, peccat quidem peccatum iniustitiæ: sed non vsuræ coram Deo, licet aliquando coram hominibus præsumatur vsura, secundum omnes. Pro quo notandum primò, quòd pactum de retrouendendo est pactum quo emptor promittit reuendere rem emptæ venditori, quocumque voluerit, vel intra certum tempus, quod licitum est, & diminuit de pretio. b Secundò q̄ emptor non tenetur restituere fructus interim perceptos, nisi à tempore moræ quam committit simul ac pretium illius loco & tempore congruis oblatum non accipit. c Tertio, quòd iustè potest etiam statim locare venditori honesta pœsione. d Quartò, quòd ad iustitiam huius pacti concurrere debent aliqua, primum, vt simulatio, saltem ex parte emptoris, absit, ita vt emptor verè, & principaliter intendat emere. Secundum, ne fiat pactum, vt redemptio fiat maiori pretio, quàm emptio facta est. e Tertium, quòd emptor faciat illud eo solo, vt placeat venditori, & quod malit, ne redimatur: & quod non emeret, nisi putaret esse redimendū: quod tamen non est iuridicum. Tum quia nullo iure, vel ratione probatur. tum quia sæpe contingit, aliquem posse verè re aliquam emere cum pacto retrouendendi, quod minuit pretium eius, & non absque illo: quia non habet satis pecuniæ ad eam iusto pretio emendam sine illo pacto, sine quo pluris valet. f Tum quia multi nollent res aliquas emere, quas tamen rogatu amicorum, quos oportet eas vendere, emunt quidem verè cum prædicto pacto, sed sperantes eas redimendas, quas alioqui non emerent.

249 Nec etiam est necesse regulariter, quòd alij dicunt, ne pactum fiat, quòd ultra certum tempus id redimi non possit. quia perspicuum est posse fieri pactum de retrouendendo intra solum vnū annū, duos, tres, aut plures: quod in effectu est pactum, ne ultra illa tēpora præfinita redimatur. Dixi, Regulariter: quia post exrauantem Pij V. super censibus relata supra, & in emptione census non ligeret illud, quòd est nouum & singulariter notandum. Non est etiam necesse, quòd alij dicunt, ne emptor vsuræ dare solitus sit, eo quòd præsumeretur solitum facere, h quia licet ad sic præsumendum in foro exteriori iurare possit: non tamen in foro conscientia, in quo cessat omnis præsumptio. i

250 Nec etiam est necesse, ne fiat pactum, vt ante duos, vel tres annos venditor redimere non possit, & postea sic: quia huiusmodi pactum est licitum, licet pluris valeat, quòd venditur cum hoc pacto, quàm quòd cum pacto, quando libuerit redimendi: quamuis nō quati, si absq; aliquo pacto venderetur. Nec videtur verū illud Ioannis Maioris, k quòd venditor grauat emptorem pacto, quado libuerit redimēdi, nisi consentiat, vt emptor aliquo capiat ratione sui interesse, quia qui suo iure vititur, nemini iniuriam facit. l Quamuis contra fraudatores, qui vèdunt prædia non sata, & vineas vindemiatas cum pacto redimendi intra annū & solent redimere paulo ante messē, vel vindemiam, solutis impensis, lege Nauarræ cautum est, vt qui non redemerit ante Pascha, non possit redimere nisi post messē, vel vindemiam. Quinto, quòd hic non agimus de coniecturis ad præsumendum in foro contentioso eiusmodi emptorem habuisse intentionem magis mutuandi, quàm emendi, & eiusmodi venditorem magis pignoradi, quàm vendendi: siquidem de solo foro conscientia tractamus, in quo pœnitenti pro se, & contra se creditur.

De vsura in societate.

- 251 Societas quid, & qua licita, & vt incunda. nu. seqq.
- 254 Affecuratur vt fors & lucrum in societate, & 255.
- 254 Affecuratur vt capitale cum lucro. & 255.
- 256 Intell. nouus cap. per vestras. de donat. probant lucrum sine periculo.
- 256 Sorte salua qui lucratur in Gallia, & Italia.
- 257 Legare nummos, vt de reditu missa dicantur, an liceat.
- 257 Vsufructus nummorum legatur, & vt fit perpetuus.
- 254 Vsuræ est dare ad lucrum salua sorte, vel non negotiatur.
- 259 Deponens pecunias in scriptura mutui, vel depositi peccat.
- 260 Societas in animalibus, & locatio eorum qua licita. & 261.

**E**ntesimo vndecimo peccat mortaliter, cōtra hoc septimum præceptum, qui accipit notabile lucrum ex pecunia in societatem iniustam collata: vel maius, quàm debet ex collata in eam, quæ iusta est secundum omnes. Societas autem est conuentio plurium suam pecuniam, industriam, vel laborē conferentium ad lucrandum. a Et ratio, quia lucrum ex pecunia in societatem collata accipi potest, & non ex mutuata, est secundum S. Thomā, b q̄ dominium rei mutuata cum periculo in mutuataria transfertur: non autem rei in societatem collata, immo manet periculo conferentis, sicut industria, & labor periculo ea conferentium. c

252 Ad hoc autem, vt societas iusta sit, tria requiruntur. Primum, vt negotiatio licita sit. d Secundū, vt pecunia subiaceat periculo eam cōferentis, hoc est, vt si pereat tota illi pereat. e Tertium, vt in omnibus iudicio prudentis æqualitas seruetur, & pro quantitate partium collatarum lucrū diuidatur, f vt post alios Caietanus, g hoc exemplo declarauit, vnus confert mille aureos, alius laborem suæ personæ eisdem æstimatum: alius suam industriam quingentis æstimatam, vt hæc societas licita & sancta sit, ex his omnibus vna summa facienda est, & ex lucro & iactura pro rata eius, quod confert quisq; capere debet, vt si isti tres quingentos aureos lucrarentur, duo singulos ducentos aureos caperent, & tertius centum. Sotus tamen, h dixit, non esse habendam rationē quantitatis pecuniæ, quā quis in societatem confert: sed periculi, cui exponitur. Iustus tamē videtur contrarium. Tū quia id habetur in l. si non fuerit. i Tū quia hoc est nouū inuentum, quo adhuc nulli negotiatores vsi sunt. Tum quia longè clarius & securius est dicere, societatem exæquandam esse iudicio peritorū, qui æstimēt pretium pecuniæ collatæ cū conditione expressa, aut tacita, vt in primis conferenti restituatur, si nulla eius iactura facta fuerit, & pretiū industria, & laboris ea conferentium absque aliqua spe quidquam pro illis referendi, nisi lucrū adsit: quique simul considerent, nullam vsuræ, nec iniustitiæ suspicionem esse, ex eo quòd ei, qui pecuniam confert de consensu eius minus lucri, quàm par sit detur, si est persona, quæ donare potest. Per quod multæ societates iustificantur, quas aliquot prædiuites cum suis famulis, amicis, aut cognatis exiguæ industria contrahunt, quo eis fidem, honorem, & diuitias concilient, & conferendo in societatem magnas summas pecuniæ, solum ad dimidiam, aut tertiam, aut quartam lucri partem eos obligant: quamuis etiā defendi possent, dicendo, potius esse locationes cum salario incerto, quàm societates.

252 At si vnus pecuniam, & alius pecuniam, & operam confert, vt ex que pecuniam quam contulit accipiet, & ex lucro, qui pecuniam & operam contulit, plusquam alius arbitrio mercatorum percipiet. k Quando autem alius pecuniam, alius operam, aut industriam in societate confert, tota iactura pecuniæ erit eam conferentis, & tota laboris eius qui eum subiit, & industria eius, qui eam adhibuit, siue iactura in principio, siue in medio, siue in fine negotiationis fiat, iuxta Bartholum & Baldum, l & S. Tho. m quæ vera opinio est, maximè in foro conscientia, iuxta Angelū & Siluest. n Tū quia alioquin pars pecuniæ, ad quā soluendam alius teneretur, à periculo libera esset, quoad eum qui contulit, & consequenter, quoad illam partem, esset mutuum, & non societas.

253 Tum quia si in fine societatis lucrum esset, ante quā diuidatur, qui pecuniam contulit, eam in primis accipere deberet. Tum quia non liceret pacisci, vt dimidiam,

a Ca. 1. de c. secreta. ecc. vel ali. l. o. verbo sanguinis.

b Capit. cum Ioannes de fi. de instr. & l. fundi partē. ff. de contrahend. emp. & l. si fundū. si à te. Co. de pact. inter ep. & vendit. & Lewis. 25. secundum Innoc. Hostien. Ioan. Andre. Pan. & communem Canonistarū in ca. ad nostrā. de empt. & le. gistarum in d. l. si fundū. & Capol. de simul. contr. ca. 2. & omnes Theologos in 4. lib. sent. di. 15. c. l. 2. Codi. de pact. inter emp. & vend. & glo. recept. & c. illo vos. ver. percepti. de pignori. d. Dist. l. fundi partem. ff. de contrahend. emp. & d. ca. cum Ioan. de fide instrum. c. ca. illo vos de pignori. f. d. l. fundi partem ff. de contrahend. emp. & d. ca. cum Ioannes cum eis adnotat. g Nu. 234. h Ar. l. quod si noluit. §. qui assidua. ff. de adil. edict. i c. sua. de sponsa. k In 4. li. sen. dist. 15. q. 43. l ca. cum eccle. sia. de elect. & l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniuriis.

a d. l. 1. & socio. ff. pro socio. & Insti. & C. cod. su. ca. per vestras. de dona. int. vir. b 2. 2. q. 78. a. 2. ad 5. c. l. si tibi a rea mea. ff. de praescri. verb. d. Ca. per vestras. de donat. inter vi. & vxor. e Glo. c. plerique. 14. qu. 3. l. si non fuerit. ff. pro socio g 2. 2. qu. 78. art. 2. h Lib. 6. q. 6. ar. 1. de iust. & iur. i ff. pro socio & §. de illa. Insti. de sociat.

k An. & Sil. ver. societas.

l In l. 1. C. pro socio. m 2. 2. qu. 78. ar. 2. ad 5. n Ver. sociat.



aut tertiam, aut quartam partem pecuniae perditae alius, qui laborem aut industriam posuit, persolvat: quia nullam ex illa partem sumit, si nullum inveniatur lucrum finita societate: immo tota eam conferenti restituitur. Tum quia, ut qui pecuniam contulit eam perdit: sic qui laborem aut industriam adhibuit, ea perdit, quae interdum tanti & pluris aestimantur, quam pecunia collata. nam tantus potest esse labor, & tanta industria, ut licitum sit pacisci, ut qui ea confert, duas partes ex lucro, & dominus pecuniae vnae solam accipiat. Verum tamen est, quod si pecunia conferretur cum pacto, ut communis esset, & communiter inter illos sicut lucrum divideretur, iustum esset, ut pecunia perditae, omnibus periret, secundum omnes.

254 Notandum autem, quod periculum pecuniae collatae vitare potest eam conferens, facta cum socio conventionione, ut se faciat securum, siue (ut aiunt) assuret suscipiendo in se periculum eius, constituto ei pretio illo securitatis, quo eum tertius assuretaret, aut ut tanto minus de lucro communi accipiat: nam qua ratione tertius potest eum assuretari, eadem potest & socius, ut re ad Silvester dixit. Quae confirmantur ex eis, quae pridem respondimus Vlyssipponae, contra quamdam maximi ponderis societatem iniquam, oblara alia iusta, quae colligi poterat ex Maiore, & Caietano, & Silvestro, videlicet, quod fierent tres contractus. Primus societatis, in quam alius pecuniam, alius operam, & industriam conferat. Secundus, quo qui operam conferat, assuret alterius formam iusto pretio accepto, aut altero tanto ex lucro remisso. Tertius, ut ad tollendas suspiciones & molestias rationum, qui operam praestat, lucrum incertum lucro aliquo certo redimat, aut ex lucro verisimili, sed incerto tantumdem certi retineat. Pro quo facit efficaciter, quod nemo negat eum, qui confert aliquam pecuniam in societatem, posse assuretari de sorte, & de aliqua certa parte lucris ineundo suos contractus assuretationis, & lucris cum tertio: & qua ratione potest inire cum tertio, eadem etiam cum socio potest, cessante omni fraude, & simulatione.

255 Addo, quod possunt fieri eodem tempore, ut monstrat praecipue Ioannes Maior, & non solum formaliter & explicitè, sed etiam aequivalenter, & implicitè. Ut si quis negotiorum publicè protestaretur, separatim ad accipiendam pecuniam à quocumque volente illi conferre illam in societatem, cum pacto de assuretatione sortis ad rationem 4. pro centum, & lucris certi 4. pro duodecim incerti lucris. Ita quod ex lucro incerto verisimili 12. ex centum accipiat quatuor pro assuretatione sortis, & quatuor pro certificando lucro duodecim, & consequenter non teneatur reddere, nisi quatuor. Et postea alius sciens, hanc praestantem, confert ei centum, dicens; Ego confero tibi centum in societatem negotiationis cum securitate sortis, & redemptione lucris incerti, iuxta praestantem tuam.

256 Pro quo, praeter praedicta ut gerit cap. per vestras, & sine nouè inductum: Ibi Papa iubet, ut marito vergente ad inopiam, dos deponatur apud aliquem mercatorem, quod ex parte lucris honesti, onera matrimonij sustentet, & ita intentione eius fuit, ut dos salua seruaretur; siquidem ob hoc iubebat illam à marito auferri: & ita videtur noluisse, ut ad lucrum & damnum mercatori traderetur, quod erat eam periculo obicere: voluit item, certum aliquod lucrum inde provenire, ad matrimonij onera sustinenda. At haec duo fieri non possunt sine assuretatione, & lucris incerti pro certo redemptione. Ergo Papa tacite voluit illa fieri.

257 Facit etiam, quod in multis Galliae locis; quando in ea praeegebamus, audiimus, & nunc in aliquot Italiae partibus & montibus idem seruari, quod Ecclesiae, & viduae, & pupilli more antiquo conferebant suas pecunias mercatoribus, quo quatuor secuta pro centum in suam sustentationem lucrarentur, quae consuetudo defendi nullo modo potest, per intellectum, quem Ioannes Andreas, & nonnulli alij, assignant, scilicet quod in fauorem Ecclesiarum, viduarum & pupillorum, cum illo lucro mutuari poterat: quia esset usura, quae neque etiam ad redimendos captivos admitti potest. Nec villo alio modo defendi potest, quam dicendo, quod exordium caput ab hoc societatis modo, qui fit cum securitate & redemptione praedictis, & continuatus fuit usque ad illud tempus. Ad quod coniciendum facit, quod vix tertiam partem lucris

A dubij verisimilis, quod sibi pro sua rata regulariter obuenire possent, accipiebant. nam verisimile lucrum centum ad minus erat 12. vel 15. & non recipiebant, nisi quatuor pro centum: quod significat, illos reliquas duas partes pro securitate eiusmodi, & redemptione dubij lucris pro certo relinquere. Pro quo facit etiam, quod Caietanus scripsit. Intellegimus tamè hoc, cessante omni fraude & simulatione, & ut coram Deo formaliter, aut aequivalenter praedicti tres contractus veri fiant. De quibus omnibus copiosius scripsimus in praedicto Comment. respondendo ad quaedam Sorii argumenta. Et quidem optarem, ut episcopi, vel saltem Pontifex Max. declararet, praedictam consuetudinem esse iustam, eo quod praesumendum sit, quod in terris, in quibus à tempore immemoriali illa inoleuit, habuit originem huiusmodi licitam, & ita bona conscientia seruari posse, monitis praesertim deponentibus, & depositariis, ut tres praedictos contractus faciant, vel habeant pro factis. Pro quo facit, quod consuetudo immemorialis facit praesumi titulum requisitum ad eius valorem. Licitum est etiam pactum, in quo qui pecunia aliena negotiatur, omne lucrum domino illius tradit, & ei à domino certum quid, & ab omni periculo liberum pro labore, & industria soluitur: quia huiusmodi contractus non est societatis, sed locationis. & ideo si iactura eius dolo, vel culpa, aut illius ministrorum contingeret, satisfacere domino tenetur, quia gratia vtriusque hinc, per dicta supra.

B Ad quaesita hic de pecunia legata paroccho, & beneficiario alicuius Ecclesiae, ut perpetuo singulis mensibus, tot missae pro legante dicantur, quot ex lucro illius, ad rationem quinque pro centum quotannis dici poterunt? Respondeo, legatum esse licitum, quia licet legare usufructum pecuniae, & quia tale onus licite adiicitur. Et quod expediret, ut legatarij emerent ea censum perpetuum irredimibilem ad rationem vnius pro viginti, si inuenirent, & si irredimibilem non inuenirent, aliqua portio redditus annui quinque, vel plurium pro centum: & si nec ea, censum redimibilem: & si neque illum, conferant illam alicui mercatori in iustam societatem, & quarant aliquem opulentum, qui sortem, & aliquod lucrum certum, quanto maius poterunt, assuret pro parte lucris verisimilis, & incerti ad eos ex illa societate pronunciant: & si non inuenierint tertium, qui hoc faciat, curent, id fieri ab eodem socio, cui illam in societatem contulerunt, per tres contractus innot modo supradicto, & dicant tot missas annuas, quot dicendis illud sufficiat arbitrio Episcopi.

C 258 Centesimoduodecimo peccat, qui dat pecuniam in societatem ei, quem scit ea non esse negotiatum, ut militi, vel clerico indigentibus, in certum lucrum: quamuis tres praedicti contractus societatis, securitatis & redemptionis concurrerent: quia non est vera, sed simulata societas, quae mutuum velat, siue palliat.

D 259 Centesimodecimo tertio, qui verè coram Deo pecuniam in societatem contulit in lucrum, & damnum, sed à socio publicam mutui, aut depositi scripturam accepit: quia mentitus est in periculum notabile suae famae, & bonorum proximi: quoniam posset voluntate mutata suam pecuniam depositam, vel mutuam reposcere, quamuis periret. Quare, eiusmodi scripturam, si lucrum participare vult rescindere debet: quamquam respondimus, hoc locum non habere in eo negotiatore, qui contra intentionem pecuniam conferentis pro honore suo scripturam mutui, aut depositi loco societatis concessit, modò illam conferens scripturam praedictam, quam cito comodè potest, rescindi faceret, & aliam societatis, si veller, capere potest, & etiam pignora accipere pro securitate restituenda sibi suae pecuniae, nisi amittatur: & etiam pacisci, ne tali, aut tali mercimonio, nec in tali, aut tali loco aut tempore, cum tali, aut tali homine negotietur, & si mercatur rebus, aut loco, aut tempore, aut persona pacto exclusis negotiatus fuerit, iactura eius periculo erit, qui contra pactum fecit, iuxta S. Antoninum. Idem de eo, qui confert pecuniam in piscarum nauticum, modò posito infra.

E 260 Centesimodecimo quarto peccat, qui locat boues, mulas, aut alia animalia pensione iniusta notabiliter, de qua glossa, aut cogit agricolam ad soluendam iustam pro tempore, quo desinit laborare sine culpa sua ob culpam domini, vel casum fortuitum contingentem circa eum, vel

F

a In d. tomo. 1. Opusculorum, Tracta. 31. respon. 11.

b Ca. 1. 14. q. 3.

c Capi. super quis iudam. de verb. sign. c. hoc iuro. §. dicitur a qua. ff. de u. qua quoti. c. affi.

d Eod. c. nu. 179. Angel. c. Siluest. ubi supra.

e l. 1. c. 3. ff. de usufruct. l. 1. r. qua v. u. consum. i. nificum cu. u. quilli ad uerum, de praebend.

g nu. 250. u. 218. ca. nos quidem de te fiam. c. lio. ratum. ff. de admiffi. rer. ad ius. per. tin. c. l. legat. ff. de u. u. iu. lega.

i 2. pa. tit. 1. ca. 7. §. 38. k Eod. ca. nu. 282. c. 283. l. in aurb. perpetua. C. de iact. Eccl.

2 Vbi supra.

b Et dixit verb. socio. 1. q. 2.

c In 4. l. sent. dist. 15. q. 49. d. in 20. 1. Opusc. tracta. 31. resp. 11. c. Verfic. socio. 1. q. 1.

f Dico 4. lib. sent. di. 15. q. 49.

g De dona. inter virum & uxo.

h d. ca. per u. fra.

i Capi. super eo. de u. u.





a supra. nu. 199. b l. si uno q. i. tem cum qui dam ff. locat. c. l. sed q. si quis. q. qua. fitu. ff. si quis caus. ff. d. in. c. 1. de cōmo. cap. 1. de dep. Gab. in 4. lib. sent. d. 15. qu. 11. a. 3. dub. 2. c. Rosal. ver. bo vsura 3. §. 13. d. Arg. c. cum loan. de fide instrum. c. in suis con. tract.

f. 2. p. r. ca. 7. §. 39. g. In fine illi. mo §.

h. Ed. c. nu. 251.

animalia, iuxta ea, quæ a diximus, & glossa b aut cogit ad æstimationem eorum post mortem, aut damnū naturale, vel fortuitum sine dolo, aut culpa leui eius eueniens; quia hæc domini periculo subiunt, c nisi cum agricola pacifcatur, vt periculum quocumque modo eueniret, esset commune vtrique, dato ei ob hoc iusto pretio, vel facta debita diminutione pensionis, quæ sine hoc pacto esset iusta. d Quin, & si absque intentione petendi aliquid vltra debitum ab agricola, si absque eius culpa damnū cōtingeret, ne durius boues exerceat, pacifcitur, vt dimidium damni quoquo modo contingentis ad eum spectet, non facta ob id aliqua pensionis diminutione, mortaliter peccat. Tum quia qui eius voluntatem nesciunt, scandalizat, vt inquit S. Bernardinus. e Tum quia mori potest sine illius intentionis declaratione, aut mutare intentionē, & postea ipse, aut ipsius hæredes miserum agricolam vexare.

261 Licitum item est tradere animalia in societatem alteri, ea lege, vt lucrum sit commune: sed qui ea recipit, nil ex eo capiat, donec pretium eorū domino persoluatur: & postea sint communia, modo ea, quæ ante sortem recuperatam interierint, domino intereant, & nō recipienti, iuxta Sanct. Antoninum, f qui alios contraria tenentes conciliat. Circa quæ, g ponit regulam, per quam omnes casus deciduntur; scilicet, quod omnis societas circa animalia, in qua ponuntur pacta, quibus alicui sociorum, iudicio boni viri, notabile damnū inferitur, est illicita, & rectē quidem: quia etiam omnia alia, in qua commoditatum partes non respondent ex æquo partibus in societatem collatis est illicita: per dicta supra. h

De vsura participantibus, & eam non restituentibus.

- 262 Vsurarius qui suadet, aut sub ea petit, vt peccat.
- 263 Peccatum non est ad minus peccandum inducere.
- 264 Vsurario a non volente restituere, qui accipit solutionē crediti in malos fines, vel impedit, ne gratis mutuetur, & seq.
- 265 Pignus ab vsurario emptum, restituendum.
- 265 Vsurarij bona non sunt obligata, & sunt ementia.
- 265 Dominium rei quesita per vsuras quarit vsurarius.
- 265 Dominium rei empta ab vsurario quarit emptor.
- 265 Vsurariorem datam, vt vendicat qui dedit.
- 266 Accipiens rem notabilem ab vsurario, quando restituit.
- 267 Vsuras pro alio exercens, etiam famulus obligatur.
- 267 Proxenetæ vsurarum qui peccat.
- 268 Vsurarij vxor, qua peccat viuēdo de bonis sui mariti. & 269.
- 270 Vsurariorum filij, & famuli, qui peccat de bonis eorū viuēdo.
- 271 Vsurarij gener recipiens ab eo dotem, vt peccat.
- 272 Dotem ab vsurario datam retinendi remedium.
- 273 Vsuras non est marito vsus pignori pro dote dati & 274.
- 275 Vsuras, qui iudex iubet solui, aut non restitui, & aduocatus, procurator, & testis, qui ad id auxilium præbent, restituere tenentur. nu. 277.
- 276 Vsurarium instrumentum faciens, vt peccat.
- 278 Vsurarius vsuras, & fructus pignoris restituat.
- 279 Vsurarium manifestum ante restitutionem absolutū peccat.
- 279 Vsurario manifesto nullum detur Sacramētum, nisi. & 280.
- 279 Vsurarij testamentum nullum, nisi hæc præcedant.
- 280 Vsurarius quis manifestus, & a quo absoluendus. & nu. 281.
- 282 Piscatorum, ac diuicium eiusmodi societas vsuraria. & 283.
- 283 Socius industriam adhibens, quid de suo impendere debeat.



Entesimodecimoquintō peccat mortaliter, qui inducit aliquem, vt sibi, aut alteri tertio det ad vsuram: quia peccato mortali cōsentire peccatum mortale est, iuxta Apostolum, i quāto magis ad illud inducere: Qui autem accipit ad vsuram ab eo, qui ad id est paratus, aut petit ab aliquo mutuum simpliciter: & quia alius non vult gratis mutuate, accipit sub vsuris non peccat mortaliter, nisi ob finem mortalem accipiat: nec etiam venialiter, si ob causam iustam accipit: sed sic, si absque ea accipit, aut ob finem venialem; scilicet ob vanitatem, & ludos veniales, aut vt eius negotiatione diuitias accumulet cum alias habeat, vnde honestē viuat, iuxta mentem S. Thomæ k & nostrorū doctorū, l quos Caietan⁹ m explicat. Quamuis igitur accipere ad vsuram licitum sit; non tamen petere, vt sibi ad vsurā detur, quia est petere aliquid, quod

i Capit. 1. ad Rom. c. no. 2. qu. 1.

k. 2. 3. qu. 78. art. 4. l. in ca. super eo. de vsurarij. m. In f. ver. vsura. & 2. 2. qu. 78. a. 3.

A alius sine peccato facere non potest, quod numquam licitum fuit, iuxta S. Antoninum, a & Caietanum, b sed sic ab eo mutuū petere. At si rogatus petat vsuras sibi promitti, nec vellet sine illis mutuate, potest sub iis licitē accipere. 263 Constitutus tamen in extrema necessitate, non peccat inducendo ad mutuum sibi sub vsuris cum, qui sine illis mutuate non vult, iuxta Innocentium receptum: c quia hoc non est proximum ad peccandum inducere: sed consulere, vt minus peccet, hoc est, potius peccatum vsuræ, quā homicidij committat: quod licitum est, d verum etiam videtur S. Antonino, e non peccaturum, qui mutuum ad vsuram ob ignorantiam, aut inconsiderationem peteret, aut quia scit frustra se rogaturum cum, vt gratis mutuet: quod tamen nobis securum non videtur propter rationes, quas modo tetigimus.

B 264 Centesimodecimosexto peccat, qui ad vsuram capit aliquas merces ad res vanas, graue æs alienū contrahendo, & vxorem, & liberos notabiliter damnificādo, vt insinuat Sotus, f quamuis non loquatur ille de capiente ad interesse, nec de emente (habita fide de pretio) merces, quas præfenti pecunia vendit, quod Hispani Mohatram vocant, idem tamen est dicendū de illo. g Et notandum, quod qui mutuat ei, quem scit vsurarium, in fines malos, aut vanos, non potest licitē capere ab eo solutionē, si facta ea, vsuras restituere non possit: quia qui mutuat in malos fines, non habenti vnde sua debita soluat, dignus est, cui non soluantur, si aliis debitoribus non potest soluere, h quod ad forum conscientiarū videtur restringendum, vel ad debita contracta ob gratum contractus vel ad casum, quo debita essent æque priuilegiata, per dicta supra. i

C 265 Centesimodecimosextimo peccat, qui suadet volenti mutuate gratis, vt non mutuet, nisi ad vsuram, aut volenti contrahere, vt contractum vsurarium faciat, cum obligatione restituendi in solidum. k De emente autem pignus ab vsurario amissum, ob non solutionem vsurarum perinde iudicandum, ac de emente rem alienam, secundum mentem Scoti, l quia nec vsurarius videtur querere dominium, nec dominus pignoris perdere illud iuxta dicta. m

D Alia verò, quæ hoc in loco in Hispano scriptissimus declarādo, dico primò veri⁹ esse quod bona vsurarij nō sunt obligata pro vsuris extortis: quia nullo iure probatur huiusmodi obligatio: & ita tenent Ioannes Andreas Panormitanus & communis, n per illum textum inductum ibi à Panormitano, o contra glossa p quæ etiam ibi Dominicus & Francus reprobant. Secundo, quod dominium rei per vsuras lucrifacæ transit in vsurarium, secundum glossam, p respondentem illi capitulo cōtrarium significanti, quæ communiter ibi recipitur. Tertio, quod dominium rei venditæ per vsurarium, transit in emptorem: ita, quod non potest auferri ab eo, qui soluit vsuras pro earum restitutione, vt Panormitanus cum communi Modernorū tener. q Quarto quod debitor potest recuperare rem, quæ pro vsuris soluit vsuratio, si penes eum est, immo & si penes aliū titulo gratuito, saltem quum desunt vsuratio bona ad restituendum. r

E Ex quo inferitur, quod qui aliquid notabile accipit gratis ab vsurario, in eadem specie, qua fuit datum illi, vel etiā in alia, si sciebat eius bona nō sufficere ad vsuras restituendas, aut probabiliter dubitabat, peccat mortaliter, si nō vult restituere iis, quibus vsurari⁹ tenebatur, iuxta S. Bernardinū. t

F 266 Centesimodecimosexto peccat, qui institor, negotiorum gestor, tutor aut curator, habens potestatem ad negotiandum, & dandum sub vsuris, & recuperandum eas, & etiā, qui nomine suorum principalium dedit ad vsuras, vel recuperauerit eas, cum obligatione restituendi, eis nō restituentibus, v etiā si merus exequutor illius fuit, aut famulus, qui solum pecuniā dedit, & pignora, aut solutionē vsurarij accepit, quāuis nulla utilitas ex eo ipsi obuenerit, s quod quid alij dicat, & etiā Siluester. v Quod tamen est restringendū ad famulos, qui sciunt pecuniam, quæ ferunt mutuā ad vsuram mitti, & quam recipiunt pro solutione vsuræ recipi, & non extendendū ad alios, qui id ignoranter faciunt: quamuis sciant suos principales aliquando vsuræ dare solitos. x

267 Quibus addo, quod nunc interrogatus, An prædicti ministri teneantur restituere \* ante exculsionem principalem: Respondi, quod sic: quia non censentur accessorij, vt fideiuliores, sed vt principales delinquentes: & ita magis

a 2. pa. tit. 1. co. 9. §. 14. b 2. 2. qu. 78. art. 4. c. Tomo 1. Opusc. TraB. 31. resp. pofitione 13. c. In d. ca. super eod.

d On. si quod verum. 33. q. 2. Aug. v. de vsura 2. §. 2. Siluest. eod. dem. verb. vsura. 2. qu. 1. Caiet. 2. 2. a. 78. art. 4. c. in di. respofitione 13. c. Vbi supra. f Libr. 6. q. 1. art. 5. de iust. & iur.

g Arg. illud. ff. ad l. Aquil. c. ca. dudum 2. de elat. h Gab. in 4. li. sent. d. 15. qu. 11. Siluest. v. verb. vsura. 8. qu. 7. i. Eo. c. a. nu. 52.

k Siluest. v. verb. vsura. 7. q. 2. l. In 4. l. sent. d. 15. m supra eod. a cap. a. nu. 202.

n In c. cum tu. c. in cap. tua. o De vsur. p. In vtroque c. q. m. c. 2. et. tit. lib. 6. q. C. ap. si quis vsuram. l. 4. qu. 4. r. In d. cum tu. s. p. et. l. si c. mo. c. Titul. ff. de reb. cro.

t In suis con. tractibus.

v Arg. c. firm non suo. 46. di. c. f. in d. in iur. Siluest. qui alios refer. v. verb. vsura. 7. q. 4. x Per supra. d. i. eod. c. nu. 18. c. per de. terminas a. Caiet. in sum. ma. c. 2. 2. q. 62. ar. 7. y In d. q. 4. 2. Arg. c. qui culpatur. 23. q. 5. c. 2. de conit.



a Per dict a su pra eo. a nu. 17.

b 2. par. tit. 1. ar. 9. §. 13.

c Iuxta Car. in clem. 1. qu. 8 de usur. & Imol. in ead. clem. nu. 55.

d Arg. l. a. si. d. ff. q. pot. in pig. hab. c. Ver. v. iura. §. quae. §. 2.

e Vbi supra.

f Ar. l. illud. ff. ad leg. Aq. ca. dudum. 2. de elec. h. l. si quis a l. beris. §. sed si filius. ff. de li. agno. §.

g Gab. in 4. li. sen. di. 15. §. 3.

h Angel. ve. restitutio. 1. §. 21.

i Ca. peccati de reg. iur. li. 6.

m Supra. oo. num. 02. An. gel. verb. restitutio. 1. §. 20. & Silue. verb. v. iura. §. qu. 5.

obligati, quam iubentes. Idem de eo, qui est internūcius vsurā ex parte vsurarij principaliter, vt lucrum illi, & sibi vtilitatem comparet; quales sunt communiter proxeneta, quos Itali Sentales, Hispani Corredores vocant. Quod est restringendum ad eos, qui rogarunt, vt daretur ad vsuram: non autem ad eos, qui simpliciter rogarunt, vt daretur mutuum, iuxta B. Antoninum, b dixi principaliter ex parte vsurarij: quia si principaliter intercessit ex parte indigentis, rogans vsurarium paratum ex se ad mutuandum ad vsuram, vt illi mutualet, non peccaret.

\* Ante excusationem principalium. Excusare aliquē in iure est facultates eius discutere, & inquirere, vt sciatur an sit soluendo. Vnde excusatio principalium est diligens inquisitio ac detentio bonorum quae vsurarij habent, per iudicem vsque ad vltimum quasi quadrantem facta; vt ea soluantur, quae per vsuras contraxerunt.

268 Centesimodecimononō peccat vxor vsurarij, quae sciens maritum non habere amplius, quam ad restituendas vsuras extortas, viuit ex eius bonis, cum ex suis, aut consanguineorū bonis, aut ex suo labore honestē viuere possit. c Quod, nostro iudicio restringendum est ad eam, quae viuit de eisdem bonis vsura acquirit, quorū dominium in vsurarium non transit; qualia sunt pignora frugifera: & ad eā, quae sumptuosius, quam eius statum deceat, viuit: non tamē ad eam, quae solum impendit ea, quae in eam, & quod vxor eius est, & ob dotem allatam impendere tenetur maritus: quia tantō, & plus obligatur maritus ad eam sustentandam, quam ad vsuras restituendū, d quidquid Siluester, e & alij dicant: neque ad hoc necessarium est, quamuis sanctū, eam maritum tempore opporuno ad eas restituendum inducere, & Deum, vt eū conuertat precari: neque amplius, quam alia vxor tenetur in praedictorum bonorū custodiam, conseruationem, & amplificationē incumbere: neque, vt vsurarius res incertas restitutioni obnoxias retineat, & Episcopus cum ea, vt de illis tamquā pauper viuere possit dispenset; neque vt sit in extrema necessitate, quidquid Siluester f & alij dicant: quia nullo iure, neque vlla ratione, ea esse de necessitate iustitiae probari potest.

269 Quod ipsum fere dicendum est de vxore alterius cuiuslibet non habentis vltra ea, quae tenetur solvere, vel restituere. s Idem quoque de liberis, qui aliter viuere non possunt: sed non de illis, qui aliis inferuendo victum querere possunt, nisi seruitia patri facta id mereantur. quia ad hos sustentandos pater non tenetur. h

270 Idem etiam de famulis, qui sui victus impensam lucrantur, & de filiis, & famulis ignorantibus bona, quibus sustentantur, vsura parta fuisset. Et de mercedibus tāta, quāta expendunt, & iustū stipendiū, afferendo vtilitatē rei familiaris, laborando & fodiēdo, aut aliquid domi efficiēdo, aut eā administrando, modō ne eandē rem pro vsura solutā in stipendiū accipiant. i Sed non est idē de his, siue filiis, siue famulis, quorū opera, quamuis sit licita, non tamen afferat tantū vtilitatis rei familiaris, quantum impēta. Qualis est eorum, qui non nisi ad conuictiū, aut mensam, aut alias res similes seruiunt, iuxta S. Bernardinum. Et multō minūsi ad res inutiles, vt ad alendos canes, accipiunt, &c. k

271 Centesimovigesimō peccat, qui capit dotem a focero vsurario, cuius bona soluendis vsuris, quas debet non sufficiunt, sciens id, aut debens scire, quod nostra sentētia, intelligitur non solum quando res ipsae vsurae acquisitae in dotem dantur, & quando dos est extra modū, sed etiā quādo in pecunia, aut in aliis rebus, quarum dominij ad vsurarium trāsfertur, moderata, & necessaria datur: quia capit ab eo, qui nec donare, nec dotare sine peccato potest: & quia vxor sine marito illam dotē restituere nō potest, si illa vult, & maritus repugnat marit⁹ peccat, & nō illa, modō statur mortuo marito, aut quām citius poterit, restituere. Et cū maritus vult, & illa nō, vxor peccat, & nō marit⁹, qui tamē de tali dote participare nō debet. Et si inter virūq; conuenit de nō restituēdo, vterq; in statu dānationis versatur. l

272 Hoc tamen remedio vti possunt, si focer satis habet ad restituendū res certas, & multas incertas debet: possunt enim petere ab Episcopo, vt adiudicet iis non habentibus, quo se sustentent, illa bona dotalia, quae pauperibus essent restituenda, iuxta dicta. m Quod autē diximus, vxorem absque consensu, & licentia mariti sui vsuras restituere non posse, intelligitur quando ex illarum restitutione

scandalum sequitur, & nō quando secreto absque eiusmodi scandalo id faceret, per supradicta. a

273 Centesimovigesimoprimum peccat focer, qui genero suo, cui dederat praedium frugiterum in pignus soluendae dotis, mutuat tantum, quantum debet ei pro dote, vt ei relinquat illud, ad percipiendum ex eo fructus, quos ille potest percipere.

274 Quia ratio, qua cap. salubriter, b quo hoc conceditur genero, aut alteri matrimonio coniuncto, non habet locum in eo, qui tantumdem mutuat ei, eo pradio in pignus accepto: quamuis gener bene potest focero, vel alij, qui liberaliter mutuaui, omne ius, quod in pignus habet liberaliter concedere, modō non faciat id principaliter ratione mutui, sed alia iusta, per dicta, c & quia id nullo iure prohibetur, quod etiam Siluester ait. d Quae autem sit illa ratio, & ad quas personas extendatur, tradimus nouē supra. e

275 Centesimovigesimosecundō peccat iudex, qui vsurario vsuras adiudicat, aut eum ad eas restituendas non cogit. f Idem de procuratore, & aduocato, qui iuuant in hoc vsurarium, aut obuiant restitutionem earum petenti, cum obligatione restituendi in solidum. g

276 Neque excusantur, quod scripturae in superficie iuste viderentur, si conscientia dictabat, esse factas pro vsuris, iuxta Hostiensē, h vbi hoc nō ait Innocentius, licet eum ad id ceter Siluester. Idem de notario publico faciente instrumentum simulatum, quod licet formaliter licitū contractum contineat, verē tamen continet vsurarium: vt cum verē res pignoretur, scribit, quod venditur, vel pro centum decem datis, scripsit centum, vel ē contrariō, ita vt pro contractu iniusto, iustum describat, cum obligatione restituendi: nisi principalis restituat, i cum efficaciter socius damni inferendi fuerit. Quamuis si hoc in fauorem eius, qui mutuum accepit, fecit, quia indigebat, & vsurari⁹ gratis mutuate nolebat, neque sub vsura scriptura continente aperte illam restituere non teneretur: licet mortaliter peccaret, & esset excommunicatus, vbi excommunicantur tales contractus simulatos facientes. Sicut nec esset ob scripturam apertam vsurā continentem, quia per eam, nec damnum intulit, nec eius causa sufficiens fuit, cum ea, & qui accipit, & qui mutuum dedit aequē vti possint: nisi eam faciat in locis, vbi ex statuto iniusto, aut iniqua consuetudine, qui mutuum ad vsuram accipiunt, ad eam soluendam compelluntur: quia tunc restituere tenetur per dicta supra, & per Siluestrum: k Certum est etiam Notarium ad mercedem, quam pro labore scripturae contractuum vsurarium accipit restituendam non teneri, quamuis in eo peccet: quia suam mercedem accipiendo non peccat contra iustitiam, quae solum imponit necessitatem restituendi, per dicta supra. l

277 Idem de testibus eiusmodi instrumentorum vsurarium: quia eiusmodi contractus absque testibus, non valent. m Quae procedunt, nō solum in teste, & notario sciente, contractum esse vsurarium, sed etiam in dubitante, qui antequam dubietatem exuerit, testificatur, vel facit instrumentum vsurarium, n cum latē ibi a nobis traditis; quamuis aliquanto minus peccaret, per ea, quae ibidem o scripsimus. Dixi, Antequam dubietatem exuerit: quia si per opinione malicium doctoris solennis fulcitā rationē, illam exuerit, postmodum bona conscientia facere, per dicta ibidem. p

278 Centesimovigesimotertio peccat, qui vsurarius non restituit, quod vltra sortem accipit, vel fructus pignoris ei dati perceptos, vel quos percipere potuit. Nec excusat eum, quod mutuatarius multum eius pecunia lucrifaciat, contra impium Molinæum: quia non ratione lucri mutuatarij, sed mutui eas recipit. Quod si ipse non restituerit, haeres eius tenebitur restituere: & si fuerint multi, quisque pro sua parte tenebitur. Et si quis eorum non habet unde restituat, alius ad id pro sua hereditatis parte, quantum feret, obligabitur. q Immo, & legatarij, & donatarij, & qui gratuito acceperunt aliqua ab vsurario, tenebuntur restituere, si quae obuenerunt ad haereses non sufficiant, quatenus facti sunt locupletiores, per supradicta. Ad restituendum tamen, quod suo nomine pecunia vsuraria emit, non tenetur, iuxta Ioannem Maiorem, r & communem. s

279 Centesimovigesimoquarto peccat sacerdos, qui vsurarij manifesti confessionem audit, vel eum absoluit, vel

a Eod. nu. 153.

b De usur.

c Supra eod. cap. nu. 203. d Verb. vsuraria. §. quae. §. 4. e Eod. ca. nu. 212. f Ar. cap. post mirabilem. §. c. Michael. de usur. g Per dicta in pra eod. ca. a nu. 17. h In di. capit. Michael.

i Per supra eod. ca. n. 11. §. 12.

k Ver. v. iura. 7. qu. 7.

l Eod. nu. 12.

m Syl. vbi supra pra. qu. 9.

n Arg. ca. 9. Ecclesi. §. c. dubius. de haer. & capi. §. quis autem. de pra. di. 7. o Num. 86. p Nam. 85.

q Ca. tuanos de usur.

r In 4. l. sent. di. 1. qu. 38. s In ca. cum tu. de usur.





aliquid aliqd Sacramētum ei ministrat, antequam vsuras, quoad poterit restituat: aut præstet cautionē de restituendo cum pignoribus, vel fideiussoribus, iis à quibus eas extorsit, si præsentēs sunt, alioqui iis, qui eis acquirere possunt. Et si non sint tales, Episcopo, aut eius Vicario, aut ipsius proprijs parochis, coram personis fide dignis, aut aliquo notario ex ordinarij mandato, ita vt in cautione exprimat veram summam debiti, si scitur: sin autē, arbitrio recipientis. Qui si sciēter obligationem minorem debito receperit, ad restituendum residuum tenebitur. Et vsurario nolenti hoc facere, nemo debet esse testis in testamento, nec confessionem eius audire, nec ipse debet in loco sacro sepeliri, & eius testamentum ipso iure est nullum. Si verò pignora, vel fideiussores dare non potest, iuret se dare non posse: quæ omnia continet cap. *quamquam*,<sup>a</sup> quin etiā is, qui cum in loco sacro sepelitur, nisi prius prædictis præstitis, excōmunicatur,<sup>b</sup> vt infra dicitur. Quod si vsurarius in periculo mortis est, & vult prædicta præstare: sed non potest, à quolibet sacerdote eius confessio audiri potest, & absolui: & obtenta ab eo facultate, Episcopo eius promissionem declarabit, vt si conualuerit, ipsum, & si moriatur, eius hæredes, ad restitutionem compellat.<sup>c</sup>

280 Potro vsurarius manifestus dicitur, qui palam, & notoriè ad vsuram mutuat: aut suas res ob dilatam solutionem carius iusto pretio rigido manifestè vendit. Et nõ est necesse, vt quibuslibet petentibus tribuat, sicut aliqui dicunt: sed quod eius mutuatio, quando fit, sit manifesta.<sup>d</sup> Neque hoc requiritur: sed satis est, vt postea per sententiam, aut aliàs, illud palam, & notorium fiat secundum prædictum Antonium, & citatos ab eo, quod iustius videtur.

281 Per sacerdotem verò in hoc casu intelligimus non solum parochum, sed etiam quemlibet confessorium potestatem audiendi sacram confessionem eius legitimam habentem.<sup>e</sup> Caterum, qui aliis acquirunt, sunt liberi in patris potestate cõstituti, & serui proprii, aut bona fide possessi.<sup>f</sup> Notarius autem in hoc casu extraneus non acquirit: nisi illud mandato ordinarij faciat, secundum glossam, & quod intellige, quo ad effectum satisfaciendi præcepto Ecclesiæ in hoc casu: nam quo ad alios acquireret iis, quibus stipulatur, vt Perusinus<sup>h</sup> rectè declarauit.

282 Centesimouigesimoquinto peccat, qui confert aliquam pecuniam in societate nautarum volentiũ ire piscatum in mare longinquum, & non habetium commeatum, & alia in id necessaria, eo pacto, vt tanta sibi lucris pars obueniret, quanta cuiuslibet nautarum, & vt euentus navigationis sit illorũ periculo: & quod ex lucro futuro primum prædicta pecunia ei soluat: & si nullum fieret, vel adeo exiguum, vt non sufficeret ei soluenda, quisque pro sua rata illam soluat, nautæ verò vacui maneant.<sup>i</sup> Tum quia, vt ait Baldus,<sup>k</sup> socius, qui non est particeps pecuniæ in societate collatæ, non debet soluere aliquam partem eius in negotiatione perditæ. Et is non communicauit suam pecuniam nautis, cuius iacturæ participes esse voluit. Tum quia vult esse socius omnium lucris euentuum, æ iacturæ non nisi vnus. Tum quia vult, vt tota sua fors principalis sit sibi salua.<sup>l</sup>

283 Credimus tamen, eum hanc conditionem adiciere posse, vt casu, quo tota pecunia, siue fors ab eo collata, aut eius pars amitteretur, nautæ soluere eam partem, quam de ea impenderent in impensas, quas domi facerent: quia quum alius in societatem suam pecuniam, alius suam industriam, & laborem confert, qui laborem, & industriam confert, non debet de lucro deducere totas sui victus impensas: sed eas solas, quas ultra domesticas faceret, & licet contrarium videatur verius Saliceto,<sup>m</sup> & esset verũ, quando tale pactum non interueniret: non tamen esset, quando interueniret, quia pactum illud non est iniustum, cum illi non obligentur ad sortem soluendam, nisi pro ea parte, quam impedissent in impensas, quas domi fecissent, in quo nulla inæqualitas in hac materia reprobata inuenitur.<sup>o</sup>

#### De vsura circa cambia.

- 284 Mutuum quoduis cum pacto, vt mutuans assuret vsura.  
285 Mutuum pecuniæ ab vno numeratæ assurendo eum absque pacto.  
285 Assuratio licita & vitilis.

- A 285 Vsuras nauticas esse nunc veritas quo sensu.  
285 Vsura non est aliquid pro fideiussione accipere.  
286 Cambium quid, & quid sit ficcum & est septuplex.  
287 Pecunia eadem numeratæ plus alij valet.  
287 Permutatio antiquior emptione, & licita etiam in pecunia.  
287 Pecunia finis peculiaris quis: & qui alij septem, in quos locari potest pretio, licet non mutuari, vel commodari.  
287 Commutatio omnis æqualem valorem commutatorũ requirit.  
287 Cambium etiam pecunia pro pecunia, vtriusque valorem æqualem requirit.  
287 Permutatur id quod est, pro eo quod nondum est.  
288 Cambium primum per officium mutuandi licet, sed nõ est in vsu.  
288 Cambium secundum per minutum licet etiam priuatis, etiam in Hispania.  
B 289 Pecunia cur maiori pretio præfixo exponi potest.  
290 Cambium tertium per litteras licet quatuor seruatis: & quod merces cambientis incerta.  
290 Cambium tertium de vno loco ad alium valet, sed non de tempore ad tempus.  
291 Cambium quartum translationis realis licet.  
291 Pecunia vt merx est vendibilis, sed non vt est pretium.  
292 Cambium quintum ratione interesse veri, sed non falsi lucris.  
293 Cambium sextum per custodiam pecuniarum licet.  
293 Cæpsor capit, & reddit pecuniã dupliciter, re, & chirographo.  
293 Deponens qui apud campforem gratis custodientẽ vsurarius.  
294 Cambium septimum præsentis pecunia pro absente licet, hoc seruato.  
294 Contractus nominati, & innominati in hoc pares.  
294 Pecunia vna octo de casu plus valet, quàm alia.  
295 Pecunia pretium auctoritate priuata, vt mutari potest.  
295 Mutuans pecuniam alicubi, quando plus recipere potest alibi.  
295 Pecunia præfens tantò plus valet absente, quantò distantiore.  
C 297 Cambia vsitata pecunia minoris pro maiore vt liceant, num. 298. & 299.  
300 Bulla Pij V. de Cambijs, & que post non sint licita. 301.  
302 Mutuare Regibus sub vsuris vt licitum.

**C**ENTESIMOVIGESIMOSEXTO peccat mortaliter contra hoc septimum præceptum, qui quærit lucrum notabile ex cambiis ficcis, vel realibus contra iura naturalia, diuina, vel humana iusta exercitis. Pro cuius & aliorum intellectu, inferemus huic ad id opportuno loco: summam Commentarij capit. final. de vsur. quod est vnum de quinque prædicto Manuali adiunctis, quorum summam huc pertinentium huius Latini opportunis locis inferere in eius præfatione promissimus.

**D** Summa igitur prædicti Commentarij huic loco opportuno inferenda est, quod in primis quinque numeris habetur, quod principium illius capituli, aliter intelligitur à glossa, Hostiensis, Ioanne Andrea, & aliis in illud cõmentantibus, aliter à Ioanne Maiore, Caietano, Siluestro, Medina & Soto in locis ibi citatis, quos ipsemet olim sequutus fueram: & quod eorum intellectus nullatenus quadret contextui eius, multis rationibus perspicuè monstratur, licet sit verus in se, videlicet, quod mutuare alicui pecuniam trahendam per loca periculosa, eo pacto, vt mutuarius faciat eam assurere à mutuante, accepto in id aliquo pretio, est pretium vsuræ: quia vltra sortem quæritur mutuanti obligatio, vt assuretur ab eo pretio aliquo accepto. Et quod secundus intellectus est, quod mutuans pecuniã trahendam per loca periculosa, suscipiendo periculum in se ob aliquod pretiũ, est censendus vsurarius. Cuius statuenti ratio noua, & germana redditur, per quam monstratur, nõ fuisse Gregorio animum reprehendendi assurentiones, quas quotidie in magnâ Reipub. vtilitatem fieri videmus: sed neque declarare, quod mutuare cum pacto, vt mutuarius teneatur facere assurere per mutuante, sit vsura: quia hoc indubium erat, & indignum, vt tanta opera declararetur, neque fuisse animum decernendi esse verè peccatum vsuræ, mutuare suscipiendo periculum in se, & assurendo pretio iusto ei, qui verè vult pecuniam per loca periculosa trahere, & verè vult eam sibi assureari iusto pretio: quia hoc coram Deo, & in foro conscientie licitum est, vt ibidem monstratur: sed fuit animus obuiandi quamplurimis vsuris palliatis, quæ fiebant mutuando cum assurentione,

a De vsur. li. 6.  
b Per cle. 1. de sepul.

c Ar. c. si quis sciens. 17. q. 4. & Affert. Sylu. c. 6. de restitutio. 6. qu. 1.  
d Panorm. & Ant. Burges. in cap. ad not. stram ac ept. & vend.

e Ar. cl. dudum. de sepul. l. 1. & 2. in fin. per quas person. nobis acqui.  
g Dist. c. quãquam. verb. mandatum.  
h In d. c. quãquam.

i Arg. glo. memorabilis. & qua latius ibi Bal. in l. 1. C. pro socio. n. 6. quem sequitur las. in §. sequens. Inst. de actio. nu. 45. & eorũ, qua ait vter que Tho. 2. 2. q. 78. art. 4. ad 5.  
k In dicto nu. 6.

l Contra gloss. recetam in l. si fuerit. pro socio.  
m Iuxta Bal. in d. l. 1. nu. 9. n. In dict. l. 1.

o Ar. l. sed & si. §. quod autem. 2. ff. de pet. hare. & l. cum duobus §. quidam Sa. gariam. ff. pro socio.



suscepto pro ea pretio quamplurimis, qui volentes sibi mutuari, & non inuenientes, qui gratis mutarent, fingebat se velle traicere pecuniam in alias terras, & velle sibi eam assecurari, addito pretio iusto, quo inuenirent mutatores. Obuiauit autem \* inducendo praesumptionem iuris, & de iure, qua qui hoc faceret praesumeretur vsurarius: & ita non dixit, eum, qui hoc faceret, esse vsurarium: sed censendum, hoc est, praesumendum esse vsurarium. Quae provisio digna fuit sanctitate & eruditione Gregorij noni: & firmatur ratione praedicta, per quam solvantur argumenta, per quae praedicti, & etiam nos intellectum communem reliquimus.

\* *Inducendo praesumptionem iuris & de iure.* Praesumptionem iuris ciuilibus doctores ita definiunt. Praesumptio est rei dubiae aliquibus signis intrinsicis quibusdam creditas & fides: vel Praesumptio est sententia praesumpta praueiens veram cognitionem antequam de ea liquido constet. Ea est multiplex, sed sufficit huic loco si dicamus praesumptionem aliam esse iuris tantum, & aliam esse iuris & de iure simul. Praesumptio iuris est quae aequitatem quamdam habet, iuris vero & de iure, quae aequitatem habet sed ultra in corpore iuris scripti continetur vel praesumptio iuris & de iure est, quando ius in aliquo facto certum aliquid praesumit, & ultra praesumptionem illud firmat, & de eo statuit, vbi aut ius aliquid praesumit, sed pro praesumptione non format, aut non statuit pro ea, est praesumptio iuris tantum.

285 In num. 6.7. & 8. habetur, quod confidenti se mutua se pecunias alteri, earum securitatem deposcenti, quod eas mari, aut aliis periculosis locis transferret: & sine fraude ipse eidem securitatem praestitit pretio, quo ab alio eam accepturus erat, nulla restitutio est praecipienda a confessario. Et quod principio illius cap. solum est locus in mutua pecuniam numeratam, quod multis fundamentis probatur. Et quod illud communiter receptum, vsuras nauticas esse prohibitas per ius Pontificium praedicti ca. intelligendum esse illas vetitas quo ad forum exterius, si ob mutuum pecuniae numeratae accipiantur: & etiam quo ad interius, si propter pecuniam, aut alterius rei mutationem sumuntur: sed non si, & quatenus ob solam securitatem praestitam recipiuntur (nulla ratione habita saltem principali mutationis certae quantitatis) modo non accipiantur maiores, quam ab alio tertio pro eadem securitate recipere: quae est noua, & singularis resolutio. Et quod errat impius Molinæus in locis ibi citatis, asserens licere mutuati accipere vsuras a diuitibus: quia praedictum cap. nauiganti habet, non licere vsuras accipere ab his, qui traiciunt pecunias in partes ultra marinas causa negotiandi, quod palam est non fieri a pauperibus. Et quod, quidquid Laurentius dubitet in loco ibi citato, fideiusor potest accipere aliquid pro fideiussione, iuxta iura, a vbi hoc notat Bartholus receptus, quum per supra dicta assecurans possit pro securitate aliquid accipere, & fideiusor sit in effectu assecurator, & non capit vi mutui, sed vi fideiussionis, modo cesset fraus, qualis esset, si nolle tibi mutuae, nisi mihi fideiusore N. praestes, quo cum conueni, vt pro eo certum quid accipiat inter nos partiendum, aut quod liberatus a me a fideiussione, illud mihi tradat: aut nolle sine lucro mutuae, mitto te ad fratrem meum, aut alium, cui pecunias misi, qui tibi eas mutuet, cum pacto, vt ego pro te fideiubeam, & postea nolo fideiubere, nisi certa aliqua re mihi abs te data, quauis teneri etiam posset his casibus, non inesse vsura cum nihil vi mutui taciti, vel expressi accipiat: sed solum vi alterius contractus lege differetis ab illo iuste illi appositum.

286 In 9. & 10. num. continetur, quod *cambium proprie est commutatio vnus rei pro alia.* & quod diuiditur in cambium pecuniae numeratae, & cambium aliarum rerum: quia multis de causis infra expressis, alia pecunia, plus valet vni, quam alia alteri, & est contrarium. Et quod cambium, vt a vulgo vsurpatur, est *omnis contractus pecuniae pro pecunia non gratuitus, siue sit permutatio, siue emptio, siue depositum, siue quouis alius.* Et diuiditur in reale, & siccum. Et quod cambium siccum, iuxta S. Antoninum & alios Theologos, ibi citatos, est *cambium fictum & non verum,* & sic accipitur in Extraneitate Pij V. infra ad verbum, num. 300. relata. Sed Laurentius in dicto Comment. citatus, qui ante omnes de hoc meminit, dicit, cambium siccum esse, *quo campfor prius dat, quam accipiat:* quod ipsum etiam Siluester ait. <sup>b</sup> Et quia dat antequam accipiat, dicitur siccum. Reale vero contra, *quo campfor prius accipit pecuniam, quam det.* Et quod aliae diuisiones Caietani, Medinae, Soti, & aliorum non videntur vtiliter. Et quod ex mente omnium potest vtiliter dici, septem esse genera cambiorum. Primum, ratione officij mutuandi, quod non

A est in vsu. Secundum, per minutum, quo praesens pecunia pro praesenti commutatur. Tertium, per litteras, Quartum, per translationem. Quintum, ob interesse. Sextum, pro custodia. Septimum, per commutationem pecuniae praesentis pro absente.

287 In num. 11. & tribus sequentibus continetur, quod permutatio est antiquior emptione, quae cepit post inuentam pecuniam numeratam: & quod pecunia fuit inuenta, vt esset pretium, quo necessaria vita emeretur, & vt rerum venalium esset mensura quaedam publica. Et quod postea sequuta est permutatio pecuniae pro pecunia, & ars cambiendi, quae est ars negotiandi pecuniis vltro citroque dandis, & accipiendis: & quod licet Aristoteli a non sit visa licita: tamen ordinata ad quaerendam sustentationem, vel alium finem honestum, etiam Christianis licet ex mente S. Thomae ibi citati & recepti. Et quod licet primus finis pecuniae sit emptio, & venditio: sunt tamen alij septem secundarij, in quos ea licite vitur, cambiendo, permutando, opes ostentando, ornando, aspectu eius delectando, & iure siue succo eius medicando. Et quod excepto mutuo, & commodato, licite praebes eam potest capere pretium pro eius vsu: qui autem mutuat, & fingit se locare in aliquo vsu praedictorum, in quo pro vsu eius aliquid accipiat, peccat coram Deo cordium scrutatore. Et quod in omnibus commerciis, & contractibus iustitiae commutativae, est seruanda aequalitas, ita quod tanti valeat acceptum, quanti datum: & est contrarium secundum omnes ibi citatos, praesertim Scotum. <sup>b</sup> Et ita sicut in emptione iusta tanti debet valere merx, quanti pretium pro ea datum, & tanti vsus rei locatae, quanti pensio pro ea soluenda, & tanti equus dandus pro mula, quanti mula pro equo danda. Et consequenter in commutatione, & cambio pecuniae, tanti debet valere danda, quanti accipienda: & quod hinc consequens est, quod nullo cambio, in quo pecunia pro pecunia datur, potest accipi aliquid ultra iustum valorem pecuniae, quam dat ratione cambij, quatenus est permutatio, nisi adiungatur alia iusta ratio accipiendi: quia si cambium aliarum rerum, quod est naturalius, antiquius, & magis necessarium, non est iustum, nisi seruata aequalitate valoris vtriusque rei campsa, a fortiori cambium pecuniae pro pecunia non erit iustum, non seruata aequalitate valoris vtriusque pecuniae. Et quod qui dat nunc pecuniam pro alia maiore post vnum, vel duos, vel plures menses reddenda, iniuste facit per praedicta, quia vult accipere rem maioris valoris pro re minoris, via permutationis: immo secundum Hostiensem ibi citatum admittit vsuram pessimam: & quod non est necesse ad iustitiam permutationis, quod Siluester & Sorus ibi citati aiunt, quod res accipienda per permutationem, iam sit in rerum natura, & in dominio eius, cum quo res alia permutatur: quia nullo iure id cauetur, neque vlla ratione probatur: immo contrarium ostenditur, eo quod res nondum nata emi, vendi, & promitti potest, per ibi citata.

288 In 15. num. & tribus sequentibus continetur, quod praedictum primum cambium per officium licitum est: nam, quidquid alij ibi citati dicant, posset constitui a Republ. officium mutuandi egentibus cum salario de publico constituto: immo, & praestitutum aliquo paruo lucro reddendo a mutuataris ultra sortem pro labore officarij instar montium Pietatis, quod ibi copiose probatur.

In 19. & 20. num. continetur, quod iustum est secundum cambium, vocatum vulgo per minutum, quo quis cambit praesentem pecuniam pro praesenti, puta, nummos minoris valoris, pro nummis maioris: vel contra, puta quadrantes pro iulis, vel iulos pro scutis: aut contra, modo fiat ex eo officio a Republ. in hoc moderato lucro instituto, secundum plerisque omnes. Et quod credimus etiam priuatis licere accipere aliquid exiguum, minus quam quod campfori assignatur, non sola ratione cambij, sed alicuius interesse singularis, laboris, tedium, impedimenti, & aliarum incommoditatum. Et quod licet legibus Hispaniae vetitum sit, ne quis officium campforis sibi auctoritate propria sumat, non est tamen speciatim vetitum priuatis, ne cambiant priuatum occurrente occasione sine officij campforis specie, licet iuste vetari possit ex causis ibi expressis. Et quod habens aliquam monetam, quae ratione materiae, vel alicuius singularis interesse plurius saltem sibi valeat, quam publica lege

a Arist. lib. 1. polit. ca. 6. & 7

b In 4. l. sent. d. 15. q. 2. a. 2.

a l. hoc iure. §. i. ff. de don.

b In verb. v. supra 4.



æstimetur, potest illam permutare pro alia, recepto illo pluri, præsertim in foro conscientiæ: quia quidquid dicat Medina, quâvis illa moneta æstimata sit à Republica certo pretio, ad vsum suum principalem, qui est esse pretium, & licet nemo cogi possit ad dandum pro illa maius pretium, quàm constitutum: propter tamen alium secundarium vsum, & singulare interesse, iuste potest aliquid amplius accipere, quod etiam Sotus affirmat. Et quod hoc cambiũ est iniustum, quoties campfor plus lucri, quàm fit lege, vel consuetudine statutum recipit, & quoties pecuniam adulterinam, prauam, fractam, aut vfu non receptam cõpermutanti tradit, aut eum in pretio decipit.

289 In num. 21. & aliis decem sequentibus continetur, quòd tertium cambium, vocatum per litteras, est iustum, & Reipub. necessarium: quia per illud virtualiter transfertur pecunia de vno loco in alium quamlibet remotum, virtute litterarum, quibus efficit campfor, vt tradatur tãta pecunia in alio loco, quanta ei datur, in quo ipse dat litteras, & aliquid amplius pro iusta mercede. Et quòd dicitur cambium per litteras, quia communiter fit per eas: quamuis etiam fieri possit per nuncium, vel per ipsum campforem. Et quòd ad iustitiam requiritur, primò, vt seruetur æqualitas valoris inter pecuniam datam, & accipiendã: quia in omnibus contractibus tam nominatis, quam innominatis, seruanda est æqualitas rerum cõmutatarum, iuxta prædictam omnium, præsertim Scoti sententiam.

Secundò, quòd campfor non accipiat plus iusta mercede: & quòd ille non crescit ex eo solo, quòd tardius sit accipienda pecunia virtute litterarum, vel eo quòd à principio non traditur ei pecunia, vel pars eius, sed expectat solutionem vsque ad tempus, quo certum fiat litteris satisfactum esse: neque decrescit ex eo, quòd tota pecunia statim solvatur, vel intra breuius tempus solito: quia per dicta supra, \* propter anticipationem, vel dilationem solutionis, iustum rei pretium nec augetur, nec minuitur.

290 Quare qui minoris cambiunt, accepta præsentia pecunia per litteras, quas vocat cambij, quam dilata solutione per litteras, quas vocant crediti, non possunt excusari, si iustũ summũ pretium mercedis excedat, quamuis intralitudinẽ iusti pretij pluris cãbire possint, dilata solutione, quam statim facta, per dicta. <sup>b</sup> Excusari, in quã, nõ possunt ratione mercedis huiusmodi cãbij, licet ratione interesse veri aliquando forte excusari possint, iuxta infra dicenda. Et quòd tertio requiritur, quòd campfor, qui dat pecunias soluẽdas in aliis quãlibet remotis locis, sciat vel probabiliter credat, quod persona, cui eas dat, habeat pecunias, vel fidẽ, & voluntatẽ satisfaciendi litteris, quas de soluẽdis illis sibi tradit, quòd satis probat prædicta Extrauagã relata infra. <sup>c</sup> Et quòd alioqui vsurã iniquam admittit, & iniquiorẽ si eas tradit cũ pacto, quòd si non soluantur intra tres menses ibi campfori ab eis, ad quos remittitur solutio, solvatur intra sex menses Romã cũ lucro cambiij, quod ibi erat soluendum, & lucro recambiij Romã soluendo. Adde nunc quartò esse necessarium, vt locus, in quo est soluenda pecunia, longè distet à loco, in quo dantur litteras: alioqui enim esset cambium de tempore ad tempus, quòd non licet, & non de loco ad locum quòd licet. <sup>d</sup>

Et quòd, attento solo iure naturali & diuino, æquẽ iustẽ potest fieri hoc cambium per litteras de Ciuitate vnus Regni ad aliam eiusdem, sicut ad aliam alterius Regni: quod & Sotus sibi contrarius in locis ibi citatis tenet: quãuis in aliquot Regnis iure humano id prohibeatur ad tollendas palliatas vsuras, inducendo præsumptionem earum; quod tamen cessante fraude, & fictione non ligaret in foro conscientiæ, <sup>e</sup> modo tantò minùs lucri acciperet campfor, quantò minùs interuallum, inter vtramque Ciuitatem interiaceret, quod multis rationibus ibi probatur. Immo & concluditur, quòd iura illa particularia humana, quantum profunt vno respectu, tantum obsunt altero. Et quòd prædicta iura particularia deberent restringi ad cambia, in quibus campfor dat pecuniam in vno loco, & accipit litteras de soluendo ei illam in alio: & non extendi ad illa, in quibus campfor recipit: quia per illa solet frequenter vsura palliari: per hæc autem non, immo multum commodari habẽtib; necessitatem transferendi pecuniam suam securẽ in alium locum. Et quòd laudãda fuit

A lex bo. me. Caroli V. qui præscripsit pretium moderatum, quo campfores suorum Regnorum cambirent: quã tamen, iuxta id, quod ibi præfagiimus, non fuit recepta: quamquam nihil aliud per eam fiebat, quàm reductio mercedis cãbientium, ad quãtitatem, in qua nos eam cognouimus etiã post annum 1530. quando translatio vnus ducati Salmãtica Romã fiebat minoris grosso, siue dimidiato Regali: quã tamẽ nũc cõstat tribus fere Iuliis, siue Regalibus: & contrã, Roma Salmãticã fiebat vno Carolino, siue tribus quartis Iulij, siue Regalis, & nunc cõstat ferẽ quatuor Iuliis: quã castitia nescio qua iustitia corã Deo defẽdi possit.

291 In num. 31. & duobus sequentibus continetur, quòd licitum est quartum cambium per translationem realem, quòd fit prius emendo, vendendo, permutando, aut per alium contractum innominatum, quãrendo pecuniam valentem minoris in aliqua Prouincia, quã in alia, eo quòd ibi non recipitur, vel eius materia non tanti ibi, quanti alibi æstimatur: aut quia est deformata, fracta, rasa, resecta, aut iniusti ponderis, & postea realiter transferendo in aliam, vbi aliquo respectu pluris valet. Et quòd pecunia emi, & vendi potest, quidquid aliqui dicant cum Soto: qui licet neget, eam emi posse, concedit tamen posse permutari, non solum tamquam simplex metallum, sed etiam tamquam monetam, quã octo rationibus, pluris, vel minoris iusto pretio, lege, & statuto valere potest: quãque considerata, vt quãdam merx est res vendibilis, & vt Sotus ait, campfibilis, licet non considerata vt pretium.

292 In num. 34. & sequentibus continetur, quòd licitum est quintum cambium, quo campfor recipit aliquid vltra sortem veri interesse damni emergentis, vel lucri cessantis, quòd incurrit campfor cessando ob id ab alio iusto cambio, vel mercimonio, vt proximi necessitati cambiando succurrat, cum pacto soluendi ei tantum, quantum fuisset aliter lucraturus: quia, & mutare sic liceret per dicta supra. <sup>a</sup> Dixi, cessando: quia secus esset, si non cessaret, vt mercator, qui quamuis mutuauerit vnã pecuniam, mercatur alia tantum, quantum mercaretur, si non mutuasset illam. Quibus addo nunc, Pium V. <sup>b</sup> statuisse, ne à principio certum interesse præfigi possit in cambiis.

293 In num. 36. & quatuor sequentibus continetur, quòd licitum est etiam sextum cambium, quo quis lucratur ob custodiam pecuniarum, vt lucrantur argentarij, siue bancharij auctoritate publica cõstituti ad custodiendas pecunias, quas iudices iubet apud eos deponi, quãque alij singuli deponunt, ea lege, vt habeant eas paratas ad reddendum simul ac petita fuerint, habeantque librũ rationũ depositarũ & redditarũ, salua iusta mercede pro tempore, quo penes eos fuerint: quia huiusmodi officiu est vtile Reipub. & dignũ salario publico, vel privato. Et quòd etiã auctoritate priuata fieri potest, vt aliquis habeat custodiam pecuniarum talium, vel talium personarum volẽtium prædicta lege, siue pacto apud eos suas pecunias deponere: quia id in effectu est contractus locationis ex parte campforis, vel depositarij, & conductionis ex parte deponentium, quem iustum esse clamant omnes tituli de locatis & conductis. Et quòd duobus modis fit depositio pecuniã apud campforem, scilicet numeratione, & traditione chirographorum acceptorum ab eis pro pecunia numerata. Et quòd duobus etiã modis fit redditio, scilicet numerãdo, & tradẽdo chirographos, quib; <sup>9</sup> rogat aliũ campforem, vt pro eo numeret. Et quòd non est verũ id, quòd Sotus, & aliqui mercatores dicunt, in Hispania campfori deberi quinque de mille cum redditur in numero cuiusque reddatur, & cum per chirographum nihil. Tum quia nulla talis lex est. Tum quia contra omnia iura est, quòd alius à deponente ei teneatur soluere præfata quinque, quã deponens debet ob custodiam, & prædictas rationes campforum. Quã quidem allegatio licet esset iustissima, mihi tamen aliquando capientem pecuniam virtute chirographi è longinquo remisam parũ profuit. Et quòd nulla certa merces videatur esse præstituta prædictis campforib; pro prædicta custodia, & opera iure communi, neque particulari saltem Hispano: & ideo, cessante conuentione, definienda est boni viri arbitrio, pensatis pensandis. Quamquam video, quòd in Vrbe non solum non soluitur propter hoc banchariis: sed etiam habetur & agitur ab eis graua deponentibus, eo quòd lu-

<sup>a</sup> Eod. cap. num. 228.

<sup>b</sup> Eod. n. 239. & infra c. 23. num. 78.

<sup>c</sup> Num. 300.

<sup>d</sup> Vt ex eodẽ Comment. n. 67. colligitur, & satis probat prædicta extrana.

<sup>e</sup> Arg. c. 2na. & ca. 10 qui de spons. & ibi notat.

<sup>a</sup> Eo. c. n. 211

<sup>b</sup> Per extranaag. infra trã scriptam.



cratur vtēdo pecunia deposita in cābiendo & negotiādo: immo in aliquibus partibus Hispaniarum & Galliarum, etiam gratia refertur reddendo sex vel septem pro centum in anno: licet certum sit, hos postremos vsuam committere, si ex pacto expresse, vel tacito ea accipiunt: & illos primos, si ex pacto custodiunt gratis pecunias depositas, & facultatem vtendi pecunia accipiunt pro salario custodia: sibi alias debito, ea lege, vt parati sint eas reddere simul ac petuntur: & vtrosque obligatos esse soluere iustam mercedem, nisi post custoditam pecuniam, gratis ea condonetur: quia vt dictum est supra, pecunia deposita facta facultate depositario illa vtendi, murata cēserur. Et ideo quidquid ob eius vsu ultra sortem ex pacto expresse, vel tacito accipitur, vsuta est. Dixi, post custodiam: quia donatio antea facta vim pacti vsurarij haberet, vt ex se patet.

294 In num. 41. & 11. sequentibus continetur, quod etiam est licitum septimum cambium, quod fit per commutationem presentis pecuniae pro absente: & quod nil refert quo ad hoc, an commutatio fiat per emptionem, quae est contractus nominatus: aut per permutationem, vel per contractus do, vt des, vel facio, vt des, &c. qui sunt innominati: quia licet contractus nominati ab innominatis differant, quo ad aliqua, quo ad hoc tamen non differunt, vt dictum est supra: quia sicut emptio, & venditio reddunt iniuste ex inaequalitate valoris mercis, & pretij & ex augmento pretij ob dilationem solutionis, & diminutionem eiusdem propter anticipationem solutionis, ita etiam permutatio, & contractus do, vt des, & alij innominati. Et quod ex hoc inferitur nil refert, an contractus, quo capso dar, vel accipit pecuniam in vno loco, vt det, vel accipiat eandem cum lucro in alio, appelletur emptio, vel venditio, vt Caietanus ait, aut permutatio, vt Sorus, & aliquod alij, aut do, vt des, aut do, vt facias dare, vel facio dare, vt des &c. quod iuri proprius videtur: eadem enim mensura iustitiae eius, quocumque nomine appelletur, merienda est. Et quod vt dictum est, secundum S. Thomā & receptam sententiam, pecunia etiam, quatenus pecunia est, commutari potest, & ex eius commutatione negotiando lucrū queri. Et quod octo possunt esse in causa quare vna moneta potest valere plura, vel minoris, quam alia. Primum diuersitas metalli. Secundum, diuersitas bonitatis eiusdem metalli. Tertium diuersitas formae, & ponderis. Quartum diuersitas locorum. Quintum, reprobatio totalis, vel partialis. Sextum, temporis diuersitas. Septimum, copia, vel defectus. Octauum, absentia, vel presentia. Et quod vna pecunia nunquam valet plura, vel minoris ex eo, quod citius, vel tardius danda, vel accipienda sit: in quo grauius multi mercatores, & mutantes errasse videntur. Et quod, qui centū ducatos mutuat ad annum, si intra illud crescat eorū valor, auctoritate publica, debent solui eidem totidē in fine anni, si eos eo vsque erat seruaturus, vel mutauit cum pacto, vt redderentur ei centum alij eiusdem metalli, & forma, siue maioris siue minoris in fine anni valerent, quidquid Sorus, cui responderet ibi, scribat: immo, & si non erat seruaturus eos, neque fecit praedictum pactum, sed simpliciter mutauit illos aureos in auro, secundum Bartholum communiter receptum. Et quod sicut quaelibet alia merx plus valet, vbi est inopia eius, quam copia, ita nummus aureus plura valet, vbi est magna inopia auri: & argenteus, vbi est magna inopia argenti: quia pecunia, vt praediximus, quaedam merx est. Pro quo vltra alia citamus legem in hoc singularem.

\* Quia licet contractus nominati. De contractibus nominatis & innominatis crebro fit in hoc opere mentio. Nominati dicuntur, quibus certum nomen linguae Latinae consuetudo imposuit, vt venditio emptio, locatio, conditio, & huiusmodi. Innominati sunt, qui nullum ex Latinae linguae consuetudine certum ac proprium nomen habent: vel sic dicuntur quod vnius nominis negotium tantum non habeant: & ad multa negotia vnica appellatione pertineant, & ad plura extendantur, nulla data vel prodita vulgari vel singulari pro iudicio actione. Sunt autem horum innominatorum contractuum quatuor species, do vt des, do vt facias, facio vt des, facio vt facias. de quibus Iurisconsultos consule.

295 In num. 53. & 54. sequentibus continetur, quod non obstat praedictis, quod auctoritate publica constitutum est pretium monetae publicae, quod non potest mutari priuata, neque quod aurei non valeant plures Iulios, vel Regales tempore inopiae eorū, quā copia, quia id est verū eo respectu, quo est pretium, & quoad effectum cogendi quē ad acci-

piendū eos pro pluri: non tamē eo respectu, quo sunt merx & campabiles, siue commutabiles, & quo ad effectum vendendi volenti eos quætere, praesertim data eorum penuria quod in Vrbe passim factitatur: nam, vt audio à fide dignis, licet pretium scuti aurei statutum expresse à Principe sint vndecim Iulij, & tacite per consuetudinem atenderit ad vndecim cum dimidiato: tamen propter penuriam solet commutari cum quærente scuta aurea in auro, additis vno duobus, vel tribus obolis, siue haecis: licet nemo cogatur illo pretio accipere. Et quod pretium pecuniae in nundinis augetur ob multitudinem volentium accipere per viam cambij, & ob paucitatem volentium cābire, & contrario, minuitur ob paucitatem volentium capere, & multitudinem volentium dare. Idem tamen limitandū esse ad multitudinem volentium dare, vel accipere per viam cambij liciti, sicuti aliarum mercium valor crescit per multitudinem volentium eas iuste emere, non autem per multitudinem volentium eas rapere, vel furari. Et quod ducatus plura valet in Lusitania, quā in Castella: & quod Mirapetini Castella æquantur Reais Lusitaniae. Et consequenter, quod mutuas centum ducatos in Lusitania iuste capere potest aliquid vltra centum in Castella, & è contrario mutuas centum in Castella, iniuste accipit eorum integros in Lusitania, si alia ratio accipiendi, quā mutui non interueniat. Et idem dicendum de aliis locis, in quorū altero minoris, vel plura valet, quā in altero. Et sic, qui mutuat centum ducatos in Hispania noua, non potest capere totidē integros in veteri, nec in Italia, & minus in Gallia, & Flandria: & quod pecunia praesens plura valet ex se, quā absens praesenti cæteris paribus, eo quod ex se requirit laborem, impensam, & periculum in traducendo, secundū Cald. quod auctoritate Caiet. silue. & Med. & rationibus firmis contra Sorum probamus, licet per accidens contingat, vt sine labore, & impensa ementis possit deferri absens: quia satis est, quod ex se sine illis fieri non possit. Et consequenter, quod recte consuluit Card. iustam fuisse emptionem, qua quidam Genuæ centum ducatis presentibus emit centū & sex existentes in Alexandria. Et quod eadem ratione sola lege naturali, & diuina ardentia, possit qui iuste emere centū ducatis presentibus Medinæ, centū & vnum existentes Hispali, quamuis sint Ciuitates eiusdem Regni Castellæ. Et quod tantū minoris potest emi absens, quanto maior est distantia. Et consequenter, quod aliquando absentia efficit, quod ducatus absens valens plura in loco suo, quā praesens in loco suo, æqualis pretij sit in loco praesenti minoris valoris, & aliquando minoris, & aliquando maioris, iuxta distantiam locorum maiorem, vel minorē vtriusque, & iuxta differentiam maiorem valoris, vnius, & valoris alterius: cuius exempla ibi ponuntur. An autem sicut absentia pecuniae minuit eius valorē, ita & praestatio eius absens, & futura post annum, vel aliud tempus maius, vel minus minuat valorē eius, ita quod praestatio eius praesens valeat plus, quā illa, magnae quaestioni videtur: Ad quam faciunt adducta supra ad probandum, quod debitum post aliquot tempus potest emi iuste pretio minore praesenti.

296 In num. 68. & sequentibus quod in principalibus emporiis Hispaniae, Galliae, & Belgij habentur tres, vel quatuor nundinae certis temporibus interuallis distinctae. Et quod sunt aliqui, qui habent magnam quantitatem pecuniarum, quibus nullas merces emunt: sed in fine praedictarum nundinarum tradunt eas iisdem, quibus antea, vel aliis volentibus eas accipere soluendas in nundinis, in aliis Ciuitatibus eiusdem, vel aliorum Regnorum proximè futuris, cum aliquo certo, vel incerto luco, & in fine aliarum nundinarum recipiunt illam quantitatem cum illo luco per se, vel per suos institores, siue actores: & statim tradunt eas aliis, vel eiusdem soluendas in nundinis, vel aliis terminis statis alterius Ciuitatis, & in fine illorum faciunt, quod in proximè praeteritis. Et ita non solum conseruant suam pecuniam, sed etiā eius luco viuunt, & diuantur. Et quod non abs re dubitatur, an hoc genus cambij liceat.

Quibus nunc addo, esse huic dubio simile illud, in cuius solutione substituimus ante aliquot menses D. Emanuel à Sa Doctor doctissimus iuxta, ac piissimus Societatis Iesu & ego, interrogati à quodam reuerendissimo animarum salutis suae gentis sicuti Episcopo, An sit licitum

a Eo. c. m. 180.

b Eo. p. 287.

a In c. m. 11. de vsur.

b In c. m. 120.

c Quia. 4. eff. ff. de eo. quod certo loco.



illud genus cambiendi, quo tota Italia hodie formaliter, & reliquum orbis virtualiter vtitur, vti dicitur, nempe, quod multi habentes pecuniam numeratam, & nolentes, vel non potentes vti arte mercandi, nec emere prædia quorum reditu se sustentent, vtuntur arte campforia in hunc modum: quod Genæ, vel alio in loco Italiæ, dant pro scuto Marchæ, quod valet Lugduni 67. soluendo ibi in proximis nundinis 65. vel 66. plus, vel minus prout fuerit prolixius, vel breuius tempus inter dationem, & solutionem: numquam tamen dant 67. quia tunc nihil lucrarentur, & accipiunt ab his, quibus dant pecuniam, litteras ad quosdam tertios, qui illa scuta in illis soluunt sibi, vel actoribus suis, qui rursus dant illa scuta sibi soluta eiusdem, vel aliis, soluenda Genæ, vel alibi in terminis ad id solitis, cum auctario certo, vel incerto determinando à deputatis in id: & mox illa scuta soluta cum auctario prædicto, dant eisdem, vel aliis soluenda in aliis nundinis proximis Lugduni, dando, vt prædictum est 65. vel 66. &c. pro scuto Marchæ: & ita continuo suo cambia renouantes suas pecunias augent. vtriusque dubij similitudo colligitur ex eo, quod in vtroque genere cambiij campfor dat pecuniam alibi, & alio tempore soluendam cum aliquo auctario certo, vel incerto. Et quia vtriusque resolutio est per necessaria omnibus omnium fere negotiatorum totius orbis Christiani confessariis eam faciam diuina ope, quam breuissimam. Pro parte negatiua facit, quod hi videntur in effectu mutare, & accipere aliquid vltra sortem propter dilationem temporis, quod est vsura. Pro affirmatiua verò facit, quod infinitus est numerus Christianorum honestorum, qui hac arte viuunt: nam non solum mercatores, & campfores, qui eam palam exercent: sed quamplurimi alij diuites, infimates, mediocres, & summates, etiam Ecclesiastici, vtuntur ea, deponendo, seu commendando suas pecunias campforibus, vel mercatoribus prædicto modo negotiantibus cum pacto, vel intentione principali, vt eis cedant partes incertæ, vel certæ lucri incerti, pro quantitibus à se commendatis: qui omnes contententur, absoluntur, & communicant quotannis: & temerarium videtur eos omnes, & eorum confessarios damnare. Facit item, quod vt ait Calderinus sine huiusmodi cambiis omnia commercia cum extraneis Regnis cessarent, & propria pauperiora fierent.

297 Pro resolutione igitur eorum dico primò, non posse illa defendi, nisi per reductionem ad aliquam septem specierum cambiij supradictarum: & quod non possunt reduci ad primam, neque ad secundam, neque ad quartam, neque ad sextam, vt palam est id perpendere volenti. Secundò, quod nullatenus possunt illa defendi, quatenus eo maius auctarium accipiunt, quò plus temporis interiacet inter dationem, & solutionem, nisi ratione veri interesse: quia id lucrifit ratione dilationis temporis ad soluendum, quod nullatenus licet, vt prædictum est. Tertio dico, quod possunt saluari reducendo ad tertium, & quintum, modo pecunia, quæ datur in cambium alibi soluenda sit destinata mercaturæ, vel rebus frugiferis emendis, ita quod causa principalis, quare cessatur ab illis, sit illius datio ad cambium: modo item seruentur illa, quæ in illis seruanda esse supra diximus, & prædicta Extrauagans requirit. Quarto dico, quod etiam defendi possunt, quatenus reduci possunt ad septimum, quo pecunia absens maior emitur, vel commutatur præfenti minori, vel datur pro ea: quia, vt dictum est, pecunia absens suapte natura minùs valet, quàm præfens eam vendenti, commutanti, vel aliàs danti. Oportet autem, quod in eis seruentur illa, quæ in illa specie cambiij seruanda esse diximus, & consequenter aduertant, an eadem pecunia in eo loco distanti valeat pluris, quàm in præfenti, & collato illo pluri cum minori, quo propter absentiam valet, reducant ad æqualitatem, quæ, vt prædictum est, in omni commutatione, quocunque nomine censeatur, lege ipsa naturali, & diuina requiritur. Quare si eadem pecunia pluris valet Lugduni, quàm Metinæ, carius debet emi Metinæ, quàm eadem pecunia existens Metinæ emenda esset Lugduni: & è contrario. Quo forte iustificatur cambia illa, quæ passim fiunt à Metina Vlyssippone, & Vlyssippone Metinam: licet enim tam distet Vlyssippo à Metinæ, quàm Metina ab Vlyssippone:

A longè tamen minoris emitur Metinæ ducatus existens Vlyssippone, quàm ducatus existens Metinæ ematur Vlyssippone: quia idem ducatus pluris valet Vlyssippone, quàm Metinæ.

298 Aduertant itè, qd sicut necessariū est ad iustificandā emptionem, commutationem, vel dationem, vt sit actualiter, vel virtualiter vera merx venditoris, quæ ematur, vel commutetur, vt præsupponunt l. 1. & 2. ita etiam oportet ad iustificationem huiusmodi cambiij per reductionem ad septimum, vt accipiens pecuniam præfentem, & vendens, vel commutans pro illa absentem, habeat illam in loco solutionis saltem virtualiter: & quod dans præfentem verè velit illam absentem emere, vel cum illa commutare, alioqui esset ficta emptio, & mutuum palliatum, & consequenter vsurarium, & illicitum per dicta supra. b

299 Dixi, saltem virtualiter, quia sufficit, quod habeat eam sub credito, ita quod certò sciat, vel saltem probabiliter credat, quod tradet eam is, ad quem destinantur litteræ.

Aduertant etiam, quod sicut emens rem aliam absentem minoris, quàm valeat communi æstimatione notabiliter, etiam detracto eo, quo minùs valet propter absentiam, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem in foro cōscientiæ illius partis notabilis, quæ ad iustum pretium requiritur: ita etiam campfor, qui præfenti pecunia emit absentem, notabiliter minoris, quàm valeat communi æstimatione propter illam absentiam, etiam detracto, quo minoris valet propter absentiam, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem illius partis notabilis, quæ ad iustum pretium requiritur. Et consequenter, qui cambiens, dat pecuniam minoris valoris, pro pecunia maioris valoris soluenda alio loco ei, qui nec realiter, nec credito eam ibi habet, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem, quia virtualiter vsuram committit. Nec ad excusationē sufficit, quod ignoret, eum illam habere, vel non habere: sed oportet, vt sciat, vel probabiliter credat eam habere: quia ignorantia etiam facti eius, quod oportet scire, non excusat quæ alis est hæc. d

D Quintò, quod tam in his duobus generibus cambiendi, quam in aliis debent seruari contenta \* in extrauagante Pij V. quæ sic habet,

\* Contenta in extrauagante. Hæc extrauagans est 148. inter Pij V. constitutiones. Cæterum in hac materia Cambiorum aliquid D. Nauarro adiecissimus, nisi sperauissemus nos integrum de Cambiis commentariū: quod hæctenus Hispanice tantum & Italice extabat, nos habituros, huiusque operi suo in loco reposituros.

300



IVS Episcopus, &c. In eam pro nostro pastoralis officio curam diligenter incumbimus, & infra. Primum igitur damnamus ea omnia cambia, quæ sicca nominantur, & ita consinguntur, vt contrahentes ad certas nundinas, seu ad alia loca cambia celebrare simulent, ad quæ loca ij, qui pecuniam recipiunt, litteras quidem suas cambiij tradunt, sed non mittuntur, vel ita mittuntur, vt transacto tempore, vnde processerant, inanes referantur, aut etiam nullis huiusmodi litteris traditis pecunia ibi denique cum interesse repositur, vbi contractus fuerat celebratus. Nam inter dantes, & recipientes vsque à principio ita conuenerat, vel certè talis intentio erat, neque quisquam est, qui in nundinis aut locis supradictis huiusmodi litteris receptis solutionem faciat. Cui malo simile etiam illud est, cum pecunia siue depositi, siue alio nomine facti cambiij traduntur, vt postea eodem in loco, vel alibi cum lucro restituuntur, sed & in ipsis cambiis, quæ realia appellantur, interdum (vt ad nos perferat,) campfores præstitutum solutionis terminum lucro ex tacita, vel expressa conditione recepto, seu etiam tantummodò promisso differunt. Quæ omnia nos vsuraria esse declaramus, & ne fiat districtius prohibemus.

Porro, ad tollendas quoque in cambiis, quantum cum Deo possumus occasiones peccandi, fraudesque seneratorum, statuimus, ne deinceps quisquam audeat, siue à principio, siue aliàs, certum & determinatum interesse, etiam in casu non solutionis pacisci, neque realia cambia, aliter quàm pro primis nundinis, vbi illa celebrantur: vbi verò non celebrantur, pro primis terminis iuxta receptum locorum vsu exercere, abusu illo prorsus reiecto, cambia pro secundis, & deinceps nundinis siue terminis exercendi. Curandum autem erit, in terminis, vt ratio habeatur longinquitatis, &

a Ca. in Cinq. tate. de vsur. cum citatis sup. eod. nu. 210.

b In dict. consil.

c Supra. eod. capi. nu. 210.

d Sup. n. 294.

e Sup. eod. n. 287.

a ff. de contra. hen. empt. & s. pretiū. cum seq. Inst. eod.

b Eod. ca. nu. 230.

c r. q. 4. §. no. standum. d Ar. c. inno. ruit. cum glo. de elect.



vicinitatis locorum, in quibus solutio destinatur, ne dum longiores praesiguntur, quam loca destinata solutionis desiderant, sanerandi detur occasio. Quicumque contra hanc nostram constitutionem commiserit poenitentiam a sacris canonibus contra usurarios infligenda se noverit subiacere. Eos vero qui conspirationes fecerint, vel congestam undique pecuniam ita ad se redegerint ut quasi monopolium pecuniae facere videantur, poenitentiam qua a iure contra exercentes monopolia, constituta sunt teneri sancimus. Datum Roma apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominice millesimo quingentesimo septuagesimo primo Kal. Feb. Pont. nostri anno sexto.

301 Nota primò ex hac Extravagante id, quod dixi scilicet, sola, & omnia & sola vera, realia, quod colligitur ex verbo *ficta*, adiuncto verbo, & ita finguntur, & verbo *reali*, & toto orationis contextu: & ita non damnat omnia cambia, in quibus campfor dat prius, quam accipiat, licet omnia illa appellentur *ficta*, secundum Laurentium.

Nota secundò ex versiculo, *ut contrabentes*, &c. ad iustitiam cambij per litteras requiri illud tertium, & quartum, quae supra diximus esse necessaria, videlicet, quòd campfor sciat, vel probabiliter credat, eum cui dar pecunias posse solvere ubi promittit, & quòd litterae dentur ad alium locum distantem.

Nota tertio, quòd est *vsura* nomine cambij personata illud lucrum, quòd capiunt campfores nomine cambij, vel recambij à debitoribus propter dilationem, quam concedunt eis vsque ad proximas nundinas, quòd etiam probat capit. *consuluit*. Sed non adeo clarè: quòd est limitandum saltem quo ad forum conscientiae, quando pro vero interesse id caperet, per proximè dicta, & prius supra.

Nota quarto, quòd licet iure communi licuisset ante hanc Extravagantem convenire à principio, vel postea ante terminum solutionis super interesse verisimili, ut certum quid solueretur, adeo quòd dixit Medina soluendum esse interesse verisimile, conventum à principio, licet in fine appareat nullum futurum fuisse, cui consentit Sotus, post eam tamen non licet in hac materia cambiorum, licet in aliis sic, quum à iure antiquo non recedatur plusquam exprimitur, quòd tamen limitandum est, quo ad forum conscientiae, quando certificatio esset aqua coram Deo: quia haec lex, ut ex ea patet, fundatur, quo ad hoc in praesumptione, cui non est locus in illo foro. An autem idem sit in mutuo, quòd in cambiis, dubitari posset, & disputando utraque pars defendi. Sed quia haec lex in hoc est exorbitans à iure communi, iustior videtur pars negatiua.

Nota quinto, quòd non possunt exerceri cambia, nisi quo ad proximas nundinas, vel proximos terminos ad soluendum cambia praefigi consuetos: quòd tamen arbitror limitandum esse, quo ad effectum carius cambiendi, ad secundas, vel tertias nundinas, quam ad proximas. Non enim videtur Pius prohibere, ne maior dilatio detur debitori sine vilo maioris campforis lucro.

Nota sexto, quòd per haec solui potest quaestio quotidiana, quam saepe in Vrbe fuimus interrogati, An liceat vni Hispano dare alteri Romae centum scuta pro centum soluendis ab eo in Hispania cum aliquo augmento? Ad quam breuiter respondemus, primò, quòd non per viam interesse lucri cessantis, si non habebat illa destinata ad mercandum, vel ad emendum aliquid frugiferum: quia nullum verum tale interesse pretendere potest, per proximè dicta. Secundò, quòd non potest etiam per viam emptionis, & commutationis rei praesentis cum re absente, si ille nec formaliter, nec virtualiter haber illa in Hispania per supra dicta. Tertio, quòd potest per viam emptionis, vel commutationis rei praesentis cum absente, si alter verè habet illa scuta, quae vendit in Hispania formaliter, vel virtualiter in redditibus beneficij, vel aliorum bonorum, vel in tali credito, quòd probabiliter creditur per litteras eius destinatas ad aliquem cognatum, vel amicum tradenda esse ea ibi, per supra dicta. Idque duplici ratione. Prima ratione absentiae, ob quam valet minus. Secunda ratione valoris: quia plus valet hic centum, quam ibi rotidem. Quarto, quòd licet etiam per viam mutui, praesupposito, quòd eadè pecunia valet hic plus, quam ibi, immo, & si non valeret plus, facta facultate mutuarario soluendi in Vrbe, aut si malit in partibus cum cambio, quo traductio illorum in

a Supra nu. 280.  
b Supra rel. in n. 294.  
c Nu. 285. & 297.  
d De vsur.  
e Num. 297. f Eod. ca. nu. 299.  
g In C. de ref. fol. 132. h Lib. 6. qu. 1. ar. 3. de iust. & iur.  
i l. praeipimus C. de appel.  
k C. t. u. & omnia qui de spons. cum eis adnotat.  
l Arg. l. quod favore. Cod. de leg. & ca. quod ob gratiam. de reg. iur. lib. 6.  
m Num. 297.  
n Eod. nu. 298.  
o Ez. n. 298.

Vrbem constabit: quia hoc casu nil videtur capi ultra fortem, nisi ad summum interesse damni emergentis, praesertim, si qui dar, eget illis, vel putatur eis opus habiturus in Vrbe.

Non obstat decisio illa S. Antonini, quae vsuram committit, qui campfor Romae dat alteri centum ad agendum sua negotia soluenda Parisiis intra octo menses cum auctario quinque vel octo, quem sequitur Silvester, & Grego. Lopez. Tum quia loquitur de mutante, vel de illo, qui sola ratione dilationis data ad soluendum accipit aliquid ultra fortem, quòd colligitur ex dilatione octo mentium, & ex eo, quòd eadem pecunia plus valet Parisiis, quam Roma, quòd numquam licet. Supradicta verò procedunt in illis, qui alia ratione, quam mutui, vel dilationis accipiunt plus: puta ratione emptionis rei, quae minus valet ob absentiam, vel ob locum, in quo est, vel ratione interesse lucri cessantis, vel damni emergentis.

Nota octavo, quòd id quòd vulgo dicitur, scuta & ducatos, quibus vtuntur mercatores, & campfores in nudinis cambiendo, esse maioris pretij, & diuersos ab illis, quibus vtuntur in emendis rebus necessariis, & mercibus, non est intelligendum, quòd ipsi mercatores augent, vel minuunt pretium eorum, vel quòd apud eos plures valent: sed quòd ducatus, vel scutum cum auctario, quòd soluendum est pro eo aliò remittendo, vel aliò remisso valet plures, & quòd quantum debeat esse illud auctarium arbitrantur ipsi tamquam boni viri, & in arte periti, attèta varia variorum locorum distantia, & maiore copia, vel penuria pecuniae campfibilis, & merito: quia res indefinita arbitrio boni viri sunt finiendae. Vnde non omnes ducati cum auctario suo, quibus vtuntur in cambiendo sunt eiusdem pretij, sed varij, & maioris, & minoris iuxta varietatè locorum, ad quae, vel vnde remittuntur soluendi: & ita non sunt damnandi, tamquam fictitij, ut aliqui, quos in praedicto Commertario sequuti fuimus, damnant.

302 Defendere autem illos, qui mutuant sub vsuris Regibus, &c. aliquo modo eos cogentibus, non videtur. Tum quia id iure naturali est peccatum, ut dictum est, quale ob nulla mala vitanda admittendum est. Tum quia pro nulla re licet mentiri, & mentiri, & ad vsuram dare parificari videntur. Tum quia saltem multi eorum ratione interesse non possunt illas accipere: quia pecuniam, quam mutuant non habent paratam ad exercendam mercaturam, nec ad praedia, & census emendos, ut satis definit Sotus. Tum quia ratione cambij non videntur posse accipere: quia non est licitum cambire cum lucro in loco ad eundem, neque in nundinas secundas, vel tertias per praedicta: & Reges capiunt mutuum non soluendum verè in locis extra sua dominia sitis, licet fingant illud in suis litteris: omnia cambia ficta reprobantur. Tum quia, ut audio, capiunt illas pecunias cum promissione soluendi auctarium ad rationem 5. 8. aut 10. pro 100. in anno, quòd ad nullum genus cambij liciti reducitur. Tum denique, quia difficile est reducere huiusmodi lucrum, ad lucrum cambij septimae speciei, & ad nullum aliud iustum potest reduci. Quare consulendum videtur vitis pecuniosis non exercentibus mercaturam, neque intendentibus emere praedia, vel census, etiam si non mutuant, ut sine vilo temporali auctario gratis principaliter mutuent suas pecunias praedictis Regibus pro spiritali virtutis, & merito, sperantes minus principaliter aliquam remunerationem antidoralem: aut certe emanent ab eis census iusto pretio cum pacto redimendi constitutos super redditibus publicis illarum, vel illarum Ciuitatum, vel Itarum: habentibus verò pecunias destinatas ad lucra praedicta mutuent sub interesse verisimili lucri cessantis.

De octavo precepto Decalogi,  
Non sis falsus testis.  
CAP. XVIII.

- 1 Preceptum octauum quid principaliter, & quid secundario prohibeat.
- 2 Testans ignotum esse verum, ut peccet.
- 3 Peccatum verborum septuplex, & praecipue ex intentione iudicandum. & num. 4.

a 2. par. tit. 1. cap. 7. §. 20.  
b Verb. vsura. q. 13. cl. 31. §. pa. 21. 11.  
d Per. in Ciuitate. de vsur. & ca. ad nostram audientiam. de empt.  
e cl. 1. ff. de iure delib. capi. de causis. de off. delegati.  
f Supr. num. 211.  
g Cap. itane. & c. tollerabi. l. 3. §. 5.  
h Gloss. in c. 1. de recepto in c. si aliquid. 22. q. 4. in c. sup. eo. de vsur.  
k Li. 6. q. 1. a 3. de iur. & iur.



- 3 Mendacium, quid, quod duplex, & quod mortale, etiã in iudicio.
- 5 Miracula falsa, & vitam Sanctorum fictam predicans.
- 6 Promissio qua obligat ad mortale, late.
- 7 Deliberatio, qua ad obligationem sufficit.
- 8 Simulatio, & Hypocrisis mendacia factorum, & qua mortales.
- 9 Iudicium temerarium quid, & crebro parit mendacium.
- 10 Contumelia, conuictum, & improprium quid.
- 11 Honor quid, & qua inhonoratio mortalis.
- 12 Correctio iusta, qua contumelia carere debeat.
- 13 Sufurratio quid, qua mortalis, differt à detractione, & contumelia, & seqq.
- 15 Derisio quid, qua blasphemia, & qua mortalis, num. 16.

**P**ro fundamento dicendorum in hoc cap. præsupponimus primo, ex mente S. Thomæ recepta, quod hoc præcepto principaliter prohibetur latio falsi testimonij iudicialis, & veri celatio: & secundo omnis significatio inordinata verborum, signorum, & factorum, quæ fit mentiendo, inhonorando, susurrando, deridendo, maledicendo, detrahendo. De quibus omnibus, quo ordine propofita sunt, dicetur.

Secundo præsupponimus, quod omnis significatio huiusmodi est, saltem peccatum veniale, per tradita supra. b Tum quia est iniuria verborum, & quæcûque talis est saltem venialis. Mortalis autem est omnis, & sola illa, quæ fit animo notabiliter iniuste nocendi in bonis spiritualibus, aut temporariis, quamuis non noceat: & illa, quæ fit nocendo notabiliter, aut dando causam ita nocendi sine tali animo: aduertendo tamen, aut aduertere debendo per illam notabiliter noceri, aut causam notabilis nocimenti dari, alias non: quamuis iniuria grauisima sit, iuxta mentem S. Thomæ c declaratam utrobique per Caietanum.

Primo igitur peccat mortaliter contra hoc præceptum testis, qui facit aliquid ex septem positis infra: d nam falsum testimonium ob tria est peccatum mortale, iuxta S. Thomam, e quod probatur per cap. 1. f puta ob iuramenti violationem, quæ ferè semper est mortalis. g Ob iniustitiam, quæ etiam est mortalis, quum est notabilis, alias non per supra dicta, h & ob perniciem mendacij.

2 Ad nouè autem hic quæsitum, An testis testatus aliquid esse verum, nesciens esse tale, sed credens cuiusdam illud affirmanti, teneatur restituere illud, quod ob id condemnatus soluit? Respondeo, non teneri (licet peccet grauius) si affirmans esset tantæ probitatis, ut ei confitenti, communicanti, & Christianè viuenti meritò credi possit, quia iuste credere potest, se nemini iniustitiam fecisse, i alioqui sic: & etiam si contrarium rescierit, quia contrarium credere debet, nam in claris non est locus coniecturis. k

Secundo peccat, qui mentitur notabiliter nocendo, iuxta illud Sapientis. l Os quod mentitur, occidit animam. Dixi, notabiliter: quia alioqui solù venialiter peccaret per supra dicta. Mendacium autem est significatio falsi, vel putati falsi pro vero, secundum Augustinum: m nã illud quod additur, n de animo fallendi, non est necessarium ad essentiam mendacij: sed ad maiorem eius grauitatem secundum mentem eiusdem ibidem, & omnium: & ita est actus contrarius virtuti, quæ appellatur veritas, quæ dirigit ita nos ad conformandum dicta, & facta nostra, ut vera dicamus, & fidem seruemus, iuxta S. Thomam. o Narratio autem fabularum Aescopi, aut aliarum similiu significado expressè, aut tacitè eas non esse veras, non est mendaciũ, ut rectè Caietanus p insinuauit: quia non significatur per eam falsum pro vero.

\* Secundum Augustinum. Augustinus hæc non habet, sed alia, ex quibus hæc colliguntur: sunt autem hæc ipsius verba in libr. de verbis Apost. ser. 18. cap. 2. Homines falsum iurant, vel cum fallunt, vel cum falluntur. Aut enim putat homo verum esse, quod falsum est, & temere iurat, aut scit & putat falsum esse, & pro vero iurat, & nihilominus cum scelere iurat. Distant ista periuria quæ commemorauimus. Fac illud iurare, qui verum putat esse, pro quo iurat, verum putat esse & tamen falsum est. Non ex animo iste periurat, fallitur. Da alium qui scit falsum esse, & dicit verum esse, & iurat tamquam verum scit, quod scit falsum esse fac alium, putat falsum esse, & iurat tamquam verum scit, & forte verum est. Interest quemadmodum verbum procedat ex animo. Ream linguam non facit nisi mens rea. hæc ibi. quæ citantur etiam in 3. senten. dist. 39. cap. 2.

3 Diuiditur autem mendacium, primo in formale tantum quo significatur verum putatum falsum. materiale tantum,

quo significatur falsum putatum verum, & mixtum, quo significatur falsum, puratum falsum, ut declarat S. Tho. a Secundo diuiditur mendaciũ in iocosũ, quo tantũ delectatio queritur. Officiosum, quod nemini nocet, & alicui prodest, quæ duo non sunt mortalia, etiam si à Religioso, aut ab alio cuiusvis status perfectionis dicantur: nisi iuramento firmentur, aut cũ magno scandalo dicantur, aut animo nõ abstinendi ab eis: quamuis essent mortalia aut contra cõscientiã, quæ illa esse peccata mortalia dicitur secundũ vtrumq; Tho. b Perniciosum, quod alicui in rebus spiritualibus, corporalibus, aut temporariis nocet, & est mortale, quando dicitur cũ intentione notabiliter nocendi, aut notabiliter nocet. Ad quas tres species reducuntur illæ octo, \* quas S. Augustinus posuit, e quarũ quelibet suo genere est mala, etiã secundũ Arist. d quia est inordinatus actus, t supra dictum est, & ita nõ potest dici absq; peccato, saltem veniali, etiã pro vita, vel anima alicuius seruãda ut etiã e S. Tho. f qui g enfit, omne mendacium iudiciale, etiam leue esse mortale: quod verum esse de mendacio rei ad iudicium pertinetis, & non alterius: dixit ibi Caiet. & sentit alibi. h Nos tamen asseruimus, i q mendaciũ de re leui, etiã pertinete ad iudiciũ nõ est mortale, cõsentiente doctissimo, nec minus Christiano doctore Magistro Fratris Martino à Ledesma professore huius nostræ Academię Conimbricẽsis celeberrimo, qui gloria, & magnum decus est Illustrissimi Ordinis Dominiani: quod ipsum fecimus, k postquã legimus Sorũ de ratione tegedi secreti, vbi l idẽ tenet, concludẽdo, nullum mendacium esse mortale, eo solo, q in iudicio exteriori, vel interiori dicatur, quod extra illud dictũ, tale non esset: nec per cõsequens quãdo nõ est notabiliter danosum, nec iuratum, sed tantum esse veniale, ut etiam infra m repetemus. Ita quod per solam circumstantiam iudicij, nisi alia cõcurrant, nõ fit mortale. Per quod cessat oppositio cuiusdam docti fundata in alio nostro dicto infra, n scilicet reũ mortaliter peccare, negando veritatẽ iudici cõpetenti iuste interroganti: qui tamen nõ peccaret negando extra iudicium alteri: quia ibi præter circumstantiam iudicij concurrunt saltem duæ aliæ, scilicet iuramentum, sub quo respondet reus: & quod lex diuina, & humana obligant dicere verum, quando iudex cõpetens iuste interrogat, iuxta S. Tho receptũ, o & probatur tit. de interro. actio. & quod fit notabile damnum accusatori, p aut Reip. cui notabiliter interest crimina puniri. q

\* Quas S. Augustinus posuit. S. Aug. hæc habet in libr. de mendacio ad Consentium cap. 14. quæ quidem omnes enumerantur à Gratiano & Magistro in 13. dist. 38. & à D. Thoma in 2. 2. quæst. 110. art. 1. Aristoteles autem hæc quæ sequuntur habet in 4. ethic. cap. 7.

4 Tertio peccat, qui mētitur in materia fidei sacræ scripturæ, vel morum, quia de sua natura est mortaliter perniciosum, iuxta Sanct. Thom. r quod ibi limitat Caieta. non procedere quãdo id fit per solũ multiloquiũ, vel aliàs sine animo & periculo nocendi notabiliter, & persuadendi aliquod falsum alicui. Vnde infertur, nõ esse mortale allegare falsè in pulpito, vel in cathedra, dicendo tale quid esse in illo, vel illo cap. vel lege, quod est in alio, aut tribuere Augustino Hieronymo Barr. vel aliis, quod aliud dicit.

Quarto peccat, qui concionando, falsum miraculum, sciens tale esse, narrat: aut data opera vitã alicuius Sanctialiter quã sit fingit, iuxta Caietanum, s quia est perniciosum notabiliter, quoniam ex parte dicentis fides & existimatio miraculis Christi, & eius sanctorum admittitur.

Quinto peccat, qui promissionẽ obligantẽ ad mortale nõ adimplet eo mō quo debet, t quia species mendacij notabiliter perniciosi est talẽ fidẽ, & promissionẽ nõ adimplere.

6 Porro promissio, quæ obligat ad mortale, est omnis vera, deliberata, & voluntaria, etiã nuda, rei licite, possibilis, & notabilis, quã mutatio rerũ status non eneruauit. Dixi, Omnis, ut nõ solũm cõprehederet promissionẽ factã Deo, quale est votũ, de quo supra, v sed etiam homini, etiã hosti, x & nõ solũm expressam: sed etiam tacitam. y Dixi, Vera, ad excludendam fictã, quæ fit animo nõ obligandi, ut sentit S. Tho. z Quãuis peccet significando habere animum se obligandi, quẽ non habet, etiam mortaliter, si alicui notabiliter noceat, vel intendat nocere per prædicta.

Ex quò infertur, non obligare promissionem, cuius causa principalis non est vera, si ei, qui promisit, non erat ani-

a 2. 2. q. 122. art. 5. ad 2. & latus Alex. Halen. in 3. part. qu. 1.

b Pralud. 7.

c Vbi supra. & qu. 73. ar. 2. d Cap. 25. nu. 39. e 2. 2. q. 78. a. 4. f De crimi. fals. g Per supra dicta in q. 12. h In c. 11. n. 1.

i Ar. glo. singularis l. Titio fundus. ff. de cod. & de mon. ornata à Felin. in c. cū contingat. de rescript. k l. continui. §. cum ita. ff. de verb. obligat. l Sapient. 1. m In c. homines. 22. qu. 2. n In §. illo. sub c. bentus. ea. caus. & quæ. o 2. 2. qu. 110. art. 3. ad 5. p In dicta qu. 110. ar. 1.

h Vbi supra. a. 1.

b In eadem. 2. 2. q. 110. ar. 3 & 4.

c In c. primũ. 2. 2. qu. 2. d In 4. Ethic.

e Ca. sup. eo. de usu. & i. d. Ho c. primum. f Vbi supra. a. 3. g In q. 69. a. 1. h In dicta q. 110. a. 4. i In c. fratres. nu. 27. de pe. dist. 5.

k In repet. ca. inter verba. 11. quæst. 3. l Membro 2. qu. 7.

m Ca. 21. nu. 57.

n Eod. n. 57.

o In 2. 2. qu. 69. ar. 1. & q. 70. ar. 1. p Cap. quisquis. 7. q. 8. q Cap. ut fama. de senten. excomm. & l. ita vulnera. tu. ff. ad l. Aquil. r In d. q. 110. art. 4.

s Vbi supra.

t Ca. iuramẽti. 2. 2. q. 5. & ca. 1. de pañ.

v Cap. 12. nu. 24. x Ca. noli. 23. qu. 1. y l. labeo. & l. item quia. ff. de pañ. z 2. 2. q. 110. a. 3. ad 5. & factis ca. h. u. m. na. 22. q. 5. & l. obligatio. 1. ff. de actio.



a In cap. 1. de do. & in cap. si causio. de fide instr. b Verb. pat. qu. 4. c Ca. humana aurti. 2. 2. q. 5. & c. tua do spons. d Ca. 12. nu. 24. & 26. e 2. 2. qu. 39. art. 7. f 2. C. de iur. r. stipul. & l. ad inuidiam. C. de hu qua vi. g Cap. 2. de pat. & l. 1. ff. eod. tradit iur. in ca. no. nu. de iud. h Ec. in proc. mio Gregoria no. nu. 25. & in cap. qua in ecclesiarum. de cõs. nu. 55. post Bart. in extranag. ad reprimen. dam. verb. d. nunt. iatione. h Ca. in ma. gis. 22. qu. 4. i. impossibili. l. iur. ff. de re. gul. iur. ca. no. mo. ad impos. sibile eod. nu. lib. 6. k Ca. 7. nu. 3. l Ca. 17. nu. 4. m In d. c. nu. 12. nu. 10. & 40. n 2. 2. q. 110. art. 3. ad 5. o Ca. no quis. 22. quæstio. 2. p Ca. quem. admodum de iur. iur. v. biglos. notab. q. dr. c. q. in. tanallu. de iu. reur. r. l. empro po. nu. 2. Co. de. pat. ca. per. uenit. a. de iu. reur. s Iuxta nota. ta in d. capit. peruenit & dicitur l. cum. proponat. t Iuxta gl. si. ea. signifi. affi. 1. de homicid. v. sup. glo. di. ca. quemad. modum. x 2. 2. qu. 111. y In Summa. verb. Hyppo. z 2. pa. de Hy. porrif. a Vbi supra. b Roma. 3. c. neque. c. dem. que. 14. qu. 5. c. c. 17. d. 107.

mus se obligandi absque ea: nec refert quo ad forum con- scientiæ, vtrum causa exprimat, aut taceatur: quia opinio Colicetoris & Panormitani \* qui expressionem causæ re- quirunt, intelligitur in foro exteriori, in quo absque ea ani- mus obligandi nõ presumitur, vt recte insinuauit Siluester, b non autẽ in foro conscientie, in quo soli veritati stãdũ est. c 7 Dixi, *Deliberata*: quia facta absque deliberatione ad id necessaria nõ obligat per ea, quæ supra d de voto dicta sunt. Ex quo colligi potest, quod illa deliberatio sufficit, & re- quiritur, quæ sufficit, & requiritur ad votum. Dixi, *Volunta- ria*: quia metu, aut dolo extorta non sufficit in conscientia: nisi adsit iuramentum iuxta S. Thomam: e nec etiã in foro exteriori: quia quamuis regulariter \* actori actio detur, tẽo tamen exceptio cõceditur. f Dixi etiam, *Nuda*, quia iure na- turali, diuino & canonico etiã illa obligat. g Dixi, *Rei licita*, quia illicita non obligat. h Dixi, *Possibilis*, quia promissio rei impossibilis non obligat. i Dixi, *Notabilis*, quia cum fur- tum rei notabilis non sit peccatum mortale, licet veniale sic, vt supra dictum est \* à fortiori, nec violatio promissæ rei exigua erit mortalis: quamuis venialis sic: quæ autẽ res sit notabilis supra dictum est. l Per quod à mortali excu- santur, qui promittunt alicuius nomine salutem alicui se dicturos, aut alia mandata parui momenti ad aliquem pec- laturus, & postea non perferunt. Et qui precationem An- gelicam, & alia similia parua pollicentur, etiam si iura- mento, aut voto id ipsum confirmassent secundum eos, quos in hac traductione sequimur. m \* *Actori actio detur*. Cui aliquid metu, aut dolo promissum est: rem quidem sibi promissam iudicio persequi licitum est: sed reus vti ex- ceptione etiam potest, quæ se à promissione præstada liberat. est enim in iure exceptio exclusio quæ interponi actione cuiusque rei solet, ad excludendum quod in intentionem condemnationemve deductum est. Hæc autem exceptio vocatur vel doli mali, vel metus causa. Dixi, *quam mutatio rerum status non emeruit*: quia tali mu- tatione superueniente, non obligat, \* iuxta Senecam lib. de benefic. approbatum per S. Thomam, n vt si is, cui promisi ensem, infanierit. o Vel si quam promissi ducere, fornicata fuerit. p Vel si quod tempore promissionis erat licitum, fiat illicitum. q Vel si altera pars eam remittat, vel pro sua par- te nõ impleat id, cuius causa promissio facta est. r Dixi, *Cuius causa*, &c. quia si alicui absolute aliquid promiseris, sine respectu rei ab eo promissæ: contra, ille aliquid tibi promi- serit sine respectu rei à te illi promissæ, non liberaberis ab obligatione, ex eo, quod tibi non satisfaciat: nec contra, il- le ex eo, quod tu illi non satisfacias. s Quæ non sunt intel- ligenda de qualibet mutatione, sed de illa, quam si promit- tens præcogitasset, nõ promississet, cui fides habenda est in foro conscientie, & etiã exteriori, si iudicio prudentis vi- ri cõsideratis negotij circũstantiis nequaquã promississet, si illud præcogitasset: quæ de re copiosius alibi v scripsim. t \* *Iuxta Senecam*. Seneca lib. 4. de beneficiis ea. 34. & 35. hoc habet. 8 Sexto peccat mortaliter, qui factis rem aliquam falsam pro vera in damnũ notabile alterius significat: vt qui vult apparere bonus, aut facit, quod appareat talis, nolens esse ta- lis: quia est mendacium perniciosum: nam mendacium di- citur etiam in factis, qualis est simulatio, quæ significatus esse, quod nõ est: & hypocrisis, quæ significatur bonus, qui non est talis \* iuxta mentẽ S. Augustini & S. Isidori expli- catã per S. Thomã \* asserentem, paria esse factis, aut verbis mentiri: facere autẽ aliquid: quo quis appareat bonus, quõ non sit, sine notabili alterius dano, solũ est veniale: sed fa- cere opera, quibus bonus appareat, cũ non sit, sine intentio- ne ostendendi se bonũ, non est etiã veniale, iuxta mentem omnium, quã recte Caietanus explicat, v nisi collimeret il- lud in aliquẽ finẽ malũ, puta, vt aliquas hærefes doceat, aut aliquã dignitatẽ Ecclesiasticam, aut temporariã, qua indi- gnus est, consequatur, aut nisi in tali simulatione suũ vtri- mum finẽ constituat, iuxta Alexandrum, z & Caietanum. a Peccat etiam, saltem venialiter, qui vult bonus videri, cũ non sit, etiã si id ad edificationẽ proximi referat: quia non sunt facienda mala, vt inde bona eueniant. b Ad nouẽ hic quæ situm, scilicet, An peccet, qui fingit se talẽ genere, con- ditione, gradu &c. qualem requirit optio ad collegia, vel alia munera: Respondemus, quod sic, per dicta supra. c \* *Iuxta mentem S. Augustini*. S. Augustinus in li. 2. de sermone do- mini in monte cap. 3. & S. Isidorus in lib. 10. Erymol. cap. 8. hoc habet, cũm quid sit hypocrisis explicant.

A 9 Septimo, qui per leuia, & minus idonea indicia, aut si- gna, in iudicio, aut extra illud, firmiter iudicat de proximo aliquid mali in eius damnũ notabile, vel quod peccat mor- taliter, aut est in peccato mortali: quia est mendaciũ men- tale perniciosum contra illud Apostoli. \* *Nolite ante tempus iudicare*. secundũ mentẽ S. Tho. b Qualis est, qui dãnãt peccati mortalis aliquẽ bonæ exultationis, aut incognitũ, eo so- lo, q̃ videat eũ cum muliere secretò loquentẽ: vel eo q̃ vi- det aliquẽ comedere manẽ, aut sepẽ in die ieiunij ex præ- cepto, quia fortẽ causam non ieiunandi habet: aut eo q̃ vi- dit aliquem, non ita familiariter, atq; solebat cum aliquo versari, aut leuẽ aliquã irã ostendere: quia non omne odiũ, & omnis indignatio mortifera est, vt supra diximus: & alij similes, qui firmiter facillẽ iudicant alios occidisse, vel furatos fuisse. B 10 Octauo peccat, qui alicuius honorem notabiliter in- tendit lædere, vel lædit, aut causam lædendi per contumeliam, conuitium, vel impropetium, secundum S. Tho. d iuxta cuius mentem *contumelia est significatio alicuius mali culpa facta presenti*, vt appellando furem. Pro quo facit l. i. e *Conuitium verò, significatio facta presen- ti alicuius mali culpa, vel pena, vel defectus natura*, vt appellado furem, vel cecũ. f *Impropetium autẽ est significatio beneficij tẽpore necessitatis ei collati*, quãuis hæc nomina frequẽter cõsũdatur. 11 Quæ tria sunt contraria honori: quoniam honor est *exhibitio reuerentia, in testimonium alicuius excellentia maximẽ virtutis*, secundum S. Tho. & de quo nos latius aliã. h Dixi, *Lædere intendit*, & c. quia si huiusmodi significatio fieret causa iusta cogitationis, aut correctionis, non esset peccatum: nam Christus appellauit discipulos stultos, i & Apostolus Galatas in senatos. k 12 Dixi, *Iuxta castigationis, aut correctionis*, quia non est pe- catum cũ causa principalis eius est correctio, & non ira: quia si hæc esset causa principalis, grauẽ pecca- tum foret, & frequẽter mortale, vt ait Siluester, l cui addo primò. S. Thomam dicere, m q̃ quamuis hoc absque pec- cato fieri possit: sit tamen rarissimẽ. vbi Caiet. numquã id fieri posse, nisi quando specialiter Spiritus sanctus inspi- rat, dicente Cicerone. n *Omni animaduersione, & castigatio cõtu- melia vacare debet*. Secundo, quod vt absque peccato fiat, etiam propter correctionem, oportet, vt solũ significet vitium, cuius correctio præterditur, alioqui enim esset mentiri, & sic peccaretur. o Tertio, eũ, qui contumeliã al- teri facit, animo eũ infamandi, præter peccatum contume- liæ, etiã detractionis committere, & non sufficere confite- ri, quod alteri dixerit cõtumeliã: sed oportet cõfiteri, quod eã dixit, & intentione eũ infamãdi, vt vbi supra diximus. 13 Nono peccat, qui bonã amicitiam aliquorũ intendit notabiliter lædere, vel lædit, aut dat causam lædendi per susurrationem, animaduertens, vel animaduertente debens, se id facere, per dicta. q *Susurratio autem est significatio inor- dinata mali culpa aliena, vel pena, vel defectus natura, alteri facta, per quã feritur discordia, vel causa discordandi inter eos*, secundũ S. Tho. r secundũ quem, s eo differt à contumelia, quæ læ- dit honorem, & à detractione, quæ samã, quod hæc lædit amicitia: & est grauissimũ peccatũ, secundũ eundẽ, t & nõ debet absolui donec, quo ad eius fieri poterit, illos inter se reconciliet: aut si id præstare non potest, damnis inde se- quutis iudicio boni viri satisfaciat, iuxta summam Rosel. v nostro tamen iudicio absoluendus est, modo firmiter hoc facere proponat, per dicta supra. z 14 Dixi, *Bonam amicitiam*, quia sanctum est ( iuxta illud Christi. y *Non veni mittere pacem, sed gladium*. ) tollere malã, qualis est concubinariorum, qualis erat Iudcorũ contra S. Paulũ. z Dixi, *Notabiliter*, quia exigua læsio nõ est mortalis per supradicta. a Dixi, *Per susurrationẽ*, quia si fieret per or- dinatã significationẽ, non esset peccatum per ea, quæ dicta sunt de bonã amicitia: & de tali necessariò est intelligẽdũ id, quod ait Sor. b dicens licitum esse vni minuere de ami- citia duorum, quò cum eorum altero amicitiam contrahat, cum quo absque illa diminutione non potest: & id quod subdit non esse scilicet plusquam veniale minuere ami- citia aliquorum, nulla inter eos inimicitia inducta, neces- sariò etiam est intelligendum de diminutione, quæ nõ lædit notabiliter: quia neminem excusat à mortali, lædentem alium notabiliter propter vtilitatem suam, vel alienam. c

a 1. ad Cori. 4. b 2. 2. qu. 66. art. 6. c Ca. 14. nu. 25. d 2. 2. qu. 78. art. 2. e ff. de in iur. l. si non o- uisij. C. de in- iur. g 1. 2. q. 2. ar. 2. & melius. 2. 2. q. 63. ar. 3. h In d. repet. c. iter. ver. 11. q. 3. con. 3. & seq. i Luc. ult. k Ad Galo. 3. l Verb. contumelia. m In eo. a. 2. n 1. Offic. o Ca. primũ. 22. qu. 2. p Num. 450. q Supra. n. 2. r 2. 2. qu. 74. art. 1. s Ibidem. t Ibidem. v Ver. inuidia §. 6. x Capi. proxi- mo. nu. 59. y Matib. 10. z Acto. 22. a Eod. nu. 2. b Lib. 5. qu. 5. de iust. & in. c Capi. foris. &c. demique. 14. q. 5. & ca. non est puran- da. 1. qu. 1.



a Num. 3.

b 2. 2. q. 73. art. 1. & 2.

c Isai. 27. d In dicto ar. 2. e Promer. 30. f Job. 12.

g 2. 2. q. 108. art. 2.

h In d. q. 73. art. 1.

i Cap. 12. m. 30. & infra. ca. 23. n. 117. k Vbi supra, qu. 76.

15 Decimo peccat, qui notabilem erubescenciam, vel animi perturbationem, per derisionem intendit iniicere alicui, vel iniicit, aut dat causam illius, aduertens, vel aduertere debens se id facere, per praedicta. \* Derisio autem est significatio inordinata mali culpa, aut poena, vel defectus natura ad iniiciendam erubescenciam, secundum S. Thomam receptum, b secundum quem eundem, eo maior derisio est, quo maior est, qui deridetur, & minus debet derideri. Quare \* maxima est Dei, Sanctorum, & rerum ei sacrarum, ut est apud Isaiam: sed haec etiam est blasphemia, ut ait Caietanus. d Proxima huic est derisio parentum, de qua Sapiens agit. e Et huic proxima, bonorum & iustorum de qua Iob loquitur. f

16 Derisio etiam aliorum qualificata ut supra, est mortalis, secundum omnes: in quam sepe Aulici incidunt, qui sine ulla miseratione eo magis aliquem derident, quo magis erubescit. Dixi, *Inordinata*, quia ordinata, ut iocosa de exiguo aliquo malo alterius, ut paruo rubore suffundatur, est actus virtutis Eutrapelias quam S. Thomas s iucunditatem vertit, & inclinat ad recte utendum ludicris. Venialis autem quando parum exceditur modus. Mortalis vero quando inducit magnam & notabilem perturbationem, iuxta omnium sententiam. Differt autem ab aliis verborum peccatis: quia eius finis est, ut quis turbetur & erubescat, secundum S. Thomam. h

\* *Maxima est Dei & Sanctorum.* Haec Scripturae loca sic habent. Isai. 37. v. 23. Cui exprobrasti & quem blasphemasti, & super quem exaltasti vocem, & leuasti altitudinem oculorum tuorum? Ad Sanctum Israel. Proverbiorum. 30. v. 17. Oculum qui subleuatur Patrem, & qui despicit partum matris suae, effodiant eum corui de torrentibus & comedant eum filij quilibet. Job. 12. v. 4. Qui deridetur ab amico suo sicut ego, inuocabit eum, & exaudiet eum, deridetur enim iusti simplicitas. haec ibi.

Vndecimo peccat, qui maledicit, & c. ut supra in secundo praeepto dictum est, hoc addito, quod maledictio non accipitur hic pro maledicto, sed pro imprecatione mali, iuxta S. Thomam. k

De detractioe siue murmuratione.

- 17 Bonis in quinque honorarijs nocens ut peccat.
- 17 Detractio quid, quatuorplex, & qua mortalis. & 18. 21. & 22.
- 19 Fama quid, ut hic accipitur, & quatuorplex.
- 20 Fama damnum notabile quid. & 21. 22. & 23.
- 24 Detractor quod factum imponens peccat mortaliter. & 25.
- 26 Detractor, qui secretum detegit peccat mortaliter. & 27.
- 28 Prodigalitas etiam fama regulariter non est mortalis.
- 29 Detractor, qui suum crimen detegit etiam tortus.
- 30 Detractor non est accusator, aut alias iuste crimen detegens. & seqq.
- 34 Detrahit qui inuentor libelli famosi illum legens numer. 34. & 35.
- 36 Detractor quis audiens, vel referens mala, vel bona tacens. num. 37. & 38.
- 38 Detractor quis iudex inquirens, interrogans, vel iubens denunciari, vel visitans, aut procurans occulta scire, num. 39. 40. & 41.
- 42 Restituere famam, vel alias compensare laesam, & haec tenentur. & seqq.
- 44 Famam non laesam tentans eam ledere non restituit, etiam si & c.
- 45 Fama laesa mendacio aliter quam laesa vero restituenda.
- 46 Fama restitutio condonari etiam iuste potest, nisi & c.
- 46 Debitum condonati, cui principaliter debetur.
- 47 Fama ablatio an compensetur ablatione reciproca.
- 47 Fama debitum non tam facile tollitur, ac actio iniuriarum.
- 47 Fama restitutio excusatur vita, vel salutis periculo, & obligatione, & num. 48. & seqq.
- 49 Reus negans qui non infamat accusantem.
- 50 Famam qualis relator mali non restituit.

17 **D**odecimo peccat mortaliter, qui alicuius aliquod quinque honoru honorabilium, scilicet laudis, honoris, fama, gloria, & reuerentia, que infra l definiuntur, notabiliter intendit ledere, vel ledit, aut dat causam ledendi: quod frequenter fit per detractioem, secundum S. Thomam m secundum quem n & latius tradita per nos alibi. o Detractio siue murmuratio, vel infamatio, qua pro

l Ca. 23. n. 9. m 2. 2. q. 73. art. 2. n Ibidem. o In repet. c. inter verba. 11. qu. 3. conc. 5.

A eadem re hic sumuntur, definiiri potest esse significatio alicuius mali cuiuspiam hominis non canonizati inordinata, expressa, siue directa, & tacita, siue indirecta: qua leditur, vel periclitatur eius fama, vel gloria.

18 Dixi, *Significatio*, pro genere, in quo conuenit cum mendacio, & cum omnibus aliis verborum peccatis supra dictis. Dixi, *Alicuius mali*, ad comprehendendum omne malum culpa, poena, & defectus natura, & etiam diminutionem boni. Dixi, *Cuiuspiam & non alterius*, per statum dicenda. Dixi, *Homini non canonizati*: quia infamatio fama, & gloriae Dei, Angelorum, & Sanctorum, immo & creaturae irrationalis, quatenus est creatura Dei, quo ad eius naturam, non est detractio: sed blasphemia, siue id fiat ad inhonorandum, siue infamandum, siue iocandum, & deridendum, secundum mentem S. Thomae, a licet Angeli & canonizati nostri proximi sint, \* iuxta S. Augustinum de Doctr. Christiana, relatum a S. Thoma. b Dixi, *Inordinata*: quia non est mala, immo bona significatio iuridica, ut dicit S. Antonin. c Dixi, *Expressa, siue directa*, ad includendam illam, qua directe significatur malum aliquod. Dixi, *tacita, vel indirecta*, ad includendam illam, qua dicendo bonum significatur malum, qualis est illa, qua quis dicendo, quod monachus est robustus, rubicundus, pinguis, artis venandi, & equitandi valde peritus, significat tacite, quod carni magis, quam spiritui seruit. Dixi, *Leditur*, & non, *Tollitur*, ad includendam lesionem partis fama. Dixi, *Aut periclitatur*, ad includendam significationem mali, qua non leditur fama: sed est causa sufficiens ledendi ex parte significantis: ut quum significatur malum alicui non credenti illud propter suam virtutem, vel utilitatem dicentis, vel auctoritatem fide dignioris ei contradicentis. Dixi, *Fama vel gloria*, quia significatio mali, quatenus tollit honorem, non est detractio, sed contumelia, ut supra. d Non addidi tamen, ut Sanct. Thomas & Antoninus, & communis verbum, *Aliena*: quia non solum est detractor, qui alium, sed etiam qui se ipsum infamat, ut idem Sanctus Anton. dixit e & sentit Caiet. f dicentes, peccare eos, qui seipsum infamant: quauis metu tormentoru id faciant: quod tamen alibi s moderamur. Non etiam addidi, *Secretum*, ut praedicti: quia quamuis regulariter detractio in absentia fiat, potest tamen fieri in praesentia, ut saepe fit: na qui alteri praesenti malum significat, quo eum infamat, quauis id (ut communis dicit) sit contumelia, quatenus tollit honorem, est tamen etiam detractio, quate nus fama tollit, ut idem S. Anto. vbi supra explicauit, & probatur per illud Aristot. h

C *Qui furatur, ut adulteretur, per se loquendo, magis adulter est, quam fur.*

\* *Iuxta S. Augustinum.* D. Augustinus in 1. de doctrina Christiana. cap. 23. ostendit quomodo Angelos ex caritate diligere debeamus. quod etiam citatur ex Aristotele est in 5. Ethicorum cap. 2.

19 Porro fama, ut hic accipitur pro bona tantum est existimatio bona de aliquo, qua putatur bonus, vel habilis in aliquem bonum usum, Dixi, *Existimatio*, pro genere, ut non solum comprehendat opinionem communem, sed etiam particularem & singularem vnus, vel alterius per infra dicenda. Dixi, *qua putatur*, ad includendam existimationem, qua quis putatur habere aliquod bonum, quod non habet, vel non tantum quantum putatur habere. Dixi, *Bonus*, propter existimationem, qua putatur habere virtutes Theologales, vel Morales. Dixi, *Vel habilis*, & c. ad includendum existimationem, qua quis putatur habere prudentiam, & alias virtutes intellectuales, & literas, artes, sagacitatem, industriam, habitudinem, vires, vel alias dotes animi, vel corporis inditas, vel quas sitas.

F 20 Vnde sequitur, quod fama est duplex. Altera, qua quis putatur esse bonus moraliter. Altera, qua putatur utilis ad aliquem finem. Quamuis autem praefata quinque honorabilia differant inter se, quoad alia, ut traditur, i quoad materiam tamen poenitendi, & confitendi parum differunt: & ideo quidquid hic de ledente famam dicitur intelligi potest de ledente alia. Fame vero, & alioru quatuor honoru honorabilium damnum est duplex, Leue, & Notabile. Leue est, quod non est notabile. Notabile autem damnum, est quod est causa, ut infamato aliquod bonum notabile anima, corporis, vel pecuniarum auferatur, aut putetur tali bono indignus, quod aperte sentit Caiet. k quamuis non ita explicet. Bonum autem notabile anima, corporis aut honoris dicitur, quod viro pru-

dentis

2. 2. q. 73. art. 1. & 2. b 2. 2. q. 73. art. 1. c 2. p. 1. s. 2. a. 4. in princ.

d Eod. num.

e 3. par. tit. 8. ca. 4. s. 1. ver. final. primo modo. f 2. 2. qu. 73. art. 2. g Vbi supra. & infra num. 29.

h Ethic. 5.

i In dicto ca. 23. num. 9.

k 2. 2. q. 73. art. 2.



Ar. l. i. ff. de c. de delib. & iure causis. de off. deleg. b. Ca. proximo num. 3. c. 2 pa. q. 146. memb. 1. sub suem. d. 2. q. 73. a. 3. ad 3. c. in 4. li. sen. di. 15. quas. 4. Fvbi supra. g. supra. eod. num. 2. h. Promer. 23. & Eccl. 41. i. supra capi. proximo. m. 2. & 99.

Ar. ca. 2. de confis. 6. no. sandum. 1. q. 4. sub. c. tur. hatur.

In 2. p. tit. 8. c. 4. in princ. in Verb. de iradio. 5. 2.

Arg. e. bo. minet. 23. qu. 1. o. Vt infra. n. 27. dicitur.

p. Sup. eod. c. num. 2.

Ar. l. i. ff. de c. de delib. & iure causis. de off. deleg. b. Ca. proximo num. 3. c. 2 pa. q. 146. memb. 1. sub suem. d. 2. q. 73. a. 3. ad 3. c. in 4. li. sen. di. 15. quas. 4. Fvbi supra. g. supra. eod. num. 2. h. Promer. 23. & Eccl. 41. i. supra capi. proximo. m. 2. & 99.

Ar. l. i. ff. de c. de delib. & iure causis. de off. deleg. b. Ca. proximo num. 3. c. 2 pa. q. 146. memb. 1. sub suem. d. 2. q. 73. a. 3. ad 3. c. in 4. li. sen. di. 15. quas. 4. Fvbi supra. g. supra. eod. num. 2. h. Promer. 23. & Eccl. 41. i. supra capi. proximo. m. 2. & 99.

Ar. l. i. ff. de c. de delib. & iure causis. de off. deleg. b. Ca. proximo num. 3. c. 2 pa. q. 146. memb. 1. sub suem. d. 2. q. 73. a. 3. ad 3. c. in 4. li. sen. di. 15. quas. 4. Fvbi supra. g. supra. eod. num. 2. h. Promer. 23. & Eccl. 41. i. supra capi. proximo. m. 2. & 99.

Ar. l. i. ff. de c. de delib. & iure causis. de off. deleg. b. Ca. proximo num. 3. c. 2 pa. q. 146. memb. 1. sub suem. d. 2. q. 73. a. 3. ad 3. c. in 4. li. sen. di. 15. quas. 4. Fvbi supra. g. supra. eod. num. 2. h. Promer. 23. & Eccl. 41. i. supra capi. proximo. m. 2. & 99.

Ar. l. i. ff. de c. de delib. & iure causis. de off. deleg. b. Ca. proximo num. 3. c. 2 pa. q. 146. memb. 1. sub suem. d. 2. q. 73. a. 3. ad 3. c. in 4. li. sen. di. 15. quas. 4. Fvbi supra. g. supra. eod. num. 2. h. Promer. 23. & Eccl. 41. i. supra capi. proximo. m. 2. & 99.

Ar. l. i. ff. de c. de delib. & iure causis. de off. deleg. b. Ca. proximo num. 3. c. 2 pa. q. 146. memb. 1. sub suem. d. 2. q. 73. a. 3. ad 3. c. in 4. li. sen. di. 15. quas. 4. Fvbi supra. g. supra. eod. num. 2. h. Promer. 23. & Eccl. 41. i. supra capi. proximo. m. 2. & 99.

Ar. l. i. ff. de c. de delib. & iure causis. de off. deleg. b. Ca. proximo num. 3. c. 2 pa. q. 146. memb. 1. sub suem. d. 2. q. 73. a. 3. ad 3. c. in 4. li. sen. di. 15. quas. 4. Fvbi supra. g. supra. eod. num. 2. h. Promer. 23. & Eccl. 41. i. supra capi. proximo. m. 2. & 99.

Ar. l. i. ff. de c. de delib. & iure causis. de off. deleg. b. Ca. proximo num. 3. c. 2 pa. q. 146. memb. 1. sub suem. d. 2. q. 73. a. 3. ad 3. c. in 4. li. sen. di. 15. quas. 4. Fvbi supra. g. supra. eod. num. 2. h. Promer. 23. & Eccl. 41. i. supra capi. proximo. m. 2. & 99.

Ar. l. i. ff. de c. de delib. & iure causis. de off. deleg. b. Ca. proximo num. 3. c. 2 pa. q. 146. memb. 1. sub suem. d. 2. q. 73. a. 3. ad 3. c. in 4. li. sen. di. 15. quas. 4. Fvbi supra. g. supra. eod. num. 2. h. Promer. 23. & Eccl. 41. i. supra capi. proximo. m. 2. & 99.

Ar. l. i. ff. de c. de delib. & iure causis. de off. deleg. b. Ca. proximo num. 3. c. 2 pa. q. 146. memb. 1. sub suem. d. 2. q. 73. a. 3. ad 3. c. in 4. li. sen. di. 15. quas. 4. Fvbi supra. g. supra. eod. num. 2. h. Promer. 23. & Eccl. 41. i. supra capi. proximo. m. 2. & 99.

Ar. l. i. ff. de c. de delib. & iure causis. de off. deleg. b. Ca. proximo num. 3. c. 2 pa. q. 146. memb. 1. sub suem. d. 2. q. 73. a. 3. ad 3. c. in 4. li. sen. di. 15. quas. 4. Fvbi supra. g. supra. eod. num. 2. h. Promer. 23. & Eccl. 41. i. supra capi. proximo. m. 2. & 99.

In dis. repe.

Tomo 2. Opu. Trac. 31. respon. 9.

Dis. 21. q. 2. d. Lib. 5. q. 10. a. 2. de iur. & iur.

In 3. li. sent. dist. 19. q. 2. a. 3. ad 1. & 2.

Libr. de ratione regendi secreti vel de regendi. memb. 2. qu. 3.

In 4. de re. q. 35. & Quo lib. 11. pa. 17. h. 2. q. 120. art. 2. & 3.

In Proem. Gregoriano. verbo, prodiga.

Vbi supra.

Cap. iura. nis cum ei ad nosas. per alios. & etiam per nos, de prob. c. tenor. de re iudi. us l. n. 1. tan. cum ff. de ap. pel. l. liber ho. mo. ff. ad leg. A. iul. c. con. tingit. 1. de sent. excom. gl. sing. l. pa. tum interba. redem. ff. de pati.

Ca. 12. n. 3. o. De ratione. eg. & dete. memb. 3. qu. finali.

Vbi supra. q. Ca. si non li. cat. 23. qu. 5.

In 2. p. tit. 8. c. 4. ante 6.

Vbi supra. In 4. de Cor. v. frater. col. 17. verb. ad 2. v. In dicto lib. de ratio. reg. memb. 2. qu. 5. pag. 10.

Verb. accu. satio. qua. 3. y 2. q. 73. a. 7.



conferatur, aut ne indignus ad hæreditatem admittatur: latronem, ne fure ut: periturum, ne suo falso testimonio noceat: aut adu terum, & homicidam, vt ab alijs caueatur, & alios limiles aſſuetos, & ad nocendũ præparatos: de quibus alibi <sup>a</sup> diximus: quia hoc non fit inordinatè: quoniam iure conceditur, <sup>b</sup> & conſequenter poteſt quis latronem, & furta eius occulta detegere ad euitanda damna Reipub. & priuatorum, etiam ſine correptione fraterna, ſi per eam non ſperatur correptione, aliàs non, niſi præuia illa, ſi de illis ſpecialiter & iuridicè interrogatus non fuerit, iuxta Ioannem Maiorem. <sup>c</sup>

32 Vnde non peccat, qui cauſa vitandi damnum corporale, aut ſpirituale innocentis crimen alterius detegit: nam Paulus ſciens Ioannem equum furatum fuiſſe, cuius Petrus falſò accuſatur, & iniuſtè condemnabitur, niſi Paulus peccatum ſecretum Ioannis detegat, ſi ob id Petrus liberandus fuerit, detegere tenetur, ſecundum S. Thomam, <sup>d</sup> & latius tradimus, <sup>e</sup> per illud Sapientis. <sup>f</sup> Erue eos, qui ad mortem ducuntur, & alia: quod poſtea tenuit Sotus. & Sic etiã non peccat, qui vt teſtis coram ſuo iudice & ſuperiore delicta, & defectus proximi detegit: quia hoc non detegit inordinatè, vt late <sup>h</sup> alibi probauimus. Nec qui ſua delicta, culpas, & defectus ſuo iudici, & ſuperiori confeſſetur, quando, cur, & quomodo iure diuino & humano poteſt, aut debet: quia hoc non eſt detegere inordinatè, vt <sup>i</sup> copioſè probo, multa peculiaria de hac re attingendo.

33 Dixi, Niſi aliqua circumſtantia excuſet à mortali, tunc enim non eſt peccatum, aut non niſi veniale. Vt cum quis peccata mortalia eius, qui ſe de illis iactare ſolet abſque intentione eum lædendi detegit, quia eius fama ſaltem notabiliter non læditur, vt <sup>k</sup> diximus: & qui abſque intentione lædendi detegit perſonæ, quæ non oberit, & forte proderit: qualis eſt is, cui dicere perinde eſt, ac nulli dicere, quales etiam parentes & alij, qui creduntur nullatenus nocituri, nec publicaturi. <sup>l</sup> Quare illud Caietani <sup>m</sup> de deteptione mali parenti facta non eſt peccatum, limitandum eſt, niſi huiusmodi peccatum eſſet, & eius nodi parens, vt deteptione facta ei plus, vel æquè noceret filio, quàm facta alijs.

34 Decimoſexto peccat, qui inuenit ſcriptum, in quo aliquis ſua peccata ad memoriã ſuã confeſſionis ſcripſerat, & ea diuulgat: niſi eſſent talia peccata, quorum ouulgatio parum famæ noceret. Idem de illo, qui legit, etiam ſi non diuulget ſchedulam, in cuius principio ſcriptum erat: *Memoriale meorum peccatorum*, aut aliud ſimile, quo ſcire teneretur eius auctorem nolle ea ab alio legi, vt <sup>n</sup> diximus: quia licet fortè non inueniat notabiliter lædentia: dat tamen iuſtam lædendi cauſam, quod ſufficit per prædicta.

35 Decimoſeptimo peccat, qui <sup>\*</sup> libellum famoſum componit, in illo peccata aliena falſa, aut vera occulta ſcribens, & in publicum proicit, quò legatur, aut talem libellum inuenit, & non rupit, ſed diuulgauit. <sup>o</sup>

<sup>\*</sup> Libellum famoſum. Libellus famoſus eſt charta proiecta habens in ſe contra quempiam probitatis laude alioqui inſignem virum criminationes: de libellis autem famoſis extat in Cod. Titulus.

36 Decimo octauo, qui peccata aliena vera, vel falſa audita ab alijs aliter quàm audiuit, augendo illa, vel certitudinè illorũ notabiliter alijs refert: quia perinde facit, ac ſi tamquam à ſe viſa referret: & ita idem eſt iudicandum de vtroque. <sup>p</sup> Dixi, *Aliter, &c.* quia alioqui non peccaret, ſaltè mortaliter, ſi aliàs non intendit famam eius notabiliter lædere, nec lædit, nec dat cauſam iuſtam læſioni, & non affirmat illud verũ eſſe, nec ſcire: ſed ſolũ audiſſe, nec aliquid aliud, quod eſſet iuſta cauſa credendi, interueniat, puta auctoritas perſonæ cum additione aliquorum rem certiorẽ facientium, quibus probabilis cauſa credendi audientibus præbeat, vt alibi, <sup>q</sup> dictum eſt. Dixi, *Abſque animo notabiliter lædendi*, quia ille non ſolum hoc, ſed quodlibet aliud colloquium facit mortale per dicta ſupra, <sup>r</sup> quamuis adderet ſe non credere.

37 Decimonono peccat, qui audit detrahentem mortaliter, aſſentiendo, vel non reſiſtendo, quum id facere deberet: nam qui audit detrahentem, plus & minus æquè, atque ille peccare poteſt: & etiam mereri: qui enim audit incitãdo aliũ, & interrogando, quò diceret, poteſt plus, quàm qui dicit peccare, iuxta Adrianũ, <sup>s</sup> per decretũ Vrbani, <sup>t</sup> quod tamen non loquitur de eo, qui audit & eſt cauſa mali, ſed

A de eo, qui malum non eſſe defendit: & ob id melius probant <sup>\*</sup> duo capitula S. Auguſtini, <sup>a</sup> vt <sup>b</sup> diximus: qui autem audit, nec præbendo ad id cauſam, nec impediendo eo ſe delectans, tantũ, quantum, qui dixit, ceteris paribus, peccat, iuxta S. Thomã. <sup>c</sup> Qui tamen audit ſine aſſenſu & delectatione, quod ita detrahatur, licet non cõtradicat ob verẽcundiam, aut aliã non: tantam rationem humanam, non peccat mortaliter, niſi in tribus caſibus, iuxta S. Thomã. <sup>d</sup> Primus, ſi eſt ſuperior, puta iudex, parens, aut magiſter, qui reſiſtere tenetur. Secundus, ſi aduertit ex eo magnum damnum dicenti, vel alteri euenturum vltra infamiam, & quod contradicendo vitare poterat. Tertius, quando fama eius, cui detrahitur notabiliter læditur, vt alibi, <sup>e</sup> poſt S. Antoninum & Caietanum <sup>f</sup> probauimus: qui verò reſiſtit verbis, aut geſtu triſti, aut alijs ſignis ad illud idoneis, regulariter meretur, vt ibidem addimus.

<sup>\*</sup> Duo capitula S. Auguſtini. Cap. ille tribuitur D. Auguſtino Sermone 11. de Sanctis & cap. qui exigit ſumptum eſt ex ſer. m. 28. de verbis Apoſt. cap. 10. Vtrumque autem caput præterquam quod à Gratiano citantur, habentur apud Magiſtrum in 1. ſenten. di. 39. lit. l.

Vigefimo peccat, qui interrogatus de vita, & moribus alicuius, vel alias cum teneretur ad notificandas virtutes illius, tacet eas cum eius notabili damno boni quaſiti, vel quaerendi per ſupradicta.

38 Vigefimo primo peccat, qui iudex inquit ſpecialiter, vel per viam inquisitionis procedit contra aliquẽ, nulla præcedente infamia: quia intendit lædere famam illius, aut lædit, aut dat cauſam læſioni inordinatè cõtra iura, quæ prohibent ſpecialiter procedi per viam inquisitionis contra aliquẽ, iuſta infamia non præuia. <sup>g</sup> Nec ſufficit, quòd ſciat eſſe duos, aut tres teſtes, quibus eius delictum probari poſſit, <sup>h</sup> & à fortiori minus, quòd ſint aliqua indicia, vt <sup>i</sup> euidenter probauimus, <sup>k</sup> quod Sotus, <sup>l</sup> & Caietanus <sup>m</sup> non ſatis diligenter aduertunt propter dictum quoddam S. Thomæ non bene intellectũ, vt ibi declaramus. Dixi, *ſpecialiter*: quia generaliter inquirere poteſt, nulla perſona, nec villo delicto expreſſo. <sup>n</sup> Dixi etiã, *Per viam inquisitionis*, quia per viam accuſationis legitime poteſt, vt ſupra dictum eſt. Sufficit autem, quòd delictum ſit notoriũ, licet delinquens ſit occultus, ad hoc, vt quaeri de eo poſſit generaliter: ſed non vt quaeratur nominatim, an ille, aut ille id fecerit, vt ibi contra prædictos cum Innocentio communiter recepto diximus, & latius, & neruoſius in Commentario rubricæ. <sup>o</sup>

39 Vigefimo ſecundo, qui iudex interrogat reũ poſt conſeſſum delictum de ſocio, aut auxiliũ præbente, ſi adhuc erat occultus extra caſus infraſcriptos, in quibus id facere licet, eadem ratione, qua ſupra. Idem eadẽ ratione de reo, qui ſocios occultos indicat extra caſus prædictos, vt alibi <sup>p</sup> diximus.

40 Vigefimo tertio peccat, qui Prouiſor, Vicariũ, aut Officialis generaliter omnibus ſubditis præcipit, vt qui videntur, aut audierunt talem delinquentem, denuncient, ſecundum Sotum <sup>q</sup> ratione ſupradicta: quia id eſt contra ius, per quod ſubditi non tenentur denunciare delinquentem, vt eum puniat: ſed vt damnũ, quod fecit reſtituat, quod poteſt reſtitui abſque eius denunciatione. Oppoſitũ tamẽ melius viſum fuit, <sup>r</sup> & idem nunc videtur: tum quia talia mandata generalia intelligenda ſunt ſecundũ ius, <sup>s</sup> & ita intelligenda ſunt, ſalua fraterna correptione, & conſequenter, quando ea eſt neceſſaria, iuxta S. Thomã <sup>t</sup> communiter receptum, hoc eſt, ſi fur, aut læſor ſecretò admonitus noluerit reſtituere. Tum quia viſum ferendi eiufmodi mãdata receptiſſe videtur Eccleſia. Tũ quia Caietanus, <sup>v</sup> dixit non peccare iudicẽ interrogando reũ, iam conſeſſum ſuum delictum de ſocijs generaliter, quando ſunt tales, de quorum alijs poteſt interrogare, de alijs non, ſi eius intentio non ſit interrogare, niſi de illis, de quibus iure poteſt, & debet. Tũ quia illic aſſatim eius fundamentis reſpondimus, quamuis fateamur, melius fore, vt iubeat ſola illa, quæ ſunt notoria, vel publica per famam, denunciari. <sup>x</sup>

41 Vigefimo quarto peccat, qui Prælatũ, Iudex, Viſitator, aut quiuis alius priuatus procurat, aut vult noſcere peccata ſecreta alicuius, à quo, quando, cur, & vbi nõ debet, aut qui compellit carcere detentũ ad ſtatim iurandũ ſe dicturum verum in omnibus, de quibus interrogatus fuerit, & interrogat particulariter de omnibus & ſingulis caſus partibus,

a Vbi ſupra. n. 854. v. que ad nu. 855. b l. ſi quidem. C de iniur. l. ſi quis. & lo. cum qui ff. eo. cum additis vbi ſu. n. 848. c In 4. l. ens. diſt. 25. q. 2. d 2. 2. q. 70. ar. 1. e Vbi ſu. n. 70. f Proner. 24. g Li. 5. q. 7. a. l. de iur. & iur. h Vbi ſup. nu. 698. i Vbi ſupra. k Vbi ſupra. l Ca. hoc videtur. 22. q. 5. m 2. 2. q. 73. ar. 2. n Inc. ſacerdos. de pœnis. d. 7. n. 8. & 9. o 5. q. 1. c. 1. & 2. l. 1. C. de libel. famoſ. p Ar. c. dudũ. 2. de elec. q In d. repet. num. 450. r Eod. c. nu. 1. s Quoli. 11. q. 2. t Ca. qui alio rum. 24. q. 3.

a Ca. ille. cap. qui exigit. 2. 2. q. 5. b Vbi ſupra. c 2. 2. q. 73. a. 4. d In d. qu. 73. arti. 4. e Vbi ſup. nu. 548. & 549. f Verò detrahit. g Capi. ſuper his. & c. qualiter. & quando. 2. de accuſa. h per. c. inquisitionis. co. 28. i Vbi ſupra. k Num. 580. l De ratio. reg. m. 2. q. 6. verſ. at vero. & clarius paulo poſt verb. tertium dubium. m 2. 2. q. 69. ar. 2. n l. congruit. ff. de offi. præſi. & cap. 1. de offi. ord. o De iud. d. n. 77. p Vbi ſup. nu. 585. q Vbi ſu. pag. ſim. r In d. rep. c. cluſ. 6. s l. ſi procura tor ff. de condi. m. deb. cap. cauſam quod de reſcript. t 2. 2. q. 33. a. 1. ad 1. v Tomo 1. Opuscul. Trañ. 31. reſponſ. 3. ad 1. x Iux. c. qualiter & quando. 1. cum ad nos. de accuſa.





ob quem carcere detinetur ratione supradicta: & hi plus peccant, quam qui audiunt simpliciter detractionem mortalem cum assensu: quoniam illi sunt tanta, vel maior causa detractionis, quam qui cum simplici assensu audiunt detractionem mortalem, & supra dictum est, peccare mortaliter eum, qui cum assensu detractionem mortalem audit.

Fama quomodo restituatur, aut condonetur.

**V**IGESIMO QUINTO peccat, qui non vult restituere damnum fame notabile datum iniuste a se, vel ab eo, cuius haeres est, alteri illud non condonanti, si nulla causa excusetur: quia damnum fame necessarium restituendum est, ut late probamus. Tum per textum memorabilem. Tum quia bonum fame maius est, quam bonum pecuniarium ut ex Scriptura constat. & damnum boni pecuniarii necessarium est restituendum. Et ergo & damnum fame, ut tenent S. Thomas, S. Antoninus & communis, S. Thomas, Richardus & alij, & Hostiensis. Unde licet abundantia boni pecuniarii ei, cui debetur interdum debitorem a restituendo, saltem statim excusetur: abundantia tamen bonae fame non item: immo ad restituendam eam magis obligat, ut recte Ioannes Maior probat. Quin etiam sicut qui notabiliter famam laesit per unum peccatum habentem alia notoria peccata mortaliter peccat, sic ad restitutionem damni tenetur, ut recte Adrianus probat, & S. Thomas, sentit, perpendente id Caietano quidquid in hoc Paludanus in fine senserit.

**43** Immo, & qui ob vitae periculum, aut alias rationes famam restituere non potest, eam compensare tenetur, ut qui alium percutit, aut manum abscindit, quam restituere non potest, iuxta legem diuinam renouatam, & declaratam ibi per Doctores. Nec infamans excusatur saltem quando mentiando infamauit, eo quod in aliis duplo, vel triplo magis eiusdem famam augeat, iuxta eundem, quod ubi supra diximus. Nec etiam excusatur, eo quod infamatus se ab infamia liberauerit suis optimis factis falsitatem eius, quod sibi impositum fuit docens, aut abolita eorum apud quos infamatus fuit mala, qua ipsi conceperunt, opinione, eo quod vanitatem detraheretis intellexissent, iuxta Adrianum. Quod quamuis, sequuti fuimus: nunc tamen non sequimur: quia eius rationes solum probant teneri ad restituendum damnum, quod infamatus accepit, quamdiu infamatus mansit: sed non ad fame iam recuperata restitutionem.

\* Iuxta legem diuinam. Diuina haec lex habetur Exod. 21. v. 18. his verbis. Si rixati fuerint viri & percusserit alter proximum suum lapide vel pugno, & ille mortuus non fuerit: sed iacuerit in lectulo, si surrexerit & ambulauerit super baculum suum, innocens erit qui percussit eum: ita tamen ut operas eius & impensas in medicos restituat.

Porro addo primo, quod infamatus, quando ex sua infamia Respublica damnum capit, tenetur ad procurandam restitutionem fame sua, quando est persona publica iuxta S. Gregorium & S. Thomam & declarationem cuiusdam dicti S. Augustini, positam ubi supra.

Addo secundo, quod damnum acceptum a male infamato durante infamia non est integre restituendum: sed tantum, quantum prudenti & bono viro visum fuerit, secundum Sotum, quod nostro iudicio intelligendum est de damno boni quarendi, & non de damno boni iam quaesiti.

**44** Dixi, Damnum datum: quia volitum, & non datum, eo quod dari non potuit, vel paenituit, non est restituendum: quia volens nocere, noxa non sequuta, peccat quidem: sed non tenetur restituere, per sapientem dicta. Unde qui detrahit alicui apud aliquos animo infamandi eum, etiam per inuidiam, odium, vindictam, questum, aut aliam rationem iniustam, si illi ob id malam opinionem non conceperunt, nec bonam amiserunt, non tenetur restituere famam, quia eam non abstulit, licet in eo peccet, ut Adrianus determinauit, quem sequimur.

Addo tertio, quod tenetur restituere, qui immodice laudando alium, alterius famam notabiliter extenuat, secundum eundem, quales multos in Curias, aulis, scholis, immo & religionibus reperias.

**45** Addo quarto, quod qui famam alienam mentiando laesit, debet eam restituere, asserendo se fuisse mentitum, aut

saltem dixisse falsum: immo & testes adducere, si opus fuerit, quo eis dissiuadeat, quibus contrarium persuasit, secundum Sotum. Quorum postremum datum videtur nobis putantibus satis esse iurare, si alias ei non crederetur. Tum quia maiorem causam dat credendi reuocationem iurando eam, quam dederat credendi falsum, quod eis sine iuramento dixerat. Tum quia numquam fuit in usu. Tum quia testibus tunc demum ad summum esset opus, quum esset suspicio illum ad reuocationem precibus, vel pretio, & non conscientia inductum.

Addo quinto, quod etiam infamans detegendo delictum verum occultum restituere tenetur, iuxta S. Thomam, communiter receptum, non quidem asserendo se falsum dixisse, sed male loquutum fuisse: quod non sufficere dixit Hostiensis. Et ideo Ioannes Maior, asserit, oportere, & satis esse ita dicere, quando tale delictum de tali dixi, illud verum existimabam, sed adhibita postea diligentia, inueni me praeuoluntum. Qui modus licet aprior sit, quia nullum mendacium continet, neque ex eo tam facile, atque ex communi colligi potest verum esse id, quod male dictum fuit: non tamen videtur tutus quoad viros prudentes & doctos, apud quos praestaret restituere laudando sapienter virtutes, quas habet, eis persuadendo, ut pro tali habeant, nulla mentione facta mali antea per eum detecti, licet verum, iuxta Caietanum.

**46** Addo sexto, dicere Sotum, se eum, qui verum dicendo infamat, non teneri ad tantam restitutionem, ad quam, qui mentiando id facit. Quod non videtur nobis tutum, quia licet plus peccet, non tamen plus nocet. At restitutio, cum actus sit iustitiae, ut supra dictum fuit, potius respicit nocumentum, quam modum nocendi. Dixi, Ab eo cuius haeres est: quia haeres detractoris, non solum in iudicio exteriori, sed etiam in interiori tenetur restituere, secundum Adrianum, id efficaciter probarem & assererem, ita mortaliter peccare haeredem, qui praedictam compensationem pro defuncto non facit, ac si non solueret alia debita. Dixi, Condonantia obligatio restituendi fame ab infamato condonari potest, ut sentit S. Antoninus, & cum non referens illud exprimit Adrianus, & post hunc Sotus. Tum quia potest quis damnum suorum bonorum condonare regulariter, secundum glossam receptam, & fama est de bonis nostris. Tu quia potest quis remittere, quod sibi debetur in casibus a iure non prohibitis, ex quibus hic non est. Contrarium tamen tenet Caietanus & Ioannes Maior. Ad quorum fundamenta responderi potest. Primo, concedendo peccatum esse, se ipsum sine causa infamare, & etiam interdum infamiam condonare: sed negando ex hoc casu sequi, eius remissionem non valere: quia etiam interdum peccat, qui amittit sua bona, aut debitum remittit, & eius tamen remissio valet, si aliud non obstat. Secundo, quod damnum infamiae principaliter tangit infamatum, & minus principaliter bonum publicum, & sufficit condonatio eius, ad quem damnum principaliter pertinet, ut iura tradunt, cum adductis ibi late per Hippolytum: nam si mille modis tritici mihi ab aliquo comburantur, non solum mihi, sed etiam civitati damnum fit, & pauperibus, qui sibi de eo providere emptione, aut elemosyna potuissent: sed quia ad me solum principaliter pertinent, & ad civitatem & pauperes minus principaliter, mea sola condonatio condonare illos liberat, ut copiosius alibi diximus. Opinio tamen Maioris & Caietani posset habere locum in illis quatuor casibus, in quibus supra dictum est peccare mortaliter eum qui sese infamat. Per quae responderetur ad nouum quaesitum, quod non solum potest condonari aliquando fama restitutio, ad hoc ut condonatio valeat: sed etiam ad hoc, ut condonatio sit iusta, & meritoria, quando scilicet sit iusta de causa, & aliis circumstantiis concurrentibus, cum quibus etiam alterius debiti remissio est meritoria. Dixi, Alteri: quia nemo tenetur eam sibi restituere, nisi in praedictis quatuor casibus, in quibus remissio fame non valet, & detractio est peccatum mortale.

**47** Ad primum nouum quaesitum, An qui se mutuo infamarunt, per compensationem a restituendo excusentur? Respondeo negatiue. Tum quia non videtur esse locus in hoc compensationi per dicta Panormitani post alios. Tum quia damnum illi illatum, per reciprocam infamiam non tollitur, sicut debitum unius per debitum reciprocum

a In repet. ca. inter ver. 11. qu. 3. concl. 4. b In ca. quisquis. 5. qua. 1. c Promer. 22. d Eccl. 41. cum aliis re. latis. ubi sup. nu. 218. e Ca. peccati de reg. iur. li. 6. cap. si res aliena. 14. q. 6. c. 2. 2. q. 62. a. 2. f. 2. par. tit. 2. c. 2. §. 3. g. In 4. li. sen. dist. 5. h. In summa de pen. vers. quid de accusatore. i. In dicta dist. 15. quaest. 16. k. Quolib. 11. l. 2. 2. q. 73. a. 1. m. In 4. di. 10. n. Exod. 21. o. Per ca. 1. de ini. p. Et lex hac. ff. si quad. pau. S. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 2. q. 4. recep. tum ab aliis di. 15. q. 1. a. 6. q. In 4. li. sen. de res. q. 34. r. In d. qu. 34. s. Vbi sup. nu. 891. t. Hom. 9. super Ezechiel. v. 2. q. 72. a. 3. x. In ca. nolo. 12. q. 1. & ca. non sunt audiendi. 11. q. 3. y. Nu. 268. z. Lib. 4. qu. 6. ar. 3. de iust. & iur. a. Ar. c. si. de iniur. b. In v. prace. & ubi supra nu. 685. c. Quol. 11. lit. R. d. Vbi sup. nu. 773. e. In dicto Quolibet. col. pen.

a Li. 4. q. 6. a. 3. de iur. & iur. b. 2. 2. q. 62. a. 2. c. m. 4. li. sen. dist. 15. q. 2. ar. 3. ad 2. c. In dist. ver. quid de accusatione. d. In d. dist. 15. qu. 16. e. 2. 2. qu. 72. ar. 3. f. Lib. 4. qu. 7. ar. 3. de iust. & iur. g. c. 17. nu. 6. h. Quolib. 11. i. 2. par. tit. 2. c. 1. §. 3. k. In 4. de re. q. 33. Quolib. 11. l. De ratione reg. vel de re. secr. memb. 1. q. 5. m. Ver. restit. ca. peccatum. de reg. iur. li. 6. n. Ca. statutu. §. si quid ad iudicia glo. de re. c. lib. 6. ca. exigis. de cens. si. eod. lib. per locum ab ipe. ciali. o. 2. 2. qu. 73. artic. 2. & in Summa ver. detractio. p. In d. dist. 15. q. 16. q. Ca. quid di. cam. 4. qu. 4. Arch. in c. si. ent. hi. 47. dist. 1. Ca. quatuor. paciu. iud. gl. de pa. l. 6. & gl. le. de vno. de re iur. s. Vbi sup. nu. 878. & 883. t. Nume. 28. v. lux. gl. cap. peccatum. de reg. iur. lib. 6. x. In c. bona si des. de depof.



l. i. ff. de cõ. penjat.

b Arg. l. cum Aquil. ff. de tranjat. c l. nò solum §. i. ff. de inu. d. l. cum de in debito. ff. de prob.

e In dñ. repet. concla. 4. c. seq.

f l. 2. q. 62. a. o. ad 3. c. in paruis opusculis li. 17. ro. 14.

g Supr. c. pro ximo nm. 39. c. seq.

h Li. 4. qu. 6. ad 3. de iust. c. iur.

i Iuxta c. of. fcy. de p. c. remif. fupr. c. 10 n. 43. de claratum.

k 2. p. si. 2. ca. 2. §. 3.

l In 2. 2. qu. 62. a. 2. ad 2.

m In 4. de ro. qu. 33. n. Vbi su. à n. 556. c. à n. 804.

o 2. 1. q. 62. a. 2. ad 2. p. Ricbar. Seo ti c. alioru. dist. 35 ar. 5. q. 1. c. Scoti. q. 4. art. 3. q. In aliis qua stionibus ibidem. c. Vbi supra.

alterius. <sup>a</sup> Ad secundum, quòd condonatio infamiz facta petenti generaliter veniam omnium detractionum excusat restitutionem earum, ad quas verisimilis intentio condonantis extenditur, & nò aliarum. <sup>b</sup> Ad tertium, quòd infamatus conuersando familiariter cum infamante, videtur quidem remittere iniuriam, <sup>c</sup> non tamè obligationem restituendi sibi famam, quam abstulit, sicut nec alius creditor per conuersationem cum debitore remittit debitum. <sup>d</sup> Dixi, *Cessante causa*: quia sunt aliquot causæ ab hac restitutione excusantes, è quibus est iustus timor mortis & salutis: quãuis teneatur ad resarciendum damnum alia via: quia quatuor sunt bonorum ordines, videlicet, animæ, corporis, famæ, aut honoris, & pecuniæ: & bona primi ordinis sunt potiora bonis secundi: & secundi potiora tertij, & tertij potiora quarti, vt alibi <sup>e</sup> tractauimus: & nemo tenetur restituere bona inferioris ordinis cum iactura bonorum superioris, quamuis sic cum iactura bonorum eiusdem, aut inferioris ordinis, vt singulariter Caietanus <sup>f</sup> determinauit. Cuius determinationem in hac traductione <sup>g</sup> defendimus aduersum Sorum. <sup>h</sup>

Ad dubium autem, quod videtur hoc consequi, An is, qui suo mendacio fuit causa, vt alius perderet maxima bona, excusaretur à restituendo, si restituit eis perderet locum honoris, quem habebat in populo ratione diuiciarum? Respondeo concedendo sequela, quo ad talem restitutionem, quæ non posset fieri sine tanta falsitatis detectione: non autem quæ ad aliam. <sup>i</sup> Porro ex eisdem causis est tãta obliuio dictæ infamationis, vt petinde sit, ac si numquam dictum fuisset, secundum S. Antoninum, <sup>k</sup> ne pro restitutione famæ, reuocatio infamiz fiat: quãuis mea sententia, resarcire deberet iudicio boni viri, pecunia, beneficiis, aut laudibus damnum, si quod à tẽpore illatæ infamiz vsque ad eisdem obliuionem fuerit passus: Dixi, *Ac si numquam dictum fuisset*: quia si qua eius memoria restat, restitui debet. Tum quia singulariter Caietanus <sup>l</sup> determinauit, eum, qui adolefcens falso apud æquales iactauit se cum tali puella rem habuisse, & postea senex illius peccati, & damni, quod proximo intulit recordatus est, apud eisdem mendacium reuocare teneri. Tum quia difficile est certo scire, id in perpetuam obliuionem venisse, cum quod quis vno die nò meminit, altero die recordetur. Tum quia interdum tãtò firmitus credimus, quantò quis detractionem, quam fecit post tot annos, & post tam frequentem confessionem, ac cõmunionem nò curat reuocare. Adde, quod Caietanus sentit huic moderatio ni non esse locum, nisi in detectore veri secreti: nã secundum ipsum impositor falsi, tenetur ad restitutionem, nò obstante obliuione. Quod durum nobis videtur, deberet enim sufficere saltè querere ab eo, apud quẽ id imposuit, nũ alicuius delicti, quod de tali dixisset, meminisset: & si responderet negatiue, eum rogaret, ne ob aliquod suum delictum eum peiorẽ putaret, testans sine aliqua expressione, falsum sibi dixisse.

48 Ex eisdem est etiam diuulgatio eius, quod malè detectum fuit, facta alia via, quamuis teneretur restituere damnum interiecto tẽpore à tẽpore infamiz, vsque ad diuulgationem acceptum, vt singulariter sentit Adrianus, <sup>m</sup> & nos probamus. <sup>n</sup> Dixi denique *iuste*, ad significandum, quòd sicut nullus laedens iustè famam alterius, vel suam peccat: ita nec tenetur ad restitutionem, non autem ad significandum, quòd omnis, qui detrahit iniustè, ad id tenetur: excusatur enim ob prædictas causas: & quoties non dedit iustam causam credendi, vel nò fuit ei adhibita fides, vel læsio fuit parua.

49 Vnde nò obligatur accusatus de vero crimine secreto, ad restituendum famam, quam accusator amisit, eo quòd illud non probauerit, si illud confiteri non tenebatur: quãuis negando peccaret. Nec etiam si confiteri tenebatur, si non responderet accusatorem calumniari, sed decipi. Nec quamuis respõdeat calumniari, si sibi nò credatur, eo quòd iudices, & alij credunt, accusatorem (quamuis intentum probare non potuerit) contra suam conscientiam non accusasse, vt pulchrè hæc omnia Caietanus <sup>o</sup> probauit. Et contraria communis, <sup>p</sup> & aliorum, <sup>q</sup> procedere potest in accusato, qui ad confitendum crimen obligatus, non solum illud negat: sed etiam affirmat suam accusationem calumniosam esse, & id persuadet, quidquid Caietanus <sup>r</sup> de hac re subtiliter magis, quam securè disputet. Ad nouè hic quaesitum respondeo, eum, qui ad pœnã debita minorem à iudice dam-

natur, eo quòd negat veritatem, quam tenebatur confiteri, non obligari in conscientiz foro ad subeundam eam, ad quam damnatus fuisset confessæ veritate: quia in eo non tenetur ad pœnã, donec à iudice damnetur. <sup>a</sup> Dixi, *ad pœnã*: quia debitum, & interesse citra condemnationem, inmo & post iniquam absolutionem, debetur. <sup>b</sup>

50 Nec itè obligatur, qui delicta aliena à se audita otiosè, absque tamè affirmatione solum refert, quamuis audientes ea credant secundum Adrianum <sup>c</sup> & Syluestrum <sup>d</sup> quia non dat eis iustam causam credendi, nisi circumstantia personæ, vel alia eam iustè efficeret, & nisi referens existimet, aut existimare debeat, quòd audientes ea ita credet, petinde, ac si affirmaret, per rationes positas, <sup>e</sup> nec qui stultè refert delictum scientibus illud, quamuis tunc de illo nò cogitent. Nec quando, qui dicit adeo leuis est, & qui audiunt adeo graues, vt eius dicto nihilo moueantur. Nec quando is, in quem dicitur, adeo vilis est, & absque aliqua fama in illa materia, vt nullam notabilem iacturam faciat. <sup>f</sup> Nec qui peccatum alienum cum tali sui auctoris penitentia refert, vt absque aliqua infamia eum honoret. Nec qui solam occasionem remotam infamiz præbuit: vt qui ioco quãdam monialem interrogauit, *Cur filium suum ad fores Ecclesie, aut xenodochij exponi fecisset?* & illa apud Deum, & homines <sup>g</sup> valde quiritas, apud aliquos in prauam suspicionem venit. Nec etiam iuxta Sorum, <sup>h</sup> detractor cõspicuus, & dignitate antecedens, restituere tenetur famam alicuius hominis infimæ sortis, quia, vt ipse ait, eum excusat pretiosa famæ amissio: quam in eiusmodi restitutione faceret, vt à restituendo aliquo exiguo bono, quis excusatur ob magnam iacturam suorum, quam ob id faceret. Quod vt nouum ita videtur durum in praxim deductum, nisi alia iusta compensatio fieret, aut obtineretur condonatio.

<sup>a</sup> Valde quiritans. Quiritate est vociferando fidem Dei & hominum obtestari & implorare aduersus aliquem, à quo graui aliqua affectus iniuria nos existimamus. quod verbum huic loco conuenit, non queritor.

De detectione, siue reuelatione secreti.

- 51 Secretum confessionis non reuelandum, etiam metu mortis nisi vno casu.
- 52 Secretum quid, & quotuplex, & cuius detectio mortalis.
- 53 Epistola clausa qua apertio mortalis.
- 54 Secreta perniciose reuelanda, non autem alia, etiam metu.
- 55 Confessio, qua multis videtur, & non est sacramentalis.
- 56 Correctio fraternalis quando non necessaria.
- 57 Fama proximi seruanda, quando aliter ipse potest seruari.
- 58 Reus quis confitendo crimen non peccat.
- 59 Reus quis consortes tegere, aut detegere debet.
- 60 Confessarius, quos reos se, & consortes reuelare iubebit.
- 61 Iudex, qui reum de se, & consortibus interrogando, & torquendo peccat.
- 62 Secretum nulli noxium, etiam iubenti non reuelandum.
- 63 Reuelatio mali proprii, & neglectus fama, qua mortalis.
- 64 Secreti promissi detectio peior, quam non promissi.

**V**IGESIMOSEXTO peccat confessarius, vel quiuis alius, qui detegit aliquod peccatum, quod iustè, aut iniustè medio confessionis Sacramentalis didicit (quamuis sit veniale) absque facultate iusta de causa à penitente facta. Et consequenter etiam inter pres confidentis lingua cõfessatio ignota. Et laicus, cui aliquis in extrema necessitate confiteretur: & doctor, à quo cõsiliu de confessis petitur. Et qui se confessariu finxit, quò alicuius peccata nosceret, etiã si tormentis adactus, & quilibet maximo metu mortis id fecerit: quia omnes isti obligantur ad subeudum potius mille mortes, quam id facere, vt prædictus Doctor <sup>b</sup> dixit, & nos ante ipsum copiose <sup>c</sup> scripsimus.

52 Pro cuius, & aliorum declaratione dico primò, quod secretum in genere definitur potest, esse id, quod à nemine, vel à iam paucis scitur, & quod neque est famosum, neque notorium, ex mente S. Thomæ <sup>d</sup> & eiusdem, & Scoti, <sup>e</sup> & Caietani. <sup>m</sup>

Dico secundò, quòd diuiditur in secretum, quod de se ab vno solo sciri potest, quales sunt soli & omnes actus interiores animæ hominis: & in secretum, quod de se à plurimis sciri potest: qualis est omnis actus exterior, qui non

a Iux glo. receptam in ca. fraturnitas. 12. q. 2. c. 5. Tho. 2. 2. qm. 62. arti. 3. pro quibus sex in §. hinc sub. c. sue. 33. qm. 2. b Inno. cum cõi. in ca. quia plorique de immo. Ecclie. c Vbi sup. e. a. ris. sub. fia. d Ver. detractor. q. 4. e In dicta cõ. cl. 4. f Iuxta A. dria. in dicto Quolib. 11.

g Li. 4. q. 62. 3. de iust. c. iur.

h Li. de ratio. na teg. mem. 3. qm. fia. i In ca. sacerdos. de p. d. 6. à nu. 110. vsque ad nu. 103. c. post ipsum in d. ro per. concl. 6. k 2. 2. qm. 70. art. 2. ad 2. l In 4. lib. ff. dist. 21. ibi recept. m 2. 2. qm. 11. art. 3.

est famo



est famosus, nec notorius: quod rursus diuiditur in tres species. Prima, quæ de se sine vlla promissione scientem obligat ad se celandum regulariter, quale est omne occultum, cuius detectio noceret animæ, corpori, honori, vel famæ, vel fortunæ alicuius. <sup>a</sup> Secunda est, cuius celatio à sciente expressè, vel tacitè promissa est. Tacitè promittitur, cum id colligitur ex modo dicendi secreto, nulla de celâdo expressa promissione facta, vt doctor subtilis <sup>b</sup> sentit. Tertia, ad quam celandam lex diuina positua confessionis Sacramentalis obligat. <sup>c</sup> Tale est omne peccatum Sacramentali confessione detectum.

Dico tertio, quod prima species secreti præcipitur illa lege naturali generali de nõ nocendo proximi animæ, corpori, honori, vel famæ, aut fortunæ, quæ decerpitur ex septem præceptis secundæ tabulæ Decalogi, <sup>d</sup> quæ probant non esse nocendum proximo aliquo modo. Secunda verò prohibetur lege naturali de præstandis promissis. <sup>e</sup> Tertia verò etiam per legem diuinam posituam de seruando secreto confessionis, & ideo tam obligat, quàm alia duæ: quia obligat, quotquot illud directè, aut indirectè sciunt sub pœna peccati mortalis in omnibus casibus, vno solo excepto, scilicet quando pœnitens iusta de causa illius detegendi facultatè facit, vt <sup>f</sup> latè probauimus. Et secunda magis obligat, quàm prima: quia obligat in omnibus casibus, in quibus prima, & aliquot aliis: nam qui promissit seruare secretum, ex quo seruato graue damnum alteri non inferatur, non debet detegere illud, etiam præcipiente superiore. At prima species non æquè obligat: quod enim quis scit aliter, quàm per secreti commissionem, tenetur reuelare superiori præcipiente, etiam si ex eo seruato nullus læderetur, secundum S. Thomam. <sup>g</sup> Verum est tamen, quod promissio seruandi secreti parui momenti non obligat, nisi ad summum ad veniale, vt rectè Caietanus dixit, <sup>h</sup> sicut nec secretum, de occultis parui momenti, & venialibus obligat ad maius. Non enim magis pecco detegèdo risum tuum immoderatum veniale secreto mihi dictum, quàm si eundem secretò à te fufum detegerem, secundum eundem.

Dico quarto, quod omnis detectio peccati confessione Sacramentali detecti, aut per eius medium sciti, est peccatum mortale, excepto casu prædicto, siue illud secretum sit, siue publicum, siue graue, siue leue, secundum omnes. Quamuis interdum sit mortale triplici ratione, vt cum peccatum detectum est occultum, & graue: quia eius celatio est tacitè promissa. Interdum duplici, vt cum est publicum, & leue. Interdum verò vna tantum, vt cum est leue per prædicta: vel tunc quando peccatum confessum est parui momenti, aut publicum: tunc enim non est peccatum mortale, nisi per legem diuinam, & canonicam, quamuis sit veniale, ob eius secretum tacitè à confessario promissum. Vnde videtur, quod confessarius, qui reuelaret peccatum graue, teneretur confiteri circumstantiam prædicti duplicis, vel triplicis vinculi, si adesset, per prædicta supra. <sup>i</sup>

Dico quinto, quod detectio secreti aliarum duarum specierum est mortalis, nisi fiat in casu à iure permisso, aut res sit tam parui ponderis, quod eius detectio nemini notabiliter noceat, & absque intentione notabiliter nocendi fiat: quia quamuis id obuiet legi naturali prædictæ de non nocendo, nec reuelando malo secreto, vel secreto commissio: propter tamen paruitatem damni definit esse mortalis, sicut mendacium etiam est contra illam, & non est mortale, nisi sit notabiliter nocens, vt dictum est supra. <sup>k</sup> Et furtum paruum rei contra legem quidem naturalem est, <sup>l</sup> nõ est tamen mortale, per prædicta. <sup>m</sup> Ratio autem, quare detectio peccati, etiam leuis confessi sit mortalis, est, quia licet per eam parum lædatur proximus: plurimum tamen læditur Sacramentum confessionis, & publica utilitas, quatenus retrahit pœnitentia ad confitendo, ne cõfessa peccata publicentur: quæ colligitur ex iure Canonico. <sup>n</sup> Oportet autem, vt sciat secretum esse parui ponderis, ad hoc, vt eius detectio non sit mortalis: quia si probabiliter dubitetur, an sit grauis ponderis, mortalis esset. <sup>o</sup>

<sup>p</sup> Vigesimo septimo peccat mortaliter, qui referat, aut legit literas obseratas, aut scripturas alienas, quæ in secreto obseruabantur, animo lædendi aliquem notabiliter, vel lædendo, aut aduertens, vel aduertere debens, quod inde posset notabile damnum sequi, per prædicta, <sup>p</sup> nisi ex cõsensu

A expresso, aut tacito eius, à quo, vel cui mittuntur, id faciat, aut de auctoritate legitima, <sup>a</sup> vt tempore belli Præfecti finitimis hostiũ locis eas referant. Prælati item, & prælata eas, quæ suis monachis, aut ab eis mittuntur. <sup>b</sup> Peccat autem, sed non nisi venialiter, qui aperit sine cõsensu, imprudenter, putans eas ad se missas, aut ob curiositatem, sine vlla intentione nocendi notabiliter, & sine vilo nocemento notabili, aut periculo probabili eius inferendi, sola causa sciendi noua, vel captandi risum ex barbara cõpositione, aut ex eleganti voluptatem: quia id non est contra caritatem Dei, nec proximi necessariò habendam: peccaret tamen mortaliter, si id faceret cù prædicta intentione, vel prædicto nocemento, aut periculo certo, vel probabiliter dubio nocendi: <sup>q</sup> quia est falsarius vt ait glossa approbata. <sup>r</sup> & quia vitium re aliena contra voluntatem domini, & ita admittit furtum, <sup>s</sup> & per alias rationes, quas scripsimus alibi. <sup>t</sup> Nec obstat, quod hæc ratio videtur idem concludere in casu proximè præmissis: quia in illo paruitas, vel (vt ita dixerim) nullitas damni excusat à mortali, vt in quacũque alterius præcepti materia, iuxta dicta. <sup>u</sup> Adde his illud quotidianum S. Antoninum & singulariter asserentis, inimicum mittentis, vel eius, cui mittitur, epistola absque aliquo peccato referare posse, si per illam aliquod damnum sibi parari iuste timeret: quod videtur habere locum, etiam quado probabiliter timetur, datum iri per eam aliquod damnum iniustum alteri, & quo illud impediatur, illam referat, <sup>v</sup> cauendo tamen, quoad eius fieri poterit, ne cui vllũ damnum iniustum inferatur. <sup>w</sup>

<sup>x</sup> Quia est falsarius, vt ait glossa. Illa quæ hic Nauarius citat, glossa non habet eum esse falsarium, sed puniendum tamquam falsarium, quod longe aliud est.

<sup>y</sup> Vigesimo octauo, qui secreta in iniustam aliorum perniciem non vergentia Ciuitatis, concilij aut exercitus ad eorum magnum damnum reuelat, etiam si metu tormentorum, aut amissionis vitæ id faciat, per prædicta. Vnde sequitur Hispanum à Gallo in bello captũ, quantalibet tormentorũ vi torqueretur, nõ posse, salua cõscientia, secreta iusta exercitus Hispani, ad ipsius cõseruationem necessaria detegere: nec contra, Gallum Hispanis secreta exercitus Gallicani, nec illum, qui delictum alienum secretũ violenter sciuit, vt idem prædictus doctor singulariter affirmat: quamuis hoc, & quod de secretorum testium litigantium detectione nullis tormentis facienda dixit, moderatè nobis videtur, vt solum procedant, in dano irreparabili, vt quia mors, vel mutilatio membri sequeretur: non autem quado sola pœna pecuniaria, vel alia ex illis, quæ faciliè à detegente reparari potest timetur, vt ibidem innuimus. <sup>z</sup> Dixi, in iniustam aliorum perniciem non vergentia: nam talia reuelari possunt, exẽplo illius prudētissimi, & fidelissimi Chusai, qui consilia Absalonis pessima Dauidem admonuit, <sup>aa</sup> & Elisei, qui iniqua secreta Regis Syriæ Israelis Regi denũciauit: <sup>bb</sup> non enim peccat, immo bono fungitur officio, qui denunciat cui, quando, & quomodo oportet, peccatores, peccata, & stratagemata damnosa Reipub. aut proximo, quia hoc iure potest, & debet fieri, vt larius alibi <sup>cc</sup> probauimus, per varia iura, <sup>dd</sup> de quibus est cap. præterea, <sup>ee</sup> quatenus habet eum, qui scir aliquem rem habuisse cum consanguinea eius, quã vult ducere, teneri denunciare, quod iniustum matrimonium, & peccata, quæ ex eo orirentur, impediatur. Quæ etiam procedunt in presbytero: potest enim etiam ille proditioes, homicidia, & alia delicta parata, denũciare absque periculo irregularitatis ob id incurrendæ, modo protestetur, se id solum facere ad cauenda mala quæ imminet, vt sine sanguinis effusionis pœna impediatur, vt pulchrè Caietanus <sup>ff</sup> probat, <sup>gg</sup> licet protestatio solum videatur necessaria quo ad forum exterius, per dicenda. <sup>hh</sup> Presbytero, in quã etiam iurato seruare, & non detegere illa secreta secundum Innocentium receptam, <sup>ii</sup> modo illa aliter quàm per confessionem Sacramentalem nouerit: per eam enim solam cognita in nullo mundi casu detegi possunt, iuxta communẽ, & veram opinionem, quam copiosè <sup>jj</sup> probauimus, excepto vno, de quo ibi, & supra <sup>kk</sup> diximus.

<sup>ll</sup> Dixi, Sacramentalem, quia oportet esse talem, per quam pœnitens verè cõfiteatur peccata sua, non enim sufficit dicere, Hoc tibi dico in confessione, iuxta Innocentium, Panormitanum & communem, <sup>mm</sup> etiam si genibus flexis, & signo Crucis fronte signata, id fiat, absque proposito confitendi

a Ca. ff. peccati uerit. 2. q. 1. & notatur in c. qualiter. & quando. 1. de accus.

b Vbi supra. c De qua supra. c. 2. m. 3.

d Exodi. 20. e l. i. ff. de pa.

f In d. c. 9. dist. 2. in d. c. sacerdos. a. num. 30.

g 2. 2. p. 70. a. ad 2. h In dicto m. 1.

i Capit. 6.

k Exod. m. 2. l. i. ff. de fur. m. Supr. c. pro ximo. m. 2.

m Ca. si diliget. n. & notatur in d. de foro cõp. o Arg. cap. si quis autem. de pa. d. 7. c. coram, qui in bi latè tradimus. p Sup. ad. c. num. 2.

a Arg. l. infle. ff. de acqui. pos. b Canon dicitur. 12. q. 1.

c c. cum olim. de of. deleg. d l. i. ff. de fu. §. placuit. inf. de obliga. qui ex delict. e In d. c. sacerdos. f In c. 11. n. 4. g 2. par. sim. l. c. 22. §. 5.

h Ar. c. nõ in inferenda. & iorum, quibus congerim. 23. quest. 3. i Arg. ca. cõ cessante. de appella.

k 2. Reg. c. 17. l 4. Regum cap. 6. m In d. ca. sacerdos. p. 14. c. seq. n Per ca. non in inferenda. 23. q. 3. c. 5. i. d. ff. 83. ca. quanta. de ff. excom. & ca. ipsa pietas. 23. q. 4. c. alia. o 2. de spons. p. 2. q. 33. art. 7. q Pro quo sũt ca. Episcopus ne cleric. vel monach. lib. 5. c. c. pralata. de homicid. eod. libr. r Infra c. 27. nu. 220. s In c. qualiter. 1. de accus. fa. Panor. in ca. delicta. de excess. p. 1. & alios alibi. t In dicto ca. sacerdos. l. n. 110. ad 151. v Proxima. n. 51 c. e. m. 17. x In c. omnia. de pa. & r.





a Vbi supra. memb. 2. q. 7. art. 1. b 2. 2. q. 70. art. 1.

c Matth. 18. d Relatum in c. speccaueris 2. q. 1. c. in c. nonis. de iudi. c. 2. 2. q. 33. a. 7.

f Quolib. 11. art. 12. g In d. c. sacer dos. nu. 14. c. seq. h Vbi supra. art. 12. i 2. 2. q. 69. a. 1. c. 2.

k Ibidem. l Vbi supra. m Per c. quã do. versic. non tibi dico. ut se prodas. de peccat. disti. 1. c. c. h. omnis. o. qu. 1. c. ca. 2. de maior. c. obed. c. 2. de confes. c. alia.

p Et no. in ca. 1. de confes. l. 1. Co. de custod. c. exhi. ror. l. in. ff. ad exhi. l. la. trone. l. diuina. Adria. ff. de custod. c. exhi. l. pronuncia rum. C. d. a. f. iria. c. l. 4. s. mandatu. ff. ad l. lul. pecu. o. l. 1. Cod. de fals. mon. p l. in. Co. de malef. c. mala.

q l. penul. c. f. C. ad leg. luli. maief. r Ca. in fidei fauore. de heretic. lib. 6. s. Per dicitur in d. rep. c. in ter verba. c. cl. o.

t De vai. seg. memb. 2. q. 6. pag. 17. v Ca. p. r. 1. c. 2. de pecc. 3. capi peccati venial. de regul. iuris. li. 6. c. 6. legat. r. 2. q. 1. a. 2.

x Contra l. fin. ff. de iuris. om. iudi. c. c. de conf. lib. 6.

peccata, & absolutionem accipiendi, quia talis detectio non est Sacramentalis, nec maiori secreti vinculo obligat, quam aliud extra confessionem detectum, vt rectè determinat Sotus, & ante ipsum clarius, & firmius Caietanus, quem ille non refert, cuius rei ignorantia multi grauerent, & eis, quibus detegunt, ingerunt scrupulos, an debeant illa detegere, dum super eis denunciandi, fertur excommunicatio, vel vt testes coram iudice sistuntur, vel vrgentur necessitate denunciandi, eo quod sunt Reipub. aut proximo perniciofa.

56 Aduertendum tamen, quod detectio peccati occulti, etiam alteri perniciofa, non licet: nisi fraterna correptione præmissa. iuxta illud. *Si peccauerit in te frater tuus: corripe illum inter te & ipsum solum*, præsertim si ea sciens probabiliter credit suis precibus, & admonitione secreta, illa impeditum iri, secundum S. Thomam receptum communiter. Dixi, *probabiliter credit*: alioqui enim posset, & deberet statim iudici denunciare. Ex quo sequitur in prodicionibus contra Rempub. paratis, & hæresibus ad docendum alios directis raro fraternam admonitionem secretam necessariam esse: raro enim quis probabiliter credere potest, prodicionem, & hæresim sola monitione omnino cessaturas. Aduertendum item, quod tunc demum oportet denunciare personas, & delicta, quando ad occurrendum imminenti malis id esset necesse: quia si sufficeret generalis admonitio, quod aliqua mala parantur, non esset facienda declaratio specialis: & si sufficeret sola specialis delictorum, non esset facienda personatum, vt S. Thomas determinauit, & nos laus scripsimus, vbi multis rationibus probauimus, seruandam esse famam proximi, quoties sine illius detrimento, eius animæ mederi possumus. Aduertendum item, quod sicut bene facit, qui fraterna correptione præmissa, bono animo crimè occultum Ecclesiæ denunciatur (quia quamuis sit qui defendat, correptionem fraternam non esse lege diuina speciali præceptam, nemo tamen ferè est, qui neget, eam lege generali caritatis præceptam: ) ita qui malo animo id facit, verus coram Deo detractor est, secundum S. Thomam.

57 Vigesimo nono peccat, qui reus secundum iuris ordinem interrogatus sua delicta secreta graua non confitetur: & contra qui confitetur illa contra iuris ordinem interrogatus, secundum mentem omnium. Dicitur autem interrogatus secundum iuris ordinem semper, & solum, quando tria concurrunt. Primum, quod iudex interrogans sit competens. Secundum, quod delictum sit probatum plene, vel saltem semiplene, hoc est saltem per vnum testem: omni exceptione maiorem, vel per iudicia illi æquipollentia, vel per infamiam plene probatam. Tertium, quod sit notificata illi huiusmodi probatio, vt sciat, in quo statu est, vt colligitur ex S. Thoma, & Caietano eum pulchre declarante, quos alibi etiam laus munimus per multa capita, quibus probatur, neminem se debere prodere, & quemlibet scientem se iam proditum per semiplenam probationem debere iudici præcipienti, vt fateatur, parere.

58 Trigésimo, qui reus consortes suos occultos non detegit in casibus, in quibus id faceret debet: aut contra detegit, in quibus non debet. Regulariter autem, non debet, nisi solum in casibus expressis, de quibus est crimen falsæ monete, & maleficij, & prodicionis, & hæresis. Quibus addo, quod rei, qui contra se confessi sunt, etiam non interrogati, debent declarare socios, quos iuste credunt præteritorum non poenitere, immo paratos esse ad noua, cum magno damno publico, aut priuato committenda, nec per Euangelicam correptionem correctum iri: quales sunt regulariter latrones, nummorum falsarij, hæretici, stryges, fascinores, & alij similes. Quinimo confessarij eiusmodi reos monere debent, vt tales socios denuncient, vt particulariter dixit Sotus, quod si non fecerint, nostra sententia, ita peccant hi non admonendo, & absoluendo, ac illi non denunciando: absoluunt enim impoenitentes contra ius diuinum, & humanum.

59 Trigésimo primo peccat iudex, qui interrogat reum de seipso, vel de consortibus suis præter iuris ordinem: quia iniuste datur causam notabilis infamiae proximi, dum extra potestatem suam inquirat, & idem si contra omittit interrogare, cum debet, secundum eundem iuris ordinem: quia

præiudicat notabiliter Reipub. cuius interest delicta puniri. Quis autem ille sit iuris ordo, secundum quem debet, vel non debet interrogare reum de se, in præcedenti modo peccandi dictum est. De consortibus autem non debet interrogare, nisi in casibus à iure expressis: & in illis non nominatim, an sint illi, aut illi: sed generatim, an sint aliqui: & quod doceat reum, si videt eum nescire, aut faciat facultatem ei consulendi confessarium, an teneatur, & quos reuelare: alioquin enim non audeat excusare illum à peccato mortali, præsertim si id faciat persuasus, iustum esse per fas, aut nefas detegere crimina, & quocumque modo seueri iudicis, atque executoris famam sibi comparare, cogendo reos ad bene, vel malè detegendum omnes suos socios, etiam iam coram Deo emendatos, etiam si nulla fama, neque indicium sit contra illos. Et minus excusare audeat eum, qui tormentis cogit reos ad reuelandum socios, etiam in casibus, in quibus interrogare permittitur, quando nulla fama, neque indicium, nec præsumptio legitima dicitur, eos habere socios, vt rectè Salicetus concludit. Neque eos, qui in Castella, & Italia torquent reos de suis delictis conuictos testibus, vt confiteantur, quo beneficium appellationis amittant, contra communem Theologorum, & Iurisperitorum sententiam: nisi cum adeo clarè sunt conuicti, quod in conscientia tenentur confiteri, & iuste iudex præsumit ob solam malitiam differendi iustitiam eos pernegare, vt latè scripsimus, limitando communem in hoc casu.

60 Trigésimo secundo peccat, qui peccatum sibi secreto communicatum, quod non vergit in graue damnum alterius, etiam iudice competenti præcipiente, reuelat secundum S. Thomam. Immo etiam quando vergit in damnum alterius, si alia via potest illud excusari: quin, & quando alia via excusari non potest, id solum est detegendum, quod remedio est necessarium: nam dictum S. Bonaventuræ, qui contrarium videri potest alicui sentire, reducendum est ad prædicta.

61 Trigésimo tertio peccat Episcopus, aut alius prælatus, aut publica persona ad aliorum salutem prouidendum constituta, quæ seipsum infamat, aut se notabiliter infamantibus non resistit, aut modestè suæ famæ restitutionem non petit, secundum S. Thomam, licet alij religiosi, quibus sola propriæ salutis cura est, iuste possint ferre patienter, quatenus eos tangit, nisi caritas Dei, aut proximi contrarium requirat. Magis enim quandoque prodest proximis alacris patientia falsæ infamiae, quam eius contradictio: nec ob id propriam famam negligunt, cum eam Deo offerant, vt sentit S. Thomas. Dixi, *nisi caritas*, &c. quia sicut quibus religiosus licet curam de sua fama habere potest, & eam tueri: ita si degit inter personas ad se imitandum paratas, secus faciendū peccaret grauius, & à fortiori si seipsum infamat.

Trigésimo quarto peccat, qui interrogatus iuridicè in visitationibus de peccatis publicis, aut satis generaliter de peccatis, nulla expressione facta de occultis, aut iniuste facta expressione de illis, reuelat occulta, siue ipsi fuerint secretò detecta, siue ipse viderit ea in secreto fieri, si non erant præparaciones ad alios nocendū, aut si denunciat, quæ probare non potest, iuxta illud Sapientis. *Qui ambulat fraudulenter, reuelat amici commissum*: quod quatuor decretis, & aliis confirmamus. Tum quia quamuis iuret se dicturum, quod scit, verè respondere potest se illa nescire absque periurij metu, intelligendo intra se, illud se non ita scire, vt detegere teneatur, quidquid dicant Genesis à Sepulveda, & Sotus: quod neruosius postea confirmauit. Tum quia, qui iurat dicere, quidquid scit, intelligitur iurare dicere, quod licet potest, & non amplius.

62 Trigésimo quinto peccat, qui secretò sibi commissum diuulgat, aduertens, aut aduertere debens inde securum alterius notabile damnum, aut notabilem discordiam: licet non sit expressè rogatus, nec promiserit secretum, etiam si erat tale, quod prima facie eius detectio non videretur nocitura, rogatus tamen, eius secretum promisit, & poterat subesse aliqua ratio, ob quam illud rogati notabiliter conueniebat celari. Quamuis solum sit venialis detectio secreti, quam constat nemini notabiliter nocituram, vt rectè Caietanus resoluit per supradicta.

a l. ita vultur rasm. ff. ad l. Aquil. c. ca. ut fama. de sent. excom.

b Contra l. respiciendum ff. de poenit.

c In l. fin. q. 2. C. de accusa.

d In d. rep. c. inter verb. concl. 6.

e 2. 2. q. 69. art. 2.

f Quolib. 10. art. 13.

g Vbi supra. c. explic. C. m. ta. in su. ver. famam propriam. h In d. gl. receptam in ca. semel Christi. de confes. ror. d. 2. per d. c. nolite cap. non sunt audiendi. 11. quast. 3.

i Ar. c. si non licet. 23. qu. 5. k Præter. 11. l Relatum in c. qui ambulat. 5. qu. 5. S. Th. 2. 2. q. 70. art. 1.

m In rep. c. inter ver. 11. q. 3. con. 6. n Henric. de Gaudauo quo li. p. in princ.

o Adria. in 4. de correc. frat. ostensio. col. 6. p In c. humanæ auro. 22. qu. 5.

q Ar. ca. 1. de iur. in l. 6. l. f. procurat. ff. de cõd. indob. q. 2. 2. q. 70. art. 1.

r Et in ca. sacerdos de peccat. dist. 6. ad nu. 10.



De nono precepto, Non concupisces uxorem proximi tui.

CAP. XIX.

1 Amari se velle amore mortali, mortale. CONTRA hoc preceptum eisdem modis peccatur, quibus contra sextum: quia utroque eadem explicitè, vel implicitè prohibentur. Quare modis peccandi contra sextum, a solum addimus, quod peccat mortaliter, qui, vel quæ deliberatè cupit, vel gaudet amari amore libidinoso mortali ab alio, vel alia: quamvis non sic amet: quia cõsentit peccato mortali suo, vel alieno, iuxta dicta: b vbi dictũ est quãdo volũtas, vel cõsensu in propriũ, vel alienum peccatũ, & delectatio morosa sint mortales.

De decimo precepto, Non concupisces rem proximi tui, & de consiliis Evangelicis.

CAP. XX.

- 1 Concupiscentia inordinata rei notabilis mortalis est.
2 Ludus quid, & duplex, & quis venialis, & quis mortalis.
3 Ludus causa principali lucrãndi negotiatio, & communiter mala, num. 4.
5 Ludens ludo verito sibi lege ad mortale obligante, & etiam licito ab impotente donare, vel metu coactõ, vel dolo, mortaliter peccat, & 12.
6 Lex an vlla iuris communis ludi obliget ad mortale.
7 Ludus omnis aleæ, & principaliter ob lucrum prohibitus.
7 Ludus omnis etiam industria principaliter ob lucrum, saltem venialis, & 8.
9 Ludus aleæ rei notabilis clerico sacro, & monacho mortalis, & 10.
11 Ludus de se nullus laico mortalis, & quis ei gloriosus.
13 Ludere quis dicatur coactus.
14 Ludi spectator clericus magis peccat, quã laicus.
15 Ludentium susceptores, & c. vt peccent.
16 Peccantium ministri quando peccent.
17 Ludens dissimulans peritiam, fallens, & non mones, vt peccet.
17 Ludens credito ni iuret, non soluat, & tunc, & c.
17 Iurans soluere perditã quid faciet.
18 Promissio reciproca, siue scommessa, vel apueta que licita.
18 Ludo quasita non restituenda, nisi, & c. & num. 19.

1 CONTRA hoc decimum preceptum peccat mortaliter, Primò quicumque inordinatè contra iustitiam cõcupiscit aliquid notabile. Dixi, inordinatè: quia qui concupiscit ordinatè per emptionem, permutationem, hæreditatem, aut alium iustum titulum, non peccat. Dixi, contra iustitiam, & notabile: quia qui concupiscit inordinatè contra solam liberalitatem, vel parum contra iustitiam, solum venialiter peccat per citata alibi e iuxta mentem S. Thomæ d explicatam ibi per eius commentatorem. Et quia hic solum agemus de transgressione huius precepti per ludum, & iocum, quia de aliis e actum est, pauca de illis præmittimus.

2 Primo, quod ludus & iocus est, actus principaliter factus ad recreandum animum per voluptatem, \* secundum Aristotelem f & S. Thomam. & Dixi, principaliter: quia qui magis fit ob lucrum, vel alium finem, quã ob animi recreationem non est propriè iocus, nec ludus, sed actus alterius virtutis, vel vitij: qui cum fit factis, appellatur ludus, cum autem verbis, iocus. Et est duplex, bonus & malus. Bonus est, qui fit ad honestam animi recreationem sine vlla mala circumstantia: ex quo frequentato generatur habitus, & consuetudo honestè ludendi, & iocandi, qui est virtus, quam Aristoteles h Eutrapeliam vocat. Et quia omnis virtus moralis inter duo vitia extrema excessus, & defectus interiacet, i ita hæc interiacet inter excessum inordinatum ludendi, & inter defectum inordinatũ ab eo abstinendi, vt k probat S. Thomas longè tamen frequentius peccatur per excessum, quã defectum: quia ludo, & ioco què parcè condienda est vita, ac sale cibi, iuxta Ciceronè l receptum, \* Secundum Aristotelem. Aristoteles in 4. Ethic. cap. 8, secundum alios, & secundum alios. 14. de requie sine qua vita transigi non potest agit. & ibi in ludicris facetiisque modum seruantes, quos iuxta Aristotelem, idest iucundos, vrbanos, faciles vocat, laudat. ex eo igitur hanc de ludo definitionem colligit Nauarrus, quæ tamen apud eum ad verbum non habetur.

A Secundo præmittimus, quod ludus, & iocus malus est, qui lege vetatur, vel circumstantia mala vestitur: vt plurimum autem, & suo genere est venialis: quis autem sit mortalis infra dicitur. a

3 Tertio præmittimus, quod ludus exercitus principaliter animo lucrãndi potius est negotiatio, quã ludus, vt ex supradicta definitione colligitur: quæ negotiatio ferè semper mala est. Tum quia per eam aufertur amicis, quibus erant dandum, vt ait Aristoteles. Tum quia per eam quis assuescit bonis aleæ subiciendis, & multum temporis terere. Tum quia est occasio, vt coniuges, liberi, & famuli parui faciant damna bonorum, & custodiã eorum, cum maritum, fratrem, aut herum vno aleæ iactu, rãtam bonorũ iacturam facere viderent. Tum quia paucissimi, aut nulli per eam distent: immo per eandẽ multa mala, & vitia imbuntur, vt Hostiensis admonet. b Dixi, ferè: quia finis prouidendi necessitati cum probabili credulitate lucrãndi à diuitem, vel preces, aut iussus amici, aut superioris diuitis, possent quãdoque huiusmodi ludum, & negotiationẽ honestare. c

Quarto præmittimus, quod ludus non fit mortalis ex sola circumstantia animi principaliter lucrãndi aliquid, etiam notabile, ab eo, qui donare potest, vt probat Caietanus, d neque etiam ex nimio, & ardenti ludendi appetitu: nisi cum extenditur ad alicuius legis, quæ obligat ad mortale, violationem. Qualis est eorum, qui noctes in dies, & dies in noctes vertentes, missas præceptas omittunt, aut subeunt periculum amissionis bonorum, sine quibus nequeunt sustentare vxores, liberos, ac reliquam familiam sustentandã de præcepto, aut debita statuto tempore soluere, aut putatur inepti ad munera bellica, & ciuilia Reip. eis ad illa notabiliter egentis & timentis, ne pecuniã ad ea necessariã eis datã ludo perdant, simul & deplorantis eorũ vicè, quod cum sint aliã reb⁹ egregiè agẽdis apti, ob hãc vnã rem ad id reputatur inepti. Neque etiam ex circumstantia loci sacri: quia nullo id iure cauetur, nisi cum specialiter talis in eo ludus prohibetur: qualis est comœdia rerum prophanarum, e aut nisi fiat cum notabili scandalo, vel irreuerentia Dei, vel Ecclesiæ. f Immo sine villo peccato, & cum merito potest quis in eo ob honestam causam ludere: puta quod infirmus, qui illic est recreatur, quod otium pellatur, aut solatium capiant milites, qui cum tempore belli custodiunt: quamuis sine vlla iusta causa id ibi facere sit saltem veniale iuxta Caietanum. g Neque ex circumstantia personæ: nam sine vlla culpa, etiam veniali, clericus, & monachus interdum etiam talis, & chartis luforiis ludere potest ob honestam causam: puta ad excitandum, vel recreandum socium ægrotum ea re indigentem, modo non frangat legem vllam ad mortale obligantem, de qua infra. h Neque est circumstantia temporis: quia quamuis peccatum sit totum diem festum in ludis præsertim operosis consumere: quales sunt ludus pilæ, prælij vmbrales, & similes: mortale tamen non est, nisi missa, aut aliud diuinum officium præceptum, vel votum omittatur. Neque ex eo, quod potius fortuna, & euentu, quam industria nitatur, nisi alioqui lege prohibeatur: quia immo ludus, qui in quantum talis ad relaxationem animi fit, tantò aptior est, quanto magis fortunæ, quã arti & industriæ nititur: quia intentionem animi magis remittit: & ita contra vulgi opinionem, omnium ineptissimus est ludus latruncolorum, quem Itali Scacchorum, Hispani verò Axedrez, & Galli Eschez vocant: quia is minus, quã alij animum relaxat: quamuis magis liceat, quã aliquot alij, qui lege prohibentur. i

F 4 Secundo peccat mortaliter cõtra hoc preceptum, qui ludit cum irreuerentia notabili Dei, vel dictis, & factis in in se mortalibus, vel mortali circumstantia vestitis. Dixi, Irreuerentia Dei: ob cap. cum decorem. k & Concilium Tridentinum, l quod grauissimè in hæc ferè verba prohibuit: Mandat, & præcipit sancta Synodus, ne de catero quisquam vllis sacra Scriptura locis vtatur ad scurrilia, fabulosa, vana, adulationes, detractiones, superstitiones, impias, & diabolicas incatationes, diuinationes, sortes, libellos, etiam famosos. Dixi, vel dictis, & c. ad includendos ludos impudicos, & alios de se mortiferos. m Dixi, vel mortali circumstantia vestitis: ad includendos ludos, qui fiunt cum notabili scandalo, aut cum notabili alterius nocumẽto, vel periculo eius probabili, n & ad excludẽdos

a Positũ in cap. 10.
b Su. c. 11. num. 11.

c In addis. e. quando de cõscr. dist. 1. & sup. in ca. 11. num. 4. & c. 17. num. 2. d. 2. q. 59. a. 4. & qu. 108. ar. 3. e. supra e. 17. f. 4. Ethic. g. 2. q. 108. ar. 2.

h Vbi supra. i lux. glo. receptam in au. th. inter dicim. C. de epif. & cler. & gl. c. clerici. 2. vbi Pano. & alij, de vita, & honest. cle. k De vita. & honest. cler. & c. decet. 5. cessent. de imm. eccl. l. 6. l Sess. 4. §. fi. m Ar. c. nec solo. 33. qu. 5. & trad. S. Th. 2. 2. q. 154. a. 4. n Arg. c. nihil. de præsi. & c. 1. de tor. neamen. & c. ad audientiam de hõic.

a Num. 4.

b In sum. de excess. pralat.

c Ar. eorum, qua ait S. Th. de mer. catur. 2. 2. q. 77. ar. 4. d. 2. q. 108. ar. 3. & in sum. ma. verb. ludu.

e Capit. cum decorem. de vita, & hon. f Cap. decet. 5. cessent. de imm. eccl. li. 6. g In d. q. 108. ar. 3.

h Num. 6.

i lux. glo. receptam in au. th. inter dicim. C. de epif. & cler. & gl. c. clerici. 2. vbi Pano. & alij, de vita, & honest. cle. k De vita. & honest. cler. & c. decet. 5. cessent. de imm. eccl. l. 6. l Sess. 4. §. fi. m Ar. c. nec solo. 33. qu. 5. & trad. S. Th. 2. 2. q. 154. a. 4. n Arg. c. nihil. de præsi. & c. 1. de tor. neamen. & c. ad audientiam de hõic.



ludos, qui fiunt cum circumstantiis animi principaliter lucrandi, nimirum ardoris, & aviditatis ludendi, sacri loci, temporis, vel personæ sine prædicto scandalo, & nocimento, & periculo, & transgressione alterius legis ad mortale obligantis: hi enim licet, ut plurimum, sint mali, non tamen sunt ob hoc mortales per proximè dicta.

5 Tertiò peccat mortaliter quicumque ludit rem notabilem ludo prohibito sibi lege obligante ad mortale: vel ludo licito cum eo, qui donare non potest, vel à potente donare ad id metu coactò, vel per dolum, & fraudem decepto. Dixi, *notabile*: quia parvitas excusat à mortali, ut supra dictu est, & alias sæpe. Dixi, *ludo prohibito sibi*: quia multis prohibetur aliquis ludus, qui nõ prohibetur aliis: nã multis interdicitur voto, iuramento, aut statutis Collegiorum, & Cœnobiorum aliqua genera ludorum, quæ aliis nõ ita vetantur.

6 Dixi, *lege obligante, &c.* qualis an sit vlla humana iuris communis, quæri potest: & responderi primò, lege obligante, saltem ad veniale, prohiberi communiter omnem ludum, qui magis nititur casu, & fortuna, quàm industria & arte, quo luditur ob lucrum principaliter per iura citata, b quibus omnibus, tam laicis, quàm clericis interdicitur ludus aleæ in vniuersum.

7 Per quam significatur omnis ludus, principaliter nitens sorte, aut casu, quàm industria, & arte ex mente omnium, de quibus est ludus ad tabulas, c qui licet multum nitatur industria, magis tamen fortuna: de quibus videntur etiam esse ludi chartarum lusoriarum, quorum aliqui magna quidem industria nituntur, sed maiori fortuna. Dixi, *quo luditur ob lucrum principaliter, &c.* ad excludendum eum, quò potius causa honestæ recreationis, quàm lucri paruo tempore luditur: ut quo à prandio, vel cœna luditur causa solatij, nullius rei pecuniariæ lucro proposito, vel solum alicuius esculenti, vel poculenti, quod bis lucrifacium semel solvatur, vel spiritali lucro precum aliquarum provinciente à victo dicendarum. Tum quia id permittitur, d Tum quia ratio legis, quæ tales ludos vetat, est refrænare auaritiã, quæ cessat in prædictis, & consequenter ipsa lex, e

8 Secundo dico, quod simili lege prohibetur etiam ludus industria, & arte potius, quàm fortuna nitens, quo æquè, vel principaliter luditur causa lucrandi, quàm relaxandi animum. Tum quia est inordinatus lucrandi actus, cum rei in vnum finem ordinatæ sit vsus in alium ferè semper contrarium: quia ludus ad honestam animi recreationem inuentus, vertitur in negotiationem turpem, eandemque intendentem, & fatigantem ipsum, f Tum quia dicta authentica aleatum: permittens quatuor genera ludorum industria, & arte magis quàm fortuna nitentium, vetat ne præmium maius, quàm vnus solidi proponatur vincenti, tacitè prohibens, ne principaliter auaritiæ causa ludatur, etiam ludo permisso, tacitè etiam limitans legem aliam g quæ permittit ludi pecunia saliendo, currendo, luctando, &c. qui sunt ludi magis industria, quàm fortuna nitentes, ad pecuniam vnus tantum solidi.

9 Tertio dico, quod lege, etiam ad mortale obligante, prohibentur monachi, & clerici beneficiarij, vel in sacris ordinibus constituti ludere huiusmodi ludis aleæ, siue fortunæ illicitis, notabilem quantitatem, præsertim de fructibus beneficiorum Ecclesiasticorum. Tum quia prædictam iustam legem canonicam transgrediuntur. Tum quia præfata capita, h iubent clericum ob aleæ lusum deponi ab officio, vel beneficio: quod mortalem culpam præsupponit. i Et ita hoc Ioannes Maior, Adrianus & Caietanus, k significant. Tum quia in prophanum, & malum vsum reditibus in pium dicatis vtuntur contra illa multa, quæ citauimus. l Tum quia Concilium Tridentinum m præcipit seruari iura ante illud, per Papas, & alia Concilia super ludo, & luxu clericorum statuta.

10 Dixi, *præsertim de fructibus beneficiorum*: quia idem puto, quo ad peccatum, licet non quo ad restitutionem, de his, qui ludunt de bonis patrimonialibus, nam ratione solius ordinis, & professionis interdicitur eis huiusmodi ludi. Canones enim prædicti sine vlla fructuum beneficiorum mentione prohibent eis huiusmodi lusum, vt videre est in eis, fundatis in illo dicto Apostol. n *Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus, &c.* Dixi, *beneficiarij, vel in sacris ordinibus constituti*, ad significandù, quod de aliis idem, quod de

A laicis est censendum, per doctrinam Panormitani communiter receptam. a

11 Quarto dicò, quòd non audeo dicere tam graui lege humana prohiberi laicis lusum, etiam principaliter ob lucrum, etiam magnum. Tum quia prodigalitas eorum de se non est mortalis, vt S. Thomas receptus ait, b & supra c est significatum. Tum quia nõ videntur in hoc submitti prædictis canonibus. Tum quia leges prædictæ seculares super hoc latæ non videntur obligare ad mortale: siue quia intentio legislatorum non fuit illa, iuxta dicenda, d siue quia quo ad hunc effectum nõ videntur receptæ, cum in omnibus mundi partibus, cuiusque ordinis laicos videamus magnam pecuniarum summam, & maximam eorum partem principaliter propter lucrum ludere, & à confessariis, sine proposito nunquam ita ludendi absolui, quod facere nequirent, si in eo mortaliter peccaret, e siue quia leges illæ non tractant de materia iustitiæ, sed tēperantiæ, vel modestiæ: quæ vt plurimum solum ad veniale obligant. Dixi, *lege humana*: quia secus esset, quoties ratione loci, temporis, personæ, vel modi ludendi prohiberetur eis lege naturali, vel diuina, de reuerendo Deum, & sacra, vel de curandis rebus publicis, vel priuatis suis, vel proximi, vel soluendis debitis, ad quæ de præcepto tenentur. Et quidem licet non auisim dicere, eos tam forti lege humana teneri: audeo tamè orare omnes, præsertim illustres, vt secù reputent se grauius, saltem venialiter peccare, turpèmq; negotiationem exercere, f lucrumque, quod in eis sit, turpe ab omnibus appellari, & sapissime esse restituendum. g Et eo maiorem apud virtutis studiosos infamiam incurrere, quòd cum sint maiores, maius scandalum præbent. h Ideoque sine proposito ab eis perpetuo abstinendi non posse sine graui pudore ad sanctissimum Eucharistiæ sacramentum accedere: eoque maiorem gloriam apud Deum, & homines adepturos, quòd cum minore pecuniæ lucro, sola vel penè sola vincèdi gloria proposta pro palmario in signum victoriæ ad iucundam pugnam pro magnitudine sua amicos allicerent.

Quinto dico, ad discernenda prædicta toties quæ principaliter ob lucrum ludere, quoties tanti, aut pluris lucrum facit, quàm animi recreationem. Dixi, *tanti, aut pluris*: quia sufficit, vt tantj faciat illud, ac animi recreationem, per ea quæ pridem diximus, i non autem dixi, vt Siluester, k *Qui non luderet, nisi lucrum proponeretur*: quia vt aliquid sit finis principalis alicuius actus, non sufficit, vt sit causa, sine qua ille non fieret, vt ibi dixi, proposito euidenti exemplo de clerico, qui ad preces matutinas nõ surgeret, nisi lucrifaceret distributiones: neque missam faceret, nisi quã vocant pitantiam speraret: tamen maioris facit illa, quàm quod propter illa datur. Et ita potest quis ludere principaliter recreationis causa, quamuis non luderet, nisi lucrum expectaret. Suam ergo quisque in hoc conscientiam cõsulat.

12 Dixi, *vel ludo licito cum eo, qui donare non potest*: quia qui cum tali rem notabilem ludit, siue sit clericus, siue laicus, peccat mortaliter, secundum omnes: eiusmodi est stultus, puer, mancipium, filius, qui adhuc in patris potestate est, prodigus, coniuu, monialis, monachus, & similes, secundum Ioanem Andream Calderinum & cõmunem. l Iustum tamen videtur id, quod Sotus m insinuat: scilicet, filiũ etiam sub patris potestate constitutum, qui de ipsius licentia in scholis studet, aut in Curia versatur, licitè posse de suo comæatu quatuor, aut quinque de centum, quæ dantur ei, ludo impendere. Cui addo idem dicendum de religioso, qui studet, aut negotiatur impenlis sui Abbatis, modo id honestè recreationis causa faciat: quia pater & prælatus tacitam eius rei facultatem facere videntur, n non placet tamen id, quod ille addit: nempe huiusmodi filium nõ posse à collusore plura lucrari, quàm collusor ab ipso. Tum quia omnes communiter contrarium præsupponunt. Tum quia non est textus, neque ratio, quæ concludat, pauperem aliquem honesto loco natum, & etiam plebeium, & mendicum non posse amplius lucrari à diuite, quàm diues ab ipso. Tum quia cap. si qua de rebus, o & §. pupillus, p probant, contractũ cum pupillo, aut Ecclesia factũ valere in alterius præiudicium, quamuis in eorum non valeat. Tum quia iniuriã pati potest, qui eam facere nequit. q Tũ quia amissa facultate faciendi, & perdendi, facultas patiendi, & lucrandi nõ amittitur, r quãuis eius opinio procedere possit

a Ca. 11. n. 4.

b Ca. episcopus. 35. dist. 1. ff. de alea lusu. & athen. a leorum vsus. C. de relig. & sumpt. iune. C. cleric. 2. de vita. & hone. cler. c Per d. auct. inter dicimus C. de episcop. & cler. & §. interdicimus. authentic. de episc. colla. 9. unde illa sumitur. d Per l. quid in conuicio ff. de alea lusu & vltimo in gl. eius & gloss. d. c. 1. 35. dist. & gl. l. si sib. §. 1. ff. quorum rer. actio non dat. e Luxal. adigere §. quamuis ff. de iur. patro. & cap. suggesti. C. c. meminimus. de appellat. & theoriam Panor. super eis possid. & receptam. f Contra ca. si de verb. sig. nisi. l. legata in nutiliter ff. de adim. leg. gl. 2. ff. de alea lusu. h l. 35. dist. & ca. inter dilectos. de excess. pra. i Arg. ca. non afferamus. 24. quæst. 1. k Vbi supra. in Tract. de redditib. eccle. q. 1. moni. 20. m Sess. 25. c. 1. de reform.

n2. Timot. 2.

a In c. clerici. 1 de vit. & honest. cleri. & in c. 1. de de postul. b 2. 2. qu. 183. art. 7. c Eodem. nu. 1. d Infra c. 23.

e Ca. penitentiæ. 1. & 2. de pen. dist. 3.

f Per dicta nu. 2. & 3. g Vt infra dicitur. h Cap. præcipuè 11. qua. 3.

i In ca. inter verb. 11. q. 3. & in Enchir. de ora. & hor. canonicis. ca. 6. num. 14. & in eius addis. & nuper in comment. ca. cum minister. 23. q. 1. nu. 73. k Ver. ludus q. 2. §. 6.

l In d. c. clerici. 2. m Lib. 4. qu. 5. ar. 1. de in. & iur.

n Ar. glo. cle. 2. de vit. & honest. verb. conuertendũ. & eorũ, quã latè scripsim in ca. cum ad monasterium de statu monach. o 12. q. 2. p In fis. de inu. stipul. q. illud. ff. de iniur. translat. in ca. illud. 5. q. 1. r Per d. l. illud



*a Ar. l. 2. C. si  
min. maior. se  
esse dixi.*

*b Ca. Abbas.  
cum gl. de his  
qua. 21. Et to-  
to tit. ff. quod  
met. caus. Et  
de dolo. Et tra-  
dit. v. 1. Th.  
2. 2. q. 32. art.  
7. ad 2.*

*c Lib. 4. q. 4.  
art. 2. de iust.  
Et iur.*

*d Ca. clerici.  
2. de vita  
Et honest. cle-  
ri. Et authent.  
interdicimus.  
C. de episco-  
pis. Et cle.  
c. Per dicitur su-  
pra. ca. 11. nu.  
4.*

*f Gab. in 4. li.  
sent. di. 15. qu.  
11. artic. 3. du.  
3.*

*g Ad Rom. 1.  
Et c. 1. de offi.  
deleg.*

*h Arg. gl. sen-  
clem Archie-  
piscopo. de pri-  
uileg.*

*i Angel. ver.  
ludos. §. 6.*

*k Arg. ca. er-  
ror. 83. dis. Et  
distorum in  
d. c. 11. ubi su-  
pra. Et ca. 17.  
a. num. 17.*

*l In cap. 18.  
m ff. de alea-  
lusu. Et alea-  
tori.*

*n Ca. 17. nu.  
195.*

*o 2. 2. q. 147.  
art. 5. sub fin.  
p Cap. 21.  
num. 25.*

*q Cap. 17. a.  
nu. 18.*

*r Arg. debi-  
tores. de iure  
iurando. Et  
Medi. ubi su-  
pra. late pro-  
bat.*

*s Th. 2. 2. q.  
62. a. 4. Et su-  
pra. c. 17. nu.  
27.*

in eo, qui falso dicendo, se facultatem habere donandi, & perdeni, allicit alium ad lusum.<sup>a</sup>

13 Dixi, *Vel à coactio, &c.* Tum quia metus, dolus, & fraus omnem contractum, quilibet alioqui licitum ita inficiunt, ut sit irritus, vel irritandus. <sup>b</sup> Per coactionem autem intelligo non leuem, & consuetam inuitationem, & inductionem, sed eam, quæ fit iusto metu, vel tam grandi reuerentiali, vel cum eiusmodi exprobratione, ut inuitatus, & rogatus, si non, luderet, vel à ludo discederet, vilis, & abiectus reputaretur, secundum mentem eorundem, quos etiam Sotus <sup>c</sup> sequitur: quod quotidianum est.

14 Quarto peccat clericus, vel monachus, qui ludum mortaliter malum spectat, <sup>d</sup> si multo tempore spectat: secus si paruo. <sup>e</sup> Idem si ludo delectatur venialiter malo: ita quod etiam si mortalis esset eo delectaretur, <sup>f</sup> quia facientes, & consentientes, pari poena plectuntur &c. <sup>g</sup> Idem si eius presentia est causa, quod ludo mortali ludatur, <sup>h</sup> aut si ex officio debeat prohibere, & non prohibet. <sup>i</sup> Dixi, *Clericus, &c.* quia laicus, qui non est causa ludi mortalis, nec delectatur eo, quatenus talis est, sed solum industria, & arte ludentium, non peccat secundum mentem omnium.

15 Quinto peccat, qui eiusmodi lusoribus subministrat domum, mensam, candelas, aut alia in ludum necessaria, <sup>k</sup> per quæ probatur peccare, qui consentit peccato, præsertim cooperando, iubendo, mādando, inuitando, vel inducendo, quod expressè, vel tacitè, directè, vel indirectè facit huiusmodi susceptor. Et quia grauius contra hoc virget quidam doctus dubitans, <sup>l</sup> an idem teneatur, addo, me idem etiam nunc tenere: idque confirmo per tres leges priores, <sup>m</sup> quibus graues poenæ statuuntur contra eiusmodi susceptores.

16 Et ad inconuenientia, quæ ipse hinc infert, respondere potest per ea, quæ supra <sup>n</sup> respondi pro locantibus domos meretricibus in ea parte ciuitatis, vbi permittuntur habitare, & per ea, quæ Caietan<sup>o</sup> subtiliter distinguit <sup>o</sup> pro dātibz cœnam pro ieiunaturis in die ieiunij, limitata infra, <sup>p</sup> per illa enim defendi potest non peccare famulum mensæ concubinariorum ministrantem, neque iuuantem concubinam ad se ornandum, neque ministrantes mensis Sybariticis prælatorum, neque opifices, qui calceos, & sandalia, vel vestes vendunt meretricibus, & alios similes: modo id sine vlllo consensu in peccatum faciant: quoniā non inducunt, neque iuuat directè ad illud: susceptores autem prædicti tacitè, immo, vt plurimum expressè inuitant, & iuuat directè, vel quasi, ad huiusmodi ludos mortales, & consentiunt eis. Et ad id, quod insinuat, si nō hunc, aliū suscepturū eos, respondeo per id, quod dixi supra, <sup>q</sup> <sup>r</sup> cōtra ministrum mixtum vsurarij, & pro ministro nudo eiusdem: & contra feruum occidentem, quem alij conferui erant occisuri.

<sup>\*</sup> *Contra ministrum mixtum vsurarij.* Nusquam quod equidem recordari possum huius ministri mixti D. Nauartus in hoc opere meminisse: sed ministri nudi, sic. nam quem loco citato famulum vsurarij vocat, qui domini sui iussu ob eius solam vtilitatem pecuniam ad vsuram dedit, est minister nudus vsurarij, siquidem iuxta Bartholum, minister nudus est qui facit aliquid iussus à domino, nullum ex gesto negotio commodum sentit. Quod si ita sit, minister mixtus qui partim ip vtilitatem suam, partim in domini vtilitatem negotium aliquod curat.

8 Sexto peccat, qui dissimulando peritiam magnam, quam habet in ludendo pila, vel alio eiusmodi ludo attrahit alium longè imperitiorum ad ludendum, aut falsis talis, vel chartis vitur, legesve ludi cum notabili damno collusoris transgreditur: quia vitur dolo, & fraude: de quibus supra. Idem de eo, qui ludit non apposta pecunia cum iuramento de soluendo, quod perdidit, & non soluit.<sup>r</sup>

Per quæ respondeo ad nouè quæ sita. Ad primā quidem tria, quod peccat mortaliter, qui scienter ait, se habere plura puncta, quàm habeat, quod lucratur: & qui aduertit collusorē errore calculi dicere se pauciora habere, quod perdit, & nō monet: & qui accipit priorem locum, quem manum appellat: quia primus decipit: secundus accipit, quod iam alter lucrat: tertius, quia surripit ius aptius lucrandi collusori, quāuis non teneretur restituere, quantum ob id lucraretur: sed quantum illud ius prioris loci valet: sicut qui lædit messem non tenetur restituere, quantum illa in area redderet: sed quanti æstimeretur in herba, <sup>s</sup> quæ tria tunc, & tantum procedunt, cum damnum notabile infertur per supradicta.

**A** Ad quartum respondeo, quod inspector ludi non peccat contra legem iustitiæ, eo quod non admonet ludentem errare computādo, vel non capiendo priorem locum, si id non promisit. Et ita quamuis aliquando peccaret contra legem caritatis: non tamen teneretur restituere: ad id enim sola lex iustitiæ obligat, per citata supra.<sup>a</sup>

**B** Ad quintum, quod ludens sub fide sua non iurata non peccat in regnis Hispaniæ non soluendo: quia diuæ memoriæ Carolus V. in Comitibus Mantuæ Carpentariæ, siue Madritij anno 1518. vetuit, ne luderetur sub fide soluendi, etiam ludis licitis: qualis est pila: simul irritas declarando quascumque promissiones, obligationes, & fideiusiones, quæ ad id præstarentur. Quod ipsum esse seruandum, etiam in aliis regnis iure communi allertuit Adrianus: <sup>b</sup> quod efficaciter videtur probare præfatus Didacus ( qui quum superiora excuderentur, solum quidem erat Reuerendissimus Segobiensis, nunc autem est Concilij Hispaniarum Maximi Præses ) <sup>c</sup> licet contra teneat idem Adrianus <sup>d</sup> & Castrensis. <sup>e</sup> Nihil tamen prædictus Præses ait de iurante soluere, sicut nos hic egeremus de solo promittente. Nunc autem aimus, teneri ad soluendum iurantem, vt prædiximus: posse tamen repetere soluta instar solum promittentis soluere vsuras, qui eas non tenetur soluere, nisi iurauerit, & tunc solutas repetere potest, <sup>f</sup> & quod vt iurans soluere vsuras, potest petere absolutionem, antequam soluat, quæ obtenta non tenebitur soluere, <sup>g</sup> ita iurans soluere in ludo perditā, potest petere absolutionem, qua obtenta non tenebitur soluere.

**C** 18 Septimò peccat, qui facit rei notabilis sponsonem, quæ Italis Scomella, Hispanis Apuesta, Gallis Gagement dicitur, per quam spondentes sibi aliquid mutuo promittunt in aliquem euentum incertam præteritum, vel futurum, certo sciens, à se assertum esse verum, & id dissimulat, vt alium ad sponsonem inducat: quia dolo, de quo supra, in damnum notabile proximi vitur: qui enim sine dolo eam facit, non peccat: quia talis sponso nulli legi iustitiæ est contraria: imo est consona, <sup>h</sup> licet vt plurimum obuiet liberalitati. Neque obstat quod Ioannes Maior, <sup>i</sup> & Adrianus <sup>k</sup> contrarium significare videantur. Tum quia eorum ratio satis examinata idem concludit. Tum quia non dicunt eos, qui sic volunt lucrari, mortaliter peccare: sed absolute peccare: quod etiam nos cum Caietano quasi fatemur, dicentes id ferè semper esse liberalitati contrarium, & ita lucrum fordium.

**D** 19 Octauò peccat, qui lucratur aliquid notabile ludo, etiam licito, ab eo, qui non potest donare, vel à coacto & grauius attracto, aut dolo vel fraudulenter, vt prædictum est, & non vult illud restituere secundum omnes. Dixi, *Ab eo, &c.* quia secundum veriore opinionem, quidquid dicat Panormitanus <sup>l</sup> & Gabriel <sup>m</sup> nemo lucrifacit in ludo, etiam illicito, ab eo, qui donare potest ea, quæ perdit absque metu, dolo, & fraude tenetur restituere de præcepto, etiam pauperibus, vt satis sentit vterque Thomas <sup>n</sup> & explicant Ioannes Maior, & Adrianus <sup>o</sup> & Caietanus. <sup>p</sup> Tum quia nihil accipit contra iustitiam, cum non accipiat inuito domino, qui sine ludo, & cum ludo donare ea poterat. Tum quia, neque quod sponsonibus sine fraude lucrifacit, neque quod emptionibus & venditionibus in diebus festis, aut locis factis, quamuis in eo mortaliter delinquatur, est necessariò restituendum: quia non obstante illo peccato valent. <sup>q</sup>

**E** Adde, quod qui tenetur restituere lucrifacit in ludo ab vno, non potest compensare cum perditis cum alio: nec è contrario: cum perditis verò cum vno potest compensare lucrifacit ab eodem, non solum durante eodem ludo, ad cuius vsque finem nihil censetur lucrifacitum: sed etiam in diuersis ludis, etiā si alij sint liciti, & alij illiciti, siue vterque sit habilis ad donandum, siue inhabilis, siue alter habilis, alter inhabilis: quamuis de rigore iuris in hoc vltimo contrarium dici possit, sed sequimur Siluestrum <sup>r</sup> hoc tenentem ex æqualitate, saltem quo ad forum conscientiæ, licet arbitrer neminem, qui falsis talis, aut chartis, aut aliàs dolo & fraude lucratur ab alio, compensare posse cum iuste lucrifacit ab eodem, non enim videtur iustum, vt compensentur cum iuste perditis: quo casu procedat opinio contraria. Adde item, quod etiam ministri & inspectores,

*a Cap. 17. nu.  
12. Et infra.  
c. 24. num. 5.*

*b In 4. de re.  
quæst. 12.*

*c In c. peccatum.  
de reg.  
iur. lib. 6. §. 4.  
num. 8.  
d Vbi sup. qu.  
22.  
e De lege pæ.  
lib. 2. c. 2. co-  
rollar. 3.  
f Cap. debito  
res. de iure iur.  
g Cap. de iu-  
re iur.*

*h l. cum ad  
presens ff. de  
reb. cre. Et l.  
à Titio ff. de  
ver. obli. per  
quam hoc no-  
tāt. Pan. Et  
Alexan. ibi  
approbat per  
Ias. Et citati  
per eum ibi.  
Et in d. l. cū  
ad presens.  
i In 4. l. sent.  
dist. 15. qu. 15.  
Et seq.  
k In 4. de re.  
q. de ludo.  
l In d. c. cleric.  
Et in c. quia  
plerique de  
immunit. ec-  
cles.  
m Vbi supra.  
n 2. 2. q. 32. a.  
7. ad 2.  
o Vbi supra.  
p In summa.  
verb. ludus.  
q lux. gl. sing.  
in c. decet. §.  
cessens. de im-  
eccl. lib. 6.*

*r Verb. ludus.  
qu. 17.*



2 Gab. in 4. dist. 15. qu. 13. dub. 6. in fin.

quibus ludentes ex collatis in medium aliquid conferunt, tenentur restituere, quādo lucrans ad id tenetur, aliās nō. a

De consiliis Evangelicis.

- 20 Consilia spernens, vel non implens quando peccat mortaliter.
- 21 Consilia Christi preparatione animi seruanda.
- 21 Consultum à Christo statum non esse tam bonum, ac contrarium asserere hæresis.
- 22 Consilium contra Christi an peccet monachus caritate annona gaudens.
- 22 Caritate annona gaudens quis non peccet.
- 23 Peccatum quod non est, omne in Deum potest referri.

**C**ONTRA consilia Evangelica, aut canonica peccat mortaliter, qui ea per contemptum verum nō implet, vel proponit non implere, etiam tempore, quo fierent præcepta: vel ait, non esse de se, & absolute

melliora, quā contraria: vel non licere illa vouere, vel vota seruare. b Dixi, Per contemptum: quia regulariter omisio simplex implementi eorum alio tempore, quā prædicto, licet. c Contemnit autem verè non omnis, qui non implet, sed qui principaliter idè non implet, quia ea parui facit: id enim est verus contemptus, iuxta S. Thomam d declaratum e bene per Caietanum & confusè per Felinum, f & ferè ad verbum per Archidiaconum, g & clarius per nos infra. h Dixi, Verum: quia quo ad forum conscientia non sufficit præsumptus, i licet in multis casibus citatis k per Felinum præsumatur.

21 Dixi, Proponit, &c. quia consilia seruanda sunt præparatione animi, \* secundum Augustinum relatum à Gratiano, l & à S. Thoma, m & alibi sæpe, hoc est, proposito actuali, vel virtuali adimplendi ea, in quibus casibus de necessitate salutis existunt, vt ibidem de martyrio declarat. Dixi, Vel ait, &c. quia qui affirmat, statum conjugalem ex se esse æquè bonum, vel præstantiorem cælibatu, aut sæcularem religioso, non solum peccat, sed est hæreticus per scripta S. Thomæ n quia aduersatur illi. o Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Dixi, De se, & absolute: quia dicere secundum quid, & alicui conuenientiore esse vitam conjugalem, quā cælibem, & laicam, quā clericalem, non solum non est hæresis: sed Catholicitatis, & probatum à D. Paulo. p

\* Secundum Augustinum. D. Augustinus hoc docet rum epist. 9. ad Marcellinum, tum epist. 89. ad Hilarium. in Epistola ad Marcellinum sic scribit. Ista præcepta (sic vocat cōsilia) magis ad præparationem cordis quæ intus est pertinere, vt teneatur in secreto animi patientia cum beneuolentia, in manifesto id fiat, quod eis videtur prodesse posse, quibus bene velle debemus. hinc liquido ostenditur quod ipse Dominus singulare patientiæ exemplum cum percuteretur in faciem respondit. Si male dixi exprobra de malo, si autem bene quid me c. edis. Clarius adhuc in epistola ad Hilarium: cum enim docuisset etiam uxorem dimittendam, cum Christus cum illa retineri non potest, subiungit. Hoc & de filiis & de parentibus, hoc de fratribus intelligitur propter Christum esse dimittendos, cum proponitur ista condicio, vt Christum dimittat, qui illis secum habere desiderat. Hoc ergo & de domo, & de agris, hoc & de iis quæ iure pecuniario possidentur hoc loco accipiendum est. Vide ibidem longè plura

22 Ad quæsitum hic: An religiosus, qui ad tria consilia Christi castitatis, paupertatis, & obedientiæ se astrinxit, possit iustè gaudere, quod pretium creuerit modiorum tritici, quorum certus numerus à suo Abbate pro suo annuo victu, cum facultate vendendi eos, cum placuerit, conceditur propter sterilitatem anni, vel aliam causam? Respondetur posse. Tum quod perinde potest ipse gaudere illo augmento, ac Abbas augmento ad suam, & suorum sustentationem applicatorum. q Tum quia quo ad administrationem honestam redditus Ecclesiastici sæcularis & regularis æquiparantur, iuxta dictum singulare Cardinalis. r Tum quia de omni eo, quod non est malum culpæ, potest quis bono aliquo fine gaudere: quia omne tale potest in Deum referri, vt resoluit Caietanus. s

23 Et caritas tritici non est malum culpæ, sed pœnæ, t & ita potest quis gaudere caritate, quatenus per eā luxuriantes victu, vestitu, & venereis refranantur, & socordes Dei recordantur, & omnes ad orationem refugiunt. Tum quia potest quis gaudere de augmento pretij, non gaudento, immo dolendo de causa eius, vt gaudemus de passione Christi, quatenus nos redemit, & dolemus, quatenus eam intulerunt Iudæi: & nepos beneficiarij demortui gaudet

b Iux. glo. sin. receptam in c. quis autem 10. dist. declaratam ibi per Doct. & per Fel. ante & post alios late in c. 1. de cost. c. §. quod precipitur. 14. quæstio. 1. d. 2. q. 180. art. 9. c. ibi. f In cap. cum quidam de iur. reur. g In c. quicum que. 81. disti. h Ca. 23. nu. 40. i Cap. tua. de spons. k Vbi supra. l In ca. paratus. 23. qua. 1. m 2. 2. q. 124. art. 3. ad 1. n 2. 2. qu. 152. art. 4. & qu. 184. o Matth. 19. p. 1. ad Corin. 7. vs ibi docet D. Thom.

q Arg. c. 2. de statu. monachor. r In clem. 2. de vis. & bone. cler. s 1. 2. q. 100. a. 10. & q. 8. art. 3. ad 3. t Ca. non omnis. 5. qua. 5.

A de beneficio eius sibi collato, dolens de morte patris: & filius gaudet de bonis obueniētibus ei per mortem patris, plorās illam plurimum. Tum quia licitè potest quis etiam desiderare malum pœnæ alicui ob aliquem bonum finem, vt mortem tyranni, quo Respubl. pace fruatur, Turcarum Principis, quò Christiani tranquillentur, vt supra a dictum fuit post Alexandrum, S. Thomam & clarius Sorum: quamuis desiderare simpliciter caritatem tritici, vel gaudere, quòd illa euenerit, principaliter, vt carius vendatur, peccatum est.

De quinque præceptis Ecclesiæ principalibus, & primo de Missa audienda festis diebus. CAP. XXI.

- 1 Missam vnā totam non audiens sine vespere vt peccet.
- 2 Missa quæ pars notabilis, & tantū die festo audiēda necessariū.
- 3 Missa omittenda quæ causa iusta, & an interdictum.
- 4 Missa ab audienda quæ vidua excusetur, vel laudetur.
- 5 Missa an audienda in parochia.
- 6 Missam audire sine attentione debita non sufficit. & 8.
- 7 Missa ab audienda excusatus an teneatur supplere, & c.
- 9 Missa ab audienda quæ familia, vel menstrua excusetur.
- 10 Missam tangentes plurimi errores.
- 10 Missæ & diuinorū cantui nulla lasciuia & prophana miscenda.
- 10 Ecclesiam non turbent strepitus, deambulatio, & colloquia prophana.

**R**ÆCEPTA principalia Ecclesiæ sunt quinque. Primum, de missa audienda festis diebus. Secundum, de ieiunando certis diebus. Tertium de soluendis decimis. Quartum, de confitendo semel in anno. Quintum, de communicando saltem in Paschatè.

Contra horum primum peccat mortaliter. Primum, quicumque discretus missam integram die festo sine iusta causa non audit, b etiam si absque vero contemptu per solam negligentiam id facere omittit: quod rectè Siluester c probat, quod quid post Richardum d Angelus dicat. e Dixi, Quicumque: quia quilibet cuiuscumque sit ætatis, sexus, vel conditionis, puer, vel senex, mas, vel fœmina, laicus, vel clericus, aut monachus, liber, aut seruus eam audire tenetur secundum communem, quam tenent Richardus, f & Cardinalis g & Antonius, h Dixi, Discretus: ad excludendum discretionem carentem: quales sunt infans, & stultus. i Dixi, Missam: quia nemo iure communi regulariter tenetur audire de præcepto alia diuina officia, etiam vespere. licet multi iure particulari voti, iuramenti, statuti, beneficij, religionis, vel consuetudinis præscriptæ ad id teneantur: qualis consuetudo videri potest introducta in tota ferè Gallia, Nauarra, & aliquot oppidis Castellæ, & Lusitanie, licet paucis: quod arbitror fuisse in causa, cur Paludanus, k dixit teneri omnes ad audiendum vespere die festo. Credo tamen, prædictas consuetudines non obligare ad mortalem culpam: sed solum ad venialem Tum quia longè laxius audiuntur vespere, quā missæ. Tum quia pauci se accusare videntur de illarum auditionis omissione tamquam de mortali, & pauciores confitentur eam.

2 Dixi etiam, Missam: & non missas: quia nemo ad plures missas die festo audiendas obligatur, etiam in die Natiuitatis Domini ( licet in eo ab eodem tres dici possint ) præter eos, qui voto, pœnitentia, aut statuto, aut pacto, ad plures audiendas tenentur: quia id nulla lege cauetur: & ideo nulli est imponendum. l Dixi, Integram: quia non sufficit audire defectam aliqua parte notabili. m Notabilis autem pars definiēda videtur arbitrio prudentis, cum à iure non definiatur, n & apparet talis ea, quæ protenditur ab Introitu vsque ad Epistolam, & Graduale inclusiue, vt diximus, o simul addentes, quod ex vna particula principij & finis potest constitui vna notabilis pars. Et quòd legendo per se post missam partem omisissam, saltem, quæ non esset notabilis, vel audiendo lectam ab alio, satisfaceret, iuxta auctorem Margaritæ Confessoriorum: vt etiam satisfacit, qui dimidium vnus missæ, & alterum dimidium omisissum alterius audit. p Et quod licet nonnullis videatur, non satisfacere huic præcepto eos, qui ante benedictionem exeunt, per prædictum cap. missas, quod antea

a Supr. ca. 15. num. 10.

b Ca. missas. & cap. omnes fideles. de cōsecra. disti. 1. c. Verb. missa. 3. qu. 2. d In quoli. 1. qu. 19. c. Verb. feriè. §. 42. f Vbi supra. g In d. c. missas. h 2. p. tit. 9. c. 10. §. 1. i Arg. c. omnis. de penit. & remiss. & clem. 1. de homic. k In 4. dist. 15.

l Illam. Co. de collat. c. cōsuluiti. 2. qu. 4. m Per dictū ca. missas. ibi totas. n Ar. 1. ff. de iure delib. o In Enchirid. de Or. c. 10. m. 43.

p Ica. Maior in 4. lib. sent. dist. 45. qu. 2.



exire verat, contra tamen putamus, quo ad effectum euitandi mortalem culpam, nisi cum partem notabilem omitunt: quia paruitas in omni materia excusat à mortali, iuxta citata supra. <sup>a</sup> Dixi, *Festo*: quia nemo villo alio die hoc præcepto tenetur, etiam clericus vel monachus, immo neque episcopus, quia cap. fin. <sup>b</sup> quod maximè ipsum obligare possit, non dicit, eum teneri, sed non decere, vt villo die illam omittat. Nullo, inquam, alio die etiam ieiunij, & Quadragesimæ: quoniam capit. *solent*, <sup>c</sup> quod maximè in contrarium vrget, sublatum est dissuetudine: aut intelligendum est de consilio, vt etiam notant Roselia <sup>d</sup> & Siluester, <sup>e</sup> quamuis plurimum deceat, vt audiat eam quicumque id commodè facere potest, tempore tam sancto, tamque sacris D. N. Iesu Christi, qui in ea realiter offertur mysteris dedicato.

<sup>3</sup> Diximus, *Sine iusta causa*: quia cum ea licitè secundum omnes omittitur: qualis est illa, ob quam non potest audiri absque graui damno animæ, corporis, honoris, bonorum propriorum: vel proximi, <sup>f</sup> qualem habent etiam excommunicati & interdicti, licet absolutionem procurate neglexerint: quamuis enim illam, quam consequi possunt, negligendo procurate, peccent: non tamen peccant non audiendo missam, quam iure nequeunt audire. <sup>g</sup>

Nec obstat cap. fin. <sup>h</sup> quatenus haber, non potentibus eligere sine licentia, nec procurantibus eam, currere tempus electioni præfixum, quia est diuersa ratio, vt ibidem vtrouque notatur. Talem habent etiam infirmus, & eius minister, qui sine salutis damno, eam audire nequeunt. Nutrices item, quæ sine periculo non possunt relinquere eos, quos lactant. Illi etiam, quibus est impedimento aliquod graue negotium: & qui ratione sui officij exire prohibentur: quales sunt aliqui arcium custodes, & domini, & eorum consultores, qui tempore missæ negotijs morâ non patientibus impediuntur. Iter faciētes quoque, qui audiendo missam socios necessarios amitterent. Et pauperes, qui carent vestibus, sine quibus absque notabili pudore eam audire non valent, secundum communem, quam Siluester <sup>i</sup> explicat, quamuis non aded apertè. Interdictum autem generale non excusat eum, qui iure communi, aut priuilegio speciali eam illius tempore audire potest, de quibus sunt clerici etiam primæ consuetudine secundum opinionem Ioannis Andreæ <sup>k</sup> receptam per totam Hispaniam, sed non per Galliam, quæ contrariam Archidiaconi tempore nostro seruabat.

<sup>4</sup> Vidua item, quæ iuxta regionis consuetudinem post mortem mariti domi se continens eam non audit per dimidium, vel integrum mensem: sed non, quæ per plures menses, vel annum nõ audit secundum Siluestrum <sup>l</sup> quod ipsum tenet S. Antoninus. <sup>m</sup> Sed cõtra seruatur insignis quedam Hispaniæ provincia, in qua nobiliores viduæ toto vno anno de consuetudine domi se continent, & nõ audiunt eam.

Rogatus autem dicere: An id liceat? Dico primò difficile defendi posse eiusmodi consuetudinem non valere, modo ad alia non egrediamur. Tum quia prædicti fatentur, valere consuetudinem continendi se sic, quindecim, vel triginta diebus, & eadem ratione coguntur probare consuetudinem continendi se per 40. 50. 60. & 100. dies, & consequenter per sex menses & annum totum: cum lex de audienda semel in anno missa, aut in duobus, aut sex mensibus, nõ sit magis naturalis, vel diuina positua, quam lex de audienda semel intra quindecim, vel triginta dies. Tum quia negari non potest, posse ferri legem, quæ aliqua iusta de causa præceptum hoc relaxaret aliquibus ad semestre, vel annum, & consequenter concedendum est idem fieri posse consuetudine: cum quicquid induci potest humana lege, possit & consuetudine, <sup>n</sup> & hæc causa videtur iusta in terris, in quibus facile de viduis malè præsumitur.

Secundò dico, laude dignam futuram viduam, quæ hac consuetudine posthabita, imitaretur nobiles illas, & gloriosas Martham, & Magdalenam Lazari sancti sorores in eo, quòd vt illæ, <sup>o</sup> non obstante luctu, quo fratrem recens mortuū lugebant, egressæ fuerunt ad excipiendum Dominum Iesum adhuc mortale: ita ipsa exiret ad videndū eum iam immortalem, & gloriosissimum in sacramento extrantem, & exorandū, vt sicut Lazarum è sepulchro eduxit, sic sui mariti animam à purgatorio (si est in illo) educat. Et di-

<sup>A</sup> gnior haberetur illa, quæ imitaretur viduas illarum regionum, quæ vadunt ad ecclesiam singulis totius primi anni viduitatis diebus, exoratura Deum pro suis maritis, & in medio missæ panem, & ceram pro illis oblatura. Illa item, quæ imitaretur altissimos eodèmq; potentissimos, & Christianissimos Lusitanix Reges nostros Ioannem huius nominis tertium, & Catherinam huius nominis primam, quos admirabilis cultus, & amoris erga Deū exemplo vidimus audire publicè missam pontificalem, & vespas cum concione diei Epiphaniæ anni 1554. qui erat tertius dies à lamentabilissimo illo funeris Principis: immo Principum floris eorum vnici filij, & omnium Regnorum & Itatum suorum vnici hæredis, recentique matrimonio coniuncti incomparabili Principi Ioannæ illius nõquam satis laudati Caroli V. filij, & gloriosissimi Philippi II. Regis Catholici sorori, Ioannæ, in qua, illi Principi & Domina nostræ, quæ in illo lamentabili casu, præsertim in dissimulanda morte, quæ clãdestinè nouerat, quæ ei prægnati miris modis occultabatur, ne esset causa abortus, admirabilem & inauditam Regij animi erga Deum religionem, erga cõiugem amorem, erga soceros pietatē, erga omnes magnanimitatem, prudentiã & constantiã adhuc adolecēs, totis viginti diebus ab eius, ad suū vsque felicissimū partū monstrauit. Religionē quidem: quod sola in cubiculo secretiori, diuinæ voluntati suã omnino subiiciens, ne ab orãdo pro tanto cõiuge tãta perturbatio eã retraheret, præsentia diuinæ cõtemplatione illam mitigabat. Amorem verò erga cõiugem, quòd quocũque temporis momento vacabat, in protulissimas ac inexplebiles soluebat lachrymas Pietatem erga soceros, quòd ipsis verbo, gestu, & habitu, summum suum dolorem de tanti, & tam dilecti filij morte conceptum, pro maximo nepotis habendi desiderio dissimulãtib; se conformabat, dissimulando contra omnē conjugalem affectum summum illum, quo excruciabatur dolorem ex omnium dilectissimi morte manantē, & redundantem, & nulli vel carissimæ ministræ illum aperiēdo: & soceros simul, vel singulatim ad se consolandum frequēt aduertentes, eidem vultu, & gestibus, quos gerebant excipiēdo, & ridētib; festaque veste ornatis aridendo, festaque se veste ornando nulla interim de tanto Principe, tantoque coniuge apud eos, vel villo alios facta mentione, etiam intra suum secretissimum cubile, intra quod clausum nullis lachrymis, nullis ad Deum precibus parcebat, donec soceri monti, quòd se sine vlla tamen voce querula, ferè interimebat, accederent consolaturi eam, quæ vultu spem simulans, altum premebat corde dolorem, quæ omnia numquam nec visa, nec lecta, nec audita fuisse arbitror ante illum, cui maximo, eodèmq; diuino sapientiæ, consilij, fortitudinis, & pietatis dono donata fuerunt.

<sup>B</sup> Tertio dico, quòd episcopus regionis, vbi talis consuetudo seruatur, rem se dignam faciet, si suis suorũque parochorum cõcionibus suaderit populo suo, vt illa penitus aboleatur, aut salte ad octo, vel quindecim dies restringatur, vel id de illius cõsensu in synodo statuatur. Non enim ausim asserere, quidquid alij dicat, posse ipsum ex abrupto suo præcepto eã iustè laicis inuitis tollere. Caueant autem prædictæ viduæ, ne suã intra domũ inclusionem ob vanam mudi gloriã principaliter patiãtur, cum in eã suorũ, sui que mariti peccatorum penitentiam offerre debeant, non minus, immo plusquam in Ecclesia pro eis orando. Caueant item, ne illud extendant vltra suæ conditionis viduas. <sup>a</sup>

<sup>C</sup> Excusatur etiam nupta, quæ sine magno mariti scandalo missæ interesse non potest. <sup>b</sup> Non dixi tamen, *in sua parochia*: quia satisfacit audiendo extra illam in aliquo oratorio, vel sacello, modo id non faciat ob contemptum eius, vel parochi vt ait cap. 2. <sup>c</sup> Ex quo ibi à contrario sensu Pa-normitanus id colligit, siue id faciat iusta de causa, puta quia proprius parochus est concubinarius, excommunicatus, denunciatus, aut suspensus ab ordinibus, aut vt deuotius ibi audiat, aut illic simul audiat missam & concionem, aut vt iustior concionem: siue sine illa modo sine contemptu prædicto. Tum per prædictum cap. 2. Tum quia consuetudo generalis tolerata id videtur habere: adeo quidem, quòd secundum Siluestrum. <sup>d</sup> Episcopus suis subditis contrarium præcipere non potest, quia consuetudo est generalis, & vt episcopus non potest tollere, nec restringere

<sup>D</sup> <sup>E</sup> <sup>F</sup>

<sup>a</sup> Ar. ca. qua contra mores & distio.  
<sup>b</sup> Ar. c. volu- it 33. quasi. 5.  
<sup>c</sup> De paroch.

<sup>d</sup> Vbi su. q. 5.

a. r. m. 4.  
b De priuileg. lib. 6.

b De consecr. d. 1. d. Ver. missa. §. 15. c Ver. missa. 2. q. 1. §. dicitur tertio.

f Arg. l. Ne- pos Proculo. ff. de ver. sign.

g Arg. c. quia diuersitate. de decore. prob. h De elec.

i Vbi sup. q. 2.

k In c. fin. de sum. excom. lib. 6.

l Vbi supra. m In 2. pa. 11. p. cap. 1. §. 2.

o De quibus ff. de leg. 2. c. fin. de cõ. sac. vendi- tur. §. si con- stat. ff. de pra. o. l. 11.



a Arg. c. infe-  
rior. 21. d. 1.  
b l. de quibus.  
ff. de leg.  
c Ar. ca. 1. de  
sent. & re iu-  
di.  
d Vbi sup. q. 5.  
e Conc. 90.

f Sess. 24. ca.  
4. de reform.  
g De obser-  
uandis, & e-  
uitandis in ce-  
lebrat. miss.  
sess. 22.  
h §. fin. 4. d. 1.  
i §. quod  
præcipitur.  
l. 4. quæst. 1.

Hæc bulla  
quod scia non  
est edita.

i Verb. feria.  
§. 41.  
k Ver. mis. 2.  
qu. 6.  
l In summa  
verbo, festo-  
rum violatio.  
m Vbi supra.

n In Ench. de  
Oras. c. 20. n.  
29.  
o Ca. 11. n. 17.  
p In 3. l. sent.  
d. 9. §. 17. qu.  
unica.  
q Verb. feria.  
§. 40.  
r Vbi sup. c. 3.  
num. 5.  
s In 4. de sa-  
tis. q. quari-  
tur. sub fin.

t Ca. 13. n. 2.  
v l. 2. qu. 100.  
art. 9. §. 10.  
x In Tracta-  
tu de radis.  
ecclesiasticis.  
q. 1. mon. 61.  
num. 3.

y Verb. feria.  
§. 42.  
z In d. Enchi-  
rid. ca. 19. nu.  
179.

ius commune, a sic nec generalem totius orbis consuetudinem, quæ vim eandem habet, b & ita excommunicatio, quam contra eam ferret, esset nulla, c secundum S. Antoninum & Siluestrum. d Tum quia Leo X. in breui contento in supplemento priuilegii, e præter alia sic statuit, *Auctoritate Apostolica tenore præsentium notum facimus, omnes Christi fideles vtriusque sexus, qui non contempto proprio sacerdote parochiali, in ecclesiis fratrum ordinum Mendicantium dominicis, & aliis festiuis diebus missas audiunt, satisfacere præcepto Ecclesie de missa audienda, nec in aliquam labem peccati mortalis, pœnæ propterea incurrere.*

Nec obstat Concilium Tridentinum, f quatenus habet, teneri quem ad audiendam concionem in parochia sua, si commodè potest: quia non agit de missa, sed de concione. Non obstat etiam decretum eiusdem Concilij, g quatenus habet, vt episcopi moneant populum, vt frequenter, saltem Dominicis & sollemnioribus festis ad suas parochias accedant: quia non ait, vt iubeant, neque eos teneri, sed solum vt moneant, quod non inducit necessitatē. h Obstat tamen fortiter id, quod ibi subditur, posse scilicet, episcopum auctoritate Apostolica iubere circa hoc opportuna: nisi respondeatur non videri debere opportunū, vt cum scādalo tot laicorum, & monachorum tam generalis consuetudo, quam etiam in vrbe seruari videmus, tollatur: præsertim, quod fœc. rec. Pius V. in bulla motus proprii lata mense Julio 1567. declarauit, audiētes missas festis diebus in monasteriis Mendicantium satisfacere huic præcepto. Cuius Bullæ tenor cum moderatione, quam ipsemet dicitur concepsisse, si publicetur interea, ponetur in fine cap. 27.

6 Secundo peccat mortaliter, qui missam quidem die festo audit, sed intendit animum iis, quæ attentioni necessariò debita repugnant in aliqua eius parte notabili colloquendo, pingendo, scribendo, dormiendo, & alia huiusmodi faciendo secundum mentem Angeli, i Siluestri, k & Caietani. l Non tamen est tenendum illud S. Antonini m scilicet, eum, qui Ecclesiã adit principaliter ad videndum, aut alloquendum fœminã pulchram, aut ob aliud quodvis illicitum, non satisfacere huic præcepto. Tum quia potest quis malo sine Ecclesiã adire, & bene in ea missã audire. Tum quia præsupponit opere malo, præsertim mortali, nõ posse adimpleri præceptum, quod esse falsum latè probamus alibi, n & tangimus supra. o Et quamuis nonnulli dicant peccate mortaliter eum, qui iusta de causa die festo ab audienda missa excusatur, si nulla prece, saltem mentali, id supplet, qua Deum tamquam Dominum, & creatorem reueretur, & super omnia diligit, quod sentit Scotus, p & Angelus, q mori eo, quod omnis Christianus iure diuino tempore aliquo ad orãdum sub pœna peccati mortalis tenetur, vt dixim, r & quod hoc Ecclesia fieri decreuit Dominicis, & festis diebus, quando missa auditur: non tamen videtur hoc tenendum. Tum quia iustum impedimentũ ab obligatione præcepti de missa audienda nos eximit. Tum per adducta ab Adriano, s & supra à nobis. t Tũ quia licet dilectio Dei super omnia sit finis huiusmodi præcepti, vt ipsi dicunt, nõ tamẽ eo præcipitur, quia finis præcepti, non est in præcepto, vt post S. Thomã v latius tradidim, alibi. x

8 Tertio peccat, qui audiens missam ex præcepto, priuatas, vel publicas preces ita recitat, vt missæ auditioni necessariam attentionem non adhibeat secundũ omnes. Nec quo ad hoc refert, an preces sint debita iure communi, voto, pœnitentia, vel alias, an verò voluntaria: nam quidquid dicant Angelus, y Gabriel, Maior, Caietanus & alij multi, quos alibi z citauimus, vera resolutio est, quã ibi dedimus, scilicet, posse quem eodem tempore satisfacere præcepto de audienda missa, & de dicendis horis canonicis, aut aliis votis, iuratis, vel in pœnitentiã iniunctis, modo non ad eũ rei intendat, vt alteri necessariam attentionem adimat: quod fieri potest, cum nemo teneatur ex præcepto audire, & minũs intelligere verba sacerdotis: quia satis est, vel ex longinquo missanti adesse, & surgendo, genua flectendo, vel aliã actualiter, vel virtualiter exoptare, vt sacerdos, qui pro omnibus loquitur, orat, & sacrificat, à Deo exaudiatur, quod facile facere potest, etiã horis canonicis necessariam attentionem adhibendo, præsertim quando horas, & preces prædictas tunc temporis recitat, quo nec audire, nec intelligere sacerdotem potest, vel quia longius abest, vel quia submissè & secreto sacerdos loquitur, vel audiens

A furdus est, vel ob alia similia. Quare contrariã opinioni locus est, quo ad melius esse, vel cum alteri rei attentio necessariò debita subtrahitur: adeo quod si eam neutri rei adhiberet, neutri factis faceret, iuxta illud glossã. a

Qui binos lepores vna sectabitur hora:  
Vno quandoque, & quandoque carebit vtroque.

Quartò peccat dominus, pater, vel herus, qui notabiliter negligendo, vel in opera, quæ differri poterant occupando seruum, filium, vel famulum, est causa, ne die festo missam audiat. b Nec ferenda videtur consuetudo illa, qua nobiles puellæ, numquam ad missam, nec concionem antequam nubant egrediuntur, maximè si ad alia nuptiarum, vel ludorum festa ducantur, aut fenestras eis permittantur.

B Quamuis excusentur, si à parentibus prohibeantur secundum Angelum c & Siluestrum: d sed non illi, nisi saltem aliquot solemnioribus festis missas eis domi, vel foris permittant. Quando autem filia adolescens excusatur, mater etiam, quæ ad illam custodiendum domi remanet, excusabitur. e Ad nouè hic quæsitum, respondemus fœminas non excusari ab audienda missa die festo ob menstrua, quæ illis contingunt, nisi debilitas alia in id sufficiens eis accedat. f

C 10 Quintò peccat mortaliter, qui dicit non offerri in missa idem sacrificium incruentum, quod in cruce fuit oblatum cruentum, vt definit Concilium Tridentinũ g aut in missa non offerri verum & proprium sacrificium, aut quòd offerri in ea sacrificium non est aliud, quàm nobis Christum ad manducandum dari. h Aut Christum non fuisse sacerdotes Apostolos per illa verba, *Hoc facite in meã commemorationem.* i Aut missæ sacrificium tantum esse laudis & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificij in cruce peracti, non autem propitiatorium, vel solum prodesse sumentibus: neque pro viuis & defunctis, pro peccatis, pœnis, satisfactionibus & aliis necessitatibus offerri debere. k Aut blasphemiam irrogari Christi sacrificio in cruce peracto per missæ sacrificium, aut illi per hoc derogari. l Aut imposturam esse missas celebrare in honorem sanctorum, & pro illorum intercessione apud Deum obtinenda. m Aut canonem missæ, errores continere. n Aut caremonias, & vestes missæ esse malas. o Aut missas, in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, illicitas esse. p Aut quod nihil submissa voce dicendum sit in missa. Aut lingua tantum vulgari eam celebrari debere. Aut aquam non miscendam esse vino in calice offerendo. q Aut non esse optimum omnium pro animabus purgatorij suffragium. r

D Idem Concilium s iussit, vt iubeant episcopi, ne fiat vlla conuentio super dicendarum missarum mercede, neque in missis nouis offeratur quidquam magis coactè, quàm sponte. Et quòd nulla missa dicatur extra Ecclesiam, aut oratorium, quod nõ subiaceat visitationi ordinarij. Et quòd nullus presbyter notoriè criminofus eam dicat, nec diuinis officiis intersit. Et quòd nulla cantio lasciuia, vel profana misceatur cantui, etiam organico, nec in ea fiant caremonie inusitatae, nec cum superstizioso candelarum numero. Et quòd non fiant in Ecclesia actiones, & colloquia vana, vel profana, deambulationes, strepitus, clamores. Idem Concilium, t iubet ordinariis, vt moneant teneri parochianos ire ad audiendam concionem in suis parochiis, quoties commodè potuerint.

De secundo præcepto Ecclesie de ieiunando.

- F 11 Ieiunia determinantia ius naturale omnia iuris humani, & 12.
- 13 Ieiunium non frangit potus, nec medicina, nec prægustatio.
- 14 Ieiunium bina comestio, & collatio matutina frangit.
- 15 Ieiunium qui cibi vetiti.
- 16 Ieiunio à seruando triplex causa, quos excuset.
- 17 A ieiunio liberat bonum etiam mercede sic exercitum.
- 18 Ieiunium qua peregrinatio, & cum vxore discordia tollit, & 19.
- 20 Ieiunium qua causa tantum putatiua & dubia tollit.
- 21 Ieiunia circa, etiam episcopus, & alij pralati sic dispensant, & 22.
- 22 Præceptum Ecclesie totum, aut pro parte, qua potest, seruandum.
- 23 Ieiunio non omnis solutus potest edere carnes.

a l. nemo. Co. de assis.

b Arg. c. duo. 23. q. 4. & ca. fin. de in iur.

c Verb. feria. §. 42.  
d Ver. mis. quæst. 2.

e Arg. c. accessorium. de reg. iur. lib. 6. cum ibi citatis.

f Arg. c. ad ius. 5. d. 1. de purific. post partum  
g Sess. 22. ca. 1.  
h Ibid. can. 1.

i Can. 2.

k Can. 3.

l Can. 4.

m Can. 5.  
n Can. 6.  
o Can. 7.

p Can. 8.

q Can. 9.

r In eodem. Conc. sess. 25. in prin.  
s Sess. 22. in Decr. de ob. & eius. in celeb. mis.

t Sess. 24. ca. 4. de reform.





- 24 Ieiunium ad frangendum quis inuitans peccet, & 25.
- 25 Peccatum quando non est inuitare ad actum, qui peccatū est.
- 26 Ieiunij die quis ministrans cibos peccet.
- 27 Ieiunare quis, licet edat mane, teneatur.
- 27 Ieiunium frangit praueniens horam, sed non vespere, aut nonam.
- 27 Ieiunet famulus, sed nemo die Dominica.

**C**ontra hoc secundum præceptum Ecclesie de ieiunando peccat mortaliter. Primo, qui qualemcumque cibum, quocumque tempore sumit, credens eius esu se deuietum iri carnis aliqua grandi tentatione: quia fragit ius naturale, quo quis tenetur tali casu à tali cibo abstinere, siue ieiunare, ex mente S. Thomæ recepti. Quod castitatis cultores, & eius contemptores alta mente reponant. Dixi, *Deiuitum iri*: quia nõ sufficit credere se tentatum iri, etiam grauitur, modò speret gratia Dei non se confensurum illi: iuxta dicta supra.

Secundo peccat, qui die ieiunij præcepti ab Ecclesia à media nocte in mediam noctem vescitur pluries, quàm semel tantum, vel cibis vetitis, sine causa iusta, vera, vel putata, aut dispensatione, quod asserit S. Thomas, & Caietanus, & efficaciter probat: & S. Thomas cum communi. & Innocentius cum communi. Nec obstat, quod nulla lex pontificia, vel conciliaris statuatur, ieiunia per verba præceptiua: quia tota Ecclesia id pro præcepto accipit, \* vt significat S. Hieronymus & S. Apollonius. h

\* *Vt significat S. Hieronymus.* D. Hieronymus in epist. 28. ad Lucinum hoc habet. Traditiones dicens Ecclesiasticas præsertim quæ fidei non officiant, ita obseruandas: vt à maioribus traditæ sunt, ne aliorum consuetudine, aliorum contrario more non subuertite admonendum puto & paulo post. Sed vnaquæque abundet in sensu suo, & præcepta Maiorum leges Apostolicas arbitretur. Quæ autem hic ab Apollonio dicta esse feruntur. Apud Palladium dicit Apollo Abbas sectione 48. suæ historiae.

Dixi, *Die ieiunij præcepti.* Tum ad excludendum tantum consultum. Tum ad significandum, esse aliquos dies ad id designatos, scilicet, totam Quadragesimam, & quamlibet eius diem, & Quatuor anni Tempora, quæ ex tota 76. dist. colliguntur esse Feriam Quartam, Sextam, & Sabbathum immediate sequentes Pentecosten, Exaltationem Crucis, S. Lucie, & diem Cinerum, iuxta illud vulgatum, *Post Pen. Cru. Lu. Ci. sunt tempora quatuor anni.* id est post Pentecostè, post Crucem, post Luciam, & post Cineres: & dies vigiliarum à iure communi, aut particulari præceptarum. Porro Leo X. in quodam Breui, misso ad Legatum Hispaniæ statuit, vt anno, quo Vigilia S. Ioannis incideret in diem corporis Christi, pridie illius ieiunetur, scilicet feria quarta, & non quinta illi sacra. An vero vouens ieiunare omni feria sexta, vel sabbatho, possit vesci carne, & non ieiunare die Natalis Domini tali die incidere? Respondeo, quod non.

12 Dixi, *Ab Ecclesia,* ad significandum, omnia ieiunia Christianorum esse instituta iure humano, & nulla diuino, nec naturali, vel positiuo: nam et si Quadragesimæ ieiuniū antiquitate, & forte præfiguratione præstet, arctiusque sit ob id seruandū, iuxta S. Thomam k & nonnulli, de quibus est ille Franciscanus, vir planè pius & eloquens Tholosæ, qui encomium Quadragesimæ aduersus Lutheranos scriptis, iuris diuini illud esse asserant: verè tamen iuris humani est, secundum communem, quam confirmauimus. l

Dixi, *A media nocte &c.* quia ieiunium Ecclesiasticum à media nocte priori in mediam sequentem durat iuxta definitionem iuris m secundum omnium sententiam, nam cap. *de esu carniū,* n quod contrarium significare videri alicui potest, de consilio loquitur, o vt ibidem diximus.

13 Dixi, *Vescitur:* quia licet bibere sapius vinū, aut aquam inter vescendum, & mane & vespere iuxta S. Thomam receptum, p pulchra ratione id asserentem: quamuis ad sustentandum & famem sedandam biberet, quidquid aliqui sine textu & ratione ad id idonea dicāt. Esto, quod venialiter peccaret qui cæpta & nõdum finita digestionem biberet, nõ quidem quod ieiunium frangat, sed quia actum inordinatum agit, nisi iusta causa, puta caritatis, pacis, societatis, sitis, aut alia similis eum excusaret, vt etiam Caiet. ait. q

Dixi etiā, *Vescitur,* ad excludendos eos, qui aliquid præsumunt causa medicinæ, aut causa prægustandi cibos dominorum, vel infirmorum, quibus in seruiunt, etiam mane,

A & etiam si cibi prægustandi sint oua, vel carnes, & etiam in Quadragesima, quia non sumunt illud in cibum, sed in medicinam: vel vt ex debito officio suis dominis seruiāt, propter quod nec soluunt ieiunium, nec excusantur ab eo. Id quod item est dicendum de iis, quos inter comedendum legere oportet, quia possunt præsumere aliquid, cæna in finem lectionis dilata, secundum omnes. Et idem de iis, qui vespertino symbolo, seu collatione die, qua ieiunāt, vtuntur, comedendo aliquid solius fructus, vel panis, vel vtriusque iuxta morem regionis, modò ne tantum sumatur, vt ieiunium defraudetur: non tantum, vt ait Innocentius, a ne potus noceat. quod etiam nulla extante consuetudine fieri potest, sed etiam si ad sustentandam naturam edatur, & quamuis non bibatur iuxta mentem Innocentij & Panormitani & communis, b explicatam à Caietano, c & melius alibi d & nos probauimus, e ea præsertim ratione, quod cum omnia ieiunia sint, vt prædiximus, iure humano inducta, possunt consuetudine rationabili præscripta duriora, vel blandiora fieri, f quidquid aliqui dicant.

14 Non licet tamen vt mane collatione vsitata vesperi, & prandium in vesperum differre, iuxta Caietanum. e Et meritò, quia illa non fit medicinæ causa, nec fieri potest ratione vilius consuetudinis, quia nullibi est talis: & consuetudo, quæ contra ius est, non amplificanda, h quamuis causa medicinæ, debilitatis, complexionis, vel necessitatis aliqua necessaria agendi, iuste id fieri possit.

Dixi, *Pluries quàm semel,* quia vnica comestio est de essentia ieiunij, nisi quatenus consuetudo aliquam paruum permittit. Quare qui facta cæna de mensa surrexit, voluntate amplius non comedendi, & postea redit ad eam, & comedit, videtur frangere ieiunium, secundum Archidiaconū i Pro cuius opinione faciunt ea, quæ de iteratiqne actus diximus latè supra. k Quod idè videtur de illo, qui facta meridie cæna, sub noctem symbolo, seu collatione notabiliter immoderatè vtitur (quod frequenter fit in Vigilia Natalis Domini, præsertim in Lusitania, vbi multa ex saccharo confecta, & condita propinantur, quo reuera fraudatur ieiunium) & admittit veram cænam nomine collationis teclam, seu palliatam. l Sola autem secunda comestio peccatum est: non autem tertia, neque quarta, vel vltior: quia illa sola ieiunium frangit, secundum Durandum, m quem sequuntur rectè Angelus n & Siluester, o quidquid disputet Ioannes Maior, p modo in tertia, vel vltiore non edantur cibi vetiti: quia quoties quis edit illos, toties mortaliter peccat secundum omnes.

15 Dixi, *Vel cibis vetitis:* quia etiam vnica illorum comestione frangitur ieiunium, secundum omnes. Sunt autem cibi vetiti carnes (quales non sunt limaces) q oua itè & lacticia in Quadragesima, r in aliis autem temporibus solum carnes iure communi, vt sentit S. Thomas, s quamuis nemo id satis declaret: quod in vrbe seruari videmus: t amet si in Hispania, & bona parte Galliarū omnia exæquentur. In omnibus tamè ieiuniis seruanda est cõsuetudo quadraginta annorum comedendi oua, & lacticia, t licet in orbe nouo, & terris nouè repertis & aliis, in quibus nondū est talis consuetudo, seruandum sit præfatum ius cõmune.

16 Dixi, *Sine causa iusta,* quia illa secundum omnes excusat. Omnis autem iusta reducit ad vnam ex tribus, scilicet impotentiam, necessitatem, & maius bonum, secundum S. Thomam v explicatam à Caietano. x

Prima, scilicet impotentiā eximit ab hac lege pueros vsque ad 21. annum, y expedit tamen eis ieiunio assuescere, & ob aliquam vrgētē necessitatem ad id cõpelli possunt. z

Hęc eadem eximit senes sexagenarios secundum communem, licet S. Thomas nihil de hoc dicat, & meritò: quia, a alij aliis citius fiunt ad id impotentes, & ideo arbitrio prudentis, aut superioris id relinquendum est. b Equidem gratia Deo, octuagesimum annum agens perinde possum ieiunare, ac cum agerem sexagesimum, immo & quinquagesimum. Eadem etiam mulieres grauidas, & nutrices excusat, quippe quas non solum sibi, sed etiam aliis edere oportet, & ita vna comestio eis non sufficit, c immo peccarent, nisi ita robuste essent, vt vna comestione sibi & infantibus sufficere possent. d Eadem etiam excusat pauperes non valentes quærere sibi cibum ad vnica comestionem sufficientem, non ramen alios. e Eadè excusat infirmos non valen-

a 2. 2. q. 147. art. 2.

b Ca. 16. nu. 7. & 8.

c Vbi sup. d Ibidem. e In 4. li. sen. dist. 35. f In rubric. de obser. ieiun. g In c. vltimã. 76. dist. h In ca. ieiun. de consec. dist. 3.

i Per c. fin. de obser. ieiun.

k Vbi sup. ar. fin.

l In ca. Quadragesim. de consec. dist. 1.

m In more Romano. ff. de feriis.

n De consec. dist. 3. o Iuxta glos. suam. p In d. q. 147. art. 6.

q In d. art. 6.

a In d. rubri.

b In d. rubri. de obser. ieiun.

c In Summa, verb. ieiunium d. 2. 2. q. 147. art. 6.

e In dist. c. solent. de consec. dist. 1.

f Arg. c. si. de consec. g Vbi sup.

h Ca. ad audiendam de decimis. & c. odia. de reg. iur. lib. 6.

i In c. non licet. de consec. dist. 1.

k Ca. 6. n. 16.

l Ar. c. iun. d. n. gl. de consec. lib. 5.

m In 4. li. sen. dist. 10.

n Vbi sup. q. 22.

o Ver. ieiunium q. 8. dicto p In dicta dist. 15. q. 6.

q Maior vbi supra.

r Ca. demique 4. dist. s Vbi su. artic. fin.

t Arg. c. si. de consec. & l. 2. Co. qua. sis lãga consuetudo.

v Vbi su. n. 4. x In Summa verb. ieiunium.

y Secundum eundem S. Tho. ibid.

z Arg. c. 3. Io. na.

a Vt ibi ait Caiet.

b Arg. l. 1. ff. de iure delib. ca. de causis. de offi. deleg. c. Gab. in 4. li. sen. dist. 10.

art. 1. d. Caiet. in di. art. 4.

c Paludan. in 4. di. 15. q. 4. ar. 2. concl. 3.





tes, vel non debentes simul tantum comedere, quantum eorum saluti sufficiat. Eos item, qui tam infirma sunt complexionem, ut vacuo stomacho capitis dolorem, vel vertiginem patiantur, aut tota nocte calere, vel dormire nequeant.

a Caiet. ubi supra.

b Vbi supra. pro quo facit. c. licet. de feruis.

c Vbi supra. art. 3.

d Rosel. ver. ieiunium. §. 19. Sylu. eod. verb. q. 3.

e ubi sup. ar. 3. in Summa verb. ieiunium. cas. 3.

f Arg. ea non mediocriter. de conse. dist. 5.

g Vbi supra. artic. 2.

h Argu. l. qui data opera ff. ex quibus cau. maio.

i l. si quis nec coniam ff. de reb. cred. c. alia, qua supra. cap. 17. n. 208. adducuntur.

k 2. 2. q. 147. ar. 3. in Summa verb. ieiunium. cas. 3.

l In 4. dist. 15. q. 3. ar. 1. m Verb. ieiunium. q. 9. §. 2.

n Vbi supra.

o Cap. manifestum. c. ca. noluit. 33. q. 1. p. lux. Sylu. ubi supra.

Secunda causa, scilicet necessitas, excusat quem à ieiunando, quoties oportet facere ipsum aliquid incompatible illi, ad vitam, aut sui status decori conseruationem necessarium, aut ad vitandum damnum aliquod notabile, aut lucrandum aliquid, quod raro lucriferi potest. Et omnia alia necessitas, quæ à festo seruando excusat vt vii addit Caietanus b Non tamen illa sola, nostro iudicio, excusat.

Excusatur enim à ieiunio faber ferrarius, carpentarius, agricola, & quilibet alius operarius, qui aliter quàm assiduo suo labore non potest se, aut suam familiam sustentare, aut collocare suas filias, aut studiis filiorum necessaria suppeditare, nec sibi, nec suis ad cultum decetem necessaria comparare vt ait idem, c qui tamen ab obseruandis festis non excusantur. Vnde sequitur, illud Eugenij III. non tam priuilegium esse, quàm iuris communis declarationem, opifices scilicet, suas artes exercentes, aut colonos, colendis, serendisque agris, aut aliis operibus dantes, siue sint diuites, siue pauperes, ad ieiunia sub peccato mortali non teneri: & à confessariis absolui posse consulendo illis, vt in elemosynis aliisque aliis operibus occupentur, d quia nullus eorum, qui operi laborioso incumbunt, vt plurimum tam diues est, qui suo labore ad aliquid ex predictis non indigeat. Et à fortiori excusatur, qui ieiunando, non potest ad suam, aut aliorum salutem spiritalem, vel corporalem necessaria efficere, veluti concionari ex officio, aut obedientia, verbo, aut scripto docere, aut confessiones audire secundum Caietanum. e Eadem causa excusat eos, qui ieiunando, suo officio, vt par est, fungi nequeunt, quia vt ieiunium opera necessitatis non impedit, sic nec obligationis, & consequenter excusatur magnum iter facturus, saltem pedes, & maritus, qui vxori suæ reddere debitum aliter non potest, & vxor, quæ ieiunando marito satis placere nequit.

17 Tertia causa, scilicet maius bonum, excusat eos, qui non possunt ieiunando sanctioribus, & melioribus operibus vacare, quibus non ieiunando vacarent, f qualia sunt opera misericordie spiritualia & corporalia, quæ suapte natura sunt actus misericordie, quæ est virtus præstantior abstinentiæ, cuius actus est ieiunium iuxta Caietanum. g Qui tamen, & Siluester limitant hoc procedere in eis tantum, qui sine aliqua mercede ob solam caritatem faciunt, & nõ in aliis, qui ob mercedem id faciunt absque alia ad id obligatione voti, obedientiæ, aut beneficii: quod verum est, cum id faciunt principaliter, vt se à ieiunio excusent, h nam si principaliter causa se sustentandi, vel misericordie, vel cultus Dei, & minus principaliter propter mercedem id facerent, ab eo excusarentur: quoniam id, quod principaliter intenditur, debet attendi. i

18 Vnde sequitur, solam peregrinationem voluntariam non esse iustam causam excusandi, nisi cum propter personæ auctoritatem aliorum deuotionem auget peregrinando, & ieiunando peregrinari nequit, aut cum ardor deuotionis, ex quo procedit, efficit, vt salubrior sit animæ peregrinatio, quàm ieiunium, iuxta Caietanum. k

Dixi, Voluntaria: quia sepe esset, quado est vota, præcepta, vel iniuncta in penitentiam, & differri commodè non potest, eo quod tempus implendi accedit, & socij, qui tunc ad id se offerunt necessarij, postea deerunt iuxta Gabrielem. l Si autem vtrumque commodè facere potest, non excusatur, vt rectè adnotat Siluester. m Quod si quis dubitat, an opus pium, & voluntarium, quod intendit, excuset ab obligatione ieiunandi, consular Superiorem, qui secularibus est episcopus, & monachis prælatus, si facile potest adire, alioqui, proepiscopus, vel parochus, quorum dicto adqueat secundum Caietanum. n

19 Excusatur etiã vxor à ieiuniis voluntariè votis, si maritus repugnat, o non autem quo ad ieiunia Ecclesiæ, nisi cum ex ipsius ieiunio inter ipsam, & maritum notabilis discordia, aut odium, aut scandalum, rixa, percussio, aut blasphemia consequeretur, p quia Deo gratius est conseruare pacem, & impedire prædicta mala, quàm ieiunare, secundum eundem dicentem in alia opera pia eiusmodi ieiunia auctoritate Superioris commutari debere, quod magis es-

se consilij, quàm præcepti nobis per prædicta videtur.

20 Dixi, Sine causa vera, vel putatiua: quia si quis bona fide credit sibi iustam ad non ieiunandum causam esse, & ob id non ieiunat, non peccat, saltem mortaliter, secundum Paludanum, a S. Antoninum & alios. b Ille tamen, qui dubitat, an sine notabili dano suæ salutis ieiunare possit, confessarius consulere debet, vt experiatur: & si per id cognouerit esse sibi notabiliter nocuum, iuste à ieiunando cessare poterit: & si adhuc dubitauerit, ad Superiorem pro dispensatione confugiat, qui verò hoc noluerit facere, non est absoluentus: quia non est satis contritus, cum videatur nolle parere Ecclesiæ iuxta S. Antoninum. c Qui autem non potest ieiunare totam Quadragesimam, sed potest bis, vel ter in hebdomada, tenetur id facere, eo que satisfacit præcepto, ita Caietanus. d

21 Dixi, Aut sine disputatione, quia illa excusat secundum omnes: solus autem Papa circa ieiunia generalia dispensat absolute, ne quis ieiunij lege teneatur, vel non illis aut illis diebus. e Singulariter tamen cum illo, aut illo iuxta de causa, ne illo aut illo die ieiunet, etiam episcopus videtur posse dispensare, immo & eo absente parochus, & quilibet prælatus cum suis religiosis, iuxta S. Thomam f quem & Caietanus sequitur. Tum quia licet hoc iure expresso probari nequiret, satis tamen necessitatibus quotidie occurrentibus persuaderetur. Tum quia tamen frequenter Sedes Apostolica consuli non potest. Tum quia videtur receptum consuetudine, quæ iurisdictionem dare potest. h

22 Ex quo infert Caietanus, i non debere prælatos relinquere suæ conscientie subditos petente ab ipsis dispensationem, vt liceat eis cœnare aliqua de causa in die ieiunij, aut ante horam comedere, quia potius debent eis compati, & benignè dispensando à suis scrupulis liberare, aut ieiunium in aliud pium opus commutare. Notandū tamen secundum eundem, quod dispensatus, vt comedat die ieiunij, pluries quàm semel, non videtur dispensatus, vt carnes comedat: neque dispensatus, vt comedendo carnes possit ieiunare, videtur dispensatus, vt possit bis eas comedere: nec dispensatus, vt ante horam iustam prandeat, videtur à ieiunando liberatus: nec necessitas, aut iusta causa, quæ excusat ab integro ieiunio, videtur excusare ab omni parte illius: ieiunare enim prout potest, tenetur: quia, vt ille ait, k præceptum Ecclesiæ licet in totum seruari non possit, seruandum tamen est quo ad illam partem, quo ad quam seruari potest. l Notandum item, quod non excusatur quis à ieiunio propter elemosynā, in quo multi absque textu & ratione errant, quia debitor vnus rei, soluendo aliam non liberatur. m

23 Tertio peccat mortaliter, qui iusta de causa excusatus à ieiunando, cum sustentari possit escis ieiunio congruis, carne, ouis, aut lacticiis vescitur, iuxta S. Antoninum receptum n & probatur ratione posita sub finem. o

24 Quarto peccat, qui ad cœnam inuitat eum, quem nescit nõ esse à ieiunio exemptum, & probabiliter credit, aut dubitat ob illam inuitationem ieiunium fracturum, quod aliàs seruaturus esset: quia dat causam propinquam peccandi mortaliter secundum Caietanum p dicentem, hoc non procedere in eo, qui scit inuitatum alibi esse cœnaturum: quam limitationem tenuimus primum hic, & postea contrarium in quadã additione vulgari lingua scripta per multas rationes. Nunc verò alta mente re perpenfa, credimus posse saluari eam secundum mentem eius in eo, qui ex causa iusta inuitat paratum cœnare, puta vrbauitatis, vel amice hospitalitatis, ad cœnandum secum, in quantum cœna est actus sustentandi naturam, & de se bonus, vel indifferens, nullatenus consentiendo in eum, quatenus est fractio ieiunij. q

25 Credimus enim licere inuitare, & prouocare iusta de causa alium, ad aliquem actum suo genere bonum, vel indifferenter, nullatenus consentiendo in eum, quatenus fit male, vel est malus. Tum quia Deus ipse inuitat, immo iuuat, ad agendum aliqua, quæ sunt peccata, quatenus sunt entia, quia quatenus sunt talia, sunt ab eo, per quem omnia facta, sunt, r vt dictum est supra. s Tum quia licet gaudere de eo, quod est peccatum, alia ratione, quàm quia est tale. De occisione enim Christi gaudemus, qua parte est nostra redemptio, & dolemus, qua parte fuit grauissimum peccatum, iuxta illud glossæ. t Actio displicuit, passio grata fuit, & de occisione tyrani gaudemus, qua parte est liberatio populi, licet

a In 4. dist. 15. q. 4. a. 1. b2. par. tit. 6. ca. 2. §. ante. Syl. ver. ieiunium q. 9. c Caiet. in Summa cod. ver. in 2. 2. q. 147. art. 3. c In deci. quorundam qu. Pro quo facit. c. ad audiendum. de homic. c. ieiunium de sponsa. d In Summa à ieiun. excm. c. 2. 2. quas. 147. art. 6. e Arg. clem. ne Romani. de elect. c. ex inuentione. de appella. l. in 4. dist. 15. q. 3. ar. 2. f In dicta q. 17. §. ibidem. h Ca. cum contingat. de foro competens. c. ca. duo simul. de of. ar. i. Di. 10. ar. 4.

k In dicta q. 147. ar. 7.

l Pro quo aptus text. in c. cum dilecti. de dolo c. c. si cum cœnatis. à gloss. doctores vbi. m l. cum. c. l. manifesti. C. de joint. n 2. par. tit. 7. ca. 1. §. 7. o Nu. proximo. p 2. 2. q. 147. art. 4.

q Ioan. 1. r Pralud. 7.

s Ca. 1. de c. sac. eccle. vel alia. lib. 6.





alia ratione sit peccatū. Tū quia licet egenti mutuum petere simpliciter ab usurario, qui scitur non esse mutuaturus sine vluris, immo & accipere sub eis non consentiendo in dationem, quatenus est mala. Tum quia licet parochiano petere, & accipere à suo parochio Sacramenta, in quibus dādis ille peccat, & creditur peccare, vt dictum est suprà. <sup>a</sup> Tum quia licet locare meretrici domum, in qua creditur meretricatura, sitam in ea parte vrbis, in qua meretricari permittitur, vt dictum est supra. <sup>b</sup> Tum quia licet vendere, aut dare peccatoribus non excommunicatis necessaria & vtilia ad sustentationem, licet illa directa ad peccandum, vt ipsi dirigunt, sint peccatum, <sup>c</sup> immo & oportet id facere, etiam excommunicatis extremè egentibus, immo, & infidelibus volentibus infideliter viuere secundum omnes. <sup>d</sup> Tū quia licet petere à Gentili, Iudæo, vel Saraceno, vt confirmet iuramento cōtractum, licet sciat, vel credatur supersticiosè, & cum peccato iuraturus. <sup>e</sup> Tum quia Beatus Laurentius dixit Decio Tyranno, *Assatum est iam, versa, & manduca*, cum tamen illa versio esset peccatum ex parte affantis. Et multi martyres prouocarunt tyrannos ad sui occisionem, quæ tamen ex parte eorum erat peccatum. Quin & S. Andreas Apostolus prouocauit ad sui crucifixionem, & eius protractionem, resistendo ne deponeretur, quum tamen vtraque tam crucifixio, quam eius protractio esset grande peccatum. Et rationibus in contrarium adductis responderi potest, eas procedere in eo, qui sine iusta causa inuitat, vel consentit in actum cœnandi, vel cum causa quatenus est peccatum, vel est causa, ob quam ieiunium illius diei frangitur. Per quæ omnia declarantur dicta, f quæ ad hanc resolutionem sunt reducenda.

26 Quintò peccat, qui paterfamilias, œconomus, tabernarius, hospes, aut caupo, mane aut vespere diebus ieiuniorum suis filiis, famulis, aut aliis, quorum curam gerit, cibos ministrat, aut iis, qui suam tabernam, aut cauponam adeūt, propinat eos cibos, quibus illos ieiunium soluturos sine causa credit, aut saltem dubitat, aut dubitare debet: quia quamuis fortassis non sit causa principij peccati, est tamen causa actus, per quem peccatum exequitur, secundum Caietanum, & aut continuationis illius, & ita peccato consentit & cooperatur, vt Ioannes Maior tradit, non autem si satis apparet eos non teneri ad ieiunandum, eo quod sunt iter facientes, adolefcetes, senes, infirmi, grauida, aut nutrices: aut probabiliter credit habere aliquam causam occultam legitimam non ieiunandi, & illis occultè ministrat, aut saltem sine scandalo alicuius. Ad quæ reducenda sunt, quæ tantò apparato, ait Gabriel. <sup>i</sup> Resolués tamen tabernarios, & caupones, qui parati sunt ministrare cibos in die ieiunij quibuscumque petentibus, nulla admonitione de ieiunio facta, nullaque ratione habita, an habeant iustam causam non ieiunandi, an peccent, aut non, mortaliter peccare, quod ex prædictis sequitur.

27 Sextò peccat mortaliter, qui in diebus ieiuniorum cibos vitiosos ministrat sine dispensatione legitima, nec consuetudine id permittente. <sup>k</sup> Septimò peccat, qui mane comedit in die ieiunij per talem ignorantiam, vel incogitantiam, quæ à violando ieiunio excusat, & ob id non ieiunat, quia non obstat tali esu, perinde poterat ieiunare, ac si nihil comedisset, & hora cōsuetæ vesci. <sup>l</sup> Dixi, *Talem*: quia secus est, si est eiusmodi, quæ à violādo non excusaret: eo quod iam fractum ieiunij reparare non potest illo die, & alio non tenetur secundum omnes, <sup>m</sup> quidquid dicat Paluda. <sup>n</sup> vt qui vno die preces horarias omittit, nō tenetur altero die recitare, vt latè dixim⁹. <sup>o</sup> Octauò peccat, qui notabiliter absque iusta causa horam comedendi, in loco consuetam præuenit, <sup>p</sup> quia ieiunium frāgit, quod probat Caietanus <sup>q</sup> quidquid dicat Angelus. <sup>r</sup> Secus si iusta de causa id facit, vt quia nō vacabit hora consueta comedere, siue obiter arripiendum, siue ob hospites, siue ob aliam honestam causam. <sup>s</sup> Licet autē pro libito proferte horam, modo sine superstitione fiat, iuxta S. Antoninum <sup>t</sup> ab omnibus receptum. Nec frangunt ieiunium, qui ante vespertas Quadragesimæ comedūt, vel aliis ieiuniorū diebus ante nonam recitatā, quamuis officij diuinis additi id facere sine iusta causa nō debent, iuxta S. Antoninū. <sup>v</sup> Nonò peccat, qui compellit famulos ad ieiunandum obligatos in diebus ieiunij ad opera illi incompatibilia,

a c. 14. nu. 16.  
b c. 17. n. 195.  
c Capit. audi deniq. c. men sam. 11. qu. 3. d Per c. pasc. 86. distin.  
e Ca. monet. 22. qu. 1.  
f In d. nu. 20. G. 31. & sup. ca. 20. nu. 20.  
g In 2. 2. qu. 147. artic. 4. h In 4. dist. 15. quæst. 4. i In 4. li. sent. dist. 16. qu. 3. artic. 3. dub. 6. k Gab. ubi supra.  
l Palud. in 4. dist. 15. qu. 4. artic. 5. m Ar. c. 2. de obseru. ieiun. n Vbi supra. o In Ench. de Ora. c. 10. nu. 32. & Ange. ubi supra, §. 3. & 4. p Iuxta gl. c. vnum. §. alim. verb. ieiunantibus. 25. dist. & Palud. in 4. dist. 15. qu. 4. artic. 4. q 2. 2. q. 147. artic. 7. r Verb. ieiunium. §. 2. s Lux. Innoc. in rub. de obseru. ieiun. & Syluest. ubi supra qu. 1. dist. 3. & Gab. in 4. dist. 16. qu. 3. artic. 9. & Aug. ver. ieiun. §. 2. t 2. par. tit. 6. c. 2. §. eod. vbi supra. & Caieta. ubi supra. disto ar. 7.

quæ cōmodè in alium diem differri possunt, <sup>a</sup> id quod itē dicendum est de eo, qui ieiunat diebus Dominicis, quia supersticiosè credit, in illis ieiunandum esse contra consuetudinem Christianam, <sup>b</sup> secus si ieiunet ob salutem suam, studium, domandam carnem, aut alios bonos fines, immo meretur. <sup>c</sup>

*De tertio præcepto Ecclesie, De soluendis decimis.*

- 28 Decima quo ad quotam iuris humani, quo ad sustentationem diuini, & ita quo ad illam tolluntur consuetudine, & non quo ad hanc, num. 30.
- 29 Decima triplex, prædialis, personalis, & mixta.
- 30 Decimam insolitam non imperat Papa.
- 31 Decima personalis, in quo à prædiali differat, & non soluatur.
- 31 Decima soluenda non deducta impensa, nec semine, &c.
- 32 Decimas debens, vel impediens ante restitutionem non absoluatur.
- 32 Primitiua, vt decima soluenda.

**C**ontra hoc præceptum de soluendis decimis peccat mortaliter, primò, qui decimā Ecclesiasticam iure debitam nō soluit integre, cui debet, secundum omnes, <sup>d</sup> & illa multa, quæ Innocētius communiter receptus citat, <sup>e</sup> pro quorum intellectu dico, primò, quod <sup>f</sup> lex illa vetus repetita in multis locis ab Innocentio Equa vndecim tribus līrae iuebantur soluere duodecimæ Leuitarum diuino cultui addictæ decimam omnīū fructuum, erat lex iudicialis, quo ad quotam: quamuis quo ad congruam sustentationem, quæ debebatur ei, eo quod erat dicata, & seruiebat diuino cultui, erat, moralis, & naturalis deducta ex illa generali, *Dignus est mercenarius mercede sua*, <sup>h</sup> secundum S. Thomam, <sup>i</sup> declaratum ibi pulchrè per Caietanum, & latè probauimus alibi: <sup>k</sup> quamuis Innocentius <sup>l</sup> & glossa <sup>m</sup> recepti ab omnibus ferè nostris, præsertim à Petro Rauennate in fine sui compendij, teneant, decimas etiam quo ad quotam iure diuino deberi. <sup>n</sup> Sed malè: quia certum est, eam non deberi lege naturali, cum illa nullum ante Moysen, nec post eum ante Christum, alios, quàm Hebræos ligauerit, quod fecisset, si esset lex naturalis, <sup>o</sup> & consequenter erat iudicialis, vel caremonialis, quas non solum est verum, sed de fide, cessasse à passo Christo. <sup>p</sup> Vnde Ioannes Maior <sup>q</sup> ait contrarium esse hæresim, licet Canonistæ illud tenentes nō debeant ceteri heretici, & <sup>r</sup> speciatim confutat prædictum Rauennatem mordicus insequentem Innocentiū, eo quod eorum dicta consequitur præcepta iudicialia legis veteris non expirasse, quod est hæresis. Nec obstat dictus <sup>s</sup> ille: quia intelligendus est, de lege, quæ diuina esse solebat, aut de lege diuina veteri, quæ noua humana exemplo fuit, sicut dixit Caietanus. <sup>s</sup>

<sup>e</sup> *Lex illa vetus.* Hæc lex vetus habetur Exod. 22. v. 29. his verbis. Decimas tuas, & primitias tuas nō tardabis reddere: & fufius. Leuit. 27. v. 30. omnes decimæ terræ sunt de frugibus, siue de pomis Domini sunt & illi sanctificantur. Omnium decimarum bouis & ouis & capræ quæ sub pastoris virga transeunt, quidquid decimum venerit sanctificabitur Domino: & Num. 18. v. 21. filijs Leui dedi omnes decimas Israelis in possessionem pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fæderis. Item Deut. 14. v. 22. Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis, qui nascuntur in terra &c. Hæc est lex vetus de decimis.

29 Secundo dico, triplicem esse decimam: Prædialem, personalem, & mixtam. Prædialis est, quæ provenit ex fructibus prædiorum: tritico scilicet, vino, oleo, &c. personalis est decima lucri ex sola industria, aut labore personæ quæ sit: quale est lucrum mercedis, mercis, officij, venationis, &c. <sup>t</sup> mixta est, quæ partim ex prædiis, & partim ex industria capitur: qualis est fræctuum pecudum, & pullorum auium: Et ita hæc lex Ecclesie est generalior, quam vetus, quæ solam decimam prædialem, aut mixtā soluere iuebat. 30 Dixi, *Ecclesiasticam*: ad includendam triplicem decimam supradictam. Dixi, *iure debitam*: ad excludendum eam, quæ consuetudine, vel conuentione rationabili, non debetur: quod ferè tota Italia seruat, & bene quidē: quia quum, vt prædictum est, decima non debeatur, <sup>\*</sup> quo ad quotam iure diuino, potest illam diminui, vel tolli, modo congrua sustentatio iure naturali debita relinquatur ministris Ecclesiasticis. <sup>v</sup>

a Palu. in 4. dist. 25. qua. 4. artic. 2. & Gab. ibidē q. 3. ar. 1. not. 4.  
b Capi. si quis presbyter. 30. dist. & iux. S. Tho. in 4. dist. 15. qua. 3. art. 3.  
c Arg. c. vinnam. 76. dist. quod ibi. & in capi. si quis presbyter. tra dit vterque Cardin.  
d Per c. decima. c. reuerti mini. 16. qu. 1. c In rubr. de decim. aliam c. fin. de paroch. ubi proximo.  
e Exod. 22 g Vbi supra.  
h Luc. 10.  
i Quolib. 2. artic. 8. & quolib. 6. artic. 10. & 2. q. 87. art. 1. k in repe. ca. natural. 1. dist. & m c. 1. de dec. libr. 6. & in repe. ca. ad hac. de p. d. not. 1. 8. dicto.  
l Vbi supra. m Ca. 1. de dec. c. 6. n Per c. in ali quibus. §. ille. de dec. & alia quæ ibi al legat. gloss. o Arg. ca. us. gentium 1. di. & prin. 5. dist. p §. in 4. dist. & c. 1. de purific. post. par. q. In 3. 1. sent. dist. 37. in qu. 30. col. 2. r Col. ante penult. & seq. s In d. 1. & facti in simili c. cum esset. de test. ad capi. Quadragesima de consec. dist. 5. ap. tref pondet. in col. penult. t Ca. ad Apo stolicam. & ca. pastoralis. cū glo. & eu ad not. de decimis. v Arg. ca. fin. de consec. & l. 2. C. quæ sit longa con iuct.





\* *Quoad quotam iure diuino.* Sensus est iure diuino non deberi Ecclesie vnā ex decem partibus fructuum terræ ex aliarum rerum, ex quibus decimæ capiuntur: sed hoc positum esse in more & consuetudine: ita vt si vel duodecimam vel decimam quintam vel vigesimam terræ fructuum partem quis soluat, si congruè sustentationi ministri illa sufficiat, præcepto diuino de decimis satisfaciat.

Ex quibus sequitur primò, quòd qui soluit minorem partem, quàm decimam, vel decimam de vnīs fructibus, & de aliis non: modò soluat totam partem consuetam, & de omnibus fructibus decimari consuetis, satisfacit: modo suam parochus congruam sustentationem habeat, per prædicta, etiam in duobus casibus, de quibus Panormitanus<sup>a</sup> quem sequitur Angelus,<sup>b</sup> quorum quidem prior est, quando Papa soluere iuberet: quia retenta opinione prædicta Theologorum, supra efficaciter ratione comprobata, eiusmodi iussus absque noua causa non esset iustus, & ab eo supplicari posset. <sup>c</sup> Posterior verò est quando ministri Ecclesie necessitate pressi decimas peterent: nam, & in hoc casu non esset soluenda quota decima præcisè, sed plus, vel minus, vel tantum prout congrua sustentatio, plus minùs, vel tantum requireret: quia hoc iure naturæ, cui humana consuetudo derogare nequit, debetur: illa verò humano, cui consuetudo derogat.<sup>d</sup>

31 Sequitur secundò, idem dicendum de personalibus, quod de aliis: videlicet, quòd non debetur, vbi est consuetudo legitime præscripta non soluendi eas: qualis est ferè nostra ætate in toto orbe Christiano, exceptis salariorum famulorum, & famularum aliquarum regionum Hispaniæ. Inter has enim, & alias hoc solum interest, quod ex numquam fuerunt debite iure diuino, etiam veteri, illæ verò sic Hebræis tantum: & quod in his deducuntur impensæ, & solum lucrum decimatur: in aliis non item per notata, <sup>e</sup> id tamen est certum de lucro illicito, quod est restituendum, non esse soluendam decimam personalem: de alio verò sic, modo non sit per notorium peccatum quæsitum: ex tali enim lucro non est accipienda, ne illud approbari videatur, iuxta glossam communiter receptam.<sup>f</sup>

Secundò peccat, qui soluit quidem decimam iure debitam, sed deducit prius impensam sationis, aut collectionis fructuum, aut semen satum, aut pensionem, quam domino prædij soluit, & aut decimat partem peiorem: quia licet non debeatur optima, debetur tamen mediocris.<sup>g</sup>

Tertiò peccat, qui soluit quidem omnes decimas debitas, sed non vbi, quando, vel quibus iure, vel consuetudine legitima debet, <sup>h</sup> nisi legitimo pacto inter Ecclesiasticos, & laicos excusetur.<sup>k</sup>

32 Quibus addo, quòd Concilium Tridentinū<sup>l</sup> sic præcipit, *Qui decimas, aut subtrahunt, aut impediunt, excommunicantur: nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione secuta absoluantur:* quod intelligimus de iis, qui restitutionem possunt antequam sacrosanctum corpus Domini sumere debeant, aut moriantur.<sup>m</sup> Condonatio verò facta ab eo, cui debentur, sufficeret ex mente glossæ solennis. <sup>n</sup> Nec refert, an diues sit, qui debet, an pauper, vt rectè significat Ioannes Maior,<sup>o</sup> quidquid sentiat S. Antoninus, <sup>p</sup> nisi quod beneficiarius condonando diuiti, quod pauperibus est erogandum, & diues accipiendo, quod illis erat dādum, peccare possent, & teneri ad restitutionem, iuxta ea, quæ diximus alibi.<sup>q</sup>

Quartò peccat, qui primitias iure, vel consuetudine legitima debitas non soluit, vbi, quando, & quibus debet, <sup>r</sup> & concionator religiosus, vel confessarius, qui dehortatur, aut auertit à solutione decimarum est etiam excommunicatus, iuxta dicta infra.<sup>s</sup>

*De quarto præcepto Ecclesie, De semel in anno confitendo.*

33 Confessio omnium mortalium intra annum per seipsum necessaria: & interdum ante Quadragesimam: venialium verò utilis tantum nisi, & c. & seq.

37 Confitendo qui mentiens, vel nolens integrè fateri, peccat mortaliter, & seq.

40 Confessio talis, qualis eius finis, & quis principalis.

41 Confitens, qui laico, vel qui confessionem iterans peccet mortaliter, & 42.

43 Pœnitentiam iniunctam, qui non implens peccet mortaliter:

44 Confessarij dictum, qui reuelans peccet mortaliter.

**C**ontra hoc præceptum de semel in anno confitendo, peccat mortaliter primò, qui non confitetur iam habens discretionem, & potest, omnia sua peccata mortalia semel in anno, cui debet, confiteri. <sup>a</sup> Et quàmuis omittere vno anno confessionem non sit, nisi vnum peccatum mortale, <sup>b</sup> tamen, quoties quis proponit non confiteri toto anno, toties peccat, iuxta omnium sententiam. Quid autem sit confessio (de qua loquimur) sacramentalis, & quæ sexdecim conditiones, quas requirit, cum quatuor notabilibus, dictum est supra.<sup>c</sup>

Dixi, *habens discretionem:* ad excludendos eos, qui eo carent, <sup>d</sup> eam autem videtur habere puer, qui ob malefactum verecundatur, & bonum discernit à malo, & interrogatus: an liceat innocetum interficere? aliena inuadere? superiori maledicere? & alia huiusmodi negatiuè responderet. Et interrogatus: an bonum sit esurienti panem porrigere: adire Ecclesias? affirmatiuè responderet. Sed non omnes eodem tempore, eam consequuntur, quod diligenter considerare debent ij, quibus illi subduntur. <sup>e</sup> Porro decens est consuetudo, vt vno, aut altero anno prius incipiant confiteri, quàm communicent, quo maiori cum reuerentia id faciant. <sup>f</sup>

34 Dixi, *potest:* quia si copiam confessarij non habet, aut est excommunicatus, & non negligit procurare absolutiōnem, aut ex consilio confessarij in longius tempus confessionem differt, aut alias impeditur, non peccat. <sup>g</sup>

Dixi, *peccata mortalia:* quia hoc præceptum non includit venialia, etiam si mixta sint mortalibus, iuxta glossam in ca. *omnis*, receptam ibi, <sup>h</sup> & probatam per Concilium Tridentinum <sup>i</sup> nisi quando dubitatur, an sint mortalia, <sup>k</sup> aut tanto affectu est in illa, quod timet se per ea in mortale inducendum, nisi fortiter frænet illa confitendo, iuxta S. Bonaventuram. <sup>l</sup> Quibus consequens est, posse quem, si velit, confessio vno veniali peccato, alterum tacere. <sup>m</sup> Vtile tamen est carenti mortali, sapius venialia confiteri: quia per id augetur gratia pœna purgatorij minuitur, & propositum nunquam peccandi mortaliter renouatur, & habitus venialiter peccandi diminuitur. <sup>n</sup> Dixi, *semel in anno, & omnia,* propter ea, quæ <sup>o</sup> dicta fuerunt.

35 Secundò peccat mortaliter, qui non confitetur, etiam extra Quadragesimam, occurrente casu, in quo ad id obligatur. Quinque autem casus <sup>p</sup> attigimus, quibus prædictus Ioannes Maior addit alium, in quo quis nouit, se memoriam omnium totius anni peccatorum, in Quadragesima minime habiturum, quod videtur vtile, sed non necessarium. Tum quia ferè omnes in anni decursu toties peccamus, vt veri numeri in Quadragesima non meminerimus. Tum quia nulla lege ad id obligamur, & sine lege non est asserenda obligatio. <sup>q</sup> Tum quia Concilium Florentinum citatum à nobis, <sup>r</sup> cui Tridentinum consentit, <sup>s</sup> tantum obligat ad cōfitenda peccata, quorum meminimus: in quod tamen adhibenda est mediocris diligentia, quam ibi determinauimus, sed non illa noua, quam Maior, sine textu, & ratione necessaria excogitauit, quæque scrupulis onerari possent pœnitentes.

Tertiò peccat, qui non iterat confessionem, in quibus casibus iteranda est, supra <sup>t</sup> positis, sciens, aut scire debens se ad illud teneri, iuxta mentem omnium.

36 Quartò, qui confiteri potest ore proprio per seipsum, & non vult id facere, nisi tantum per scriptum, vel nuncium ob segnitiam, aut pudorem. <sup>v</sup> Dixi, *potest:* quia qui per seipsum confiteri nequit, non tenetur ad confitendum per alium, nec per scriptum, nec etiam per interpretem. Si tamen id faceret, valeret confessio, & absolutio, quæ scripta mitteretur, secundum Paludanum, <sup>x</sup> & clarius Adrianum <sup>y</sup> quos secuti fuimus alibi <sup>z</sup> & nunc etiam sequimur, quamuis aliqui contradicant. Tum quia illa, quæ per interpretem fit, semper fuit, & est in vsu Ecclesie, & eā, quæ per scriptum à præsentente pœnitente fit, probat glossa. <sup>a</sup> Tū quia falsum est de ratione intrinsecæ confessionis esse, vt sit secreta. Concilium enim Tridentinum <sup>b</sup> expressè ait, posse etiam fieri eam publicè: licet nemo ad id teneatur, & si id esset verum, cōfessio, quam terrius insidiosè audiret, nil valeret. Tum quia dictum cap. *quem pœnitet:* habens non esse faciendam per scriptum, intelligi debet, quando verbo com modè fieri potest, ne contradicat prædicto ca. *qualis:* quod

a In ca. à nobis. de deci. b Verb. decima. §. 2.

c Iuxta cap. si quando. de rescrip.

d Capi. fin. de consuet. ut di. Etum est supra. num. 28.

e In c. ad apostolica. c. nō est. ca. ex irāmissa. c. pastoralis. de dec.

f In dict. c. ex transm.

g Contra ca. sua nobis. & capit. nō est. de decim.

h Ioan. Maior ubi supra.

i Arg. c. certi ficari. de sep. & c. eate de iur. iur.

k Ca. statum. & c. veniens. de tran. sac. cum vñ adnot.

l In sess. 25. c. 12. de refor.

m Arg. corū, qua dicta sūt supra. c. 17. n. 50.

n Ca. peccatū de reg. iur. li. 6. verbo, restituitur.

o Vbi supra. p. 2. p. 4. ca. 3. §. 7.

q In tract. de reditib. eccle. q. 1. moni. 22.

r O. c. cit. sup. c. 17. n. 94. & specialius in c. non. licet. 12. qu. 2. §. 15. num. 5.

s Iuxta ca. 1. & ibi notata, de deci. & tra. de S. Th. 2. 2. q. 80.

t Cap. 27. nu. 145.

a Ca. omnino trusque sex. de pœni. & remiss. b Vt significat gloss. sing. in summa de pœn. dist. 1. 5. c Cap. 2. d Dicto. c. om. nō.

e Arg. c. duo ista nomina. 23. qu. 4. f Maior in 4. li. sent. di. 27. qu. 2.

g Arg. ca. quia diuersitatem de confessio. prob. & trad. S. Anton. 2. par. tit. 9. c. 8. h Et in 4. lib. sent. dist. 16. per omnes. i Sess. 14. can. 5.

k Arg. capi. §. quis autem. de pœ. dist. 7. l In d. 4. l. sen. dist. 16. sub. m Io. Maior. & alij ubi supra. n Sylu. verb. confessio. 1. q. 4. §. 3. o In dicto ca. 2. p In d. c. 2. n. 6. & duobus seq.

q §. consideremus. auibem de trient. & remiss. co. 3. c. consuius. 2. quæst. 5. r In c. fratres de pœ. d. 5. nu. 60. s Vbi sup. ca. 5. t Cap. 9.

v Cap. quem pœnitet. de pœn. dist. 1.

x In 4. li. sen. dist. 17. quæst. 2. art. 1.

y In 4. de con. sess. quæst. 1.

z In c. quem pœnitet. de pœn. dist. 1.

a Ca. qualis. 30. qu. 5.

b In dicta sessio. 14. can. 5.



a In d. e. que pœnit. dij. 1. num. 4.

b Vt diximus i d. c. fratres. num. 37. c. 2. q. 69. art. 1.

d Vt diximus i c. j. atres. de pœn. dij. 5. n. 18. & in c. inter verba. n. 735. & supra c. 18. num. 7. e In d. c. fratres. num. 22.

f In di. cap. 2. nu. 4.

g Cōtra pra. cap. omnis. & Con. Flor. & Trident. sess. 14. cap. 5. h Ca. cum minister. 23. qu. 5. cum is. quæ latè adieci-mus ei. i Verb. vana gloria. §. 1.

k In repet. ca. inter ver. 11. qu. 3. concl. 4.

l In d. ca. cum minister. nu. 41.

m Ver. confe. 1. q. 6.

n In 4. l. sent. dij. 17. q. 1. o In ca. quem pœnit. de pœnit. disti. 1. p Sicut in ca. 1. de pœ. dij. 6. à nu. 72. v. que ad 83. & in repet. d. c. inter verba. concl. 4. q. in di. lib. sentent. dij. 17. r In 4. dij. 17. & c. omnis. de pœ. & rē.

secundum vnum intellectum glossa habet eam per scripturam fieri posse. I ū quia hæc opinio misericordiam Dei, virtutē sacramenti pœnitentiæ, & deuotionē pœnitentium auget: & opposita retrahit à cōfitendo aliena lingua homines, & mutos sciētes scribere, & agrotos in domum parochi agrotantis migrare nequeūtes: quod tetragimus alibi. <sup>a</sup>

37 Quinto peccat mortaliter, qui mentitur in confessione, affirmando, aut negando aliquid mortale, nisi affirmaret absque animo sacerdotem decipiendi, putans se sanctē posse nimis accusare. <sup>b</sup> Dixi, *mortale*: quia si solum affirmaret, vel negaret falsē tantum veniale, non peccaret mortaliter, siue propotuisset illud confiteri, siue nō, quidquid dicat Caietanus, <sup>c</sup> quia mendacium solo eo, quod in iudicio interiori confessionis, aut exteriori dicatur, non est mortale, quamuis sit de re, quæ ad iudicium, in quo illud sit pertineat, nisi sit iuratum, aut notabiliter perniciosum. <sup>d</sup> Dixi, *eo solo*: quia vt scripsimus alibi <sup>e</sup> potest esse peccatum, quando quis nullum aliud verum confiteretur: nō quidem, quia est mendacium: sed quia irreuerentiam sacramento facit, non subiuciendo materiam ad illius exercitium sufficientem: qualis non est peccatum falsum: licet veniale verū sit.

38 Et quod dictum est de veniali, est dicendum de mortali, alias legitimē confessio: cum neutrius confessio sit necessaria, & vtriusque sit sufficiens materia sacramenti secundum communem Catholicorum. Vnde sequitur non peccare mortaliter, vt <sup>f</sup> diximus, confitentem negantem se admisisse peccatum mortale, aliā legitimē confessionem.

39 Sexto peccat, qui inter confitendum proponit non confiteri aliquid peccatum mortale, si confessorius non interroget: quod agnoscens confessorius procurare debet, vt eum pœniteat peccati nolendi confiteri integrē. <sup>g</sup>

40 Septimò peccat, qui confitetur ob finem mortaliter malum: puta, ad consequendum aditum faciendi aliquid, quod esset mortale aut ob vanam mortalem gloriam: quia omnis actus, cuius finis mortalis est, ipse quoque talis est. <sup>h</sup> Dixi, *mortaliter malum*: quia cōfiteri ob finem venialē, non est mortale: quāuis enim eximus vir ille Angelus <sup>i</sup> teneat, concionari, missam celebrare, & alia principaliter diuino cultui dedicata facere propter honorem, aut inanem gloriam, esse mortale: contrarium tamen tenendum est, vt latissimē alibi <sup>k</sup> demonstraui-mus. Addimus autem, quod, vt aliquis dicatur confiteri principaliter, ne notetur, aut infametur in populo, aut ob metū apparitoris siue Merini; aut pœnæ, non satis est, quod alias nō confiteretur: sed oportet, vt id æque, aut pluri quā cōfessionem, & absolutionem faciat, quod pauci faciunt: quamuis multi non confiterentur, nisi aliquo respectu prædictorum, aut alio simili tēporario in id mouerentur, per ea, quæ in locis supradictis diximus, præsertim <sup>l</sup> disputādo de causa principali, & minus principali actus humani. Vnde sequitur non peccare mortaliter eos, qui ne suam existimationem honestam amittāt, confessorio cuidam familiari suo confitentur omnia sua peccata, etiam obscena. & postea alteri probo, & graui solum leuiora: quod de se non est malum: & si finis venialis fuerit, peccatum veniale erit, & si mortalis, mortale, & si bonus, qualis frequenter est, sanctus, & probus, immo interdum necessarius, quidquid dicat Siluester <sup>m</sup> & alij, quorum dictum ad distinctionem dicti nostri reduci potest.

41 Octauò peccat, qui confitetur laico, vel clerico non presbytero absque necessitate, cum possit confiteri presbytero: aut cum necessitate, animo accipiēdi ab eo absolutionem sacramentalem, aut detegendo peccata mortaliter secreta imprudenter, iuxta Scotum, & communē, <sup>n</sup> & Cardinalem Turretrematam <sup>o</sup> quod <sup>p</sup> diximus, intelligēdum esse solum de eo, qui cōfiteretur peccata, quibus absque peccato mortali se infamare non potest, & de eo, qui scit absolutionem sacramentalem, datam à laico, etiā in vltima necessitate, esse sacrilegiū, & esse graue peccatū interdū seipsum infamare, etiā ad veniam à Deo obtinendā: nō autem de eo, qui bona fide credens (licet per ignorantiam iuris) licitū esse, hoc fecit: eo quod cōmuniter id inter imperitos licitum existimatur: quod rāmen falsum est, iuxta omnes. <sup>q</sup>

Nōdò peccat, qui confessus laico tempore necessitatis peccata mortalia, non confitetur eadem postea, cui debet tempore, quo confiteri tenetur, iuxta omnes; <sup>r</sup> quia ad confitendum ea nōn secus tenetur, quā si nullatenus

A confessus ea fuisset. <sup>a</sup>

42 Decimo peccat, qui peccatorum semel bene factam confessionem iterat secundo, tertio, & saepius propter scrupulos, cum periculo delipendi ob nimiam de re tristi cogitationem, aut cū scandalo notabili confessorij, aut notabili infamia tertij. <sup>b</sup> Dixi, *cum periculo & scandalo*: quia non videtur plusquā veniale id facere sine illis, licet sit veniale: quia procuranda est tranquillitas anima, & cōscientiā, quam eiusmodi scrupulosa repetitio diminit, & ideo semel confessus, & absolutus conuenienter iuxta iudicium docti cōfessorij, quiescere debet: immo, & credere, se confessionem fuisse illa, quæ postea occurrent, quæ nescit, an fuerit confessus, vel nō: sed habet probabilem causam credendi se illa confessionem: quia ob hoc nullo se periculo subiicit, eo, quod certō nesciat, se illa confessionem nō fuisse: morbus enim, quo laborat, excusat eum, & facit: vt pro certo habere debeat, quod alius rectē compositus pro dubio reputare deberet: eo quod passio inordinata timoris, iudicij cōstantiam ei adimit, & tot dubia phantasia excitat: vt ad timendum numquam se bene confessionem inducat, & nō sine magna molestia phantasia motus sedate possit, per quod multa pericula tam corporis, quā anime incurruntur, & multa vtriusque opera bona impediuntur, vt rectē post alios considerat Caietanus, <sup>c</sup> addens idem dicendum de iis, qui iterant confessiones, non quia sunt scrupulosi: sed quia nūquam proponunt omnino integrē cōfiteri, vt debent: quia mortaliter peccant, non quia iterant (cū ad id teneantur) sed quia non bene iterant, & magnam irreuerentiam tanto sacramento faciunt cōtra ea, quæ ait S. Thomas. <sup>d</sup> Verum est etiam, quod quamuis nemo ad confessionem peccatorum, semel bene factam iterandam teneatur, sanctum tamen est iterum ea confiteri, si deuotionis causa, cum quietā cōscientiā, & sine tadio confessoriorum: & aliorum bonorum operum impedimento fiat: quia quamuis per primam contritionem, & confessionem remissa fuerit eorum culpa, frequenter tamen non remittitur tota pœna temporaria hic, vel in purgatorio subeunda, in quam æterna mutata fuit, quæ per secundam, tertiam, & quartam confessionem tollitur, aut diminitur: tam ratione verecundia, quæ pœnitens in confessione afficitur, quā ratione virtutis sacramentalis absolutionis, quæ non solum largitur, aut auget gratiam: sed etiam diminit, & tollit pœnam supradictam, <sup>e</sup> iuxta illud S. Augustini, <sup>f</sup> *Quanto pluribus confitetur in spe venia turpitudinem criminis, tanto facilius consequitur misericordiam remissionis*: quem ita ibi intelligimus, & sic intelligendus est iuxta Panormitanum, <sup>g</sup>

\* Iuxta illud S. Augustini. Est in lib. de vera & falsa pœnitentia ca. 10. sed hic liber nōn est Augustini, vt notarunt Louanenses.

43 Vndecimò, peccat, qui pœnitentiam sibi à cōfessorio impositam, & à se acceptatam in satisfactionem specialem suorum peccatorum mortalium, nō implet, cū illius meminit, & eam implere possit. Dixi, *acceptatam*: quia non cogitur pœnitens eam acceptare, nisi vt infra dicitur: sed acceptatam implere tenetur, vt latius aliis alibi <sup>h</sup> diximus. Tū quia quidquid dicat Caietanus <sup>i</sup> maiorem vim habet sententia cōfessorij in foro ipsius, quā alterius iudicij in foro exteriori: quæ tamen acceptata ad implementum sui obligat sub pœna mortalis. <sup>k</sup> Tū quia in dubio hæc est communis intentio confessoriorum, & pœnitentium, & innititur illō Euangelij, *Quorum remuneris retēta sunt*. <sup>l</sup> Dixi, *præceptam*: quia cōsulta tantum nec ad mortale, nec ad veniale obligat. <sup>m</sup> Dixi, *in satisfactionem*: quia quæ imponitur in monitionem eius, ad quod tenetur: puta, vt singulis annis confiteatur, & cōmunicet, & quod debet restituar, ad nouum peccatum nō obligat: quia regulariter expressio eius, quod tacitè inest, nihil operatur, <sup>n</sup> nec qui declarat, statuit. <sup>o</sup> Dixi, *mortalium*: quia, quæ ob veniale imponitur, non obligat ad mortale cōmuniter, nisi contemptus interuenit.

44 Duodecimò peccat, qui post confessionem reuelat aliquid à cōfessorio sibi dictum, consultum, vel præceptum in detrimentum notabile vite, salutis, fama, aut bonorum eius probabiliter redūdans, iuxta Paludanum. <sup>p</sup>

*De quinto præcepto Ecclesie, De cōmunicando in Paschate.*

45 *Cōmunicandū in Pascha, aut ante, vel post octo dies, nisi, &c.*

a Vt diximus in d. capi. 1. de pœ. di. 6. n. 83.

b Vt diximus in di. ca. inter verba. 11. qu. 3. n. 729. & i c. fin. de pœn. d. 5. n. 30. & à liquid. in c. 1. nu. 98. & 99. de pœ. dij. 11.

c In summa. verb. confes. condi.

d 2. 2. qu. 99. art. 3.

e In c. quem pœnit. de pœn. dij. 1. f In c. asf. §. de adulter. vero. de ind.

g Ca. 26. nu. 20. h In c. 1. §. ponat se de pœ. dij. 5. num. 13. i In 2. q. de satisfactio. k Capit. 2. de maior. & obedien. l Ioan. 20. m §. 4. dij. c. 1. §. 1. n Ca. significasti. de elect. & laud. Feli. in c. ad audientiam. 2. de re. vbi gloss. o l. heredes palam. §. sed & si notab. ff. de testa. p In 4. l. sent. d. 11. q. 3. a. 3. col. 6. & la-tius Adria. in 4. de conf. dub. 10. co. 11.





- 45 *Communicet quam citius poterit non communicans in Paschate.*
- 45 *Obligatio, qua lapsu termini implendi preceptum finiatur.*
- 46 *Communicat quis scienter in mortali, & ob id peccat.*
- 47 *Gratia in diuina se esse nemo scit, & quis pie credit esse in ea.*
- 48 *Communicare bene quis censura ligatus potest.*
- 49 *Communio confessionem actualem mortaliu prearequit, nisi, &c.*
- 50 *Communio omisso ob odium, qua mortalis.*
- 51 *Communione, qua copula, vel pollutio, licita, vel illicita impedit.*
- 51 *Pollutio, vel copula carnalis, qua communionem impedit.*
- 52 *Communicans alienum parochianum peccat, nisi, &c.*
- 53 *Communio, quo esu, vel potu eodem die presumpto impeditur.*
- 54 *Communicans, vel celebrans pluries, qua semel in die peccat.*
- 55 *Communio quando ob peccatum occultum male, & ob publicum recte denegatur, & 56.*
- 57 *Communione non procurans eis, quorum curam gerit, quam peccet.*
- 58 *Communicare non licet paruulis, nec aliis sub vtraque specie, nisi celebrando.*
- 59 *Communicare, qui tenentur pluries in anno, & quoties expediat, & deceat.*

**C** Contra hoc preceptum quintum peccat mortaliter primò, qui non communicat in Pascha, <sup>a</sup> nec ante, vel post octo dies, iuxta declarationem Eugenij III. quam ignorauerunt Panormitanus & alij, <sup>b</sup> & S. Antoninus <sup>c</sup> sed eam inter alios citauit Ioannes Maior, <sup>d</sup> nisi de licentia proprij sacerdotis in aliquot plures dies differat, <sup>e</sup> & nisi sit excommunicatus, interdictus, aut suspensus à communionem, & nequeat absolui per impotentiam facti, aut iuris, aut ob aliud impedimentu, quale est illud occultum, quo impeditur à faciendo, quod requirit absolutio. <sup>f</sup> In quo casu patienter perferendo censuram, & poenam Ecclesie, potius meretur: modò pro viribus procuret habilitatem ad absolutionem censuram, & peccatoru, sanctamque communionem secundum omnes, quòd rectè explicat Gabriel <sup>g</sup> Vbi autem est consuetudo legitima, & prescripta satisfaciendi huic precepto, comunicando quolibet Quadragesimam die: qualis est in nostra Conimbrica, & multis aliis locis, sufficeret conformare se illi, vt diximus alibi. <sup>h</sup> Hortamur tamen, ne quis statim à prima confessione in annum integrum dilata communicet, sed expectet aliquandiu: & postea denu confessus ea, quæ in memoriam redierint, & interea peccauerit, mundius ad illam purissimam, sanctissimamque mensam accedat. Et quamuis D. Antoninus <sup>i</sup> quem Siluester <sup>k</sup> sequitur, & etiam Medina <sup>l</sup> teneat, eum, qui in Pascha resurrectionis non communicauit, non teneri sub poena noui peccati ad comunicandum vsque ad alterum Pascha: quòd ipsum dicunt S. Antoninus <sup>m</sup> & Siluester de confessione, contradicente in hoc Medina, <sup>n</sup> nobis tamen contrarium videtur in vtroque verius. Tum quia si, vt Medina dicit, qui intra vnum annum non confitetur, ante finem alterius anni confiteri tenetur: eo quòd predictum cap. *omnis*, confessionem semel in anno precipit, eadem ratione, qui non comunicauit in Pascha, tenebitur ad comunicandum ante finem alterius anni: cum idem cap. communionem semel in anno precipiat: nam predictum cap. precipiendo comunicare in Pascha duo in effectu precipit: scilicet comunicare semel in anno, & comunicare in Pascha: & licet lapsa Pascha non possit impleri alteru de comunicando de ipso, potest tamen alteru de comunicando semel in anno, vt in simili dicitur, <sup>o</sup> de citato ad comparandum certo die Romæ, qui si non potest comparere illo die, teneri comparere quatuordecim post illum poterit. <sup>p</sup> Tum quia licet quando tempus ad finiendam obligationem prefinitur, eo lapsa, ea finiatur, <sup>q</sup> quando tamen prefinitur ad dilatandam solutionem, non finitur per lapsum ipsius: immo vegetior efficitur vt est in iure, <sup>r</sup> vbi hoc adnotat Panormitanus <sup>s</sup> communiter receptus: at terminus Paschæ in predicto cap. prestitutus, non prefinitur ad finiendam obligationem, sed ad dilatandam debiti solutionem, & declarandum eam fieri posse intra annum citra culpam, & poenam. Tum quia non obstat eoru fundamentum,

**A** quòd preceptum de ieiunando illo, vel illo die, & de singulo quoque die recitandis horis canonicis elapso die, non obligant ad ieiunandum, aut recitandum alio die: quia vt singulariter melius, quam alij dixit Petrus de Ancharano <sup>a</sup> relatus per nos alibi, <sup>b</sup> illa ieiunia, & illas horas precipit Ecclesia tamquam onus illis diebus annexum: quòd in istis duobus preceptis confessionis, & communionis non facit, quibus determinat tempus confitendi, & comunicandi, à iure diuino indeterminatum, intra quòd ei satisfaciamus: & sic quamuis obligatio illo die comunicandi, eodem elapso cesserit: obligatio tamen comunicandi intra annum non cessat, quin manet, vt quatuordecim poterit satisfieri: cum annus tacite prefixus fuerit pro dilatione pura satisfactionis, & comunicatio in die Paschæ pro onere illius diei.

**B** 46 Secundò peccat mortaliter, qui comunicat credens, aut credere debens, se mortalis culpæ reum, <sup>c</sup> idem de eo, qui comunicat cum proposito non seruandi legem aliquam ad mortale obligantem, aut redeundi ad concubinam relictam, aut ad aliud quodpiam mortale iam confessum, post Pascha: aut non restituendi alienu, aut non deponendi odium, vel rancorem mortiferum, &c. idem de illo, qui de peccato preterito mortali ob vtilitatem inde acceptam delectatur, quauis ad illud redire amplius nolit: qualis est, qui delectatur vsura, mendacio, fraude, vel furto: eo quòd per ea, bona sibi quaeruit: aut fornicatione, aut adulterio, ex quibus suscepit liberos, quos impensè amat: quia quoties hoc animo deliberato facit, mortaliter peccat, quauis proponat nuquam ad ea redire, licet sine peccato posset gaudere de iis, & aliis per quodcumque peccatum questus restitutioni non subiectis, modò eum poeniteat peccatorum, aut saltem non placeant illa sibi, neque quòd per ea quaerita, sic quaerita fuerint, <sup>d</sup> quòd clarè resoluit Ioannes Maior <sup>e</sup> Licet enim cuius delectari de quibusq; bonis effectis malarum causarum, modò eis, qua parte mala sunt, non delectetur. Ille etiã credit, aut credere debet, se mortalis culpæ reum, qui ex ignorantia affectata, siue procurata id ignorat: quia delectatur se nescire illa esse peccata, vel ea non meminisse, ne ad confitendum illa teneatur: immo, & qui id facit ex ignorantia crassa, qua laborat, qui ad id sciendum, an sit peccatum, vel recordandum an fuerit, non vtitur diligentia, qua communiter suæ conditionis homines vtuntur, iuxta Scotum, & communem, <sup>f</sup> ille tamen non credit, nec credere tenetur, se esse mortalis culpæ reum, ad comunicandum, absque nouo peccato, qui debita diligentia in recordando, & consulendo doctos adhibita nullius mortalis culpæ conscius est, siue quia talem non meminit, siue quia ignorat esse mortalem, aut se non satis contritum esse. Is enim deuotè, ac reuerenter comunicans non peccat nouè, etiam si verè sit culpæ mortalis reus, quin interdum virtute tanti sacramenti veniam consequitur, dum eius calore fit de attrito contritus, secundum S. Thomam communiter receptum, <sup>g</sup> non enim est necesse ad rectè comunicandum scire, se in gratia Dei esse.

**E** 47 Tum quia hoc non nisi reuelatione speciali diuina scire potest. <sup>h</sup> Tum quia sufficit probabiliter credere se in illa esse, quòd facere potest, qui se contritum esse probabiliter credit, & ille se contritum esse probabiliter credere potest, qui verè Deo dicere potest tria, quæ ponit Ioannes Gerson, <sup>i</sup> Quorum primum est, *Domine omnium peccatorum meorum, saltem mortalium, ex animo me poenitet, & propono ad ea numquam amplius redire, & ab aliis in posterum cauere.* Secundum, *propono ea omnia, Domine, tempore congruo confiteri.* Tertium, *hac principaliter facio, & faciam tui amore, & quia tuam immensam maiestatem, & bonitatem offendi, debens eam honorare super omnia, & amare.*

**F** 48 Tertiò peccat mortaliter, qui comunicat contra prohibitionem Ecclesie: eo quòd est excommunicatus, interdictus, aut suspensus à communionem, per proximè dicta: nisi quando huiusmodi censuræ in se nullæ essent: per ea, quæ latè diximus alibi, <sup>k</sup> aut iniuste coram Deo, & secretò comunicaret, aut in terris, vbi id ignoratur, iuxta ea, quæ <sup>l</sup> post Felinum & alios <sup>m</sup> scripsimus.

49 Quarto peccat, qui habens copiam confitendi comunicat ante confessionem actualem omnium peccatorum mortalium, numquam antea legitime confessorum, & ante eorum absolutionem: quamuis veram de eis con-

<sup>a</sup> Cap. *omnis*, de *poen.* & *re.*  
<sup>b</sup> In *d. c. omnis*.  
<sup>c</sup> In *2. p. tit. 9. c. 9.*  
<sup>d</sup> In *4. li. sent. dist. 17. qu. 2. c. di. c. omnis*  
<sup>e</sup> *Ve in casu c. inquisitioni cum ei adno. de sent. excõ.*  
<sup>f</sup> *Ser. 21. de Eucha.*  
<sup>g</sup> In *ca. confideret. de poen. dist. 5. s. casus ad num. 1.*  
<sup>h</sup> *2. p. tit. 9. c. 9. s. 3.*  
<sup>i</sup> *Ver. Eucha. dist. 3. q. 15.*  
<sup>j</sup> In *C. de poen. dñ de cõf. tra. Bar.*  
<sup>k</sup> *Vbi supra.*  
<sup>l</sup> *Vbi supra.*  
<sup>m</sup> In *c. eum di. la. da. dol. & cap. u.*  
<sup>n</sup> *Cui conser. l. Celsus. ff. de recep. ar. cum. citat. vtrobi. que.*  
<sup>o</sup> *Capi. sacus. de spons. r. Per d. c. dile. di.*  
<sup>p</sup> *Num. 12.*

<sup>a</sup> In *c. 1. de ca. lib. rñ. m. 29.*  
<sup>b</sup> In *Enchir. de Orat. & hor. C. a. c. 10. num. 53.*  
<sup>c</sup> In *ad Cor. 11.*  
<sup>d</sup> *Ve in d. ca. inter verba. 11. q. 3. conclu. 4. & in addi. c. quando diximus. citando alios.*  
<sup>e</sup> In *4. li. sent. dist. 14. qu. 2. art. 1.*  
<sup>f</sup> In *4. li. sent. dist. 9. & in c. quoridie. de conf. dist. 2.*  
<sup>g</sup> In *3. p. qu. 79. ar. 3.*  
<sup>h</sup> *Capi. fin. de purga. can.*  
<sup>i</sup> In *suo opere triparsito.*  
<sup>k</sup> In *vape. ca. cum conser. de rescri. in 2. remedio contra exco. rem Apostolicum. nu. 4.*  
<sup>l</sup> In *ca. penul. de sen. excõ. in l. c. fin. de testib. cogen.*

tritionem



23 par. q. 80.  
 arti. 4. & m.  
 4. d. 17. q. 4.  
 3. ar. 1. q. 4.  
 b In 4. d. 17. q. 4.  
 9.  
 c In c. de ho-  
 mine. de ce-  
 leb. mis.  
 d In summa.  
 verb. commu-  
 nio. & i. ad  
 Cor. 11. & in  
 d. ar. 4.  
 e In glos. sum-  
 ma de pœni-  
 dist. 5. nu. 31.  
 & seq.  
 f In glos. 13. c.  
 7. & can. 11.  
 g In 4. d. 17. q. 4.  
 h Ver. Eucha-  
 ristia. 2. q. 7.  
 i Cap. 1. ver-  
 nos igitur de  
 post. pra. &  
 l. in que Sullo  
 ff. de furt.  
 k In cap. 1. de  
 pœnit. dist. 6.  
 l In 4. d. 17. q. 4.  
 m Ver. Eucha-  
 ristia. 2. q. 7.  
 3. q. 10.  
 n In 4. d. 17. q. 4.  
 dist. 9. & m. 3.  
 par. q. 80. ar.  
 7.  
 o In dicto ca.  
 1.  
 p In summa.  
 verb. commu-  
 nio sacramen-  
 tis. q. 1. ar.  
 cum propria.  
 33. q. 4. 4.  
 i Lux. Cardi-  
 nem. 1. de pri-  
 vile. quæst. 11.  
 s Ver. excom-  
 mun. 6. exco-  
 mun. 15. q. 4. 3.  
 t d. clem. 1. de  
 pri. de qua  
 infra. c. 27. n.  
 101.  
 v ut habetur  
 in supplem.  
 privileg. Apo-  
 stol. concess.  
 100.  
 x In monu-  
 menti ordi-  
 Minorum se-  
 cundo impres-  
 su.  
 y In ca. p. nu.  
 5.

tritionem habeat, iuxta S. Thom. \* Scotum & alios, b & glosiam singularē ab omnibus nostris receptam, c quāvis Caiet. d quem sequitur Armilla oppositum teneat. Cuius opinionem, & fundamenta euidenter refutauimus, e quāque Trid. Conc. reiecit, f Dixi, *habens copiam*: quia secus, si eam non haberet, vt illa glosia singularis dixit, quam non habet, qui sine scandalo cofiteri nequit: vt qui in altari inchoata iam missa, alicuius peccati non cofessis recordatur, cui sufficit contritio de illo, cum proposito confitendi ad missam profequendam. Idem de illo, qui iam venit cū aliis ad communionem suscipiendam, & peccati alicuius non cofessis recordatur, & non potest illud decenter ante illā cofiteri, nec à communicando absque sui nota abstinere: potest enim communicare cum proposito illud confitendi, secundum Scotum & Siluestrum. h

50 Quinto peccat, qui omittit communionem, ad quam tenetur, propter odium, vel voluntatem non parcendi, aut non restituendi, aut non faciendi aliud, ad quod sub mortali reatu tenetur: is enim nouè peccat: quia nemini malitia sua debet prodesse. i

51 Sexto peccat, qui intra vnum diem naturalē post habitam copulam carnalem, aut pollutionem illicitam, etiam contritus, & confessus communicat, quod k latè olim suauimus, protestati nullum esse textū, vel rationem necessariā id probātem, quod multis prudētibus confessariis visum fuit durum. Quare prætermisissis quibusdā, quæ hic super hoc addidimus, affirmamus idē, quod in postrema additione affirmauimus: nēpe hoc de rigore iuris nō procedere: quāuis multa pro eo faciant: immo q̄ vera cōtritione, pura q̄; confessione præcedente, & nullo contemptu, nec distractione notabili, nec alio, quod obstat interueniente, potest celebrare, & communicare humiliter, secūdū Palud. l Siluest. m Minus autem procederet in eo, qui post pollutionem inter dormiendum absq; peccato mortali habitam (quamuis ex causa mortali contingeret) communicaret, aut celebraret, cofessus illam causam, iuxta ea, quæ ibi post alios multos diximus. Et minus in eo, qui ex necessitate, aut ex officio proprio, aut alterius, necessariō ab ipso præstando celebrat, aut ducitur magna deuotione, iuxta S. Tho. & communem, n & nos diximus alibi. o Et licet coniugati intra diem, quo debito coniugali satisfecerint, communicare de honestate non deberent: non tamen peccāt, saltē plus quā venialiter, comunicando, iuxta cōmunē, quā tenet Caiet. p Nec etiā si intra diē, quo comunicauerūt, debitum coniugale reddunt, secundum Albertum Magnū. q

52 Septimo peccat, qui hanc sanctam communionē percipit ab eo, qui non erat proprius parochus, nec superior absque eiusdem licentia expressa, vel tacita, aut priuilegio, etiam extra Quadragesimam, aut Pascha, etiam in articulo mortis, r etiam si sit religiosus, per dictum Siluest. s contra alios, nisi ignorantia excusetur: & qui absque tali licentia ministrat, si est religiosus, excommunicatus est, t verūtāme Leo decimus cōcelsit cuilibet sacerdoti ordinis Minorū, vt quouis anni die sacrosanctum Domini corpus secularibus ministrare possit, excepto solo die Paschatis, v & consequenter Dominicanis, & reliquis omnibus, qui eius priuilegiis vtuntur: quod etiam scimus, concessum esse particulariter, & merito Patribus Illustriss. Societatis I. S. V. in audiendis confessionibus, & comunicandis cofessis exercitatisimis. \* Et quamuis ob aliqua quibusdam videri possit, hanc exceptionem diei Paschatis resurrectionis intelligendam esse de omni communionē, qua huic præcepto satisficit, nobis tamen intelligenda videtur de sola communionē diei Paschæ, siue fiat ad satisfaciendum præcepto siue non: quia prædictus Leo Papa satis id declarat in prædicta concessione, attentis verbis, quæ addit simili Nicolai V. concessioni 149. \* Nec cōdemnarem eum, qui acciperet, aut qui sanctissimum Sacramentum ministraret, quando eiusmodi essent personæ tempus, & causa, vt iudicio boni viri credi possit parochum eo contentum fore, si intelligeret, propter tacitam quamdam facultatem, quæ ex hoc oriri videtur: per ea, quæ in simili casu dicta sūt supra. y

\* Et quamuis ob aliqua. Accepimus tamen ex Vrbe congregationē illustrissimorum Cardinalium, cui hoc dubium fuit propositum, definitiuē eos nequaquam Ecclesiæ præcepto satisfacere, qui alio die quā paschatis, intra illos quindecim dies, apud illos quibus hoc priuilegium concessum fuit communicarent.

A 53 Octauo peccat, qui communicat, aut celebrat post cibi, aut potus ex proposito sumptionem eodem die, elapsa iam media nocte cum valet, aut ita ægrotat, vt commodè possit differre in sequentem diem, quamuis per modū medicina, aut ipsā medicinā sumeret. a Dixi, *ex proposito*: quia deglutire reliquias cibi diei præcedētis dentibus insertas, aut aliquam aquæ guttā, aut particulam alterius rei, lauando os, aut gustando ius, vinum, aut aliud simile, absque proposito edendi, tamquam saluam, non impedit communionē, nec celebrationem: quia non est propriè sumere cibū, vel potum. Dixi etiā, *eodem die elapsa media nocte*: quia prius sumptum non impedit, quamuis propè mediam noctē cœnet, & postea nō dormitat, nec digerat, iuxta cōmunem, quā b confirmauimus, licet aliqui cōtradican per c. *si confiteris*. c quod tamē nō probat, vt ibi aliās diximus. Licet, qui ex cœna noctis præcedētis mentem conturbatam sentit, cōmunicare ex consilio non debeat, iuxta S. Thomam, d quamuis communicando non peccet mortaliter. Dixi, *cum valet*: quia infirmus sequentem diem expectare commodè non valens, communicare potest: sed non celebrare, etiam ad ministrandum infirmo, nec ad vitandum scandalum, etiam iussu prælati inferioris Papa, iuxta communem.

54 Nono peccat, qui plures eodem die cōmunicat, vel celebrat, e nisi in certis casibus: non peccat tamē sacerdos, qui ob infirmitatem, vel aliās non celebrando cōmunicat sine stola, & superpellicio, quamuis ca. *Ecclesia*, f hoc significet secundum Angel. s verè enim id non intendit, vt rectè innuit Siluester, h quia solū loquitur de sacerdote cōmunicante celebrando: loquitur enim de sumente corpus, & sanguinem, & qui non celebrando communicat, non percipiunt sanguinem sub specie vini, vt sentit glosia recepta, i & definit Concilium Tridentinum. k

55 Decimo peccat parochus, qui communionem subdito, siue secreto, siue publicè petenti, tempore quo iure cōmunicare tenetur, denegat propter peccatum mortale occultum, quod in confessione audiuit, à quo illum non absoluit, eo q̄ non satis eius pœniteret. Tum quia id est detractio, & detectio peccati occulti. Tum quia est reuelatio peccati sibi cofessis, vt, l diximus. Dixi, *occultū*: quia ob publicū, & notoriū potest, & debet negare: nā meretricibus, & vsurariis, & quibuslibet aliis peccatoribus notoriis, quā tumlibet suorū peccatorum eos pœniteat, & sanctissimè consistantur, nō est publicè communicatio ministranda (quāuis sic in secreto) donec publicè pœnitentiam agant, aut parochus ab ipsis facta sibi facultate publicè denunciēt iā eos pœnitere, & confessos esse, aut ex ipsorum bona cōuersione, aut alio legitimo modo de vitæ emendatione cōstet: vt qui ipsorum prauis exemplis offensi fuere, eorundem emendatione ædificantur, iuxta S. Bonauenturam & Paludanum m & nos. n

Notorium appellamus, quod est manifestū per sententiā, vel per confessionem in iure, vel euidentiā rei, quæ nulla tergiversatione celari potest, & nō aliud, licet duobus tribus, aut pluribus testibus probari possit, vt p latè tradit Anton. receptus à Panormit. & aliis. Dixi, *quod in confessione audiuit*: quia si alio modo extra eam intellexit, licet denegare publicè non possit illam tali tempore petenti: potest tamen eam secretè denegare secretè petenti, quamuis debito tempore petat: quia nec detrahit, nec detegit peccatum occultum, nec reuelat confessionem sibi factam. Dixi, *tempore quo iure*, & c. quia in alio non solū non potest denegare, sed etiam debet: cum nec ipse ad præbendum, nec ille ad petendum teneatur, iuxta sententiā prædictorum. q

57 Vndecimo peccat, qui pater, tutor, curator, aut herus, negligit notabiliter procurare, vt sui liberi, pupilli, minores, aut famuli domi suæ viuentes, & ad cōmunionē obligati cōmunicent tempore debito, maxime si sciat, aut scire debeat illos non communicaturos, nisi à se moneantur. r Diximus, *ad id obligati*: quia sec⁹ est de aliis: quales sūt pueri, qui secundū honestā cōsuetudinē aliquanto tardius communicant, quā cōfiteatur, ob reuerentiā tanti sacramenti: illa enim cōsuetudo præceptū Ecclesiæ, s quo ad hoc limitat, aut certè declarat: quin dici etiā pot eandē etiam declarasse præceptum diuinum, de cōmunicando, iuxta illud. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis*

a Ca. liquido  
 & c. iacram.  
 cum eis ad.  
 de consecrat.  
 dist. 5.  
 b In d. c. liqui-  
 do.  
 c De accusat.  
 d 3 par. q. 80.  
 artic. 8. ad. 5.  
 e Ca. sufficit.  
 de consecr. d.  
 1. ca. consului  
 sti. de celebr.  
 mis.  
 f 23. dist. 17.  
 g Ver. sacer-  
 dos. 5. 4.  
 h Ver. sacer-  
 dos. 9. 4.  
 i In c. compe-  
 rimus. de con-  
 secr. dist. 2.  
 k Sess. 21. can.  
 2.  
 l In ca. sacer-  
 dos. de pœ. di.  
 6. nu. 84. &  
 sup. cap. 8.  
 m In 4. disti.  
 9. q. 4. col. 3.  
 & 4.  
 n In c. 1. in pr.  
 nu. 9. & seq.  
 o In c. sacer-  
 dos. nu. 63. &  
 101. de pœ. di.  
 6.  
 p Ca. si. de co-  
 hab. cleric. &  
 mul. & capi.  
 su. in c. gl.  
 de temp. ord.  
 q In c. vestra  
 de coh. cle.  
 q Vbi supra,  
 & qua supra  
 diximus.  
 r Arg. s. duo.  
 23. quæst. 4.  
 s Prædicti ca.  
 omni. de pœ.  
 & remiss.  
 c Ioan. 6.





vitam in vobis, &c. ut nec in articulo mortis teneantur communicare usque ad aetatem, in qua sani teneantur: quamquam meo consilio tunc communicarent, nisi valde puerili iudicio essent, quin etiam cum praedicto Cardin. addimus, praedictos, qui aliena cura gubernantur, & eorum monitionem expectant, non peccare, donec moneantur, quavis eorum curam gerentes tardius aequo monendo peccent, qui si dubitauerint, consulere debent, eorum confessorios, & eorum consilium sequi.

58 Duodecimō peccat, qui laicus, vel clericus non celebrando, communicat sub vtraque specie ut sentit glossa, & melius Conc. Trid. dānat eum, qui dixerit Christi fideles praepcepto diuino teneri ad sanctissimū Eucharistiae sacramentum sub vtraque specie panis, & vini sumendū, & haereticum esse, qui dixerit, Ecclesiam errasse statuēdo, ut laici, & clerici non conficientes sacramentum sub specie tantum panis comunicent, & definit, haereticum esse, qui dixerit eorum, & integrum Christum sub vna tantum specie non sumi, & dānat eos, qui asserunt paruulos vsu rationis carentes ad hanc sanctam communionem obligari.

59 Decimotertio peccat monachus S. Benedicti, qui non communicat semel in mense, & monialis cuiusvis ordinis, quae idem non fecerit, & quotidie autem comunicare, vel celebrare proculdubio de se licitum est, & melius est quam contrarium: quavis aliqua circumstantia fieri possit, ut hoc sit melius illo per accidēs, iuxta mentem S. Aug. & affirmat S. Thom. quare, qui experitur per quotidiana celebrationem, aut communionem, deuotionis feruorem in se erga Deum augeri, & reuerentiā erga sanctū Sacramentum non minui, faciat hoc quotidie: sin minus, abstineat aliquādo, quō deuotius, atq; religiosius id faciat, iuxta eundem S. Thom. adde, quod olim omnes, qui inuenerat missae, communicabāt, & postea etiā laici saltem ter, scilicet in Pascha, Pentecoste, Natalique Domini, & diuus Augustinus omnes ad comunicandū, saltem singulis dominicis cohortatur, & certē honorabiliores viri & foeminae, saltem quater: scilicet tribus praedictis diebus, & in festo omnium Sanctorum id facere de honestate deberent, & horum religiosiores singulis mensibus instar monachorum, & monialium praedictarum, quāquam ad satisfaciendū huic praepcepto, sufficit regulariter semel in tempore Paschali communicare. An autem sacramentū Eucharistiae sit dandum damnato ad mortē dicitur infra.

\* Iuxta mentem S. Augustini. Caput quotidie de coecler. distinet. 2. duabus partibus constat, prior quae incipit quotidie ex lib. de Eccles. dogmat. cap. 53. sumpta est posterior, cuius initium est dixerit quispiā ex epist. 118. ad Ianuarium. cap. 3. & illa pars verē est Augustini.

De septem sacramentis Ecclesiae in genere.

CAP. XXII.

- 1 Sacramentum quid, & ut gratiam ex opere operato conferat.
- 2 Sacramenta septem, tria non iterabilia, quatuor autem sic.
- 2 Sacramenta circa septem vnde error Tridēti damnati.
- 2 In sacramentis alia sunt de essentia eorum, alia de praepcepto.
- 3 Sacramenta non credens, ut debet, ea dans, aut sumens in mortali peccat.
- 4 Sacramenta sumens ab excommunicato, &c. & dans, vel sumens in mortali, & inuitans malum ad dandum, & inuolans ea verbo, aut facto, ut peccet.

**D**icturus de Sacramentis sola coeclerariis, & poenitentibus necessaria, praemittō plimō, quod verbum, Sacramentum, primō significat secretum, iuxta illud. 9 Sacramentum regis abscondere bonum est. Secundo, sacramentum, tertio, signum rei factae, ut accipitur in hac materia. Sed quia duplex est signum, vnum, quod tantum significat. Alterum verō, quod significat, & facit rem significatā: quo modo acceptū, variē definitur à Magist. & aliis, & Ibā. And. & aliis; breuissimē verō definitur potest, ex mēte Aug. ut ibi diximus, quod est signum sacrae rei. Dixi, signum, pro genere: quia omne Sacramentum est signum, non contra omne signum Sacramentum. Dixi item, signum, intelligendō de sensibili: quia quodlibet verum Sacramentum est aliquo quinque sensuum sensibile ex mente Augustini, & intelligendō item de signo efficaci, seu effectiuo, quia quodlibet illotum efficit, saltem instrumentaliter, gratiam, quam si-

**A**gnificat secundum S. Thomam, licet Scotus, & alij sequaces aliter dicant, pro Sancto Thoma tamen vrget Concilium Tridentinum. Dixi, rei sacrae, ad differentiam aliorum signorum alia significantium, & operantium, qualia sunt signa Zodiaci. Intelligendo item, per rem sacram, gratiam Dei factā, & sanctificatē, quā quodlibet Sacramentum significat, & producit. Cui definitioni consonat illa Augustini, Inuisibilis gratiae visibilis forma, cum illa additione Magistri. Cuius similitudinem gerit, & causa existit: quia perinde est, ac si dixisset Sacramentum est Signum visibile, siue sensibile effectiuum rei factae, quae est gratia inuisibilis: nam dicere, quod Sacramentum est visibilis forma est dicere, quod est signum visibile, seu sensibile, & dicere, quod gerit similitudinem gratiae, est dicere, quod per quamdam similitudinem significat illam: & dicere, cuius causa existit, est dicere, quod efficit eam. Itaque interrogatus, quid est Sacramentum: breuiter, & securē respondere potest, quod est rei sacrae signum (intelligendo per rem sacrae, gratiam, & per signum, signum sensibile aliquo quinque sensuum) efficiens instrumentaliter gratiam, quam significat. Dixi, instrumentaliter: quia solus Deus potest creare principaliter gratiā, iuxta S. Thomā per omnes receptum, & ideo ipse solus potest instituire Sacramentum, ut definit Concilium Tridentinum mox referendum. Itaque Sacramenta ab aliis operibus differunt in eo, quod ipsa conferunt gratiā ex opere operato, ut habet praedictum Concilium, alia verō tantum ex opere operatis, hoc est, vnum quodque Sacramentum per virtutem, & institutionem diuinā, aliquā determinatam à Deo gratiam in anima suscipientis, etiā iudicij expertis, & nec mereri, nec peccare valentis, instrumentaliter producit, modō mortalis peccati obicem non ponat: & ita omnibus patem gratiam Sacramentalem conferunt: quamuis praeter illam Deus illud suscipienti aliam maiorem, vel minorem gratiam pro maiori, vel minori merito, & affectu suscipientis conferat.

**2** Secundo praesupponimus, quod septem sunt Sacramenta nouae legis, Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Poenitentia, Extremunctio, Matrimonium, & Ordo, iuxta glossam singularem, & doctrinam comunem, probatam pridem per Concilium Florentinum & nuper per Tridentinum, quorum tria iterari nequeunt, id est, nec dari, neque prodesse possunt, nisi semel, scilicet Baptismus, Confirmatio, Ordo: alia verō quatuor sic.

**T**ertio praesupponimus, quod Concilium, declarauit haereticum dicere esse plura, aut pauciora, quam septem nouae legis Sacramenta: aut aliquod eorum non esse propriē Sacramentum, aut à Sacramentis antiquae legis non nisi caeremoniis differre, aut nullum eorum aliqua ratione esse alio dignius, aut non esse omnia necessaria, sed aliquod eorum superfluum, quamuis omnia singulis necessaria non sint, aut solum significare, & non continere gratiā, aut eam rite accipientibus nō sepe ex opere operato conferre, aut quod horum tria, scilicet, Baptismus, Confirmatio, & ordo non imprimant characterem in anima, & signum quoddam indelebile, propter quod ea iterari non possunt, aut ab omnibus Christianis administrari omnibus posse, aut non requiri in conficiendis Sacramentis intentionem, saltem faciendi, quod facit Ecclesia, aut quod peccato mortali ministri Sacramenti confectio, aut collatio fiat nulla, aut ritus Ecclesiae omitti, aut mutari per quemlibet praesulum posse.

**Q**uarto praesupponimus, quod quodlibet Sacramentum constat duobus. Quorum alterum est velut materia substantialis. Alterum verō velut forma substantialis, quae sunt de essentia, & necessitate Sacramenti, sine quibus omnino est nullum. Requirit etiā alia, quae sunt de necessitate praepcepti, non autem de necessitate Sacramenti, id est, quod peccatur conficiendo sine illis, sed Sacramentum est validū, ut in Baptismo aqua est materia substantialis, & inuocatio Sanctissimae Trinitatis forma substantialis, sine quibus nil valet: verba verō illa Ego, & Amen, in forma posita, sunt tantum de necessitate praepcepti, id est, peccatur baptizando sine illis, sed baptizatus valet.

**3** Circa verō praefata sacramenta in genere peccat mortaliter primō, qui credit aliquid ex dānatis per praedictum Conc. Trid. sciens, vel debens scire id esse dānatum, & est

2.2.c. compo-  
rimus. de con-  
secrat. dist. 2.  
b. e. 2. quod  
in c. 1. & in ca-  
no. 1.  
c. ca. 3. & c.  
2.  
d. in cap. 3. &  
can. 3.  
e. in ca. 4. &  
can. 4.  
f. Clem. no in  
agro. 4. sand.  
de statu mo-  
nac.  
g. Conc. Trid.  
ses. 25. cap. 10.  
de regul.  
h. in c. quoti-  
die. de consec.  
dist. 2.  
i. in 3. p. q. 30.  
arg. 10. & in  
4. dist. 12.  
k. in 4. l. sent.  
dist. 12.  
l. Cap. praed.  
de consecrat.  
dist. 5.  
m. Capi. & si  
nou frequen-  
tius. ead. dist.  
n. in dicto ca.  
o. Per d. e. ord.  
nu.  
p. Cap. 25. nu.  
27.  
q. Tob. 12.  
c. Auth. sacra-  
menta pube-  
rum Codi. si  
aduers. ven-  
ditio.  
s. Ca. signum.  
de conse. dist.  
2.  
t. in 4. l. sent.  
dist. 1.  
v. in rubr. de  
Sacramen.  
non gerant.  
x. in c. sacrifi-  
cium. de con-  
sec. dist. 2.  
y. in c. detra-  
he. 1. qu. 1. &  
motius in di.  
c. sacrificium.  
ibi, visibilis  
forma.

a. 3. par. q. 62.  
art. 1.  
b. Can. 8. off.  
7.  
c. Relata in d.  
cto c. sacrifi-  
cium.  
d. in 4. l. sem.  
dist. 1.  
e. 2. 2. q. 1. a. 8.  
f. Can. 8.  
g. Ca. vniuers.  
de translat.  
h. in 4. d. 1. &  
in d. 2. de Sa-  
cram. non in-  
ran.  
i. Sess. 7. ch. 1.  
k. Trid. sess. 7.  
can. 1.  
l. Ibidem.  
m. Can. 1.  
n. Can. 3.  
o. Can. 4.  
p. Can. 5. d.  
7. & 8.  
q. Can. 9.  
r. Can. 10.  
s. Can. 11.  
t. Can. 12.  
v. Can. 13.  
x. b. Cap. 1. d.  
ei adu. de ba.



a Per c. ad a-  
bolendam. de  
haret. & per  
prædictos 13.  
canones.  
b Ca. 27. nu.  
56.  
c In gloss. Si-  
ma de pœn. d.  
5. nu. 33. per c.  
illud 65. dist.  
c. per Estiam  
1. q. 1. ibi. Ta-  
le. & ibi. Om-  
nia sacramē-  
ta.  
d Capi. 1. nu.  
36.  
e Sup. ca. 1. n.  
24.

f Cap. 21. nu.  
49.

g c. 16. n. 23.

h c. 11. nu. 12.  
& seq.  
i 2. 2. q. 99.  
art. 3.

k In 4. li. sen.  
dist. 3.  
l Sess. 7. can. 2.  
m c. debitum  
de baptismo.  
n c. multi. de  
consec. dist. 4.  
o c. 1. de bap-  
tis.  
p v. de clari-  
tate supra. nu.  
2.  
q In d. capit.  
multi.  
r In relet. ca.  
à quodam. c.  
dist.  
s Iuxta c. bap-  
tismi de con-  
sec. d. 4. & c.  
debitum. de  
baptis. & S.  
Tho. 3. pa. 94.  
66. art. 11.  
t Ind. dist. 7.  
per 14. can. su-  
per baptismo  
consecos.  
v Can. 1.  
x Can. 2.  
y Can. 3.  
z Can. 4.  
Can. 5.

hæreticus, & excommunicatus, si verbo, vel scripto id  
expressit, per bullam cœnæ Domini, de qua infra. b

Secundò peccat, qui credens, vel credere debens se reū  
mortalis culpa, ministrat, saltem solēniter, aliquod sacra-  
mentum, vel suscipit: nisi ita se credat attritum, quod adiū-  
cto calore sacramenti, fiat contritus, vt diximus latius ali-  
bi: c quāuis Baptismus minorem attritionē, quā alia re-  
quirat, per dicta supra. d Nec excusatur, vt quidā putant, su-  
bita ministrandi, aut accipiendi sacramenti necessitate,  
veluti si mortifero vulnere ictus baptismū à sacerdote im-  
parato deposcit, quia quāuis hoc aliquem prætextū habere  
possit iuxta opinionem eorum, qui dicunt cuique peccato  
mortali proprium dolorē esse adhibendū, quod vno mo-  
mento fieri non potest: nullo tamen prætextu nititur, verā  
sequendo opinionem, quam tenuimus, e scilicet, sufficere  
generalem quemdam, qui omnia comprehendat, quod pū-  
cto temporis præstari potest. Quare sacerdos administra-  
turus sacramentum aliquod quantumlibet imparatus in-  
ueniatur, debitam de omnibus suis peccatis mortalibus  
contritionem habere potest, vel attritionem, qua se proba-  
biliter cōtritum esse credat. Et quamuis ad alia sacramenta  
hoc satis sit: ad celebrationem tamen, aut communionem  
præter contritionem confessio actualis peccati requiritur,  
vt supra dictum est. f

4 Tertiò peccat, qui suscipit aliquod sacramentum à sa-  
cerdote excommunicato, interdicto, aut ab eius admini-  
stratione suspenso, & denunciato pro tali, vel à notorio  
concubinario, excepto baptismo, & cōmunionem tempore  
necessitatis. Quis autem sit concubinarius notorius dictū  
est supra. g

Quartò peccat, qui citra necessitatem inuitat ad sacrifi-  
candum, aut ad dandum alteri sacramentum, quem proba-  
biliter credit existere in peccato mortali occulto, aut pu-  
blico, & sine debita de eo pœnitentia illud facturum, ita vt  
sit causa, cur id faciat, aliās nō facturum, vt supra dictū est. h

Quintò, qui verbo, aut factō notabilem irreuerentiam  
alicui sacramento facit secundum S. Thomam. i

De Sacramento Baptismi.

- 5 Baptismus, quid, quotuplex, & qua illi substantialia.
- 6 Baptismi errores Tridenti damnati.
- 6 Baptismus ministrans, vel suscipiens in mortali peccat.
- 6 Obstetrix ignorans formam baptizandi peccat.
- 7 Baptismus à quocumque collatus valet.
- 7 Baptismus sine concursu materia, forma, & intentionis non valet.
- 7 Baptizans chrismate veteri, vel non subditum, vt peccet.

**S**acramentum baptismi est sacramentum aqua  
naturalis, qua vnus ab alio in nomine Patris, &  
Filij, & Spiritus sancti cum debita intentione a-  
bluitur. Dixi, Sacramētum, pro genere, reli-  
qua pro differētia: & Aqua naturalis, ad si-  
gnificandum, quod hæc est eius essentialis materia, nec  
sufficit alia aqua artificialis, vt rosacea, secundum omnes, k  
quod definiuit Cōc. Trid. l Dixi, Quia vnus ab alio abluitur:  
quia nemo à se ipso baptizari potest. m Dixi, In nomine Patris,  
& c. quia inuocatio expressa totius Sanctissimæ Trinitatis  
est de necessitate huius sacramenti. n Vnde forma baptis-  
mi in Ecclesia Romana est hæc. Ego te baptizo in nomine Pa-  
tris & Filij, & Spiritus sancti, Amen. o quamquam illa verba,  
Ego, & Amen, non sunt de essentia sacramenti, sed de neces-  
sitate præcepti. p An autem contrahatur substantiæ, vel  
tantum præcepto, qui baptizat, solum dicens in nomine  
Sanctissimæ Trinitatis, aut Christi, tangit glossa, q & latè  
tractamus alibi. r Quo fit, vt solus baptismus aquæ, sit pro-  
priè baptismus: sanguinis autem qui fit per martyrium, &  
flaminis, qui per pœnitentiam sine copia baptizandi solū  
metaphoricōs. s

6 Porro Conc. Trid. t damnauit eum, qui dixerit bap-  
tismus Ioannis fuisse tantæ virtutis, quanta Christi. v Aut a-  
quam naturalem non esse necessariam. x Aut quod Ecclesia  
Romana non doceat veram Baptismi doctrinā. y Aut non  
valere, qui ministratur per infidelem, etiam cum intentio-  
ne faciendi, quod præterdit Ecclesia. z Aut non esse ad  
salutem necessariam. a Aut non posse baptizatum amitte-

A re gratiam, si vult credere. a Aut non obligari ad vllam aliā  
legem, quam credendi. b Aut quòd per eum tolluntur vota  
post ipsum emissa. c Aut per memoriam eius cōdonari, vel  
venialia fieri peccata post eum admittā. d Aut esse rebapti-  
zandum apostatam ad fidem reuersum. e Aut neminem ba-  
ptizandum ante aetatem, qua Christus fuit baptizatus. Aut  
paruulos non esse baptizandos: vel postquam adoleuerint  
esse rebaptizandos. f

B Interrogatus autem Romæ de vltimis finibus Hispaniæ:  
An infans, qui baptizatus sine solēnitate moritur, antequā  
illa suppleatur, possit in loco sacro sepeliri? Respondi non  
solum posse, sed debere. Tū quia Hostien. g affirmat puerū  
extractum de ventre matris sepeliendum esse in loco sacro.  
Tū quia standū est regulæ, nisi probetur exceptio, h & re-  
gula est, quod omnis Christianus debet in loco sacro sepe-  
liri: & cōstat huiusmodi puerū esse Christianū caractere  
christianissimi insignitū, i & nullo iure speciali phibetur.

C Ad aliam item quæstionem, an debeat sepeliri cum so-  
lennitate crucis, & luminarium instar aliorum infantium  
baptizatorum solēniter? Respondeo affirmatiuè, ea ratio-  
ne insolubili, quod is tam Christianus est, quā illi, & tan-  
tūm gratiæ sacramentalis habet ac illi, per dicta supra, k  
quia exorcismus & alia, quæ fiunt in baptismo solenni, nō  
sunt de necessitate sacramenti, sed solum præcepti, secun-  
dum omnes.

Circa baptismum peccat mortaliter primò, qui credit  
aliquid de prædictis i 4. damnatis per prædictum Concil.  
Triden. credens: vel credere debens, ea esse damnata, & est  
hæreticus: immo & excommunicatus, si verbo, vel scripto  
id expressit per prædictam bullam cœnæ Domini.

Secundò, qui baptizat, aut permittit se baptizari bis &  
est irregularis, l de quo latius infra. m

Tertiò, qui est in causa, aut in notabili culpa, vt aliquis  
sine baptismo moriatur, aut renuit dare baptismum peten-  
ti in articulo mortis: cum nullus eo aptior ipsum baptiza-  
re velit. n

Quartò, qui baptizat in peccato mortali, aut baptizatur  
impœnitens, per dicta supra. o

D Quintò, quæ obstetricis officio fungens, debitam ba-  
ptizandi formam ignorat, Paludanus, p & S. Antoninus. q

7 Sextò peccat, qui cum non sit presbyter, baptizat abs-  
que necessitate, r immo & presbyter, qui baptizat citra ne-  
cessitatem sine exorcismo, & aliis solennitatibus debitis,  
vel cum illis extra Ecclesiam, præter quam principum fi-  
lios. s Et clericus, qui corā presbytero baptizat solēniter  
est irregularis. t Nō est autē necessitas recens infantis nati-  
uitas, vt nonnulli malè putant, qui infantes recēs natos si-  
ne solēnitate baptizari faciunt grauius peccātes. Verū est  
tamē, q baptismus collatus à quocūque, siue mare, siue scæ-  
mina, siue fideli, siue infideli cū intentione faciendi, q fa-  
cit Ecclesia, valet, y etiā si baptizans eum pro ludicro ha-  
beat, iuxta Innoc. x Peccat autē laicus, qui (etiam in neces-  
sitate) baptizat, præsentē clerico, & clericus minor præsentē  
presbytero, & mulier præsentē viro, & infidelis præsentē fi-  
deli: nisi aptior sit excommunicatus, aut alio modo impe-  
ditus, iuxta communem. y

E Septimò peccat, qui baptizat sine forma, & materia es-  
sentiali baptismi supra positis: aut sine intentione actuali,  
aut virtuali faciendi, quod Ecclesia præterdit: nec quid-  
quā talis baptismus valet, & iterandus est, iuxta notata per  
Inno. & omnes. z Et idē de eo, qui durante prolatione ver-  
borum substantialium baptismi, nō tingit aqua, sed solum  
ante, vel post illā, a vbi hoc sentit Card. S. Xisti, & S. Tho. b  
vbi id satis exprimit Caiet. & magis Ioan. Maior. c quin &  
gloss. d dixit, oportere ablutionem cōcurrere cum verbis,  
in vltimo instanti prolationis eorum: quod tamen non est  
verum, per rationes Caietani. e

Octauò peccat, qui vngit baptizatū chrismate præcedē-  
tis anni circa casum necessitatis. f Idem de illo, qui absque  
iusta necessitate baptizat alterius parochianum, sine facul-  
tate sui parochi, vel Episcopi, aut eius Vicarij. g Non tamē  
ipso factō est excommunicatus, quamuis sit religiosus, sicut  
foret ob administrationem aliquorum aliorum sacramen-  
torū, h de quo infra. i Adde, quod ad hoc, vt aliquis sit ve-  
rè baptizatus sufficit, quod quantulumcumq; pars eius tan-  
gatur aqua quamlibet modica, k cuius ratio pulchrè reddi-

a Can. 6.  
b Can. 7. &  
8.  
c Can. 9.  
d Can. 10.  
e Can. 11.  
f Can. 13. &  
14.

g In summa  
de consec. ec-  
cl. §. 2. an sit.  
h l. prima. ff.  
de reg. iur. &  
gl. in l. omnis  
definitio eod.  
tit. & in rub.  
eod. tit. lib. 6.  
i Per c. quem  
admodum.  
23. q. 7.  
k Eod. n. 2.

l c. qui bis &  
e. eos. de con-  
sec. d. 4.  
m c. 27. num.  
246.  
n d. c. quicun-  
q; & arg. ca.  
pasc. 80 dist.  
o Eod. c. n. 2.  
p In 4. l. sent.  
dist. 5. qua. 2.  
q 3. part. riu.  
14. cap. 13.  
r d. c. constat.  
s cle. 1. de bap-  
tis.  
t c. r. de cleri.  
non ord. mini.  
v c. quicūque.  
c. à quodam.  
ca. constat. c.  
mulier. de cō-  
sec. d. 4.  
x In d. c. debi-  
tum.  
y In dictis ca.  
z In d. c. 1. de  
baptis.  
a c. de trabe.  
1. q. 1.  
b 3. part. q. 60.  
ar. 6. & qua.  
66. ar. 8.  
c In 4. d. 2. q.  
2. arg. 4.  
d d. c. detra-  
he.  
e Tom. 1. Opu-  
scul. tractat.  
16. q. de colla-  
tione ordinū.  
f c. si quis de  
oleo. de con-  
sec. d. 4. c. quo-  
niam. de sen.  
excom. l. 6.  
g c. interdixi-  
mus. 16. q. 1.  
h cle. 1. de pri-  
uil.  
i c. 27. n. 107.  
& seq.  
k Ar. c. quem  
quam. de con-  
sec. d. 4.





tur à S. Tho. Et diximus nos. Quò fit, vt rectè faciãt illi, qui cum difficilè mulier parit infantem, & timetur de eius morte, antequàm totus exeat, procurant baptizare illũ fundendo aquam in partem, quam iam peperit, & apparet foris.

De Sacramento Confirmationis.

- 1 Confirmatio quid, & quod est vere & propriè sacramentum.
2 Confirmationis minister ordinarius Episcopus, & quando presbyter.
3 Confirmando sic, vel sic, peccat Episcopus.
4 Confirmans existens in mortali peccato, vel omittens ob contemptum, vt peccet.
5 Confirmatio Patrum requirit, & ordinem precedit.

8 Onfirmatio aliàs vocatur manus impositio, & ex mente Magistri, & omnium, & vtriusque Thomæ, & nostrorum, & definiri potest, esse sacramentum Vnctionis chrismatũ consecrati, quo Episcopus seontem baptizati inungit, sub certa verborum forma.

Dixi, Sacramentum pro genere, reliqua pro differentia. Dixi, Chrismatũ, ad designandum materiam eius, quæ est chrisma, quod conficitur ex oleo & balsamo. Balsamum autem non est de necessitate sacramenti, quòd efficaciter probat Caiet. h est tamen de necessitate præcepti. Dixi, Consecrati: quia licet benedictio, vel consecratio aquæ non sit de necessitate sacramenti baptismi: consecratio tamen chrismatũ, vel olei est de necessitate sacramenti Confirmationis, per rationem S. Tho. recepti. Dixi, Episcopus, ad designandum ministrum, qui necessario debet esse Episcopus. Quævis ex dispensatione Apostolica possit esse presbyter, de qua intelligendum est c. peruenit, vt paucis multa resoluens definit Caiet. Dixi, Frontem, ad differentiam baptismi, in quo vertex capitis inungitur. Cuius diuersitatis ratio adducitur à S. Thoma. Dixi, Baptizati: quia character Confirmationis de necessitate præsupponit characterem baptismi. Ille enim est ianua omnium sacramentorũ vt ait S. Tho. receptus. Dixi, Certa, & c. ad designandum formam eius, quæ est, Consigno te signo crucis, & chrismate salutis in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti, Amen. Cum cuius formæ prolatione debet concurrere vñctio. Cuius convenientiã assignat S. Tho. hoc enim sacramentum baptizatus fit miles Christi, ad constanter continentium eum, & fortiter pugnandum contra eius inimicos, & ita signatur cruce, quæ est signum Ducis. Quorum omnium bona pars confirmatur à Conc. Trid. quod declarat hæreticum, qui dixerit, Confirmationem non esse verum sacramentum, aut nullam ei virtutẽ inesse, aut eius ordinariũ ministrum non esse solum Episcopũ, vbi ponderandum est, quod ait ordinariũ, significans posse esse delegatum dispensatione Apostolica, vt prædictum est.

9 Circa hoc sacramentum peccat mortaliter, Primò, qui non existens Episcopus, ministrat illud, vel existens episcopus vngit oleo non consecrato, vel non consecrãto ex balsamo, vel non seruata prædicta forma per supradicta.

Secundò, qui suscipit illum credens, vel credere debens se mortalis culpæ reum esse, per dicta supra.

Tertiò, qui per contemptum non curet se, suamq; familiam confirmari. Dixi, Per contemptum, quia sola negligentia tantũ esset venialis, cum non videatur vlli præcepto contraria, vt ait Scotus. Contemnere autem videtur, qui potens sumere commodè, omittit, secundum Paludan. quod verum est, quo ad præsumptionẽ fori exterioris, quæ in interiori cessat, in quo ille verè contemnit, qui ideo principaliter omittit, quod paruifacit, per ea, quæ dicit S. Thom. vbi id palchre explicat Caiet. & Archid. quem sequitur Dominicanus.

Quartò peccat, qui patitur se sine patris confirmari, credens, aut credere debens, quòd licet hoc non sit de substantia sacramenti, est tamen de præcepto.

Quintò peccat, qui non se facit confirmari ante omnem ordinationem per Concil. Trident. nullam tamẽ per hoc sententiam incurri, aliquoties respondi. Tũ quia eius omisionis negligentia non est mortalis, vt dictum est. Tum

quia nullo iure id cauetur, nam nec prædictum Conciliũ addit aliam pœnam, quam quòd non admittatur quis, etiã ad primam tonsuram ante confirmationem. Tum quia, licet character ordinis de necessitate sacramenti requirat characterem baptismi, non tamen requirit characterem confirmationis. Quin opinamur cum Soto, peccare quidem, sed non mortaliter, suscipientem, vel ministrantem, etiam scienter ordinem ante confirmationem, modò id sine contemptu fiat.

De Sacramento Eucharistia.

- 10 Eucharistia sacramentum polyonymum, & quid.
10 Eucharistia circa sacramentum errores.
10 Communio, quòd non requirat confessionem, disputare malum.

10 Sacramentum hoc Eucharistia polyonymum, siue multinomiũ est. Vocatur enim Gracè Eucharistia, hoc est, bona gratia: quia vt Magister ait, Iesum Christũ, qui est omnis gratia fons, & origo, continet.

Hostia item, sacrificium, communio, Sacramentum altaris, & viaticum, ob eas rationes, quas reddit S. Thom. & paulo latius nos reddimus alibi. Definiti autem potest ex mente Magistri, & S. Thomæ, & aliorum omnium, esse sacramentum, quòd sub specie panis & vini, vel alterius eorum, verum corpus & sanguinem Iesu Christi continet. Dixi, Sacramentum pro genere, reliqua pro differentia. In quibus aduertendum: quod vno eodẽque modò existunt corpus & sanguis sub vtraque specie: sanguis enim vtròque existit intra eius gloriosi corporis venas, & vtròque corpus sic continens eum: quamuis sub specie panis continetur corpus virtute verborum sacramenti, & sanguis per concomitantiam eius, & contra, sub specie vini continetur sanguis, virtute verborum sacramenti, & corpus per concomitantiam, secundum S. Tho. receptum.

Circa materiam huius sacramenti peccat mortaliter primo, qui non credit definita Tridenti vñdecim canonibus à Concilio & credens, aut credere debens, ea esse definita ab Ecclesia, & prædicto Concilio: & si verbo, vel scripto id exprimit, est excommunicatus per prædictam bullam cœnæ. Definiuit autem Concilium, hæreticum esse dicere verum Christi corpus, & sanguinem eius non contineri realiter in hoc sacramento, vnica eius diuinitati, sed solum in signo & figura. Aut aliquid substantiæ panis, aut vini, remanere in eo post consecrationem, licet eorum accidentia maneant. Aut sub qualibet specie, tã vini, quàm panis, & qualibet parte separata ab alia, non contineri totũ corpus Christi. Aut licet quando ministratur, aut sumitur sit in eo, nõ tamen esse ibi post, nec ante sumptionem, nec in reliquiis eius. Aut principalem eius fructum esse peccatorum condonationem. Aut non esse adorandum Christum Latia, siue debita Deo adoratione, dum est in sacramento. Aut non esse faciendum peculiare illius festũ, neq; deferendum in supplicationibus, siue processionibus, neq; populo proponendum adorandum. Aut nõ licere seruare illud in sacario, neque deferre ad infirmos. Aut in communionem non sumi realiter Christũ totũ. Aut Christianos etiam discretos, non teneri communicare semel in anno. Aut presbyterum non posse seipsum communicare. Aut solam fidem sufficere ad bene communicandum.

Secundò peccat, & est excommunicatus, qui etiam disputando defendit opinionem habentem licere contrito ante actualem confessionem mortalis culpæ comunicare.

De Sacramento Penitentia.

- 11 Penitentia quid, & quot, & qua partes eius.
11 Penitentia circa sacramentum multa definita Tridenti.
11 Penitentiam in mortali sumens, vel ab eo qui est in illo, vt peccat.

Penitere quid sit, & an vox penitentia sit latina, & quòd penitentia est duplex, virtus, & sacramentum, & alia iis annexa, præmissa sunt supra, & ex mente ibi citatorum, sacramentũ penitentiæ est sacramentum absolutionis, quo sacerdos sibi subditum, & confitens se legitime sua peccata, cum iusto dolore, & proposito satisfaciendi

absoluit

a 2. par. 9. 68. artic. 7. & 68. artic. 11. & in 4. di. 6. artic. 1. quest. 1. b In c. vulgaria n. 3. de pœ. dist. 1. 1.

c Ca. 1. 5. per frontis. de sac. vñct. d In 4. li. sen. dist. 7. e 2. par. 9. 72. f In vñct. de sacra. non utran. g d. c. 1. de sacra. vñct. h Super San. Tho. in di. qu. 72. per cap. de sacra. non utran. i c. 1. de sacra. vñct. k Vbi supra, art. 3. l e. quanto. de conu. sacra. & communis vbi sup. m 95. dist. 1. n Vbi sup. art. 8. o d. c. 1. de sacra. vñct. p Vbi supra art. 6. q Cap. nonif. de con. sac. dist. 3. r c. vñctus de presby. non bap. s Vbi supra art. 6. t Vbi sup. ord. n. 7. est dictũ de bap. mo. v Ibidem ar. 4. x Ca. 1. de cõ. se. dist. 1. y Sess. 7. de cõ. firmat. tribus canonibus. z Eod. n. 6.

a Arg. c. 1. de con. dist. 5. b In d. di. 7. c In d. dist. 7. d Ca. 1. de spons. e 2. 2. q. 180. art. 9. f In c. quicum que 21. dist. g In c. nullus. 55. dist.

h c. 4. sess. 23. de reform.

a In d. dist. qu. 1. a. 4. fin.

b In 4. li. sen. dist. 8.

c In 3. par. 9. 73. art. 4. d In addi. con. quando de d. sec. d. 1. n. 131. cum seq. e Vbi supra.

f In 3. par. qu. 76. art. 1. & 2.

g Sess. 13.

h Can. 1.

i Can. 2.

k Can. 3.

l Can. 4.

m Can. 5.

n Can. 6.

o Can. 7.

p Can. 8.

q Can. 9.

r Can. 10.

s Can. 11.

t Praefat. dist. 11.

v In prælat. 10.



absoluit ab eis. Dixi, Sacramentum, pro genere, reliqua vero pro differentia, quæ tangunt tres partes integrales eius, scilicet Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem, quæ sunt quædam eius materia, de quibus est dictum. a generatim, & b singularim.

Circa hoc sacramentum peccat, primò qui credit, non esse vera definita à Trid. Conc. c aut dubitat de veritate eorum, credens, aut credere debens, ea esse ab Ecclesia, & Concilio definita: & si verbo, aut scripto id exprimit, est excommunicatus per bullâ Cœnæ prædictâ. Definita vero ubi supra sunt hæc, Quòd Pœnitentia semper fuit necessaria ad veniã peccati mortalis. Quòd sacramentũ Pœnitentiæ nõquã fuit ante aduentũ Christi, nec ante mortẽ, & resurrectionẽ eius. Quòd postea nil prodest nondum baptizato. Quòd Christus principaliter instituit illud per illa verba, Quorum remisistis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. per quæ eadẽ fuit data potestas recõciliandi Deo eos, qui post baptismũ mortaliter peccant. Definit item, esse hereticum dicere, sacramentum pœnitentiæ non esse verẽ, ac propriẽ sacramentum, institutũ ad reconciliandum Deo peccantes mortaliter post baptismũ. d Aut vnum & idẽ esse sacramentũ Baptismi, & Pœnitentiæ: & ideo Pœnitentiã non rectẽ appellari secundã post naufragium tabulam, e quia vt idẽ Concilium subiicit, materia & forma eorum est diuersa, & non oportet, vt minister Baptismi sit iudex, sicut minister Pœnitentiæ. Et quia sacramentum Pœnitentiæ nil prodest nõ baptizato, nec Baptismus prodest non baptizato, & Pœnitentia lapsõ post baptismũ in mortale, & c. Aut verba illa, Quorum remisistis, & c. non esse intelligenda de potestate remittendi peccata. f Aut ad perfectam pœnitentiã nõ requiri Contritionẽ, Confessionẽ, & Satisfactionem, quasi materiam & partes eius. g Aut dicere, alium, quã episcopum, vel presbyterum absoluendi potestatem habere. h Aut eosdem si mali sunt, eã perdere. Aut non esse iudices ad absoluendum cõfessum, sed ad declarandum eum absolutum. i Admonco lectorẽ non excerpere me omnia contenta in canonibus prædictæ sessionis: quia ea, quæ pertinet peculiariter ad Cõtritionẽ, excerpia fuerunt supra, k & quæ ad Confessionem supra, l & quæ ad Satisfactionem supra etiam. m

Secundo peccat, qui absq; Contritione, vel iusta attritione peccatorum suorum, aut absq; proposito ab eis abstinendi, aut restituendi debita, aut existens excommunicatus ante absolutionẽ ab excommunicatione, absolutionẽ sacramentalẽ procurat, aut vult absolui ab aliquo non presbytero, aut ab excommunicato denunciato, aut suspẽso, aut si citra necessitatem à parochio alieno, vel à suo notorio peccatore, vel quum scit esse mortali, & Pœnitentiã non acturum ante absolutionem per supra dictã. n

De Sacramento extrema vnctionis.

- 12 Extrema vnctio quid, & vnctio cum verbis concurrat.
- 13 Extrema vnctio quas partes tangit, & quibus fit verbum, & quare morbo, & non violenter moriturus datur. nu. 14.
- 15 Extrema vnctionis de sacramento multa veritates Tridentina.
- 16 Extrema vnctionis contemptus, vel in mortali susceptio mortalis.

**S**acramentum Extremæ vnctionis est sacramentum, quo presbyter vngit oleo consecrato certas corporis partes infirmi probabiliter periclitantis certa verba cum debita intentione proferendo. o

Dixi, Sacramentum pro genere, reliqua pro differentia. Dixi, Presbyter, ad designandum neminẽ alium posse illud ministrare, vt definiuit Concilium infra citandum. Dixi, Vngit, ad designandum actum ministrandi, qui consistit in vngendo, & fieri debet durante verborum prolatione, aut ante prolationis principium, vt in simili dictum est, p de baptizante, q & de confirmante, r & de ordine dicetur infra. s

17 Dixi, Certas partes. Vnctio enim debet fieri in oculis, naribus, auribus, ore, manibus, pedibus, & renibus. Dixi, infirmi, & c. ad designandum cui sit ministrandum hoc sa-

cramentum: non enim sufficit, vt sit in quouis probabili mortis periculo, in quali est morte damnatus, praliũ ingressus, mari, & rēpeltare iactatus, neq; quilibet infirmitas sufficit: sed oportet, vt sit talis, quæ probabile mortis periculum minetur secundum omnes: cuiuslibet tamẽ eiusmodi infirmo est ministrandum, etiam si iam sit amens, & phreneticus, si absq; irreuerẽtia sacramenti id fieri possit, & potuerit ante peccare, & antequã insaniret expressẽ, aut tacitẽ petierit illud, aut si meminisset, petiturus fuisset, nec in peccato mortali notorio insanierit: quãuis sint, qui ætatem pubertatis requirãt: immo & si dubitatur, an sit mortuus, administrari potest sub cõditione si nõ est mortuus: nõ tamen iam apertẽ mortuo, nec incõpta ministratio perficienda est, si antea moriatur. Dixi, Oleo sacro, ad designandũ materiã, quæ est oleum oliuatũ, per Episcopum consecratum. Dixi, Certa, & c. ad designandũ eius formã, quæ iuxta Cõc. Flor. est hæc, quando oculi infirmo vnguntur, Per istam sacram Vnctionem, & per suam piissimã misericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti per visũ. Quando aures, dicendum est, per auditum: quando nares, per odoratum: quando os per orũ vitium: quando manus, per tactum: quando pedes, per incessum: quando renes, per ardorem libidinis: quamuis multæ Ecclesiæ vtantur istis verbis, Et per sanctissimã benedictionẽ, loco horum. Per suam piissimã misericordiam, nec nocet, per mox dicenda, diuersitas verborum, in eundem scopum tẽdentium. Quæ fere omnia probantur per illa Apostoli. a

**I**nfirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orant super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei subuabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei. nam per verbum Infirmatur, probatur dicta de infirmo vngendo, & per verbum, Presbyteros, dicta de ministro, & per verba, Vngit, & oleo, dicta de vlu & materia, & præterea per verbum, Alleviabit, probatur hoc sacramentum conferre salutem corporis, quando spiritali infirmi expedit: & per illa verba, Et si in peccatis sit, & c. per hoc sacramentum peccata remitti. Et quia non exprimuntur mortalia, nec venialia, intelligenda sunt de omnibus, si reliqua ad id necessaria concurrant. b Vnde licet secundũ communem principaliter institutum fuerit contra venialia, tamen etiam mortalia remittit. Quò fieri potest, vt aliquis moriens absque hoc sacramento damnaretur, & vinctus eo saluaretur: fieri enim potest, vt aliquis sua peccata confiteri non possit, aut quãuis posset, nõ censeat illud necessarium ei, quia est iam confessus, sine tamen Contritione, vel Attritione ad remissionem sufficienti, & postea tanta attritio ei superueniat, quæ licet de se non sufficiat ad remissionem, sacramenti tamen calore adiũcto sufficeret, iuxta opinionem S. Tho. c communiter receptam, scilicet per virtutem sacramenti aliquem ex attrito contritum fieri, iuxta dicta supra. d Quare magnã curã nobis huius sacramenti suscipiõ esse debet, vt morientes beati semper viuamus, Amen.

**P**orrò ratio cur morbo, vel senio, & non alio modo morienti administratur, est, quia sic morientis iudicium & constantia valde turbatur, corporis, & sensuum omnium imbecillitate. e Quin & dæmon acrius eum illa hora, quã quavis alia omnium peccatorum repræsentatione, & spectris horrendis affligit. Quod vsu venire iis non solet, quibus vita violenter eripitur, quia moriuntur integro iudicio & firmo, neque eiusmodi repræsentationibus affliguntur, ideo non ita necessaria est illis, ac huic ista vnctio. f

**C**irca hoc sacramentum peccat mortaliter primò, qui credit non esse vera definita super eo à sacro Concilio Trid. f aut dubitat de eorũ veritate, credẽs, aut credere debens ea esse ab Ecclesia, & Concilio definita, & si verbo, vel scripto id exprimit, est excommunicatus, per sepe dictã bullã Cœnæ. Definitum verò est ibi hereticum esse dicere extremã vnctionem non esse verẽ, & propriẽ sacramentũ institutum ab ipsomet Domino nostro Iesu Christo, & promulgatum à Diuo Iacobo. g Aut non confettere gratiã, sicut alia. Aut non remittere peccata, nec alleviare infirmum, aut iam cessasse, quasi olim tantũ fuerit gratia curacionum. h Aut ritum eius, quem obseruat Ecclesia Romana repugnare sententiæ beati Iacobi, idõque eum posse iustẽ mutari, & contemni. i Aut D. Iacobum per presbyteros intellexisse seniores populi, & non tantũ

acerdo

a In d. pralu.  
b In tribus c.  
primis.  
c Sess. 14.

d Can. 1.

e c. 2. & c. 3.

f Can. 5.

g Can. 4.

h Can. 5. & c. 10.

i Cap. 6. & c. 9.

k In c. 1.

l Cap. 2.

m In d. d. d. i.

n In d. d. i. i.

o In c. 9. n. 5.

p In c. 1. n. 2.

q In c. 1. n. 2.

r In c. 1. n. 2.

s In c. 1. n. 2.

t In c. 1. n. 2.

u In c. 1. n. 2.

v In c. 1. n. 2.

w In c. 1. n. 2.

x In c. 1. n. 2.

y In c. 1. n. 2.

z In c. 1. n. 2.

aa In c. 1. n. 2.

ab In c. 1. n. 2.

ac In c. 1. n. 2.

ad In c. 1. n. 2.

ae In c. 1. n. 2.

a Iacob. 5.

b Ar. 6. solia  
de maior ita  
c obed. & c.  
f Romano.  
19. dist.

c 3. pars. qu.  
79. artic. 1.  
d c. 1. n. 40.  
e 41.

e c. nullus cõ  
huqua ibi ser.  
psimus de pe  
dist. 7.

f Sess. 14.

g Can. 1.

h Can. 2.

i Can. 3.



a Can. 4.

b In d. di. 23.

c In 4. di. 23. d. c. 21. nu. 57. ar. c. duo. 23. quæst. 4.

c Eo. c. nu. 2.

f Li. 19. de Ciuis. Deic. 13. g 89. distinct. h De ord. cog. nat. & ff. de decrat. ab or. din. fac. i. 2. ff. de stat. homi. k c. solita. de maior. & ob. 19. ius ciuile. iuncta gloss. Infr. de iure natu. m Li. 3. de Sa. cramen. copi. 110. n Sess. 23. ca. 3. o In 4. l. san. dist. 24. p In Summa 32. dist.

q In Trah. 26. de Collat. ordin. r De baptif. mo num. 7. s Num. 8. t Num. 12. v De Sacra. non iteran. x In d. di. 24. qu. 1. art. 4.

y In Rubr. de appel.

z In c. cum co. tingat. de usu. & qualis. per illum tex. & per c. cler. 21. d. 2. perle. 25. dist.

facerdotes, ideoque posse per alios quam Episcopos, & sacerdotes ministrari. Nemo tamen inferat ex his, non posse alias Ecclesias alia uti verborum æquipollentium forma, quia licet ipse Dominus illud instituerit, verba tamen formaliter, quibus est ministrandum, non præscripsit. Adeo quod D. Ambrosius verbo indicatio, *Ingo te, &c.* vteretur, quæ communis est sententia profundè fundata à Palud. b quod tollitur dubium è longinquo nobis propositum. 16 Secundò peccat, qui ægrotus, vel senex constitutus in articulo mortis non petit hoc sacramentum per contemptum, iuxta omnes. c Idem si non petit filio, seruo, famulo, pupillo, aut alij suæ curæ cõmissio per supradicta in simili. d Tertiò peccat, qui accipit credens, aut credere debens se mortalis culpæ reum sine confessione, vel contritione, vel tali attritione, quæ calore huius sacramenti vim cõtritionis attingeret, per supra dicta. e

De Sacramento Ordinis.

- 17 Ordo in genere quid: & quis ecclesiasticus, & quid ordo sacramentum.
- 18 Ordo Theologicis septuplex, Canonistis nouemplex, nobis octuplex.
- 18 Ordinis circa sacramentum errores Tridenti damnati.
- 18 Ordinatus ab Episcopo titulari, vel contra Prælati voluntatē, ut peccat.
- 18 Episcopus ordinans alienum, aut suum sine titulo, ut peccat.
- 18 Ordinatus non renunciet, nec alienet titulum, nisi sic, &c.

**O**rdo generalitèr & propriè sumptum, auctore August. *est parium, dispariumque rerū sua cuique loca tribuens dispositio.* quomodo capitur in cap. ad hoc, & in rub. h & quia personæ præstant rebus, ideo hominū ordo præstantior est ordine rerum. i Et quia inter homines Deo sacri, siue spirituales præstant aliis, k ideo per Antoniasiam appellatione ordinis simpliciter prolato intelligitur Ecclesiasticus, sicut appellatione iuris Ciuilibus, Romanum, & Apostoli, Paulus, l & definitur à Thoma Vualdenfi, m *esse sacramenta ministrantium habitudo legitima cuiq; ratione ministerij sui conueniens:* hinc dicitur ordo Prædicatorum & Minorum. in hac tamè materia accipitur pro facta ordinatione & actu, quo homines in Ecclesiasticum ordinem cooptantur, ut colligitur ex Concilio Tridentino, n & potius secundum mentem, quam verba Magistrī, & aliorum, o & glossa, p potest definiti, *esse sacramentum, quo traditur character, & potestas consecrandi Eucharistiam, vel in id ministrandi.* Dixit, *Sacramentum* pro genere, reliqua pro differentia. Porro materia ordinis est traditio rei sensibilis, ut libri, vel calicis, quæ & acceptio, seu tactus earū debent concurrere cum prolatione verborum formæ, ita ut durante ea fiant: quoniam si ante, vel post fierent, ordinatione esset nulla, ut latè demonstrat Caietanus q & supra dictum est in simili, r & de Confirmatione, s & de Extremavntione. t Quod fundatur multis, in quibus est c. fi. v quod ipsum tamen in contrarium fortiter retorqueri potest, quatenus habet supplendum, & non iterandum, sed respondendum illud esse referendum ad manus impositionem, & non ad tactum, quorum duorum prius meminit: illa enim non est de substantia sacramenti, ut tactus, seu acceptio, quod rectè post alios declarat Sotus. x Forma verò est prolatio verborū, quæ pro varietate ordinum sunt varia, sicut res traditæ sunt diuersæ. Conueniunt tamen in significando traditionem, & acceptionem sacramento substantialem.

Dixi, *Character*, ad designandum, quod character & potestas, quæ traditur non sunt sacramentū, sed effectus eius. Vnde definitiones eorum, quæ habent hoc sacramentum esse characterem, siue signaculum, & potestatem, debent censerī datæ per effectum, & non per genus, & differentia, \* ut illa August. *Fides est credere, quod non vides.* Et illa Azonis, y *Appellatio est rescissio sententiæ, &c.*

\* *Ut illa Augustini.* Augustinus tract. 40. in Ioannem hæc habet his verbis. *Quid est ergo fides nisi credere quod non vides, fides ergo est, quod non vides credere, veritas quod credidisti videre.*

18 Dixi, *Consecrandi, &c.* ad distinguendum ordinē presbyterij ab aliis. Ordines autem sunt nouem secundum Canonistas, z quibus constituuntur Tonsuratus, Ostiarius, Exorcista, Lector, Acolytus, Subdiaconus, Presbyter, & Episcopus. Quamuis secundum communem Theologo-

rum, a solum sint septem dicentium, Primam tonsuram, & Episcopatum non esse ordines, sed officia. Quorum quatuor maiores dicuntur sacri, non quidem, quod omnes non sint sacri, sed quia eis est annexū votū solenne castitatis, non vt essentialiter, sed accidentaliter ex statuto Ecclesia. b

Circa hoc sacramentū peccat mortaliter primò, qui credit non esse vera definita super eo à dicto Conc. Trid. c aut de eorū veritate dubitat: & si hoc verbo, vel scripto exprimat, est excommunicatus per bullā Cænæ supra sepe citatā. Definiuit autē Conciliū hæreticū esse eū, qui dixerit, non esse in nouo testamento Sacerdotiū visibile, vel externū: vel non esse potestatem aliquam consecrandi, & offerēdi verū corpus & sanguinem Domini, & peccata remittēdi, & retinēdi: sed officii tantū, & nudū ministerij prædicandi euangeliū: vel eos, qui non prædicat, prorsus non esse sacerdotes. d Aut præter Sacerdotiū non esse in Ecclesia Catholica alios ordines, & maiores, & minores, per quos velut per gradus quosdā in Sacerdotium tendatur. e Aut ordinē, siue sacrā Ordinationē non esse verè & propriè sacramentū à Christo Domino nostro institutum, vel esse figmentū quoddā humanū excogitatū à viris rerū Ecclesiasticarū imperitis. Aut esse tantū ritū quemdā eligendi ministros verbi Dei, & sacramentorum. f Aut per sacram Ordinationē non dari Spiritū sanctum: ac proinde frustra Episcopos dicere, *Accipe Spiritū sanctū.* Aut per eā non imprimi characterē, vel qui sacerdos semel fuit, laicū rursus fieri posse. g Aut sacrā Vnctionē, qua Ecclesia in sacra Ordinatione utitur, non tantū non requiri, sed contemnendum & perniciosam esse, similiter & alias Ordinis cõmunionis. h Aut in Ecclesia Catholica non esse hierarchiā diuinā ordinatione institutā, quæ cõstat Episcopis, Presbyteris, & Ministris. i Aut Episcopos non esse Presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmādi & ordinādi: vel eā, quam habent, illis esse cū Presbyteris communē: vel ordines ab ipsiſ collatos, sine populi, vel potestatis sæcularis cõsensu, aut vocatione, irritos esse. Aut eos, qui nec ab Ecclesiastica potestate rite ordinati, nec missi sunt, sed aliūde veniunt, legitimos esse verbi & sacramenti ministros. k Aut Episcopos, qui auctoritate Romani Põtificis assumuntur, non esse legitimos, ac veros Episcopos: sed figmentum humanum. l

Porro aduertēdū est, quod prædictū Conciliū non definit vtra opinio Theologorū, vel Canonistarū de Ordinū numero sit tenenda, quod sperabamus, quādo hæc scripsimus: licet, m canonistis videatur aliqua ex parte fauere.

Quare probabilis videtur vtraq;. Mea tamen, cui videtur assentiri Medina, n salua saniori, est, quatuor Ordines, siue Ordinationes: scilicet tres maiores & Episcopatū, esse verè & propriè sacramentū, cui prædicta definitio conuenit: alios autē potius esse sacramentalia. Et ita quo ad Episcopatū recedo à cõmuni Theologorū, per c. i. iūcta glo. o quæ expressè ponit quatuor sacros Ordines, & per prædictū 7. can. quibus ego bona fide nescirè respondere. \* Quo ad quatuor verò minores, & primam tonsuram, recedo à Canonistis. Tum per rationes Caiet. p Tū quia non est eis adiunctū votū castitatis solēne. Tū quia durū videtur dānare omnes, qui accipiunt eos, non præmissa confessione, vel saltem contritione sufficienti: quorum infinitus videtur esse numerus, quod tamē necesse esset facere, si essent sacramenta vera gratiam cõferentia ex opere operato, per dicta supra. q Tum quia conferunt eos etiam Abbates. r

\* *Quod quatuor verò minores.* Probabilior sententia est quæ ordines omnes sacramenta esse dicit, quā ea quæ id negat, primo quia id asserunt omnes veteres Scholastici excepto Durādo, & ex recētoribus grauissimi quiq;. Deinde id videtur sensisse Conciliū Florentinū, neq; dissentit Cõciliū Tridentinū. Denique minores ordines non possunt iterari, igitur imprimunt characterem, igitur sacramenta sunt. Hæc Bellarminus lib. De sacram. ord. cap. 6.

Secundò peccat, qui credens, vel credere debēs se mortalis culpæ reum, Episcopatum, vel alium ordinē sacrū suscipit secundum omnes: non autem qui alios, secundum eos, qui negant vera esse sacramenta, quos sequimur.

Tertiò, qui cõtrauenit nouis statutis Conc. Trid. quod s statuit, ut qui se pcurat ordinari ab Episcopo titulari absq; licētia sui Episcopi, etiā si sit illius familiaris, & continuus cõmortalis, & in loco nullius diocesis, vel exēpto, suspēsus sit ab exequutione ordinum, quousque suo Prælato visum fuerit: Episcopus verò titularis ab exercitio Põtificatium per annū. Et t q episcopus ordinate pot eum, qui sui

a In d. di. 24

b c. nullam. 38. d. c. de cõn. n. 23. d. & c. 1. de voto lib. 6. c. Sess. 23.

d Can. 1. c. Can. 2.

f Can. 3.

g Can. 4.

h Can. 5.

i Can. 6.

k Can. 7.

l Can. 8.

m Cap. 23. 4. & 7. n De contin. sacer. lib. 1. c. 17. & 45.

o Iuncta glo. 32. d. & allegata in ea.

p In trah. de modo. & i. ord. suscep.

q Eod. c. nu. 2. r c. quoniam. 69. d. c. cum contingat. cum eis ad. per Inno. Hostien. Ant. & alios.

s In Sess. 14. cap. 2. de ref.

t Sess. 23. cap. 9. de reform.



a Sess. 14. c. 1. de reform.

b Ibidem c. 3.

c Sess. 21. c. 1. de reforma.

d Sess. 23. c. 3. de reform.

e Sess. 21. c. 1. de reform.

f c. 25. nu. 68. & 109. g. eod. c. n. 52. h. c. 25. nu. 79.

familiaris eius per triennium, si beneficium statim re ipsa, & sine fraude illi conferat. Et a quod nemo promouetur ad ordines contra voluntatem sui prelati, etiam si prohibeatur promoueri, ob occultum crimen, & extraiudicialiter, & quod ei qui a suis ordinibus, gradibus, aut dignitatibus Ecclesiasticis fuerit suspensus, non suffragetur vlla licentia de promouendo, aut ad priores ordines, gradus, aut dignitates antea consequutas restitutio contra proprii prelati voluntatem. Et b quod Episcopus potest suspendere ad tempus sibi visum suum subditum ordinatum quacumque auctoritate, absque suo precedenti examine, si eum inueniat inhabilem. Et c quod episcopus, aut alij sui ministri pro collatione quorumcumque ordinum, pro litteris dimissorias, aut pro sigillo nil quidquam etiam sponte oblatum accipiant. Et notarij pro scriptura, si eis nullum salarium pro officio exercendo sit constitutum, decimam tantum vnus aurei partem accipere possint. Et d quod non concedat dimissorias, nisi prius examinatis & approbatis. Et e quod nemo ordinetur nisi prius legitime constet eum beneficium Ecclesiasticum ad victum sufficiens, pacifice possidere. Et quod illud beneficium relinquere nequeat, nisi facta mentione, quod ad illius beneficii titulum sit promotus, eaque resignatio non admittatur, nisi constet aliunde posse commodè viuere, & aliter facta sit nulla. Et quod patrimonium, vel pensionem obtinentes promoueri posthac nequeant, nisi quos episcopus iudicauerit necessarios, vel vtilis, constituto prius, quod patrimonium illud, vel pensio satis sunt eis ad vitam honestè sustentandam, & illa sine licentia episcopi alienare nequeant, donec beneficii sufficiens adipiscantur, aut aliunde habeant, vnde honestè viuere valeant.

Quarto peccat, qui contravenit illis preceptis, vel prohibitis, quæ continentur infra. f Alij modi peccandi ratione Ordinis colligi possunt ex his, quæ de matrimonio infra & dicentur, & de indigna perceptione & administratione. h

De Sacramento Matrimonij.

- 19 Matrimonium quatenus sacramentum, quid, & quale est apud infideles.
20 Matrimonij sacramentum conferre gratiam est de fide.
20 Matrimonij materia, & forma qua, cum exemplis.
21 Matrimonium indissolubile regulariter sic in totum, sic in partem soluitur.
22 Diuertere ob qua potest, vel debet, coniux a coniuge.
23 Adulterans perdit ipso iure ius exigendi debitum, licet tamen petat.
23 Adulterans perdit ius negandi debitum adulteranti.
24 Adulterantis coniux quando religionem ingredi potest.
25 Sponsalia quid, & quibus modis soluantur, & nu seqq.
28 Sponsalia omnia ipso iure soluantur per causam notoriam.
28 Sponsalia duobus modis transeunt in matrimonium.
29 Matrimonij, & sponsalia contrahendi qua atas legitima.
29 Matrimonium regulariter omnis iusta atatis, & iudicij contrahere potest.
30 Matrimonij impedimenta quot, & qua non. nu. 31.

Præsupponimus primo, quod sacramentum matrimonij est sacramentum, quo fit maris & femina coniunctio indiuiduam vitam consuetudinem retinens. i Dixi, sacramentum, pro genere. Nec obstat, quod matrimonium est inter infideles non baptizatos, qui non sunt capaces sacramentorum, quorum ianua est Baptismus, k quia apud eos non est matrimoniū, quatenus est sacramentū, sed tantum, quatenus est contractus: & prædicta definitione definitur solum sacramentū matrimonij, siue matrimoniū, quatenus est sacramentū. Dixi, Maris, & femina, ad differentiā sacramenti Baptismi & Pœnitentiæ, quibus fit quædam coniunctio inter Deū & animam metaphoricè. l Dixi, Coniunctio, intelligendo potius vnionem animorum, quam corporū, vt glossa declarat in iuribus supra dictis, & est textus. m Dixi, Indiuiduā, quia est indissolubile, hoc est, non potest, nisi morte naturali regulariter solui, nec sic coniuncti possunt aliis altero viuente coniungi, & vterque alteri debet fidem seruare, & debitum coniugale reddere, & se mutuo in administranda re familiari iuuare, & neuter eorum sine alterius consensu continentiam promittere potest.

i Vt colligitur ex l. 1. ff. de ritu nup. & p. i. Inst. de p. a. potest. & ex Mag. & aliis in 4. li. sent. d. 26. & in rub. de spons. & matrim. k ca. veniens de presb. non baptif. l iuxta c. de bitum. & ei adnor. de bigamia. m In l. nupti. ff. de reg. iur. & in ca. sufficiat. 27. qu. 2.

Ex quo inferitur, Matrimonium Christianorum gratiam conferre ex opere operato, nisi obex ponatur iuxta communem, a contra glossam, b & nonnullos eam malè approbantes, quia ex prædicta definitione patet, illud esse sacramentum, cuius proprium est ex opere operato gratiam conferre, c quod approbauit Concilium Tridentinum d mox citandum, post quod non solum pro falso, id quod ait illa glossa sed etiam pro hæretico habendum est, & cauenda, aut certè cautè legenda sunt ea, quæ scribit Magister Canus. e Adde hic omnia, quæ dicentur in hac materia de viris, intelligenda esse de fœminis, & è contrario, nisi quatenus aliud exprellum fuerit.

Secundo præsuppono, quod quamuis diuersi \* de materia & forma huius sacramenti sentiant, præsertim Adrianus, f planius tamen videtur, quod consensus expressus & legitimus personarū ad contrahendum idoneatum, siue expressus consensus ad coniungendū sit materia, & verba, aut alia signa, & interdum taciturnitas, quibus ille exprimitur, sint forma, quatenus exprimunt consensum, vt materia stipulationis, quæ interrogatione & responsione cōueniente fit, est consensus, & verba sunt forma, g quamuis ad stipulationē necessaria sunt verba, & non sufficit natus, aut signa, neque scriptura, h ad matrimoniū autem sic, i immo interdum auditio, & taciturnitas sine contradictione, vt quādo pater contrahit pro filia præsentē, & audiente, tacente, & non contradicente, k pro quo aptus textus ibi, & in c. 1. l illa verò verba & signa sufficiunt, & requiruntur, quibus significatur statim vna cum dicto, vel signo, alterum alteri sui corporis potestatem tradere, iuxta omnium sententiā: qualia sunt illa, Ego te in meam vxorem accepto. Et, Ego te in maritum meum accipio. m & alia eis æquipollentia, vt, Consensio in te tamquam in meum, vel meam coniugem, & Ab hoc tempore pro mea vxore, vel marito habeo, aut, Volo: vt sis mea vxor, vel maritus, n nil enim refert, quid de æquipollentibus. o

De materia & forma huius sacramenti sentiant. De materia & forma huius sacramenti planissime loqui videtur Bellarminus in lib. de Matrim. cap. 6. cuius verba subiciam. Coniugij sacramentū duobus modis considerari potest, vno modo dum sit, altero modo dum permanet postquam factum est. Si igitur consideretur dum sit, tota eius essentia in signis exprimentibus mutuum consensum consistit. Ideo in iisdem verbis distingui potest materia & forma. Nam verba quatenus determinant formam dici possunt, quatenus determinantur materia. Si verò consideretur matrimonium iam factum, negari non potest ipsos coniuges simul cohabitantes esse materiale symbolum externum repræsentans Christi & Ecclesiæ indissolubilem coniunctionem. Forma autem consensu omnium sunt verba vel signa mutuum consensum exprimentia. Hæc ibi & multa alia.

Tertio præsuppono, quod matrimonium interdum diuiditur in totum, etiam quo ad vinculum, & interdum quo ad torum, & habitationē tantum, & interdum quo ad torum tantum: nam diuiditur in totum, antequam sit consummatum copula carnali, per professionem solemnem religionis approbatā, p quod esse de fide definiuit Concilium Tridentinum. q Diuiditur etiam ante consummationem per dispensationem Papæ iusta de causa factam, secundum glossam singularem, r receptam ab omnibus puris Canonistis, & à Theologis canonum peritis contra puros Theologos, excepto Caietano. s Quorum opinio adeo seruatur, quod etiam ter, vel quater ad petitiones consilio meo, antequam in urbem venissem oblatas, fœ. rec. Paulus III. & Pius III. per suas dispensationes dissoluerunt quædam matrimonia omnino clandestinè contracta, nondum consummata, in remedium animarum alioquin probabiliter periturarum. Quod attestor, ne quis sequutus Sotum, t contra Caietanum vllum scrupulum ingerat iis, qui eiusmodi sanctissima gratia fruuntur, vel post hac fruuntur: nam & post eum Michael à Medina v Caietani & communem est sequutus.

Diuiditur etiam matrimonium contractum inter infideles, etiam post consummationem, si altera pars eorum ad fidem Catholicam conuertatur, & altera noluerit ei cohabitare sine contumelia Creatoris, & sine nisu ad peruertendam, vel inducendam eam in mortale, x quia, vt dictum est, nou est inter eos sacramentum, sed contractus tantum. Diuiditur autem quo ad torum, & cohabitationem, & non quo ad vinculum, propter fornicationem, iudicis auctoritate, iuxta illud, y Quicumque dimiserit vxorem nisi ob fornicationem, &c. z & etiam propter seuitiam coniugis, &

a In Rub. de spons. & in 4. li. sent. d. 26. b c. quid quid. i. quæst. 1. c. Vt sup. eod. nu. 1. dicitur est. d Sess. 7. c. 6. e Li. 8. de loc. Theologi. cap. 5.

f In 4. de Matrim. quæst. 1.

g l. 1. in prin. & §. 1. ff. de verb. obligat. cum ei adnor. h Per dict. l. 1. i c. cum apud & ca. sua. de spons. k iuxta gl. cōmuniter receptam in ca. hon orantur. 32. q. 2. l §. porro. de despos. impu. lib. 6. m c. si inter. de spons. n c. ex parte. de spons. ol. in ff. man. c. licet. de testament.

p c. ex publico. de conuer. coniug. c. commissum de spons. q Sess. 14. c. 6. o In di. ca. ex publico. s In Tomo 1. Opusculor. tract. 28. t Libr. 7. de iust. & iur. v Li. 5. de sac. Ho. continentia.

x Ca. gaudemus. de diuo. y Luc. 16. z Relatum in c. dixit dominus. 32. qu. 1. & c. dominus ead. caus. q. 7.



a Notatus su per tax. sing. c. lictor. §. fin. de restit. spol. b. c. no. 32. qu. 1.

c Per ca. 2. de diuort.

d Palu in 4. li. sent. di. 39. q. 1. col. fin.

e d. c. lictor. sub fi. f. De diuort.

g. c. illu. 22. q. 1. c. en. praci pimus. 2. qu. 1. h. Vbi supra. i. §. 1. 15. qu. 1.

k Per d. ca. 2. de diuort.

l. c. de episcop. audien. §. in c. discretionē iuncta glo. de eo. qui cogn. consang. ux. sua.

m Arg. c. si uxor. §. ca. horrendus. 22. qua. 5. c. Alex. in l. si si cum dotem §. si maritus. ff. solut. matr. c. 1. §. 2. de coniug. leprof.

o De adul. §. c. 1. 32. qua. 1.

p Vbi supra.

q Matr. 5. c. Luc. 16.

r l. cum propono Co. de pñ. c. peruenit. de iureiu. s. In Tom. 1. O puscil. Tractatu 31. respō.

s. c. intelleximus de adul. v. Arg. c. peccatum de regu. iur. li. 6. cum similibus.

x c. significati. §. c. porro de diuort.

gis, & ob aliquas alias causas. <sup>a</sup> Diuiditur autem quo ad totum tantum ob fornicationem, per solam euangelij auctoritatem, sine alia iudicis sententia, secundum communem & glossam. <sup>b</sup>

22 Circa quæ alias hic addidi primò, posse coniugē Catholicum, vel Catholicam discedere à cohabitatione coniugis Lutherani, vel Lutherane ad suam hæresim inducentis <sup>c</sup> non tamen nouè contrahere.

Secundò idem esse dicendum de coniuge, qui, vel quæ à suo, vel sua coniuge inducitur ad aliud peccatum mortale, & non potest ab inducendo retrahi. <sup>d</sup>

Tertiò, respondisse nos cuidam nuptæ posse illam recedere à suo marito ad eò laxo animo, & nimium fidèti, quod inducebat in domum suam quosdam amicos parum pudicos, quibus, vel aliquo eorum cum ea relictis exibat domo, & illi modò directè, modò indirectè, modò verbis, modò tactu, inducebant eam in aliquod peccatum cordis, & in grãde periculum operis: & rogatus ab ea, ne id faceret, negligebat. Tū quia eiusmodi maritus saltè indirectè inducebat eam ad peccandū. Tum quia non tenebatur ei conuiuere cum periculo mortis corporalis volèti eam occidere, vel venenare, siue intoxicare iuxta caput ad litteras: <sup>e</sup> ad quod reducendum est cap. 2. <sup>f</sup> à fortiori non tenebatur cōuiuere illi sub tanto periculo mortis spiritualis, quæ tantò grauior est corporali, quãtò anima præstat corpori. <sup>g</sup> Tum quia uxor potest discedere à marito sure, nolète à furando cessare iuxta Paludanum. <sup>h</sup> Tū quia non obstat, neminem posse cogi ad peccandū, <sup>i</sup> quia non potest etiã cogi ad apostatandum: potest tamè discedere à consorte in apostasiam inducente. <sup>k</sup> Tum quia fere casus est in hoc in l. si tenones. <sup>l</sup>

Quartò, coniugem à coniuge recedere non posse propter morbum, quem alij Gallicum, alij appellant Neapolitanum, <sup>m</sup> quia non potest etiam ob morbum lepræ, qui est æquè contagiosus. <sup>n</sup>

Quintò, quòd coniux à coniuge non potest ob amentiam discedere, nisi probabile mortis periculum induceret, per prædicta, quòd dolens respōdi cuidam amico religionem intrare volenti, eo quòd uxor furere cœperat, quia commodè poterat eam à se offendendo arceri.

Sextò, non peccare uxorem eo, quòd non discedit à marito adultero, etiã in adulterio per seueratè, neque eo quòd ei reddat, vel petat debitum, etiam si publicè adulteretur, modo id ei non placeat ( quod ferè semper contingit ) & probabiliter arbitretur eum non destitutum ab eo, licet ipsa ei debitum neget. Immo nec maritus peccaret, idem faciendo cum uxore adultera, si displiceret ei adulterium, & pensatis personarum, loci, temporis, aliisque circumstantiis fieret probabile, eam non posse ab adulterando arceri sine maximo scandalo, & damno publico, vel priuato. Per quòd limitanda sunt cap. si vir. <sup>o</sup>

23 Septimò, quòd coniux adulterans non potest exigere debitum à cōsorte innocente tamquã iure debitū, sed potest petere tamquam licitum, siue publicū, siue occultū sit adulteriū, & siue coniux innocens sciat, siue nesciat illud, quia licet adulterans ipso iure perdat ius exigendi: non tamen perdit ius rogãdi, vt cōcedat illud, si uoluerit, eo quòd vinculū matrimonij durat nõ obstatè a. luterio, quòd esse de fide prædictū Conciliū, <sup>p</sup> declarauit, & facit illud licitū: cum nullo iure naturali, diuino, vel humano prohibeatur. nã licet Dominus in euangelio <sup>q</sup> cōcedat innocētī facultatem negandi debitū, non tamen negat potestatem reddendi illud, si uoluerit, nec adultero facultatē petendi tamquam rem licitam, licet non debitā. Quibus est consequēs, posse coniugē innocentem adulteranti denegare debitum sine vlla iudicis auctoritate, iuxta illud, *Frangenti fidem fides frangatur eidē.* <sup>r</sup> quæ breuis declaratio est mēris Caietani. <sup>s</sup>

Octauò, quòd coniux innocēs, etiã si cœpit negare debitū adulteranti, & postea adulteretur, tenetur ei reddere, quia per cōpensationē tollitur quo ad potestatem negandi hoc crimen. <sup>t</sup> quòd cōfessarij magnopere aduertere debēt ad præcipiendū multis maritis, qui recedunt à toris vxorū propter præsumptū, vel verū adulteriū, & se copulāt alijs, vt ipsi redeant ad eas: hi enim nullatenus sunt absoluendi, nisi prius incipiant reddere debitum vxoribus, aut certè concipiant propositum efficac reddendi illud. <sup>v</sup>

Nonò, quòd non obstant prædictis iura, <sup>x</sup> quatenus ha-

berent, non posse coniugem innocentem discedere ab adulterante sine iudicis auctoritate, nisi adulterium sit notorium: quia illa intelligenda sunt quo ad forū exterius, non autem quo ad interius, de quo agimus. Per quæ declaranda est glossa. <sup>a</sup>

24 Decimò, quòd interrogatus, an qui ante Concilium Tridentinum clam contraxit, & consummauit matrimonium, & postea petitus in maritum coram iudice, à quo, quia negauit contractū & deerant testes, fuit absolutus, & coniux nupsit alteri, possit ingredi religionem? Respōdi, non posse. Tum quia nulla religionum, quæ non sit militaris, admittit eum, si verum fateatur, sine licentia debita vxoris, quam in hoc casu illa dare nequit remanens in sculo, præsertim in illo malo statu. <sup>b</sup> Nec obstat c. Agathosa, <sup>c</sup> quatenus habet, maritū, cuius vxor fornicata est, posse religionem ingredi: quia id intelligendum est de illo, qui non dedit vxori causam saltem propinquā adulterandi, vt declarat Panormitanus cōmuniter receptus, <sup>d</sup> qualè videtur dedisse cōsulens. Tum quia, si moreretur is, cui illa nupsit, teneretur eam accipere, etiam si professionē fecisset. <sup>e</sup>

25 Quartò principaliter præsuppono, quòd sponsalia non sunt Matrimonium, sed promissio eius, <sup>f</sup> quòd intelligendū est de promissione mutua, siue reciproca: quia licet alterius tantū sufficiat ad se obligandū: non tamen sufficit ad sponsalia efficienda, nisi altera quoque pars tacitè, aut expressè idè alteri promittat, secundū omnes. Arre autè, & iuramentū nõ sunt necessaria, licet illis firmiora fiãt. <sup>g</sup>

Porro sponsalia non sunt, vt Matrimonium indissolubilia: nam multis modis dissoluntur. Primò, per partiū remissionem, etiam si sint iurata, secundum communem, <sup>h</sup> etiam si principaliter iurata sint propter Deū, vt cum quis iurat se Matrimonium contracturum cum aliqua paupere ob amorem Dei, & elemosynã. <sup>i</sup> Tum quia Deus recipit illud in utilitatem partis: ideo ipsa potest ei renunciare. <sup>j</sup> Tum quia alioqui iuramentum in fauorem eius factum, possit ei ob varios respectus præiudicare, <sup>k</sup> licet oppositū teneant Innocētius & Panormitanus <sup>l</sup> & Siluester <sup>m</sup> quorum opinionis color per prædicta tollitur.

26 Secundò, per alterius in religionem ingressum, <sup>n</sup> & cum alia potest alter sponsalia contrahere, etiã antequam professionē emittat iuxta Siluestrum, <sup>o</sup> cuius opinio probabilior est contraria, quam quidã rement, ea ratione, quòd nouiciatus est iuxta causã discedendi ab sponsalibus: eo quòd dedit causam, vt ioco & serio, animo irato, & peccato possit impropere ei, quòd fuit religiosus, & inconstans, & alia, quæ materiam possunt præstare ringendi coniunctis inter se, & cum alijs exteris. Et quòd contrarium tenentes concedunt sufficere nouiciatum aliquorum mensium absque professione.

Tertiò per alterius matrimonij verbis de præsentī contractū, etiam copula nondū sequuta per sponsalia item de futuro, copula cum affectu maritali sequuta. <sup>p</sup> Dixi, *affectu maritali*: quia sine hoc prima sponsalia, quoad Deum nõ dirimuntur, quãuis sic, quoad Ecclesiam secundū iura antiqua, secundū quæ sponsalia transibant in Matrimonium per solam copulã carnalem, quòd sublatum est per Concilium Tridentinū, vt dicitur infra, <sup>q</sup> cōcurrente autem hoc prima sponsalia non dirimuntur, nisi secūda esset cognata, vel affinis primæ ex coitu licito intra gradū prohibitū. Dixi, *Nisi secūda esset cognata, vel affinis, ex coitu licito intra gradum prohibitum*, nam si talis esset, neutrà in vxorē ducere possit secundū dicta iura antiqua. Non quidem primã, propter impedimentū affinitatis ex illa copula ortū. Non secūda propter impedimentū publicæ honestatis ex primis sponsalibus, quoad ipsum natū, iuxta notata in iure. <sup>r</sup> Dixi, *copula sequuta*: quia præcedēs etiã secundū iura antiqua non sufficeret, <sup>s</sup> quidquid quidam recentiores leuiter dixerint.

Quartò, per alterutrius ad aliam regionē migrationem absque causa probabili, aut cum illa, sed iudex certū tempus redeundi præfinit, & intra illud non rediit, quæ præfinitio est necessaria, iuxta ius canonicum, cui est in hac re standum, quòd tempus non præfinit, <sup>t</sup> non tamen iuxta civile, licet illud, cui non est standū, tempus præfinit, <sup>v</sup> præscribit enim, quòd absens in eadem prouincia expectetur duobus annis: & si in alia tribus, vt tradit S. Antoninus <sup>x</sup> & Siluester, <sup>y</sup> quòd procedit etiam in sponsalibus iuratis

a c. 1. 32. qua. 1.

b c. cum sis c. san. capi cō. ingratu. de cō. uers. coniug. c. 27. qua. 2. d. in dicit. cap. discretionum. num. 8. c. iuxta prædictum c. Agathosa. ff. de spō. S. Tho. §. omnes in 4. d. 27.

g c. prater ea 1. de spons.

h iuxta Car. ibidem.

i Ar. ca. quãuis pñ. de pñ. lib. 6.

k Contra l. quod fauore D. de leg. §. c. quod ob gratiam. de reg. iur. li. 6.

l In d. c. præserua.

m Ver. sponsalia. q. 9.

n In d. ca. ex publico. §. c. veniens. qui cler. vel uenen.

o Sil. ver. sponsalia q. 10.

p ca. sicut ex litteris. de spons.

q Eod. nu. 28. §. ca. 25. nu. 144.

r In c. is qui de sponsalibus. s. c. veniens 2. de sponsalibus. ubi Panor. Præfinit. §. communis.

t c. de illis de spons.

v In l. sepe ff. de sponsalibus. l. 2. Co. de repud.

x 3 p. tit. 1. ca. 18. §. 1.

y Vbi supra. q. 1. §. 4.





a. *Dict. ca. de illis.*  
 b. *ca. veniens de eo qui cognoscit. v. 20. sua.*  
 c. *ca. a nobis. & ca. de illis. 1. de despons. impub.*  
 d. *c. litteras de despons. imp. & c. i. eod. tit. lib. 6.*  
 e. *c. sicut ex litteris de sp. cum ei adno. f. c. litteras de coning. lepro. & c. quemadmodum de iur. iur.*  
 g. *Dicto c. que admodum.*  
 h. *iuxta glos. receptam ibidem ver. de uol.*  
 i. *Ar. ca. 2. de transi. prala. ke. non solum. 28. quaest. 1. l. Ca. rursus. qui cleric. vel uener.*  
 m. *vi supra di. tum est.*  
 n. *In 4. d. ur. qu. 1. art. 1.*  
 o. *Vbi supra.*  
 p. *In 4. de ma. trimo. qu. 12. q. Ver. Matri. 2. qua. 10.*  
 r. *In summa. de spons. s. fi. ob rationem in c. 2. & c. re. quisit. de sponsa.*  
 s. *In c. de illis. de con. apposi. l. in l. mulier bona ff. de iu. dot.*  
 v. *1. par. c. s. n. 4. in Epito. x. c. in tua. de spons.*  
 y. *Ar. extra. wag. antiqua. de voto.*  
 z. *In rubr. de spons.*  
 a. *In c. de illis. de spons.*  
 b. *d. extraua. antiqua.*  
 c. *De qua in. frao. c. n. 4. d. in c. veniens. qui cler. vel uener.*  
 e. *In 4. l. sent. d. 27.*  
 f. *d. c. de illis.*  
 g. *In d. s. fi.*  
 h. *In d. c. de il. li.*  
 i. *c. si duo pu. eri. de sponsa. impub. & ca. secularis. 33. qu. 2.*  
 k. *Ver. sponsa. lia q. 11. s. vl. timo.*  
 l. *In d. c. de il. li. col. fin.*  
 m. *Ver. sponsa. lia. q. 11.*

secundum Panormitanum.<sup>a</sup>  
 27 Quinto, per superuenientem affinitatem ex eo, quod altera pars rem habuit cu cognato, vel cognata intra gradum prohibitum alterius partis, prius quam copula maritalem cum sua sponsa, vel sponso haberet.<sup>b</sup>  
 Sexto, per absolutionem factam a iudice, eo quod contraxit illa intra pubertatis annos, & perueniens ad illos antequam eis consentiat expressè, vel tacitè petit ab eis absolui.<sup>c</sup> Si tamen ambo, vel alter eorum esset minor septem annis, sponsalia essent adeo nulla, ut ex illis nullum impedimentum publicæ honestatis oriretur: & ita alteruter eorum cum cognata, vel cognato alterius matrimonium contrahere possit.<sup>d</sup>  
 Septimo, per lapsum temporis præstituti ad matrimonium de præsentibus contrahendum: nam per illum is, per quem non stetit, quominus fieret, liberatur, & alteri prænitentia irroganda est, propter fidem violatam.<sup>e</sup>  
 Octavo, per superuenientiam lepræ, paralytis, aut alius morbi contagiosi, aut amissionis oculi, nasi, aut alius notabilis deformitatis.<sup>f</sup>  
 Nono, per superuenientem fornicationem alterius, si siue voluntariam, siue coactam.<sup>h</sup> Alterius, inquam, nã per suam nolente parte, quæ innocens est, non sunt dissoluenda.<sup>i</sup> Dixi, superuenientem: quia per præcedentem non sunt dissoluenda, nisi tempore contractus ignoraretur, & ante matrimonium contractum nosceretur, secundum omnes: quæ proximè procedunt etiam in fornicatione spirituali, quæ fit per hæresim, aut apostasiam.<sup>k</sup>  
 Decimo, per votum castitatis præcedens illa, quamuis sequens non dissoluat: quia alter in alterius præiudiciu uolere nequit, excepto voto religionis, quod etiam post contractum matrimoniu facere, & implere potest, m quo casu tenebitur religionè intrare, iuxta Paludanù receptu, n qui autè promissit alicui non ducere aliã, quam illã, non tenetur ducere illã, licet aliam licitè ducere nequeat, secundum eundem Paludanù, o & Adrianù p dicentè, neque communem opinionem esse cõtra hoc, neque sequendã, si esset, quamuis eam sequatur (sed male, nostra sententia) Siluester. q  
 Undecimo, per superuenientem inimicitiam capitalem, ob quam dissolui possunt, iuxta Hostiensem.<sup>r</sup>  
 Duodecimo, per omissionem implementi eius, quod promissum est, siue voluntariam, siue inuoluntariam, ut quum dos promissa non præstatur, secundum Ioãnem Andream.<sup>s</sup> & cum sponsa certam dotem sponso non promittit, videtur omnia sua bona promittere, secundum glossam t receptam per citatos à Couarruua, v adeo, quod si post sponsalia pauperior fiat, ita ut non possit omnia, quæ tunc habebat tradere, non tenetur eam sponsus ducere.  
 Decimotertio, per famam impedimenti ad contrahendum inter eos canonici. x Decimoquarto, per susceptionem ordinis sacri, y iuxta Antonium z quæ sequitur Præpositus, a quamuis per eum matrimoniu de præsentibus nõ dissoluatur. b  
 Decimoquinto, per superuenientem cognationem legalem. c  
 Decimosexto, per moru alterutrum contrahentium asperitatem, secundum Panormitanu. d Decimoseptimo, per aliquid nouè superueniens, quod si præcessisset non fuissent contracta, secundum mentem S. Thomæ e ad quem alij quinque casus, quos Præpositus f ponit, redigi possunt.  
 28 Notandum tamen est secundum Hostiensem g & Ioannem Andream receptos, h sponsalia in casibus prædictis regulariter ipso iure non dirimi, & ideo auctoritate iudicis Ecclesiastici dirimenda esse. & ita, qui absque tali auctoritate cum alia contraheret, grauiter peccare videretur, i quamuis non mortaliter, iuxta Siluestrum k sicut nec venialiter in casibus, in quibus ipso iure dissoluuntur: scilicet quando alter eorum religionem ingreditur, aut ipso facto cum alia verbis de præsentibus contrahit, aut notoriè fornicatus est, & aliis casibus, quos Præpositus ponit, l quin, & generaliter dici potest, quod in nullo casu, in quo causa dissoluendi sponsalia est manifesta, tam quo ad veritatè, quam quo ad iustitiam, prædicta Ecclesiæ auctoritas non requiritur: quia tales ab ipso iure absoluantur secundum Siluestrum m & idem quando sponsalia sunt clandestina: quia tunc scandalum cessat.  
 E contrario verò sponsalia duobus modis in Matrimonio de præsentibus transeunt, primo, per copulam carnalem

A sublequutam vxorio affectu, id est, cum intentione Matrimonium consummandi, nam si habetur fornicario affectu, id est, sine intentione se cognoscendi tamquam maritus, & vxor, sed tamquam soluti a matrimonij vinculo, non est Matrimonium coram Deo, sed coram Ecclesia sic, iuxta communem, a quidquid dicat Hostiensis, b secundum antiqua iura, quæ quomodo post Concilium Tridentinum cessent ponitur infra. c Secundo per declarationem consensus, de præsentibus verbis aliquo aperto signo factam, & non aliã quantumlibet simul habitent, aut sponsus eam in domum traducat, & oscula, & amplexus interueniant, & quamuis copula tentetur. d  
 B 29 Quinto præsuppono, quod ætas legitima contrahendi Matrimonium in masculis est 14. annorum completorum, & in fœminis duodecim, etiam completorum: & ad sponsalia contrahenda septem in vtrisque: quamuis si potentia supplet ætatem contrahere prius possunt, quæ tamen vsque ad illam ætatem non præsumitur. e  
 Sexto, quod omnis vtriusque sexus ætate legitima & iusto iudicio præditus, potest Matrimonium contrahere, nisi specialiter prohibeatur, vel aliquod impedimentum interueniat inter contrahere volentes. f Dixi, iusto iudicio: quia amens tempore amentia non potest. g

*De impedimentis Matrimonij in genere.*

C 30 **I**mpedimentum Matrimonij, secundum S. Thomam & communem, h est duplex. Alterum impediens, & dirimens. Alterum impediens tantum. Dicitur autem impediens, & dirimens, eo quod facit, ut impediti non solum contrahendo peccent, sed etiam, ut ipsum Matrimonium contractum non valeat: nõ autem eo quod dissoluat Matrimonium legitime contractum ante illius impedimentum: quia nullum tale est. Impedimenta vero huius generis sunt duodecim, contenta his versibus.  
 Error, conditio, votum, cognatio, crimen, Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas, Si sis affinis, si forte coire nequibis.

D 31 Impedimentum verò impediens tantum dicitur, quod impedit, & non dirimit, id est facit, quod peccent, qui ita impediti contrahunt, sed Matrimonium contractum valet. Impedimenta verò huius generis sunt duo.  
 Ecclesia vetitum, nec non tempus feriatum, Impediunt fieri permittunt iuncta teneri.  
 Ad quæ quidem duo reducuntur alia omnia, licet specialiter dictis versibus non contineantur, quæ infra tãgentur.

*De impedimentis dirimentibus erroris persona, & conditionis.*

E 32 Error multiplex, persona, conditionis fortuna, & aliarum qualitarum. & 33.  
 33 Error persona, vel conditionis seruilis annihilat Matrimonium.  
 33 Matrimonio ab erroneo, qua auctoritate recedatur.  
 33 Matrimonio seruorum consentiens dominus liberat eos, & an vendere possit eos, & arcere a debito reddendo.  
 34 Matrimonium contrahens seruus, an Dominu vxori præferet.  
 34 Error persona, & conditionis dirimunt, sed non alij.

F 32 **P**rimum impedimentum dirimens Matrimonium est error personæ. Est autem error personæ credere de vna persona, quod sit alia, ut quod sit libera, cum sit serua, vel quod sit filius talis Regis, Ducis, Comitris, aut alterius, cuius non est. Dixi, talis: quia si credatur indeterminatè, quod est filius Regis, aut Ducis, nobilis, aut diuitis, non est error personæ, sed fortuna, aut qualitatis, nec etiam si credatur filius talis Regis, aut Ducis, si talis Regis, & talis filij cognitio non habeatur, i error etiam personæ est, credere, quod sit primogenitus alicuius, cum non sit, & propter spem, quam habet illum in paternis bonis successurum, ei nubit tãquam primogenito, iuxta Calderinum, k & Hostiensem, l & Angelu: m nisi absolutè consentiret in eum præsentem: quia tunc Matrimonium valeret, quamuis crederet alium esse, iuxta mentem S. Thomæ & comunis. n  
 Itaque primò ob hoc impedimentum peccat, qui pro-

a. *In c. is, qui. de spons.*  
 b. *Ibidem.*  
 c. *c. 25. n. 144.*  
 d. *c. fi. de spon. & Aret. in cons. 144. ex facto.*  
 e. *ca. puberes. de desponsal. impub. & ca. 1. s. idem quo que. eo si l. 6. adiunctis glos. & communis doctorum.*  
 f. *c. cum apud de spons.*  
 g. *c. dilectus. de sponsal.*  
 h. *In 4. libr. sent. d. 34.*

i. *Ref. ver. in. impedimet. 2. & Silu. ver. Matrimoniu. 8. q. 1. s. 5.*  
 k. *In ca. 2. de coning. seruo.*  
 l. *In summa. m. Ver. Matrimoniu impedi. dim. 4. s. 3.*  
 n. *In 4. libr. sent. dist. 30.*



a Angel. vov. Matrimonium. 3. impedi. mento. §. 16. b De dolo 2. 2. §. 55. ar. 4. c c. 1. 29. qu. 1. d c. 1. §. error. ead. qu. 1.

e 20. q. 2. §. i. in ita. sub c. si quis liber. f In 4. li. sent. dist. 30. ar. 1. g Var. Matrimonium impedi. mento. 4. §. 16. h In c. propo. sicut. de con. iug. seruo. i Arg. c. por. ro. c. signif. de diuor. k Ros. vov. in impedimentum. 3. §. 2. l Eod. nu. 25. §. 28. c. ad no. stram. de con. iug. seruo. c. fœmina. c. si quis ingenu. us 29. q. 2. m c. fin. de cõ. iug. seruo.

n In c. 1. de cõ. iug. seruo. o In 4. di. 36. p In di. cap. 1.

q c. 1. 29. q. 1. §. 5. §. 16. sub c. si quis li. ber. ead. q.

r c. 12. nu. 32. s c. 1. de voto. lib. 6. extra. uag. 1. de vo. to. Ioan. xxij. t c. 1. de con. iug. c. affinis. v Eo. c. 1. 73. x Eod. n. 72.

curat, vt matrimonium, vel sponsalia à se, vel ab alio per errorem contrahantur, quæ aliàs non contraherentur, & probatur per dicta S. Thomæ<sup>b</sup> & Matrimonium sic contractum, nihil valet, si fuerit error personæ, vel conditionis seruilis, secus si solum fortunæ, aut alius qualitatibus, c qualis est credere de paupere, quod est diues: de plebeio, quod est nobilis, de infami, quod est bonæ famæ: de corrupta, quod est virgo. d

33 Secundum impedimentum dirimens Matrimonium est error conditionis seruilis, quo quis credit seruum esse liberum: nam Matrimonium contractum à libero cū serua, quam putabat esse liberam: vel è contrario, contractum à libera cum seruo, quem putabat esse liberum, nihil valet: licet contractum cum libero, vel libera ab eo, vel ab ea, qui, vel quæ credit esse seruum, vel ancillam valeat, iuxta iura e & tradit S. Thomas, & cõmunis, f & Angelus g & communis, h & si Matrimonium erroneum fuerit clandestinum propria auctoritate se separare potest, quo ad torum, & cohabitationem: sed si est in facie Ecclesiæ contractum, quo ad torum se separare potest, sed non quo ad cohabitationem, nisi per sententiam Ecclesiæ, i quod procedit etiã si dominus post Matrimonium eam manumiserit ipso incio, & cū ea libera facta copulã coniugalem habuerit, quia talis copula habita est virtute primi consensus, qui nullus fuit, k si tamẽ postquam rescit esse seruum, cõsensit in eam, saltem per copulã vxorio affectu habitã, Matrimonium fiet validum secūdu iura antiqua, licet non post Conciliũ Tridentinum, vt dictum est supra, l si autẽ liber Matrimonium ignoratẽ contrahit cū serua, & nihilominus eã vult pro vxore habere, & illa nõ vult, non est Matrimonium: sed cogit illã Ecclesiã, vt consentiat in illud, iuxta glossam, m quod est verum, si illa nõdum legitime alteri nupserit. quæ glossa addit, quod Dominus tradens suam ancillã tamquam liberam libero credenti eã esse talem, manumittere illam videtur. Quæ omnia sunt intelligenda, etiã de libera contrahente cū seruo. Et Dominus, qui consentit Matrimonio sui serui, aut seruæ, & locum ad reddendum debitum non concedit peccat, quia quamuis seruus contrahens Matrimonium inuito domino, ad ei obsequendum magis, quã ad debitum reddendum teneatur: si tamen, eo consentiente contrahit, ad illud, magis, quã ad hoc tenetur. & quamuis Dominus post Matrimonium, etiam suo consensu contractum eum vendere possit, non tamen in tam remotas regiones, vt vsus Matrimonij ei impediatur, iuxta communem, n & S. Thomam o licet honestum esset, ne ad tam remotas venderet, etiam dum contra voluntatẽ eius contraheret, quamuis ad id sub pœna mortalis peccati, nõ tenetur, iuxta communem, p saltem quando commodẽ in vicinas vendere non possit.

Errores autem aliarum qualitarum: vt pote fortunarum, nobilitatis, virginitatis, fortunæ, & reliquarum non dirimunt: quia id nullo iure cauetur: immo contrarium vt patet per iura citata, q & diximus supra.

De impedimentis dirimentibus voti, & cognationis spiritualis.

- 35 Votum solenne castitatis impedit, & dirimit Matrimonium.
35 Votum post solenne contrahens nulliter contrahit, & excommunicatur.
36 Cognatio spiritualis tã Baptismi, quã Confirmationis quid, & ad quos Tridenti restricta. num. 37.
37 Patrini sunt solum hodie, qui designantur, & quot designandi. num. 38.
39 Patrinus, an fiat omnis tangens, cum nemo designatur.
39 Cognatio spiritualis non nascitur ex solennitate supplente baptismum & 40.



Etiam impedimentum dirimens Matrimonium est votum solenne castitatis, quod celebratur professione expressa, vel tacita religionis approbatæ, vel sacri ordinis susceptione, vt dictum est supra, r post quod, qui contrahit peccat mortaliter, s & est excommunicatus, t de voto autem simplici dicitur infra, v

36 Quattuor impedimentum dirimens Matrimonium est impedimentum cognationis: quæ est triplex, carnalis, spiritualis, & legalis. Cognatio spiritualis, quæ Matrimonium impedit, & dirimit (nam de non dirimente infra x

agemus) est attinentia duarum personarum, quæ ex statuto Ecclesiæ oritur per Baptismi, & confirmationis administrationem, vel susceptionem baptizati, vel confirmati, iuxta mœtem omnium, a quæ olim secundum iura antiqua erat triplex, paternitas, compaternitas, & fraternitas, secundum dictam glossam receptam: paternitas est, quæ contrahitur inter baptizatẽ (qui locum patris tenet, siue sit clericus, siue laicus, vir, aut fœmina) & baptizatum, & inter baptizatum: & patrinum, qui locum matris tenet, siue sit vnus, siue plures, siue vir, siue fœmina. b Cõpaternitas est, quæ contrahitur inter patrem & matrem baptizati ex vna parte, & ex altera inter baptizantem, & patrinum, vel patrilinos, qui ex sacro fonte suscipiunt, si sunt baptizati, quamuis sint schismatici, aut hæretici, & aliàs non quia non sunt eius capaces, iuxta S. Thomam & Richardum c quidquid alij dicant: neque etiã inter baptizatẽ, & patrilinos baptizati. Fraternitas est cognatio inter baptizatum, & filios naturales baptizantis, & patrilinorum, etiam non legitimos, & etiam habitos post baptismum. Dixi, olim secundum iura, quia hodie cessat fraternitas, & aliqua ex parte cõpaternitas, per Concilium Tridentinum. d

37 Quare loco multorum, quæ hic in vulgari dixi, & nunc cessant, subiicio tenorem illius cap. quod sic habet, Sancta synodus statuit: vt vnus tantum siue vir, siue mulier, iuxta sacrorum canonum instituta, vel ad summum vnus, & vna, baptizatum de baptismo suscipiant: inter quos ac baptizatum ipsum, & illius patrem, & matrem, nec non inter baptizantem, & baptizatum, baptizatũque patrem, ac matrem tantum spiritualis cognatio contrahatur. Parochus antequam ad baptismum conferendum accedat, diligenter ab eis, ad quos spectabit, sciscitetur, quem vel quos elegerint, vt baptizatum de sacro fonte suscipiant, & eum, vel eos, tantum ad illum suscipiendum admittat, & in libro eorum nomina describat, doceatque eos, quam cognationem contraxerint, ne ignorantia vlla excusari valeant. Quod si alij vltra designatos baptizatum tetigerint, cognationem spiritualem nullo pacto contrahant. Ea quoque cognatio, quæ confirmatione contrahitur, confirmantem, & confirmatum, illiusque patrem & matrem, ac tenentem non egrediatur: omnibus inter alias personas huius spiritualis cognationis impedimentis omnino sublati.

38 Per hoc nouum statutum cessat quæstio, an multi, & quod possint esse patrini: & an inter fratres baptizati, & omnes filios, vel quos patrilinos, vel baptizantis sit hoc impedimentum: & an inter baptizatum, & filios adoptiuos patrilinorum, & baptizatis: & an inter baptizatum, & vxorem, vel concubinam, vel maritum patrilini, vel matrilinæ, vel baptizantis, & an cognatio transeat per actionem, vel passionem, in coniugem, vel cõcubinam, ante, vel post cognitam: & an omnes suscipientes, respondentes, vel tangentes baptizatum, vel qui eorum sint patrini, vel matrilinæ: quoniã tota cognatio spiritualis redacta est ad solam eam, quæ est inter patrinum, & baptizatum, patrem, & matrem baptizati: & inter baptizatẽ & baptizatum & patrem, & matrem baptizati: ita quod nulla est hodie fraternitas, aut confraternitas: nulla item compaternitas inter baptizantem, & patrilinos: nulla item inter baptizatum, & coniuges, & concubinos, vel cõcubinas prædictorum, & minus, inter ipsosmet patrilinos. Et ideo sine peccato possunt esse patrini maritus, & vxor. Nulla item inter respondentes, tangentes, & alios, nisi sint ad id designati: quamuis videatur relinquitur dubium: an quando nulli designantur in patrilinos, per culpam parochi, vel alterius in necessitate baptizatis, soli, & omnes tangentes baptizatum fiant cognati iuxta ius antiquum: quod verius videtur: quã à iure antiquo non sit recedendum, nisi quo ad excepta in nouo, e & Concilium videtur loqui, quando designantur aliqui patrini, quod ipsum dicendum videtur, quãdo plures, quã vnus, vel duo designantur: & admittuntur, omnes scilicet cognatos fieri, quia multa fieri prohibentur, quæ facta tenent iuxta iura, ad f quod facit doctrina Bartholi communiter recepti. g

40 Notanda tamen sunt tria. Primum, errare illos, qui cum puer in domo baptizatur propter necessitatẽ sine sollemnitate, & postea cum ea in Ecclesiã exorcizatur, & vngitur chrismate, credunt ex hoc posteriori actu oriri cognationem, & non ex priori, cum cõtra se res habeat: quia posterior actus non est Sacramentum, sed sacramentale, per quod nec character imprimitur, nec confertur gratia ex opere operato: licet sit actus catechismi, & exorcismi, ex

a In rubri. de cogna spiri. S. Thomam. cõ. communis i. 4. lib. sent. d. 40. §. gloss. f. ac commu. in d. ca. 1. eod. titul. li. 6. b c. quamuis de cognat. rit. lib. 6.

c In 4. li. sent. d. 42. ar. 2. q. 3.

d Sess. 24. c. 2. de refor. mat.

e l. precipim. C. de appell.

f Ca. 1. de Mat. tri. contrah. contra inter. dict. Eccle. c. ca. 1. de cleri. per sal. prom. g In l. prope rea ait. n. 3. ff. de noui oper. rit. nunc.



a. c. per cate-  
chismum. de  
cognati. spiri-  
tual. lib. 6.  
b. Eod. capit.  
num. 72.

c. 16. in 34.

d. De cognat.  
spir. lib. 6.  
e. S. Tho. in 4.  
d. 42. q. 1. a. 3.  
f. Sol. & Sil.  
ver. Matrimo-  
nium. qu.  
8.

g. c. 1. de cog-  
nat. lib. 6.  
h. Per c. ad li-  
mina 32. q. 1.

i. In 4. dist. 42.  
art. 1.

k. In arbore  
consanguini-  
tatis. lib. 6.

l. In arbore af-  
finitatis.  
m. c. discretio  
n. de eo qui  
cognos. cons.  
ver. sue.  
n. c. extra or-  
dinaria. 35. q.  
3.  
o. c. de extra  
ordinaria.  
p. in 4. dist.  
4. 41.  
q. 3. par. 2. 2. 6.  
12.  
r. c. non debet  
de consang.  
& affinit.  
s. ff. 24. ca.  
de reform.  
37.

t. precipim.  
C. de appe. l.  
v. in extra. a.  
ad Romanu  
lana. anno  
1166.

u. de con-  
sangu. & affin.  
7. c. 17. a. 1. 4. 1.

v. ut dicitur est  
supra. num. 25.  
c. 12.

quo alia cognatio minor impediens, & non dirimens nascitur, a de qua infra. b Ob quod multum expediret, vt parochus non solum faceret ea, quæ Concilium prædictum iussit, sed etiam in tali supplemento scriberet illum actum supplementi non fuisse baptismum, sed tantum catechismum cum exorcismo.

Secundum, cognationem spiritualem Matrimonio iam contracto superuenientem non dissoluere illud: sed tantum exactionem debiti coniugalis impedire, vt supra c dictum est.

Tertium, quod eodem modo est restricta cognatio, quæ nascitur ex Confirmatione, quo quæ nascitur ex baptismo, per prædictum Concilium supra relatam, & ita totum ca. i. d limitatur per illud. Adde, quod non baptizatus non potest esse patrinus, neque contrahere hanc cognationem, c baptizatus autem etiam si sit hæreticus, sic. f

Interrogatus autem dudum: an pater baptizans in necessitate filium suum susceptum ex fornicatione possit contrahere Matrimonium cum illius matre: respondi nõ posse: quia regula iuris habet, cognationem spiritualement impediens, & dirimentem contrahi inter baptizatam, & parentes baptizati. g à qua non excipitur, nisi baptizans filium suum, & coniugis suæ, h vel sui: cum qua, vel quo iam contraxit Matrimonium, h ea ratione, quod per actum bonum, non debet præiudicari Matrimonio sancto antea contracto, quæ cessat in contrahendo, de quali querebatur, per quod videntur solui argumenta, quæ in contrarium adducit Sotus, i qui tamen non fuit ausus tenere contrarium, nec etiam Paludanus.

De impedimento cognationis carnalis.

- 41 Consanguinitas quid, & impedit, & dirimit intra quartum gradum.
- 42 Affinitas quid, & quantum restricta per Conc. Trid.
- 43 Copula carnalis perfecta quid, & qua gignit affinitatem.

**C**ognatio autem carnalis, seu consanguinitas, est propinquitatis duarum personarum, eo quod vna ex altera, vel amba ex eadem descendunt, secundum glossam receptam, k pater enim, & filius sunt consanguinei, quia vnus ab alio descendit: duo ite fratres: quia ambo à tertio descendunt.

42 Affinitas verò est, propinquitatis duarum personarum, quarum vna cum consanguinea alterius copulam habuit, secundum glossam receptam, l in qua re copula illicita, & licita sunt pares, m modo sit perfecta, quæ est illa, per quam semen viri in vas femine naturaliter ad generandum mittitur, n & non sufficit saltem coram Deo violatio virginittatis, nec qualibet alia turpitudine, iuxta glossam receptam, o & ita non sufficit actus sodomiticus, iuxta mentem S. Thomæ & communem, p quam Paludanus & S. Antoninus q explicant.

43 Ex quibus sequitur primo consanguineos, vel affines intra quartum gradum non posse Matrimonium licite contrahere, nec contractum valere, r sed prædictum Concilium, s limitauit impedimentum affinitatis ex illicita copula naturam, ad primum, & secundum gradum tantum, statuens in vltioribus gradibus Matrimonium post eam contractum non dirimi. & licet contextus illius non addat, illud non impedire, sed tantum non dirimere: & ideo potuisset aliquis dicere, quod licet Matrimonium contractum per affines ex copula illicita tertij & quarti gradus valeat: peccare tamen contrahentes sine dispensatione: quia à lege veteri non discimus, nisi quatenus per nouam exprimitur, t tamen Pius V. Motu proprio super hoc edito contrarium declarauit, v scilicet dictam affinitatem, nec dirimere, nec impedire.

Sequitur secundò, huiusmodi contrahentes non solum peccare, sed etiam excommunicatos esse, sicut sunt consanguinei, x nisi excuset ignorantia, de quo infra, y qui verò contrahunt tantum sponsalia intra quartum gradum, peccant quidem, sed non sunt excommunicati, nisi copula sequatur, & ea sequatur sic, iuxta communem secundum iura antiqua, per quæ sponsalia trāsibant in Matrimonium per copulam carnalem sequutam: non tamen hodie post Concilium Tridentinum, z quæ tamen secundum iura antiqua non procedebat, quo ad forum conscientie, nisi in eo, qui

**A** vxorio affectu copulam habuerat, aliàs enim in illo foro non esset verum Matrimonium, iuxta omnes, a ex quibus inferitur, quod huiusmodi impediti contrahentes ante legitimum ætatem, non sunt excommunicati: quia in effectu sponsalia tantum de futuro contrahunt, b idem de contrahentibus credentibus se cognatos, si verè non sunt: nam peccant mortaliter, & non valet Matrimonium, si credebant illud non valere: aliàs sic, vt rectè Siluester resoluit, c quod autem dictum est de viro contrahente cum muliere, idem censetur dictum de illa contrahente cum illo.

De impedimento cognationis legalis.

**B** 44 Cognatio legalis quid, quotuplex, & quousque impedit, & dirimit. num. 45.

**C**ognatio verò legalis, est propinquitatis ex adoptione alicuius in filium proueniens, secundum mentem prædictorum, d & est triplex. Prima est ascendens, aut descendens, scilicet adoptantis, & adoptati, & descendens eius, quæ nec dissolutione adoptionis, nec emancipatione tollitur, e secunda quasi transuersalis, scilicet inter adoptatum, & filios naturales adoptantis durante adoptione, & filio naturali existente in potestate patris, & non aliàs, f tertia est, quædam legalis affinitas, scilicet inter vxorem adoptati, & adoptantem, & inter adoptatum, & adoptantis vxorem, quæ durat perpetuo, sicut prima, g porrò qualibet harum cognationum impedit, & dirimit Matrimonium, iuxta glossam & communem, h licet aliqui contradicant, quo ad cognationem transuersalem.

45 Ex quibus sequitur inter adoptantem, & adoptiuam matrem hanc cognationem non contrahi, & quod adoptans aliquam in filiam suam non potest cum illa, nec aliqua eius descendente intra quartum gradum Matrimonium contrahere: quia sunt tanquam ascendentes, & descendentes. Item, quod non potest contrahere cum vxore filij adoptiuo eo mortuo, nec filius adoptiuus cum vxore adoptantis eo mortuo: quia est cognatio tertie speciei: quamuis sic cum eius matre, etiam filio viuente: quia inter illos nulla cognatio intercedit. Sequitur item, quod adoptiuus cum filia naturali adoptantis hoc viuente, & illa in eius potestate manente, Matrimonium contrahere non potest, sed sic patre mortuo, aut filia emancipata, aut si est illegitima, aut ipse est iam emancipatus: quia hæc cognatio his modis soluitur, secundum omnes. i

Inter prædictas verò tres cognationes hoc interest, quod consanguinei, si contrahant inter se Matrimonium intra quartum gradum non solum peccant, k sed etiam sunt excommunicati, l sicut, & de affinibus infra dicemus. Cognati autem spiritualiter, vel legaliter, licet peccent, non tamen sunt excommunicati: sicut nec consanguinei sola sponsalia de futuro contrahentes, iuxta glossam receptam. m

De impedimento criminis, aut delicti.

**E** 46 Matrimonium qua occiso, & quod adulterium impedit, & dirimit. & 47.

**F** VINTVM impedimentum est crimen. Pro cuius notitia notandum, duo esse crimina, quæ Matrimonium impediunt, & dirimunt, \* ad quæ reducuntur illa tria S. Thomæ communiter recepta. n Alterum est occiso coniugis alicuius causa contrahendi cum eius coniuge, quæ facta vtroque machinante perpetuo impedit, etiam si alter infidelis esset, & ad eius conuersionem procurandam patrata fuisset, o facta verò, altero tantum machinante, non sufficit, nisi adulterium interueniat. p Dixi, causa contrahendi: quia occiso alio sine facta non sufficit, q neque ratihabitio occisionis suo nomine facta: quamuis sic iussio, aut consilium, iuxta glossas receptas. r

\* Ad quæ reducuntur. Tria D. Thomæ crimina, ob quæ ille Matrimonium dirimi putat, sunt duo illa in primis quæ hic enumerat, ut

a In ca. is qui de spons.

b c. 1. §. 1. de spons. lib. 6.

c In verbo. Matrimonium. 7. q. 13. §. 5.

d Post gl. c. 1. de cogn. lega.

e c. ita diligēte. 30. q. 3. c. §. ergo. in ff. de adoptionib. f Ca. 1. de co. lega. l. qui per adoptionem. ff. de adop. g l. adoptiuus. ff. de rit. nup. h In d. c. 1. c. in 4. lib. sent. dist. 42.

i Vbi supra.

k c. nõ debet. de consangu. & affinit. l c. 1. de consang. & affi.

m In dicta clem. 1.

n Vbi supra, c. d. 39. in exposit. littera. o Ca. laudabile. de conuer. in fid. p Capi. super eo. de eo, qui dux. in matrimonio. iuxta. lo. Andre. per Panor. c. cõmunem receptum ibidem. q Dicit. ca. laudabilem. r In c. si quis viuente. 32. qu. 1. c. in c. 1. de conuer. in fid.



& tertium est matrimonium contractum de presenti cum secundo viuentem prima: atque adeo vel hoc crimen reducitur ad secundum crimen: quod est adulterium fide data de contrahendo. vel certe ad aliud impedimentum, quod ligamen vulgo dicitur.

Alterum crimen est adulterari scienter cum coniuge alterius, & contrahere matrimonium, vel dare fidem de contrahendo. Dixi, *adulterari*: quia si non erat verè coniux, licet putaretur talis, non impedit, <sup>a</sup> impedit tamen si sit verum, quamuis sit solummodo quo ad torum, vel cohabitationem. <sup>b</sup> Dixi etiam, *adulterari*, quia nec datio fidei de contrahendo, nec contractus sine adulterio sufficit, <sup>c</sup> Dixi, *scienter*: quia si vterque probabiliter ignorat, possunt matrimonium contrahere, simul atque mortuus fuerit, qui impediens: & si alter tantum ignorat, in eius arbitrio est, sublato impedimento denuo matrimonium contrahere, vel non, <sup>d</sup> donec sciens cum tertio contraxerit, & modò ignorans non rescierit, ante mortem impedientis, aut postquam rescierit, non habuerit copulam.

47 Notandum item, quod ut matrimonium inter ignorantem impedimentum, & scientem valere incipiat, non sufficit cessatio impedimenti, & consensus nouus scientis: quia oportet, ut etiam ignorans denuo in illum cõsentiat, postquam ei notum fuerit interuenisse impedimentum, per quod illud matrimonium non valuit, & fiat ei iusta libertas ad renuendum, si voluerit, secundum Innocentiũ & Scotum. <sup>f</sup> Satis tamen videntur hæc ei notificari, & dari libertas, quãdo certior sit matrimonium nil valuisse, ob aliud impedimentum in genere, & quòd non cogatur ad denuo contrahendum, quamuis non exprimat speciatim impedimentum, ob quod primum matrimonium non valuerit, neque à domo sui mariti in maiorem libertatem deducatur: quin, & præstat id facere, quoties non conuenit, ut illud speciatim nouerit, satis enim esset tunc dicere gratiosè, suspicor te nõ esse maritum meum, aut uxorem meam aliqua de causa, ideo rogo te plurimum causa tranquillitatis meæ conscientia, & consolationis ut si & quatenus opus fuerit denuo nos pro coniugibus habeamus, secundum mentem Caietani. <sup>g</sup>

De impedimento dirimente infidelitatis.

- 48 Matrimonium, quia infidelitas impedit, quousque dirimit.
49 Matrimonium, quod inter infideles nullum, & quod annullandum.

48 **S**EXTUM impedimentum dirimens matrimonium est infidelitas. Matrimonium etenim contractum à fideli cum infideli, nõdum baptizata nullum est, etiam si sit catechumenus, hoc est in fide Christiã instructus, & velit baptizari; <sup>h</sup> nam licet, ut supra dictum est matrimonium inter infideles esse possit, quatenus est contractus, <sup>i</sup> non tamen quatenus est Sacramentum, <sup>k</sup> nec etiã ut contractus valet, si contra leges eorum fiat, <sup>l</sup> & multò minus quando contra leges naturales, ut fit quoties cum pluribus, quã cum vna contrahitur. <sup>m</sup>

49 Notandum tamen, quod matrimonium infidelium non diuiditur, eo quòd alter eorum ad fidem conuertatur, licet conuersus licitè se separare possit, quo ad cohabitationem à non conuerso, nõlente conuertit: quamuis melius faceret conuiuendo ei, quousque spes aliqua conuersionis esset: tamen cum alia matrimonium cõtrahere viuentem infideli non potest, nisi cum ipse noller habitare cum ea absque contumelia creatoris; & sine studio peruertendi eam, aut in peccatum mortale inducendi: quod procedit etiam in infidelibus, qui contraxerunt in gradibus lege canonica prohibitis, modò secundum leges eorum matrimonia essent valida, <sup>n</sup> immo, & si infidelis antequam matrimonium contrahat conuertatur, illum recipere tenetur <sup>o</sup> siue dicamus per conuersionem matrimonium dirimi, sicut sentit Panormitanus, siue per secundum, ad quod contrahendum prædicta faciunt facultatem, ut melius dixit S. Thomas. <sup>q</sup> Dixi supra, *cum infideli nondum baptizata*: quia contractum cum fideli hæretica, vel schismatica valet, licet contrahendo peccet, iuxta glossam receptam <sup>r</sup> & S. Thomam & alios. <sup>s</sup> Sed contrahens cum non baptizata peccat, & non valet matrimonium: quamuis iam sit catechumena, ut dictum est supra.

De impedimento dirimente violentia, vel metus.

- 50 Matrimonium metu iusto contractum, immo & consummatum, nullum.

51 Metus, quis iustus nouè definitus, & declaratus.

**S**EPTIMUM impedimentum dirimens matrimonium est violentia, vel metus: pro cuius declaratione præmitto primò, quòd quamuis omnes contractus, facti per metum regulariter valeant, secundum glossam & communem, <sup>a</sup> licet noster Fortunius Garcia oppositum tenuerit: <sup>b</sup> & quamuis Sacramenta, in quibus character imprimitur, sicut in baptismo, <sup>c</sup> etiam valeant: contractus tamen, & Sacramentum matrimonij per metum contracta nil valent, <sup>d</sup> quia ita Ecclesia decreuit, ob multa, quæ Panormitanus, & alij tradunt, <sup>e</sup> quæ tamen sola sine statuto Ecclesiæ, vix sufficerent.

51 Præmitto secundò, quòd non quilibet metus ad hoc sufficit, sed requiritur iustus, qui cadat in virum constantem, <sup>f</sup> qui definitur à S. Thoma communiter recepto, etiam à Soto esse ille, quo minus malum maioris euitandi causa, eligitur, ut olim diximus <sup>h</sup> & latè tradit Couarruuias. <sup>i</sup>

Contra quam definitionem occurrunt hoc in loco in Manuali sermone Hispano scripto, quædam: primum, quòd minor timor est iustus mulieri, quã viro: iuxta glossam singularem, & à plurimis laudatam, <sup>k</sup> quæ non esset vera, si hac definitione perpenderetur.

Secundum, quòd vera, & communis sententia habet, iustum metum iudicis, vel prudentis arbitrio esse definiendum, secundum glossam <sup>l</sup> & prædicta definitio satis concludit esse à iure definitum.

Tertium, quòd communis, Panormitanus, Præpositi, & aliorum multorum habet contra Hostiensem, <sup>m</sup> quòd qui matrimonium metu mortis cõtractum, metu quoque mortis consummat, nõ videtur matrimonium validum facere, & quidem ratione irrefragabili, scilicet, quòd essentia matrimonij est, ut consensus sit liber, <sup>n</sup> secundum omnes: & cum consensus directus in matrimonium, metu mortis extortus, non sit satis liber, à fortiori consensus indirectus, & per quamdam cõsequentionem resultans, ex copula eodem mortis metu extorta, non erit satis liber: qui tamen secundum definitionem prædictam non potest dici iustus, quippe, quo non eligitur minus malum ad euitandum maius: imo maius malum, scilicet peccatum mortale ad euitandam mortem corporalem, quæ est malum minus eo. <sup>o</sup>

Quartum, quòd nihil malè venialiter factum, posset dici iusto metu factum, quum omnis culpa, etiam venialis, sit maius malum omni alio malo, quod non est peccatum, secundum Panormitanum <sup>p</sup> & omnes Theologos, & Canonistas, & sentit glossa, <sup>q</sup> quod tamen etiam Sotus, qui definitionem prædictam sequitur, <sup>r</sup> satis negat.

Quintum, quòd omnis reclus iudex iudicabit metum iustum mortis, & mutilationis esse iustum absolutè sine consideratione, an per illum liberetur à maiore malo, vel minore, <sup>s</sup> & etiam metum ablationis omnium bonorum, vel maioris partis eorum, saltè si magna sunt, <sup>t</sup> & meritò, quia vita quædam sunt iuxta glossam receptam iuncto textu. <sup>v</sup>

Sextum, quòd etiam omnis reclus iudex considerabit in alio alius generis metu, nõ solum malum ipsum obiectum, sed etiam circumstantias fortitudinis, vel fragilitatis, non solum flexus, ut dixit prædicta glossa, sed etiam ætatis, innata magnitudinis, vel paruitatis animi, aliorumque accidentium metum passivi: ita quòd eiusdem mali obiecti metum in alio iudicabit iustum, in alio vanum non considerãdo, an metum passus liberetur à maiori malo, an à minori.

Septimum, quòd ad reddendum actum inefficacem coram Deo sufficit quilibet timor, etiam minor iusto, modò sit causa, sine qua nõ, saltem principalis eius, ut dictum est supra, <sup>x</sup> & probatur efficaciter: quia leges constituentes discrimen inter alium & alium metum, se fundant super præsumptione, qua præsumunt alium esse causam actus, alium verò non: & lex fundata in præsumptione, non habet locum coram Deo, si veritas ei non respondet. <sup>y</sup>

Octauum, quòd quoad hunc effectum necessariò recedendum est à definitione S. Thomæ communiter recepta,

a Ca. significauit de eo, qui duxit in matrimonium.
b Ca. significasti. & capi. ex literis eo. sit.
c Dist. c. significasti. & ca. 1. 31. quest. 1. d. Cap. 1. eod. sit.

e In fi. ca. 1. de eo, qui duxit in matrimonium.
f In 4. li. sen. dist. 35.

g 2. Tomo 0. pascularum tract. 12. de matrim. qua. 2. & in summa verb. Matrimonium. pag. 9.

h Ca. mane. v. bigloss. 28. g. 1.
i Ca. gaudeamus. de diu. & ca. deinde. 26. dist.
k Ar. c. veniens. de presb. non bap.
l Ar. ca. si de diu. & cap. de infidelibus de consang. & affinit.
m Dico cap. gaudeamus.

n Per ca. gaudeamus. de diu.
o Dist. c. quãto & d. c. gaudeamus.
p Dist. c. quãtu.
q In 4. l. sent. dist. 59.
r In c. non oportet. 28. q. 1.
s In d. dist. 39.

a In capi. de bas. de qua vi.
b De vlt. f. lat. 21.
c C. maior. §. item queritur. de bap. d. Ca. v. m. i. c. cum loci. de sponsal. & ex. irrefragabilis in c. significasti. de eo. qui duxit in mari.
e In d. c. cum locum.
f Metum ff. quod met. caus.
g Ibidem in 4. lib. sen. di. 29. ar. 2.
h In d. c. cum locum.
i In episto. 4. 1. parte. ca. 4. §. 1. a. m. 10. & in 2. part. cap. 3. §. 4.
k In d. c. cum locum.
l In c. cum de lebas. de hi. qua vi.
m Lucap. in solationi de spons.
n Per d. c. cum locum.
o Iuxta c. in ne. cum citis in eod. 32. qu. 5.
p In c. sacris. quod met. ca. q. In ca. si aliquid. 23. q. 4.
r In d. qu. 29. ar. 3.
s l. 1. & 2. ff. quod met. caus.
t Cap. 1. de vlt. f. (polia lib. 6.
v In l. aduocati. Co. de aduocat. diuers. indic. & probatur per lib. si quidem cõsuetudine. ff. quod met. caus. & cap. cum dilectum. adiuncta glo. de his. qua vi. metus sua cam. x. ca. 17. m. 30. post Adri. & alios ibi citatos.

y Capi. in qui & ca. sua. de spons. cum eis adnot.





a Ca praesens. 20. qu. 3. b Ar. c. maio res. §. item quaritur. de baptismo. c Arg. cap. 1. de hu. qua. vi. d. 2. q. 88. n. 11. e Verb. ordo. 3. §. 4. qua. 18.

f In d. di. 29. §. d. ca. cum locum & inc. abbas. de his qua. vi. g Per c. ad id & ibi notata de spons. h Arg. c. eua de spons.

i Ca. 1. de ele. coniug. & ca. 1. c. si quis eorum & ca. erubescant. 32. dist. k Ca. integri- tas. 32. qua. 1. l In 4. di. 37. qu. 1. m Clem. pri. ma. de confa. & affm. n Cap. 27. o Eod. n. 51. p Palud. 4. d. 37. q. 1. col. 2. q Ca. Agasbo sa. 27. q. 2. S. Tho. receptus in 4. d. 37. n. 2.

licet obseruanda sit plurimum, quo ad effectum excusandi à culpa: facit item glossa singularis, \* quatenus notat ex illo capite metum reuerentialem annullare votum pueri vouentis religionem, etiam quo ad forum exterius, cui tamen non conuenit praedicta definitio.

Nonum, quod licet suscipiens ordinem sacrum metu iusto, verum characterem ordinis suscipiat, b non autem obligatur voto continentiae illi annexo, tradit S. Thomas, d & in specie Angelus e & ita timor, qui non est iustus ad annullandum Sacramentum, est iustus ad annullandum votum. Per quae nuper respondimus, non obligari ad preces horarias, & à bellis iustis abstinentiam, quae illi sunt annexa, filium cuiusdam maximi Principis, qui maximo reuerentialem metu patris infantis, & patris Regis diaconatum accepit, iunctis, quae concurrebant circumstantiis: per quae omnia dicendum est, definitionem praefatam iusti timoris à nemine, quod sciam improbatam, nec limitatam esse necessarium limitandam: quibus est consequens, quod licet metus mortis, quo testis falsum deponit, non dicatur iustus secundum definitionem S. Thomae, nec consequenter excuset à peccato, erit tamen iustus, quo ad infirmandum eius testimonium, & quo ad excusandum eum à poena saltem ordinaria secundum definitionem praedictae glossae communiter receptae; idque ipsum omnino dicendum de scriba, qui metu mortis fecit instrumentum, vel testamentum, id est peccare quidem, sed instrumentum, vel testamentum esse rescindendum. Id etiam ipsum omnino dicendum est de eo, qui matrimonium metu mortis contractum, metu quoque consummat, scilicet peccare quidem, sed non praestare consensum satis liberum, quo matrimonium valeat: porro iustus metus non solum annihilat matrimonium eius, qui ob illum fingit se consentire, sed & eius, qui verè consentit, secundum S. Thomam, & communem, f quidquid Cardinalis incautè ibi dicit: secundum quos omnes si pars coacta postea liberè consentiat, saltem tacitè, altera in sua voluntate perseverante, firmatur matrimonium: quin & ad id cogi potest volente parte coacta, & si sponte habeat copulam; videtur tacitè consentire, quo ad forum exterius: non tamen quo ad interius, nisi verè consentiat. h

DE IMPEDIMENTO dirimente ordinis.

02 Ordo sacer cur impedit, & dirimit matrimonium, & c.

52 **O**ctauum impedimentum dirimens matrimonium est ordo sacer. nullus enim sponte initiatus aliquo ex praedictis quatuor sacris ordinibus, potest contrahere matrimonium, & si contrahit non valet: quia eis est annexum votum solenne castitatis, quod impedit matrimonium, & dirimit, i ad quod votum eos suscipiens obligatur, quamuis eius propositum non sit illud seruare, nec ad id se obligare. Nec obstat, quod nemo cogitur vouere, k quia Ecclesia neminem ad ordines sacros cogit, sed solum statuit, ut qui eos suscipit, sit ad matrimonium inhabilis. Et sic qui voluntariè ordinatur, voluntariè illam imbecillitatè incurrit, iuxta Scotum, l & si contrahat illud, est excommunicatus, m de qua infra, n & an sit irregularis dicitur ibidem. Dixi, sponte, quia secus, si iusto metu initiaretur, iuxta dicta supra. o

Porro coniugatus, qui ordinem sacrum suscipit in scia, aut inuita sua vxore, non solum peccat cum suscipit, sed etiam postea cum debitum coniugale exigit, & idem si reddit illud susceptis ordinibus, ex illius consensu legitimo. p non est tamen legitimus, nisi ipsa religionem ingrediatur, vel nisi sit senex, & castitatem voueat. q

De impedimento dirimente secundarum nuptiarum.

- 53 Matrimonium contrahens cum secunda, viuente prima clam ducta, ut peccet, & quid agat, fama mortis prioris audita. & seq.
- 53 Filius Matrimonij putatiui qui legitimus!
- 54 Matrimonium contrahens secundo, putans mortuam primam, quid agat.

- 55 Dubius, credens, & sciens, in hoc pares.
- 56 Matrimonium contractum à credente illud non valere, an valeat.

55 **N**onum impedimentum dirimens matrimonium, est matrimonium praecedens, quod dirimit sequens: nullus enim potest contrahere cum alia viuente prima, etiam nondum cognita, & clandestinè ducta: ita tamen quod valuisset matrimonium, & etiam si iam prima alteri nupserit, & liberos ex eo suscepit, ( q pro dolor! frequenter contingebat, ante Conc. Trident.) & peccat, nec absolui potest saltem sine firmo proposito non cognoscendi secundam, r nec vlla regionis ablenita, nec temporis longinquitas in hoc prodest, nisi denuo contrahat cum illa, post habitam de morte illius notitiam, ad quam habendam sufficeret fama, si in longinquum profectus fuit, secundum Anton. b cui contradicit Panor. ibidem, sed rectè defendit eum Siluest. c aut si erat senex, aut praesidium ingressus, non apparuit, de qua re litteras accepit ab his, qui eidem interfuerunt, iuxta glossam receptam, d quoniam si fama orta ex horum aliquo ad eum perueniret, posset denuo contrahere cum secunda, & sine peccato cum ea rem habere: porro filij ex ea ignorante primum matrimonium suscepti, legitimi forent. e

54 Ille item peccat, nec absolui potest, quae contrahit cum secundo, credens probabiliter suum primum maritum mortuum esse, & postea ob nuncium, de eius vita acceptum credens, vel debens credere illum viuere, petit debitum coniugale, aut reddit secundo: si tamen dubitat, potest & debet reddere, sed non petere, iuxta comunè probatam, f contra quod tamen grauius urget, quod sicut qui facit aliquid, quod credit esse mortale, mortaliter peccat, & ita, qui facit aliquid, quod dubitat esse mortale, mortaliter peccat, h vt latè pbamus, i super quo multa dicit Adria. k sed non satisfacit, vt ibidem demonstramus, vbi diuina ope nouè respondimus id, quod eruditè in Hispania placuit, concedendo scilicet, quod non debet reddere dubitando, sed credendo: & quod potest credere mortuum, quo ad effectum reddendi, & non quo ad effectum petendi: eo q potest quis vno tempore ob quaedam motiua credere aliquid ad vnum effectum: & alio ob alia contrarium, vel de eo dubitare ad alium effectum. Et ita quando rationes dubitandi, adeo graues sunt, vt iudicio prudentis neutram partè credere debeat, nec petere, nec reddere debitum debet, & quando adeo leues, vt vtramq; partem credere possit, & reddere, & petere, dubitate sublata, potest: & quando sunt mediocres, & tales, vt ob eas in praesudicium alterius non sit credendum, & tales, vt ob eas in praesudicium alterius non sit credendum, sed in suum sic, reddet credendo ad hunc effectum mortuum esse, & non petet dubitando de illo, quo ad hunc effectum: & si certò intellexerit eum viuere, relinquere debet secundum, & redire ad primum: alias enim adulteraretur, m & primus eam accipere debet, nisi de eius vita certior facta cum secundo rem habuerit, n hæc quae dicta sunt de vxore nubente secundo, censeantur dicta de marito ducente secundam.

56 Peccat item ille, ac illa, qui, vel quae credens suam vxorem, vel suum maritum viuere, cum re vera mortua, vel mortuus esset, matrimonium cum alia, vel alio contrahit: nec valet matrimonium, si dum contrahit, credit illud non fore validum: quia non consentit legitime in matrimonium: secus si credit matrimonium valere, licet credat contrahendo peccare mortaliter, vt rectè Siluest. o explicuit, declarando conformes esse opiniones, quae contrariè videbantur.

De impedimento iustitiae publicae honestatis.

- 57 Impedimentum publicae honestatis quid, & quam restrictum Tridenti.
- 58 Matrimonium, vel sponsalia à parentibus contracta, quae valeant.
- 58 Sponsalia inualida etiam publica, non impediunt matrimonium vllum.

57 **D**ecimum impedimentum dirimens matrimonium est iustitiae publicae honestatis: quod definitur esse impedimentum ab Ecclesia inductum dirimens matrimonium contractum inter spousum, aut maritum, & oes cognatos spousae sua

a Toto tit. de spons. duorū.

b In c. in praesentia de spō. c Ver. matrimonium 8. q. 13. verbo. 4. d In ca. quoniam frequenter. ut litem contest. e Per capi. ex tenore iuncta glo. communiter recepta, qui filij sint legit.

f Per c. dominus de secū. nupt.

g Ca. per sum. 2. de sumō. ca. fin. de pra. h Arg. c. dubius. de here. i In ca. si quis autē. de poen. d. 7. n. 85. cum seq. & infra num. 81. k In quolib. 2. l Vbi copiose demonstramus.

m Dist. c. dominus. ad iun. c. inquisitioni. de sent. excom. n Cap. cū per bellicam. 3. q. 2.

o Ver. matrimonium. 8. q. 13. §. 5.



a In d. cap. ad audiensiam. & c. sponsam b In 4. li. sen. diff. 1. c De quo infra.

d Cap. 1. de spons. lib. 6. c Sess. 24. ca. 3. de reform. mat. r.

f In extraua. ad Romanu lata anno 1506.

g Per ca. 1. §. 2. de spons. impub. lib. 6.

h In cap. litte ras. de despo. impub. & ca. ex litteris. de eo. qui cog. cō. sang. uxor.

i Ca. 1. §. Por ro. de despon. impub. lib. 6. k In 4. d. 27. q. 1. ar. 5. l Per c. sua de spons. & cap. 1. eo. tit. lib. 6. cum ibi adn. m Per dictā Extrauagā. p q v. n Ac. ca. §. de const.

o In 4. li. sen. d. 34. p 3. par. tit. 1. ca. 12. q Ca. fraternitatis. de fri. & malef. r Dict. ca. fra. terminatiu. s Positum in rubr. de frig. & malef.

t Ca. quod se dem. de frig. & malef. v Ca. 1. & s. de frig. & ma. ref.

aut mariti intra gradum prohibitum, iuxta mentē nostrorum, a & S. Thomam & alios, b sciendum est tamen, quod copula carnalis ad hoc impedimentum non est necessaria, licet illa interueniente aliud impedimētum affinitatis nascatur, c nec erat necesse iure antiquo, vt sponsalia, aut matrimoniu iure valeret: quia sufficiebat purē fuisse contracta sine defectu consensus, d\* vel sub conditione, sequuta illius purificatione, & impediēbat vsque ad quartum gradum: nunc autem iure nouo Concilij Tridentini e nulla sponsalia inualida producent hoc impedimentum, neque valida vltra primum gradum: matrimonium autem etiam inualidū per verba de præsenti cōtractum producere hoc impedimentum, & consequenter differre in hoc sponsalibus per verba de futuro contractis, declarauit Pius Quintus, f quamuis etiam hodie, quod de sponsalibus dicitur, dici potest de matrimonio contracto per verba de præsenti inter impuberes: quia illud resoluitur in sponsalia de futuro. g

\* Vel cum conditione sequuta illius purificatione. Conditiō, de qua inferius agetur, purificata tunc dicitur barbarē, quando suū effectum sortita est, & pure simpliciterque, & absolute vim suam habet. vt hæc sponsalia sub conditione sunt celebrata, ducam te si ad duodecimum ætatis annum perueneris, cuius conditionis sequuta est purificatio, cum puella ad duodecimum ætatis annum peruenerit.

Ex quibus sequitur primò, quòd qui primū contrahit sponsalia cum aliqua, & deinde matrimonium cum cognata eius, priorē debet accipere: quia matrimonium cum secunda propter impedimentum iustitiæ publicæ honestatis nullum fuit. Et si cum secunda rem habuit, neutram habere potest, non secundam, propter hoc impedimentum, non priorem, propter affinitatis impedimentum, secundum omnes. h

58 Sequitur secundò, quòd hoc impedimentum hodie non nascitur ex sponsalibus, vel matrimoniis contractis inter cōsanguineos, aut affines inter gradum prohibitum, aut cum ordine sacro initiato, aut religioso: quia sunt inualida, licet olim nasceretur: quia non erāt inualida ex defectu consensus. Sed nec olim, nec hodie nascitur ex sponsalibus à parentibus factis, siue filij legitimæ ætatis sint, siue non: nisi expressè, aut tacitè consentiant, aut nisi sint præsentes sine contradictione, vel nisi absentes in id postquam eis innotuit, consenserint. i

Sequitur tertio quòd illud Paludani k commendatum à nobis hic in Manuali Hispano, scilicet ex sponsalibus, & matrimoniis inualidè & clandestinè contractis, non nasci hoc impedimentum quo ad forum conscientie, l non esse adeo commendandum: quoniam hodie, etiam ex publicè contractis, si sunt inualida, non nascitur: sed quo ad matrimonium sic. m Et etiam quo ad sponsalia, quæ Concilium præcesserunt, n quoniam hodie, etiam ex publicè contractis, si sunt inualida, non nascitur: quamuis quo ad ea, quæ præcesserunt Concilium, prodesse possit.

De impedimento dirimente impotentia.

59 Impedimentum impotentia quid, & dirimit: quid faciet sic impeditus & 60.

59 **D**uodecimum impedimentum dirimens matrimonium est impotentia cōiundi. Est autem impotentia impediens matrimonium, impedimentum perpetuum naturale, aut accidentale ad copulam naturalem perfectam, iuxta mentem S. Thomæ o & S. Antonini. p Dixi, Perpetuum, quia temporarium non sufficit. q Illud autem est perpetuum, quòd sine miraculo, aut sine probabili periculo animæ, aut corporis tolli non potest. r Dixi, Naturale, aut accidentale, ad significandum ex duabus causis hoc oriri, scilicet, naturali, quæ significatur per verbum frigidus, s & accidentali, quæ per verbum maleficiatus: quoniam ad impedimētum frigiditatis reducitur omnis alius naturæ defectus, aut excessus, & arctio membri, quæ copulam impediunt, & ad maleficiū, siue fascinationem, quodlibet accidentale, quòd ex abscissione, castratione, vel alio artificio nascitur. Dixi, Ad copulam naturalem perfectam, quia non sufficit impotentia generandi, quæ in senibus, aut aliis sua natura, aut arte sterilibus inuenitur, iuxta glossam receptam. t Porro hoc impedimentum est impediens, & dirimens. v

60 Vnde sequitur, non esse verum illud, quod dicunt Pa-

A ludan. a & S. Anton. b quòd qui potens matrimonium cōtrahit cum impotente, sciens impotentem esse, non potest se separare ab illo contra eius voluntatem, eo quòd est verum matrimonium, & sibi debet impurare contrahens cū impotente: quia fundamentum eorum falsum est, cum inter eos nullum verum matrimonium sit, annihilante illud hoc impedimento, q est impediens & dirimens: quod etiā insinuat Siluester e quāuis idem, d cōtrarium dicat. Ex quo subinfertur, eum id scientem non posse, vt tali matrimonio ad delectationem carnalem, quāuis illi tamquam frater & soror conuiuere possint, vt sensit Cælestinus, & eius glossa, licet, e qui verè maritus est, & nō potest habere copulam carnalem perfectam, vt quia non potest fundere semen, licitè potest niti, & vt vxore, ad habendam eam, secundum Caiet. f & nos alibi diximus. g

De impedimentis impediētibz, & non dirimentibus matrimonium in specie, & primum de impedimento conditionis.

- 61 Conditiō quid, & quōduplex in matrimonio, quæ suspendit, quæ annihilat, quæ reuocatur, & quo differt à causa, modo, & demonstratione. & 62.
63 Conditiō si N. voluerit, an ea semel renuente, vel tacente impleatur.
64 Matrimonium conditionale solui per purum ante conditionē impletam. & 65.
66 Conditiō non omnis impleta quo ad Ecclesiam impletur.
67 Conditiō quæ matrimonium purum reddit.

61 **R**imum impedimentum impediens, & nō dirimens est conditiō. Est autem conditiō, vt hic sumitur, suspensio alicuius dispositionis, quousque aliquid futurum fiat, ex mēte gloss. h quidquid verba eius, & verba Bartholi, i sonent, & denotatur per hanc coniunctionem (si) vel aliud æquipollens ex mente eorundem, veluti, Duco te, vel ducam te in vxorem, si illud, aut illud euenerit.

62 Conditionum autem in matrimoniis tria sunt genera. k Primum est earum, quæ sunt turpes, & contra substantiam, aut bonum matrimonij, qualis est illa, Si curaueris non concipere, quæ est contra bonum generationis, & illa, Si alia ditioem non inuenero, quæ est contra bonum indiuiduitatis, & illa, Si victum ex adulterio quaesieris, quæ est contra bonum fidei. Quæ omnes annihilant matrimonium. l

Secundum earum, quæ sunt turpes, aut factu impossibiles, sed non contra substantiam, aut bonum matrimonij, qualis est illa, Si furatus fueris, Si occideris, Si calum digito tetigeris, quæ non annihilant, sed pro non appositis in fauorem matrimoniorū habentur: & matrimonia, in quibus illæ ponuntur, censentur absque aliqua conditione contracta.

Tertium earum, quæ sunt honestæ, qualis est illa, Si pater meus voluerit, Si tanta dos detur, quæ si sunt veræ conditiones, matrimonium suspendunt, quousque impleantur, m modo ponantur à principio, & suspensiuè: secus enim si à principio resolutiuè, vel post contractum suspensiuè, n iuxta intellectū Vincentij quem Pan. & cōmunis probant, & modo ambæ partes illis expressè consentiant, aut tacitè, altera eas exprimente, & altera tacente, secundum Adr. o quāuis Innoc. p requirat expressum vtriusque partis consensum: absque tamen sufficienti fundamento, Dixi, Si sunt veræ conditiones: quales non sunt de re præterita, aut præsenti, veluti illa, Si N. mortuus est, aut si viuuit, non suspendit, quia non est vera conditiō: immo statim, si est falsa, matrimonium nullum est: sin vera, statim valer. q & eadem ratione causa in illo posita nō suspendit, secundum gloss. r vt cum dicitur, Matrimonium tecum contraho, quia talem rem fecisti: nec modus, vt cum dicitur, Contraho tecum matrimonium, vt talem rem facias: nec demonstratio, veluti, Matrimonium tecum contraho mercatore, aut domino talis rei. Et quamuis hæc tria, scilicet causa, modus, & demonstratio numquam suspendant: annihilant tamen quando sunt contra substantiam, aut bonum matrimonij, s aut personæ errorem inducunt, de quo supra. t

F

a In di. 34. q. 2. b 2. par. tit. 1. cap. 12. §. 3.

c Ver. matrimonium. g. q. 10. sub final. d In ead. q. §. 2. e In c. laudabilem. de frig. & malef. li. cet. f 2. 2. q. 154. art. 1. col. 6. g In c. confide. ret. de po. di. §. nume. 48.

h In rub. fide condit. & demonstr. i In l. 1. eiusdem tit.

k Tuz. glo. recept. in cap. §. de cond. appo.

l Ca. aliquando. & cap. §. et. 32. q. 2. d. cap. final.

m Cap. de illis. capi. super eo. & cap. per tuas. de cond. appo. n Ca. 1. de cō. appo. o In 4. de matr. q. 4. ca. 13. & 14. p In d. c. final. q. l. illa institutio ff. de cond. institut. l. cū ad præses. cū seq. ff. sicert. per. & §. cōditiones. Inst. de verb. obligat. r In rubri. & Bar. in l. 1. §. de conc. & de monst. s Dict. c. §. de cond. appo. t Eod. c. 27. §. 1. & seq.



63 Ex quibus sequitur primò, quòd qui matrimonium contrahit cum conditione, *Si pater meus voluerit*, non esse matrimonium antequam pater consentiat, & quòd simulatque consenserit, matrimonium esse incipit, si còtrahentes ad eius vsque consensum in illa volùtate permaneant, & patre renuente, omnino esse definit. Magnæ tamè quæstionis est, An confirmetur per consensum eius, postquam semel contradixerit præstitum: pro negatiua enim parte facit, quòd primus eius actus videatur attendendus, <sup>b</sup> verius tamen videtur confirmari, si quousque ille consentiat, contrahentium consensus duret, aliàs non, iuxta Cardinalem <sup>c</sup> & Siluestrum. <sup>d</sup> Non minoris autem quæstionis est, quando pater tacet non contradicendo, nec consentiendo expressè. Nobis placet opinio Siluestri <sup>e</sup> quatenus ait, còfirmari, si per signa colligitur illum tacere: eo quòd ei placeat: & infirmari, si colligitur tacere, eo quòd displiceat: non autem quatenus ait censendum ideo in dubio tacere, quòd placeat: quia id videtur esse còtra regulã. *Is qui tacet non fatetur, nec negare videtur*, & còtra aliã, quæ habet, *facta non præsumi, nisi probetur*, & quas nõ video quo ad hũc casũ iure limitatas.

64 Sequitur secundò, quòd si tempore, quo apponitur conditio pater est mortuus, & filius ignorat statũ nõ valet matrimonium: quia conditio nõ potest impleri, cum mortuus, nec consentire, nec dissentire possit. <sup>h</sup> Si autẽ scit patrem esse mortuũ pro non apposita (quia impossibilis) habenda est, & consequenter censendum matrimonium valere. <sup>i</sup> Tertiò, sequitur, quòd si ante conditionem impletã altera partium voluntate mutata contrahit cum alia absolute, illud matrimonium valebit, licet post illud contractum conditio impleatur, <sup>k</sup> quia in his, quæ ex voluntate solius disponentis pendent, <sup>\*</sup> implementum conditionis non retrahitur ad tempus dispositionis iuxta glossam receptã, <sup>l</sup> sed impleta conditione, antequam contrahat cum secunda, perfectum est matrimonium, & ideo cogi potest ab Ecclesia recipere primam. <sup>m</sup>

<sup>\*</sup> Implementum conditionis non retrahitur ad tempus dispositionis. Hæc verba quæ forte obscura alicui videbuntur, sic clarius intelliguntur: conditio non intelligitur impleta, eo tempore quo dispositio facta est, etiam si euenerit, vt postea alio tempore ipsa conditio compleatur.

65 Quartò sequitur, referre multum, an quis dicat, *cõtrahat tecum matrimonium, si permiseris coitum*, An *cõtraham tecum matrimonium si permiseris coitum*, vt insinuat Siluester post alios, <sup>n</sup> quia in priori casu statim fit matrimonium, intelligit de fornicario coitu, quia cõditio est turpis, & habetur pro non apposita: & si intelligat de vxorio, simul ac coierit, est perfectum quo ad Deũ, & Ecclesiam: quia impleta est conditio, sub qua fuit contractum. In posteriori autem, si intelligit de coitu fornicario, cõditio habetur pro nõ apposita, & sic manent sponsalia pura, & consequenter copula carnali subsequuta, fit matrimonium præsumptum quo ad Ecclesiam secundũ iura antiqua, vt mox dicetur: quo ad Deũ autem non, nisi copula esset vxoria: si autẽ intelligit de coitu licito: sunt sponsalia conditionalia, quæ sequuta copula purificantur, quo ad Deum, & Ecclesiam: & transeunt in matrimonium præsumptum quo ad Ecclesiam; quo ad Deum autem fiunt de conditionalibus absoluta, & purificata per conditionis implementum, sed non matrimonium, nisi consensus matrimonialis suspendens actũ, vt dictum est, ab vtraque parte addatur, vt est addendus post sponsalia pura, per quæ mens obscura Siluestri declaratur: sed quam prædicta sponsalia non possint purificari, nisi per licitum coitum, & ille non possit haberi, nisi sit matrimonialis, necesse est consequenter dicere, illa non purificari per illam copulam: aut certè per eam transire illa in verum matrimonium coram Deo: quòd nobis videtur verum, & firmum secundum iura antiqua, licet non secundum nouum Tridentinum: secundum quòd non potest fieri matrimonium nisi præsentem parochum, & duobus, vel tribus testibus, vt dicitur infra. <sup>o</sup> & tactum est supra, <sup>p</sup> & dicitur infra. <sup>q</sup>

66 Quintò sequitur, quòd per hæc verba (*tecum contraham, si te virginem inuenero*) intelligẽdo per inspectionem honestarum fœminarum, est matrimonium conditionale: quia est vera cõditio, quippe quæ est de re futura, & honesta: & intelligendo de inuẽtione per copulam carnalem, est purum matrimonium quo ad Ecclesiam: quia talis cõditio, eo quòd sit turpis, habenda est pro non apposita. Et eadem ratione,

per illa verba, (*contraham tecum, si te per copulam virginem inuenero*) contrahuntur pura sponsalia. Et per illa, *contraham tecum, si te virginem per honestas fœminas inuenero*, cõtrahuntur sponsalia conditionalia, quo ad Ecclesiam: quamquam quo ad Deum in nullo casu matrimonium contrahitur, aut sponsalia ante adimpletam conditionem, si verè coram eo, fuit animus suspendendi vsque ad implementum illius. <sup>a</sup>

67 Sextò demum sequitur, quòd matrimonium contractum per illa verba. *Duco te in vxorem, si cras sol orietur*, vel per alia, quæ conditionem necessariò euenturam importet, esse purum & non conditionale apud Ecclesiam, secundũ S. Thomam & Bonauenturã, <sup>b</sup> Hostiensẽm, Card. & Pan. <sup>c</sup> contra gloss. ibi, & alios illam male approbantes: quamuis quo ad Deum, & in foro conscientie, non sit tale, si verè fuit animus suspendendi actum, vsque ad solis ortum.

*De impedimento interdicti, & feriarum.*

- 68 *Matrimonium clam, vel contra interdictum superioris cõtrahens, vt peccet.*
- 69 *Matrimonia clandestina, quæ hodie nulla, cum aliis Tridenti statutis.*
- 70 *Ecclesia facies, quæ olim, quæ nunc, quando extra eam, etiam cum causa non contrahitur.*
- 71 *Nuptias benedicendi tempus Tridenti ampliatum.*

**S**ecundum impedimentum impediens, sed non dirimens, matrimonium est interdicti, & feriarum, vt cum alicui, ne cõtrahat matrimonium cum aliqua ob aliquod impedimentum Episcopus, Iudex, aut parochus interdicit, donec cõstet non subesse illud impedimentum, quòd opponitur, <sup>d</sup> secundum Palud. <sup>e</sup> quidquid dicat Ang. <sup>f</sup> Valet tamen matrimonium sic contractum, si verè non suberat impedimentum, licet peccet contrahendo, sicut & peccat, qui contrahit matrimonium per verba de præfenti clãdestinè sine iusta causa, aut publicè sine trina denũtiatione prius in Ecclesia facta, quo qui impedimentum inter eos esse sciunt, indicent illud, & est excommunicatus, non quidem iure cõmuni, sed Episcopali, quale in plerisque omnibus Episcopatibus Hispaniæ est.

69 Et quia multa circa hoc statuit Concilium Tridentinum: <sup>h</sup> substituã hic aliqua eius quibusdam sublatis, quæ in vulgari huic loco inserueram.

Primum est errare dicentes, quod matrimonia clandestina contracta ante illud Concilium, nõ valent: vel quòd filius non potest contrahere matrimonium sine consensu patrum: vel quòd parentes possunt illud irritare.

Secundum, quòd matrimonia clandestina etũ contracta valeant, contrahere tamen illa detestabile est.

Tertium, quòd ob causas ibi expressas statuit in hæc verba, *Sancta Synodus præcipit, vt in posterum antequam matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium parochis tribus continuis diebus festiuis in Ecclesia inter missarum solennia publice denunciatur, inter quos matrimonium sit contrahendum, quibus denunciationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij in facie Ecclesia procedatur, vbi parochus viro & muliere interrogatus, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat, Ego vos in matrimonium coniungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vel alius vtatur verbis, iuxta receptum vniscuiusque prouinciæ ritum. Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio matrimonium malitiosè impediri posse, si tot præcesserint denunciationes, tunc vel vna tantum denunciatio fiat, vel saltem parochus, & duobus, vel tribus testibus præsentibus matrimonium celebretur: deinde ante illius consummationem denunciationes in Ecclesia fiant, vt si aliqua subsunt impedimenta, facilius detegantur, nisi ordinarius ipse expedire iudicauerit, vt prædicta denunciationes remittantur, quòd illius prudentia, & iudicio sancta Synodus relinquit. Qui aliter quam præsentem parochum, vel alio sacerdote, de ipsius parochi, seu ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, & huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit, pro vt eos præfenti decreto irritos facit & annullat.*

Quartum, quòd, *Quicumque sacerdos sine licentia parochi coniunxerit matrimonio aliquos, etiam prætextu immemoralis consuetudinis, maneat suspensus, donec ab ordinario eius, qui coniungere debebat, absoluat.*

a Ca. super. eo. & cap. per tuus. de cund. appof.

b Ar. l. boues. §. hoc sermo. ff. de verbo signif. c. in d. c. super eo. d. Verb. matrim. 3. q. 4. c. Vbi supra.

f Lib. 6. g. c. cum in in re. de officio. deleg.

h c. si gratioso de rescrip. lib. 6. i. Res. ver. Matrim. 4.

k Ar. d. c. super eo. & c. si pro te. de rescrip. lib. 6. l. in d. c. si pro te. m. d. ca. super eo. in textu. & in glossa.

n Vbi supra.

o Eod. ca. nu. 69. p. Eo. c. n. 28. q. c. 23. n. 44.

a Arg. c. tua. & c. u. qui. c. u. annos. de spons.

b In 4. di. 28. qu. 3. c. In capis. per tuus. de cõd. appo.

d Per sim. de matr. contr. interdicti. c. In 4. di. 28. q. 2. col. 1. l. Vt recte defendit Silue. verb. matrim. 7. q. 1. g. c. cum in hibito. de clandest. de spons. & per omnes m. d. 28. q. 1. col. 1. & 4. h. Sess. 24. ca. 1. de rescrip. matrim. j.



Quintum, quod, Parochus habeat librum, in quo coniugum & testium nomina, diemque, & locum contracti matrimonij describat, quem diligenter apud se custodiat.

Sextum, quod, Prædicta Synodus hortatur coniuges, ut antequam contrahant, vel saltem triduo ante matrimonij consummationem sua peccata diligenter confiteantur, & ad sanctissimum Eucharistia sacramentum pie accedant.

Septimum, quod, Si qua provincia aliis ultra prædictas laudabilibus consuetudinibus, & ceremoniis hac in re vtuntur, eas omnino retineri sancta Synodus vehementer optat.

Octauum, quod, Hoc decretum in vnaquaque parochia suum robur post triginta dies habere incipiat à die prima publicationis, in eadem parochia facte numerandos.

Aduertendum circa hæc primò, quod Concilium non annullat omnia matrimonia clandestina, sed solum illa, quæ sunt sine præsentia parochi, vel alius sacerdotis facultatem in id ab eo, vel ab ordinario habentis, & sine duobus, vel tribus testibus. Præterea, quod nil expressè decernit, de matrimonio contracto in facie Ecclesiæ, sine sacerdotis proprii, vel alius præsentia. Et quod non valeat, vt get versiculus, qui aliter. Et contra, quod valeat facit, quod videtur intelligendus de contrahentibus clandestinè.

70 Aduertendum secundo, quod facies Ecclesiæ alibi dicitur ianua Ecclesiæ, vt in Lusitania: alibi ipsa Ecclesia, vt in Belgio, alibi præsentia multorum secundum Maiorem, vt in bona parte Hispaniæ, & vbi est talis consuetudo, ad hoc vt dicatur contrahi in facie Ecclesiæ, sufficit præsentia cognatorum, & vicinorum, & idoneus testium numerus, iuxta Panormitanum communiter receptum. Nunc autem per prædictum Concilium supra proximè relatum videtur contrahi satis in facie Ecclesiæ, si trina denunciatione præmissa, contrahatur coram parochio, vel eius locum tenente, & duobus, vel tribus testibus.

Tertio aduertendum, quod si contraheretur coram parochio & testibus, non præmissa trina denunciatione, vel non omnia legitime, valeret quidè matrimonium, sed diceretur clandestinum, quo ad alios effectus, quam annulationis matrimonij: quia quo ad illos non videtur derogari iuri antiquo, à quo non est recedendum ultra quam recedit nouum. Aduertendum quartò, quod hodie etiã cum iusta causa non valebit clam sine parochio, & testibus contractum: licet antea iuste potuisset contrahi diximus hic, sequenti Caietanum: d Id enim videtur sentire Concilium, qua parte facit facultatè Episcopo relaxandi prædictas denunciations, quando ei videbitur conueniens: non tamen facit ei facultatem remittendi præsentiam parochi & testium. Sed (quod valde notandum est) scilicet. Pius V. declarauit, non esse illos necessarios, in contrahendo denuo matrimonio, ab iis qui illud publicè cum denunciatione sufficiente contraxerunt: sed propter aliquod impedimentum occultum, est nullum, quod sublato oportet, vt denuo contrahatur, quod fieri posse, sine vlla parochi & testium præsentia, antequam ad Urbem veniremus, respondimus. Qua declaratione sacrum Penitentiariæ Prætorium frequenter vtitur. Aduertendum quintò, quod licet sufficiens causa relaxandi denunciations sit, quod nobilis cum ignobili, diues cum paupere, senex cum adolescentula matrimonium contrahere velit: aut quod timeat cõsanguineos, iuxta Paludanum & S. Antoninũ, nõ tamè sufficiunt ad hoc, vt Episcopus relaxet solennitatem adhibendi parochum & testes, vt satis colligitur ex tenore Concilij. Aduertendum sextò, expressè determinari à prædicto Concilio, Episcopum posse dispensare circa prædictas denunciations, quod antea non fuimus ausi cõfiteri, nisi in terris, vbi id fieri consuevit.

71 Circa hoc peccat mortaliter, qui temporibus ab Ecclesia prohibitis benedictionem nuptiarum accipit, aut in domum suam solenniter sponsam traducit, sed non si solum sponsalia, vel matrimonium de præsentia contrahit, quia sola benedictio, & traductio solennis prohibetur, iuxta mentem S. Thomæ & Paludani.

Tempora verò prohibita iure antiquo sunt ab Aduentu vsque ad Epiphaniam, à septuagesima ad Pascha, & eius octauam, & tribus Litaniarum, siue Rogationum diebus ad septimum diem Pentecostes. Concilium autem Tridentinum restrinxit hæc tempora, in hæc verba. Ab aduentu D. N. Iesu Christi, vsque in diem Epiphania, & à feria quarta

A Cinerum vsque in octauam paschatis inclusiue, antiquas solennium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus obseruari sancta Synodus præcipit: in aliis verò temporibus nuptias solenniter celebrari permittit. Consummare autem matrimonium per copulam absque solennitate nuptiarum, & absque traductione solenni in domum nullo tempore prohibetur, iuxta Caietanũ, quem sequimur: quamuis Paludanus, & S. Antoninus, & quidã alij sine ratione necessaria teneant peccare: sed solum prima vice.

De impedimento sponsalium, & catechismi.

72 Cognatio ex catechismo non dirimit, & an restricta Tridenti.

B 72 Lex super metiente trahitur ad mensum, si est eadem ratio.

72 **T**ertium impedimentum impediens, sed non dirimens matrimoniũ, est quod nascitur ex sponsalibus antea contractis: omnis enim, qui post contracta sponsalia cum vna, sine iusta causa contrahit cum alia matrimonio, aut sponsalia peccat mortaliter secudum omnes: & venialiter, sed grauius, si cum iusta causa id facit ante facultatem ei à iudice concessam, vt supra diximus. matrimonium tamen contractum valet, quia hoc impedimentum solum est impediens, & non dirimens, vt dictum est supra.

C Quartum impedimentum est cognatio spiritualis, nata ex catechismo. Catechismus autem est instructio baptizandi solenniter à sacerdote facta, antequam baptizetur, de articulo nostra fidei Catholica Romana credendis. Ex qua instructione nascitur cognatio spiritualis inter easdem personas, inter quas ex baptismo, de qua supra, sed non est tanti effectus: quia hæc impedit matrimonium, & non dirimit, hilla verò vtrumque facit.

Ad quæstionem autem, An hæc cognatio censeatur restricta per prædictum Concilium, sicut illa, quæ nascitur ex baptismo, & confirmatione? Respondeo affirmatiuè argu. glossæ solennis, quatenus habet per illud c. fuisse sublata quædam genera publicæ honestatis, eo quod fuerunt sublata similia genera affinitatis. Ex qua colligit ibi Prepositus vnum, quod mea sententia, vt ibi aliàs, dixi, nõ colligitur: sed sic aliud nostro proposito conuenientius, quod colligit Dominicus. Nempe, cum duo sic se habent, & alterum est metiens, alterum mensum, lex corrigens, vel limitans metiens: censeatur corrigere, vel limitare mensum, si eadem ratio militat in vtroque. At constat, quod cognatio spiritualis, quæ ex baptismo oritur, metitur eam, quæ ex confirmatione & catechismo nascitur, & ita Concilium limitans illam, videtur hanc quoque limitasse.

De impedimento voti simplicis, iuramenti, & consuetudine.

E 73 Votum simplex castitatis non dirimit matrimonium, & quatenus seruandum.

73 **Q**uintum impedimentum impediens tantum, est votum simplex Castitatis. Omnis enim, qui post votum simplex castitatis emissum, matrimonium, aut sponsalia contrahit peccat: etiam si votum esset limitatum ad tempus nondum lapsum, matrimonium tamen valet, etiam si vterque vouisset, secundum communem, & etiam glossam, quicquid ei imponatur, & etiam si contraheret animo ingrediendi religionem post contractum, secundum Richar. Rof. o & S. Antoninum. Debet tamen seruare votum, qua parte potest sine præiudicio alterius, & ita petere non potest debitum post consummatum matrimonium, nisi vt dicitur supra, nec reddere priusquam cõsummet, quia ante religionè intrare potest, nec matrimonium mortua prima vxore denuo contrahere potest, iuxta S. Tho. & communem, & Archid. etiam si iurasset cõtrahere: quia tale iuramentum non liberat à voto, immo per illud redditur illicitum, & non seruandum. Peccat item, qui matrimoniũ cum ea, quam castitatem vouisse sciebat, contrahit matrimonium tamen valet.

F An autem peccet, qui interrogatus ab eo, qui votũ simplex castitatis emisit, an valeret matrimoniũ si contraheret illud, respondit valere, dubium est: nam Hostien. tenet

a In 4. di. 27. qm. 1.

b In d. c. cum inhibicio.

c l. præcipim. C. de appella.

d In opus. Tõ. 1. tractat. 12. qm. 2.

e In 4. di. 28. q. 2. colum. 4.

f 3. pa. tit. 1. c. 10. §. 5.

g ca. capellanus. de feris.

h c. non oportet. cum tribus.

i q. 33. q. 4.

k Iuxta gloss. recept. in dicto c. capellanus. per illum tex.

l In 4. di. 32. Caieta. in summa verb. Nuptiarum peccata.

m verb. Matrimo. 7. qm. 2.

n d. r. capellanus.

o l. Sess. 24. ca. 10. de refor. matri.

a In summa ver. matrimo. nium.

b In 4. di. 32. c. Rof. verb. Impedimentum. 13. §. 3.

c 3. par. tit. 2. cap. 17.

d Eod. c. m. 27.

e c. per catechismum, de cogn. spirit. li. 6.

f c. ante baptismum. de cõ. sec. d. 4.

g Eo. c. m. 30.

h d. c. per catechismum.

i In c. non debet. de cons. & affm.

k In cap. 1. de temp. ord. lib. 6. col. 3. vers. sed fallit quomodo, & Francus col. 3. vers. fallit quarta.

l c. 2. 27. d. 31. m In c. si quis votum 27. q. 1.

n In 4. di. 38. o Ver. votum § 9.

p 3. par. tit. 1. ca. 16. c. Sil. verb. Matrimo. 7. q. 5. §. 2.

q c. 10. m. 30. r c. ex publico de consens. cõ. ing.

s In 4. di. 38. t In c. de eod. 50. qm. 1.

v c. non est obligatorium. de reg. iur. li. 6.

x Iuxta gloss. sing. in c. non nouimus. 17. qm. 2.

quod .



quod sic, & aliqui alij, quod non: sed conciliari possunt dicendo opinionem Hostiensis intelligi, quando tali tempore, loco, & modo responderetur, ut voti violandi occasio detur: & contrariam, quando tali & tali modo responderetur, quod nulla talis occasio datur: quamvis eam ille ex bono responso arripiat, ut recte sentit Silvester. Idem quod dictum est de voto, videtur dicendum de iuramento, & de consuetudine, qua induceret simile impedimentum, ex mente glossae. Cuius exemplum de filiis duorum contractum antea hic positum omitto, quia sublatum est hodie per Concilium Tridentinum relatum supra.

De reliquis impedimentis non dirimentibus.

- 74 Matrimonium impediunt, sed non dirimunt septem delicta, & quae sint illa.
- 74 Vxoridicium, & maritidicium impediunt matrimonium.
- 74 Poena vnius correlatiui extenditur ad aliud, si eadem est ratio.
- 74 Raptus, ut impedit matrimonium.
- 74 Filij proprii susceptio qua impedit matrimonium.
- 74 Presbyteridicium ut impedit matrimonium.
- 74 Poenitentia solennis ut impedit matrimonium.
- 74 Incestus tam cum cognata, quam affini impedit matrimonium, sed Episcopus dispensat. & 75.
- 76 Matrimonium sic contractum, nullum coram Deo, & quo validatur, & quo creditur deceptio.
- 77 Matrimonium secundum contrahens, decepta quid agere debeat.
- 78 Protestatio contraria facta inualida, & qua nocet matrimonio.
- 79 Matrimonij contractus, qui ob finem malum mortali, vel venialis.
- 80 Matrimonio sufficit consensus diuerso tempore sic datus.
- 81 Matrimonij contractus in excommunicatione, vel mortali, est peccatum: sed valet.
- 82 Matrimonij vsus impedit scientia nullitatis eius superueniens.
- 83 Matrimonij impedimentum non denunciandi, ut peccet, & ut id facere debeat.
- 83 Consuetudo etiam circa sacramentalia induci potest.
- 83 Iulius Antonius Sanctiorius Cardinalis S. Scuerina laudatus.
- 83 Benedictio nubentium quibus danda, & an praemittenda copula.
- 83 Nuptia prima benedicenda, secunda non item.

**S**extum impedimentum non dirimens est incestus, de quo latius dicitur infra. Septimum vxoricidium, & quamuis Silvester dicat nullo iure probari idem esse (ut ita dicam) maritidicium, sequimur tamen Paludanum qui oppositum affirmat.

Non obstat, quod poena non debet extendi ultra suum casum, quoniam fallit in illis correlatiuis, in quibus eadem ratio idem suadet, secundum Panormitanum. Ita hoc resoluentem: & eadem, immo maior ratio suadet idem in vxore, quod in marito, quod etiam Sotus tenet licet huic argumento non respondeat.

Octauum impedimentum est, raptus sponse alterius, quod tamen per Concilium Tridentinum factum est dirimens, quamdiu rapta in potestate raptoris manserit, in hac verba. Decernit sancta Synodus, inter raptorem, & raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium. Quod si rapta a raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta, illum in virum habere consenserit; eam raptor in vxorem habeat: nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consilium, auxilium, & fauorem praebentes, sint ipso iure excommunicati, ac perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces: etsi Clerici fuerint de proprio gradu decedant. Teneatur praeerea raptor mulierem raptam, siue eam vxorem duxerit, siue non duxerit, decenter arbitrio iudicis dotare.

Nonum proprii filij de fonte susceptio, animo ne vxor debitum exigere a se possit.

Decimum est Presbyteridicium, equauis Panormitanus dicat, id locum non habere, quousque in iudicio conuincatur.

Vndecimum impedimentum est poenitentia solennis iniuncta, & facta.

**A** Duodecimum, matrimonium scienter cum moniali contractum, in quibus casibus, quamuis peccet contrahendo matrimonium, tamen contractum valet. Quonia vero super impedimento incestus magna fuit disputatio in sacro Poenitentiae pratorio, quum ei summa prudentia, miraque dexteritate tanquam summus Poenitentiarum praesidebat Cardinalis Alciatus Illustrissimus, idemque omni iuga disciplinarum encyclopaedia clarissimus: An omnis incestus hoc impedimentum pareret: his quae alias hic dixi, substituo primum, plerosque omnes iuris diuini, & humani peritos stricte ac proprie appellare incestum solum coitum cum consanguinea, vel affine in gradu prohibito. Secundum inter omnes conuenire, ex omni incestu oriri impedimentum affinitatis impediens, & dirimens. Tertium inter omnes etiam conuenire ex incestu cum affine, durante matrimonio admisso oriri impedimentum impediens matrimonium contrahendum cum quacumque alia. Quartum plerosque omnes Theologos tenere ex incestu cum consanguinea oriri quidem impedimentum affinitati: nullum tamen aliud siue ante, siue post matrimonium contractum admittatur, in quibus est S. Tho. communiter receptus & Sor. S. Anto. Silvester quos etiam sequitur Couarruias. Tum quia videtur eis nullo iure id caueri, cum praedicta capitula solum agant de incestu cum affine. Tum quia, ut ait Richardus, non videtur hoc inductum ob grauitatem criminis, sed ob iniuriam, quae fit matrimonio per coitum cum cognata coniugis.

**B** Contrarium vero tenent plerique omnes Canonistae cum Pan. & Praeposito, quos hic ego sequutus fui cum Ang. Tum quia, ut ibi dixi, id stylus curiae seruat, dum dispensando, ut consanguinei, qui se incestu polluerunt, contrahant inter se matrimonium, apponit clausulam, ut superstes sine spe coniugij maneat. Tum quod ca. si duo. habet, consanguineos matrimonio iunctos separari debere, & posse cum alio contrahere si iuuenes sunt: significando, ut ait glossa indigere dispensatione, si scienter se coniunxerunt, quae tamen propter iuuentutem dari potest. Tum quod ca. fin. de consanguineis concubinariis, ait, si alter eorum morte praeventus fuerit, alter, quamdiu viuuit grauer poeniteat, & sine spe coniugij maneat. Tum per cap. de incestu, ibi. Incestuosos nullo nomine coniugij deputandos. Tum quia, ratio, quae ex contextu multorum ca. 35. caulae, colligitur, quare multo plus insistitur in eis ad declarandum incestuosum cum affine non debere contrahere, quam incestuosum cum consanguinea, videtur esse, quia de illo plus poterat dubitari, quam de hoc. Tum quia ratio praedicta Richardi est infirma, cum incestus cum affine, nullo praecedente matrimonio, idem faciat. Nam c. si quis cum duabus. habet, quod cum duabus sororibus fornicatus, non debet contrahere etiam cum alia, nisi quaedam coeurrant, ob quae dispensetur, & vbi ait glossa: Tum per ca. si quis cum matre & filia. Tum per cap. qui propinquam. in quo Papa Fabianus ait, Qui propinquam sanguinis vxorem ducunt, & separantur non licebit eu, quamdiu viuunt, alias vxores sibi in coniugio sociare.

**E** Super hoc autem impedimentum dispensare potest, & debet Episcopus, si timeatur incestus, & iuxta Palud. & S. Ant. quos sequimur contra Pan. & praep. tenentes. Episcopum non dispensare in incestu cum consanguinea, sed cum affine. Tum quia plurimi tenent, ut diximus proximè, incestum cum cognata nullum inducere impedimentum. Tum quia iuribus praedictis permittitur dispensatio simpliciter. Quin addimus, quae stante consuetudine, quae ob nullum incestum dispensatio petatur, quando incotinentia timeatur, etiam Episcopi dispensatione non esse necessariam, secundum Palud. S. Ant. & communem, vbi supra, quidquid alij dicant. Immo addit Palud. hoc consuetudine seruari, cui credimus, ideo quod nunquam vidimus, neque audiuimus vllum incestuosum per ere dispensatione a Papa, vel Episcopo, nisi ad contrahendum cum ea, cum qua incestum commisit, vel eius consanguinea ob affinitatem inde ortam, quam si S. D. N. sciret, iuberet forte, ne in dispensationibus cum incestuosus apponeretur praedicta clausula, ut superstes, &c. An autem idem possit facere Episcopus in impedimento ex aliis delictis orto dicitur infra.

**F** 76 De contrahente autem animo facto, vel inordinato, vel contra censuras, & irreuerentiam sacramenti dicendum primò, peccare illum, qui contrahit matrimonium, aut sponsalia

a Verb. matrimonium. g. q. 5. §. 9. b Arg. c. debitorum. de iure iur. c. e. super eod. de cogn. spirit. d Eod. ca. nu. 38.

c. r. & 2. c. transmissa. de eo. qui cogit. consang. v. 20. §. 1. f Numer. 75. g e. admonere. 33. qu. 2. h Dist. di. 34. i ca. poena. de poena. dist. 1. k In proem. Greg. & alios citatos ibi per Felin. l In dist. 37. m e. hatusu. 17. qu. 2. n Sess. 24. ca. 6.

o c. de eo. 30. qu. 1. p d. c. qui presbyterum. de po. & remiss. q. vbi supra. r e. de his. ca. antiqui. 33. q. 2.

ac si ergo. qui 27. qu. 1.

b Et in Rub. C. incest. nup. & alio loco infra citatis. c Per ca. 1. & 2. c. transmissa. de eo. qui cogn. consang. vxor. d In 4. di. 34. qu. 1. ar. 3. n. c. d. 17. ar. 2. sub fin. e. pa. c. 15. §. 4. tit. 1. g Verb. Matrimo 7 impedi mento vlt. h In epist. 4. c. 6. in prin. nu. 4. i in d. c. 1. & 2. de eo, qui cogit. consang. vxor. k Verb. incestus 9. §. 1. l 35. qu. 6. m 35. qu. 8.

n 35. qu. 3.

o 33. qu. 2.

p 35. qu. 3. q Ead. caus. & qu. 1.

r e. antiq. ca. in adole. centia. 33. qu. 2. c. e. ex litteris. 1. de eo, qui cogn. consang. vxor. s In 4. di. 34. qu. 1. col. 3. t 3 par. tit. 1. c. 15. §. 4. v In d. cap. 1. x Vbi supra col. 4.

y Num. 85.





fiat sine animo verè contrahendi, & non efficere quo ad Deum, & forum conscientia matrimonium, quamvis copula sequatur, si postea verè in eam non consentit: licet quoad Ecclesiam sit præsumptum secundum iura antiqua & communè quam Silvester declarat. <sup>b</sup> Sed nõ secundum ius nouum Concilij Tridentini, ex quo colligitur sponsalia non transire in matrimonium per solã copulã, vt dictum est supra. <sup>c</sup>

Secundo dico, quod ad validandum tale matrimonium fictum nõ sufficeret cohabitatio cum ea tamquam propria vxore, etiam si crederet sufficere propter confessorij, vel alterius auctoritatẽ, nisi coiret, aut cohabitaret animo denuo contrahendi cum illa, vt rectè probat Silvester, <sup>d</sup> quia per talem cohabitationem, & copulam non vult denuo matrimonium contrahere, sed vti antea contracto. Quæ limitatio Siluestri, licet iuridica sit secundum antiqua iura prædicta: non tamen secundum ius nouum Concilij Tridentini vt proxime dictum est.

Tertiõ, quod ex hoc sequitur, quod valeret matrimonium cum alia secunda contractum, antequam primum nouo consensu vtriusque confirmaretur, & consequenter cum secunda cohabitare deberet, si absque scãdalo posset, vt ait Angelus <sup>e</sup> & Silvester: <sup>f</sup> tamen obligatur sub pœna mortalitatis confirmare primum, antequam cum secunda contrahat. <sup>g</sup> quia tenetur verificare verba, quibus eam decepit, nisi tanta sit inæqualitas, vt illa præsumere debeat, causa decipiendi eam, illum verba contractus dixisse. quo casu tamen tenetur restituere damnũ famæ, honoris, vel rei familiaris, si quod illa ex talibus verbis pateretur, secundum S. Thomã. <sup>h</sup> Porro, ita decepta alteri nubere nõ potest, nisi quando probabiliter iudicio prudentis, & boni viri crederet, eum, qui decepit, verum dicere, asserendo se non habuisse animum contrahendi cum illa, sed tantum decipiendi. Vir bonus autem, & prudens id arbitrabitur, si statim post contractum id ei declarauit, & cum alia contraxit, aut religionem professus est. Et idem, si non statim id declarasset, postea tamen iuramento id firmat, & est alioqui fide dignus, & sæpe vel saltem semel in anno confitetur, comunicat, & bonorum consuetudine vitur, aut si sint adeo dispares, vt non sit verisimile illum matrimonium cum illa verè contrahere voluisse, aut si sint alia eiusmodi indicia, & ille duxerit aliam, vel profiteatur religionẽ: alioqui enim non est tutum ei alteri nubere, quoniam sæpe diuites, & nobiles, ob egregiam formam, & honestatem, & alios fines matrimonium cum scæminis plebeis, & tenuis conditionis verè contrahunt. Quæ colliguntur ex Rosella <sup>i</sup> & Siluester. <sup>k</sup> Quibus addimus ordinis sacri susceptionem paris esse coniecturẽ, quo ad hoc, cuius est matrimonium secundum, aut religionis professio. <sup>l</sup>

77 Quartõ dico, quod si illa cum secundo contraxerit, ante vllam rationem credendi se fuisse deceptam, non debet, nec potest secundo debitum reddere, aut petere, si autem rationem iudicio boni viri, & prudentis satis probabilem ad id credendum habuerit, poterit petere, & reddere. At si eiusmodi rationem credendi nacta fuerit, quæ non sufficiat ad credendum in fauorem suum, sed ad euitandum præiudicium mariti sic, reddere debet, & non exigere. <sup>m</sup>

78 Quintõ, quod peccat, qui fictè contrahit matrimonium cum aliqua legitimis verbis, protestatur prius, sine iusta causa per nulla verba, quæ diceret, esse sibi animum contrahendi cum ea, quamvis eam carnaliter cognosceret, & in foro exteriori pro matrimonio iudicaretur, <sup>n</sup> quia illa protestatio, quæ facta contraria est, nil prodest. <sup>o</sup> Dixi, sine iusta causa, quia si facit iusta de causa, puta ad scãdalum aliquod notabile vitandum, non peccat, neque iudicaretur matrimonium in foro exteriori propter defectum consensus, secundum omnes. <sup>p</sup>

Sextõ dico peccare, qui matrimonium ob finem mortaliter malum contra hit, puta ad liberius adulterandum, occidendum, &c. secundum omnes quia quàm malus est finis actus, tam malus est ille iuxta textum q vbi latè nuper hoc tractauimus. Et ideo non est plusquam veniale contrahere matrimonium ob finem solùm venialiter malum. Nec contrahere principaliter propter carnis delectationẽ, aut pulchritudinem, aut diuitias, aut ob alium finem, qui de se non est mortalis, est mortale, est tamen veniale, quia non possunt esse finis actus matrimonij: & omnis actus dire-

ctus in finẽ malũ, vel principaliter in finẽ ineptũ, est ialtè venialis. <sup>a</sup> Nec contra sentit Paludanus, <sup>b</sup> quidquid dicat Angelus vt rectè ait Silvester. <sup>c</sup> Contrahere verò minus principaliter ob aliquod trium prædictorum, vel ob aliud temporale, modò principaliter contrahatur propter Deum, vel quia est licitũ, & honestum, nullũ est peccatũ. <sup>d</sup>

Septimõ dicendum, quod quando de voluntate contrahentium constat, non refert quo ad Deum, & forum conscientia, quibus verbis contrahentes vtantur: quia si fuerit vtriusque voluntas contrahendi de præfenti, sit matrimonium, si verò de futuro, sponsalia tantum. <sup>e</sup>

80 Octauõ, quod quamvis conueniret, vt amborum cõsensus simul eodem loco, & tempore concurreret, non est tamen necessarium, quidquid dicat Pan. <sup>f</sup> sufficit enim, vt altera pars prius, & in alio loco consentiat, & postea quouis tẽporis interuallo interiecto, altera alibi assentiat, modò prior in suo cõsensu perduret, iuxta Host. & Ioã. And. <sup>g</sup> Quò fit, vt si altera pars verè consensum præberet, altera autẽ falsè, quæ post 10. 20. vel plures dies, & menses verè assentiret, permanente altera in suo cõsensu, verum matrimonium fieret. Consensus autem prioris rãdiu dicitur durare, quamdiu non recedit ab eo. <sup>h</sup> Dixi, Legitimè, quia si aliquod impedimentum subesset: quo consensus præstitus redderetur illegitimus, oporteret, vt impedimento sublato, denuo ambo consentirent, perinde ac si nullo vnquam tempore contraxissent, per dicta supra. <sup>i</sup>

81 Nonõ dico, peccare illum, qui excommunicatus excommunicatione maiori, aut minori, vel infectus peccato mortali, ante illum detestationem matrimonium contrahit, quia omnis excommunicatus etiam minori excommunicatione, à percipiendo sacramento prohibetur, <sup>k</sup> & etiã mortali peccato infectus ante pœnitentiam. <sup>l</sup> Valet tamen matrimonium. <sup>m</sup> Quare qui credit, aut probabiliter dubitat de excommunicatione, priusquam contrahat, quarat absolutionem. <sup>n</sup>

82 Decimõ, peccare illum, qui post contractum matrimonium sciens illud non valuisse, habet rem cum coniuge. <sup>o</sup> Si autem dubitat, pendenda sunt rationes dubitandi, nam possunt esse tantæ, vt credere teneatur, & perinde se debeat habere, ac si sciret, & tam parua, vt ad nullum effectum credere debeat, & tam mediocres, vt credere debeat ad effectum non exigendi, & non ad effectum non reddendi. <sup>p</sup>

Vndecimõ, quod non tenetur ad credendum subesse impedimentum, eo quod vnus testis etiam fide dignus & iuratus, & amicus, & proprius parochus id ei assereret: quia licet dictum vnus fide digni sufficiat, vt iustè credere possit secundum glossam singularem, nõ tamè sufficit ad inducendum necessitatem credendi, ad id enim oportet esse duos. <sup>r</sup> Minus tenetur credere coniugi etiam cum iuramento affirmanti, se numquam in illam consensisse, <sup>s</sup> quãdo cum illa contraxit, & præsumere potest mentiri nunc eum, qui se tunc mentitum fatetur. Si tamen leuiter credit, nec petere, nec reddere debitum potest, durante illa credulitate, quam tamen leuiter conceptam, leuiter deponere potest, reuocante cõiuge suum dictum, vel habito illo pro mendacioso quali haberet Ecclesia, vel ob alia indicia, iuxta mentem Richardi. <sup>t</sup>

83 Duodecimõ, qui iussus sub pœna excommunicationis, non denunciat impedimentum, quod scit subesse inter volentes contrahere. <sup>v</sup> Modus autem denunciandi impedimentum saltem occultum, quod ex peccato nascitur, est, vt prius de illo secretò impedimento moneat, vt ab illo matrimonio desistat, & si noluerit desistere, denunciaret superiori, aut alteri, qui impedire potest, quãuis probare nõ possit: quia ad impediendum matrimonium nondũ contractum testimoniũ vnus solius sufficit, <sup>x</sup> vt diximus, y cõtra Maiorem: <sup>z</sup> sed si satis intelligit ex sua denunciatione magnum scãdalum sequuturum, quamvis probare possit, ad denunciandum non tenetur, iuxta Adria. <sup>a</sup> vt latius diximus. <sup>b</sup>

Decimotertiõ, quod quando vnus solus siue sit proprius sacerdos, siue alius quilibet, scit aliquos iustè ob iustã ignorantiam impedimenti coniugatos, neutri parti dicere debet, etiam si ei fides sit habenda. Tum quia ex eo nullum commodum sequitur, & magnum incommodum sequi

a c. in qui ca. sua. de spons. & communis ibi.  
b Silu. verb. matrim. 4. q. 8.  
c Eo. c. nu. 25. & 28.  
d Vbi supra. quest. 10.  
e Vbi supra. §. 25.  
f Vbi supra. §. 8.  
g Mai. in 4. d. 27. quest. 1.  
h In 4. d. 28. ubi Palud. q. 1. pro quibus faciunt ca. 1. & 2. de adul. cõ eis annot.  
i Ver. matrim. 4. §. 3.  
k Ver. matrim. 4. q. 9.  
l Ar. ca. 1. de voc. lib. 6. & tradit Adri. in 4. q. 4. col. 5. de matrim.  
m Ar. ca. inquisitioni. de sens. excom. & c. dominus de secus. nup. cum concordia illorum nostra relata supra eod. ca. nu. 54 & 55. n. lxxxi. re cept. capi. sua de spons. o Capis. cum M. & ei annot. per õnes. de constit. p Arg. c. 1. de his, que vi. metusue ca. q Ca. cum minister 23. q. 5.

a Vt in d. c. cõ minister. nu. 30. probauimus.  
b In 4. d. 31. quest. 3.  
c Ver. matrim. 4. quest. 4. d Per ibidem scripta.  
e Arg. ca. intelligencia. de ver. sign. ca. sua. de spons. & ca. humana aures. 22. quest. 5. f In c. dilectum de spons. g Ca. ex lxxxv. ris. de spons.  
h Mai. in 4. d. 27. quest. 1. i Eod. ca. nu. 47.  
k Ca. si celebrat. de cler. excom. m. n. l. Capit. illud 95. d. vt supra. eod. c. nu. 2. d. cõm. est. Angel. verb. matrimonium. 2. §. 7. m Ca. significasti. de eod. qui dux. in matrimo. n Caiet. in summa ver. matrimonium. o Arg. ca. per suos. 2. de Simonia. & eorum, qualiter duximus in capi. si quis autẽ depe. d. 7. sume. 98. cum seq. p Lucia dicitur in d. ca. sequi autem. & supra eod. c. nu. 54. & seq. q In leg. Titio fundus. de cond. & demonstr. r Lucia c. cõ à nob. de test. s Arg. ca. per suos. de prob. t In 4. d. 27. a. 1. q. 4. Ang. verb. matrimonium. 2. §. 14. Siluester. verb. matrimonium. 4. quest. 2. v Arg. c. de maior. & ob. x Ca. prator. 2. de spõ. y In c. sacerdot. nu. 27. de pe. dist. 6. z In 4. d. 21. a In 4. de con. fess. q. 5. dub. 7. b In rep. c. inter ver. 11. qu. 3.

potest



a Argu. nota  
tor. in §. notā  
tandum s. q.  
4. & in ca. 19  
norantia. de  
reg. iur. lib. 6.  
Et eorū, qua  
trad. Adria.  
in 4. de conf.  
qu. s. dub. 7.  
col. 5. & nos in  
d. c. si quis de  
pen. d. 7. nu.  
66. monstra  
do veritatem  
intellectus  
Inn. contra cō  
munem cap.  
quia circa de  
confans. & af  
finit.  
b Per ca. pri  
mum & ult.  
de secun. nup.  
c Ca. monstra  
tes. & c. spoz  
sus. 30. q. 5.  
d Sess. 24. c. 1.  
de refor. mat.  
  
ei. Tom. tra  
statu 13.  
f Prædicti ca.  
nostrates.  
  
g Ca. quis au  
tem. 10. d.  
h Cap. 1. & c.  
vir. de secun.  
nup.  
i Eo. nu. 1. &  
2.  
  
k Ca. aperiat  
31. q. 1.  
l Eod. nu. 15.  
m 1. q. 1. rela  
ta supra nu.  
20.  
n In rubr. de  
spons. & ubi  
que.  
o In d. distin.  
42. §. fin.  
  
p Per tex. ir  
refragabilam  
in d. capi. vir.  
q In 4. d. 42.  
  
r l. de quibus.  
ff. de leg. capi.  
fin. de consue.

potest, cum illi non peccent, & fortassis alteruter eorum hoc rescito, veller se cum scandalo alterius separare. Tum quia nemo tenetur alium suum errorem admonere, quando est error facti, vel iuris humani, quod regulariter à vulgo ignoratur, & nullum tertij præiudicium redundat. a

De Benedictione nuptiarum.

**D**E benedictione nuptiarum dicendum primo peccare illum, qui benedicit secundas nuptias solenni benedictione sacerdotali, quæ intra missam fit, vel qui suscipit illam credens, vel credere debens, non debere benedici. b Secundum dico decerpisse me quædam de hac re ex parergo quodam notabili, quod communicavit mihi Illustrissimus & Reuerendissimus Cardinalis Iulius Antonius Sanctorius, tit. S. Bartholomæi in Insula, S. Seuerinæ vulgo nuncupatus, libertate animi, eruditione, omnigenaque virtute, præsertim iustitia, constantia, zelo fidei, & sancta. Sed. Apost. omnibus clarissimus, mihi verò cum multis aliis nominibus, tum etiam quod magna pars fuerit, vt huius Enchiridij, siue Manualis traductione ipse facerem, qua ignominie (quam alij nomini meo inuississent) obuiarem, obseruandissimus. Quorum primum est, nuptias primas benedicendas, vnde Concilium Tridentinum d hortatur contrahentes matrimonium, ad benedictionem suscipiendam, ante consummationem eius, vbi ponderandum est, quod hortatur, & non præcipit, per quod significat id esse de consilio, & ita non esse peccatum ante illam consummare, etiam prima vice, nec exigendo, nec reddendo, nec vbi est consuetudo benedicendi, nec vbi non est. Tum per rationes Caietani. c Tum per §. finalem f qui expressè habet id non esse peccatum, significans nec veniale quidem esse, quidquid Caietanus absq; necessaria ratione ibi dicat, modò id fiat sine contemptu. Omisio enim cū illo etiā mortalis esset, qualis est omisio cuiuslibet consilij euangelici, iuxta glossam singularem. g Secundum, iure communi nullas secundas nuptias esse benedicendas, h cuius ratio non est illa, quam dat glossa illius, scilicet, quod sacramentum non debet iterari. Tum quia hæc benedictio est quid sacramentale, & non sacramentum per dicta supra. i Tum quia sacramenta nõ imprimuntur characterem iterabilia sunt, vt ibidem dicitur, nam & matrimoniū, quod sacramentum est iteratur, k & etiā Extrema vnctio, quam verum sacramentum esse definit Conciliū Tridentinum relatum supra, l in quo glossa c. quidquid, m & per Panormitanum n damnata errauit, quatenus dixit in matrimonio non conferri gratiam. Est autē ratio solida, quā sensit Magister. \* post Ambrosium o quod Ecclesia vetuit benedictionem hanc super vllam personā reiterari: & quamuis alij alias rationes, cur id vetuerit tradat, nobis solidior videtur esse illa, quod dedecere videtur, vt benedictiones solenes rerum & personarum, quales sunt cōsecratio Ecclesie, altaris, virginum, catechismus, exorcismus, ordinum, & alia similes iterentur, ne vilipendantur.

\* Post Ambrosium. Ambrosius hoc habet in commentariis prioris ad Corin. in cap. 7. vbi hæc eius verba sunt: denique primæ nuptiæ sub benedictione Dei celebrantur sublimiter, secundæ autem etiam in præsentem carent gloria concessa: sunt autem propter incontinentiam, & quia solent viduarum iuniores incurrere, ac per hoc concedit secundas.

Ex quo infertur, quod quidquid inuoluant aliqui, nūquam iure communi scripto, secundæ nuptiæ contractæ ab vtraque parte, vel altera prius benedicta, sunt benedicendæ. p Tum quia si benedicerentur secundæ, reiteraretur benedictio super vtrâque, vel super alteram. Non obstat opinio S. Thomæ q recepta per eius scholæ viros doctissimos ibi, & alibi, excepto tamen Soto, qui forte ne cōtraderet S. Thomæ id ibi non tetigit: qui debet reduci ad terminos glossæ prædictæ, id est, quod habeat locum, vbi est consuetudo. Per eā enim induci potest, vt non solum cum virgo nubit viduo, quo casu ille loquitur, sed etiā cum virgo ducit viduā, vel cum vidua nubit viduo benedicatur, vel reiteretur benedictio, licet rationabilior sit cōsuetudo in primo mēbro, quā in secūdo, & in secūdo, quā in tertio: quia hæc prohibitio iuris humani est, & sicut per legem, ita per consuetudinem contrariā tolli potest. r Nec obstat dicere, quod consuetudo in sacramentalibus non valet, quia

quidquid dubitet Rochus cum citatis ab eo, a contrarium est verū, & probatur irrefragabiliter per cap. de trina. iuncta glossa: b immo & cap. 2. c ibi, nisi consuetudo antiqua. & glossa eiusdē: licet aliqui, tam illud quā illā incautè pro contraria parte citent, & supra d dictum est cōsuetudinem, qua aliis verbis alibi Extremaunctio ministratur, esse seruandā, sicut, & aliis verbis à Grecis, & aliis à Latinis Baptismus ministratur, & alibi aliis verbis matrimonium per sacerdotes celebratur: & in Ordinibus conferendis aliud alibi habet consuetudo extra substantialia. Infertur etiam, quod contrahētes primas nuptias, & ante benedictionem susceptam iterum contrahentes, debent benedici, quia ratio iterationis in eis cessat.

Dispensare super impedimentis matrimonij quis possit.

- 84 Matrimonij omne fere impedimentum legis humanae, & cur Papa semper non tollit.
- 85 Matrimonij omnia impedimenta non dirimentia tollit Episcopus.
- 85 Impedimenta dirimentia an tollat consuetudo.
- 85 Matrimonium clandestinum de licentia Episcopi hodie contrahitur.
- 86 Matrimonium impedimento sublato denuo contrahendum.
- 86 Dispensatio difficilior datur in contracto scienter, quam ad contrahendum.
- 86 Gratiam que taciturnitas annullat, & que expressio.
- 87 Dispensatio danda gratis cum aliqua trium causarum, alias non, nec cum ea in secundo, nisi cum Principibus.

**P**RIMO dicendum, quod Papa in omnibus impedimentis matrimonij iure humano inductis dispensare potest, e qualia sunt omnia prædicta impedimenta, tam dirimentia, quam non dirimentia, excepto impedimento cōsanguinitatis inter ascendentes, & descendentes: & impedimento erroris, & iudicij, quod defectum consensus legitimi inducit, quæ supplere Papa nõ potest, quippe qui est iuris naturalis, & diuini, vt resoluimus, f post illum gloriosum martyrem & Episcopum Ioannem Rosensem in cōsilio pro Regina Angliæ, quo defendit illam religionem Christianam gloriosissimam Angliæ Reginam D. Catherinam incomparabilem, incomparabilis Caroli V. amitam: & post alios antiquos, & recentiores, quos ad hoc ille copiosè adducit. Tum quia licet in lege Moysis g aliquot impedimenta lege diuina iudiciali, aut caremoniali introducta fuerint, quia tamen illa non erant naturalis, cessauit à Christo passo, ad quem vsque durabat, h & ita sub lege gratiæ nõ ligat, vt diuina: sed vt humana renouata per sacros canones. Tum quia ratio naturalis, quæ inerat ei, ob quam conueniebat eam statui, non erat tanta, quæ sola sine vlla cōstitutione positua diuina, vel humana obligaret, & ita non constituebat ius naturale, vt fufius declarauimus, i in quā cōclusionē omnes fere orbis Christiani Academiae conuenerunt, in casu prædictæ Reginæ. Verum tamen est, quod Papa non solet dispensare in gradibus prohibitis in ea lege k nisi grauisima de causa, non quia non potest, sed quia non expedit. In quam cōclusionē cōspandus est, quidquid quamplurimi in plurimis locis ordinariis, & extraordinariis scripserunt, l licet enim Papa dispensare possit super prædictis omnibus impedimentis, super matrimonio tamen legitime contracto, & consummato non potest, iuxta illud Christi. m Quos Deus coniunxit, homo non separet. n Contractū autem, & cōsummatū inter infideles quomodo diuidatur, vel diuidi possit dictum est supra, o non autem dicitur consummatū per copulam præcedentem illud, sed per subsequentē: & idcirco antequā sequatur, religionem ingredi potest. p De matrimonio autem, quod præsumebatur olim per copulam consequutā sponsalia, nihil dicimus hic: quia iure nouo Concilij Tridentini q per solam copulam non transeunt sponsalia in matrimonium, vt sape dictum est, præsertim supra, r & infra dicitur. s

85 Secundum dicendum, quod Episcopus dispensare potest in impedimento à se, aut ab inferiori suo inducto, si quod tale inueniretur: immo etiam in impedimento incestus, vt supra, t diximus, immo, & in omnibus aliis impedi-

a In c. f. de cō  
suet.  
b De conf. di.  
c Det. p. ord.  
d Eod. capi.  
num. 2.  
  
c Arg. c. cun  
da per mun  
dum. q. qu. 3.  
Et ca. propo  
suit de conse.  
prab.  
  
f In c. litteras  
de restit. spol.  
  
g Lenitici 18.  
  
h d. s. f. &  
ca. 1. de purif.  
post part.  
  
i In repet. ca.  
ad hac. not. 1.  
de prab.  
  
k d. c. 18. Leu.  
  
l Vt in d. cap.  
litteras. demō  
strauimus.  
  
m Matt. 19.  
n Relatum in  
c. gaudemus.  
de diuort.  
o Eod. c. num.  
21. & 49.  
p Ca. verum.  
de conuers.  
coniug.  
q Sess. 24. c. 1.  
de reformat.  
r Eod. c. n. 25.  
s Cap. 2 nu. 5.  
144.  
t Eod. nu. 75



a In 4. di. 28. qm. 2. b 3. par. 10. r. c. 10. §. 4.

c Cap. inferi. or. 21. di. Cl. ne Rom. de e. lea.

d Ca. 12. nu. 41. c ibi cit. & ita.

f In c. at si §. de adul. de in dic. sequenti Ioan. de Lig. & Panor. ibi dem. g Arg. §. sed naturalis. In sit. de iure nativ. §. Civ. & cap. ius naturale. 1. dist. h In c. per ve mirabilem. de nu. 22. qui si lii sint log. i Eodem nu. 47. k Bess. 24. ca. 5. de reform. Matr.

l In non. deci. 32. de rescrip. m s. & Bell. de res. 998. & Poli ubi sup. m C. de epis. cop. audien. n l. fin. ff. ma. o In praed. cap. sequendo de rescrip. ex. capt. 4.

mentis, quae impediunt, & non dirimunt, iuxta mentem Paludani<sup>a</sup> & S. Antonini<sup>b</sup>, exceptis votis castitatis, & religionis, in quibus etiam ipse Papa non sine magna difficultate, & causa dispensat, & licet stricto iure communi, contrarium defendi posset, eo quod inferior legem superioris nec tollere, nec moderare potest, & non videtur id concessum, nisi quo ad impedimentum incestus, sequor tamen eos. Tum quia ex quadam aequitate, & rationis paritate haec concessio extendi potest ad illa. Tum quia videtur, quod consuetudo non tantum id habeat, sed quod etiam nec a Papa, nec ab Episcopo petatur dispensatio, quando cum illo impedimento aliud dirimens non concurrat: nondum enim adhuc in tanta aetate vidi, vel audiui id fieri. Votum autem de non nubendo non censetur votum castitatis, ut tenuimus supra,<sup>d</sup> & ita servat sacra Pœnitentiariae praeatorium, quidquid dicat Caietanus,<sup>e</sup> & in eo potest Episcopus dispensare, ut in praedicto praeatorio aliquando responsum est.

Dubium autem, an Episcopus possit dispensare super matrimonio clandestine contrahendo, quod consuetudo ferè ubique habebat, sublatum est per praedictum Concilium supra relatum, quod expresse id concedit.

Tertio dicendum, quod Episcopus non potest dispensare in aliquo impedimento, quod impedit, & dirimit, secundum omnes, nisi quando impedimentum occultum est, & matrimonium publicum, & separatio magno scandalo foret, & ad Papam, aut eius Nuncium potestatem ad id habentem confugi non potest propter magnam paupertatem, aut alia legitima impedimenta, ut affirmat Angelus, & Silvester: quorum dictum primi euulgauimus Salmanticae, & propter quorum sententiam demonstratam, sed non approbatam neque reprobata a nobis, nonnulli Episcopi aliquoties dispensarunt, quam tamen tandem approbauimus alibi per argumenta neruosa.<sup>f</sup>

86 Quarto dicendum, quod matrimonium, quod est ob aliquod impedimentum nullum, non incipit valere propter dispensationem Papae superuenientem, etiam cohabitatione, & copula subsequente: quia Papa non potest suppletare consensum iure naturae requisitum, & ut tradit Panormitanus post Ioannem Andream:<sup>h</sup> & ideo necessum est, ut denuo contrahatur: quod tamen clam contrahi potest modo tradito supra.<sup>i</sup>

Quinto dicendum est, quod licet olim facilius dispensabatur cum impeditis, qui iam etiam scienter contraxerunt, & consummarunt matrimonium: hodie tamen iure Concilij Tridentini<sup>k</sup> difficilius dispensatur: cuius ea de re verba sunt. Si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere presumpserit, separatur, & spe dispensationis consequenda careat. Idque in eo magis locum habeat, qui non tantum matrimonium contrahere, sed etiam consummare ausus fuerit, quod si ignoranter id fecerit, siquidem solemnitates requisitas in contrahendo matrimonio neglexerit, eisdem subijciatur poenae & infra. Si vero solemnitatibus adhibitis, impedimentum aliquod postea subesse cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit, tunc facilius cum eo, & gratis dispensari poterit. Ex quibus colligitur, quod consummatio illiciti matrimonij, quae olim inclinabat Papam ad dispensandum, hodie retrahit, quia omnis expressio falsi mouentis Principem ad gratiam concedendam, nocet, non autem, quaelibet taciturnitas veri idem facientis, sed solum ea, quae tacet verum, quod iura iubent exprimi, secundum Rotam, pro quo facit optime lex 2.<sup>m</sup> cui adde idem videri dicendum de tacente ita verum, quod aequipollenter exprimit falsum: quia de aequipollentibus idem est iudicium, quia de re posuimus exemplum<sup>o</sup> de Monacho monito a Banchario, quod Papa non concedet ei gratiam transeundi ad regulam laxiorem, nisi nouerit eum habitu omisso apostatasse: qui dimisso eo, vno, vel altero die, se praesentat Banchario, quo in informet Papam de eius apostasia, ut moueatur, ad concedendam ei illam gratiam: is enim licet expresse non exprimat falsum, tacite tamen sic, subindicando, quod non dimisit habitum, ut impetraret illam, sed ob alias causas, quibus multi remere dimittunt, & qui impetrat dispensationem contrahendi cum cognata, cum qua rem habuit, tacito incestu, videtur aequipollenter tacite dicere, quod non commisit illum, & ita aequipollenter exprimit falsum, & consequenter gratia afficitur nulla.

87 Sexto dicendum, quod praedictum Concilium,<sup>a</sup> praeter praedicta statuit alia, in haec verba. In contrahendo matrimonio, vel nulla omnino detur dispensatio, vel raro, idque ex causa, & gratis concedatur. In secundo gradu numquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam.

Septimo dicendum, quod solas tres causas habet Curia pro iustis, ad dispensandum etiam in quarto gradu, quae sunt defectus dotis competentis: extinctio magnae litis: & quod maior pars sibi parium suae Ciuitatis, vel loci insignis, quae inhabitat, sunt ei consanguinei, vel affines intra quartum gradum: vel si est alius locus minor, si ipsa non habeat sufficientem dorem, ad nubendum extra illum. Dubium tamen est, an sufficiat defectus dotis competentis ad contrahendum cum illo, qui eam possidet: verò requiratur defectus ad contrahendum cum quolibet sibi pari: & videtur sufficere. Tum quia beneficium dicitur incompetentis vni, licet aliis multis sit competens<sup>b</sup> & non omnis dignus beneficium in genere, est dignus hoc, vel illo, ut sentit vterque Thomas,<sup>c</sup> & pretium, quod communiter est iustum in vna prouincia, vel vno anno vnus rei, non est iustum eiusdem in aliquo particulari loco, vel mense, eiusdem prouinciae, vel anni, ut dicitur infra.<sup>d</sup>

De superbia, & septem peccatis capitalibus.

CAP. XXIII.

- 1 Virtus, vitium, & habitus quid, & quotuplex.
- 2 Actus bonus, & malus tripliciter, & quid bonus, siue ordinatus simpliciter, & quare nullus in individuo indifferens, & quis ordinatus.
- 3 Virtutes in medio vitiorum, idque illi duplo pauciores.
- 4 Vitia capitalia, & quibus non est superbia, septem hoc verbo signata. num. 4.

**R**ACTATURI de septem capitalibus vitiis, & actibus eorum, meminerimus primo, ut supra<sup>e</sup> dictum est, quod aliud est habitus, aliud actus, siue actio, & operatio: & quod habitus est, qualitas mentis, mouens eam ad actus similes illis, ex quibus productus est: & quod est duplex, bonus, qui est virtus, & mouet ad bonos actus, & malus, qui est vitium, & mouet ad malos, & quod actus est duplex, vnus indeliberatus, & inuoluntarius, qui neque est bonus, neque malus: alius voluntarius, & deliberatus, qui est triplex, bonus, malus, & indifferens, & quod bonus est triplex, ex obiecto tantum, ut ieiunare, & ex circumstantia tantum, ut loqui ad utilitatem proximi, & ex vtroque, ut ieiunare ad obediendum praeepto. Malus item triplex, ex obiecto tantum, ut mentiri ad utilitatem proximi: ex circumstantia tantum, ut ieiunare ob vanam gloriam, ex vtroque simul, ut mentiri ad perniciem proximi: indifferens autem, quales sunt innumeri, puta tacere, loqui, comedere, bibere, & similia, quae de se nec sunt bona, nec mala: sed bene, & male fieri possunt: & tale indifferens non reperitur in individuo, iuxta doctrinam S. Thomae, quam defendimus ea efficaci ratione, quod si quis daretur, maximè esset, qui in nullum finem bonum, neque malum ordinaretur: sed is non est talis, quia esset otiosus, & consequenter malus, ex defectu circumstantiae finis, licet ex obiecto esset indifferens: & quod iuxta doctrinam Dionysij<sup>h</sup> \* quam potuit excerpere ex Aristotele, bonum, siue actus simpliciter bonus, & ordinatus, siue meritum, constat ex integra causa, id est ex cōcursu bonitatis obiecti, saltem iustificati, & circumstantiarum, tam finis, quam aliarum, personarum, loci, temporis, &c. Malum autem, siue malus actus simpliciter, & peccatum ex quocumque defectu, siue obiecti non iustificabilis, vel non iustificati, siue finis, siue alicuius circumstantiae. Dixi, non iustificabilis, qualia sunt fornicari, & mentiri: quae nulla circumstantia possunt fieri iusta. Dixi, non iustificati, quia frequenter obiectum actus boni simpliciter est obiectum de se malum: sed iustificatur per circumstantiam, qualis est occisio hominis, quae cum sit de se mala, iustificatur tamen per culpam occidendi, & legem id praecipientem. Itaque in toto hoc capitulo per actum bonum, & ordinatum, in-

a Vbi supra.

b Ca. cum a. deo. in glo. de rescrip. c. 2. §. qua. 6. artic. 2. d Cap. sequ. num. 78.

c In Praed. quinta.

f Ex praed. 6.

g In d. praed.

h 4. cap. de di. ni. num.

telligemus



telligimus actum bonum utroque modo, tam ex obiecto, quam ex circumstantiis, qui est meritum de congruo, vel de condigno, & per inordinatum, omnem actum ordinato contrarium, qui est peccatum saltem veniale. Item per vitium, habitum malum, & per virtutem, habitum bonum.

\* Quam posuit excerpere ex Aristotele. Hoc videtur innuere Aristoteles lib. 2. ethic. cap. 5. vel iuxta alios 6. dum sic scribit. Præterea peccare multis modis possumus (Malum enim ut Pythagora i coniectura quadam consequebantur est infiniti atque indeterminati, bonum finiti & terminati) at rectè facere vno modo. Itaque etiam hoc difficile est, illud verò facile, à scopo scilicet aberrare, facile est, scopum ferire difficile.

2 Secundò, quòd duplo plura sunt vitia, quam virtutes: quia cuique virtuti duo vitia opponuntur, alterum per excessum, alterum per defectum, in quorum medio virtus consistit, iuxta illud Horatij. *Virtus est mediū vitiorum & vtrimque reductum.* relatum à glossa. <sup>b</sup>

3 Tertio, quòd septem vitia, quæ vulgus septem peccata mortalia appellat, sunt septē vitia principalia, quæ S. Gregorius <sup>c</sup> & alij aptè docentes capitalia appellant, non quia sunt peiora, neque etiam quia semper, aut sæpius mortalia: quia aliqua regulariter sunt venialia, sicut infra dicitur: sed quia sunt fontes particulares, ex quibus alia multa dimanant: ex quorum numero non est superbia, iuxta S. Gregorium <sup>d</sup> & S. Thomam. <sup>e</sup>

4 Quinimo est horum septem, & aliorum omnium Regina, secundum eosdem (quamvis vulgus cõtra existimet) pro eorum faciliori memoria retinēda hac voce (*Saligia*) vtens, intelligendo per litteram S, Superbiam, per A, Auaritiam, per L, Luxuriam, per I primum, Iram, per G, Gulam, per I secundum, Inuidiam, per A secundum, Accidiam. Ad quòd aptior esset vox Sualigia, octosyllabon, per quarum primam videlicet, S, intelligitur, Superbia omnium vitiorum Regina, & per V. Vanagloria, quæ est vnum ex septem vitiiis capitalibus, & per alias sex prædicta alia sex, de quibus omnibus, & eorum execrandis filiabus, ordine, quo propòsita sunt, dicemus.

*De Superbia Regina omnium vitiorum.*

- 5 *Superbia quid, quotuplex, & eius etymon.*
- 6 *Superbia sola de se mortalis contemptum subiectionis Dei actum requirit.*
- 6 *Humilitas ad sui essentiam, non requirit expressam ad Deum subiectionem.*
- 7 *Superbia quatuor species, quæ potius sunt eius effectus, & interdum hæses. num. 8.*

**S**UPERBIA est plurimum vsitata, & parū nota: nam multi putarunt eam esse omne vitium: quia illa est supergressio legis, quæ per omne vitium fit. Et alij ignorarunt discrimē inter eam ex vna parte, & ambitionem, præsumptionem, & vanā gloriā ex altera: adeo quòd Maior <sup>f</sup> putauit, has esse species illius, \* quòd est cõtra Augustinum <sup>g</sup> communiter receptum: alij, in quibus videtur esse vterque Thomas communiter recepti <sup>h</sup> quos in Manuali Hispano sequuti fuimus, requirunt ad eius essentiam actualem contemptum subiiciēdi se Deo, & legi eius: quòd in præsentia non possum mihi persuadere, cum id (gratia Deo) pauci Christiani faciant, & fere omnes aliquo modo superbiamus. Quare dicendū primo, verbum, *Superbire*, descendere à verbo *supereo* interposito, b, causa euphonia, vnde superbia est quædam (vt ita dicam) superitio, & actus, quo quis superit, seu supergreditur aliqua: & ita superbia in genere significat omne, quòd superit, seu superat, seu excellit alta, secundum glossam <sup>i</sup> vbi superbia pro dono superante, & eccellente alia ponitur. Vnde licet verbum superbus, sæpius pro elato & fastuoso, & insolēti accipiatur, vt in illo Maronis. <sup>k</sup>

*Stirpis Achilleæ fastus, iuuenemque superbum.*  
Sæpe tamen pro nobili, excellenti, vel sublīmi capitur, iuxta illud eiusdem. <sup>l</sup>  
*Hinc populum latè Regem, bellòque superbum.*  
Et illud. <sup>m</sup>  
*Ceciditque superbum Ilium.*

\* Quòd est contra Augustinum. Augustinus hoc habet in lib. de natura & gratia cap. 19. in medio. his verbis. Multa perperam fiunt, quæ non fiunt superbe.

A Secundo dicendum, quòd superbia generaliter sumpta diuiditur in bonam, & malā, quòd adnotauit S. Thomas: <sup>a</sup> superbia verò mala in habitum superbiæ, & actum eius. Superbia habitus definitur potest esse vitium mouens. siue inclinās ad appetitum inordinatum excellentia propria, quatenus est excellentia. Dixi, vitium, pro genere: quia omnis superbia habitus est vitium, non contra omne vitium est superbia habitus. Est enim speciale distinctū ab aliis, vt probè docet S. Thomas. <sup>b</sup> Dixi, appetitum, includēdo amorē, & desiderium excellentiæ, vel gaudium, siue complacentiam de ea, ad notandum, quòd est vitium voluntatis, & nō rationis, vt monstrat idem S. Thomas. <sup>c</sup> Dixi, inordinatum, ad includendum omnem, quò appetitur excellentia de re falsa, vel vera, sed mala, vel bona in nullum finem, vel malum, aut vanum relata, vel maior merita: & ad excludendum ordinatum, qualis est solus ille, quò appetitur excellentia de re vera, & bona, & in finem bonū directā, & nō maior merita: illa enim non est actus superbiæ, sed modestiæ: qualis est appetitus excellentiæ merita, siue debita scientiæ, virtuti, viribus, & arti, quibus quis secundum rectam rationem alteri vult præstare, iuxta S. Thomam. <sup>d</sup> Dixi, excellentia propria, quia illa est obiectum actus eius: & non addidi, ad superandum alium, quia id non est necessarium: sufficit enim velle excellentiā propriam immeritam, vel meritam modo immerito sine actuali relatione præferendi se proximo. Dixi, quatenus est excellentia, quia appetitus eius, quòd re vera est excellentia quædam, sed non appetitur eo respectu, quòd est talis, sed alio, non est superbia, sed aliud vitium circa quidem honores, ambitio, circa potestates, præsumptio: circa gloriā, vanagloria, & circa alia aliud: hæc enim, & id genus alia possunt considerari alio respectu, quàm excellentiæ, licet in se sint vera excellentia.

6 Et ita ad essentiam superbiæ non requiritur actualis contemptus Dei, nec legis eius, nec renutus se subiiciendi eis, nec despectus proximi, magis quàm in aliis vitiiis, quæ non inclinant immediatè ad illa.

Nec obstat prædicta doctrina S. Thomæ, quia probè saluari potest in superbia, quæ de se est peccatum mortale: non autè generaliter in omni superbia. Sic nec videtur verum illud Caietani, eū qui propriā excellentiā inordinatè amat, sine actuali contemptu diuinæ subiectionis non esse formaliter, & directè superbū: est enim formaliter superbus, sed non illa superbia, quæ de se sit mortalis: & ita non omnis superbia directè auertit à Deo: sed sola supradicta, quam diximus esse de se mortalem, de qua intelligitur etiā glossa <sup>e</sup> allegata per S. Thomā, quatenus habet, superbiā ex se maius peccatum esse omnibus aliis, quæ omnia ideo tam accuratè dixi, ne plurimi cõtinua superbia laborantes, nos excusemus ab hoc vitio, dicētes, nos nullam excellentiam cupere cū actuali cõtemptu subiectionis Dei, & eius legis: cum quo certè paucissimi Christiani eam cupiunt: & ne plurimos humiles sua laude priuemus, qui frequentissimè actum humilitatis faciunt, non se subiiciendo expressè Deo, vel legi eius: qualis tamen non esset ille, quia cum sit contrarius superbiæ, oporteret eum circumstari subiectione actuali, si superbia ei contraria requireret, & expressum contemptum, & renutū huiusmodi subiectionis: quare sicuti humilitatis actus est subiicere sua bona naturalia minora bonis naturalibus maioribus alterius: & sua dona minora diuina maioribus donis diuinis alterius: & sua bona omnia naturalia diuina gratiæ alterius, non se subiiciēdo expressè Deo, vel legi eius: immo sine vlla eorum memoria expressa, vt satis colligitur ex S. Thomā: ita superbiæ actus est præponere quem sua naturalia bona minora maioribus naturæ bonis alterius: & sua minora dona diuina maioribus diuinis alterius: & sua etiam bona naturæ, gratiæ diuinæ alterius, licet non faciat id cum expresso contemptu Dei, vel legis eius: & sicut renuere excellentiam, quia recta ratio id dicat, sine vlla actuali memoria Dei, est actus humilitatis: ita appetere excellentiā immeritam, sine vlla actuali memoria Dei, est actus superbiæ.

7 Tertio dicendum, quòd species superbiæ sunt quatuor, secundum S. Gregorium <sup>g</sup> declaratum à S. Thomā, <sup>h</sup> prima est putare habere à se ipso solo bona nature, qualia sunt ingenium, intellectus, memoria, vires, pulchritudo, &c. aut bona fortunæ, qualia sunt diuitiæ, honor, potentia, &c. aut

b Li. 1. epif. o. pis. 18. de ium p. 11. ex Aris. 2. Ethic. cap. 8. b Ca. charitas. 3. § fin. do pa. dist. 2. c 31. Moral. cap. 17. d Vbi supra. e 2. 2. quæsti. 162. art. 8. § qu. 132. ar. 1.

f In 2. dis. 4. 2. qu. 16. g Lib. de nat. & gratia. h 2. 2. qu. 62. art. 5.

i Isai. cap. 60.

k 3. Ene.

l 1. Ene.

m 3. Ene.

a Vbi supra art. 1.

b Vbi supra art. 2.

c Ibidem a. 3.

d Vbi supra art. 6.

e Psalm. 118.

f 2. 3. qu. 162. artic. 2. aliud videatur sentire.

g In li. 23 Moral. cap. 7. h Vbi supra ar. 4.



bona spiritualia, qualia sunt gratia, scientia, prophetia, facultas ad prædicandum, & legendum, &c. quorum nulla habet à se ipso, sed omnia sūt ei data à Deo. Secūda agnoscere quidem illa à Deo sibi data, non tamen gratis, sed ex iustitia, scilicet ieiuniorum, precum, elemosynarum, & id genus aliorum. Tertia, arrogare sibi bona, quæ non habet, cuiuscumque ordinis illa sint. Quarta contemnere alios inordinatè, aut velle, vt sibi submittantur, quamuis eū præcedant. Aduertendum tamen huiusmodi falsa iudicia non esse immediatas species superbiæ: sed illius effectus, quia hæc consistunt in intellectu, & ratione: illa verò in voluntate, quæ illis infecta iudicium corrumpit, efficitque, vt falsum iudicet verum. Corruptum, inquam, eo quòd ipsius excellentia maior esset, si ita se res haberet: maius enim est ex se habere, quàm ab alio, vel suis meritis, quàm dono, vel magna, quàm parua, vel maiora, quàm alij, vt probè declarauit S. Thomas.<sup>a</sup>

8 Circa quæ peccat mortaliter primò, qui appetit propriam excellentiam cum actuali contemptu diuinæ subiectionis, vel legis eius: aut cum voluntate se Deo præponendi per dicta.<sup>b</sup>

Secundò, qui adeo amat propriam excellentiam, vt iudicet esse vera quatuor prædicta, quæ sūt falsa, vel aliquod illorum deliberatè, aduertèter, & in specie: quia quadamtenus, licet non actualiter, videtur contemnere subiectionem Dei, & legis eius. Dixi, *deliberatè, & aduertèter*: quia secus si id primò motu passionis, vel per incogitantia ita iudicaret, secundum S. Thomam<sup>c</sup> communiter receptum. Dixi, *in specie*: quia credere id in genere deliberatè, & aduertenter, non est actus superbiæ, sed infidelitatis, secundum S. Thomam.<sup>d</sup>

Tertiò peccat, qui appetit inordinatè excellentiam, vel de illa inordinatè gaudet, aut lædatur, sine actuali quidem contemptu subiectionis Dei, & eius legis: sed cum notabili irreuerentia eius, vel damno proximi, ex eo resultante: quia hoc mortale est per supra sapius dicta.

*De vanagloria.*

- 9 Bona honoraria quot, & quæ & appetere illa de se nõ malum.
- 9 Laus, honor, fama, gloria, & reuerentia, quid.
- 10 Gloria vana quid, quot, & quæ filie eius, & 11. & 12.
- 11 Præsumptio quid, & quæ mortalis, & 14.
- 11 Ambitio quid, & quæ mortalis, & 15.
- 11 Pertinacia quid, & quæ mortalis, & 31.
- 11 Discordia quid, & quæ mortalis, & 33.
- 11 Contentio quid, & quæ mortalis, & 34.
- 13 Laude falsa, vel aliis inordinata gaudere non semper malum.
- 13 Finis aptus spiritualium nil temporale est, & 15.
- 14 Iurisdictionem alienam vsurpare mortale.
- 14 Gratiam, vel gloriam æternam, suo arbitrio posse queri, præsumptio.
- 15 Beneficia incompatibilia, vel plura, quorum vnã sufficit, non licent.
- 15 Beneficium appetendo quomodo quis peccet.
- 16 Iactantia filia prima vanaglorie, quid, & quæ mortalis.
- 17 Inuentio nouitatum secunda filia vanaglorie, quid, & quando mortalis, & 18.
- 18 Vestitus qui licitus, qui venialis, & qui mortalis, & 19.
- 20 Ornatus, fucus, fictio, & auctio pulchritudinis quæ mortalia.
- 21 Confessarius dubius, an confessa sint mortalia, quid faciet.
- 22 Ornans se, vt in coniugem appetatur, vestiens veste incongrua sexui quis peccet.
- 22 Vestiens se habitu religioso, quis mortaliter peccet, & 23.
- 24 Curiositas quid, & quod semper est peccatũ, & quando mortale, & seq.
- 30 Libri qui purgandi, & qui prælegendi pueris.

**P** R I M O præsuppono summatim quedam, quæ latè tractaui alibi<sup>e</sup> quòd bona honoraria sunt quinque, scilicet laus, honor, fama, gloria, & reuerentia, & quod laus est, sermo elucidans magnitudinem alicuius virtutis, f& quod honor est, exhibitio reuerentiæ in testimonium alicuius excellentiæ absolute, g & quod fama est attestatio popularis de re aliqua, h & quod gloria est clara cum laude notitia: &

quod reuerentia est animi reputatio, qua bonitas alterius magnifit. & a quod hæc quinque conueniunt, primò, quòd frequenter alia pro aliis accipiuntur. Secundò, quòd nullum eorum est virtus intellectualis, vel moralis. Tertiò, quòd sunt maiora bonis pecuniariis. Quartò, quòd appetitus, vel contemptus horum quinque suapte natura, neque est bonus, neque vitiosus, sed indifferentis: bonus quidem, quum est ordinatus; malus quum est inordinatus. Quintò, quòd appetitus eorum, etiam inordinatus, regulariter est venialis: in quinque verò casibus mortalis, secundum communem, quos ibi<sup>b</sup> reduxi ad tres, scilicet cum habetur de malo mortifero, vel de alio, in quo finis vltimus constituitur, saltem ad effectum frangendi legem ad mortale obligantem: vel in finem aliquem mortalem referendo, & quòd contemptus eorum inordinatus regulariter est venialis: mortalis autem, cum contemnitur laus de gratia Dei gratum faciente manans: vel in eo finis vltimus constituitur, quod nonnulli philosophi fecerunt: vel in finem mortali-ter malum refertur.

Secundò præsuppono, quòd appetitus, & contemptus horum quinque ordinatus, est, quo appetitur aliquod horum de re vera, & de se bona, vel indifferenti in finem bonum directa, non nimium, nec maius, quàm eius bonitati debetur, nec tamquam testimonium certum, & diuinum, sed tamquam humanum incertum: & contra appetitus eorum inordinatus est ille, quo appetitur aliquod horum de re falsa, vel mala, vel indifferenti, in vanum, malum, aut nullum finem relata: vel de bona maius, quàm eius bonitati debeatur, vel tamquam testimonium veritatis certum, vt diuinum, & plusquam humanum, vt<sup>c</sup> diximus ex mente S. Thomæ<sup>d</sup> & Abulensis.<sup>e</sup>

10 Tertiò præsuppono, quòd vanagloria pro habitu malo, est vitium inclinans ad inordinatum appetitum gloria, secundum mentem S. Thomæ communiter recepti<sup>f</sup> Dixi, *appetitum*, ea ratione, qua in definitione superbiæ, g Dixi, *inordinatum*, quia ordinatus ad virtutem pertinet. Dixi, *gloria*, ad differentiam superbiæ, ambitionis, præsumptionis, & aliorum vitiorum, quæ licet inclinent ad appetitum inordinatum aliorum, quæ pariunt gloriam: non tamen immediatè inclinant ad eius appetitum, nec ad alia, eo respectu, quo pariunt gloriam: sed aliis, vt supra dixi, de superbia, & mox dicam de ambitione, & præsumptione: vanagloria verò pro actu est *appetitus inordinatus gloria, per quem generatur, & augetur vanagloria habitus*, ex quo vicissim generantur actus similes illis, ex quibus illa est nata.

11 Quartò, quòd vanagloria est vitium capitale, & parens aliorum vitiorum, quæ eius filie nuncupantur: quia illa vitia dicuntur esse filie alterius, quæ se ad finem illius principalem dirigunt, & septem alia vitia sunt, quæ ex se tendunt in manifestationem gloria, quæ est finis illius, scilicet iactantia, quæ inclinatur ad declarandam inordinatè verbo propriam excellentiam, inuentio nouitatum, inclinans ad ostendendam inordinatè eadem veris factis, laude falsa, vel vana dignis. Hypocriſis, quæ ad idem, falsis factis inclinatur, pertinacia, ad inordinatè ostendendum iudicium inclinans, discordia, inclinans ad inordinatè ostendendum nostram voluntatem, voluntati alterius præstare. Contentio, inclinans ad inordinatè altercandum. Inobedientia, inclinans ad inordinatè reuendendum iussa, saltem quatenus iubentur.

Quinto, quòd præsumptio, & ambitio à vanagloria differunt, & nõ sunt eius filie, sed focie magnanimitati contrarie, secundum S. Thomam<sup>h</sup> Præsumptio enim, est vitium inclinans ad appetitum inordinatum eorum, quæ vires, vel merita excedunt. Ambitio verò, vitium inclinans ad inordinatum honoris appetitum.

12 Ex quibus inferitur, quòd peccat mortaliter primò, qui gloriam, laudem, aut famam appetit de re aliqua, quæ est peccatum mortale, puta ex duello, occisione, mutilatione, vel percussione iniustis, vel iustis in finem mortaliter malum directis: aut constituit vltimum finem in aliqua gloria famæ, vel laude, vel pro ea adipiscenda, vel non amittenda proponit frangere aliquam legem ad peccatũ mortale obligantem, vt faciunt mulier, quæ ne infametur, stupro contentit, & iudex, qui ne officium perdat, vel, vt aliud consequatur, iniuste iudicat: & concionator, qui ne pulpitem amittat, tacet vera, de præcepto dicenda, secundum

a Vbi supra. art. 4.

b Num. 6.

c Vbi supra.

d In dicto ar. 4.

a Num. 50. & 51.

b Num. 56.

c Ibidem nu. 338. d 2. 2. q. 147. artic. 1. & de malo. qu. 6. e Super Mat. c. 6. q. 3. ad iudicium, eius qua i. dem. S. Tho. dicit 1. 2. qu. 18. ar. 2. 4. & 9. f 2. 2. q. 142. art. 4. g Sup. nu. 5.

h Vbi supra.

e In cap. inter verba. 11. qu. 3. conclus. 4. & super in c. cū minister. 23. q. 5. n. 47. f Num. 47. g Num. 48. h Num. 49.





a Vbi sup. nu. 341. & seq.

omnes, vt a latè dixi. Appetere autem gloriam inordinatè de alijs, quæ non sunt peccata, aut non nisi venialia, nec directà in finem mortalem, aut non est peccatum, aut solùm veniale.

13. Secundò peccat, qui se, vel alium laudat de aliqua re mortaliter mala, vel falsa, aut vera, & non mortaliter mala: causam tamen præbens probabilem & verisimilem damni notabilis cultus Dei, aut boni proximi, asserendo se, vel alium bonum sacerdotem, bonum confessorium, bonum iudicem, bonum medicum, bonum præceptorem, cum esset malus, aut certè non tam bonus, cum obligatione restituendi damni, si quod intulit. b Dixi, damni notabilis: quia aliàs tantùm venialiter peccaret, vt dixi. c

Tertiò peccat, qui falsè laudatus, sciens, & aduertens inde aliquod damnum notabile insequutum, non contradicit, saltem quantum oportet, ad illi obuiandum: quamuis regulariter neque approbatio explicita, neque tacita falsa laudis erit plusquam venialis; si fuerit de re bona, aut saltem non nisi venialiter mala. immo non est peccatum, sed virtus audire sine contradictione falsam laudem, modò ea non delectetur eo respectu, quo est falsa, vel laus, mendacium, aut adulatio: alioquin esset saltem veniale, d vnde, qui de aliqua virtute, ad suum statum necessaria falsè laudatur, vt cum vxor occultè adultera de fidelitate laudatur, eam neque approbare, neque reiicere debet: immo neque peccat falsè laudatus, eò quòd gaudeat laudari, non ob falsam laudem: sed quia per opinionem, quam habent alij de virtute suo statui necessaria, euitatur scandalum, vt alibi e diximus.

Quartò peccat, qui res principaliter institutas ob honorem Dei, & cultum eius, & salutem animarum, principalitè, vel æquè principaliter ob vanam gloriam facit: quale est concionari, missam celebrare, precari, & id genus alia, secundum Abulensem f & Angelum g quod post alios alibi h efficaciter confutauimus, i dicentes solùm esse veniale. Nullum autem peccatum, immo meritum est facere illa principaliter propter Deum, vel quia sunt honesta, & sancta, & secundariò propter gloriam, vel laudem humanam in finem aptum relatum, per ibi dicta post S. Thomam. k

14. Quintò, qui presumit cum notabili irreuerentia Dei, vel damno notabili proximi spirituali, vel corporali: honoratio, vel pecuniatio, exercere officium, nesciens illud exercere, vt pote concionando, consulendo, medicando, vt nos post S. Thomam l latius alibi tractauimus: quamuis nõ sit, nisi veniale illud exercere absque irreuerentia, & damno notabili proximi.

Sextò peccat, qui aliena iurisdictione vtitur, aut sua extra suum territorium. m vel absoluit à peccatis, à quibus nõ potest: aut dispensat, vel commutat vota sine auctoritate ad id sufficienti, secundum S. Antonium. n

Septimò, qui confidit se gloriam æternam sine meritis consequuturum, aut meritis sui liberi arbitrij, absque gratia Dei, o quamuis sperare, se (etiam de condigno) gloriam æternam cum auxilio diuinæ gratiæ adepturum, est meritum, & actus spei virtutis Theologicæ, secundum S. Thomam receptum. p

Octauò peccat, qui confidit gratia Dei se priuatum non iri, nec punitum, quantumcumque peccator sit, asserens paritatem hominum causa paratum, & non bestiarum, iuxta Richardum. q

Nonò peccat, qui non abstinere ab occasione, qua semel peccauit mortaliter, associando, videndo, vel alloquendo aliquem: & postea non abstinere ab ea, secundum S. Antonium. r Quod est verum, si propter suam inconstantiam, vel fragilitatem probabiliter putat se succubiturum: alioquin non, nisi vt plurimum venialiter, si aliqua de causa ad id redeat, vt diximus alibi. s

15. Decimò peccat, qui ambit honorè de re, quæ est peccatum mortale, aut ad committendum mortale, aut in eo vltimum finem ponit, aut ita appetit, vt malit mortale aliquod committere, quam eum amittere, vel non adipisci. Quod est frequens in ambientibus, presertim per concursum, & oppositionem, cathedras, beneficia, officia, collegia, collationes, præsentationes, nominationes ad illa, secundum omnes: quamuis alias, regulariter, appetitus inordinatus honoris non excedat metas culpæ venialis, vt la-

b Arg. c. fi. de iniur. & l. qui occidit. ff. ad l. Aquil. c Vbi supra. num. 138.

d Ca. primū. 21. q. 2. c. super eo. de vsu.

e Vbi supra. num. 137.

f Super Mat. c. o. que st. 3. g Verb. vana gloria. h Vbi supra. nu. 347. rel. 101. i Et in d. c. cii minister. nu. 63. k 2. 2. q. 132.

l 2. 2. qu. 117. in d. ca. inter verba num. 100. cum seq. in S. Thom. 2. 2. q. 60. art. 6. n In 2. pa. tit. 3. cap. 6. §. 4.

o Ca. placuit. cum duobus seq. de conse. dist. 4. p 2. 2. q. 17. §. 1.

q In 3. dist. 32.

r Vbi supra.

s Vbi supra. nu. 433. cum seq. & latius supra c. 3. à n. 5.

A tius dixi alibi. a

Vndecimò peccat, qui appetit, vel accipit plura beneficia incompatibilia: sine iusta dispensatione, b aut plura compatibilia, quam quæ ad suam honestam sustentationem sufficiunt, iuxta glossam singularem c quæ in ius redacta videtur per sanctum Concilium Tridentinum, d per quod videtur sublata moderatio Cardinalis, e quatenus inquit, illam glossam procedere solùm in eo, qui capit plura beneficia (quorum vnum ei sufficit) ad viuendum fastuosius, vel ad thesaurizandum, & non in eo, qui quarit illa ad faciendum largiores elemosynas, & alia opera pia largiora, quem sequuti fuimus, f sed postea, g nouè conclusi, quòd prædicta opinio Cardinalis non habet locum quoad hoc, vt quis plura beneficia (quorum vnum sufficit) possit obtinere, sine dispensatione, sed sic, quoad hoc, vt possit dispensari iuste cum eo, qui non vt fastuosius viuat, vult illa, sed solùm ad faciendum plura opera pia, in quæ sola impendit redditus eorum, viuendo ex solo redditu beneficij sufficientis.

Duodecimò peccat, qui accipit beneficium Ecclesiasticum spirituale principaliter propter honorem, aut vtilitatem temporariam, secundum S. Antonium. h Quod limitem procedere in eo, qui est eo indignus ob ignorantiam, vel alium defectum: nam supra i diximus, quòd falsum est esse mortale facere ordinata ad cultum diuinum principaliter ob bona temporalia.

Decimotertio peccat, qui quarit officium aliquod, nesciens exercere illud, secundum S. Antonium. k Quod non procedit in eo, qui quarit illud fide bona, & animo vtendi consilio peritorum, quando fuerit ei necesse, & credit se habiturum opportunitatem vtendi illo, l quod frequens est in omnibus oppidis, & pagis, quibus iudices ignari iuris præficiuntur.

16. Decimoquartò peccat, qui per iactantiam, quæ filia primogenita vanæ gloriæ est, se, aut suos laudat, cum irreuerentia notabili Dei, aut cum iniuria, vel scandalo proximi notabili, vt Phariseus, qui dixit, m Non sum sicut ceteri hominum, nec sicut iste Publicanus. aut cum notabili damno proximi, puta asserendo falsò se, vel aliquem suorum esse magnum aduocatum, magnæ sanctitatis, &c. alias enim solùm est veniale, iuxta S. Thomam receptum n & Alexandrum Alensem. o

17. Decimoquintò peccat, qui per inuentionem nouitatum, filiam secundam vanæ gloriæ, adinuenit nouas epulas, nouas vestes, noua exercitia, & ludos: aut alia noua de se mortalia: aut in finem mortale directà: aut in iacturam notabilis cultus Dei: aut boni alieni publici, vel priuati, iuxta mentem omnium. Idem de illo, qui vtitur vestitu, aut ornatu, animo pelliciendi aliquem ad surconcupiscentiã mortalem, licet ea non sequatur, iuxta S. Thomam, p quia finis mortalis est, & ad minimum tam malus est actus, quam eius finis, q idem item de illo, qui ea se mente quouis ornatu ornat, vt non desisteret ab eo, etiam si veraretur aliqua lege ad mortale obligante, ob vanam, quam de eo capit delectationem. Tum quia contra caritatem Deo debitam facit, & consequenter peccat mortaliter. r Tum quia omne peccatum per eiusmodi complacentiam fit mortale, de tali enim complacentia, & non de qualibet alia \* debet intelligi illud B. Augustini. s Nullum peccatum, inquit, veniale est, quod non fiat criminale, dum placet. Idem de illo, qui ob ornatum omittit adimplere præceptum, vt qui ob eum omittit missam die festo. t

\* Debet illud B. Augustini. Hæc ipsa verba apud D. Augustinum reperire non potuimus, neque, etiam in Gregoriano decreto vnde excerpta sint, annotatur. Habet tamè sæpe Augustinus peccata multa venialia æquipollere mortalibus. vt in epist. 108. ad Seleucianam scribens. Peccata venialia si collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt & opprimunt, sicut vnum grande peccatum. Quid enim interest ad naufragium, vtum vno grãdi fluctu nauis operiatur & obruatur, an paulatim subrepens aqua in sentinam, & per negligentiam derelicta atque contempta nauem submergat? & in Psal. 39. Magna peccata præcaviisti, de minutis quid agis? An nõ times minuta? Proiecisti molem vide ne arena obruaris & in Psal. 129. Sed dicis minuta sunt, minuta sunt, sine quibus non potest esse ista vita. Congere minuta & faciunt ingentem acervum. Nam & gratia minuta sunt, & ramentum faciunt, & guttæ minutæ sunt, & flumina implent, & moles trahunt. Similia habere in Ioannem Tractat. 12. sub hncm.

18. Nemo tamen peccat ornando se etiam splendide pro

a Vbi supra. nu. 340. b Ca. de multa. de prob. c Recept. in c. dudum. 2. de elect. d Sess. 24. ca. 10. de reform. e In clem. gratia. de rescrip.

f In repet. ca. ad hac. de pr. g In Missel. de Orat. Missell. os.

h 2 par. tit. 5. ca. 5. §. 4. i Eo. c. nu. 13.

k Vbi supra. §. 5. & probat. l. idem iuris. §. 1. ff. ad l. Ag. & ca. non est putanda. 1. q. 1.

l Arg. l. clari iuris. C. de iur. & c. statutu. §. assessorum iuncto principio. de ref. li. 6. m Luc. 18. n Vbi supra. o 2. par. tit. de iactantia.

p 2. 2. q. 199. art. 2. q Capit. cum minister. 23. q. 5. & que ibi latè dixi post eundem S. Thom. recept. 1. 2. quæ. 10. a. 4. & 6. r S. Tho. 2. 2. q. 24. a. 10. & 11. s Relatum in eorum §. criminis. 25. dist. t Capi. missas de conse. di. 1.





a Ar. e. quif. qui. 4. di. c. qua. contra. moras. 8. diff.

b 2. 2. q. 109. art. 1.

c In diff. qu. 109. ar. 2. d. Verb. ornato.

c In e. 3. fup. cod.

f 2. 2. qu. 109. art. 2. ad 3. g In c. facere. de conf. diff. 5.

h Ca. dudum 2. de elect. c. l. illud. ff. ad l. Aquil. i In c. 18. fup. num. 5.

ks. par. 10. 4. cap. 7. l. Verb. ornato. 5. 7. m. Eod. verb. quaf. 9. n In c. si quis autem. de par. dif. 7. nu. 130.

fui ftatus decentia, & more regionis, modo id bono fine faciat: immo meretur, licet alius, vel alia ad eius concupifcentiam per accidés alliciat, a folumque venialiter peccat, qui etiam fi fit religiofus, vel religiofa, fe moderatè ornar. ob folam vanam leuitatem, oftentando fuam pulchritudinem, & elegantem corporis habitudinem, & compositionem abfque alio fine, vel circumftantia mortali, immo etiam fi notabiliter modum excedendo id faceret, vt egregiè adnotauit Caietanus, b & merito, quia licet id fit contra virtutem: non eft tamen magis contra caritatem Dei, proximi, vel propriam, quàm prodigalitas, quæ de fe non eft mortalis, vt infra dicitur, licet fit contra virtutem liberalitatis.

19 Nec mortaliter peccat, quâuis fic venialiter, qui contra morem fe ornat, modò id non veterur lege aliqua ad mortale obligante, nec confuetudine illi æquipollente, nec qui fe ornat fplendidiùs, quàm ftatus fuus requirit, nifi id effer in caufa non foluendi debita, vel non præbendi alimenta, cui præbere obligatur, etiam fi ob id alius ad mortaliter peccandum moueatur: quia eiuſmodi actus fuapte natura, vt plurimum ad folum veniale mouet, & ita, qui ob id mortaliter peccat, fua prauitate motus fic peccat, ex mète Caietani, c quem fequimur: quamuis in hoc, & nonnullis alijs, de quibus ftatim dicitur, Siluefter d & nonnulli alij contradicant: quia non fatiſ, vt dixit Caietanus, naturam peccati mortalis perpenderit: neque etiam fœminæ mortaliter peccat oftentates peççora nuda, quò pulchriores videantur abfque alia mala intentione mortali, fecundum eundem: quia id nullo iure naturali diuino, aut humano, faltem ad mortale obligante, veratur: nihil enim aliud eſt hoc, quàm pulchritudinem oftendere, quæ, quâuis ſumma effer, non tamen adeo incendit, vt ea, cui ineſt, dicatur peccare, eo quòd alius per eam mortaliter peccet: quod ille ibidem neruoſè probat, & deduci poteſt ex his, quæ de occasione vitanda, dicta ſunt, e quamquam cõſuetudo hæc digna fit, vt à locis, in quibus eſt, paulatim extirpetur: veſtire ſe tamen adeo tenui veſte, vt pudèda traluceat, eſt mortale tam viro, quàm fœminæ: quia eiuſmodi nuditas per ſe ad luxuriam mortalem prouocat, quod non facit peççorum nuditas, quæ per ſe ſolam pulchritudinis oftentionem reſpicit.

20 Non eſt tamen de ſe mortale, augere, & fingere pulchritudinem maiorem, quàm inſit, ornatu, & ſueo: licet fit quædam ſpecies mendacij operis, niſi ob luxuriam, vel alium finem mortalem id fiat, ſecundù S. Thomam, f quâuis fit graue veniale, ſicut diximus, g niſi fiat ad deformitatem aliquam obtegendam, iuxta eundem S. Thomam: nullo item eſt peccatum crinibus, ſiue capillis alienis vri, ad commodum ornatum: ſicut nec lana aliena, aut lino terræ vri ad ſe commodè veſtiendum: quia de ſimilibus idem iudicandum, h quamuis effer peccatum veniale vri eis fingendo eſſe proprios, quippe quod effer mendacium operis, iuxta dicta. i

21 Et vt confeſſarius abſoluere debet, quem videt, non niſi venialiter in hoc peccare: ſic etiam abſolutionem negare non debet ei, de quo intelligere nequit, an venialiter, an mortaliter peccet: quamuis perſuadere illi non poſſit, vt ab eo temperet, quia ſe mortaliter peccare non credit: nec perſuadeat ei eſſe mortale, quod forte tale non eſt, ne poſtea id faciens, quamuis non ſit mortale, peccet mortaliter, iuxta S. Antoninum, k Roſellam, l Silueſtrum. m Noſtro tamen iudicio cautiùs ageret reſoluendo ſe priùs per ſe, vel alios, an ſit mortale, necne, & poſtea impartiretur, aut negaret abſolutionem, per ea, per quæ alibi n diximus peccare iudicem, qui indicat, antequam dubietatem animi deponat: aut certè ei perſuadeat, antequam eum abſoluat, vt proponat ab illo abſtinere, ſi per viros idonea ſcientia, & conſciètia præditos mortale iudicetur: alioqui enim (niſi effer valdè doctus) non habet ſufficientem contritionem, aut attritionem.

22 Decimoſextò peccat mortaliter, quæ monialis, vel inhabilis ad contrahendum cum aliquibus id ſcientibus, ſe illis conſpiciendam offert, quò ab illis in vxorem ſine iuſta diſpenſatione expetatur: quia peccato mortali alieno conſentit. Sed quæ ad nubendum eſt idonea, licet nubere nolit, immo caſtitem, aut religionis ingreſſum ſecreto

A vouerit, licetè ſui conſpectum facere poteſt, & ſe ornare, & velle, vt ab aliquibus in vxorem appetatur, quò in alijs rebus ſibi, vel ſuis faueant, aut ob alium bonum finem: quia id nullo iure diuino, vel humano prohibetur, & cõſequenter non damnandum. a Nullatenus etiam peccat fœmina, quæ veſte virili ſe veſtit, nec vir qui fœminea iuſta de caufa, veluti ne ab inimicis agnoſcatur: aut quia alia veſte caret, vel ob honeſtam ſui, aut alterius oblectationem, ſecundum S. Thomam, b neque plusquam venialiter, ſi ob leuitatem id faciat, abſque alio fine, & circumſtantia mortali, iuxta Caietanum. c

B Decimoſeptimo peccat, qui veſtit ſe habitu religionis in opprobrium illius, aut vt eo ad turpia perſonatus ſiue laruatus, aut ſine larua vratur, d ſecus tamen ſi ad ſolam leuitatem, aut ad oblectationem, abſque malo fine eo vtatur: modo nullum inde opprobrium notabile religioni, vel alicui proximo contingat.

C 23 Porro curioſitas, quæ fatiſ cognata videtur huic ſecundæ filia vanagloria eſt, vitium mouès ad nimis, vel immoderatè ſciendum, ex mente S. Thomæ, e & ſemper eſt peccatum ſaltem veniale, f ſiue quis ira ſcire velit, per aliquem quinque ſenſuum exteriorum, ſiue interiorum, ſiue per intellectum: quia eſt contraria virtuti ſtudioſitati, de qua S. Thomas, g & rationi repugnat. Mortale verò tantum, quum aliqua circumſtantia mortalis ei adiungitur, ſecundum eundem, h & Caietanum i vt quum quis ſcire cupit aliquid, tranſgrediendo aliquam legem ad mortale obligantem, aut ob finem mortaliter malum, ſe, vel alium obſcuro periculo probabili perdendæ ſalutis animæ, vel corporis: vel proximum notabili damno honoris, vel fortunarum, per ſupradicta, & per dicenda. k

D 25 Exempla quædam vtilia, & quotidiana ſunt de virgine, volente curioſè noſſe, quanta ſit copulæ carnalis delectatio, quamuis eam experiri nolit, nã ſi eam experiri vellet, aliud peccatum luxuriæ, præter curioſitatem committeret, l de illo item, qui vult ſcire alienum peccatum conſultando confeſſionem ſacramentalem alteri factam, m & de illo, qui vt diſcat aliquid, miſſam præceptam omittit, aut maleficium aliquod conficit, aut diabolo ſe commendat, aut eum in magiſtrum ad diſcendum ſuſcipit per multa, quæ diximus alibi. n

E 26 Et de illo, qui cognitionem rerum officio ſuo neceſſarium negligit, quò non neceſſarias cognoſcat, vt parochus, qui ob ſtudium poëſis, vel officij mechanicij, ignorat res audiendis confeſſionibus, vel alijs agendis, officio ſuo neceſſarias, o vt diximus alibi, & p de illo, qui vitia alterius inquirat animo eum notabiliter infamandi, facere enim id bono animo, quò præclara imitemur, aut praua ex caritatis reguia corrigamus, ſine alia mala circumſtantia, virtutis actus eſt, q quia id non eſt appetitus inordinatus, ſed ordinatus.

F 27 Exemplum item eſt de illo, qui appetit ſcire aliqua ſecreta ab eo, qui abſque peccato mortali, non violando mortaliter legem naturalem, vel iuramentum, vel promiſſionem de ſecreto ſeruando, non poteſt ea illi reuelare, per dicta ſuprà. r

28 Et de viro volente videre fœminam nudam, vel eius pudenda, & de fœmina volente videre virum nudum, vel eius pudenda, credens, aut credere debens, ex illo aſpectu tali loco, & tempore habito conſenſum iri actui, aut delectationi mortali, aut pollutionem ſequuturam.

29 Et de illo, qui vt ſciat quantam in caſtitate conſtantiam ipſe, & alia habeat, loquitur ſolus cum ſola tempore, & loco ſecreto credens, aut credere debens, ſe cauſam fore, vt alteruter eorum alicui mortali ſaltem delectationis moroſæ conſentiat.

30 Et de illo, qui legit, vel audit libros amorum, & geſtorum laſciuorum, & luxurioſorum, credens, aut credere debens, ſe vel alium conſenſurum ſaltem alicui delectationi moroſæ \* iuxta mète S. Iſidori, s & S. Antonini, t & certè è Republ. Chriſtiana foret, ne libri Ouidij amatorij in ſcholis legerètur, nec Martialis, Iuuenalis, Catulli, Tibulli, Propertij, Plautij, Terentij, & alij eius generis, niſi purgati à locis libidinis inſcentiis.

\* Iuxta mentem S. Iſidori. S. Iſidorus in libr. 3. ſententiarum de ſummo bono ca. 13. hoc habet his verbis. Ideo prohibentur Chriſtiani

a Ca. confe. luſti. 2. qu. 4.

b 2. 2. q. 109. art. 2. ad 3. c Ibidem.

d Arg. cum decorum. de vit. c. bon. neſt. de. c. auct. de ſub. Epif. 5. ſ. coll. 9.

e 2. 2. q. 107. c. 5. dno. 2. par. ſit. 2. c. 7. 5. 2.

f Cap. monno. 37. diff.

g 2. 2. q. 166. h d. q. 167. ar. 1.

i In ſummo verb. curioſitate.

k Cap. ſeq. de quinq. ſenſibus.

l Ca. 2. 2. q. 107. art. 2. m Ar. c. om. ni. de pe. c. remiſſi.

n In ca. ſen. de iud. no. 1. nu. 12. c. ſeq.

o Cap. ſacer. dotes. 37. diſ. p In anchor. dio de Ora. 13. nu. 175. c. in d. ca. noui. nos. 2. numer. 14. c. nu. 15. q. S. Tho. 2. 2. q. 10. art. 2. ad 4.

r Cap. 12. nu. 23. c. 18. 62.

s Capis. idem. 37. diſ. t 2. pa. 13. c. 7. 5. 2.



figmenta legere poetarum, quia per oblectamenta inania fabularum mentem excitant ad incentiuam libidinum. Non enim solum thura offerendo demonibus immolatur, sed etiam eorum dicta libentius capiend.

31 Et consequenter etiam celestia liber vulgo adeo plausibilis, nisi magna ex parte purgatus: quin & reuocantur in scholas Grammaticas, hymni, & orationes, quas collectas vocant, Homiliae, & auctores Christiani egregie latini, qui ferè soli olim in eis praelegebantur, vt late diximus, quo pueri simul cum literis pietate imbiberent.

32 Decimo octauo peccat, qui per Hypocrisim tertiam filiam vanagloriae modo dicto, vel pertinaciam, quartam filiam, inordinatè suam opinionem defendit in iis, quae ad fidem Catholicam, & mores pertinent, contra communem sensum doctorum Ecclesiae, aut in damnum iniustum proximi notabile: aliàs enim pertinacia est venialis, praefertim quando se continet intra metas intellectus, credendo, & operando secundum communem Ecclesiae doctrinam iuxta Caietanum. c

33 Decimono nono peccat, qui per discordiam inordinatam quintam filiam vanagloriae, voluntati alterius non vult suam conformare circa doctrinam boni diuini, aut humani necessarii, ad salutem propriam, aut alienam, animae, vel corporis, aut honoris, vel alterius boni proximi, secundum mentem S. Thomae, d nam solum veniale est discordare sic in aliis, etiam sub poena venialis tantum praecipit: neque etiam veniale in eis, in quibus etiam sub poena venialis concordare non tenetur: vt non concordare roganti, vt ambo religionem ingrediantur, aut ieiuent, &c. secundum eisdem. e

34 Vigesimo, qui per contentionem, sextam filiam vanagloriae, contra perspicuam veritatem altercatur circa pertinentia ad sanctam fidem Catholicam, aut ad salutem animae, aut corporis necessaria: aliàs enim non peccat nisi venialiter, iuxta Caietanum. f

De inobedientia septima filia vanagloriae.

- 35 Obedientia, & inobedientia specialis, & generalis quid.
35 Inobedientia, qua mortalis. & 36.
37 Obediendum, in quo non est superiori. & 4. seq.
42 Contemptus legis verus quid, & quis presumptus.
43 Legis obligantis ad mortale, etiam recepta transgressionem, qua excusent. & 44.
45 Ignorantia triplex, & quid vnaquaeque illarum. & 46.
47 Ignorantia interdum excusat à poena legis, & ab ea.
47 Officium, vel artem sine peritia, & scientia exercens quis peccet.
48 Lex, qua humana obliget ad mortale. & seq.
49 Lex concepta verbo constituitur, & non praecipit, quid faciat.
50 Legis nulli vnicuique originario significato signat mortale.
51 Leges multae naturales ad solum veniale obligant.
62 Lex Ecclesiastica verbis praecipit, maxime istis vtens ad mortale obligat, secus de seculari, qua tamen non tollit poenam per aliam statutam. & seq.
56 Lex pure poenalis, & mixta, vt differant.
57 Poena magna, vt potest esse iusta sine culpa. & seq.
62 Vidua fornicata peccat, fruendo re à marito relicta, vt castè viuat.
63 Lex in parte recepta, ad eam ligat.
63 Poena exclusionis à collegio ipso iure incurta non tenetur quis in conscientia.
64 Commissum capitur iuste in conscientia, & etiam tacetur.
65 Laudemium soluere non tenetur donans, sed sic vendens.
66 Poena etiam ipso iure imposita non debetur in conscientia foro, nisi, &c. num. 67.
68 Consuetudo optima legis interpret.

35 **D**E inobedientia septima filia vanagloriae dicendum primò, quod obedientia, prout est specialis virtus, est virtus inclinans ad faciendum, quod iubetur eo principaliter, quod iubetur. Et contra inobedientia, prout est speciale vitium, est vitium inclinans ad non faciendum, quod iubetur, eo principaliter, quod iubetur, vt singulariter tradit S. Thomas receptus, & ita quod ex duobus conficitur inobedientia specialis, scilicet ex non faciendò iustum, & ex ani-

A mo non faciendi illud, eo principaliter, quod iubetur. Et è contrario obedientia, prout est virtus generalis, comprehendit omnes virtutum omnium actus, quibus fit, quod iubetur, siue faciendò, siue omittendò: & inobedientia, prout est generale vitium omnes actus omnium vitiorum, quibus non fit, quod iubetur, siue faciendò, siue omittendò, secundum eundem, a receptum. Et ita non est inobedientia, non facere còsultum, sed sic non facere iustum, etià si non obliget ad plusquam veniale, vt probat Caietanus. b

36 Est tamen hoc discrimen, quod non facere iustum obligans ad mortale, est mortale, quamuis non omittatur eo quod iubetur. Non facere autè, quod ad solum veniale obligat, non nisi quando omittitur eo principaliter quod iubetur, quae est inobedientia specialis, vt idem ibidem subtiliter declarat. Hoc praemisso dico, quod peccat, qui delibere omittit facere, quod sibi iubetur satis aperte à Superiore, animo eum obligandi ad mortale nesciens id sibi ab eo iuberi non posse. c Dixi, deliberatè, quia primus motus, quo renuitur iustus, solum est venialis, secundum eundem S. Thomam. d Dixi, quod sibi iubetur, quia omittit còsultum, non est de se vllum peccatum. e

37 Dixi, animo eum ad mortale obligandi: quia aliàs non peccaret mortaliter. Dixi, nesciens id sibi ab eo iuberi non posse. Tum quia non oportet, quod sciat, id ab eo iuberi posse, satis enim est, vt dubitet de illo, f quamuis talem dubietatem deponere debet, priusquam faciat, credendo id posse sibi iuberi propter auctoritatem eius, ne faciendo contra conscientiam dubiam, peccet, per ea quae dixi aliàs. g

38 Si tamen crederet probabiliter superiorem per errorem iussisse, aut non iussurum fuisse, si veritatem nosset, non peccaret, non parendo. h Tum quia multa sunt, ad quae superior subditum obligare non potest, secundum S. Thomam receptum, i quale est contrarium praecipit superioris iubetis, scilicet Dei, Papae, Ecclesiae, aut alterius, k quale illud ad quod iubentis potestas non se extendit, vt sunt actus omnino interiores, quibus non est opus praecipit exterioribus implendis, vt post eundem ibidem dixi alibi, l vt etià sunt actus spirituales respectu superioris secularis, m & vt actus gubernandi Ciuitatem respectu ducis exercitus. n R uelatio item peccati omnino occulti, o & iteratio confessio nis legitime respectu omnium, vt dictum est supra. p

39 Qualis etiam iustus, ne iubentis Superiorem alloquatur, quales asperitates religionis, ad quas nec expressè, nec tacitè regula extenditur, q nisi in poenam contumaciae, vel alius delicti imponantur. r Qualia item alia impertinentia ordini, & regulae, vt sublatio paleae à terra, aut intuitio volatus auium diu continuatus iuxta Siluestrum. s Non est tamen tale, id quod est contra regulam suam, & ordinem, aut legem, ad quod Praelatus dispensare potest, quia si iusta de causa id ei iuberet, parere deberet, vt si praeciperet subdito, ne ieiunaret tali, aut tali die praecipit per legem, aut regulam, eo quod credit probabiliter eum esse ad id impotentem: quamuis si sciret Superiorem falli non teneretur per supra dicta, t quicquid dicat Rosella, v quia magis oportet obedire Deo, quam hominibus. x Dixi, satis aperte, quia sufficit, vt iubeatur verbis claris, vel obsecris, satis id significantibus. Sufficit enim, vt intentio iubentis, quod ita voluit iubere intelligatur. y

40 Dicendum secundò, peccare primò, qui transgreditur legem humanam iustam, promulgatam, & receptam, & non abrogatam, obligatam ad mortale sine iusta ignorantia id causante, aut alia iusta causa, aut dispensatione valida, elapso tempore, quod ad obligandum requiritur. z Dixi, Legem humanam, & non canonicam, quia etiam contra saecularem potest mortaliter peccare iuxta glossam receptam, a quamuis illa mihi hoc non dicat. Dixi, iustam, quia iniusta non obligat, qualis est facta à non habente potestatem, b aut principaliter ob utilitatem priuatam, non autem publicam secundum S. Thomam, c aut contra diuinam naturalem, aut supernaturalem, d & quae subditis est inaequalis. e Dixi, Promulgatam, quoniam lex ante promulgationem, non obligat, f quod rectè defendit Decius. g

41 Dixi, Receptam, quia antequam recipiatur, saltem per maiorem partem vniuersitatis, cuius pars est transgressor, non ligat: quoniam promulgari videtur cum conditione, si recipiatur, saltem per maiorem partem, vt singulariter dixit

a Vbi supra.
b In d. arti. 2.
c Capit. 2. de Maior. & obed. ca. scient. dum. 8. qu. 1. d. 2. 2. qu. 105. art. 1. ad 2. e §. 3. dis. & Caiet. d. qua. 104. art. 4. f Capit. quod culpatur. 23. q. 1. g In capit. si quis autem. de poenit. dist. 7. nu. 81. cum seq. & supra. ca. 10. nu. 40. & seq. h Cap. si quae do. & c. pastoralis de resc. i In d. q. 104. art. 5. & in c. 13. ad Rom. k Capi. si dominus. ca. qui resistit. 11. q. 3. l In c. cogitationis. de poen. d. 1. m Cap. fin. de reb. Eccles. c. Ecclesia. de conf. n l magisterij C. de iuri. om. iudic. o Cap. erubescant. 32. disti. p Cap. proximo nu. 43. & c. 9. n. 14. & seq. q Capi. gesta. 74. dist. r Capit. dilectus. 2. c. quoniam de sim. s Verb. relig. 6. q. 6. t Syl. ubi sup. v Ver. obedie. tia. §. 10. x Acto. 5. & d. c. si dominus. 11. qu. 1. y Cap. intell. gètia. de ver. sign. ca. rogo. 11. q. 3. ca. dilectissimis. 12. qu. 1. cle. 1. de testa. adiunctis gl. & annot. per Fely. in ca. nam de conf. z Capit. 2. de Maior. & ob. c. 1. 14. q. 5. a In c. qua in ecclesiarum. b Arg. c. 2. de constit. libr. 6. & l. si. ff. de iur. iur. om. iud. c 1. 2. q. 90. a. 3. d Capit. oris. autem lex. 4. dist. e Ca. cū omnes. de confi. & Panormi. recep. in cap. 1. eodem. titu. f Capit. in istis. §. leges. 4. dist. g In cap. 2. de constit.

a In Enchiridio de Orat. c. 19. nu. 172. & seq. b Supra. c. 18. nu. 8.

c In Summa verb. pertinacia.

d 2. 2. q. 37. a. 1. & Caieta. in Summa. verb. discordia.

e Vbi supra.

f In Summa ver. consilio.

g 2. 2. q. 104. art. 2.



a In di. § le-  
ges.  
b Et in c. 2. de  
constit.  
c In capi. 1. de  
reug. & pac.  
à n. 12.  
d Capi. 1. de  
constit. li. 6. &  
glo. & omnes  
in c. 1. eod. tit.  
e Ca. unum.  
§. criminis.  
25. dif.  
f §. fu. 4. dif.  
g In c. 1. q. 1.  
g lux. gloss.  
sing. cap. quis  
autem. 10. di.  
ut dictum est  
supra. ca. 20.  
num. 2.  
h 2. 2. q. 189.  
art. 9.  
i In c. quicum  
que. 81. distin.  
k In c. nullus.  
55. dif.  
l In capi. cum  
quidam. de  
iureiu. colo. 3.  
§. 4.  
m 2. 2. q. 188.  
art. 9.  
n In Quod  
lib. 1. q. 19.  
o Ver. in obe-  
dientia. §. 1.  
p Ver. feria.  
§. 2. & alibi  
sup.  
p Ca. sua. de  
spons. c. huma-  
na. 22. qu. 5.  
q In c. metro-  
polititanum. 2.  
qu. 7.  
r 1. 2. q. 96. a.  
6. §. 2. 2. qu. 2.  
147. art. 3.  
s In c. utinã.  
76. dif.  
t In rubri. de  
obser. ieu.  
v Per glos.  
sing. & recep-  
tam in l. tale  
pactum. §. qui  
pronocauit. ff.  
de pact.  
x In 4. dif. 15.  
qu. 4.  
y Ver. ieu-  
nium. q. 8.  
z 2. 2. q. 147.  
ar. 3.  
a c. 1. de vor.  
§. ca. de mul-  
sa. de pra.  
b In c. c. non  
liceat Papa  
11. qu. 2. §. 4.  
c Auth. vsa  
ita non e con-  
stitutiones.  
col. 5.  
d In ca. 2. de  
const.  
e Ca. presu-  
mitur. de reg.  
iur. lib. 6.  
f Psal. 35. vel.  
in c. ideo. 37. d.  
g Cap. 17. n.  
177.  
h 1. q. 4. §. no-  
tandum.  
i Vbi sup. qu.  
76. art. 3.  
k Argu. capi.  
appellans. iu-  
sta. glo. 2. de  
fer. & coru qua

Dominicus, a per recentiores receptus ibi, b & profun-  
dius Felinus. c Dixi, Non abrogatam, quoniam abrogata per  
aliam legem contrariam, aut per consuetudinem, non ob-  
ligat. d Dixi, Que ad mortale obligat, quia transgrediens eam,  
quæ solum ad peccatū veniale obligat, venialiter tantum  
peccat, e qui autem solum consultoriã, vel exhortatoriam,  
nec etiam venialiter peccat, f nisi faciat id ex contemptu. §  
42 Dicitur autem transgredi legem ex contemptu, quif-  
quis principaliter mouetur ad id, eò quòd illam, vel illius  
auctoritatem paruifacit: non autem qui mouetur, & indu-  
citur ad id principaliter per iram, auaritiam, aut aliam cau-  
sam, etiam iniustam, secundum vtrumque Thomam, h &  
Archidiaconū i & Dominicū k quantumlibet illud inuoluat  
Felinus. l Nec etiam ad id satis est consuetudo peccandi,  
iuxta S. Thomæ mentem, m quam optimè, & dilucidè de-  
clarat Caietanus quidquid dicat Richardus n quæ sequitur  
Angelus, o quia quauis consuetudo multum faciat, ad præ-  
sumendum contemptum in foro exteriori, nil tamen facit  
quoad interius, vbi sola veritas cõsideratur, iuxta iura, p vt  
etiam illa glossa celebris, q quæ dicit, eum qui sine iusta causa  
transgreditur, videri contemnere, intelligenda est in foro exte-  
riori, non interiori, per prædicta. Verum tamen est, con-  
suetudinem transgrediendi aliquã legem multum incitare  
ad contemnendam illam, ideòque ab ea cauendum est.  
43 Dixi, Sine iusta causa: quia hæc semper à mortali excu-  
sat, iuxta mentem S. Thomæ r & Archidiaconi s & Panor-  
mitani. t Illa verò causa videtur iusta, propter quam legis-  
lator si præsens foret, eum excusaret, v & etiam causa, quæ  
bona fide pro iusta habetur, & ob quam, nisi talem eam  
iudicaret, contra legem non faceret, à peccato mortali excu-  
sati: quamuis non à veniali, iuxta mentem Paludani, x &  
Siluestri y quod singulariter explicat Caietanus. z  
44 Dixi, Sine iusta dispensatione, quia si est iusta, omnino  
excusat, a immo & si est iniusta, eo solo, quòd sit data sine  
iusta causa, modo dicitur absque surreptione per eum, qui  
sine causa iusta validè potest dispensare, licet sic dispensan-  
do peccet, excusat saltem à mortali, secundum omnes, licet  
quandoque non à veniali, iuxta ea, quæ nuper scripsimus. b  
Dixi, Elapso tempore, quia constitutiones Pontificiæ, vel im-  
peratoris non obligat, nisi post tempus in ipsis præfixum,  
si quod præfixatur, aliàs post duos menses ab ipsarum pro-  
mulgatione facta in prouincia, c iuxta opinionem com-  
munem, & veram Antonij quam tenuimus. d Quamuis lex  
inferiorum, quæ non præfigit tempus, simulatque promul-  
gatur, & scitur, liget, iuxta cõmunem (& etiam Põtificia, &  
Imperatoria, si in illa dicatur, vt iã inde à principio obli-  
get) quo ad pœnam intrinsecam irritationis actus per eam  
prohibiti: nam quo ad pœnam extrinsecam, semper iusta  
ignorantia excusat, etiam post quemcumque temporis  
lapsum, licet postea non ita præsumatur sicut antea. e  
45 Dixi, Sine ignorantia iusta causante illud: quia vt excuset,  
oportet quod sit iusta, & causa actus, est enim triplex, præ-  
fata ignorantia, nempe, Affectata, crassa, siue supina, & iu-  
sta. Affectata siue optata est, qua quis ignorat quod scire  
tenetur: quia non vult scire, quòd liberius absque suæ con-  
scientiæ contradictione, vel alia causa iniusta peccet, iuxta  
illud Dauidis. f Noluit intelligere, vt bene ageret, quæ adeo  
non excusat, aut minuit peccatum, vt etiam augeat ob cir-  
cumstantiam mali desiderij. Crassa verò siue supina est,  
qua quis ignorat id, quod communiter omnes sui ordinis  
sciunt, quod contingit per culpam latam, de qua supra, §  
quæ excusat à tanto, sed non à toto.  
46 Iusta verò (quæ à Theologis inuincibilis, & à nostris  
probabilis appellatur) est, qua quis ignorat quòd nõ oportet  
eum scire, h & qua communiter homines eiusdem ordi-  
nis adhibita debita diligentia laborant, iuxta S. Thomã  
qualis est eius, qui petit consilium à viris habitis pro præ-  
ditis scientia, & conscientia in id sufficienti, qui falsè illi  
consulunt, k & hæc omnino excusat, quãdo est causa actus:  
ignorantia enim interdum est peccati causa, interdum nõ,  
sed eius comes. Est causa, quando actus non fieret, nisi  
ignoraretur. Est solum comes, quando peccaretur, etiam si  
sciretur: & hæc numquam à culpa excusat: illa verò inter-  
dum omnino, interdum ex parte, vt prædictum est.  
47 Ex quo sequitur, quod non excusantur omnino præ-  
fer. & coru qua tradit Alexan. cons. 1. col. 4. volu. 2. & S. Anton. 1. par. tit. 3. c. 10. §. 1

A lati, medici, aduocati, & alij officiales, qui suas artes exer-  
cent sine iusta scientia, & notitia eorum, quæ sua officia, &  
munera prærequirunt: cum inde notabile dānum spirituale,  
aut corporale proximis euerturum probabiliter credi pos-  
sit: quia eorum ignorantia non est iusta, cum sit eorum, quæ  
sui ordinis homines communiter scire solent, & debent. a  
Addo his, quod licet ignorantia cõmuniter nequeat esse  
iusta circa legem naturalem, vel diuinã: quo ad eius dispo-  
sitionem, & quatenus est talis: potest tamè esse iusta quo ad  
pœnã humanit̃ statutã, si illa est excõmunicationis, secun-  
dum Antoniu b pro quo est casus in iure. c Immo etiã si sit  
alia quælibet cõmuniter nõ statuta eadẽ ratione, vt effica-  
citer defendimus d post S. Antoninũ, e cui cõsentit Ange-  
lus, f & Siluester § & Caietanus. h Quod maximè procedit  
in foro cõscientiæ, quo ad quod multos pios quis cõsolari  
potest, maximè in materia censurarum, & irregularitatum.

Quæ lex humana obligat ad mortale.

48 **E**ST tamen quæstio, quam hoc in loco op-  
taueramus, vt definiretur à sacrosancto  
Concilio Tridentino, quod & optauerunt  
alij, in quibus fuerunt Caietanus i & Hen-  
ricus. k Quæ lex humana obligat ad mor-  
tale. Pro cuius aliquali explicatione hico primò iuxta do-  
ctrinam S. Thomæ l communiter per Theologos, & Ca-  
nonistas approbatam m nõ solum leges diuinas, sed etiam  
humanas iustas, etiam quatenus sunt humanæ, tam sæcula-  
res, quam Ecclesiasticas posse obligare, etiam in foro con-  
scientiæ, ad peccatum veniale, immo & mortale, n & alia  
multa, quæ nuper adduximus in quodam nostro commen-  
tario o addendo, mutando, & detrahendo multa iis, quæ  
Castrensis copiosè scripsit in duobus libris p in quorum  
priori q latè hoc deducit. Quod ipsum etiam facere pos-  
sunt statuta ciuitatum, iuxta glossam singularem r recep-  
tam quo ad hoc: quamuis illa id mihi non satis dicat. Im-  
mo & de facto obligant ad mortale illæ leges, & statuta,  
quorum auctores intendunt per illa ad mortale obligare,  
iuxta cõmunem, saltem si vt tales receptæ sunt: quod  
addo, propter io. dictum infra positum.

49 Secundò, quòd nullæ leges, quarum latores id non  
intenderunt, obligant ad mortale. Tum quia nec vllè diui-  
næ consultoriæ, etiam ad veniale obligant, iuxta S. Augu-  
stinum receptum s & aliquot earum præceptuarum tantum  
ad veniale obligant secundũ Caietanum. t Tum quia  
vt dixit S. Thomas v receptus à Ioanne Andrea & aliis x  
statuta Dominicanorum non obligant ad mortale, nec  
veniale: sed solum ad pœnam exteriorem: quia eorum au-  
ctores hanc vim illis tribuere noluerunt. Tum quia actus  
agentium non operantur vltra intentionem eorum. y

Tertiò, quòd non obligant ad mortale leges etiam ca-  
nonicæ, quæ nõ habent verba præceptiua, vel prohibitiua:  
sed solum ordinatiua, vel cõstitutiuua, etiam si sint impera-  
tium modi, qualia sunt illa: facite, dicite, faciant, dicant, z & alia  
similia, quæ iuxta cõmunem intelligentiam non signifi-  
cant præceptum, nec prohibitionem, iuxta S. Thomã com-  
muniter receptum, a probatũ à Panormitano & cõmunib, b  
licet Felinus c contra senserit, d cuius opinio procedit in  
illis, quæ ponuntur in materia, quæ de se ad mortale obli-  
gat, quia fundameta eius ad illa sola extendi videntur, & id  
sentit glossa recepta. e Quamuis tunc non tam obligat illa  
lex, quam alia, quæ eiusmodi materiam talem fecit. Exem-  
plum in cap. statuumus, f in quo verbum, statuere, importat  
præceptum, eo quòd ponitur in materia aliàs præcepta, sci-  
licet transactionis iustæ, quæ præcipitur seruari. § Ratio  
huius tertij dicti est, quia illa verba videntur significare,  
quòd quamuis auctor eiusmodi legis habeat animum, vt  
actus transgrediendi illã legem sit vitiosus, licet ante illam  
fuisset indifferēs, & cõsequenter voluerit obligare ad ve-  
niale, quia vt minimum tale est quilibet act⁹ vitiosus: quia  
tamen nõ præcipit, nec prohibet, videtur noluisse obliga-  
re ad mortale, iuxta singularem declarationem Caietani. h

50 Quartò, quòd nullum est verbum Latinum, quod so-  
lum in aliqua lege positum sufficietè significet suo signi-  
ficatu originario mentem illius latoris fuisse transgresso-  
rem obligare ad mortale, nec consequenter illa verba. Te-  
neatur, Debeat, Obligetur: nec illa, Præcipimus, Obligamus, Veta-

a Per l. idem  
iuris. §. 1. ff.  
ad leg. Aqu.  
§. ca. non est  
putanda. l. q.  
1.  
b In ca. à no-  
bis. l. de seni.  
excom.  
c In c. 2. de cõ-  
sti. lib. 6.  
d In cap. 2. de  
const.  
e 3. pa. 1. 24.  
cap. 33. sub ff.  
f Verbo igno-  
rantia. §. 4.  
g Ver. ignorã-  
tia. qu. 8.  
h 2. 2. q. 76. a.  
3. col. 2.  
i 2. 2. qu. 186.  
art. 9. col. 4.  
k Desinod. 3.  
par. art. 1. nu.  
270.  
l 1. 2. qu. 69.  
art. 5.  
m In ca. 1. de  
consti.  
n Per c. 13. ad  
Rom.  
o In commẽt.  
cap. fraterni-  
tas 12. qu. 2.  
p de leg. pœn.  
q Cap. 4.  
r Cap. quæ in  
Eccles. de con-  
sti.  
s Ca. vlt. 14.  
qu. 1.  
t Tom. 1. tra-  
ctat. 25. qu. 1.  
v 2. 2. q. 186.  
art. 9. ad. 1.  
x In c. relatũ.  
ne cleric. vel  
monach.  
y l. non ois-  
si cert. peti.  
l. in agris. ff.  
de acquir. rer.  
dom.  
z Cle. exci-  
§. & quia de  
verb. signific.  
a In dicto. ar.  
9.  
b In c. nam de  
consti.  
c lbi.  
d Col. 3.  
e In clem. 2.  
de testi. ver.  
exhortamur.  
f De trans.  
g Per c. quali-  
ter. de pact.  
§. l. 1. ff. eod.  
h 1. 2. q. 69. a.  
4. & d. opus.  
25. qu. 1.



a Arg. c. i. de deponj. imp. & princip. re gula S. Aug. & eorū, qua habentur o. Et sic de præcepto, quod sit actus prudentia. b l. interpretatiōe & l. si præses ff. de pœnis. & ca. in pœn. de re. iur. lib. 6. c. Vbi supra. d. 2. q. 4. 4. e. q. 56. f. q. 122. g. q. 146. h. q. 170. i. 2. q. 186. art. 9. k. Lib. 1. de le. pœn. cap. 5. l. In c. fratemi. sa. 12. q. 2. m. §. cum au. tem. de verbor. signi.

n In d. ca. nã. o. Vt in clem. dudum. de sepul. in prin. p. Glo. clem. si dominum. §. ideoque. de verbor. q. Clem. 1. de immu. eccles. l. In c. de pœ. tract. de ieiunio col. 35. s. In d. c. s. t. In c. gl. c. 1. de rescri. li. 6. v. In l. 1. ff. de iust. & iur.

x l. illud ff. de acquir. heredit. ca. præse. rea. de offic. deleg. y. Ca. penule. de sens. excō. z. Cas. in di. art. 9. a. Cap. nemo. c. nullus. 11. q. 1. b. l. d. i. d. a. 9. c. Vbi supra. cap. 5. d. Cap. si ciuitas & c. si sententia de sentent. excom. li. 6. & c. si quis viduam. cum gl. 55. diff.

mus, Inhibemus, Mandamus, Prohibemus. Tum quia sunt generalia, & tam apta ad inducendam obligationem ad culpam venialem, quàm ad mortalem. <sup>a</sup> Atque ideo in dubio intelligenda potius de culpa, & pœna veniali, quàm de mortali: cum leges, quæ rectè possunt intelligi de pœna maiori, & minori, in dubio de minori intelligendæ sint. <sup>b</sup> 51 Tum quia multæ leges, etiam diuinæ, & naturales præceptiuæ ad solum veniale obligant, vt probat Caietanus, <sup>c</sup> qualis est lex de non mentiendo iocose, aut officiose sine damno alterius: qualis item lex de non furando minima, de non ridendo immoderatè: omnes enim hæ leges præceptiuæ: earum tamen transgressio est solum venialis, secundum omnes Catholicos. Tum quia S. Thomas agēs de præceptis caritatis, <sup>d</sup> & prudentiæ, <sup>e</sup> & iustitiæ, <sup>f</sup> & fortitudinis, <sup>g</sup> & tēperantiæ, <sup>h</sup> ita cōprehendit ea quæ obligat ad veniale, sicut quæ ad mortale: quòd speciatim tradit Caietanus <sup>i</sup> & à Castro tacito eodē, <sup>k</sup> & nos nuper dixim<sup>o</sup>. <sup>l</sup> 52 Dixi, De se, & suo originario significatu: nam de accidentali, quem vltus Ecclesiasticus, & communis interpretatio Conciliorum, Pontificum, & aliorum Prælatorum, & Doctorum illis tribuit, omnia & singula verba præceptiuæ, & prohibitiuæ posita in lege Ecclesiastica, significant in dubio cōditorem eius habere animum obligandi ad mortale: nisi aliud in ea positum contrarium indicet per d. clem. exim<sup>o</sup>, <sup>m</sup> quæ habet, S. Franciscum noluisse obligare omnes suos religiosos æqualiter ad omnia, quæ sua regula continet, eo quòd ad aliqua ex regula addidit verbum, *Præcipiens*, quod ex vi sua ad mortale obligat, & ad aliqua non. <sup>53</sup> Et quamuis responderi posset, esse ibi speciale in hoc verbo, *Præcipio*, posito in ore tam magni Sancti, & auctoris tam sanctæ, & arctæ regula, & ad subditos tãtæ perfectiōnis, & asperitatis: quamuis item fortè expediret respondere, quo obligatio multarum legum Ecclesiasticarum antiquarum suo pristino statui obligandi restitueretur: quia tamen illa clemēt. dicit, quod ex significatiōe, & vi verbi præceptiuæ nascitur eiusmodi obligatio, tutius esse censeo quousq; aliter interpretetur sancta sedes Apostolica, sequi prædictos patres clarissimos, & consequenter concedendum est vnū, quod est satis durū populo Christiano, quod intentio cuiuslibet legislatoris Ecclesiastici, vtentis in sua lege verbo præceptiuo, aut prohibitiuo, est obligare ad mortale, vt tenet cōmunis, <sup>n</sup> nisi per aliquod aliud verbum aut signū exprimat contrarium, aut significetur. Et à fortiori si ita dicat, *Arctè præcipimus*, <sup>o</sup> & adhuc à fortiori si ita, *In virtute sanctæ obedientiæ præcipimus*. <sup>p</sup> aut, *Sub obestatione iudicij diuini*, <sup>q</sup> cum per eiusmodi additiones obligationis incrementum significetur. Propter quod iustus nobis videtur, quod doctissim<sup>o</sup> Medina dicit, <sup>r</sup> quàm dictū Castrensis, <sup>s</sup> scilicet hoc verbum (*oportet*) in lege canonica positum tantum obligare, quam illud (*debet*) aut (*obligatur*) quia vsus sacrorum canonum, & ipsorum interpretum ita cōmuniter interpretatur iuxta glossam <sup>t</sup> & Fortuniu<sup>m</sup>: <sup>v</sup> à fortiori lex, quæ continet pœnam præsupponentem peccatum mortale ad hoc obligat: quauis verba præceptiuæ, & prohibentiæ non cōtineat: cum illa magis, quàm prædicta verba animū ad mortale obligandi significet: nam qui vult aliquid, videtur velle aliud, sine quo id esse non potest. <sup>x</sup> Atque ideo ad mortale obligat lex, quæ præcipit, aut vetat aliquid sub pœna excommunicationis maioris, aut simpliciter sub pœna excōmunicatiōis: quia de maiori intelligitur, <sup>y</sup> siue addatur, ipso iure, siue non, <sup>z</sup> quia excōmunicatio maior præsupponit peccatū mortale, <sup>a</sup> nisi prærequirat monitiōem iuxta Caietanū <sup>b</sup> & Castrēm. <sup>c</sup> Non est tamē idē de pœna suspensionis, interdicti, aut irregularitatis, quæ aliquādo sine culpa adhibetur. <sup>d</sup> Sed sic de æternæ indignationis Dei, & SS. Petri, & Pauli, aut alia simili, quæ solum in statu infelici peccati mortalis locū habet. Et idem dicendū est de lege, quæ continet has, & alias cōiunctim pœnas tēporarias. <sup>54</sup> Quinto, ex hoc quarto dicto sequitur, quòd leges sæculares ad mortale non obligant eo solo, quòd verba præceptiuæ, & prohibitiuæ contineant. Tum quia nec significatiō, & vis eorum originaria, nec accidentaria inducta per vsum sæcularem, talem obligationem indicant. Cum manifestum sit reges & iudices sæculares numquam regulariter interpretatos fuisse ita, vt in eiusmodi legibus talis obligatio contineretur: quia principaliter pœnas tempo-

rarias (quas infligere, & tollere transgressoribus possunt) recipiunt, <sup>a</sup> & non spirituales, quas nec infligere, nec tollere possunt, etiam ministerialiter, vt Ecclesiastici. <sup>b</sup> Tum quia eadem ratione neque etiam leges diuinæ obligationem ad mortale inducunt eo solo, quòd per verba præceptiuæ ferantur, vt rectè notauit Castrensis, <sup>c</sup> cum vsus iuris canonici sicut robur diuino non admittit, <sup>d</sup> ita etiam non addit, vt quatenus est diuinum, obliget magis quàm ante illum obligaret, <sup>e</sup> atque ideo voluntas Dei, an fuerit obligandi nos ad mortale, vel non per suam legem, in quo ponitur verbum *præcipiens*, & *mandans*, colligenda est ex declaratione Prophetarum, Apostolorum, summorum Pontificum, Conciliorum, aut doctorum, sanctorum, & sapientium: qui sua auctoritate, aut rationibus efficacibus illam eiusmodi esse persuadent. <sup>f</sup> 55 Sexto, quòd \* quousque contrarium à sancta sede Apostolica declaretur, probabilius nobis videtur, leges humanas etiam præcipientes (præsertim sæculares, quæ pœnam tēporariā cōstituunt) in dubio ad æternā non obligare, quatenus sunt leges eius, qui eam pœnā statuit. Tum quia si hoc defendi iuste posset, defendi deberet: quia conueniret, vt leges humanæ, quæ ad mortale obligarent, paucæ essent. Tum quia multi Catholicos, in quibus sunt Imola <sup>g</sup> & Felinus, <sup>h</sup> & Caietanus, <sup>i</sup> tenuerunt nullas leges quamuis pœnas tēporarias non statuunt, quatenus sunt humanæ, ad mortale transgressorem sine cōtemptu, & scandalo obligare: licet nobis oppositum videatur, si cōstat legem esse iustam, & volūtatem legislatoris fuisse, eius simpliciter transgressorem ad mortale obligare. Tum quia in dubio iudicare debemus legem esse minus pœnalem. <sup>k</sup> Tum quia qui de duobus propositis alterum affirmat, alterū negare videtur. <sup>l</sup> Et ita legislator qui ad pœnā æternā, & tēporariam potest obligare, hæc irrogando, illam excludere videtur, vt dixit Mattheus Mathesi<sup>o</sup> doctor doctissimus. <sup>m</sup> Tū quia consuetudo antiqua ita videtur interpretata, præsertim leges sæculares, de quarum transgressione non consuevit fieri scrupulus conscientiæ, neque doctis, nec indoctis, neque pœnitētibus, nec cōfessariis, neque aliis cuiusvis conditionis, ordinis, vel sexus hominibus, nisi cum per eas etiam lex diuina naturalis, aut reuelata, aut canonica infringatur. Tum quia gentiles legumlatores de pœna æterna nil curarunt, & paucissimi sæculares ex Christianis reperientur, qui dicant suam intentionem, quando eas ferunt, aliam pœnam tēporariam imponēdo, esse ad æternam obligare, ad quam diuina, vel naturalis non obligat. \* Quousque contrarium à S. S. Apostolica. Quoniam hæc quæstio maximi est momenti, & comment. Nauatri in ca. fraternitas, magna ex parte interit, non ab hoc loco alienum duxi, ex his quæ Bellarminus lib. de laicis. cap. 11. de hac re disputauit hic quædam inferere lex ciuilis inquit non minus obligat in conscientia, quàm lex diuina. & si minus firma sit, & stabilis hæc, quàm illa. Explico, lex diuina & humana differunt, quoad firmitatem, quia diuina non potest abrogari ab hominibus, humana potest: ita quoad obligationem non differunt, vtraque enim obligat in conscientia, nunc ad mortale nunc ad veniale peccatum pro rerum ipsarum grauitate, ita vt nulla sit melior regula ad discernendum vtrum lex humana obliget ad mortale, an ad veniale, quam cogitare legem illam esse diuinam, & videre si diuina esset, quomodo obligaret. hæc ibi & multa alia, quæ ad hanc quæstionē faciunt, quos cuperem omnes cōfessarios maxime perpēdere. 56 Tum quia satis superque probat Castrensis, <sup>n</sup> legem purè pœnalem, hoc est legem, quæ constituit pœnam absque aliqua prohibitione, ad aliquā culpam non obligare, quatenus est talis, vt dixerunt Henricus, <sup>o</sup> & Angelus, <sup>p</sup> & non est magna differentia realis inter hanc, & illam, quam idem mixtam appellat, quæ prohibet, & pœnam decernit, vt sentit Henricus & probat Siluester <sup>q</sup> qui profecto non erat dignus tanta reprehensione, quanta præfatus Alphonsus Castrensis eum reprehendit, eo quòd hanc distinctionem verbalem, & puerilem appellasset, quia quauis, sicut efficaciter ille probat, pœna non semper præsupponat culpam, <sup>r</sup> & ideo licet qui constituit pœnam, non semper ad culpam obligare velle, nec præsupponere obligationē ad illam videatur: cōmuniter tamen sic, vt probauimus. <sup>s</sup> Regulariter enim ob culpam statuitur, quamuis interdum ob solam causam, <sup>t</sup> & prædicti Henricus & Angelus & Siluester loquuntur de pœna cōstituta ob malè commissum, vel omisum. Et sicut ex hac nostra cōsideratione colligit Siluester vtrāque legem ad culpam obligare, quia cum altera

a Capi. facta. 4. dist. & l. 1. ff. de iust. & iur. b Cap. ipsi sacerdotes qu. 1. c. quem pœnitet de pœn. dist. 1. vers. ipsi enim. & c. quodcumque. 2. 4. quæst. 1. c. in dicto art. 5. d Capi. sunt. quidam. 25. qu. 2. clem. no. Romani de elec. e Arg. c. cum inferior. de maie. & obe. c. inferior. 21. dist. f Ca. secundū 19. dist. de libellis 20. dist. clem. ad no. strum de heret. cum eu adnot. & eorum. quæ no. S. Th. quolib. 6. art. 14. g In rep. ca. cum contingat. de iure iur. col. 17. h In ca. 1. nu. 17. de spons. i In sum. ver. clericus. §. verum. & ver. ieiunium. §. quo ad quartam. k Ca. in pœn. de regul. iur. lib. 6. & l. si præses. & l. in interpretatione ff. de pœn. l. cum præf. ff. de iudic. & c. nome. de præsump. m Not. 78. n Li. 1. c. 9. de leg. pœn. o Quodlib. 3. q. 22. p In sum. ver. imobediens. §. 1. q. Eod. ver. imobediens. §. fin. r Cap. 1. de bigam. li. 6. c. 2. §. heretic. eo. lib. 6. l. quisquis. §. filij. C. ad leg. Iuliam maieft. s In c. ita quorundam. de iud. nota. 1. per illum textum, adiunc. c. quod olim. eod. tit. t Ca. sine culpa. de reg. iur. lib. 6. & cap. 2. cum glo. de constit. v Vbi supra.

obliget,



obliget, & neutra ab altera in hoc differat, etiã altera dicitur obligare: ita nos contrã colligimus, quòd cum altera nõ obliget, & neutra in hoc ab altera differat, etiam altera nõ dicitur obligare: quã nostra collectio eo magis est recipienda, quã sua, quòd mitior est, & magis pœnã minuit. <sup>a</sup> Dixi in hoc sexto dicto, *Pœnam temporariam*: quã non præsупponit æternam, ad excludendam eam, quã imponit excommunicationem, aut aliã prædictarum, quas in 4. dicto diximus præsупponere culpam mortalem. Dixi etiam, *In dubio*: ad excludendas illas, in quibus vtraque pœna exprimitur: & eas, de quarum auctoris intentione cõstat eum ad vtramque obligare voluisse per aliquam aliam legem, aut consuetudinem, aut per alium modum legitimum. Dixi, *Quatenus sunt leges eius, qui solam temporariam posuit*: quia si sunt etiã leges aliorum, qui ad mortale obligare voluerunt, ad illud obligabunt, quatenus sunt tales, per quod responderetur ad cap. *perpetuo*. & cap. *commissa*. <sup>b</sup> quã pro singularibus citantur ad probandum oppositum prædictorum, scilicet, quòd illa expriment vtramque pœnam: & quòd loquuntur de legibus pœnalibus, quã pœnam temporariam imponunt ei, qui per transgressionem aliarum, æternam incurrit, vt pridem post Decium <sup>c</sup> respondimus <sup>d</sup> non enim intendimus dicere, vnam legem, quã pœnam temporariam imponit, tollere æternam per aliam statutam, præsertim quando sunt diuersorum Legumlatorum.

57 Septimo, quòd sextum dictum præcedens locũ habet etiam in legibus, quã statuunt pœnam amissionis magnorum bonorum, & etiam famã, & alicui<sup>9</sup> membri, & vitã: quia eadẽ ratio in istis, quẽ in illis militat. Nec obstat, quòd aliqui dicunt, eum, qui periculũ magnã iacturã bonorum, aut famã subit, mortaliter peccare: id enim non est verũ, vt diximus, <sup>e</sup> cum non adest alia circũstantia, quã mortale faciat. Nec etiam obstat, quòd saltem est mortale, se periculo probabili amissionis vitã, aut mēbri obicere: & qui contra hanc legem facit, huic periculo se obicit: quia aliud est dicere aliquem peccare eò quòd temerẽ se tali periculo obicit, quòd est quintum Decalogi præceptum violare, & aliud dicere, eum peccare eò quòd facit contra legem, quẽ talem pœnam statuit: nam tanta cautione quis hanc legem violare potest, vt probabile pœnã ab ea constitutã periculum non incurrat.

58 Nec obstat dicere, quòd ex hoc sequeretur, legem, quã talem pœnã statueret, iniustã fore, eo quòd adeo magnam pœnã statuit ob actum, qui nõ est peccatum mortale. Tum quia ad legis iustitiã satis est, vt præsumatur mortale in foro exteriori, quamuis tale non sit in interiori. Et legislator præsumere potest, immo re vera præsumit, eum, qui sine iusta causa legem suã iustam violat, per cõtemptum legis, aut ipsius auctoris violare, iuxta glossam, quã ita intellecta est vera, <sup>f</sup> & cõcordat communis, quòd certum est peccatum mortale esse. <sup>g</sup> Tum quia nõ esset iniusta lex, in qua eius lator exprimeret, se nolle, vt illa sui transgressorem ad mortale sine dicto contemptu, & scãdalo obliget: sed velle, vt qui sine iusta causa eam transgreditur, præsumatur per cõtemptum id facere, & ob id pœnã illã incurere, per dictã S. Thomã & Caietani <sup>h</sup> & nostrorum. <sup>i</sup> Et consequenter etiam iusta erit lex, quã tacitẽ hoc contineret, quòd nostrum septimũ dictum intendit, cum solum intendat, quòd legislator, qui talem pœnam temporariam ob cõtemptum præsumptum exprimit, videtur tacitẽ æternam excludere ab eo, qui sine contemptu eam violat, quòd etiam satis aperte sensit Ioannes Imola <sup>k</sup> respondens ad multa argumẽta, quã aptius per hoc, quã per eius responsiones solui possunt. Per quod etiam soluuntur argumenta, quã pro contraria parte, maiore verborum apparatu, quã neruorum robore adduxit vbi supra Castreñsis, vt olim explicuimus, <sup>l</sup> & nuper in vrbe. <sup>m</sup> Ad quẽ facit, quòd aliquot exercituum ductores nostra ætate laudati sunt, eo quòd ob minima furta, quã de se non erant mortalia, aliquot milites ad disciplinam militarem seruandã morte affecerunt.

Octauò, quòd seruandum est id, quòd antiqua consuetudo declarauit de intentione legum humanarum, quousque à sede Apostolica aliter declareretur: quia optima est earum interpret. <sup>n</sup>

59 Et credimus, quòd consuetudo communis nõ solum plebeiorum, & indoctorum: sed etiam nobilium, & docto-

rum habet, non reputari peccata mortalia in foro interiori transgressiones legum purẽ humanarum, aliquam pœnam temporariam cõtinentium in foro exteriori: nisi sint tales, quẽ præsupponat peccatũ mortale, vt transgressiones aliarum legum diuinarũ naturalium, aut supernaturalium. Nec transgressiones aliarũ legũ præcipiẽtium non pœnalium, factas per ignorãtiam non crassam, nec affectatam, aut optatam: sed per incuriã, aut obliuionem leuis culpã, aut cum causa probabili vera, aut pro tali habita, bona fide sine dolo, aut credendo intentionẽ legislatoris nõ fuisse, ita obligare in tali casu, quòd iuri contonare videtur, iuxta mētem S. Thomã <sup>a</sup> quòd nõ videtur cõtra mentẽ Archidiaconi, <sup>b</sup> nec Panormitani, <sup>c</sup> & aliorũ à Felino relatorum, <sup>d</sup> si bene pòderetur: quin per hoc omnes fortassẽ cõciliari possunt.

60 Nonò, quòd ex prædictis elicienda est determinatio plurimarum, & perplexarũ quæstionũ, quas passim interrogatũ docti ab iis, qui important in regna, vel vrbes, vel exportat ab eis prohibita inferri, vel extrahi, vel permitti, non soluto vctigali, & portorio, quã Hispani *Alcauata*, & *Portazgo*, & *Sisa*, Itali, & Galli, *Gabella*, vel *Dogana*, & *Datio*, vocat. Qui item piscantur in fluminibus vetitis, aut mōtes, vel prata prohibita depascunt: aut cadunt ligna in syluis eis vetitis: & de aliis rebus similibus, qui solam legẽ humanã Ecclesiasticã, vel sæcularẽ pœnalẽ, vel non pœnalẽ violat.

61 Per quã responderetur ad primum hic nouẽ quæsitum, quòd præsupposita opinione, quòd non peccat importas, aut exportans vetita: peccat tamẽ volendo ea defendere vi & armis, ne custodes ei auferant illa: quia qui resistit iustẽ aggredienti, peccat, iuxta doctrinã Bartholi receptam. <sup>e</sup> Dixi, *Vi, vel armis*: quia secus, si fuga, vel blãdis verbis, aut alio modo licito, & honesto id faceret. Ad secundum autem nouẽ quæsitum, quòd prælati imponens aliquam pœnam temporariam ipso iure incurrendam facienti aliquid, præsumitur excludere spiritualem, <sup>f</sup> etiam si iuberet, ne confessarius absolueret eum, nisi præuia solutione: quia ille iustus potest operari effectus alios ab isto, & si non erit inutilis, <sup>g</sup> immo etiam potest absolui auctoritate bullarum Papã ante solutionem. <sup>h</sup>

62 Ad tertium demum, quòd vidua realiter fornicata, non potest sana conscientia retinere bona relicta sibi à marito ea conditione, vt castẽ viueret, per supra dictã. Dixi, *realiter*: quia secus, si tantum mente, verbo, vel alio actu citra copulam lasciuo: quia non videtur hoc intendisse testator, cuius voluntas est primũ attendenda. <sup>i</sup>

Decimò, quòd sicut lex in nihilo recepta ad nihilum obligat, vt paulo ante dictum est, <sup>k</sup> ita lex in vna sola parte recepta, quoad illã solum obligat, <sup>l</sup> quòd fit, vt aliquot leges obligent, quo ad suam dispositionem principalem, & non quo ad pœnam: quia quo ad illam sunt recepte, & non quo ad hanc: & aliquot quo ad vnam partem pœnã, & nõ quo ad aliam. Exemplum de extrauag. <sup>m</sup> quam definitiue pronunciauimus olim Salmanticã in illius diocesi receptam esse quo ad suam dispositionem, & pœnam intrinsecã annulationis locationis factã vltra triennium: non autem quo ad extrinsecã excommunicationis: & consequenter fieri posset, quòd aliqua lex humana, etiam Ecclesiastica, ligaret quo ad pœnã exteriorem, & non quo ad interiorem, licet eius lator vtramque ponere intēdisset: si quo ad hanc non esset recepta, & quo ad illam sic: sicut & quẽlibet fundata in præsumptione ligat in foro exteriori, & non interiori, quorũ veritas præsumptioni est contraria. <sup>n</sup> Equidẽ optarem, multas leges purẽ humanas, siue pœnales, siue nõ pœnales, esse hoc modo, vel alio consuetudinis, vel declarationis, saltem mentalis earũ latorum, quo ad pœnas spirituales, & forum conscientie derogatas: quin etiam cuperem, vt omnes legislatores in cõdendis legibus imitaretur auctores instituti Illustrissimi ordinis Prædicatorum, quos alij multi clarissimi ordines imitati sunt, quatenus earum auctores ad nullam pœnam, etiam minimam animã interiorem, & ad grauem corporis subditos obligant, modo etiam imitantur eorundem in puniẽdis eis seueritatem, & diligentiam in foro exteriori pœna corporali, vel alia.

63 Porro ad primum hic nouẽ quæsitum respondeo, quòd collega, vel municeps transgrediens statutum imponens pœnam exclusionis à collegio, vel municipio, ipso iure, non tenetur in foro conscientie relinquere colle-

a Argu. d. l. ff. praes. ff. de pœn. c. pœ. de pœn. di. i.

b De elect. li. 6.

c In cap. nam. in 2. lectura de cons. d. In d. c. perpetuo.

e In repe. ca. inter verba. 11. quæst. 3.

f Cap. Metro politanum. 2. quæst. 7. g Per g. sing. ca. quis aut. 10. dist. arg. à foriori. h 2. 2. q. 186. art. 9. i In c. relatũ. ne clerico vel monach.

k In ca. cum contingat col. 17. de in reiu.

l In rubr. de pœn. m In d. ca. fra ternitas.

n l. minima. ff. de leg. c. cum dilectus. de consuetu.

a In 4. dist. 15. q. 3. c. 2. 2. q. 147. art. 3. ad 2. Collect. in c. 1. de confu. Card. in cap. fin de obseru. iei. Cai. 2. 2. q. 147. ar. 3. b In c. v. sim. 70. dist. c In rubri. de obseru. iei. col. fin. d In c. 1. de cõ. ssi.

e In l. v. v. m. ff. de iust. c. iur.

f Per dictum 6.

g Ar. l. si quã do. C. de inof. sic. test. h Ar. gl. sing. ad inuicem. clem. 2. v. officij. de heret.

i l. in conditiõ nibus. ff. de cõ. dition. c. de monst. k Num. 40. l Argu. L. qua de tota. ff. de rei vend. m De reb. eccl. f.

n Iuxta ca. i. qui. c. cap. tua de spons.



a Ca. potuit. de loca. l. i. & 2. C. de iur. emphyt. b Per extrau. Cum onus, laiam anno 1565. & relasam ad verbum supr. ca. 17. n. 234. & in comment. de usuris. nu. 84. c Arg. pradi. d In l. 2. C. de iur. emphyt. e Per l. 3. ff. de eo quod cer. loc. & l. 1. C. de sens. que pro eo quod int. prof. & gl. c. conquefius de usur. f 2. 2. q. 62. m. 3. receptum. g Lux. gl. sing. in c. fraternitas 12. q. 2. ar. gn. c. sine. §. in hoc. 33. qu. 2. & commun. in c. 1. de cõf. h In c. audiuimus de sim. i Anch. in ca. felicit. collat. 3. de pæ. l. 6. k Ver. pæn. 25. & verbo barefis. qu. 8. Maio in 3. di. 25. q. 3. & in fin. l In d. q. ar. 1. inf. Tabi. verbo excommuni. nica. 5. ca. 12. §. 1. m In rubric. de pæ. nis. & nuper in di. c. fraternitas. n Ca. cum se candam. de baref. li. 6. & l. qui quis. C. ad leg. lul. ma. ia. o Et c. 17. nu. 202. p l. quod si E. phesiff. quod cer. loc. q Ar. l. nimis graue. Co. de testa. & l. hu. manitatis. C. de excus. tus. r Verb. officij. de bare. s In l. 4. §. Ca. 10. ff. de verb. obli. t Ca. cum di. lectum. de con. fuet. v Contra ca. ex par. de con. fit. & l. con. ueniri. ff. de pact. dot. ut sensu Anch. in c. possessor. nu. 11. de reg. iur. lib. 6. x In lib. 1. de leg. pæ. nis. y In d. ca. 1. de conf.

gium, vel municipium, antequam iubeatur id facere, per prædicta.

64 Ad secundum, quod \* pœnam commissi, siue quæ ipso iure committitur, iuste capere potest is, in cuius fauorem committitur, si iuste fuit imposita, secus, si iniuste: quæ sunt, quæ in emptione censuum super immobilibus imponuntur sub pœna commissi, siue rei, super qua imponitur in casum non solutionis per biennium dilata: quod iniuste solebat olim poni, & nunc per multa, quæ non oportet afferre: quia scilicet recor. Pius V. id, & aliquot alia, quæ in eiusmodi contractibus fiebant, prohibuit. b

\* Pœnam commissi. Pœna commissi in iure dicitur quæ debetur ob id quod aliquid factum aut non factum est, veluti si quis apud publicanos professus non est, quod commissum est statim definit eius esse, qui crimen contraxit, dominium que rei statim vectigali acquiritur.

Ad tertium, quod non tenetur quis in foro conscientie manifestare rem in commissum cecidisse. c

65 Ad quartam, quod verè donans emphyteusim, non tenetur soluere \* in foro conscientie laudemium: immo nec in foro exteriori, per allata latè à Iafone. d Vendens autem videtur teneri ad soluendum illud in vtroque foro: quippe quod videtur esse pars pretij ob quod emphyteusis fuit minori pretio concessa: quod non videtur tam pœna, quam interesse, quod in vtroque foro debetur. e

\* In foro conscientie laudemium. Laudemium alij laudimium, alij laudemium dicunt. Est autem laudemium quinquagesima pars pretij venditionis, quam emphyteuta soluit domino emphyteusis potestate ei facta vendendi emphyteusim cuicumque voluerit & quamuis iure ciuili quinquagesima pars ea sit, tamen hodie secundum consuetudinem locorum vel ex lege traditionis exigitur.

66 Secundo peccat, qui iussus à iudice soluere notabilem pœnam ob legem violatam non soluit, secundum S. Thomam. f Dixi, iussus à iudice: quia non soluendo priuquam iubeatur, non peccat, setiam si pœna ipso iure, & ipso facto incurrat, iuxta communem recentiorum, quam tentauit tenere Felinus, h & sensu, i & asserit Siluester, k & Caietanus, l quam semper secuti sumus, & etiam probauimus olim copiosè m veram esse, quædo pœna est talis, quæ aliquam executionem requirit: qualis est amissionis bonorum ob hæresim, aut prodicionem, n qualis est de soluenda tali, vel tali summa, & regulariter alia quæuis. Tum quia regulariter lex humana secularis pœnalis ad pœnam peccati mortalis non obligat, vt dictum est supra proxime. o Et sub lege gratie omnis lex pœnalis continens pœnam temporaria determinatam, est purè humana quo ad illam: quamuis sit quo ad alia diuina, aut naturalis. Tum quia nõ est credendum, legislatorum, (qui præ oculis semper æquitatem habere debet) p velle facere partem ipsam contra se executricem, q præsertim quando pœna est grauis corpori, honori, aut fortunis. Tum quia clement. 2. r adiuncta glossa, quam didicimus ex solo Francisco Aretino, s cuius nemo ex tot commentantibus meminerat, probat transgressorem legis non solum à peccato, sed etiam ab excommunicatione ob illud incurra absolui posse, ante solutionem pœnæ ob eam debita. Tum quia consuetudo, quæ est optima legis humanæ interpret r id habet.

67 Dixi, Regulariter: quia id fallit in pœnam excommunicationis, suspensionis, interditi, irregularitatis, amissionis beneficii ipso facto, & aliorum similibus, quæ executionem iudicis non requirunt, considerata mente, saltem tacita legislatoris, qui voluit, vt pars ipsa contra se foret executrix. Quod quamuis in aliquibus pœnis spiritualibus, & aliis paruis temporariis iuste velle possit: in aliis tamen grauibus, (vt credimus) nõ possit: quia præberet magnam subditis peccandi occasionem, qui naturaliter recusant fieri pœnarum contra se ipsos impositarum executores, vt vt supra dicimus respondendo ad fundamenta Castrensium, x & communis nostrorum, y quorum opinio locum habet in pœna imposita à testatore iuxta glossa, z non eo solo, quod ipso iure, & facto incurritur: sed quia potius est legatum conditionale, quam pœna, iuxta Caietanum, a & ante ipsum Panormitanum, b sensu. Est etiã eidem locus in pœna conuentionali, quam partes in suis contractibus adhibent, secundum Felinum, c & Decium. d Quorum opinio, quamuis hæcenus placuerit: nunc tamen plurimum displicet. Tum quia Ancharanus, e cuius illos ad id auctoritas mouit, non

z In cap Rayvaldu, à Panor. & communi ibi recept. de testam. a In summa. verb. pæn. b Vbi supra. c In cap. 1. de consi. nu. 43. d Ibidem, nu. 2. c In d. c. possessor.

A id affirmat. Tum quia nemo quamlibet iustus, & religiosus eam nisi coactus soluit. Tum quia cum in omnibus ferè instrumentis contractuum opponantur pœnæ, & frequentissimè incurrantur, maxima mundi pars ad magnam restitutionem teneretur: durumque confessariis esset negare absolutionem iis, qui restituendi firmum propositum non haberent: quales essent ferè omnes, qui huiusmodi pœnas incurrisserent. Tum quia viros honestos dedecet pœnam accipere, nisi quando ob interesse accipitur, a quamuis de rigore iuris exigi posset.

68 Tum quia videtur non esse partibus eiusmodi pœnas in suis contractibus constituentibus intentio, vt qui eas incurrit, vltro solutionem earum offerat, vt solutionem debiti principalis offerre debet, sed vt per eas ad obseruationem contractuum cogantur, vt per pœnas ad legum obseruationem. Tum denique, quod non solum communiter tam boni, quam mali ita concipiunt: sed etiam cõsuetudo ita interpretatur. Quare limitanda est eorum opinio, vt procedat in illis pœnis, quæ in satisfactionem interesse debentur, iuxta Ancharanum receptum. b Hæc enim pœna licet sit pœna ex parte soluentis: non tamen est ex parte recipientis, secundum omnes, & hoc sentit glossa recepta. c Itaque qui eam incurrit ad eius solutionem in conscientia tenetur, aut saltem ad tantam eius partem, quantum est verum interesse eius, cui debetur, iuxta latè tradita per textum, glossam & doctores. d

C De auaritia, secundo vitio capitali, & filiabus eius.

- 69 Auaritia quid, & que contraria est iustitia, & caritati. & 72.
- 70 Liberalitas virtus inter qua vitia media. & 70.
- 71 Prodigalitas quid, & que mortalis.
- 72 Pecunia dicitur numerata, & quidquid ea est estimabile.
- 73 Auaritia capitale vitium has septem habet filias.
- 74 Iniustitia omni genere suo mortalis.
- 75 Auaritia in retinendo superflua que mortalis.
- 76 Beneficiarius superflua retinens, vel prophanis impendens, peccat mortaliter.
- 76 Duritia cordis que mortalis, & vt consistenda.
- 77 Prudentia vera, & carnis, seu mundi quid, & quod differant.
- 77 Astutia quid, & quod duobus ministris vtitur.
- 77 Dolus, & fraus quid & sunt genus, & species.
- 78 Pretium rerum iustum, quid, & triplex. & 79.
- 79 Merx penes vnum cur pluris valet, quam penes alium.
- 80 Valor rei iustus est, quo presenti pecunia vendi potest.
- 81 Pretium non augetur periculo recipientis rem creditam.
- 82 Pretium non auget, nec minuit dilata solutio.
- 83 Pretium auget utilitas vendentis, non utilitas, vel necessitas ementis.
- 84 Pretium minuit copia venditorum, & auget paucitas eorum.
- 85 Pretio maiore, vel minore dimidio, vt peccatur.
- 86 Retrouendendi pactum diminuit pretium.
- 87 Pretio minore iusto emere volens quis non peccat.
- 88 Pretium quando taxandum, & taxatum, & seruandum.
- 89 Emens, vel vendens aliud pro alio, vel vilius pretiosiore, vt peccat.
- 90 Vendens arma iniuste bellaturo, vel alia nocua, vt peccat.
- 91 Emens triticum vel vinum tempore messis, vel vindemie, vt excusetur.
- 92 Emens, vel vendens monopolio, vel solus priuilegio, vt peccet.
- 93 Vendens verita infidelibus, vt peccet, & est excommunicatus.
- 94 Pecunia publica custos, ea & vtendo, & emendo, vt peccet.
- 95 Hominis liberi emptio regulariter illicita.
- 95 Emptio liberi hominis alioqui perituri, licita.
- 96 Emptio Aethiopum liberorum pro seruis vsitata, peccatum.
- 97 Proxenetæ vendens pluri, quã sit mandatũ, cui restituet. & 98.

69 **R**ENOTANDVM primò, quod Liberalitas, est vna virtutum attributarum iustitiæ, quæ dicitur pars eius potentialis, de qua S. Thomas. c Quæ ex eius mente, & Aristotele, f definiti potest, esse Virtus inclinans ad appetitum dandi ordinatè pecuniam. Datur autem ordinatè, cum datur quid, cui, vbi, quomodo, & propter quod oportet.

Secundò, quod quia qualibet virtus consistit in medio duorum vitiorum extremorum, quorum alterum opponitur ei per defectum, alterum per excessum, vt dictum

a Ca. suam. de pæn. & c. fraternitas 12. q. 2.

b Ca. peccatum de reg. iuris, li. 6. nu. 10.

c Quæ vltima est d. capi. peccatum.

d In l. 1. C. de sent. qua pro eo quod inf. prof.

e 2. 2. qu. 117. f 4. Ethic.





a Eo. c. nu. 2.

b Quaf. 118. artic. 1. c Ibid. q. 119.

d In predictis duabus qu. c Inxt. c. 101 u. 1. quaf. 3.

f Eod. c. nu. 9.

g Lib. 31. Moral. h 2. a. qu. 118. ar. 7.

ix. 2. q. 118. a.

k In secundo precepto in c. 12.

l In c. 15.

m In 17.

n In 18.

o Ca. p. n. ale 14. q. 5. ad iun. 110. c. 1. f. p. de v. r. ti. sp. ol.

p In dict. c. 11. nu. 4.

q 2. 2. q. 59. a.

r In d. qu. 118. ar. 4. ad 3. c. 119. ar. 3.

s In d. q. 118. ar. 4. sub fin.

t Per supradi. 35.

v Ca. sicut hi. 67. d. cu. con. cord.

x In d. c. sicut hi.

est supra. Ita liberalitas consistit inter vitium auaritia, quod opponitur ei per defectum appetitus dandi, & vitium prodigalitatit, quod opponitur eidem per excessum appetitus dandi. Et consequenter. *Auaritia definitur esse vitium, inclinans ad inordinatum appetitum pecunie, ex mente S. Thomae.* b & quod *Prodigalitas est vitium inclinans ad appetitum inordinatum effusionis pecunie, de qua S. Thomas.* c Ille vero appetitus quærendi, vel effundendi pecuniam dicitur *inordinatus*, cui deest aliqua prædictarum circumstantiarum.

70 Tertio notandum, quod quia prædicta inordinatio potest contingere in danum alterius, & sine illo, fit, vt auaritia, quæ habetur sine damno alterius, opponatur tantum liberalitati, & de se fit venialis tantum: & quæ fit cum alterius damno opponatur etiam iustitiæ, & de se fit mortalis. Et eadem ratione prodigalitas, quæ fit sine damno alterius, opponatur tantum liberalitati, & de se fit venialis tantum. Prodigalitas vero, quæ fit in danum alterius, opponatur etiam iustitiæ, & de se fit mortalis, secundum mentem S. Thomæ recepti. d

71 Quarto, quod per pecuniam intelligimus hic pecuniam numeratam, & quidquid est ea æstimabile, e & consequenter quod appetitus dandi, vel retinendi pecuniam per se nec est bonus, nec malus, sed indifferens. Ita quod recte ordinatus est bonus, & prauè ordinatus est malus, vt supra f diximus de appetitu gloriæ, honoris, & famæ.

72 Quinto prænotandum, quod auaritia est vitium capitale, siue cardinale, iuxta S. Gregorium s & S. Thomam h quia est fons septem aliorum vitiorum, quæ suapte natura tendunt in finem, quem auaritia præcedit. Primum est duritiæ cordis, quod est vitium à cõpensione pauperum auertens, & sæpe ad nimium seruandam pecuniam tendit. Secundum inquietudinis mentis, quod est vitium animum ab ordinata quiete auertens, & frequenter nascitur ex nimio acquiendi studio. Tertium violentiæ, quod est vitium ad vim inferendam inclinans, & frequenter in eundem tendit finem. Quartum fallaciæ, quod inclinatur ad decipiendum verbis, & sæpe in eundem fit finem. Quintum periurij, quod est vitium inclinans ad decipiendum verbis iuratis, quod in eundem finem sæpe fit. Sextum fraudis, quod est vitium inclinans ad decipiendû factis quoad res, quod frequenter fit in eundem finem. Septimum proditiõnis, quod est vitium ad decipiendum tactis, quo ad personas iuxta S. Thomam. i Et quia supra actum est de periurio, k de proditiõne, l de violentiâ, m de fallacia, n de reliquis tribus hic agendû est.

73 Circa auaritiã igitur peccat mortiferè primò, qui deliberatè, & inordinatè appetit quærere, vel retinere pecuniam in danum notabile alterius. o Dixi, *inordinatè*, quia ordinatè appetere est virtus. Dixi, *pecuniam*, quia appetitus aliarum rerum non est verè auaritia. Dixi, *in danum alterius notabile*, quia sine illo solùm est veniale, per dicta. p

Secundò peccat mortiferè, qui inordinatè retinet, aut prodigit pecuniam in alterius danum: quia horum prius est actus auaritiæ, non solùm qua parte opponitur liberalitati: sed etiã, quæ opponitur iustitiæ: & posterius est etiam actus prodigalitatit vtrique contrariæ: & constat omnem iniustitiã suo genere esse mortalem, vt docet S. Thomas recepto, q & idè de illo, qui periculo mortis corporalis, aut spiritualis propter appetitum pecuniæ quærendæ, vel effundendæ se obicit, secundû mentem vtriusque Thomæ. r

74 Tertio peccat, qui pecuniã superfluam, hoc est, maiorem, quàm necessitas, vel decencia status requirit seruat, cupiditate inordinata delectãdi se illa, in dies eam augendo, & non subueniendo pauperibus, secundû Caietanum, s Quod est certû, si id faciat negando opem extremè egenti, vel transgrediendo aliquam aliam legem ad mortale obligantem, t & etiam secundum eum, si id faciat ad solùm se delectandû in eius possessione, nõ erogãdo pauperibus occupantibus: quia transgreditur legem, qua diues tenetur superflua illis erogare: licet enim nullis eorû teneatur illa singulis erogare: tenetur tamè erogare aliquibus, quos elegerit. v Adeo quidem, vt ad id cogi possit, secundum glossam communiter receptam & puratam singularem, x quæ tamen habet duas similes. Ampliatio autem hæc nõ videtur tenenda. Tum quia æquiparat laicos beneficiatis, quo ad necessitatem faciendi elemosynam, contra S. Thomam & communem, vt infra insinuabitur. Tum quia videtur

noua, & nullibi gentium recepta. Tum quia cõsequeretur eam, quod quolibet tempore, etiam affluentiã, posset iudex cogere laicos diuites ad dandum superflua pauperibus: quod videtur durum, & contra præfatas glossas, quæ significant id solùm fieri posse tempore grandis necessitatis, in quo solo posset procedere hæc opinio. Dixi, *Inordinata*: quia coaceruata ad prouidendum futuræ necessitati suæ, vel suorum, maximè filiorum collocandorû matrimonio, vel munere aliquo, aut gradu honestandorum, vel Reipub. cuius est princeps, ab inimicis defendendæ, non est actus vitiosus, sed prudentiæ: immo nec si id faciat ad augendû suum statum, & se in altiore ordinem promouendum, quo altioribus virtutib' seruiat Deo, & Reip. iuxta sapientiã, vel prudentiam à Deo immediatè acceptam ex mente Caietani, a alioquin nullus plebeius iustè suû statum mutare posset, aut nobilis suû augere, quod est absurdum, & ideo non dicendum, b nec ob id dicitur habere tale superfluum, quod de præcepto pauperibus teneatur erogare, iuxta dicenda. c

75 Quarto peccat beneficiarius Ecclesiasticus, qui non erogat superflua quæ sita ex redditibus Ecclesiasticis pauperibus, vel piis operibus, siue id faciat auarè retinendo, siue prodigè impendendo iuxta mentem S. Thomæ: d quia vt rectè insinuat Caietanus, e est contrarium iustitiæ, non solùm legum canonicarum: sed etiam naturalium, quod nos latius olim probauimus, f & nuper latissimè in tractatu de redditibus eccles. g

De filiabus auaritiæ, duritiæ cordis, & inquietudine mentis.

76 **R**ur duritiã cordis, & inquietudinem mentis peccant, qui non subueniunt pauperi, quoties tenentur de præcepto obligante ad mortale: quod quando contingat dicitur, h alias enim hæc venialia tantum sunt. Immo, & quia hæc ferè nunquam sunt mortalia, nisi coniungantur aliis actibus mortalibus, nõ sunt necessariò confitenda: quia satis est confiteri illa mortalia, quæ per prædictam duritiã, & inquietudinem admittuntur. i

De emptione, & venditione, dolo, & fraude filii auaritiæ factis.

77 **R**ur astutiam verò, dolum, vel fraudem peccat primò, qui contrahendo, vel quasi contrahendo, afficiunt alium damno notabili per commutationem rei minoris valoris, vel pretij minoris pro alia maioris, vel pretio maioris, quia id est contra septimum præceptum, & contra illud. k *Ne quis supergredietur, neque circumueniat in negotio fratrem suum.* l Pro quibus facit primò, quod prudentiæ veræ duo vitia sunt contraria per similitudinem: prudentiæ carnis, vel mundi: & astutia in malam partem accepta: nam vera prudentia est virtus, qua inclinatur ad quærendum verã bona per verè bona mediã, iuxta Aristotelem m & S. Thomam. n Prudentia verò carnis, vel mundi, est vitium inclinans ad quærendum bonũ apparens: & non existens per bona, vel mala mediã. Astutia verò, est vitium inclinans ad quærendum verã bona per mediã mala, iuxta eundem receptum, o Cuius astutiæ ministri sunt duo, dolus, qui est circumuentio mala ad decipiendum adhibita, p & comprehendit tam eam, quæ fit verbo tantum, quàm quæ factò tantum, vel vtròque modo. Fraus autem, quæ tantum factò fit: ita quod fraus est species doli, quod eleganter insinuat Iuriconsultus, q dicens, *fraudem inesse dolo*, quod solerter exponit Accursius de illa in hæsiõne, qua species inest generi, & clarius S. Thomas. r

78 Secundo, quod pretium iustum rei (cuius notitia maximè necessaria est plurimis vtriusque iuris, & aliquot Theologiæ locis intelligendis) est pretium pecuniarium, quo communiter æstimatur res valere tunc, attenda illius intrinseca bonitate, & vendenti utilitate, loco, tempore, & copia, vel defectu rerum illius generis, & emptorũ, & venditorũ earum, & modo vendendi eam, statutum à gubernatore loci, vel domino rei. Dixi, *Pretium*, pro genere, & *Pecuniarium*, ad excludendû pretium affectionis, s Dixi, *Communiter*, ad excludendû pretium priuati affectus, quo vnus, vel alter rem suã æstimat. t Dixi: *Tunc*, quia præsens tantum æstimatio, & quam haberet

a Vbi supra.

bl. nam quod absurdum. ff. de bon. libe. c. In c. sequen.

d Quod. 6. a. 12. c. 2. 2. q. 118. artic. 4. f. In c. 1. c. c. cum secundò de prob. g Quæ. 1. mo. ni. 2. 4. c. 25.

h In c. sequen.

i Verè ad notandis Causis.

k 1. ad Theof. sal. 4. l Ca. 1. de off.

m 6. Ethic. c. 2. n 2. 2. q. 49. ar. 1.

o 2. 2. q. 55. ar. 2. c. 3. p. 1. ff. de dol.

q In l. iurisconsultus. 6. ff. de fraudandis. ff. de palli. r Vbi supra.

s De quolibet in epistola. ff. de minor. t l. pretiarum. ff. ad h. falsi.



n l. in lege fal  
cudia. §. in ad  
leg. falciid.  
b l. ubi autē  
non apparet.  
ff. de verb.  
bo.  
c 2. 2. qm. 77.  
art. 1.  
d In 4. dif. 15.  
qm. 2.  
e l. 1. c. toto  
iur. ff. de eo,  
quod certi lo-  
co.  
f l. vnum ff.  
de reb. cred.

g l. 1. §. cura  
curis. ff. de  
off. Pref. Vr.

h Gabr. in 4.  
dif. 15. q. 10.  
i In 4. dif. 15.  
quasi. 2.

k In d. arti. 1.  
c in summa  
verbo emere.  
l l. 2. §. si ha-  
res. ff. ad Tre-  
bell. l. quare-  
batur. ff. ad l.  
falci. l. si quis  
uxori. §. ul.  
de furt.  
m Arg. l. pre-  
tia rorum. ff.  
ad leg. falciid.  
in. Alex. ibi.  
n 2. p. 11. r. c.  
10. §. 2. per l.  
1. c. de mono.  
o In C. de re.  
qm. 39.

p Li. 6. q. 4. a.  
1. de iur. & iur.

q de usur.

vendita presentis pecunia, est attendenda. <sup>a</sup> Dixi, Attēta bo-  
nitate intrinseca, quia ob eam vna res plura valet, quam al-  
tera eiusdem speciei, & quantitatis. <sup>b</sup> Dixi, Utilitate venden-  
tis, quia venditor tanto plura vendere potest rem aliquam  
vnius generis, quam alij similes, quanto utilior est illa ei,  
quam alia illis, secundum S. Thomam <sup>c</sup> & Scotum <sup>d</sup> com-  
muniter receptos, secundum quos utilitas emptori prouen-  
tura, vel necessitas habendi eam, nil pretium auget. Dixi,  
Loco: quia eadē res plura valet in vno loco, quam in alio. <sup>e</sup>  
Dixi, Tempore, eadē ratione. <sup>f</sup> Dixi, Copia vel defectu: quia hic  
auget, illa minuit, secundum omnes. Dixi, Emptorum vel ven-  
ditorum: quia copia horum minuit, & defectus auget, & cō-  
tra, copia illorum auget & defectus minuit, etiā secundum  
omnes. Dixi, Modo vendendi: quia minoris valet merx, quam  
rogatur emptor, quam quum rogatur venditor, iuxta illud  
vulgatum, vltionea merces vilescunt, quod fit, vt idem pannus,  
& idem liber maioris valeant in taberna mercatoris, quam  
in manu proxenetae: quare nris emptorem: & longē mino-  
ris valeant spolia, quae victor exercitus vendit statim à di-  
ceptis hostium castris, quam alia eiusdē generis, quae etiam  
à proxeneta deferuntur vendenda vrbibus pacatis. Dixi,  
A gubernatore: quia illius est illud statuere. <sup>g</sup> Dixi, A Domino:  
quia deficiente aestimatione cōmuni, & gubernatoris, po-  
test ipse Dominus illud statuere consideratis industria, im-  
pensa, & labore, quem illis depotandis de vno ad alium  
locum suscepit, & periculo, quod transferendis mercibus  
subiicit: sollicitudine item: & impensa illas conseruandi. <sup>h</sup>  
79 Tertio, quod, vt cum primis dixit Scotus: pretium  
iustum non consistit in indiuisibili, immo habet latitudi-  
nem, cuius extremum inferius appellatur pium, & superius  
rigorosum: & quod inter illa duo interiacet medium, vel  
moderatum. Verbi gratia, vnius vlnae panni iustū pretium  
dicentur decem Julij, vno plus, vel minus: ita quod vnde-  
cim erunt rigorosum, nouem pium, & decem, & quodlibet  
aliud interiacens, medium, vel moderatum. Ex quibus in-  
fertur primo, non solum pretium alicuius rei iustum esse il-  
lud, quo communiter in aliqua regione venditur: sed etiam,  
quo in hoc loco, tempore, & modo vendendi, communiter  
haberi potest. Secundo, quod non est peccatum expectare  
tempus, locum, & casum, in quo res vilius vendatur, vt ali-  
qui expectant fines nundinarum, in quibus vt plurimum  
ob copiam venditorum, & defectum emptorum, merces  
minoris valent: & alij auctiones publicas bonorum viuor-  
um, vel defunctorum: & alij delationes mercium proxe-  
netarum, nam necessitas venditoris non facit emptionem  
iniustam, vt probat Caietanus. <sup>k</sup>  
80 Quarto, quod dictum illud commune, *Tanti valere  
rem, quanti vendi potest.* <sup>l</sup> intelligendum est de pretio, quo  
vendi potest in illo loco, tempore, & modo cōmuni ven-  
dendi venditoris, praesente pecunia, <sup>m</sup> modo cessent omne  
monopolium, fraus, & dolus, iuxta S. Antoninum <sup>n</sup> in qui-  
bus est astutia illa depromendi in forum multa venialia,  
quo pretium decrescat, & emendi deprompta, quo pre-  
tium augeatur.  
81 Cōtra praedicta facit primo opinio Medinae: <sup>o</sup> tenen-  
tis res carius vendi posse creditō, quam praesenti pecunia,  
& vilius emi ea anticipata: quia modus vendendi videtur  
augere, vel minuere pretium propter periculum, quod cō-  
tingere potest: eo quod debitor fieri potest inops, & im-  
potens ad soluendum pretium, vel tradendam mercem, vel  
ingratus, & malignus, qui nolit id facere: sed eam netuosē  
confutar Sotus, & netuosius confutari potest, eo quod est  
noua, & contra omnes alios Theologos, & Canonistas, &  
quod Ecclesia declarauit id esse illicitum, per cap. in ciui-  
tate 9 per quod soluantur omnia eius argumenta, cum ex  
illo inferatur, Ecclesiam Catholicam determinare, pericula  
illa non esse magis considerabilia ad augendum pretium,  
quam ad aliquid dandum vltra sortē mutuantis, & lege ip-  
sa naturali, & diuina, qua verantur vsurae, concluditur illa  
non esse considerabilia in mutuo ad augendum pretium.  
82 Facit secundò, quod praefatus Sotus tenet licitam ef-  
se emptionem lanarum anticipata solutione minoris iusto  
pretio, modò illa fiat ante annum, & quod etiam mercator  
deferens per mare magnam mercium quantitatem, potest  
creditō vendere maioris iusto pretio, quo venderet pecu-  
nia praesenti: quae tamen opinio non est tenēda. Tum quia

A noua est, & rationes eius infirmae, & equè fetè concluden-  
tes opinionem Medinae, quam reprobat, ac suam. Tum quia  
iustius potuit concedere mercatoribus aliarum mercium  
facultatem carius vendendi propter verum interesse lucri  
cessantis (quam tamen eis praefatus Sotus negat) quam mer-  
catoribus lanarum, & mercium nauticarum propter respec-  
tus, quos tangit: nam quidquid ille dicat: certum est nobis  
cum communi, licere in foro conscientiae mercatori carius  
vendere propter verum interesse lucri cessantis, monito  
emptore, quod verè coram Deo cessat lucrari propter di-  
latam solutionem, tantum quanti maioris iusto vendit ei  
merces ob dilationem: & quod si nolit emere ea condi-  
tione, non emat, qua sola ratione possent etiam defendi sy-  
pradicti emptores lanarum, & venditores nauticarum mer-  
cium, si verè coram Deo interueniret tantundem interese  
lucri cessantis, quanti carius ob dilatam solutionem ven-  
dunt. Dixi, in foro conscientiae: quia in exteriori difficile ex-  
cularetur, attenta praesertim extrauagante Pij V. <sup>a</sup> quare e-  
dem leges seruandae sunt in lanis, & nauticis mercibus  
vendendis, quae in aliis.  
B 83 Ex quibus omnibus sequitur primò, quod non peccat  
qui re, qua magnopere opus habet, im- oportunitate alterius  
ei vendit tanto plura iusto pretio, quanto dano (saltem af-  
fectionis) eius venditione afficitur. Secundò, quod peccat  
qui hoc faceret ob magnā necessitatem emptoris, vel  
magnam utilitatem, quae inde illi proueniret, <sup>b</sup> licet hone-  
stum esset, vt emptor, quia ea multū lucraretur, aut se iua-  
ret plus aliquid iusto pretio venditori daret. <sup>c</sup> Tertio, quod  
licet minoris iusto pretio aliquid emere, quando plurimum  
refert venditoris eam vendere, & emptoris parui eam e-  
mere, & pietate motus emit: vt cum quis emit à paupere  
suam operam solo victu, quem ei praebet, ne fame pereat. <sup>d</sup>  
C Quarto, quod etiam licet emere minoris praedicti aliquid  
cum pacto, vt venditor, quamdiu vixerit, fructus eius per-  
cipiat: aut in tot annos, quam si fructus statim percepturus  
esset, <sup>e</sup> pro quo est textus in cap. cum Ioannes. <sup>f</sup> Quintò, quod  
etiam licet venditori vendere dilata solutione, tantò plus  
addendo pretio iusto postea soluendo, quantum credit se  
in eo recuperando, insumpturum, modò proponat id re-  
mittere debitori, si absque impensis stato die soluerit, &  
quod non videtur tutum Siluestro, <sup>h</sup> quia venditor potest  
mutare voluntatem, aut eius obliuisci, aut mori: & ita em-  
ptor cogi totum soluere, sed occurri potest omni periculo,  
tradente venditore schedam subscriptam, qua promit-  
tat se statim de pretio remissurum, si stato die soluat, quan-  
tum iusto pretio adiecit, sine causa remissionis expressio-  
ne, ne in foro exteriori praesumatur vsurarius. Per quae om-  
nia clarent verba posita supra, <sup>i</sup> cui addo, quod si deceptio  
fuit vltra dimidium iusti pretij, deberet rescindi contra-  
ctus, vel pretium suppleri, vel diminui in vtroque foro. <sup>k</sup>  
E Immo, & si deceptio fuit vltra quartam partem iusti pretij,  
cum pacto de retrovendendo in Regnis Lusitaniae per sta-  
tuta Regia, <sup>l</sup> & si deceptio esset in parte minore dimidio,  
& etiam quarta parte iusti pretij, modo esset notabilis, pec-  
cateretur cum obligatione restituendi in foro interiore, iux-  
ta S. Thomam, <sup>m</sup> & etiam in exteriori canonico per viam  
denuntiationis, vt efficaciter probauimus alibi. <sup>n</sup>  
F 85 Admonemus tamen hoc loco id, quod ibi non feci-  
mus, nempe quod ad rescindendum hac ratione contra-  
ctum, non solum oportet probare tem emptam, vel aliā  
commutatam, tempore contractus tanto plura, aut mino-  
ris valuisse in illa regione, iuxta communē aestimationem:  
sed etiam, tantò plura, aut minoris valuisse in illo loco, &  
tempore, & modo vendendi, quando, vbi, & quo modo  
vendita fuit. Et quod etiam emptor, qui praterderet rem  
non esse emptam pretio minore iusto, probare poterit an-  
no illo, tempore, & loco homines laborasse caritate anno-  
nē, bello, vel peste, aut alia simili calamitate, ob quae fuit tūc  
abundantia vendentium res venales eiusdem qualitatis, cui-  
us erat empta, & penuria pecuniarū, & emptorū, ob quod  
venditores rogabāt emptores, qui agrè emebant, quo pro-  
bato, probaretur res empta multò minoris valuisse, quam  
alio tempore, vel loco, per dicta supra, <sup>o</sup> & etiam venditor,  
qui praterderet rem non esse venditam pretio maiore ius-  
to, posset probare praedicta contrario modo se habuisse:  
& ideo non sunt facile consulenda huiusmodi lites. Tum

a Relata ca.  
17. nu. 300.

b Iuxta S.  
Tho. & Scot.  
sup. citatos.  
c Secundum  
eisdem.

d Sylue. ver.  
emptio. qm. 7.

e Maio. in 4.  
d. 15. qua. 40.  
f De fid. inj.

g Maior vbi  
supra.  
h In Rosa au-  
rea casu 6.

i In praedicto  
6. peccandi  
modo.  
k l. 2. Cod. de  
refer. vendi.  
l c. a. cum di-  
lecti de emp-  
tio. c. vend.  
cum adm. eis.  
m l. 1. 4. Ordi.  
tit. 14. §. & se-  
follu. tit. 27. §.  
1. c. 2.  
n 2. 2. qm. 77.  
art. 1.  
o In c. nouit.  
de iudic. nota.  
6. nu. 43. 44.  
c. 44.

o Sed. 6. n.  
58.



quia sunt periculosa: tum quia nemo facile condemnare debet in iudicio, vel extra eos, contra quos intenduntur, præsertim si damnum passus sciebat se illud pati, & etatis personam, quæ illam, vel eius partem donare poterat, & sponte abique vi, metu, & graui necessitate id passus est: quia potest iudicari voluisse illud damnum donare, secundum Petrum ab Ancharano, a quem post Salicetum b defendimus alibi. c Tum quia via denunciationis Euangelicæ est fragilis contra negantem deceptionem, d & iudices seculares iam non permittunt alia via tractari huiusmodi lites apud iudices Ecclesiasticos.

86 Admonemus item per dicta alibi e quod pactum de retrovendendo multum dimiuit de pretio, & consequenter leges, quæ loquuntur de deceptione ultra dimidiam, vel quartam partem pretij, debere intelligi de dimidia, vel quarta pretij per tale pactum diminuti, frequenter enim tale pactum quartam partem, vel amplio rem pretij dimiuit, argu. extravagantium f quatenus probat, annuū censum duodecim emi posse iuste pretio 100. cū pacto de retrovendendo perpetuo, qui sine illo valeret 200. & amplius.

87 Secundò mortaliter peccat, qui vult deliberatè emere, aut per alium contractum obtinere aliquid minoris iusto pretio pio, aut vendere, vel dare per alium contractum carius iusto pretio rigoroso notabiliter, secundum omnes. Dixi, deliberatè, ad excusandos innumeros, qui sensualitate ad id prouocare, sine iusta deliberatione eiusmodi desideria concipiunt, & excusatur etiam à mortali, qui non vult emere rem minoris iusto pretio, quod valet in loco, tempore, & modo quo emit: sed sic minoris pretio pio, quo venditur in officina, aut vbi emptores rogat. Ob quod à mortali excusantur scholastici malentes emere libros aliorum discedentium, aut vita functorū, minoris iusto pretio pio, quam in officina bibliopolarum valet apud venditorem, eo modo, quo eos vendit. Et qui obseruant occasionem emendi pannum, telam, aut alia in auctionibus, vel à proreneris quarrentibus emptores mercium sibi ad vendendum traditarum: quæ minoris aestimantur, & emuntur: qui verò per ignorantiam probabilem emit, aut vendit notabiliter iniuste, non peccat, donec id rescierit, & satisfacere noluerit, iuxta S. Thomam h & alios, quos adducimus alibi. i

88 Tertio peccat mortaliter, qui vendit triticum, aut aliquid aliud aestimatum certo pretio iusto à Repub. maiore notabiliter illo, cum obligatione restituendi illum excessum, secundum Medinam k & Castrensem l nec à peccato excusat pœna in edicto aestimatorio statuta, secundum eodem: nec donatio emptoris facta in emptione, quia præsumenda est non esse facta voluntate libera, sed necessitate coacta. Dixi, in emptione: quia facta postea, cessante necessitate, excusaret, per dicta, m qua in re, quod dicitur de laicis, dicendum videtur de clericis, quia quamuis hi legi sæculati non subiiciantur: subiecti tamen sunt legi naturali, & diuina, quæ præcipit, ne quis sua ultra iustum pretium vendat. Iustum autem pretium est, quod ab habente in id potestatem præstituitur, secundum omnes, quod etiam tenendum est in terris, vbi limitatur pretiū rei in illis collectæ, & non aliunde importata, etiam si res clericorū æquè bonæ sint, ac importatæ, quia licet ipsi ita sint exempti à iurisdictione edicentis, ac exteri, n & etiam sua quo ad aliqua: o confitendum tamen est, illa quo ad aliqua alia magis subiecti illi quàm extera, & quod causa prouidendi necessitati suæ Reipub. iuste potest dari priuilegium bonis externis, vt tam subditi, quàm externi possint importare illa vendenda in suis terris, excludendo ab eo bona suæ terræ, quæ sunt emptorum ab eo: quamuis caritatis Christianæ foret, vt Principes Ecclesiæ, qui maiore misericordia respicere debent, taxas, & pœnas sæcularium, quas ob misericordiam faciunt, suis edictis inuaret. Dixi, iusto aestimatum: quia aestimatio iniusta non obligat, saltem in foro conscientiæ, secundum omnes. Arbitror autem rarissimè ponendam esse hanc taxam. Tum quia dat occasionem vendendi corrupta, & fere inutilia eodem pretio, quo sincera, & utilissima. Tū quia, superueniente maxima necessitate, tollitur omnino taxa, & illa non occurrere, parum est necessaria. Tum quia nemo diuitum vult mutare, nec vendere credito res taxatas, nisi pretio taxæ, etiam tempore abundantiz. Tum quia præbet occasionem innumerosum peccatorum mortaliū,

A mille modis taxam fraudantibus: quorum vnus est nolle vendere rem taxatam, puta triticum, nisi ematur etiam non taxata, puta vinum duplo, & quadruplo maiore pretio, quàm valet, quem speciatim reprobat Medina. a

89 Quarto, qui sciens emit vili re pretiosam, ab id ignorante: puta aurum, vel equum sanum à putate esse aurichalcum, vel infirmum, aut contrà, vendit vtile pro pretioso puta plumbum pro stanno, stannum, pro argèto, aurum alchimisticum pro naturali, &c. cum obligatione restituendi damnum, secundum mentem S. Thomæ recepti, b Idem de venditore, qui sciens rem vitiosam sine declaratione vitij vendit nescienti, & ea de re non monito secundum eundem S. Thomam, c nec satisfacit, dicendo se nolle teneri de aliquo eius defectu: & quod vendit cum omnibus suis defectibus, exprinendo mendaciter longè plures, quàm habeat etiam si occultū inter illos falsos exprimat: ita vt emptor moueatur ad credendum non inesse illi occultum verum, cū iudicat eum mentiri in patentibus, vt cū ait, vendo hunc equum tibi pro claudo, cæco, manco, mutilo, & quouis defectu laborante, mentiendo circa patentem defectus secundum Speculatorem receptum. d Tū quia tenetur speciatim declarare defectum, quem ipse scit, & emptor ignorat. Tum quia mouet emptorem ad credendum, ipsum mentiri in occultis, cū in patentibus patenter mentitur. e

Dixi, sciens: quia nesciens celando non peccat: licet cū rescierit, tenebitur ad refarciendum damnum emptori. Dixi, occultum: quia manifestum non tenetur declarare, veluti si equus patenter est cæcus, vel claudus &c. modo non faciat, aut dicat, quo id nō appareat, nec etiā occultum, quod emptori non erit notabiliter dānosum: nec tale, propter quod delineret emere, licet ægrius esset empturus, modo tantum de pretio detrahat, quātū ob illud verè minoris valet, iuxta eundem Maiorem f post venditionē tamen admonete debet emptorem illius vitij, & quod ob id minoris ei vendidit, ne si emptor alteri pluri venderet, esset causa dāni illius tertij, vt rectè annotauit Caietanus, g idē de vendēte rem, quæ sciebat cito corrupendam ementi ad diu seruandam. h

Quæritur hic nouè, an peccet mortaliter, qui vendit aliquid amissum ipso iure ob hæresim, crimē læsæ Maiestatis, aut aliam similem causam, emptori id ignorati, eaque de re non admonito? Respondeo quòd sic: quia per supra dicta vendens aliquid non manifestando vitium occultum illud ignorati, peccat, & satis superque vitiosum, quo ad hoc videtur, rem vendendam non esse vendentis, posseque ab emptore iure auferri, etiam non reddito ei pretio, quo emit: eiusmodi sunt prædicta ipso iure amissa, secundum Ioannem Andream communiter receptum, i nisi tam occulto modo fuisset amissum, quòd probabiliter credit vendens illud nemini detectum iri, nec consequenter rem venditam ab emptore euictum iri. Tunc enim cessante causa, ob quam peccaret, cessat peccatum. k

90 Quinto peccat mortaliter, qui vendit arma ei, quem scit emere ad nocendum iniuste, aut ad bellum, quod scit esse iniustum, vt tener S. Antoninus, l vel dubitat, & non est subditus Principis, cui vult militare: subditus enim potest dubietatem deponere, m quid autem sit dicendum de illo, qui vendit illa sine vilo malo sine ob iustum lucrum, licet credat ementem iturum ad bellum iniustum, colligendum ex resolutione posita supra, n ex quo loco colligitur item, quid sit dicendum de vendente, vel habente venialia toxica, aconita, inutilia, chartas lusorias, taxillos, fucos, & pigmenta, & id genus alia.

91 Sexto peccat mortaliter, qui tempore messis, aut vindemiz emit, tam immoderate oleum, triticum, aut vinum, quò postea carius vendat, vt caritatem inducat. o Dixi, vt caritatem inducat, aliàs enim secus, præsertim ad prouidendum suæ domui alenda, etiam paulò plus quàm egeat, & postea quod superfuerit pretio corrente vendat: vel si emit ad prouidendum Reipub. vt Ioseph. p aut pauperibus egentibus, aut ne exportetur, vel dissipetur: aut ob alios fines honestos, secundum mentem Innocentij. q

Ad nouè autem quæ sita super eo, quod Itali *Stacchi*, & Hispani *Mobarra* vocant, nimirum quum quis, non inueniens pecuniam mutuam, emit credito argentum factum, vel pannum, aut alias merces, quò statim eas minoris vendendo pecuniam cogat? Respondeo primò, quòd vendens

illa ei

a In cap. peccatum de re. iur. li. 6. m. 22. argu. l. quisquis. Cod. de reser. vendit. adiuncta l. quod quis sciens. ff. de conditio. indeb. b In auth. sed hac. C. de v. iur. qu. 21. c In ca. nouit. de iudic. not. tab. 6. nu. 61. d Per notatam in d. ca. nouit. e Supra c. 17. à nu. 248. f 1. c. 2. de emp.

g Sil. in Aur. reser. cas. 15.

h 2. 2. qu. 77. art. 2. c. S. Anton. 2. p. 11. i. ca. 10. §. 3. i In repet. ca. nouit. de iudic. nota. 6. n. 60. k Co. de reser. qu. 30. l De l. p. lib. 1. ca. 12. m Supra ca. 17. num. 81.

n ca. ducermimus. de iudic. c. si diligenti. de for. cōp. o c. bene quidem. q. d. c. Ecclesiæ S. Maria de cōf.

a Vbi supra.

b 2. 2. qu. 77. art. 2. adu. Ho Caietan. in summa ver. alchimia. d Vbi supra.

d De reser. ut dis. §. 1. nu. 9. Medina 4. dist. 15. col. 4. e Ar. c. semel malus de re. iur. lib. 6.

f Vbi supra.

g 2. 2. qu. 77. art. 3. pro quo est c. §. de iur. h 1. 2. C. de p. ric. c. d. r. v. ad.

i In ca. causa eundem de hares. lib. 6.

k Arg. c. cum cessante. de appell. c. la digero. §. quid nū. ff. de ar. par.

l 2. parte tit. 1. ca. 24. §. 21. arg. cap. notum. 2. qu. 1.

m Ar. c. quid culpatur 25. quæst. 1. n. Ca. 10. nu. 10.

o Cap. quid que 14. qu. 4.

p Gen. 41.

q In cap. 1. de cler. vel ml. c. S. An. par. tit. 1. c. 23. §. 10.



b Cap. 17. nu. 228.

b Arg. c. non sunt audien. di. 11. qu. 3.

c Iux. dicta c. 17. nu. 11.

Arg. l. c. de monop.

c Ver. emptio. §. 23.

§. 23. supra.

g Cap. 13. nu. 8.

h Vt supra c. 12.

i Vt supra ca. 18.

k Per cap. ita quorundam de Inda. & bullam cana. Domini.

l In res. pra. dicitur cap.

m Co. de hic qui ex pub. collat. lib. 10. adu. d. cap. penult. §. 4. q. 5.

n 2. par. sit. 1. ca. 15. §. 5.

o Capit. 17. a. nu. 251.

p Arg. l. c. de lib. homo. & l. liberi hominis. ff. de contra. empt.

q l. seruus. ff. de i. i. §. 1. adu. d. in glo. §. l. quod adiuuat.

r l. 2. Cod. de put. qui fil. dicitur.

s Promer. 2. q. 1. Relatum in c. non in info. v. 23. qu. 3.

t In l. 2. ff. de pub. ind.

u In l. 1. c. de par. qui fil. d.

y Ca. 17. a. n. 00.

z Iux. pra. dicitur l. 2.

a Et glo. 2. 2. solenni cap. miramur. de serm. non ord.

b glo. fi. l. §. quis seruo. C. si de iur.

b Cap. 17. nu. 248.

illa ei pretio iusto, etiam rigorofo non peccat, alioqui sic, per dicta supra. \* Secundo, quod non decet eum denuo emere a se vendita, etiam iusto pretio minore illo, quo vendidit, ne pro iniquo mercatore, vel usurario palliato habeatur: cuius infamiae periculo probabili se exponendo peccat. b Tertio, quod de rigore iuris ei liceret denuo emere illa iusto pretio mediocri, vel pio minore rigorofo, quo vendidit: quia nulli legi iustitiae videtur contrariare, & si alicui legi caritatis scandalizando alios contraret, peccaret quidem, sed non teneretur ad restitutionem, ad quam solius legis iustitiae transgressio obligat, c ad aliud etiam noue quae situm super venditione census, respondeo, quod quidquid alias hoc in loco dixerim, non licet hodie post praefatam extravagantem Pij V. emere, vel vendere censum noue imponendum, vel iam impositum plus, vel minoris, quam in prima impositione fuit emptum, vel venditum propter vitandam fraudem, qua quis posset simulare se emere censum pro se magno pretio, ad reuendendum illum postea tertio minore pretio.

92 Septimo peccat mortaliter, qui facit monopolium cum aliis mercatoribus, ne illas, aut illas merces minore pretio, quam illo, vel illo vendant, d aut a Principe priuilegium impetrat, ne certi generis merces ab alio, quam ipso vendantur in populi damnum notabile, ex mente Rosellae, e quamuis liceat Principi, aut Gubernatori in bonu publicum obligando ad id aliquos, statuere, vt soli deputati ab eis talia, aut talia pretio tolerabili minutatim vendant, puta vinum, oleum, &c. iuxta Rosellam. f

Octauo peccat mortaliter, qui emit, vel vendit frangendo festa, vt supra, g vel peierando, h vel mentiendo. i

93 Nono peccat mortaliter, qui ad terras infidelium res veritas, exporat, veluti arma, ligna, & alia ad bellum pertinentia, & est excommunicatus, k quod late declarauimus alibi. l

94 Thesaurarius item, aut receptor alicuius Ciuitatis, Communitatis, aut domini, qui emit, aut negotiatur pecunia publica in custodiam recepta, per tres leges m quod limitandum est procedere solum in eo, qui id facit sine Superioris consensu, vel non soluendo, quibus debet stas temporibus absque consensu eorum expresso, vel tacito, vel soluit, sed cum damno notabili, quod restituere tenetur ex mente S. Antonini. n Item, qui societatem habet cum alio nolens discedere ab eo non respicente, per dicta supra. o

95 Decimo peccat mortaliter, qui emit hominem liberum non constitutum in extrema necessitate se vendendi, vel possessum pro seruo, quem credit, aut credere debet illum non fuisse captum in bello iusto, nec ob crimen libertatem amisisse: sed surreptum, aut captum a latronibus, quales, vt fertur, sunt multi Aethiopes, & Indi capti a Piratis Christianis, vel latronibus sua regionis, & postea venditi exteris pro seruis, & obligatur restituere illu suae antiquae libertati. Dixi, non constitutum, propter eos, qui emit captos male per paganos destinantes eos in cibum, ob idque eos impingentes, quod passim contingit Brasilia, ac in aliis terris, quas incolunt Anthropophagi: licet enim eos emere, & illis emptioni suae consentire. Tum quia vita pretiosior est libertate. q Tum quia parer tempore famis extremae filium vendere potest. r Tum quia id potius est eripere illos a morte iniusta, ad quod tenemur, iuxta illud Sapietis. s Erue eos, qui ducuntur ad mortem. t quam emere. Tum per ea, quae tradit Imola v & Salicetus. u Tum quia nemo tenetur ad gratis subueniendum egenti, etiam extremae modò commodando, vel muruado satis ei succurrat, per dicta supra. y

Tum quia emptio illa temperatur, eo quod huiusmodi emptis per se, vel per alium se redimere licet, reddito pretio, quo constituerunt, vel saltem eo, quod valerent tempore redemptionis, si verè serui essent, etiam inuito possessore: & eo quod redempti fiunt liberi, & non liberti, perinde ac si numquam fuissent capti, instar filiorum a patre ob famem venditoru, z desumpto argumento ab aequiparatis, a ex quo fit, vt moneri debeat secundus emptor modum, quo ille fuit antea emptus: vt secundus emptor filij a patre ob necessitatem venditi est monendus: minoris enim valet ob priuilegium redimendi se inuito possessore, vt minoris valet praedium cum pacto de retrouendendo emprum, iuxta supra dicta. b Non obstat, quod melius faceret, qui gratis il-

lum ab extrema illa necessitate liberaret. Tum quia id non arguit, hoc esse malum, quia bono melius datur. \* Tum quia vtilius est dicere hoc, quam contrarium, ne bona opera impediatur, quum illud nemo, vel rarus facturus sit: hoc verò multi facient, & faciunt, quos arbitrò iuste posse capere, etiam interesse iustum pretij pro eis dati. b

96 Quiritur autem hic noue, an peccent, cum obligatione restituendi, ementes Aethiopes, Indos, vel alios delatos è suis terris in alias? Respondeo quod non: si sciunt, aut probabiliter credunt eos fuisse a se, vel ab aliis cum consensu eorum venditos, vel in bello iusto captos: alia secus. Is autem mala fide credit eos esse seruos, qui scit, aut credit esse famam publicam ex fide dignorum relatione ortam, quod dolo, vel vi extra bellum iustum fuerunt capti, vel in naues introducti, ac postea volentes nolentes adducti: quod aiunt esse frequentissimum, per illud iuris, c quod singulariter probat sufficere iure antiquo ad aliquem vitandum, famam quod sit excommunicatus: & quamuis iure nouo, nec fama, nec scientia excommunicationis ad id sufficiat, d sufficeret tamen fama, quod est denunciatus. e

97 Undecimo peccat mortaliter proxeneta, \* vel licitator, qui aliquid ad vendendum accipit, & sibi partem pretij notabilem retinet, cum obligatione restituendi, iuxta Angelum, f nisi pro iusto sui laboris stipendio a domino non solum acciperet, & etiam si pro stipendio acciperet, si gratis se venditurum promisit, g quamuis si accipit certo pretio vendendum, retinere potest id, quo plus illud vendiderit, nisi excefferit pretium rigorosum: talis enim excessus emptori est restituendus, iuxta Angelum, h quod limo procedere, quando expressè, aut tacite agit, vt id sibi reuineat, vt cum conuenit nihil ei pro stipendio dandum. Contrarium verò, quod tenet S. Antoninus & Ioannes Tabienna & Iason k & etiam Maior, l quando id non esset actum, vt quum quis famulo suo stipendio conducto, vel amico gratis id facturo tradit aliquid vendendum certo pretio, vel proxenetae conuenio stipendio: licet proxeneta, qui sua industria illud pretiosius reddit, cum ad id non teneatur, excessum sibi retinere possit. m


\* Vel licitator. Licitator is est, qui in auctione publica pro re venali pretium offert. Vnde M. T. in 3. Offic. Non licitatore venditor, nec qui contra se liceatur emptor opponet. Hoc autem loco, pro eo sumitur, qui rem venalem per vrbis plateas iussu domini circumfert, vt eam pretio sibi a domino rei constituto distrahat.

98 Duodecimo peccat mortaliter, qui suo stipendio iusto non contentus, rei domino dixit, neminem pro illa plusquam centum dare velle: & accepta potestate dandi illam eo pretio, vendit centum, & viginti, sibi retinens 20. n cum obligatione restituendi.

De simonia, quae per speciem emptionis, & venditionis auaritia cognata est.

- 99 Spirituale, etiam vt hic sumitur multiplex.
- 99 Spirituale alterum a solo Deo, alterum ab eo, & homine: sed vtrumque iure diuino vendi vetatur.
- 99 Spirituale humanum antecedens, & consequens.
- 99 Spirituale purum, & mixtum, & hoc vt vendi possit.

Definitio rei spiritualis.

99  M I S S A breuitatis causa inquisitione illa inutili, cur hoc vitium Simoniae potius denominetur o a Simone, qui volendo emere spiritualia illud incurrit: quàm a Giezi, vel Balaam, vel Iuda, qui p volendo ea vendere illud incurrerunt, cum per venditionem ita committatur, sicut per emptionem, praemittendum primò, quod vt ait Ioannes Maior. q non est facilis definitio rei spiritualis. Cuius ratio, licet ea ille non assignet, potest esse, quod spirituale siue spiritale dicatur omne, quod pertinet ad spiritum. Spiritus autem dicitur proprie halitus, iuxta illud. r Spiritus meus attenuabitur. Improprie verò per figuram metaphoram, siue translationem appellatur nunc anima vt ibi. s Tradidit spiritus vebementis. nunc omne incorporeu, iuxta illud vt in his v Spiritus est Deus. nunc alia, vt ait S. Thomas, x & a deo necesse videtur esse, vt spirituale quoque multipliciter dicatur: & ita in hoc proposito no capitur pro halitu, neque pro re pertinente ad illum, neque pro vento, neque gene-

a l. ubi autem ff. de verbo. obli.

b Arg. l. 1. cum ei adnot. C. de sent. qua pro eo, q. inior & aliis supra sape citati.

c Ar. glo. sing. in l. Titio fundus ff. de condi. & demon. & notat. per gloss. in c. qua liter. & qua do 2. de accusacion. &c. illud. de cler. excom. mi. d Per extravag. ad emittendam. Martin. V. relas. infra ca. 27. 55.

e Vt ibi dicitur.

f Ver. emptio. §. 23.

g Arg. c. non aut. l. 4. §. 1.

h Vt supra. i §. par. sit. 8.

k In §. actio. nes. Infit. de d. ad.

l In 4. d. 13. q. 41.

m Gab. in 4. d. 15. q. 10. ar. 3. ad 4.

n Caie. in su. verb. proxeneta.

o Ar. 8. p Ca. qui flu. det. 1. quae. 1. q. 2. l. 1. c. 25. q. 4. 1.

r Job. 17.

s Ioan. 19. t. Ar. 2.

v Ioan. 4. 11. par. q. 42. a. 3. ad 4.



raliter pro re incorporea, sed pro re pertinente ad salutem animæ, quæ est cuiusdã generis spiritus improprie accepti.

Quare omissio stylo, quo in vulgari hoc in loco vsi fuimus, sequitur Ioannem Andream Panormitanũ & communem, a adiunctis, quæ S. Thomas, & communis ait, b spirituale, vt huc pertinet, est donum supernaturaliter a Deo datum, ad animarum salutem, vel aliquid aliud institutum supernaturaliter ab eodem ad eam efficiendam: vel ab Ecclesia potestate supernaturali, & gratis sibi data ad conseruandum illud, & gratis dandũ, quæ definitio satis colligi potest ex cap. gratia. & ca. qui itudet. c & cap. quam pio, d ex Durando, e & ex S. Thoma f & Ioanne Andrea & Panormitano. g Dixi, donum, pro genere. Dixi, supernaturaliter, ad includendum spirituale per essentiam, ad differentiam donorum naturalium, quæ naturaliter dantur. Dixi, ad salutem animarum, ad excludenda insignia, seu arma, dotes, & victorias, & alias huiusmodi Regibus, & Principibus aliquot, vel aliis in alium finem, quàm salutem animarum supernaturaliter concessa. Dixi, vel aliquid institutum supernaturaliter ab eodem ad eam efficiendam, ad includendum spirituale per causam, qualia sunt Sacramenta, quæ ipse solus instituit, & sola efficiunt instrumentaliter gratiam, vt dictum est supra. h Dixi, vel ab Ecclesia potestate supernaturali sibi data, ad includenda spiritualia, quæ à Ioanne Andrea & Panormitano i vocantur spiritualia statuta: qualia sunt Sacramentalia, & eis annexa ab eadem instituta, quibus Sacramentalia parantur, conficiuntur, & conseruantur: vt consecratio, & benedictio Ecclesiæ, vel altaris, vasorum, ornamentorum, aquæ baptismalis, vel benedictæ, exorcismus, catechismus: ius patronatus, beneficia, collationes, præsentationes, renunciationes & id genus alia. Dixi, gratis dandũ: quia omni rei spirituali repugnant emptio, venditio, & omnis non gratuita donatio, triplici ratione secundum S. Thomam receptum, k scilicet: quia non est pecunia æstimabilis: & quia nemo alius à Deo est verus dominus eius: & quia origo eius procedit ex gratuita Dei voluntate.

Ex qua definitione inferitur primo, quædã esse spiritualia, vt hic accipiuntur, à solo Deo immediate creata, vel instituta, vt sunt gratia gratum faciens, septem dona Spiritus sancti, & septem Sacramenta, & gratiæ, quas gratis datas appellant, & iurisdictio Ecclesiastica supernaturaliter primum à Christo Domino nostro data, vt diximus. l Alia verò ministerio Ecclesiæ instituta, qualia sunt reliqua prædicta. Non tamen ex hoc inferas, quod solum priorum venditio est iure diuino prohibita, & consequenter prohibita, quia simoniaca: quia etiam venditio posteriorum est, eiusmodi, vt infra tangetur, m non item putes, quod omne sacrum est spirituale, vt hic accipitur. Bona enim mobilia, & immobilia Ecclesiastica sunt sacra iuxta S. Thomam receptum, n & probatur ex iure, o quæ tamen non sunt spiritualia, vt hic sumuntur, & ita eorum emptio etiam iniusta non est simoniaca: licet sit sacrilega, p quia definitio eis nõ conuenit: nam licet dedicerentur ad sustentationem spiritualium, vt ait S. Thomas q non tamen per benedictionem sacri constitutum, quæ de sola potestate supernaturali, & spirituali fluere potest, vt nouè resoluiimus nuper. r

Secundo inferitur, quod omnia spiritualia instituta ab Ecclesia, sunt instituta virtute potestatis diuinitus acceptæ, & ideo merito vocantur annexa spiritualibus, quia sunt superaddita humanitus spiritualibus datis diuinitus: quædam quidem antecedenter, puta quæ non requirunt in habitu illa, aliud spirituale, quàm Christianismum: vt ius patronatus, ius sepultura, calix, & similia. Alia dependent, siue consequenter, quæ requirunt aliquid spirituale ultra Christianismum: qualia sunt beneficia, & officia Ecclesiæ, quæ est doctrina S. Thomæ communiter recepti. s

Tertio, quod quædam sunt spiritualia pura ab omni rei temporaria: mixtione: qualia sunt gratia, & dona Spiritus sancti: alia mixta ex spirituali, & temporario, & horũ quædam habent plus spiritualis, quàm temporarij: vt Sacramenta, & actus conficiendi ea, qui constant ex parte purè spirituali, & labore temporali: alia contra, quorũ maior est temporalis, & minor spiritualis: vt calix sacratus, & ornamenta sacra in quibus materia, quæ est maior pars, est res temporaria, & consecratio, & benedictio, quæ est spiritualis, minor. Et quamuis neutra horũ pretio vèdi possint, quo ad partè spirituale, neque eius ratione debeant maioris æstimari: ta-

mè ea quæ sunt generis posterioris, vèdi, & emi possunt ratione partis temporarij. Ea verò quæ sunt prioris generis nõ.

Definitio Simonia.

- 100 Simonia definitio declarata.
- 100 Emptio, & venditio proprie, & improprie sumuntur.
- 100 Simonia absque re temporali formaliter inuenitur.
- 100 Simonia non est emptio, vel venditio artis, vel consilij.
- 100 Simonia omnis datio spiritualis pro pretio.
- 101 Simoniam vt non faciat causa minus principalis.
- 101 Causa non omnis, ob quam non fieret actus, est principalis.
- 102 Simonia non est dare pecuniam pro alimento, pæna, vexationis redemptione, missa, precibus, vel laude.



Ecundò principaliter præmitto, quod simonia est voluntas studiosa emendi, vel vendendi spirituale, vel spirituali annexum, secundum glossam solennem a receptam ab omnibus Canonistis, b & à Theologis, c & à S. Thoma. d Dixi, voluntas, ad significandum, quod simonia mentalis, qua quis vult committere simoniam conuentionalem, vel realem, est verè peccatum mortale simoniæ, etiã non sequuta conuentionali, nec reali: quia radix malitiæ simoniæ, sicut & cuiuslibet alius peccati, in actu interiori voluntatis consistit, secundũ S. Thomam, receptum, e iuxta illud. f Non quod intrat per os hoc coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominẽ. Tum quia peccata cordis, oris, & operis eiusdem speciei, & malitiæ sunt, g & constat admittere simoniam conuentionalem, vel realem esse peccatum mortale. h Tum quia talis voluntas est peccatum mortale secundum omnes, & non nisi peccatum simoniæ: ergo est simonia: propter quod Maior, i malè deridet glossam, k putans eam dicere contrarium quod tamen non dicit, immo expressè aiunt ambæ glossæ esse peccatũ: sed non facere quem simoniacum, id est, de numero eorũ, quos iura vocant simoniacos, id est, punibiles pænis contra eos constitutis: quod quia non satis aduerterunt aliqui, grauius in hoc lapsi sunt. Dixi, studiosa, ad excludendam indeliberatam. Dixi, emendi vel vendendi, ad includendum omnem voluntatem dandi, vel accipiendi aliquid pro spirituali non gratuito: sed in quoddam pretium, vel interesse formaliter, vel æquipollenter temporale, iure id non permitte, vel prohibente, per infra dicenda. Dixi, spirituale, ad includendum omne diuinitus datum, vel institutum ad salutem animarum iuxta dicta. l Dixi, vel spirituali annexum, tum ad includendum omne spirituale humanitus per potestatem diuinitus datam adhibitum ad conficiendum, & conseruandum spirituale diuinitus datum. m Tum ad significandum, quod in nullo alio, etiam sacro committitur simonia, per prædicta. n

Ex qua definitione, & eius declaratione inferitur primò, quod numquam committitur simonia circa corporea, vel incorporea, quæ sunt naturaliter quæ sibi: quia non sunt spiritualia, vt spirituale sumitur in hac definitione, & consequenter nec circa scientiam iuris vel aliam, & artem, & consilium naturaliter quæ sibi, licet contra senserit glossa violans textum, o quatenus habet non licere Doctore vendere consilium, sine studij labore præstitum, innuens id esse simoniam, cui consequens est, quod grauius labuntur Hostiensis Cardinalis & Panormitanus, & aliquot alij, p sentientes committere simoniam illos, qui docent aliquam scientiam pecunia, si habent, vnde se aliunde sustentent: quia non vendunt quid spirituale, vt hic sumitur: & grauius Panormitanus significans scientiam, vel laborem docendi esse tale spirituale, quod aliquo modo ad quamdã permutationem cum beneficio spirituali accommodari possit. q

Secundò, quod duplex est simonia. Altera prohibita, quia simonia, id est iure diuino prohibita: altera simonia, quia prohibita, non quidẽ, quod solo iure humano sit prohibita, vt sentit glossa r communiter à Canonistis recepta: sed quia iure humano ab Ecclesia per potestatem supernaturaliter, & diuinitus ei traditam instituto, est prohibita. Prioris generis est voluntas emendi, vel vendendi verè spiritualia: siue à solo Deo sint data, vel instituta: siue ab Ecclesiastica potestate diuinitus accepta, iuxta dicta, s posterioris generis est voluntas faciendi collationes, renunciationes, vel recipiendi eas factas cum cõditionibus, modis, vel

a In d. c. consuler. de simon.  
b In 4. di. 25.  
c 1. quæst. 1. d quæst. 2. e d. 25. q. 1. f 2. 2. qu. 100.  
g In c. consuler. de simonia.  
h Ca. 22. nu. 1. & 2. i In c. consuler. de simon.  
k 2. 2. qu. 100. artic. 1. in cor. q.  
l In m. nouit. de iud. notab. 3.  
m Num. seq.  
n 2. 2. qu. 99. art. 3.  
o In ca. nulli. c. c. prædia. 12. qu. 2.  
p Per c. prædia. 12. qu. 2.  
q Vbi supra. r In c. non licet. 12. qu. 2. §. 17. a nu. 7.  
s 2. 2. qu. 100. art. 4.

a In summa 1. qu. 1.  
b In rubric. de simon.  
c In 4. di. 25. d 2. 2. qu. 100. art. 1.  
e 2. 2. q. 20. f Matt. 15.  
g S. Tho. 2. 2. qu. 72. art. 7. h Ca. tamã. c. c. 10. nu. 1. sub finem.  
i In 4. di. 25. qu. 1.  
k Dic. cap. f. cui concordat gl. præfati ca. consuler.  
l Supra. 99.  
m Per ibidem dicta.  
n Num. 99.  
o In c. non licet. 12. qu. 2.  
p In cap. quia nonnulli. de mag.  
q Arg. ca. ad quæstiones. de rer. permut. male ad hoc applicati. r Cap. ex par. e. de offic. de leg.  
s Num. præced.



paſtis in aliis licitis: & etiam in his, niſi ab Eccleſia prohiberentur: & ita frequenter ſimonia committitur ſine interuentu pecuniæ numeratæ, vel rei eâ æſtimabilis: nam cum quis renunciat beneficium ſuum in fauorem alicuius, vt ille, vel alius renunciet aliud in fauorem alicuius, vel alius renunciet aliud in fauorem alterius: vel ſuffragatur cuiſpiam in aliqua electione, vt alius ſuffragetur alteri: vel renunciat beneficium ſuum ſimpliciter, vt alius impetret ſibi aliud ab Epifcopo, vel alio collatore: & aliis ſimilibus caſibus, non datur formaliter pecunia, neque aliquid aliud eâ æſtimabile: & tamen eſt ſimonia ſecundum Raimundū, quem ſequantur Angelus, & Silueſter. <sup>b</sup> Tum quia id tamquam ſimoniam prohibet Eccleſia. Tum quia, id merito prohibet: nam his omnibus datur, vel relinquuntur ius ſpirituale cum onere, vt fiat aliquid quaſi pro pretio rei ſpirituales, vel cauſa principali immediata eam habēdi, quod prohibetur, & includitur ſub declaratione tertii definitionis, quæ tamen non procedunt in conditione, & modo, quæ iure inſunt, modo exprimitur eo ſolo modo, quo inſunt, vt Felinus, & citati ab eo ibi declarant. <sup>c</sup> Per quæ pridem defendimus collationem cuiuſdam commendæ factam cuidam adiecto modo, vt ſolueret quadraginta aureos annuos, quos ordinis ſtatuto ſoluere tenebatur, quiſquis eam haberet.

Tertio, quod permutatio beneficiorum, etiam quo ad titulum eſt ſimoniaca: ſi fiat abſque Superioris auctoritate, quoniam per eâ quis vult dare, vel facere aliquid pro quaerendo aliquo ſpirituale in quoddam pretium, vel cauſam principalem, & immediatam quaerendi illud, licet non ſit pecunia æſtimabile, vt palam eſt: quæ iure licita ſit, ſi fiat auctoritate Superioris: quia id iure permittitur ſit. <sup>e</sup> Et quæ iura ſolum permittunt permutationem beneficiorum, quæ ſunt permutantiū: ideo ſimoniaca eſt permutatio, qua quis ius ad rem \* quod habet per reſuſſum, acceſſum, electionem, præſentationem, optionem, vel aliam nominationem, permutat cum alio ſimili iure, vel beneficio alteri iâ quaſito, vel vacanti. <sup>h</sup> Et idem de permutatione, qua renuncians beneficium minoris valoris reddit pecuniā, vel cōſtituit penſionem annuam alteri permutati maius ad æquandum illa: quia id nullo iure permittitur: quamuis quum Eccleſiæ bona inæqualia habentes permutantur, quo ad proprietatem, reſundi poſſit ſeparatim pecunia, qua bona illa æquantur, <sup>i</sup> per quod idem fieri poſſe auctoritate Superioris in permutatione ritulorum, dicit Ancharanus, <sup>k</sup> quod comendat Felinus. <sup>l</sup>

\* Quod habet per reſuſſum. Ius reſuſſus is habet ad beneficium, qui cum aliis illud beneficium habuerit, illud alteri hoc beneficium ea conditione reſignauit, vt ſi ille, cui illud eſt reſignatum ante reſignatorem moriatur, beneficium ad reſignatorem ipſum regrediat. Ius vero acceſſus habet, ille, cui verbi gratia adhuc puero beneficium eſt collatum & quoniam ille ob gratiam ad illud habendum non eſt idoneus conferretur alteri, ea conditione, vt puer ipſe cum adoleuerit, & ad habendum beneficium fuerit idoneus, poſſit ad illud promoueri, & accedere. <sup>m</sup> Autem reſuſſus & acceſſus merito per Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 7. in decreto de reformatione ſunt ſublati.

Quarto, quod non eſt ſimonia dare, vel accipere alia ratione, quam pro pretio quaerēdi ſpirituale: puta pro ſuſtentione miniſtrorum, vel pro liberalitate, vel elemoſyna, vel pro ſolutione obligationis legis, vel conſuetudinis, vt ſentit S. Thomas, & exprimit Caietanus. <sup>n</sup> nam præpoſito (pro) aliquando ſignificat pretium, vel cauſam principalem immediatam, in qua ſignificatione accipiēdo vniuerſaliter eſt verum, nil pro re ſpirituale, vel ei annexæ poſſe accipi, <sup>o</sup> nil, inquam, etiam paruum, vel minimum ſecundum S. Thomam. <sup>p</sup> Aliquando ſignificat cauſam impulſiuam, vel remotam, vel ſuſtentionem, vel aliam ex prædictis, & in hac ſignificatione verum eſt poſſe accipi aliquid pro ſpirituale, iuxta gloſſam iuncto textu. <sup>q</sup>

Quinto, quod licet dare, vel accipere aliquid temporale minus principaliter, & tamquam pro cauſa impulſiua, & excitatiua pro ſpiritalibus. Tum per proximè dicta. Tum per gloſſas, <sup>r</sup> quæ aiunt, ſimoniam quidem admittere illum, qui prælato inſeruit principaliter ob beneficiū Eccleſiaſticum, præſertim interueniente pacto, nō autem, qui principaliter ob alium iuſtum reſpectum inſeruit, licet ſecundariō, & minus principaliter ob illam ſpem inſeruiat: quod pulchrè de more declarat Adrianus. <sup>s</sup> Tū quia gloſſa

A illa celeberrima <sup>a</sup> ait peccare quidem eū, qui ſurgit ad matutinas preces principaliter propter diſtributiones quotidianas: non autem illum, qui ſurgit principaliter, vt Deo inſeruiat, & minus principaliter, & ſecundariō, vt eas lucretur. Tum quia <sup>b</sup> Urbanus Papa, <sup>b</sup> & Celeſtinus <sup>c</sup> determinarunt licere clericis ſeruire Deo in Eccleſiis ob ſpem aſcendendi ad dignitates illarū. Immo Gelafius <sup>d</sup> dixit eos ad hunc aſcenſum ſpe maioris commodi compellendos. Tum quia gloſſa recepta, <sup>e</sup> dicit expreſſè per illum textum: licere clerico ſeruire in Eccleſia ad quaerendam aliquam dignitatē: modo principaliter ob id non ſeruiat, cui ſimilis eſt gloſſa. <sup>f</sup> Tum denique, quod gloſſa. <sup>g</sup> recepta communiter, confirmata à multis contra Sorum <sup>h</sup> habet, quod licet peccet, qui mutat principaliter ob lucrum: nō tamen, qui principaliter id facit, vt iuuet proximum: quamuis minus principaliter, & ſecundariō id ſperet. Cauſam autē impulſiuam, & excitatiuam uoco etiam illam, ſiue qua non fieret actus: modo ille fiat principaliter ob aliam, quam illam, vt in hac ſpecie dixit Maior, <sup>i</sup> & ante illum ſentit S. Thomas <sup>k</sup> loquens de clerico ſurgente ad matutinas ob diſtributiones, aliās non ſurrecturo. Tū quia, <sup>l</sup> vt probauimus, non eſt bona definitio illa Bartoli <sup>m</sup> qua definit cauſam principalem eſſe cauſam, qua ceſſante, ceſſat effectus: tum quia multis cauſis minus principalibus, ſine quibus actus nō fieret, conuenit: tum quia ſecundū eam omnis cauſa, ſine qua nō, eſſet principalis: quod eſt falſum, ſecundum omnes, & per ſupradictos textus & gloſſas quæ habent locum etiā in his, qui non ſeruiunt Eccleſiis, vel prælatis, niſi ſperarent beneficia: & quia actus virtutum, licet ſiant vicioſi ob ſinem principalem temporarium: nō tamen ſunt tales ob minus principalem. <sup>n</sup> Alioqui enim omnes ſerē actus noſtri eſſent vicioſi: quia pauciſſimi ſunt purè propter ſolum Deum, & ſolam virtutem ſine aliquo reſpectu retributionis; quā etiam David habebat in ſeruiendo Deo inueniens. <sup>o</sup> Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem, & vt quidam dixit. <sup>p</sup> Quis virtutē amplectitur iſſam, Præmia ſi tollas? Itaque verè coram Deo incurrit ſimoniam quicumque dat, vel facit aliquid temporarium etiam minimum, vel ſpirituale pro ſpirituale tamquam pretium eius, vel cauſam principalem, & immediatam eius habendi: & e contrario nemo, qui alia ratione, & minus principaliter dat, vel accipit etiam temporale pro ſpirituale verè coram Deo, & in foro conſcientiæ ſimoniam committit: quamuis in foro exteriori interdum præſumatur committere, quæ reſolutio ex prædictis, & ex Archidiacono & Caietano <sup>q</sup> irrefragabiliter colligitur. Per quæ pridem reſpondi, non commiſſiſſe ſimoniam, qui mutuauit Epifcopo nouè prouiſo bonam pecuniā ſummam principaliter, & immediatè, vt ei beneficeret, & ad inuendam amicitiam, ſperans ſecundariō ſibi, vel alij gratiam alicuius beneficii: quia non mutuauit pro pretio, neque pro cauſa principali, nec immediata rei ſpirituales, ſaltem vt hic accipitur.

B

C

D

E

F

<sup>a</sup> In cap. 1. de cler. nō reſid. lib. 6.

<sup>b</sup> In. e. ſ. off. 59. d.

<sup>c</sup> In ca. quid. proderit. 61. d. in c. conſultuſti. 7. d. diſt. e. in d. c. quid. proderit.

<sup>d</sup> Ca. hoc ad nos 59. diſt. g. Ca. conſultuſti. de uſur. h. ſupra c. 17. nu. 209.

<sup>e</sup> In 4. diſt. 25. qu. 1.

<sup>f</sup> Quolibet. 2. art. 2.

<sup>g</sup> In com. c. cū miniſter. 22. q. 5. nu. 27. l. 1. m. l. 1. ſ. 1. n. ſ. de donat.

<sup>n</sup> Per addita in d. c. cū miniſter. poſt Adr. ibi cū ſum. o. Pſal. 118.

<sup>p</sup> Lucen. ſac. 10.

<sup>q</sup> Vbi ſupra.

<sup>r</sup> Vbi ſupra.

<sup>s</sup> Ar. c. vno rabilibus. 9. porro. de ſan. excom. lib. 6. c. Arg. c. dilectus de pani. v. In 4. ſen. di. 25.

<sup>a</sup> Inſum. ver. ſimo. 4. 3. §. 3. <sup>b</sup> Ver. ſimo. q. 13. num. 4. <sup>c</sup> In e. ſicut. 3. c. non ſuſ. de ſimon. e. quam pio. 1. q. 2. ca. ſ. de pact. <sup>d</sup> Cap. ſignifi. caſti. cum glo. de elec. c. ca. ad audiētiā 2. cum glo. de reſcript. <sup>e</sup> Arg. l. 3. ff. de leg. 1. <sup>f</sup> Ca. quaſi ſit c. ca. pen. de rer. permuſ. <sup>g</sup> Ca. cum o. lio. c. cum v. niuerſorum. de rer. perm. <sup>h</sup> Clarius in cap. 1. eud. tit. li. 6. c. ele. 1. eod. tit. <sup>i</sup> Per d. c. cū ei annos. præſertim per lo. Au. & Erd. <sup>k</sup> In ca. ad quaſi ſiones de rer. permuſ. <sup>l</sup> In ca. 280 l. in ca. qua. veriſimile. de præſumpt. nu. 1. <sup>m</sup> Vbi ſupra. ar. 3. <sup>n</sup> Melius in ſumma ver. ſimonia. <sup>o</sup> Vt probat prædictum c. ſicus. c. non ſatis de ſimo. & declarat. Archi. in c. ordinationes. c. c. diſt. 1. q. 1. <sup>p</sup> In 4. ſen. di. 25. q. 3. a. 3. ad 1. c. di. 2. q. 100. art. 3. <sup>q</sup> In d. ca. indi. ces. c. c. Aga. tho. 03. d. ubi etiam Archi. <sup>r</sup> Communis in c. ad Apo. ſolicam de ſim. <sup>s</sup> Ca. cum of. ſet. de ſimon. c. ca. cum ad noſtram. de elec. <sup>t</sup> Quolibet. 9. artic. 2. ſub littera. L. M. N. O.





a Per text. sing. in ca. dilectus. 2. de simon. b Iuxta communem, ibidem.

c 2. 2. qu. 100. ar. 7. pro quo casu. in capi. Mathias. de simon. d Lib. 9. q. 6. de iustitia & iure.

e 2. 2. qu. 100. ar. 1. ad 3. f Danielis 4. g Relatum in cap. medici na. de poen. d. 1. h Ibidem. & in 4. lib. sent. dist. 25. qua. 3. i Hof. in sum. de simonia. §. qualiter. versic. scleri cui. k De quibus in c. sunt non nulli. 1. qua. 1.

l 2. 2. qu. 100. ar. 5. explicata in ca. ibi & in sum. verb. sim. m In cap. tuam. de etat. & qualis. n Eadem. q. ar. 5. ad 5.

o 2. 2. qu. 100. ar. 3.

p Per supradicta & per ca. significatum de praben. ubi id latius diximus. q In c. quoniam. ne pral. Vic. sum.

deceptionem est verè simonia, a modo qui dat iam habeat ius acquisitum, etiam in possessione, b quæ ampliatio per prædicta procedit quidem quo ad forum exterius, & præsumptionem simonia: nisi aliquid aliud eam tollat: sed nõ quo ad inferius, quo ad quod non est verè simonia, si dans nil iuris intendit emere, neque eius dationis causa principalis, & immediata est iuris possessionis acquisitio: licet illa sit causa, sine qua nõ daretur: sed alia, vel amicitia concilianda, vel litium, vel aliorum scandalorum, & damnorum vitatio, vt respondi de datione cuiusdam habeatis ius firmum impediti accipere possessionem per arma cuiusdam nobilis, nil aliud iuris prætententis, quàm potentia, vel indignationis, & ira duratura, donec aliquid temporale ei daretur. Dixi, modò habeat ius quæsitum: quia antea nõ liceret dare aduersariis, etiam malitiosè impediens eius promotionem secundum S. Thomam, c nisi impeditent vim inferendo: vel procurando pro indigno: vel solus ipse occurreret dignus, qui eligeretur, vt rectè animaduertit Sotus. d

Nonò, quòd largiri elemosynam pauperi, vel sacrificio pro missa, vel orationibus, non est simonia, nisi pro pretio, & animo illa emendi daretur: quo animo dare etiam pro vita æterna, esset actus simoniacus, quidquid aliqui dicant citantes pro se S. Thomam, e qui hoc non dicit: nam & illud Danielis. f Peccata tua elemosynis redime, & non est intelligendum de venditione, & redemptione propria, sed de impropria, & metaphorica, vt idem S. Thomas h intelligit. Idem de dante alicui, vt excubias in domo defuncti agat: quamuis accessorie intelligatur illum psalterium recitare debere. i

Decimo, quòd est simonia dare, vel accipere aliquod munus a manu, lingua, vel obsequio, k quando obsequia, vel laudes, vel preces, quæ sunt munera linguæ vel manus dantur, vel accipiuntur pro pretio, & causa principali, & immediata rei spiritualis, vel ei annexa: vt dum conuenit inter duos, vt alter alterum laudet apud illum, vel illum, illo, vel illo loco, vel tempore: aut inseruiat sic, vel sic in illo, vel illo negotio, vt sic, vel sic roget aliquem pro aliquo, & alter dabit ei aliquod beneficium, vel ordinè: secus autem si non darentur, vel acciperentur in pretiũ, vel in causam principalem, & immediatam, vt dantur, & accipiuntur, cum nõ exeunt fines suæ naturæ: quamuis laudes essent falsæ, & preces malæ, & obsequia peruersa, iuxta mentem S. Thomæ, l quamuis glossa, m cui satis concordant Antoninus, Cardinalis & communis, contradicat, quo ad preces carnales, & pro se, vel pro indigno oblatas: quod tamen singulariter refellit ibidè Innocentius, dicens per eas quidem peccari, sed nõ peccatum simonia: ad quod reducendum est etiam id, quod idem S. Thomas ait, n de rogate pro se indigno beneficium. Idem dicendum de dante aliquid causa dicendi missam: vel faciendi alia similia, quæ componuntur principaliter ex spirituali, quod est ipse actus, qui fit potestate spirituali ad id concessa, & minus principaliter ex temporali, quod est labor, qui in eis agendis suscipitur: distinguendum enim est, an det in pretiũ, vel causam principalem, an ob minus principalem, vel alias rationes supradictas post vtrumque Thomæ o qua ratione Episcopi, clerici, monachi, & monachæ, siue sint pauperes, siue diuites, siue proprii, siue alieni, sine peccato accipere possunt portiones, elemosynas, & stipendia, quæ pia cõsuetudine, aut lege naturali diuina, aut humana iusta iis, qui tale, vel tale opus spirituale faciunt, debentur, non quidem pro pretio, & causa principali immediata eorum, nec laboris qui in opere suscipitur, sed tanquam pium debitum, vel causa excita-tiua, & minus principalis. p Quibus addo, quòd etiam pro pretio, & causa principali immediata potest dare quis aliquod temporale pro obligatione exercèdi munus vicarij, Episcopi, vel parochi, vel capellani, vel concionatoris vnum annum, mensem, aut hebdomadam, secundum Innocentium receptum q vel subeundi laborem, adeundi aliquem locum longinquum, vbi rogatur missam dicere, aut aliquem alium actum spirituales agere, quia huiusmodi obligatio vel labor non sunt de se accessoria illis actibus, vt rectè declarauit Caietanus & ante illum sensit Innocentius vbi supra.

Vndecimò, quòd nõ committit veram in foro interiori

simoniam, qui notario Episcopi pro instrumento ordinis dat aliquid etiam amplius, quam debet, vel etiam ipsi Episcopo pro pastellus, præsertim post susceptum ordinem sine vilo pacto: modo non dederit pro pretio formali, vel æquipollenti ordinis: quamuis in foro exteriori possit præsumi contrarium. a Idem arbitror de beneficiario, qui soluit aliquid in possessionis adeptione aliis beneficiariis, ad quod non potest cogi, b etiã stante consuetudine, si dandum vertitur in priuatum, vel publicum profanũ commodum: quale est prandium, vel symposium, aut pretium eorum: secus si pro fabrica, pauperibus, vel alio pio opere, vt constat per Panormitanum communiter receptum, c quod confirmare videtur Concilium Tridentinum d saltè a contrario, quatenus videtur permittere dationem ad pia, si non habeat speciem simonia, quod tamen videtur in hoc æquare statutum, & cõsuetudinem: & ita corrigere Panormitanum & communem, e quæ sequitur Alexander: f quatenus contra eorum sententiam exæquat in hoc cõstitutionem cõsuetudini, quod ipsum videtur statuere de marcha argenti, vel alia summa, quæ alicubi datur pro titulo beneficij, ne pro commodo data possit accipi, etiam stante consuetudine: quin etiam puto non posse nunc capi pro rebus pijs quod consuevit capi pro commodo proprio: quia non erat consuetudo, vt pro illis caperetur: & ea quæ pro commodo proprio accipiebatur, sublata est, & iure communi, etiam pro illis non debet capi. g Notarium autem, qui magis accipit pro instrumento, quo de ordine maiori datur fides, & Prælatum, qui eò plus exigit pro titulo, quòd maius est beneficium, arbitror esse planè simoniacos: quia videntur temporale mixtum spirituali maioris, quàm venderent purum, h præterquam, quòd contraueniunt prædicto Concilio. Idem arbitror de dante aliquid presbytero, vel alteri, vt baptizet aliquem in necessitate constitutũ, iuxta Panormitanum communiter receptum, i quidquid dicat glossa secum pugnans, k nam, & in necessitate licitè accipitur ab hæretico. l

Diuisio Simonia, & quid mentalis.

- 103 Simonia triplex mentalis, conuentionalis, & realis.
103 Simonia mentalis duplex, & vtraque mortalis.
103 Simonia mentalis non obligat ad restitutionem, etiam si sit diuinitus prohibita.
103 Simoniam nullam mentalem obligare ad restituendum defensum.
103 Restituere non obligant opera sola intentione interiori mala.
103 Ecclesia non punit interiora, nec exteriora sola intentione mala.

Terzio principaliter præmitto, quòd Simonia est triplex mentalis tantum, conuentionalis, tantum & realis: simonia mentalis tantum est simonia mente tantum concepta, citra omnem conuentionem expressam, vel tacitam, siue res tradatur, siue non, & est duplex, altera, quæ neque peruenit ad conuentionem, neque ad dationem, altera, quæ peruenit ad dationem citra omnem conuentionem: quarum vtramque esse peccatum mortale simonia supra probatum est, & in prædicto commentario m vbi n probo neutram harum simoniarum mentalium tantum obligare ad restituendum per eam acceptum, siue id sit spirituale, siue temporarium: & quidem quo ad priorem, in qua realiter nil datur, nec accipitur, omnes conueniunt: sed quo ad posteriorem, qua aliquid datur, vel accipitur, etiam sine vlla conuentione expressa, vel tacita, contrarium tenet Ioannes Maior. o & Adrianus p & Sotus, q eo quod v-sura mentalis tantum obligat ad restitutionem vt tradit ius r & dictum est supra, s & latius in Commentario nostro t & quòd eadem ratio idem debet suadere in simonia mentali, v sed nobis semper placuit communis opinio, quam irrefragabiliter probamus. x Primò, quia illud caput in secunda parte tam manifestè id dicit, vt nimia cuiusdam audaciæ fuerit illud inficiari, adiciendo ei glossas omnino dissonas.

Secundò, quòd ita in hodiernum diè intellexerunt illud glossa, & fere omnes doctores Theologi, & Canonista,

a Per ca. 1. de simon. b Ca. Incol. eod. tit. & ca. ex multis. c quest. 3.

c In d. ca. 1. de cobus. d Sess. 24. ca. 14. de refor.

e Vbi supra. f in d. cap. ex multis.

g Dico ca. ex multis.

h Per prædicta. num. 99.

i In cap. cum. Ecclesia. de simon. k In c. baptizandis. r. q. 1. l lux. gl. in c. præter. §. hoc 32. dist.

m Cap. fin. n Num. 12.

o In 4. di. 25. qu. 1. p In quoli. 9. q. Lib. 9. q. 2. arti. 1. de iust. & iur. r Cap. consiluit. de vsur. s Cap. 17. t De vsur. v Ut est in ca. mandato. de sim. x In d. c. comment. à num. 12.

in quibus



a Verſ. ſimo-  
nia. qu. 20.

b 2. 2. qu. 100.  
art. 6. ad o.  
c Vbi ſupra.

d In 4. di. 25.  
qu. 1.  
c Quolib. 9.

f In dicto ca.  
mandato. de  
ſim.

g In d. Com-  
ment.

h In d. c. ſinal.

i Vt ſupra.  
nu. 101. oſten-  
ditur.  
k Argu. c. ego  
ſolis. 9. diſt.

l Vbi ſupra.

m In d. cap. ſi.

n In d. c. con-  
ſuluit.

o Ca. debito-  
res. de iureiu.  
p Ca. quonia  
de uſur.  
q Cap. non ſa-  
ne. cum gloſſ.  
14. qu. 5.  
r Cap. 17. nu.  
32.

s Ca. de hol.  
de ſimonia.  
t In dicto. ca. ſi.

in quibus eſt Innoc. III. Ibi, quidquid illi imponat Sil-  
ueſter, tenens tamen communem, exponit enim verbum  
Verimque, in eo poſitum ſic, Id eſt, ex parte dantis, & accipien-  
tis beneficium, qui ideo ſeruit, ut beneficium acciperet, & ille, qui  
dedit beneficium, ideo dedit: quia ſibi ſeruit: & ita intelligit il-  
lud de ſecunda ſimonia mentali, in qua datur, vel accipitur  
aliquid: in iis etiã eſt S. Thomas, b quidquid dicat Sotus, c  
quod in prædicto commentario efficaciter monſtramus,  
vbi etiã idem probamus de Hoſtienſi, Ioanne Andrea, &  
Caietano, quos aliqui ſuſpicantur fuiſſe in contraria ſen-  
tentia: nam alij omnes ſunt in noſtra communi.

Tertio, q̄ illud ca, non poteſt intelligi, quomodo illud  
intelligit Maior. d vt clarè ibidem monſtramus per multa,  
quæ breuitatis gratia prætermittimus.

Quarto, q̄ illud ca. non poteſt intelligi, ſicut Adri. e ſen-  
tit, quem Socus vbi ſupra ſequitur. Tum quia, vt contextû  
in ſuam trahant ſententiam iubent demum notam rubeam  
(quæ paragraphum, & diuiſionem ſignificat) poſitam ante  
illa verba, Et ad, &c. & ita tacitè, E, maiuſculum ſententiis,  
& periodis aptum, quod ſemper in prædicta connexion  
adhibuitur eſt, ſine e, paruam mutari iubent, contra perpetuam  
conſuetudinem à Gregorio IX. hucusq; ſeruata, nullo  
ad id producto exemplari: ſicut videmus mutatum eſſe  
dudum in quadam Pariſorum impreſſione. Tum per alia  
omni reſponſione maiora, quæ & aſſerimus, præfertim q̄  
impoſſibile eſt ſecundum eorum intelligendi modum a-  
ptare conſtructionem aliquam tolerabilem illi verſiculo.  
Eos, &c. vt eum conſtruere volenti palam erit.

Quinto, q̄ non obſtat fundamentum aduerſantium, vi-  
delicet, quod nõ poteſt dari ratio apta diuerſitatis, cur uſu-  
ra mentalis obliget ad reſtituendû, & non ſimonia menta-  
lis, eo q̄ Pan. h probat non eſſe idoneas ante ipſum reddi-  
tas: nec approbat quas ipſe reddit, & meritò: quia poſtre-  
ma quæ videtur ei aliis præſtare, præſupponit falſum, nepe  
quod c. illud loquitur de illo, qui non dat, vel facit tempo-  
rariû principaliter pro ſpirituale, ſed minus principaliter,  
& ſecundariò: quod eſt falſum, quia illud cap. agit de ſimo-  
nia, quæ eſt peccatû mortale, vt ſupra probatum eſt, quale  
non eſt facere aliud minus principaliter, & ſecundariò  
pro ſpirituale. i Nihil, inquam, obſtat prædicta eorû ratio.

Tum quia debemus aſſentiri humiliter declarationi Pape:  
licet rationem, qua ille motus fuit, non attingamus, k cre-  
dentes non deſuiſſe illi ratione ita declaradi. Vnde dixit  
Ioan. Anagnia ibi, quod ratio iuſta illius deciſionis ab au-  
ctore petenda erat. Tũ quia ſatis apta eſt, quã reddit Caiet.  
ſcilicet, quod id, quod pro uſura datur, coactè datur: quod  
autem pro ſimonia ſpõte: vt q̄ datur pro emptione, aut vè-  
ditione. Nec obſtat replicatio Soti, l videlicet, quod pares  
ſunt in hoc ſolués uſurã, & dās aliquid pro beneficio: quia  
vterq; mallet habere gratis, & vterq; ideo dat: quia nõ po-  
teſt, quod deſiderat habere gratis. Non inquam, obſtat hæc  
replicatio cõtra Caiet. quia ad hoc, vt conſenſus dātis im-  
pediat reſtitutione, nõ ſufficit, quod mallet habere gratis,  
quã pretio: quonia alioqui etiã omnis vèditor teneretur  
reſtituere pretiũ ementi: ſed ſufficit cõſenſus præſtitus via  
cõtractus approbati: & q̄ datur per viã ſimonie, datur per  
viã cõmutationis, quæ de ſe iure probatur: nõ autem quod  
datur per viã uſurę. Et ideo cõſenſum datũ per viã ſimonie  
Greg. m ſufficiente ad impediendã reſtitutione: cõſenſum  
autem dātis per viã uſurę reputauit ad id inſufficiente Vr-  
banus. n Tum quia etiã alia ratio diuerſitatis efficacior ſu-  
prædicta noue reddi poteſt, ſcilicet, quod uſura bene ſolu-  
uitur, & malè recipitur: nã uſurã ſoluere nõ eſt peccatum, o  
recipere autè ſic, p & qui malè recipit ab eo, qui bene dat,  
tenetur id reſtituere danti. q At qui per ſimonia mentalem  
accipit ab eo, qui malè dat, bene ſuſcipit ob ignorantiam  
malæ intentionis, aut ſaltem accipit à malè dante: & con-  
ſequenter nemini tenetur illud reſtituere, ſaltem ſi præſter  
id, propter quod datum eſt, per regulam ſuprà r poſitam,  
ſcilicet eum, qui bene, aut malè accipit ab eo, qui malè dat,  
ad illud reſtituendum ex præcepto non teneri: ſaltem ſi il-  
lud cuius cauſa datũ eſt, fecit, & nulla ſpeciali lege id iu-  
beat. Et quãuis de accepto per ſimonia reale ſit lex ſpe-  
cialis, quæ id iubet, s nulla tamè talis eſt de accepto per ſi-  
monia mentale, immo contraria expreſſe ponitur. t Con-  
cludo igitur proculdubio, q̄ ſimonia mentalis non obli-

gar ad reſtituendum quaſitum per eã, ſiue illud ſit ſpiritu-  
ale, ſiue temporarium: quod procedit etiã in ſimonia iure  
naturali, vel diuino prohibita. Tum quia illud c. generali-  
ter loquitur, & ita generaliter eſt intelligendum. u Tũ quia  
ſpecialiter agit de ſimonia, qua temporarium fuit datũ pro  
ſtatu ſpirituale religionis, quæ iure diuino prohibetur, per  
dicta ſuprà. b Procedit etiã quo ad vtrumque forũ, quid-  
quid dicat Medina, c qui neſcio cur illa verba, In quo caſu  
delinquentibus ſufficit per ſolam penitentia ſuo ſatiſfacere Crea-  
tori, non ponderarit. Procedit etiã, non ſolum quando al-  
tera pars ſimonia tantũ mentale committit: ſed etiã  
quando vtraque, quidquid aliqui dicant. Tum quia aperte  
agit textus de quaſito ab vtraque parte in illis verbis,  
Vtrumque taliter acquiruntur. & nihil ſcienda eſt declaratio  
Maioris. d Tum quia Innocentius III. ponit exemplum  
textus in duobus: quorum alter ſeruiuit pro beneficio, &  
alter dedit illud ei pro ſeruitio. Procedit etiã non ſo-  
lum in eo, qui quaerit aliquod temporale, non dato ſpiri-  
tuali, ſed etiã qui quaerit alterum eorũ, altero dato: quia  
verba, & ratio textus æquè hunc caſum, ac illos compre-  
hendunt, per prædicta, quidquid dicat Sotus. Procedit etiã  
in datione cuiuſcumque rei temporaria à manu, ſiue à lin-  
gua, ſiue ab obſequio, de quibus ſupra eadem ratione.

Simonia Conventionalis quid.

- C 104 Simonia conuenſionalis quid, & peior mentali tantũ.
- 104 Simonia conuenſionalis non ſit realis, niſi ſit vtrinq; com-  
pleta.
- 104 Emi. obligari. & ſtipulari poſſunt futura.
- 104 Dominiꝝ translatio per ſimonia ſolo iure diuino non impe-  
ditur.
- 104 Collatio beneficiꝝ pura, quod non poſſit pendere, fallit hic.
- 104 Excommunicatio pura, quod non poſſit pendere, fallit hic.
- 104 Emphyteuſis amiſſio pendet à voluntate domini, cui acqui-  
ritur.
- 104 Simoniacus celebrans ante completam vtrinq; an irre-  
gularis.
- D 104 Penſionarius ſolo lapſu termini non excommunicatur.

**S**imonia verò conuenſionalis tantũ, eſt  
ſimonia conuenta expreſſe, vel tacitè, nondum  
tamè ab vtraq; parte executã. Et eſt duplex,  
Altera ex neutra parte executã. Altera ex  
vna tantũ, & vtraq; eſt peior mentali  
tantũ: quia et prior eſt mentalis, vt illa, quo ad forũ iãterius,  
& etiã punibilis quo ad exterius: cum ſit peccatũ mortale  
grauè, & probabile: quia eſt exterior actus. Poſterior ve-  
rò adeo quidè eſt punibilis, q̄ (vt audio) grauiffimũ Nota  
preſtorũ propter eã commiſſã ſuper beneficio ſoleat pri-  
uare eo illã committentem: licet, quia nõ peruenit ad rea-  
lè, non declarat eum ipſo iure illo eſſe priuatũ. Quod ſatis  
mite eſt, quum etiã ab officio deponere poſſet de rigore  
iuris: quia pro crimine graui id poteſt, iuxta reſolutionem  
Pan. & Decij. f Tum quia obligat ad reſtituendum acce-  
ptum ei, qui dedit, etiã ante iudicis ſententiam, vt Caiet.  
adnotauit. quod verum eſt, ſi acceptum eſt temporale: fal-  
ſum autem ſi acceptum ſit tale ſpirituale, quod accipiens  
non poteſt reddere danti ſine renũciatione præuia, & col-  
latione ſuperioris ſubſecuta, quale eſt beneficium eccle-  
ſiaſticum: quãuis priuari poſſet eo propter illud delictum,  
vt prædictum eſt, & falſius ſi acceptum eſt tale, quod nul-  
latenus auferri poteſt, qualis eſt character impreſſus per  
ſacramentũ ordinis, qui nulla poteſtate humana eſt debili-  
ſ. Dixi, Ab vtraq; parte, quia implemẽtũ ex parte promit-  
tẽtis temporale non efficit, vt ſimonia deſinat eſſe conu-  
entionalis tantũ, & fiat realis: quod etiã cõcedit Caiet. h què  
ſequitur Sotus, i quorum tamen vterq; negat idem eſſe de  
impedimento ex parte promittentis ſpirituale, quia ſecũ-  
dum eos ſufficit illud ad conſtituendam ſimonia realem.  
Primũ quidem, quia S. Thomas ait ſimonia eſſe, cõfer-  
re beneficium ob obſequia futura. Deinde quod credito  
vendere, eſt vendere. Sed contrarium eſt tenendum, do-  
nec aliud ſtatuatur, cum Caſſ. k & Gomez. l quos ille nõ ci-  
tat, dicentibus collationem beneficiꝝ per ſimonia con-  
uenſionalem factam valere. Tum quia, vt illi teſtantur,

a l. de precio.  
ff. de pub. in  
rem aci. capi.  
ſi Romanorũ.  
19. d.  
b Nume. 100.  
c In Cod. de  
reſt. in qua. de  
uſur. reſt. fol.  
240.

d Vbi ſupra.

e Ca cum pr  
dè. de pat. &  
ca. cum eſſet.  
de ſimonia.

f In c. aſſi de  
nu. 35. de iud.

g Ca. oſtendi-  
tur. cap. quo-  
modo de con-  
ſec. diſt. 4. &  
notat. glo.  
vlt. in cap. de  
gradatio de  
pœ. lib. 6.  
h 2. 2. qu. 100.  
artic. 6. ad 6.  
& in ſum.  
ver. ſimonia.  
i Lib. 9. qu. 9.  
a. 1. de uſt. &  
iur.  
k In deriſ. 5.  
de conſt.  
l In reg. cãc.  
de trien. q. 12.





a Cap. ex lictoria. de cost. ca. quam graui. de crimin. fal.

b In c. si quam do. de rescrip. in exceptione 4. num. 3.

c l. nec eprio. ff. de contra. hen. emptio. d. Le. qua non dum ff. de pig. e. Interdum ff. de verb. oblig. f. S. ea. quain s. de legat. g. Vbi supra. h In d. c. si. Et ca. de hoc. de simonia. i In summa ver. simonia. Et 2. q. 100. art. 6. k Verb. simonia. qu. 20. l De sim.

m Vbi supra.

n De elec. li. 6. o In c. constus. de rescrip.

p Cap. ad hac quoniam. de appellat.

q Cap. si. de consuet. r Ca. i. de cof. lib. 6. s Per cap. potuit. de loca. Et l. 2. Co. de iur. emphy.

t In decis. 2. Et 3. de locat.

id obseruat stylus Curia Romanæ, qui facit ius, \* cuius in hac re notitiam per eos habitam magnificimus olim, vt scripsimus alibi. b Tum quia non est iufficiens ratio, qua mouetur Sotus dicens, quod cõferre, & tradere statim beneficium dilato pretio est simonia mentalis, & cõuentionalis ab vna parte perfecta: nam etiam tenetur confiteri, q̄ dare, & tradere pecunias statim pro beneficio promisso, & conferendo tempore, quo vacabit, est simonia mentalis, & conuentionalis ab vna parte perfecta: & ita cõfiteri debet incurri pœnas per vtramque, vel neutram: & cum secundum eum non incurrat per vtramque, per neutram debet incurri. Non item sufficit dicere, quod sanctus Thomas ait, quod est simonia cõferre beneficium ob futura obsequia: sicut etiam est venditio vendere aliquid dilato pretio: quoniam etiam dixisset esse simoniam dare statim pecuniã pro beneficio postea cõferendo: sicut dixisset, quod est emptio dare pecuniam præsentem pro merce postea tradenda. In confesso est enim emi posse merces futuras, etiam nondum natas, immo & spem earum, c sicut & obligari, d & promitti, e & legari. f Tum quia idem Sotus fatetur, & rectè, g quod translatio dominiij beneficiij per simoniam collati impeditur non iure naturali, nec diuino, sed humano tantum Ecclesiastico. Quod ipsum est dicendum de translatione pretij per simoniã dati, quidquid ille dicat, secundum Panorm. h Caiet. i Siluest. k & cõmunè, Et idè à fortiori de alijs pœnis contra simoniacos statutis: ergo eatenus est dicendum eas incurri, quatenus iure humano id exprimitur, & nullo tali est expressum, quod magis incurratur per simoniã conuentionalem completam ex parte dantis spirituale tantum, quàm completam ex parte dantis temporale tantum. Tum denique, quod extrauag. 2. l quæ has pœnas induxit, non induxit eas contra omnes simoniacos: sed tantum contra eos, qui simoniam in ordine, vel beneficio committunt. Nec etiam contra hos omnes: sed solum contra eos, qui committunt dando, aut accipiendo: ita quod non habet locum nisi in simonia, quæ ad opus dandi, aut accipiendi peruenit. At Caiet. & Sotus non possunt dicere dationem vnius eorũ, quæ sunt danda, sufficere, quia vterq; fatetur nõ sufficere datione pretij, nisi ad datione beneficiij perueniatur. Et quæ extrauagãs nõ magis de datione vnius quã alterius loquatur, intelligenda est de vtraque. Multo fortiora sunt argumenta, quæ quendam magnũ Aduocatũ consistoriale proposuisse in huius grauisimo Rotæ Auditorio refert prædictus Cassad. qui ea, m soluit, & multo magis quã illa. obstat vnum, quod nos pridè proposuimus Auditorio nostro Conimbricæ, quo se in inuestiganda solutione exerceret, quã num quã inuenit, scilicet, q̄ nulla collatio beneficiij purè facta sine conditione potest esse pendens, sed statim aut valet, aut est nulla, arg. c. 2. n & latè traditorum per Felinũ. o Ad secundum eorũ opinionè collatio purè facta cum pacto dandi centũ ad finem anni penderi: si enim non soluatur, valet, si soluatur nõ valet iã inde à principio. Item excommunicatio purè lata nõ potest esse pendens. p At secundum eorũ opinionè, excommunicatio lata per prædictã Extrauag. esset pendens: quia si soluatur illa centum erunt excommunicati iam inde à principio, & si nõ soluatur, numquã. Post autem maturam cõsideratione animaduerti, quod hæc omnia æquè obstant Caietano & Soto ac Cass. & Gomez. & quod ad defendendũ omnes eos nouissimè responderi posset concedendo quidè, quod iure canonico antiquo nec collatio, nec excommunicatio potest esse pendens: sed quod illud ius est humanũ, & nõ naturale, neq; diuinum, & consequenter tolli potest alio iure scripto, vel nõ scripto nouo, q & quod ius, quod colligitur ex prædictã extrauagante inducta modo supradicto, stylo curia adiuncto, est nouum, contrarium in hoc prædicto antiquo: & ita tollit illud tam quã posterius. r Pro qua solutione vtget, quod amissio emphyteusis ipso iure incurfa, s est ita inpendenti, q̄ si dominus proprietarius antequam illam petat, vel declaret se velle petere, moriatur, nõ censetur amissa: & si petatur sic. Et idem si ipse emphyteuta moriatur, antequam ab eo illa petatur, per ea multa, quæ dictus. Cassad. adducit. t Facit etiam, & proprius, quod excommunicatio lata ipso iure contra pensionarium in casu solutionis faciendæ in certo termino, eo lapsõ non censetur incurfa, donec is, cui illa debetur declaret, se velle il-

lam esse incurfam: & illo etiam post mensem, & annum declarante habetur pro excommunicato iam inde à termino lapsõ: & si antequã declaret moriatur, vel soluatur pensio, vel fiat concordia, vel pensionarius moriatur, censetur numquam incurfa, vt stylus habet, & prædictus Cassador. affirmat. \* Itaque dici potest, quod illa extrauagans interpretata per stylum Curia antiquum Papa sciente, & tolerante seruatum, probat singulariter, quod nullitas tituli, & excommunicatio inducta per illam, sint ita impendenti, q̄ non ligent, donec ab vtraque parte compleatur simonia: impleta verò ab vtraque parte, etiam si longè postea impleatur ab altera, censeri eas inductas iam inde à contracta simonia. Non ignoro facilius responderi posse dicendo, nullitatem tituli, & excommunicationem nõ inde ab ipso tempore datæ tituli incurri, sed à tempore simoniæ ab vtraque parte perfectæ, nisi contrarium seruaret stylus antiquus, cui standum est.

Succedit tamen quæstio non minus quotidiana, quàm grauis, An incurrat irregularitatem, qui celebrat post cõpletam ab altera parte simoniam, & ante completam ab altera? In qua idem videtur respondendum, quod de pensionario celebrante post lapsum termini ad soluendam pensionem sub pœna excommunicationis latæ sententiæ præstituti. Equidè arbitror eã non incurere, saltè quo ad forũ conscientia. Tum quia appellans à declaratione excommunicationis, de cuius valore dubitatur, non incurrit irregularitatem, vt pulchrè declarat Felin. b Tũ quia appellans ante excommunicationem, & fidens appellationi celebrando nõ incurrit irregularitatem, etiã si declaratur malè appellasse. c Tum quia, vt ait Panorm. d pœna irregularitatis ponitur ob contemptum, quem prædicti verè non habent, nec præsumuntur habere, attento q̄ in casu simoniæ non cõpletæ non est incurfa excommunicatio: & in casu nõ solutæ pensionis credere potest pensionarius se excusatum iri per impotentiam, vel concordiam, vel bonitatem eius, cui debet, quod non vult eum declarare, &c. Facit quod Rota non iudicat irregularem eum, qui celebrat \* post intimationem executorialium, antequam declaretur, vt sentit Fel. e quatenus ait, Rotam suo tempore iudicasse validã collationem factam ab Episcopo excommunicato eo q̄ non paruerit executorialibus intimatis ante declaratione, quæ fieri non potest, nisi seruatis quatuor terminis, de quibus ibi per eum. Quare hoc videtur proculdubio tenendum, donec aliud statuatur, excepta simonia confidentiali, per quam ipso iure annullari titulum, & incurri excommunicationem, & alias pœnas probant duæ nouæ extrauagantes Pij IIII, & Pij V. vt f notatur. An autem earum exemplo statuere idem in alijs sit è re Christiana, scribetur in comment. prædicti cap. fin.

\* Post intimationem executorialium. Litteræ executoria seu executoriales, sunt Pontificis maximi scripta, quibus mandat ordinariis, vel alijs, vt id quod antea ab ipso præscriptum fuerat, exequantur. Hæc sunt autem diuersi generis, sed hæc de quibus hoc loco agitur, executionem latæ excommunicationis ab eo sententiæ continent, quarum intimatio facta est, quando ei qui excommunicandus est, notum est factum, eum post aliquem dictum terminum declarandũ esse excommunicatum.

Simonia realis quid.

- 105 Simonia realis quid, & in quo peior mentali.
105 Simonia realis omnem dispositionem beneficiale annihilat.
105 Renunciatio per simoniam realem facta non valet.

Simonia realis est simonia conuenta expresse, vel tacite ex vtraque parte completa, saltè quo ad aliquam partem promissorum vtriusq; partis. Dixi. Vel tacite: quia interdũ fit illa sine verbis, solis nutibus, quibus vnus est in momẽto, vt ait Caie. significat se facere, vel dare aliquid pro spirituali, & alter velle accipere aliquid pro illo, vel factis tantũ: pura spõdèdo, vel facièdo Scõmessam, vt Itali dicunt, vel (vt Hispani) Apuestam, 100. vel 1000. cũ episcopo, q̄ non conferet beneficium tale vacans suo filio, vel nepoti: & episcopus, vt lucretur illa, confert illud ei. Vel vt, quod quidam magnas fecit, dicendo regi percipienti,

a In di. decis. 2. Et 3. de locat.

b In c. Rodolph. nu. 43. de rescrip. c lux. gl. pen. communiter. recep. in c. jolet. de sent. ex comm. lib. 6. d In ca. passu. ralu. s. veru. de ap. Et Do. in d. ca. jolet. Et Fel. in decis. c. Rodolph.

e In c. ad probandum nu. 2. de re iud.

f Infra num. 109.



ut successor cuiusdam episcopi mortui solueret viginti milia scutorum, quæ illi debebat, si placet suæ maiestati, ego soltam illa omnia ex legitima parte, quæ debetur ex bonis maternis filio meo, & c. qui erat dignus episcopatu, nihilo expresso de episcopatus præsentatione, pro qua tacite promittebat: nam si rex nihil aliàs respondendo præsentasset illum eius filium, & magnas soluisset illud debitum, censenda fuisset simonia realis, quippe quæ esset tacite contenta, & ab utraque parte completa. Dixi, *Ab utraque parte*: quia non sufficit, quod implicatur ab vna parte tantum per supra latè adducta. Dixi, *novè, Saltem quo ad aliquam partem promissorum utriusque partis*, ad includendum simoniam, cuius conventionem non impleat partes in totum, sed in partem sic, ut cum quis promittit 100. pro renunciatione duorum beneficiorum, & renunciatur vnum tantum, & solvitur 100. tantum.

Porro hæc simonia realis, ut minimè est æquè mala, ac mentalis, & conventionalis: quia non solum est mortalis, in foro interiori, ut mentalis, & punibilis in exteriori, ut conventionalis: sed etiam punitur annihilatione, siue nullitate, & excommunicatione, restituendiq; obligatione. Ita quod beneficiarij per eam prouisi, nõ quærent verè beneficia, nec faciunt fructus eorum suos, & tenentur relinquere illa, & restituere fructus ex illis perceptos: & ipso iure excommunicantur: & nihil valet præsentatio, electio, confirmatio, & quælibet alia dispositio, & prouisio iuxta extraneam, quæ etiam satis ponderata probat nec renunciationem valere, quod probatur in c. cum vniuersorum, secundum vnum intellectum, & ibi Innocentius, communitè receptus, & licet ita renunciatus castigari possit, & privati beneficio: non tamen perdit ipso iure illud: quia renunctio est nulla, ut prædictum est.

- 106 Missa pro dicenda non debet statui quid certum.
- 106 Spirituali pro præstito dari consuetum potest capi.
- 106 Simonia conventionalis est promissio sine animo soluendi, & quando realis.
- 106 Simoniam an faciat obligationis antidotalis remissio.
- 106 Mediator simonia, & capiens sibi ut roget simoniacus.
- 107 Simoniacus non est conferens ob consanguinitatem amicitiam, vel preces etiam indigno, nisi, &c.
- 107 Simonia quadam vsitata in Curia inter presentes, & absentes.
- 107 Renunciare beneficio intentione ut detur N. licet, eo non expresso.
- 108 Simoniam interdum Papa incurrit, penam eius numquam.
- 108 Beneficium spirituale in quem sensum est vendibile à Papa.
- 108 Simoniam quam Papa incurrit.
- 108 Papa, & alij prælati, ut possint spiritualia profanare.
- 108 Papa, & episcopus, ut possunt rem spiritualem integram vendere.
- 108 Beneficium vendi quo ad partem temporalem, ut calix, & sacra.
- 108 Papa beneplaciti reseruatio nihil prodest, antequam ei placeat.
- 109 Confidentia quid & quotuplex.
- 109 Confidentia plus nocet, quam simonia, etiam realis.
- 109 Confidentia inducit nouam reseruationem.
- 109 Confidentia huius mediator excommunicatur sicut simonia.
- 109 Confidentiam hanc non facit promissio conferendi.
- 110 Bulla Pij V. de confidentia cum 12. adnotationibus.
- 111 Pensio beneficii nõ potest emi, nec redimi, sed gratis remitti, quia est spirituale dependenter.
- 111 Pensionis emptio, si simoniaca est, non valet, sed non excommunicat.
- 111 Vicaria spiritualis venditio simoniaca, sed non excommunicat.
- 111 Vicaria alius iurisdictionis secularis emptio valet.
- 111 Simoniacus qui ipso iure suspensus, vel excommunicatus.
- 111 Simonia omni mortalis, quæ excommunicat, quæ dimittere obligat.
- 111 Simoniam committit emens curius ob spirituale annexum, sed non excommunicatur.

Æterum ultra quæ sita decisa circa simoniam in ordine, & in beneficiis, & in præsentatione, & quaruntur multa noua.



Ad quorum primum respondeo, quod

non licet Episcopo iubere, ut certa pecuniarum quantitas detur pro missa dicenda, & nemo minorem accipiat. Tū quia missa non est pecunia æstimabilis. Tum per alia ponenda in dicto c. si. præsertim, illud S. Thom. quod quamuis constitui possit in aliqua Ecclesia, ut fiat supplicatio in funere eius, qui tantum dederit, non tamen ne fiat pro eo, qui tantum non dedit.

Ad secundum, quod consueta dari pro actibus spiritualibus iam præstitis licet possunt accipi, antequam præstentur, immo & interdum peti ad impediendas contentiones, & molestias, quæ alioqui probabiliter putantur futurae, quod determinat Caietanus.

Ad tertium, quod est simonia conventionalis tantum promittere in instrumento publico 100. scuta alteri, ut conferat sibi beneficium sine vilo animo emendi illud, nec soluendi illaliter Caiet. & Sorus, qui eum sequitur, contradicant, dicentes eum quidem peccare communicando simoniam mortali alterius, mentiendo item, & scandalizando, non tamen simoniam committendo, & ex eo inferentes nõ teneri relinquere beneficium eiusmodi dolo acquisitum: quia ad essentiam simoniam non est necessaria vera voluntas emendi, quod ipsi præsupponunt, sed sufficit voluntas faciendi, aut dandi aliquid, quod formaliter, vel virtualiter est temporale pro spirituali consequendo, per dicta, quod in hoc casu fit, cum vnus eorum velit dare spirituale, & alius promittit in instrumento publico quocumque animo id faciat. Verum tamen est quod inferunt, nempe illum non teneti ad relinquendum beneficium ratione talis simoniam: non quidem eorum argumento, scilicet, quod non comittit simoniam: sed quia illa non est realis sed conventionalis tantum, quæ, ut prædictum est, nec excommunicat, neq; annihilat actum, neque ad restituendum obligat. Quamuis, possit dici simonia realis conventio, quæ conuenient duo vnus ad dandum spirituale, alter ad dandum instrumentum authenticum promissionis centum, si alter daret spirituale promissum, & alter traderet instrumentum eiusmodi promissum, etiam si numquam solueret: quia ex bona parte impleteret promissum tradendo illud, quod promissum fuit: & ut prædictum est, sufficit eam impleri ex vna parte, quo ad partem promissorum. Non tamen arbitror esse realem illam, quæ quis promitteret temporale, etiam in instrumento publico, quod traderet: quum hoc casu talis traditio instrumenti non sit pars rei promissæ, ut in superiori casu: sed solum probatio promissionis: quod est quotidianum, & ideo notandum.

Ad quartum, quod conferens beneficium ei, cui est obligatus tantum ad antidota, animo se ab illa obligatione liberandi, simoniam committit, secundum Innoc. quod non est verum, nisi conferat pro pretio formaliter, vel virtualiter temporali. Nec tunc esset plusquam simonia mentalis secunda, si non deduceretur in pactum illa remissio, quæ in effectu est donatio, in quo sensu videtur intellexisse Innocentium. Sed si res satis perpendatur, nec tunc est simonia: quia nullum debitum legale, sed solum antidorale remittitur, quod non habet vim pretij, ut S. Thom. clarius aperit, & probat consuetudo S. Sedis Apostolicæ, & omnium Prælatorum, qui conferunt beneficia his, qui benemeriti sunt de se, vel suis Ecclesiis, vel Repub. quibus sunt obligati sola antidotali obligatione.

Ad quintum, quod mediator simoniam committit eam, & excommunicatur. Immo & datus mediatori, seu intercessori, ut procuret sibi collationem beneficii secundum Innoc. quem ibi Anton. Panorm. & Bellam. sequuntur, & idem Innoc. quem ibi Felin. sequitur: quia, ut ille ait, paria sunt dare collatori, & dare tertio, ut moneat collatorem ad conferendum: nisi daretur illi, quod deceret pro labore, quem suscipit in semel, vel frequenter adeundo collatorem, & redeundo ab eo, vel in compensationem alicuius interesse considerabilis, damni, vel lucri cessantis ipsius mediatoris, vel nisi daret principaliter ad ineundam amicitiam, & secundario, ut postea per illa moueretur ad monendum collatorem, ut conferat ei beneficium per prædicta. Per quæ, & hoc proximum dictum, videtur saluari, qui dat munera à manu, à lingua, vel obsequio familiari Papæ principaliter ad ineundam amicitiam cum illo, & secundario, ut impetret ei à Papa aliquod beneficium, cum se ad id occasio

obtulit

a Ca. qui sit det. i. qu. 1. b 2. 2. q. 100. art. 3. receptum.

c In summa ver. simonia. & per supra dicta probatur. d In 2. tom. o. pascu. opus. p. q. 2. de simonia. c Lib. 9. qu. 5. art. 1. de iust. & iur.

e Sup. m. 100.

g Legani. ff. de liberta. le. h In c. tuam. de stat. & qualis. i Per supra dicta m. 100. k De qua n. l Ca. venis. de test. m Vbi sup. Fe. in ca. ad audientiam. 2. de refer. n. 10. o 2. 2. q. 78. a. 2. ad 2.

o Per extra. 2. de simon. p In d. c. tu. de stat. & qualis. q In c. tanta. de sim.

a Extra. 2. de sim. b De rer. per. m. c Per Pau. & alios. d Et Rot. 7. de renunc. m. artiq.

e Infra capit. 25. m. 68. f Ibidem nu. 115. g Ibidem nu. 2.



obtulerit, & postea occasione oblata sine alia illicita conuentione impetrat illud. Secus autem esset, si principaliter daret ei, vt rogaret Papam pro eo, vel obtineret ei beneficium: quo casu intelligendus est Sotus<sup>a</sup> & Siluester<sup>b</sup> contrarium significantes.

107 Ad sextum, quod non est simonia conferre propter consanguinitatem secundum S. Thom.<sup>c</sup> quicquid aliqui parum caute dicant: quia illa nec emittitur, nec venditur, nec villo contractu non gratuito quaeritur: quod ad simoniam requiritur, per eius definitionem: quod & Sotus<sup>d</sup> probat, quauis conferens ob illam principaliter peccat secundum Inno.<sup>e</sup> non tamē incurrit censurā, quia simoniacus inuoluitur. Idem eadem ratione dicendum de conferente ob amicitia, licet ob eā indigno cōferret. Idē puto de illo, qui pro se indigno precatus collatorem, obtinet beneficium, nisi preces pro pretio fiant, & accipiatur, quo casu intelligendus est S. Tho.<sup>f</sup> Idem de hypocrita, qui ob laudem humanā spiritualia facit: sed alia ratione, scilicet quia nō dat quidquam spirituale propter laudem secundum eundem S. Thom.<sup>g</sup> nam si daret, vel faceret in pretiū laudis, simoniacus esset, per praedicta.

Ad septimum respondeo, q̄ simonia realis committitur ab eo, qui habito ab Hispania nuncio de aliquo beneficio vacante, conuenit cum aliquo Papae familiari, vt impetret illud ab eo pro se: & quod ipse consentiet certē pensioni à Papa cōstituenda. Et postea familiaris impetrat illud pro eodem monite, qui consentit praedictae pensionis cōstitutioni, & expediunt litteras nulla mētionē facta Papae de conuentione pensionis constituenda: quia est conuentio simoniaca, ab vtraque parte executā, vt patet. Idem & fortius est dicendum de illis, qui habito ex Hispania nuncio de duobus beneficiis vacantibus, conueniunt vt vtrūque illorum in caput vnius eorū impetretur, & inter ambos diuidatur ex equo vtilitas eorum, & impensa faciendā in soluendis pensionibus eis, qui ea sibi impetrat. Et postea is, in cuius caput impetrata fuerunt, nulla de huiusmodi conuentione facta mentione, renunciat alterum in fauorē alterius, qui contribuit dimidium impensarum: quoniam est simonia ab vtraque parte completa.

Ad octauum, quod simonia realis admissa fuit à duobus Hispanis, inter quos conuenit, vt alter existēs in Hispania moneret de vacatibus alterū residentem in curia, & is impetraret à Papa illa, & diuideretur ex aequo vtilitas & impensa per renunciaciones, permutaciones, vel pensionum constitutiones ad id necessarias. Cōtra tamen puto de his, inter quos conuenit, vt alter moneret, & alter impetraret vtrique, vel vtri eorum vellet, sine vlla obligatione ciuili alia ab antidotali, quae naturali iuri inest, vt benefacienti benefaciamus, h̄ & postea liberē ipse impetrat, & resignat, vel consentit pensioni pro sua libera voluntate: quia expressio eorum, quae tacita insunt, non inducit simoniam, vt praedictum est post Felinum.<sup>i</sup>

Ad nonum, quod admittit simoniam, qui habito nuncio de vacante beneficio in Hispania, notum facit illud alicui familiari Papae, qui obtinet ab eo gratiā conferendi illud cuiuslibet Hispano, quē ipse nominabit: & postea nominat illū monentē facto pacto, q̄ illi vel illi pensioni annuente Papa cōsentiet & ad securitatem eius necessaria faciet: & postea nominat illū, & ille consentit pensioni praedictae, nulla de pacto praedicto facta mentione Papae: quia est cōuētio simoniaca, completa ab vtraque parte, & non purgata auctoritate eius, qui de illa nil nouit. Secus autem si nullo pacto praecedente nominaret eum, & ille consentiret, quia nulla cōuētio illicita interueniret.

Ad decimum dico primò, q̄ renunciatio facta in fauorē alterius, id est adiecto modo, vt conferatur illi, vel illi, est simonia iuxta glossam.<sup>k</sup> Nisi fieret in manibus Papae secundū stylum Curiae à multis saeculis seruatum, à quo tamē cepit recedere S. D. N. Greg. X I I. quauis permittat, vt vna cum renunciacione vnius, praesentetur petitio alterius, cui renunciās vellet cōferri. Quibus cōsequēs est cōuentionē, quae aliās esset simoniaca, desinere esse talē per clausulā adiectā, si, & quatenus S. Sedi Apostolica placuerit, & nō aliter, nec alio modo. Quod receptissimū est: sed malē intellectum, & peius seruatum ab his, qui prius quā Sedis Apostolicae beneplacitū accedat, eā, saltē ex parte exequuntur. Ex quibus sūt

A renunciarij, qui pmittūt renūciatibus pensionē, vel aliud tēporale, si Papae placuerit. Et qui faciūt cōcordiā de dādo, vel faciēdo aliquid tēporariū pro quaerendo iure aduersarij: & postea prius praestāt promissā, vel partem eorū, quā Sedis Apostolicae beneplacitū accedat, vt sentit Gomez.<sup>a</sup>

Secundò, q̄ renunciatio beneficij facta, etiam in manibus inferioris ea intentione, vt cōferatur alicui cognato renūciantis, vel alij, nulla conditione, modo, vel pacto expressis, valet: & renunciāns nō admittit simoniā etiā mentalē secundū glo. solennem, b̄ & expressam sententiā grauissimi hac in re auctoris S. Ant.<sup>c</sup> quamuis Pan. & Dec. & citati per eos incaute teneant eum admittere mentalē, quod palā est falsum: quia nullatenus cōuenit ei definitio simoniē supra posita. d̄ Cū nulla emptio, vel veditio actualis, vel virtualis, nec vllus cōtractus nō gratuitus, nec vlla volūtas faciēdi aliquid horū ē tale, quale in proximo quaesito diximus, interueniat, vt palā est: & cautius loquitur idē Dec.<sup>e</sup> alibi quauis si vellet renunciare principaliter ob cognationē, vel vt cōferatur indigno eo peccaret, nō tamen peccatū simoniā, sed aliud iniustitiē, vel acceptationis personē inordinatē cōceptē, vel procuratē. Pro quo facit, q̄ mādatur datum ad renunciandū beneficiū in manibus ordinarij liberē, & ad petendū ab eo post renunciacionē liberam, vt prouideat illi, vel illi, nō est simoniacū, immo valet, & renunciatio virtute illius facta, & collatio ad petitionē mandatarij consecutē sunt validē, vt Rota declarauit testante Cass.<sup>f</sup> Et negari nō pōt ex illo mādato colligi intentionē renunciātis fuisse, vt cōferretur nominato per eū: sed quia nō fuit id positū sub pacto, modo, vel conditione, cessabit simonia. Et quod his non obstat extrauagans Pij V. de cōfidentia, annotabitur infra super ea. Quamuis certum sit, quod velle renunciare cum pacto, vel modo, vt detur illi, vel illi, est simonia mortalis, etiam si nulla subsequatur renunciatio cum pacto, vel sine pacto per dicta. ḡ

108 Ad vndecimū de cōmittente simoniā cū Papa dico primò, quidquid aliās hoc in loco scripserim, alios in aliis sequutus, Papam peccare posse peccatum simoniē in emptione, & venditione cuiuslibet rei spiritualis, sicut quilibet alius homo, quae sunt verba S. Thom.<sup>h</sup> Ex quo inferitur primò non posse ipsum liberare à peccato simoniā alium vendentē, vel ementem ab ipso rem spiritualem, qua parte est spiritualis, quia nec se ipsum potest ab eo excusare.

Secundo, q̄ Papa nō pōt efficere, vt actus, qui est simoniac⁹ iure naturali, vel diuino absque adminiculo iuris humani, desinat esse simoniac⁹: quia sua Sāctitas subest illis legibus, saltē quo ad vim directiuā secundū eundē S. Tho. receptū.<sup>i</sup>

Tertio, q̄ Papa potest rē, cuius spiritualitas iure tantum humano inducta est, frangendo, vel mutando, efficere profanam, vt diximus, k̄ immò & alij Prælati ex iusta causa idē facere possunt.<sup>l</sup>

Quarto, quod Papa potest rem spiritualem, quae cōstat ex spiritali, & temporali, vt calix, & vestes sacrae, emere, & vendere, quo ad partem temporalem, etiam integram, & sanam absque prauiā execratione, vel contractione, qua mutatur forma, vt colligitur ex S. Thoma.<sup>m</sup> Immo & alij Prælati ad vsum ecclesiasticum, nihil plus accipiēdo ratione spiritualitatis, vt satis colligitur ex eodem S. Tho.<sup>n</sup> Quamuis non ad vsus profanos.<sup>o</sup>

Quinto inferitur, q̄ Papa nullā pœnā tēporalē statutam cōtra simoniacos, etiā qui sunt tales in rebus spiritualibus, etiā à Deo solo institutis incurrit: & q̄ pōt facere, ne alius eā incurrat: quia omnis talis pœna est inducta iure humano, cui non subest ipse, & potest alios eximere per praedicta.

Sexto, quod auctoritas eius de facto eximit à pœnis simoniā omnes, qui cum eo, vel cum consensu eius faciunt actum, qui alias esset simoniacus: esto quod expressē eos non hiberet, non facta differentia inter praedictas simonias: quia quo ad pœnas eadem ratio militat in vtraque. Et ideo, quidquid dicat Pan. p̄ & Felin. eum limitans, q̄ in simonia in rebus spiritualibus à solo Deo institutis cōmissa, veritas habet, q̄ nō eximit à culpa, sed tantum à pœna simoniē, & à culpa, & pœna simoniē, iure tantum humano prohibet, tū per praedicta: tum per l. quidam consulebat, r̄ & argumēto eorum quae de certa sciētia Principis verius, & cōmunius dicuntur ab iis, quos latē citat Felin.<sup>s</sup> Tum per stylū Curiae, qui hoc seruatur, vt satis testatur Cass.<sup>t</sup> licet Caiet. contrarium

a Lib. 6. qu. 7. ar. 3. col. 2. de iust. & iur. b. verb. simonia. q. 6. c. 2. 2. q. 100. ar. 5. ad 2. d. Vbi supra. c. l. d. e. suam

f. 2. 2. qu. 100. ar. 5. ad 3. g. Vbi supra ad 4.

h. Iuxta l. si non forte. §. libertus. ad iij. Et gl. sing. ff. de condi. inde bit. i. c. ad audie siam de resc. nu. 10. in specie hoc decisem.

k. c. ex parte. i. de offic. del. & c. cum praedem de pact.

a In regu. Ca. col. de Tron. qu. 12.

b Ca. ordinationes. 1. qu. verbo premissis. communis receptam. c. 2. par. iij. ca. 5. §. 11. d. Num. 100.

c Consi. 14. ad Jesidum.

f In decis. 2. de simon.

g Supra. nu. 100.

h 2. 2. q. 100. ar. 1. ad 7.

i 1. 2. q. 96. a. 5.

k In c. non licet. Papa. §. 17. num. 10. l. Ar. c. auu. 12. qu. 2. m. 2. 2. q. 100. ar. 7. n. Lib. 4. §. d. 25. q. 3. a. 1. & 2.

o Perreg. formal. Deo de reg. iur. lib. 6. & c. compertimus. de cons. dist. 2.

p In repet. §. qui vero. cap. extirpanda. de praeb. sub. fin. q. In c. de castro. sub. fin. de re iud. r. ff. de reind. & l. idem. v. p. an. ff. de excus. m. s. In c. cum inter. de except. i. Decis. 2. de f. m. c.



a In 2.2. qu. 100. ars. 6. ad 5.  
 b In c. 2. de simon. q. in c. extirpanda. §. qui vero. de proben. à num. 83.  
 c 2. 10. trañ. §. 9. 1.  
 d Cap. qui stu det. 1. q. 1. ca. quam pio. en. quafi. 2.  
 e Supr eod. n. §. 9.  
 f Vbi supra. §. Ca. dilecto. de prob. h. 1. 2. qu. 100. art. 4.  
 i Cap. si quis obierit. 1. §. 3.  
 k Ca. de iure. de iur. patr. l. Vbi supra. m Ca. cum a deo. de referi. §. c. ex literis de transf. n Ibidem.  
 o In c. aliar. 2. qu. 3.  
 p Ca. ex parte. de confit. §. c. maiori. bna. §. r. ex- tirpanda in prin. §. qui vero. de pra. c. si ut vnire. de excessi. pral. cum eis adnot.

q Vbi supra.  
 r Inz pradi- tum c. si quis obierit. s Cap. iua. de spons.

t Et omnes ti. de verum per mu.

iudicauerit esse verius, sequutus in hoc Panormitanum, quamuis sub finem se remittat iuristis.


Septimò, quòd ex his est haurienda decisio quæstionis, An Papa vendens beneficium, & emens illud committat simoniam? Et quidam aiunt absolutè quod numquam. Alij quod non, si beneficium est simplex: si autem est curatum, sic. E quibus est Panormitanus, ilij quòd semper. Quorù opinionem sequuntur communiter Theologi, quos sequitur Caiet. nòsq; soliti sumus sequi hoc syllogismo firmo in Barbara. Omne spirituale, vt hic sumitur, est inuendibile iure naturali, & diuino, nò solùm datum, vel institutum immediatè à solo Deo, sed etiam ab Ecclesiastica potestate supernaturaliter diuinitus ei data, per dicta, & adducta per Caiet. f At omne beneficium est ius spirituale, vt hic sumitur, & tradit S. Thom. h à quo nullus etià Canonista recedit. Ergo omne beneficium ecclesiasticum est inuendibile. Et cõfirmatur, ius spirituale clericale est à Deo solo institutum, cui omnia beneficia sunt annexa: & quidè adeo, quòd vendito beneficio censetur venditum ius clericale, & ius clericale est inuendibile, per prædicta. Confirmatur etià eo, qd ius patronatus est inuendibile secùdù iuris textù, & tenet S. Tho. ab omnibus etià Canonistis receptus, quod tamen est minus spirituale, quàm beneficiù, quippe quod cadit in laicum tãquam spirituale antecederet non præsupponens clericatù, nec aliud spirituale, præter Christianismum, cum tamen beneficium sit tale dependens, & præsupponens clericatum. m Confirmatur item eo, quòd ius decimarum est inuendibile: quia deputatum ab Ecclesia ministris eius, vt ipsemet S. Thomas ab omnibus receptus, n ait, & probatur per ius. o

Octauò inferitur, qd quid alicui faciliè detrahant, nò arbitror vllum Papam vlla beneficia vnquam simpliciter vendidisse contra conclusionè prædictam: quantum ceperit aliqua non via vditionis, nec permutacionis, nec alius contractus non gratuiti: sed alijs vijs iustis. Quæ colliguntur ex eo, qd potest beneficia extinguere, & alia alijs vnire, diuidere, & redditus eorù augere, & diminuerè. P Potest etiam partem redditum eorum vacantium, & nò vacantium de consensu beneficiariorum, immò & sine illo ex iusta causa applicare alicui bello pio, vel alijs pijs operibus, & necessitatibus Sedis Apostolicæ, vel alterius, & in iustam pensionem aliquibus: ac consequenter annatas, vel compositiones necessitatibus Sedis Apostolicæ, vel alijs pijs operibus applicare.

Nonò, quòd quamuis Theologorum sententiam, quam omnium profundissimè confirmat Caiet. r sequi soleam: puto tamen nouissimè tenendù, primò Caiet. dicere quædã quasi metaphysica in illo tractatu, quæ non satis probat. Secùdò, qd Papa sua potestate absoluta, & plena potest vendere absq; peccato ex iusta causa beneficia, quo ad partè, quam habent pecuniariam, & temporariam: sicut potest vendere alia spiritualia, quæ constant partim ex spirituali, & partim ex re pecuniaria: qualia sunt calix, vestis, & vasa cõsecrata. Tum quod eadè ratio est in omnibus. Tũ, quia, id quod dicitur vendentè absolutè beneficiù, vel aliã rem, quæ cõstat ex re spirituali, & pecuniaria præsumi, vel videri vèdere vtrùq; r est verù quo ad præsumptionè, & non quo ad veritatem, quæ tollit eam, si est ei contraria, s & ita non includeret illum, qui verè solùm temporale intendet vendere: & minus illum, qui expressè protestaretur se solùm intendere vèdere illam, quo ad partem temporale. Tũ quia omnes consentunt non solùm Papam, sed etiam omnes alios Prælatos posse vendere calicem, vel aliam rem cõsecratam, etià integram Ecclesiæ, vel clericis ad vsum spiritualem, quòd quotidie fit: Tum quia nemo negare potest, posse Papã ex causa iusta donare, & vendere, vel permutare aliquã rem immobilem vnus Ecclesiæ pro alia alterius Ecclesiæ, etiã profana: & aliquam partem redditu vnus Ecclesiæ pro aliqua re alterius Ecclesiæ, vel etiã laici: quod quidquid dicat Caiet. efficaciter probat cap. ad quæstiones. t Tũ quia sic vendendo, donando, vel permutando nihil spirituale vendit, donat, vel permutat, sed solum temporale. Tum quia non obstat illud argum. quod suũ Achil- lè facit Caiet. scilicet, qd omnia beneficia Ecclesiastica sunt annexa iuri clericali consequenter: quia nò sunt ita annexa vt nequeant auctoritate Papæ separari multis modis, vt

A prædictum est. Tum quia etiam aurũ, argentum, & sericũ calicis, & vestis cõsecratorum est annexum calicis, & vestis cõsecratis, immo magis quàm redditus beneficiorum: attamen Papa potest ex iusta causa vendere illud aurum, argentũ, & sericum alij Ecclesiæ, vel clerico, etiã nò mutata forma. a Ergo etiã ex iusta causa poterit vendere redditus mille ducatorũ alicuius episcopatus, vel archidiaconatus habentis redditus decem milliũ, etiam non separãdo illos à redditibus episcopatus, vel archidiaconatus: & ea lege, vt archidiaconus teneatur illa quotãnis soluere. Reditus enim beneficij non ita annexi sunt iuri clericali, qd non possint auctoritate saltè Apostolica diuidi, & vèdi, saluo existète, & nò vèdito iure clericali: sicut vèditur pars materiæ calicis, nò vèdita eius tota materia, neq; cõsecratione eius. Et Canonistæ, qui tenuerunt contrariã partè cõmunis Theologorũ, noluerunt dicere id, quod Caiet. imponit eis, nimitũ notã eos, & nec per somnũ imaginari sunt illa eius quasi metaphysica, sed in nostrum hunc sensum videntur dixisse Papã posse vendere beneficia: licet Pan distinguẽdo inter curata, & simplicia iure reprehendi possit, quia noluerunt dicere, qd plus rei spiritualis vendere possit vendẽdo curata, quàm simplicia: sed quod vt vtrũq; vendere potest ex iusta causa, quoad partem temporalem: & neutrum quoad partem spiritualem, quo ad ius exercendi curam, vel ius clericale ministrandi officia diuina, cui iure naturali, & diuino deberur stipendium. Sicut potest vendere calicem, & vestes sacras, quoad partem temporalem, & nò quoad spiritualem, siue cõsecrationem. Adde iis illud, in quo sæpè grauitur erratur, scilicet, qd concordie & alia dispositiones super spiritualibus, quæ sine Papæ consensu facta essent simoniaca, non sunt tales, si fiant cù clausula, saluo, vel reser- uato beneplacito Papæ, siue S. Sedis Apostolicæ: quæ tamen si exequuntur antequam beneplacitũ eius impetretur, sũt simoniaca: quia fiunt sub conditione, si Papa voluerit, b & dispositio conditionalis nihil prodest, donec conditio impleatur, c & ideo cauendum à tali executione, quæ inducit censuras, & annihilat actum.

**De Simonia Confidentiali & quid illa sit**

109  D duodecimum, quod ex responsione decimam præcedentium quæstionũ sequitur, non esse simoniacam confidentiã illam, qua quis confidit, qd collator cõfert beneficium renunciatum illi, cui renuncians volet, post renunciationem liberè, & sine vllò pacto: & modo: aut quod patronus præsentabit ad illud ita renunciatum: quia nullus in ea re contractus non gratuitus, nec voluntas illum faciendũ interuenit, neq; vllò iure naturali vel diuino talis fiducia prohibetur, si aliud non obstat. Et eadem ratione non est confidentia simoniaca conferre beneficium, vel procurare, vt conferatur alicui ea intentione, & spe, quòd ille aliquãdo cedet in fauorem alterius à se nominandi, vel sui ipsius cõscentis, vel procuratis: dummodo nullum pactum, nullus modus, & nulla conditio adiciatur, quod certũ est solo iure antiquo artèto. \* Et quod idem sit attetis extrauagatibus s. l. rec. Pij III. & Pij V. super cõfidentia beneficiorũ editis, probatur efficaciter eo, qd illè nihil prohibet, quod ante illas nò fuisset prohibitũ, solum enim disponunt cõtra confidentiã illicitam beneficiã, & non omnem: sed tantũ simoniacã, qualis non erat omnis cõfidentia beneficiãlis. Tum quia cõfidentia in genere est certa spes de re aliqua, quod ita suit, est, vel erit, & interdũ sonat in bonã partè, vt in illo Davidis. d In Domino confido, & interdũ in malã vt in illo eiusdè. e Qui cõfidit in eũ, & consequenter est cõfidentia licita, & cõfidentia illicita, licita est, qua quis ordinatè sperat, illicita qua inordinatè. Tũ quia hoc cõsequitur, qd cõfidentia beneficiãlis est duplex, licita, qualis est illa, qua quis ordinatè cõfidit, quòd collator cõferet beneficiũ fratri suo cù primis eo digno: & illicita, qualis est ea, qua quis inordinatè cõfidit, qd collator cõferet beneficium suo fratri eo indigno. f Tum quia cõfidentia illicita beneficiãlis est duplex. Altera simoniaca, qualis illa, qua quis cõfidit, qd collator conferet beneficiũ mediante pretio, pacto, modo, vel conditione expressa vel tacita digno, vel indigno. Altera non simoniaca,

a Vt supra dicitur est.

b Arg. l. a testatore. ff. de cond. & de monst. c Ca. si pro te de refer. libr. 6. §. omnis. in ff. de verb. obli.

d Psalm. 10. e Psalm. 113.

f Arg. e. cum in cunctis. §. si de ele.

quãis



qualis est illa, qua quis confidit, quod collator conferet beneficium ob cognationem, vel amicitiam indigno: sine tamen pretij, pacti, modi, vel conditionis interuentu.

\* Et quod idem sit attentis. Extrauagans Pij IIII. contra hanc pessimam simoniae prauitatem incipit Romanum Pontificem & est 109. inter ipsius constitutiones & Pij V. quae hic habetur, quae agit de iisdem confidentiis beneficiis, earumque casibus, praesumptionibus & probationibus, & de penis retinentium beneficia in confidentiam, est 87. inter ipsius constitutiones, & incipit intolerabilis. Post quas constitutiones etiam Sixtus V. aliam edidit constitutionem, quae incipit Pastoralis est 66. inter ipsius constitutiones quae est de constitutionibus Pij IIII. & Pij V. circa confidentias beneficiales in regno Galliae exequendis, cum moderatione quarundam poenarum in eis contentarum, cuius partem post bullam Pij V. in gratiam eorum qui eam forte pondum viderunt, vel audierunt impressam inferemus.

Quod autem extrauagantes praedictae non sint editae contra omnem confidentiam beneficiale, sed tantum contra illicitam: nec contra omnem illicitam: sed tantum contra illicitam simoniacam patet. Primo, quod principium extrauagantis Pij IIII. sic habet. *Sanè licet dudum, cum certam simoniacam prauitatis speciem, quam beneficiorum confidentiam vocant, &c.* Et ex principio colligitur intentio disponentis. <sup>a</sup> Secundò, quod mox declarat se loqui de confidentia, qua quis accepit custodiam alieni beneficii cum pacto, ut postea cedat alteri. Tertio, quod postea ter se restringit ad eam, adiciens verbo confidentiam, verbum, *Huiusmodi*, quod restringit ad praedicta. <sup>b</sup> Quarto, quod Pius V. de eadem omnino confidentia disponit, de qua Pius IIII. ut tam ex prooemio, quam reliquo contextu palam colligitur. Quinto, quod declarant praeteritas, de quibus agunt, confidentias fuisse illicitas: quod non potuisset iuste fieri, nisi ante fuissent prohibita: cum lex non extendatur ad praeterita, & ita quae confidentia ante illas erat licita, etiam nunc est licita: & e contra, quae nunc est illicita, antea erat illicita: & quae illicita nunc est simoniacae, antea erat simoniacae: & quae antea non erat simoniacae, nec nunc est simoniacae, licet iuste praesumi possit in foro exteriori per modos ad id inductos a Pio V. pre extrauagantem cuius tenor sequitur, *Pius Episcopus, &c.*

110 Intolerabilis, & infra Bene quidem, & prouidenter facta. rec. Pius Papa Tertius. Nos ad tollendum... *decreuit: ut ipso iure vacaret Ecclesia, monasteria, cateraque beneficia Ecclesiastica in confidentiam a quibuscumque etiam S. R. E. Cardinalibus cuiusvis persona contemplatione, vel intuitu recepta, libera illorum dispositione sibi, & Apost. sedi reseruando: nec valerent ipsorum collationes seu concessionem, nec fructuum, nec pensionum reservationes, nec facultates illas transferendi, nec regrediendi, seu accedendi, & ingrediendi ad Ecclesias, monasteria, & beneficia supra dicta, illaque recipientes, fructus, pensiones, & alias res eorum inde debite perciperent. Prohibens quibuscumque, etiam sub censura ecclesiastica, ne quid huiusmodi amplius auderent. Ac etiam decreuit omnes & quascunque prouisiones, praefectiones, collationes, commendas, & alias dispositiones de Ecclesiis, monasteriis, & beneficiis, nec non reservationes fructuum, pensionum, rerum, & iurium, ac etiam transferendi, regrediendi, accedendi, & ingrediendi, aliasque facultates, siue per se, siue futuros Romanos Pontifices, etiam motu proprio, ac consistorialiter, siue etiam per ordinarios collatores, etiam ad patronorum praesentationem, cum interuentu confidentia huiusmodi, siue expressae, siue occultae, ac de iure praesumptae, & alias contra praedicta pro tempore factas, nullius momenti fore, nec cuiquam suffragari: sed Ecclesias, monasteria, & beneficia huiusmodi ipso iure vacare, ac praedicta dispositioni reseruata esse: sique per quoscumque etiam per praesumptiones, & coniecturas legitimas, & alias eorum arbitrio procedendo (cum alioqui confidentias huiusmodi in lucem erui, & probari non posse constaret) iudicari, & definiti debere. Nec non irritum, & inane quidquid secus contigerit attentari, quemadmodum confectum super his literis plenius continetur. & infra. Multi enim ipsa beneficia iure retinere nequeunt: alij ne cogantur ad sacros ordines, ad residentiam, ad incedendum in habitu clericali, ut ad bellum proficiscantur, ut inimicos occidant, alij ut alieno nomine lites agant, aut defendant: alij propter crimina incapaces: quidam ut purgato delicto, vel absolutione consecuta illa repetant, eadem in alios deponunt, & in plerisque fructus ipsorum aut eis ministrantur, aut quibus ipsi statuunt, saepe laicis, & inhabilibus. Plerisque vel senes, vel infirmi, ut beneficia in domibus suis perpetuent, illa renunciant, & renuncians in alios, qui vel profanam familiam cedentium de fru-*

a l. f. dabur. insti.

b l. huiusmodi ff. de leg. 1.

c Cap. 2. & c. ff. de const.

A *ctibus ecclesiasticis alant: vel illa etiamnum infantibus, aut nascituris asseuerent, facto interdum circuitu retrocessionis, cum reservatione fructuum, & aliarum rerum, aut accessu: praesertim ab illis qui praestandorum iurium Camera Apostolica sunt immunes. Alij aut incapaces, aut alij beneficiis Ecclesiasticis onusti, aut ecclesiastico ordini sese mancipare resugientes, aut merè laici beneficia Ecclesiastica alij conferenda procurant, ut de illis postmodum ad libitum suum disponatur, fructus etiam percipientes illorum. Ad haec plerique ordinarij, & alij collatores, ac etiam patroni laici curar de ponenda beneficia, ut fructus, seu pensiones capiant eorumdem, alijve faciant ministrari. Alia item permulta eiusmodi admittuntur, quibus immaculata rerum diuinarum puritas impie violatur, disciplina Ecclesiastica neruus dirumpitur, & imminens patrat exitium animarum. Quare nos volentes periculosum talium audaciam noui iuris subsidio colibere, praesentium auctoritate statuimus, ut si quis quacumque auctoritate Ecclesiam, vel monasterium, aut aliud beneficium Ecclesiasticum qualecunque ex resignatione, vel cessione cuiuscumque persona simpliciter, aut cum circuitu retrocessionis, cum regressu, vel accessu, etiam sola dimittenti intentione receperit, ut illa, vel illud etiam in euentum regressus, vel accessus, eidem dimittenti, vel alteri postea conferatur: aut illius fructus, vel eorum pars alij, vel alij concedatur, vel pensiones soluantur ex eisdem, haec confidentia censeatur. Itidem si ordinarius, vel alius collator contulerit antehac, aut conferat in futurum beneficium Ecclesiasticum quouis modo vacans, ea conditione tacita, vel expressa, ut postea in alterum pro arbitrio collatoris, seu alterius cuiuscumque contra iuris communis ordinationem disponatur, siue ut de eo prouisus, fructus illius, vel partem ad utilitatem, vel libitum conferentis vel cedentis, aut alterius relinquat & remittat, seu pensionem illi, vel illi, quem, vel quos idem collator, aut cedens, vel alius per se, vel alium, scripto aut verbo iusserit, seu significauerit, persoluat: & pariter si a patrono etiam laico, vel alteri praesentatori, seu electori contigerit, aut contingat id fieri. Ad haec si clericus praedicta Camera, aut Cardinalis, aut alius a solutione iurium ipsius Camera, vel etiam Cancellaria Apostol. exemptus post resignationem, vel cessionem alicuius extranei de Ecclesia, monasterio, vel alio beneficio Ecclesiastico in se Apostolica vel alia auctoritate factam & admissam, illam, vel illud etiam confectis literis Apostolicis, & possessione apprehensa in eundem resignantem vel cedentem modico spatio interiecto, veluti duorum, aut trium mensium retrocesserit, aut retrocedat in futurum, & ex illa retrocessione fructus Ecclesiae, seu monasterij, aut beneficii, vel eorum pars, seu pensio, seu quid aliud super illis reseruatum: aut regressus, seu accessus, & ingressus ad illa vel illud ipsi clerico, vel Cardinali, aut alij excepto sit, fueritve concessus. Postremo, si quis crimine aliquo absolutus, aut cum quo super irregularitate dispensatum est, denuo receperit, quacumque auctoritate Ecclesiam, monasterium, vel aliud beneficium Ecclesiasticum, quod ante, vel post commissum delictum: aut contra aliam irregularitatem dimiserit, in quouis horum casuum confidentia prauitas sit contracta, casusque huiusmodi literis praedictis comprehendantur, ac si illis speciatim expressi fuissent: licet ipsum confidentia crimen alterius tantum partis sufficientia sit admissum. Ad probandum verò plane confidentiarum abusum inter alias etiam ha praesumptiones, & coniectura habeantur legitima, videlicet, si quis post cessam ab se Ecclesiam, vel monasterium, aut beneficium, & publicatam resignationem, seu cessionem, captamque a successore possessionem, sese in illa, vel illo, seu rebus illius per se, vel alium, seu alios de facto ingesserit, aut fructus perceperit: aut quicumque successor illi, vel eius propinquus ipsos, aut partem aliquam remiserit eorumdem: si recipiens beneficium constituerit dimittentem, vel eius pariter, aut propinquos procuratores ad percipiendum, vel locandum fructus beneficii dimisit, & illi, vel illis de fructibus perceptis, aut percipiendis donationem fecerit: si vel sola procuratoris depositione, vel libris rationalibus mensurarum ex parte dimittentis expeditio, qua personam recipientis concernit, prosecuta sit, simulque expensa pro ea necessaria ab illo facta fuerint. Denique si quis pro cessione alicui facta, quacumque auctoritate de beneficio ecclesiastico per se, vel alium, seu alios intercesserit, vel alias in negotio cessionis se se immiscuerit quoquomodo: deinde aliquid de fructibus talis beneficii de facto etiam per manus possessoris, ac etiam simplicis donationis titulo perceperit, seu de illo postmodum ad voluntatem intercessoris fuerit dispositum quodocumque. Testes autem de quacumque re singulares singulas probare valeant praesumptiones, & coniecturas, pluresque huiusmodi praesumptiones, & coniectura plenè probationem faciant in praedictis. Ceterum criminosi, & ceteri omnes, qui ad perturbandum in casibus*



simonia testimonium recipi possunt, ad prædicta omnia admittantur. Sed ne quisquæ etiam vana fiducia fretus non intendit contra se iudicij in crimine perseueret: utque hoc malum grauioris censura stimulo vsquequaque prohibeatur, & omnes, & singulos, qui huc vsque Ecclesias, monasteria, beneficia, fructus, pensiones, aliæve res intercedente hoc confidentia vitio receperunt, ac retinent, nisi statim ad se reuersi, & respicientes celeri dimissione sibi prospexerint: & quicquid tale admiserint in futurum etiam omnibus, & singulis aliis monasteriis, dignitatibus, administrationibus, officiis, & beneficiis obtentis, qua pariter sub dicta reservatione comprehendimus volumus: necnon fructibus, pensionibus & aliis rebus Ecclesiasticis, ac etiam Romana Curia, & aliis officiis temporalibus presentium auctoritate priuamus, & ad futura inhabiles decernimus, & in iuris subsidium excommunicationis sententia innodamus, à qua nullus nisi in mortis articulo constitutus, ab alio quam à Romano Pontifice absolutionis beneficium valeat obtinere, &c. Datum Roma apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominica Millesimo quingentesimo sexagesimo nono, Kalend. Iunij, Pontificatus nostri anno quarto.

\* Hactenus Pius: nunc Sixtum V. audiamus. Cum autem sic accepimus. Littera prædicta in regno Gallia, ob temporum iniuriam, aliisque varias subortas difficultates, diuersaque impedimenta, adhuc debita executioni, non fuerint demãdata, ac propterea tam perniciosum confidentia vitium, quod celeriter extirpari & eradicari oportuerat, in dies magis serpere, ac propagari noscatur, in maximum animarum periculum, ac scandalum plurimorum. Nos ad hanc corruptelam à Regno illo, quod non ita dudum omni Christianarum virtutum genere florebat, & adiuuante Domino etiam in posterum florebit, tollendam, ac profus eliminandam, animarumque saluti in primis consulere nolentes; omnibus, & singulis dicti Regni Archiepiscopis & Episcopis, eorumque Officialibus, & ad quos de iure, & consuetudine pertinet, per presentes mandamus, ac sub interminatione diuini iudicij districtius iniungimus, vt in suis quisque Ecclesiis, Ciuitatibus, Diocesis, & locis etiam exemptis, ad prædicta studiosè attendant, & in eos quos in confidentia crimine, præsertim verò in aliquo ex casibus superius expressis, etiam per præsumptiones, & coniecturas prædictas deliquisse constiterit, seuerè animaduertant. Qui si in præmissis exequendis negligentiores fuerint, eorum negligentiam suppleri volumus à Capitulis Ecclesiarum Metropolitanarum, & Cathedralium, ac etiam Collegiarum, vbi de beneficiis ipsarum Collegiarum Ecclesiarum agatur, ac etiam ab Abbatibus, seu Prioribus, Claustralibus, & Conuentibus Monasteriorum, aliorumque Regularium, locorum, vbi de eorundem monasteriorum, seu locorum officiis, & beneficiis questio extiterit. Et nihilominus appellationes à sententiis, quas contra delinquentes huiusmodi fieri contigerit, ad proximos superiores, iuxta Canonicas sanctiones deuoluat; executionem tamen sententiarum prædictarum minimè impedire, aut retardare. Beneficia verò occasione confidentia huiusmodi ad præsens vacantia, & in posterum vacatura, ab ipsorum beneficiarum ordinariis collatoribus, perinde ac si dispositioni dicta Cedis Apostolica, minimè reseruata fuissent, liberè conferri, & de illis prouideri posse, & debere decernimus: dum tamen talium criminum participet aut consentientes non fuerint. Quo casu ac etiam vbi iidem Ordinarij Collatores, per sex menses, à die detecta, & comprobata, seu conuicta confidentia, beneficia ipsa vt præsertur, vacantia canonicè conferre, & de illis prouidere neglexerint, beneficiorum eorundem Collatio & prouisio ad proximos superiores deuoluatur. Qua verò beneficia, de iure patronatus laicorum fuerint, ad eorundem patronorum præsentationem, dummodo in crimine huiusmodi non fuerint participes, conferri: De Ecclesiis verò ac Monasteriis aliisque beneficiis Ecclesiasticis, ad Carissimi in Christo filij nostri Henrici III. Francorum Regis Christianissimi nominationem spectantibus, nouam ipsius Regis nominationem iuxta Concordata seu indulta ac sede Apostolica ei concessa volumus expectari. Fructus verò ex Ecclesiis, monasteriis, & aliis beneficiis prædictis male, & indebitè perceptos, in usum, ac reparationem Ecclesiarum, monasteriorum & beneficiorum prædictorum, super quibus Confidentia huiusmodi contracta, & commissa fuerit, per Archiepiscopos, Episcopos seu Officiales, aliosque prædictos conuerti, & applicari posse volumus, ac decernimus. Magnopere hortantes, & enixè in Domino requirentes eundem Regem Christianissimum, vt omne studium, operam, & auctoritatè ad prædicta peragenda, & exequenda præstare, & impertire velit. Absolutionem autem à censuris, & penis ac irregularitatibus propter crimen Confidentia huiusmodi quomodolibet incurfis pro tempore existenti nostro, & Sedis Apostolica apud Regem

A prædictum nuncio, & quo ad Prouincias sub legatione Auenionensi comprehensas, eidem Auenionensi legato, cum facultate etiam alios subdelegandi, de quorum pietate, & prudentia magis confidant, per presentes committimus, & demandamus. Non obstantibus Pij IV. & Pij V. prædecessorum prædictorum litteris, (quas quo ad dictum Regnum in superius expressu duximus relaxandas, & moderandas) illis nihilominus, quo ad alia Regna & loca in suo robore duraturis, aliisque Apostolicis constitutionibus, priuilegijs quoque, & indultis generalibus, vel specialibus quoruncumque tenorum existant, per que presentibus non expressa, aut in totum non inserta presentium effectus & executio impedire valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus eorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis, ceterisque contrarijs quibuscumque & paulo post. Datum Roma apud S. Marcum, Anno incarnationis dominice, 1587. idib. Augusti, Pontificatus nostri anno 3.

B Ex qua nota primò, quòd intentio prædictorum Piorum non fuit, inducere aliquam prohibitionem nouam confidentia beneficialis: sed Pius III. intendit renouare antiquam, & Pius V. iuuare illam inducendo modos probandi eam, quæ difficile probatur. Ita quòd non intendit asserere esse veram in foro interiori confidentiam illicitam simoniacam in casibus, in quibus statuit pro tali esse habendam, sed quòd in exteriori est præsumenda talis.

C Secundò nota, quòd simonia conuentionalis confidentia beneficialis est peior alia conuentionali beneficiali, qua palàm emitur, vel venditur beneficium: quia per illam non annullantur acta, nec inducitur censura, antequam ab vtraque parte impleatur, vt dictum est, b per hanc autem sic: quia simul ac quis accipit beneficium in confidentiam prædictam, antequam impleat, quòd promisit, ipso iure est excommunicatus, & ipso iure collatio ei facta est nulla, & tenetur ad restitutionem omnium fructuum, quos perceperit à die acceptionis.

D Tertiò nota nouam, & amplam reservationem, qua omnia beneficia collata, & accepta in confidentiam illicitam, & simoniacam sunt reseruata Sedis Apostolicæ collationi, qua ratione peior est hæc simonia conuentionalis etiam ex vna tantum parte completa, quàm alia realis ex vtraque parte executi; quia non aufert ordinario potestatem conferendi, nec reseruat illam Papæ, hæc autem vtrumque facit. Quam ob rem caueant sibi, qui eiusmodi beneficia accipiunt per ordinariorum collationem, vel per Papæ prouisionem non facta mentione de huiusmodi reservatione, saltem per clausulas generales ad id sufficientes: quæ tamen communiter in impetrationibus Apostolicis inseruntur.

E Quartò nota, quòd non solum collationes per huiusmodi confidentiam factæ sunt nullæ: sed etiam omnes accessus, regressus, pensiones, & alia quæcumque etiã auctoritate Apost. reseruata fiduciariis, siue confidentiariis huiusmodi, in cessionibus, vel retrocessionibus, quibus postea illa admittunt: quorum de numero arbitror esse plurimos, qui debent sibi cauere. Salua limitatione posita infra. c

F Quintò nota casum nouum, in quo fructus beneficiorum per huiusmodi confidentiam collatorum, & pensionum confidentiariis constitutarum, reseruantur camera Papæ à die collationis, & constitutionis: quòd est notandum ad consulendum eis, qui hac in re peccarunt.

Sextò, quòd hæc extrauagans in illis verbis, *Sola admittentis intentione*, & in illis, *Conscientia tantum vnius partis*, videtur significare contrarium eius, quòd supra responsum est ad quæsitum decimum, scilicet quòd sola intentio absque pacto renunciandi beneficium, vt detur alicui non facit simoniam. Sed responderetur, quòd non intendit asserere per illa verba, quòd sola talis intentio constituat in foro interiori simoniam, sed quòd probatio eius faciat in exteriori præsumi illam. Tum quia, vt supra probatum est, prædicti Pij nil noui prohibuerunt, & Quintus solum addidit quatuor modos præsumendi simoniam in exteriori foro. Tum quia non ait per hoc fieri confidentiam: sed quòd censeatur, hoc est, præsumatur confidentia, vt in simili haber cap. fin. d quòd ibi ponderauimus.

Septimo nota, octo coniecturas ad præsumendam simoniacam confidentiam in foro exteriori. Prima probatio intentionis, etiam tantum vnius partis, quæ tangitur in verb. *Quare*. Secunda in verbo *Itidem*, scilicet quòd

a Vt supra dictum est.

b Supra. 103.

c Eod. c. 22.

d De usur.



collator ita conferat, vel patronus presentet, vt postea de beneficio, vel fructibus eius sic, vel sic disponatur. Tertia, in verbo *Ad hoc*, scilicet, quod exceptus à solutione iurium Curia beneficium acceptum per resignationem alicuius etiam post litteras expeditas, & possessionem acceptam retrocesserit in eundem, reseruato sibi aliquo infra spatium duorum, aut trium mensium. Quarta, in verbo *Postremo*, quod absolutus à delicto, vel irregularitate denuo accepit beneficium, quod renunciauit, ante, vel post delictum, vel incursum irregularitatem. Quinta in verbo. *Ad probandum*, quod quis post cessum beneficium, & duplicata cessione, & capta possessione à cessionario se in illud per se, vel alium ingerit, & fructus, vel partem eorum accipit, aut successor ipsi, vel propinquis eius aliquos fructus remisit. Sexta, in illo verbo. *Sir recipiens beneficium, &c.* Septima, in verbo. *Vel sola probatio, &c.* Octaua, in verbo *Denique quod intercesserit, &c.*

Nota octauo, quod verbum *ad probandum*, & clarus verfic. *testes*: significant, quod vnaquaque harum coniecturatum sola non sufficit ad plenam probationem, quod eundem arbitror æquum: nam durum videtur, quod prima, & octaua, & aliquot alia per se sola sufficiant. Quare videtur id arbitrio iudicis librandum.<sup>a</sup>

Nota nono casum, in quo testes singulares sufficiunt contra regulam capit. *bona*,<sup>b</sup> quod autem subdit, *vt testes criminosi, &c. admittantur*, commune est omni simonia.<sup>c</sup>

Nota decimo ex verbo. *Sed ne quisquam*: duos casus novos, quibus duo genera beneficiatorum ipso iure priuantur beneficiis omnibus etiam iuste obtentis, & sunt inhabiles ad illa, vel alia obtinenda. Alter eorum, qui ante hanc extrauagantem acceperunt beneficia per simoniam confidentialem, & statim habita noticia de ea non respuerunt & dimiserunt illa beneficia, & pensiones per eam obtentas. Alter est eorum, qui post eam acceperunt, vel acceperint aliqua beneficia, vel pensiones, per eiusmodi confidentias: quæ est pœna terribilis, ferenda tamen: quia statuta est, d quam tamen relaxare, vel saltem in ea dispensare iuste misericordiaz fuerit. Er an, vel quos ignorantes liget, dicemus alibi.<sup>e</sup>

Adde nouè vndecimo, quod mediator confidentiaz vtitur à præfatis Pii ipso facto est excommunicatus: quia per præfata omnis confidentia, de qua ipsi agunt, est simonia beneficalis, & omnis mediator simonia in beneficio, vel ordine est excommunicatus ipso facto.<sup>f</sup>

Adde item nouè duodecimo, quod promissio simplex conferendi, vel restituendi alicui beneficium, nihilo alio addito, non est confidentia in præfatis bullis dānata. Tum quia earum verba non aptantur ei, & cui verba legis non aptantur, nec illa aptatur. Tum quia non erat simoniaca, ante illas bullas: quoniam licebat olim huiusmodi promissio simplex, h & licet postea i fuerit statutum, ne illa promissio obligaret: non tamen fuit statutum ea ratione, quod esset simoniaca: quia si talis esset, non poruisset vquam valere: & præfata Bullæ non damnant confidentiam, quæ ante illas non erat simoniaca, per prædicta.

*Varia ad questiones de Simonia factas responsa.*

**III** Duodecimum quæstum responderetur, quod pensio solita constitui super beneficio Ecclesiastico, non potest pecunia redimi, neque constitui, quod nuper neruose probaui coram Illustrissimo, eodemque clarissimo, Cardinali Alciato, in disputatione quæ inferetur prædicto commentario, k vbi breuiter môstro pensionē, vt in hac materia sumitur, à nemine ante nos iuste definitam. Et quod nō est beneficium, nec portio fructuum eius, sed ius non temporarium, sed spirituale, aut illi annexum, non antecedenter, vt ius patronatus, sed dependenter, aut consequenter instar beneficii, & subinde non potest magis, immo minus emi, vel vendi, quam ius patronatus: & potest gratis remitti, etiam sine auctoritate constituentis, non tamen redimi anticipata solutione sine auctoritate Papæ. Et quod redemptio sine illa pretio facta non valet,

**A** & non obstante illa, lapsis annis, pro quibus anticipata est solutio potest peti. Et denique, quod simonia committitur in emptione, & venditione illius: sed illa non inducit excommunicationem ipso iure, plusquam simonia, commissa super iure patronatus: quia extrauagans 2. de simonia: solum excommunicat simoniacum in ordine & beneficio, quorum neutrum est pensio, & ideo tamquam pœnalis, & restringenda, non extenditur ad simoniam super ea commissam. Secus quando emeretur, vel redimeretur pensio ad quærendum, vel renunciandum aliquod beneficium, quia tunc videretur committi simonia: eo quod datur premium ad dandum, vel quærendum ius spirituale, veluti admittitur simonia, quando mediatori datur, vt dictum est, a & eadem ratione idem dicendum videtur de emptione iuris patronatus alterius rei spirituali annexa.

**B** Ad decimum tertium de emente, conducente, vel per alium quemlibet contractum non gratuitum querente Vicariam, & quauis iurisdictionem, vel potestatem spiritualem, etiam ad tempus episcopi, vel parochi, vel cuiuslibet alius beneficiarij, respōdeo in summa, quod latius dixi coram eodem Illustrissimo Cardinali Alciato, & inferetur prædicto commentario, b primò, quod committit simoniam. c Secundò, quod meretur priuari: sed non est ipso iure priuatus officio clericali secundum Hostiensem Panormitanum & communem. d Tertio, quod ipso iure talis contractus est nullus: & consequenter non quærit talem vicariam: & ita tenetur eam relinquere, vt iuste pœniteat. e Quarto, quod non est ipso iure excommunicatus, f quia non admittit simoniam in ordine, vel beneficio, quale non est talis vicaria per adducta à Felino. g Quintò, quod non est ipso iure inhabilis ad illam: quia nullo iure id cauetur, & ita non est dicendum. h Sextò, quod prædicta non præcedunt in iurisdictione seculari secundum Panormitanum, i quia circa eam non potest committi simonia, per dicta supra. k Septimò, quod neque procedunt in vicaria perpetua, quæ est beneficium, l & consequenter in illa incurretur simonia, & excommunicatio illi annexa.

**C** Ad decimum quartum, de pœna simoniaci dico primo, omnem simoniacum pœna æterna esse dignum: mentalem autem tantum nulla pœna temporaria etiam restitutionis: conuentionalem autem tantum pœna temporaria ordinata restitutionis accepti, si est restituibile: alioquin, si non est restituibile, extraordinaria arbitria, per dicenda ibi, & supradicta. m

**D** Secundo simoniacum realem in ordine tam occultum, quam publicum esse ipso iure suspensum quo ad se & alios, per textum in hoc omnium optimum, n vt hoc ibi dicit Innocentius communiter receptus.

**E** Tertio dico, quod simoniacus in beneficio non est ipso iure suspensus, vt ibidem dixit Innocentius, quatenus ait simoniacum in beneficio, acta pœnitentia, & relicto illo posse celebrare, quem sequimur, quidquid vtrique Thomas dicat, o & Sotus, p quia nullo iure antiquo, nec nouo prædictæ extrauagantis id cauetur.

**F** Quarto, quod simoniacus realis, tam in beneficio quam in ordine, est ipso iure excommunicatus, excommunicatione reserua Papæ, per dictam extrauagantem nouam.

**G** Quinto, quod hæc consequitur simoniacum realem in ordine egere absolute ab excommunicatione, & suspensione: simoniacum verò in beneficio, ab excommunicatione tantum.

**H** Sexto dico, nullum alium simoniacum, præterquam in ordine, esse ipso iure suspensum, & excommunicatum: quia si quis esset, maximè foret simoniacus in beneficio, qui tamen non est, per tertium dictum.

**I** Septimo, quod nullus simoniacus, præterquam in ordine, & beneficio est ipso iure excommunicatus, quod rectè affirmat Siluester, q & probatur: quia nullo iure antiquo vllus simoniacus ipso iure est excommunicatus, per prædicta, & ius nouum prædictæ extrauagantis solum excommunicat ipso iure simoniacum in ordine, & beneficio. Nam verba illa ipsius, in officiis ecclesiasticis, intelligenda sunt tantum de officiis, quæ sunt beneficia. r

**J** Octauo dico, quod simoniacus ordinatus recipit quidem characterem, sed non executionem, per rationem S.

a Arg. l. i. ff. de iur. delib. c. de cons. §. i. de of. dele. b l. de elec. c Ca. per tuas de simon.

d l. prospaxit. ff. qui & a quib. & cap. in memoriæ. 2. diff. e in com. c. fra. tornuati. 12. q. 2. f Per extrau. 2. de simon.

g Ca. indom. m. aridm. §. p. de electio. lib. 6. c. l. 4. §. toties. ff. de damno infre. ubi Barto. & Paul. h Cap. accedens. de concess. prob. i in c. 2. eo. ti. li. 6.

k Capis. de simon.

a Sup. no. 106. in fin.

b Ca. de simon. c Capis. de pa. & ca. ad no. simon. de simon. d In c. i. per d. l. um. ex. & fo. quon. no. pra. vic. sua. e Ar. 2. §. i. r. 1. q. 2. f Per extrau. 2. de simon. g In ca. post. lasti. de refer. h Gloss. sum. fo. in §. de. re. patros. i In cap. i. no. pra. vi. sup. k Ed. n. 100. l Cla. 2. de of. fo. vica.

m Num. 109.

n In extrau. 2. de simon. & per cap. l. i. no. d. 2.

o 2. 2. q. 1. ar. 6. p Li. 9. q. 2. d. 2. de in. & in.

q Verbum. qu. 10.

r In cap. de multa de prob. & in c. cum accessit. sent. de cõd.





a Vbi supra.  
b Cap. q. de ostenditur.  
c confec. dis.

c Cap. si res.  
14 q. 6.  
d Cap. 17. nu.  
25.

e Num. 109.

f In commen.  
c. pater noster.  
22 q. 1.

g Arg. c. de  
conf. lib. 6.

h Qui condit  
mare ff. de re.  
iur.

i l. Gracchus.  
C. ad l. Jul. de  
adulter.

k Num. 99.

l Sup. n. 100.

m Ca. 10. nu.  
2. c. mero-  
trix. 32. q. 1.  
n Sup. pral. 7.

o l. ad Corin.  
6.  
p De inst. mo  
nach.  
q 2. 2. q. 35. n.  
l. ad 4.

Thoma, & quia character est indelebilis, non potest illum relinquere.

Nono, quod omnis presentatio, electio, collatio, & quavis alia dispositio beneficiaria per realem simoniam est ipso iure nulla, & consequenter quæsitum per illam debet relinqui etiam ante sententiam, quia iure naturali debet relinqui aliena, & quidem cum fructibus, ut dictum est supra.

Decimo dico, quod committens cum Papa simoniam super re spirituali nodum profanata, incurrit quidem poenam æternam, sed non temporariam per supradicta.

Vndecimo, quod simoniacus etiam tantum conventionalis ob confidentiam, nil iuris quærit in beneficio per eam obtento, & ipso iure excommunicatur: & perdit alia beneficia bene quæsitam: & fit inhabilis ad omnia. An autem & quos excuset ignorantia à prædictis poenis, præsertim ab hac huius noui iuris dicitur alibi. Et quidem non aude rem earum damnare illos, qui ante præfatos Pios confidentiam, etiam realem admisissent tempore, quo confidentiam, etiam ex se illicitam, adeo probabantur in Curia, quod redderetur ius contra non reddentes beneficia in custodiam, & confidentiam accepta. Tum quia illa iure tantum humano est illicita, & ita permissioe Papæ approbatoria potuit fieri, & facta fuit licita. Tum quia licet ipsa iure diuino esset prohibita, poenæ tamen nullitatis titulum, & aliam iure humano sunt statuta, & sic quo ad illos dicta permissioe potuerunt tolli, & ita iure stricto defendi possent, non fuisse per ipsos annihilatas renunciations collationes & pensionum impositiones, factas antea prædicto tempore: & consequenter non teneri ad relinquenda beneficia, aut pensiones, neque ad restituendos fructus vi earum perceptos: quia legitime factum poenam non meretur, ex quo inferretur limitatio eius, quod supra dictum est, omnem confidentiam, quæ post dictos Pios est illicita, fuisse talem etiam ante illos, ne procedat in ea, quam præfata permissio Papæ approbatoria fecit licitam.

Duodecimo dico, quod peccat, qui emit, aut vendit carius bona ratione iuris præfata ad aliquod beneficium illis annexum: aut aliquem calicem, aut corporalia, eo quod sunt consecrata, aut rosaria, aut alia eo quod sunt benedicta per dicta supra. licet non incurrat excommunicationem: quia non committit simoniam circa ordinem, vel beneficium, per dicta.

De luxuria tertio vitio capitali, & eius filiabus.

- 112 Luxuria quid in genere, & quid in specie.
- 112 Luxuria quibus modis maxime resistitur.
- 113 Luxuria vitium capitale gignit has octo filias.
- 113 Castitas quibus modis seruetur.
- 114 Cæcitas, precipitatio, inconsideratio, & inconstantia, quæ mortifera.
- 114 Amor sui, huius mundi, horror futuri, qui mortifer.

**D**E luxuria dico primò, quod luxuria, & luxuriari generaliter sumpta significant omnem nimiam affluentiam, tam eius, porus, & vestitus, quam venereorum: sed specialiter, ut hic sumitur, luxuria est vitium inclinans ad inordinatam venereorum usum: & actus, ex quo illud gignitur, & augetur est inordinatus usus venereorum, qualis est omnis excepto usu Matrimonij, quippe qui est prohibitus sexto præcepto Decalogi, de quo supra, & quoniam omnis habitus, quale est vitium, augetur ex actibus, ex quibus gignitur, & ad eos inclinatur, ut dictum est, & consequenter usu venereorum augetur luxuriam, & consequenter illo non sedari, immo accendi, volentesque eam sedare debere id facere, resistendo, vel fugiendo, & nullatenus eam experiendo: errareque grauissimè, qui secum constituunt, vna, vel altera vice experiri, & nunquam amplius. Tum per illud Apostoli. *Fugite fornicationem.* Tum per illud Cassiani, per quem S. Thomas 9 & omnes alij sequuntur. *Nullo facilius modo luxuria, quam suarum occasio fugi vincit potest: illa enim experientia crescit habitus, qui quod auctior est, additus naturæ corruptæ, tanto est fortior hostis, fortiusque impugnat.* Quo

**A** fit, ut facilius seruari possit castitas virginalis, quam vidualis: immo & vidualis, quam coniugalis absente diu coniuge: quæ magna consolatio ventium cœlibatu est, ut latius diximus alibi.

**B** 113 Secundo dico, quod hoc vitium, præter sex, aut septem, aut plures species, quas habet, de quibus supra, dicitur vitium principale, & capitale, eo quod ex eo nascuntur octo filie infernales iuxta S. Gregorium & S. Thomam receptos, scilicet cæcitas mentis, precipitatio, inconsideratio, inconstantia, amor sui, amor huius mundi, horror futuri, & odium Dei, quæ licet etiam ex aliis nascuntur: ex hoc tamen frequentius: hoc enim inclinando ad delectationem venereorum, quæ est omnium vehementissima, occupat partem animæ inferiorem in appetenda, & procuranda illa: & rursus illa adeo trahit ad idem superiorem sibi valde cognatam, quasi vim inferendo, ut non permitrat illi circa vitium, & alium debitum finem satis intendere, nec media in illum deligere: & impellat ad se, mundumque hunc nimis amandum, futurumque horridum, tandemque ad Deum vltorem odio habendum. Quò fit, ut eo longius cæteris abesse debeant ab hoc obsecrante vitio contemplationi addicti, litteris dediti, Gubernatores, Duces, & Iudices, quo lucidiori prudentia, sapientia, consilio, circumspectione, & constantia indigent, tam ad præfigendos fines, & scopos, quam ad deligendum media, quibus eos assequantur.

**C** Circa quod peccatum luxuriæ, & filiarum eius peccat mortaliter primo, qui peccat contra 6. præceptum, de quo dictum est supra.

**D** 114 Secundo peccat, qui per cæcitate, vel socordiam mentis non proponit explicitè pro vltimo fine Deum, & vitam æternam, per dicta, aut per precipitacionem, & inconsiderationem, non deligit media de præcepto deligenda: aut per inconstantiam desistit ab eo, in quo de præcepto tenetur perstare: aut ob amorem sui præceptum aliquod transgreditur. Raro autem per has luxuriæ filias, quis peccat mortaliter alio genere peccati, quam transgressionis præceptorum Decalogi, Ecclesiæ, vel aliorum peculiarium ipsorum ad mortale obligantium. Dixi raro, non ratione Caietani parum tuta: sed quia interdum peccat exponendo se periculo transgrediendi præcepta propter precipitacionem, inconsiderationem, & alia prædicta vitia, non perueniendo ad ipsam transgressionem, iuxta prædicta.

**E** Tertio peccat mortaliter, qui deliberatè vult semper, & perpetuo viuere in hoc mundo, sine Dei visione intuitiua, per dicta supra, aut deliberato Deum odio habet, quod est suo genere omnium peccatorum maximum per dicta etiam supra.

De ira quarto vitio capitali, & eius filiabus.

- 115 Ira sepius passio, & est vitium capitale.
- 116 Indignatio quæ Christiano mala, & quæ mortalis.
- 117 Maledictio sui, vel diaboli, vel irrationalis creatura, quæ mortalis.

**R**ES VPPONENDVM primò, quod ira primum accipitur pro passione animæ sita in potentia irascibili, quæ non habet contrariam, ut alia passiones eiusdem, quæque interdum est bona, & interdum mala, ut dictum est. Ira verò prout habitum vitiosum sonat, ut hic, est vitium animæ ad appetitum inordinatum vindictæ inclinans, iuxta S. Thomam, peccatum autem iræ est actus inordinatus volendi vindictam: quis autem actus dicatur inordinatus, dictum est supra, hoc autem vitium iræ ea ratione est capitale, aut cardinale, quia ex eo nascuntur alia septem vitia, scilicet indignatio, tumor, clamor, blasphemia, contumelia, opprobrium, & rixa, iuxta S. Thomam, quem copiosè defendit ibidem alter Thomas. Alij addunt istis alias quatuor, scilicet maledictionem, seditionem, bellum, & vindictam: sed maledictio ad contumeliam, seditio, & bellum, ad rixam rediguntur: vindicta autem est proprius actus iræ.

Peccat mortaliter circa iram, & filias eius primò, qui per eam transgreditur quintum præceptum, de quo supra,

a In c. qui sã  
dum. de poeni.  
dist. 1.  
b Cap. 16. nu.  
3.  
c Lib. 31. Mo-  
ral. cap. 17.  
d 2. 2. q. 153.  
art. 5.

c Cap. 16.

f In pral. 4. n.  
11.

g In pral. p.  
nu. 11. c. 21.  
nu. 4.

h Cap. 11. nu.  
20.  
i Ibidem nu.  
18.

b In pral. 5.

l 2. 2. q. 158.

m Eo. c. nu. 1.

n In d. 9. 158.  
art. 7.

o Cap. 15.



& consequenter, qui deliberatè vult vindictam notabilem immeritam, vel maiorem merita, vel meritam auctoritate propria, vel contra iuris ordinem, vel principaliter in malum proximi, & non in bonum iustitiæ: quia hic est inordinatus actus iræ, per dicta, & remissa supra proximè.

116 Secundò peccat, qui committit prohibitum sub pœna mortalis, vel iustum sub eadem per indignationem inordinatam, qua debita subtrahitur affabilitas: aut per tumorem inordinatum, quo quis nimis cogitationibus vindictæ tumet, vel clamorem inordinatum. Dixi, inordinatum: quia hæc tria ordinata, non vitia, sed virtutes sunt. a

Tertiò, qui blasphematur eo modo, quo dictum est supra, b vel maledicit creaturæ irrationali quatenus creatura est. c

117 Quartò peccat, qui ex animo deliberato maledicit imprecando sibi malum, cui non licet consentire, vel proximo malum notabile sub ratione mali, iuxta illud Apostoli, d *Maledici regnum Dei non possidebunt*: & eo grauius, quò maiorem reuerentiam, cui maledixit debet, iuxta illud. e *Qui maledixerit patri, aut matri, morte moriatur*. f Dixi, ex animo deliberato: quia in deliberatè, vel ore tantum maledicere, non est mortale, vt communiter maledicunt parentes filiis, & coloni, & muliones bobus, & mulis: sufficit tamen id facere ex animo deliberato, etiam momentaneo, licet illico pœniteat: sicut sufficit consensus deliberatus etiam momentaneus voluntatis ad quodcumque aliud peccatum mortale, vt rectè declarat Caietanus. g Dixi, sibi malum: cui non potest consentire: quia imprecari sibi damnum boni, quod posset prodigere, non est peius, quàm eius prodigitas, quæ non est mortalis, per dicta supra. h Dixi, notabile: quia paruitas excusat, vt sæpe dictum est. Dixi, sub ratione mali: quia sub ratione boni non est peccatum, vt imprecari aliquod malum auerso à Deo, vt ad eum conuertatur, iuxta dicta. i

Quinto peccat, qui maledicit diabolo ratione suæ naturæ: quia illa est bona, & à Deo facta, secus si ratione suæ culpæ, k & tradit S. Thomas l modò nec plus, nec aliter quàm meretur, per proximè dicta. m Qui autè maledicit ex animo dicendo trado, vel committo te diabolo, vel maledicit aliquam creaturam irrationalè, puta equos, mulos, boues, & alia sensibilia, aut vètos, aquam, calorem, frigus, lapidem, puluerem, arenam, & alia insensibilia, si id faciat, qua ratione sunt creaturæ Dei, blasphematur: si verò, qua ratione est res proximi, perinde est, ac si proximo malediceret: si autem neutra prædictarum rationum id faciat, solum venialiter peccat: quippe qui rem vanam exoptat: cum neque bonum neque malum conueniat rei rationis experti, per se consideratæ: quæ resolutio est S. Thomæ. n Quare confessarius debet interrogare confitentem, si maledixit alicui rei, an id fecerit ore tantum, aut ore, & animo, nulla ratione Dei, vel proximi habita: quibus casibus non est plusquam veniale: aut ex animo, ea ratione, qua est creatura Dei, quo casu est blasphematur: aut qua ratione est res proximi: quo casu perinde peccat, vel non peccat, ac si malediceret proximo: quis verò, & quomodo peccet per iram, vindictam, seditionem, & bellum, quæ sunt quatuor filie iræ, dixi supra, o & quis per contumeliam & opprobrium, alias duas eius filias item supra. p

De inuidia quinto vitio capitali, & eius filiabus.

- 118 Inuidia quid, & genere suo mortalis.
118 Nemesis quid, & quæ mortalis.

118 I R C A inuidiam est dicendum, quod est vitium inclinans ad inordinatè tristandum de bono alieno, eo quod suam excellentiam minuit, iuxta Aristotelem q & S. Thomam r quem pulchrè Caietanus ibi defendit. Dixi, inordinatè, ad excludendâ tristitiâ ordinatam, ad quâ sæpe caritas inclinatur, iuxta illud Christi. s *Beati qui lugēt*. Dixi, caritatem, ad excludendâ tristitiâ de bono alterius eo, quod sit suum, quæ pertinet ad odiū: & eam, quæ est de bono alieno, quatenus est dānosum sibi, vel alteri, quæ potest esse bona, & mala: & eam, quæ nascitur ex eo, quod ille indignus

A est eo, quæ pertinet ad indignationem, quæ est mala, iuxta legem Christianam: quamuis non secundum Aristotelem vt dicit S. Thomas, a & ad includendam eam, quæ nascitur ex eo, quod minuit excellentiam suam: & hæc sola pertinet ad inuidiam, quæ semper est peccatum, & suo genere mortale, secundum S. Thomam, b quia est contra caritatem inclinantem ad gaudendum de quolibet bono proximi, quatenus est bonum ei. Ratio verò cur inuidia vitium dicitur capitale, est: quia parit alia quinque, scilicet, odium, suffurationem, detractionem, in aduersis aliorum læritiam, & in prosperis tristitiam, iuxta S. Gregorium, c declaratum per S. Thomam. d

B Peccat autem mortaliter circa inuidiam, & filias eius primò, qui deliberatè dolet de bono notabili proximi, scilicet scientia, honore, fama, diuitiis, fauore, veneratione, & id genus aliis, ea ratione, quod sua per illud excellentia diminuitur, per proximè dicta. Dixi, deliberatè & notabile: quia surreptio, & paruitas semper à mortali excusant, vt sæpe dictum est. e

C Secundo peccat mortaliter, qui tristatur eo, quod non sunt ei tanta bona temporaria, quanta aliis ob finem mortiferum: quia eiusmodi finis omnem actum efficit mortalem, iuxta dicta. f Tristari autem de hoc ob finem venialem, est veniale tantum: & tristari ob bonum, virtus, si ceteræ circumstantiæ adfint: sicut & tristari eo, quod careat virtutibus, quas in aliis vider, ad finem eas quærendi iuxta mentem S. Thomæ. g

Tertio peccat, qui deliberatè tristatur eo, quod Deus bona malis largitur: quod est verum, si id faciat, diuinam in diuidendo bona prouidentiam incusando, secundum omnes, quod explicat Caietanus, h definiens idem de illo, qui proponit imitari malos in actibus mortalibus, vt fortunarum copia similis eis euadat, contra illud. i *Noli amulari in malignantibus*: quæ omnia tradimus alibi. k

De Gula sexto vitio capitali, & eius filiabus.

- 119 Gula quid, & habet quinque species, & quinque filias.
120 Gula non est edere carnes in terra aliena, vbi id licet.
121 Ebrietatem scienter sibi, vel alij procurare, mortale.
122 Carne humana vesci non licet.
122 Antropophagi carnibus humanis vescuntur.

D E gula dicimus primò, quod illa ex mente vtriusque Thomæ, l & eiusdem, & aliorum, m est vitium inclinans, ad comedendum, & bibendum inordinatè: & actus eius est esus, & potus inordinatus, vel voluntas eum faciendi.

E Secundò, quod quinque sunt species gulæ, iuxta S. Gregorium, n contentæ in hoc versu.

Preproperè, lautè, nimis, ardentè, studiosè. Declaratæ per S. Thomam, o id est, ante tempus, nimium, aut nimio ardore, nimia festinatione, nimio apparatu, & nimio sumptu: quæ vtinam vtriusque gladij principes suis sanctis sanctionibus arcerent ab occupandis prouinciis, quas nondum occuparunt: expellerentque ab eis, quas occupatas adeo in carnalia desideria demittunt, vt ad cœlestia mentes erigere non sinant.

Tertio dicimus, quod gula dicitur vitium capitale, ea ratione, quia quinque sædæ filie ex eo nascuntur: puta, Hebetudo mentis, Immoderata læritia, Multiloquium, Scurrilitas, & Spurcitia.

F Quartò dicimus, quod gula regulariter est venialis, etiam si absque vtilitate vsque ad vomitum etiam intentum sese quis cibo, & potu ingurgitet, vt sentit Caietanus, p quidquid dicant Angelus, q & Siluester, r incautè dicentes, S. Antoninum, s affirmare hoc est mortale: quod non affirmat. Dixi, Absque vtilitate: quia ob illam licet sumere ad vomendum ampliùs, quàm par est de consilio medicorum.

120 Quintò dicimus, quod est mortalis, cum in ea vltimus finis ponitur, cum per eam aliquod præceptum ad mortale obligans violatur: cum notabile damnum salutis propria, aut proximi infertur, aut procuratur: cum debita lege iustitiæ ob eam non soluuntur.

a Arg. not. in d. cap. 11.
b Cap. 12. num. 83.
c Iuxta d. ibi dem.
d 1. ad Cor. 6.
e Exod. 21.
f Cap. plerum que. 2. qu. 7. Gen. 9.
g 2. 2. qu. 76. art. 2.
h Eo. cap. num. 70.
i Supra capi. 15.
k Job. 3.
l Vbi supra. n. 1. ad 4.
m Num. 116.
n 2. 2. qu. 66. artic. 6.
o Cap. 15. p In cap. 18. num. 11.
q 1. Rhetor. ca. 10.
r 2. 2. qu. 36. art. 1.
s Matth. 5.

Arist. 2. rhet. cap. 9.
a Vbi supra.
b Vbi supra. art. 3.
c 31. Moral. cap. 17.
d Vbi supra. artic. 4.
e Praferim in c. 11. num. 4.
f In pra. g. m. 10.
g Vbi supra.
h Lact. 2. 2. qu. 46. artic. 2.
i In summa. verbo Nemesi.
j Psal. 36.
k In c. si quis semel. de pa. dist. 2.
l 2. 2. qu. 148. art. 1. & 150. art. 1.
m In 1. lib. 5. ten. dist. 42.
n 30. Moral. ca. 27. relati in c. quinque. de consecrati. 5.
o In d. q. 148.
p In sum. ver. gula.
q Ver. mundi.
r Verb. gula. s 2. part. ii. c. 4. 5. 6.



Sexto peccat, qui vescitur carnibus, vel alio cibo vetero, in aliqua regione etiam tempore, quo liceret ei vesci in sua: sicut e contrario non peccat vescendo eis in regione, qua transit, vel in qua moratur: licet in sua id ei non liceret. Nauarrus enim, & Lusitanus vescentes in Castella die Sabbatho extremis, vel interioribus partibus animalium, non peccant: licet in suis terris id eis non liceat. Castellanus autem idem faciens in Lusitania, vel Nauarra peccaret, per illud vulgatum.

*Si fueris Romae, Romano viuato more: Et si sis alibi, viuato sicut ibi.*

Quidquid dicat Alexandrinus ibi, & quidam alij alibi, vt sentit Panormitanus & Cardinalis Imola & Bonifacius & Porcius, & alij alibi: quod & communis consuetudo seruat. Idemque seruandum est circa festa & ieiunia, & alia varia variarum terrarum præcepta.

121 Septimo peccat quis, cum se scienter inebriat, aut procurat alium inebriari secundum S. Thomam, quia notabiliter vult nocere alteri, & sibi esse nocentem, cui renunciare non potest, volens se, vel alium rationis vsu priuare. Dixi, *Scienter*: quia secus, si id fecit ignorantia qualitatis potus, vel inaduertentia nimietatis eius: quia tunc aut nihil, aut solum venialiter peccaret. Idem est de scire debere, vt quia consuevit tali, vel tanto potu inebriari, & cum bibit, non credendo se inebriatum iri: non quod iteratio actus ex veniali mortale faciat: sed quia consuetudo facit, vt ille scire debeat, se eiusmodi potu inebriatum iri: quod satis est secundum Caietanum.

122 Octauo peccat, qui humanis carnibus vescitur, vel præbet eas alteri edendas citra maximam necessitatem: etiam si neminem ob id occidat, nec occidi procuret: quia vt rectè ait Caietanus, vt sola femina humana est ad copulam licitam apta, ita sola caro animalis irrationalis est licita, qua vescamur. Quare de more prouidè Patres illustrissimæ Societatis Iesu renuunt baptizare Gentiles Anthropophagos catechumenos, non proponentes abstinere perpetuo à carnibus humanis, etiam in bello iusto interfectorum: quia non sunt contriti, nec satis attriti, & consequenter non baptizandi.

- 123 Hebetudo mentis, qua mortalis.
- 123 Lætitia nimia, qua mortalis.
- 123 Multiloquium, quod mortale.
- 123 Scurrilitas, & spurcitia, qua mortalis.

**I** R C A verò præfatas quinque filias gulæ peccat mortaliter primo, qui per mentis hebetudinem se terrenis miscet, & à celestibus auocans conscientiam suam non discutit, quando, & quomodo præcepto renetur.

Secundo peccat mortaliter, qui ob immoderatam lætitiã, obscæntis cantilenis, verbis, aut gestibus vitur, intendens inducere, vel credens, aut credere debet se, vel alium per eam inductum iri in consensum alicuius actus mortalis, cordis, oris, vel operis, vt rectè declarauit Caietanus & probatur per cap. notum. Idem de eo, qui saltat, choreas ducit, & irreuerenter psallit, aut canit, & præsertim in Ecclesiis, & cæmeteriis. Maxime verò, si est sacerdos: nisi parum, & secretò id faceret.

Tertio peccat mortaliter, qui multiloquio in irreuerentiam Dei notabilem vitur: auradeo eo delectatur, vt paratus sit id præferre implemento alicuius præcepti, secundum S. Antoninum.

Quarto, qui per scurrilitatem, vel spurcitiã vestes valde impudicas gestat, aut aliàs intentione expressa, vel tacita prouocandi ad luxuriam, vel alium finem mortalem, per prædicta.

*De accidia septimo vitio capitali, & eius filiabus.*

- 124 Accidia quid, cur is a, & pigritia dicta, filias quinque parit.
- 125 Desperatio filia accidia, qua mortalis.
- 125 Pusillanimitas filia accidia, qua mortalis.
- 125 Rancor filia accidia, qui mortalis.
- 125 Euagatio mentis qua mortalis.

**D** E accidia dicendum primo, quod illa generaliter sumpta continet, omnem tristitiam de quocumque spiritali bono, secundum S. Thomam, sed sumpta specialiter, vt hic sumitur, est contraria caritati, & definitur potest, esse vitium inclinans ad tristandũ de bono spiritali diuino, quatenus est diuinum in eo, qui tristatur. secundum mentem vtriusque Thomæ. Dixi, *De spiritali*: ad excludendum tristitiam de bono temporalis. Dixi, *Diuino*: ad excludendum tristitiam de bonis spiritalibus virtutum moralium. Dixi, *Quatenus est diuinum*: quia contristari de eo quatenus est laboriosum, vel aliorum operum impedimentum, non est accidia, vt aduertit vterque Thomas, vbi supra. Dixi, *In eo qui tristatur*: qui tristari de eo, quatenus est in ipso Deo, pertinet ad odium eius, & quatenus est bonum diuinum in ipso, pertinet ad accidiã, vt subtiliter, conciliando S. Thomã sibi ipsi, distinguit ibidem Caietanus; nam bonum spirituale diuinum, vt est in homine, consistit in caritate, & amicitia inter ipsum & Deum, qua se conformat ei, volendo ea, quæ ipse vult, & gaudento colloquio, & consuetudine eius, tamquam verissimi, & supremi amici, & patris, reuelando ei cum delectatione viam suam, & dicendo. *Proba me Deus, & scito cor meum, interroga me, & cognosce semitas meas, & vide si via iniquitatis in me est, & deduc me in via eterna.* Cum ergo quis tristatur, & eum tædet eiusmodi colloquij, sermonis, & gaudij, hoc peccatum committit, cognatum odio Dei, suo genere omnium peccatorum grauissimo, secundum S. Thomam, vt supra dictum est.

Quare etiam hoc peccatum est valde graue, generèque suo mortale, cum de liberatè, & aduertente animo admittitur: quod raro videtur contingere. Ex quo infertur, meritò vitium hoc vocari accidiã: quia vt acidum frigidificat, & tepescit calorem, ita hoc amorem, & desiderium boni diuini spiritualis sui, in animo iam aliunde excitatum: & actus ille sic tristandi, siue tristitia inordinata, est actus, seu peccatum accidia.

Ex quibus infertur primò, quod qui tristatur de bono spiritali aliarum virtutum moralium, veluti de reddendo suum alteri, quod est bonum iustitiæ, aut moderato esu, & potu, quod est bonum temperantiæ, &c. non peccat hoc peccatum, sed vitij contrarij virtuti, de cuius bono tractatur.

Secundò, quod ratio, cur hoc vitium dicatur capitale, seu principale est, quia ex eo sex improbæ filia nascuntur, iuxta S. Gregorium, & declaratum per S. Thomam, scilicet Desperatio, Pusillanimitas, Torpor animæ, Malitia, Rancor, & Euagatio mentis. Ratio verò cur à vulgo vitium hoc appelletur pigritia, licet incautè, quia omnem ignauiam & tarditatem significat, videtur esse, quod facit hominem pigrum ad bonum diuinum prosequendum, ea ratione, qua vt delectantia ad sui prosecutionem mouent, ita contristantia remouent, iuxta illud Aristor. *Delectatio tenet operantem in opere.*

Peccat autem mortaliter circa accidiã, & filias eius primò, qui per eam omittit aliquid sub pœna mortali præceptum, vt communionem, missam, vel preces horarias: non tamen inducit circumstantiam necessariò confitendam, sufficit enim confiteri, quid omiserit, non exprimentdo, quod per accidiã id fecerit. Dixi, *Præceptum*: quia omittit aliquid ad summum esset veniale ex mente Archidiaconi & Cardinalis S. Sixti.

Secundò peccat mortaliter, qui per accidiã, vel pigritiam, vel aliam negligentiam, vel non ediscit, vel non credit ea, quæ de præcepto mortifero secundum suum statum tenentur, de quibus supra.

Tertio, qui desperat peruenire in vltimum finem, nempe beatitudinem, & visionem intuitiuam Dei, & vitam æternam, iuxta dicta.

Quarto peccat, qui transgreditur aliquod præceptum mortiferum per pusillanimitatem, qua fugim⁹ ardua: vel per torporem, quo fugimus mediocritia: vel per rancorem, quo indignamur in bene monentes: vel per malitiam, qua nos bonorum spiritualium tædet: vel per euagationem mentis, qua fugiendo sancta diuertimus in illicita: quod tamen, vt prædixi, non addit peccato circumstantiam necessariò confitendam, quod ob hæc sit transgressus.

a Capit. illa. 12. dist. quod euuagl. probas. b In c. consilium de obser. ieiun. c In clem. 2. qu. 5. de celeb. mis. & ibi. d In 3. sed & quod princip. iustit. de iure nas. nu. 25. c. 2. q. 150. art. 1.

f. quod te ff. de reb. cred.

g. 2. q. 150. art. 2.

h Cap. firmisime. 15. qu. 1. & per dicta per nos supra. capi. 1. nu. 39

i Angel. ver. hebetudo. k 2. 2. q. 184. art. 6. l 1. q. 1. & c. si de iur. m Arg. c. xum de eorum. de vita & hon. cler. & sorit. qua diximus in repet. capi. quando de cõ. f. cras. distim. 1. & supr. ca. 18. num. 75. n Arg. c. clerti. de iur. & honest. cler. o 2. par. ii. c. ca. 4. §. 4.

a 2. 2. q. 35. n. 2.

b Vbi supra.

c Psalm. 36. d Psalm. 138.

e 2. 2. qu. 34. art. 2. & qu. 39. artic. 2. ad 3. & 1. 2. qu. 37. art. 4. ad 3. f. Capit. 11. nu. 13.

g 31. Moral. cap. 17. h 2. 2. qu. 35. art. 4.

i 8. r. 10. Ethic.

k In c. qui bo. na. 17. qua. 1.

l Capit. 11. nu. 18. & paral. 3. num. 19.

m In paral. 4.



De peccato in Spiritum sanctum.

126 Peccata in Spiritum sanctum sunt desperatio, presumpcio, impenitentia, obstinatio, impugnatio agnita veritatis, & inuidia fraterna gratia, & cur irremissibilia.

126 **D**ECCATVM in Spiritum sanctum aliquo nomine accidit cognatum, definiiri potest secundum mentem Magistri & recentiorum communiter, & S. Thomam, & glossam & aliorum alibi, esse peccatum contra bonitatem Spiritui sancto attributam commissum. Sicut enim quod committitur ex infirmitate, dicitur contra Patrem, cui attribuitur potentia: & commissum per ignorantiam contra filium, cui attribuitur sapientia: ita commissum per malitiam dicitur contra Spiritum sanctum, cui attribuitur bonitas. Peccatum autem in Spiritum sanctum est sextuplex. Desperatio, qua tollitur spes veniæ. Presumptio, qua impeditur bonus timor. Impenitentia, qua fugatur dolor preteritorum. Obstinatio, qua omittitur cautio futurorum. Impugnatio agnita veritatis, qua relinquitur cognitio veritatis. Inuidia fraterna gratia, qua de gratia proximi quis tristatur. Quodlibet enim horum sex peccatorum tollit medium veniæ a bonitate Spiritu sancto consequenda, & dicuntur irremissibilia, non quidem quia sit vllum peccatum: quod verè contrito non condonetur, sed quod hæc secundum suam naturam repellunt media, & principia, quibus remittuntur peccata, videlicet spem, timorem, dolorem, &c. vt tradit S. Thomas. Quamobrem merito dicuntur grauissima, quoties pars animæ superior consentit in eis: aliàs enim solum sunt venialia: quia subreptio in omni materia excusat a mortali.

De quinque sensibus exterioribus, & de operibus misericordie.

CAP. XXIII.

- 1 Sensus exteriores quinque, & quis eorum vsus malus, & mortalis.
- 2 Misericordia quid, & est virtus moralis maxima.
- 3 Eleemosyna actus misericordie, cur dicatur caritatis.
- 4 Misericordia opera spiritalia septem, corporalia totidem.
- 5 Eleemosyna spiritalis præstat corporali, quando vitæque præcepta, & 8.
- 6 Superfluum duplex, natura tantum, & natura, & statum.
- 7 Status decenter seruandus, vel mutandus.
- 8 Restitui cur non debeat damnatum ob eleemosynam denegatam consecutum.
- 9 Eleemosyna, potius in vitâ, quam post eam agenda.
- 10 Eleemosyna spiritalis quando cum vitâ periculo præcepta. num. 10. & 11.
- 11 Anima proximi salus præferenda corporis proprii salutis.
- 12 Franciscus AZ pilueta & Xauier Societatis Iesu laudatur.
- 13 Eleemosyna a danda egenti extreme nullum votum excusat.
- 14 Consilium dolosum, vel damnosum, quod mortale.

**I**N præludio secundo dictum est, quinque esse sensus exteriores, per quos veluti per quasdam fenestellas omnium externorum species, siue similitudines in animos nostros intromittuntur, videlicet visum, auditum, tactum, gustum, & olfactum, cum multis aliis ad eos pertinentibus: de quibus dicendum primò, quod eorum vsus suo genere indifferens est: ordinatus quidem bonus: inordinatus verò malus. Ordinatus est, quem omnes circumstantiæ ad actum bonum necessariz circumstant. Inordinatus verò contra, cui aliqua deest: iuxta definitionem actus boni. Est autem mortalis, cum ei conuenit definitio peccati mortalis. Venialis autem, cum non conuenit illa ei, & deest aliqua circumstantia ad bonitatem necessaria.

Quare per hos sensus ille solus, & omnis peccat mortaliter, qui videt, audit, tangit, olfacit, aut gustat aliquid, transgrediendo aliquod præceptum obligans ad mortale:

**A** aut, vt aliquod horum faciat, se, aut alium periculo probabili mortaliter peccandi obicit: aut infert damnum notabile animæ, salutis, honori, aut bonis proximi, aut animæ, aut salutis propriæ, per proximè dicta. Et ideo non videtur necesse interrogare aliter penitentem de peccatis per hos sensus patris, nec vt ipse confiteatur, tamquam facta per eos: quia non inducunt circumstantiam necessario confitendam, vt dictum est, de peccatis accidit, & filiarum eius.

**B** 2. Secundò dicendum, quòd ex mente Augustini, & S. Thomæ, misericordia est, virtus moralis inclinans ad miserendum ordinatè patienti aliquod malum, vel defectum, & ei subueniendum. Dixi, virtus moralis: quia non solum est talis, sed maxima earum, quæ dirigunt ad proximum. Dixi, ordinatè: quia misereri inordinatè, etiam ad subueniendum, vitij est. Dixi, subueniendum: quia misereri ad puniendum, etiam ordinatè, pertinet ad iustitiam.

\* Ex mente Augustini. Augustinus in lib. 9. de ciuitate Dei cap. 5. sic definit misericordiam. Quid autem est misericordia nisi alienæ miseriz quædam in nostro quodam compassio, quæ vtique si possumus subuenire compellimur.

**C** 3. Tertiò dicendum, quòd interdum actus, & opera misericordie, vocantur etiam opera caritatis: quia licet immediatè procedant à misericordia: mediatè tamen frequentissimè procedunt à caritate, quatenus amor proximi ex ea immediatè procedens, est causa miserendi, & volendi ei subuenire. Vocatur etiam eleemosyna: nam verbum, eleemosyna, interdum accipitur pro te spiritali, vel temporali, qua necessitati alicuius subuenitur, & in illo. Cum facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in viis, vt honorificetur ab hominibus, & in illo. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis, & interdum accipitur pro actu virtutis, quo fit illa subuentio, secundum mentem S. Thomæ, & eiusdem, & S. Bonauenturæ & aliorum, & nostrorum, & aliorum alibi: nam verbum eleemosyna, idem sonat, quod miseratio. Sicut enim hoc verbum Latinum deriuatur ab illo verbo Latino, misereor, ita illud Græcum ἐλεημοσύνη ab ἐλεῶ verbo Græco, quod sonat misereor.

**D** 4. Quartò dicendum, quòd cum malorum, & defectuum alia sint corporalia spiritus, duplicia sunt opera, seu actus misericordie, siue eleemosynæ. Altera corporalia, contenta in illo versu declarato per S. Thomam, & per Archidiaconum.

Visitò, potò, cibo, redimo, tego, colligo, condo. Id est, esurientem pascò, sitientem potò, captiuum redimo, nudum operio, peregrinum hospitor, ægrotum visito, mortuum sepelio. Altera spiritalia, contenta in illo altero versu per eisdem declarato, scilicet.

Consule, castiga, remitte, solare, ser, ora. Intelligendo per consule, etiam doce, id est, indigenti consilio consule, ignorantem doce, tristem consolare, peccantem corrige, offensam remitte, onerosum porta, ora pro alio. Et quamuis inueniantur alia mala, & alij defectus, ratione quorum miserendum sit: vt frigus, & æstus: non tamen ideo hæc diuisio antiqua omittenda est, quod quidam nouatores faciunt. Tum quia alia possunt reduci ad hæc. Tum quia hæc sunt communiora, & frequentiora.

**E** 5. Quintò dicendum, quòd misericordia, seu eleemosyna, siue sit spiritalis, quæ melior est corporali, iuxta S. Augustinum, & S. Thomam, siue sit corporalis, est de consilio, vel saltem non de præcepto obligante ad mortale, exceptis duobus casibus. Alter est, cum quis habet superflua naturæ, & occurrat, & perit ab eo aliquis egens extreme. Alter, cum quis habet superflua naturæ, & status, & est alius egens necessariis ad suum statum, vt sentit S. Augustinus, & S. Ambrosius, & S. Thomas, & quod probatur per adducta ab eo, & à Caietano, & Maior, & quamuis Panormitanus communiter receptus, S. Antoninus, & Summa Rosella, oppositum teneant, non rectè S. Thomam, intelligentes: quorum tamen opinio est vera, quo ad hoc, vt non teneatur alicui occurrenti egenti: tenetur tamen illi, vel alij quem elegerit, vt clarè resoluit S. Thomas. In quibus tamen duobus non est de præcepto subuenire donando: sed satis est subuenire commodando, vel mutuando, vt diximus supra.

a in 2. l. sent. dist. 43. b 2. 2. q. 14. art. 1. c Ca. si facer. sub ff. de pe. dist. 1.

d Matt. 12. e Capis. quia diuinas. de pe. di. 1. & c. nemo. de pe. dist. 7. f Vbi supra. art. 1.

g Ca. sed per sandum. dist. 6. & per sepe dicta præsertim ca. 11. num. 4.

h Positam in fra. 7. nu. 1. i Posita supr. prælat. 9.

a Cap. prælat. mo. b 9. de ciuit. Dei. c 2. 2. q. 108. d Vt idem ibi probat. art. 4. e Cap. qd in iusta misericordia 23. q. 4. f Ca. omnia. & cap. qui emendat. 45. dist. g Ca. in or. opera caritatis de spons. & c. d. 45. dist. h Vt in d. som. men. dicitur. i Vt in e. 2. in ca. d. 45. dist. k Matt. 23. l Luc. 11. m 2. 2. q. 32. art. 1. n In 4. l. sen. dist. 15. o In d. c. 2. 2.

p 2. 2. q. 32. art. 3. q In d. c. 2. 2. scilicet.

r In d. c. d. 2. d. q. 32. a. 3. c Capis. pasc. 80. dist. loq. necesse. f. de liberat. d. no. cond.

v In cap. quod dicitur. 14. q. 4. c. h. 25. dist.

x In cap. f. bi. 47. dist. y 2. 2. q. 108. art. 5. & q. 110. art. 2. ibi & notandum in 2. como de præcepto dicitur. ff. qu. 6.

a In 4. dist. 15. q. 5.

b In cap. f. ro. de iur. iur. r. d. c. 2. p. 1. l. 14.

d Vt. de eleemosyna.

e In dist. 1. f In dicto per libet. art. 1.

g c. 17. nu. 2. c. in 1. r. d. de redit. o. c. l. q. 2. mo. 2.





\* Iuxta S. Augustinum. Hoc caput, dux sunt elemosynæ, sumptum est ex D. Augustino. in lib. 50. homil. hom. 6. paulo post medium. & caput quid dicam, quod paulo post ex eodem citatur, est ex epist. 54. ad Macedonium desumptum, & caput sicut ij sumptum est ex serm. 81. D. Ambrosij, qui est super illa D. Luc. cap. 12. hominis cuiusdam diu. cis f. uctus vberes ager autuli.

Extremè autem egere dicitur, non solum, qui iam animam agit, vel spirat: sed etiam cum indicia probabilia apparent eò deuenturum, nisi ei subueniatur, & non se offert, nec expectatur probabiliter alius, qui ei subueniat, iuxta S. Thomã & declarat Caietanus. Quo fit, vt ratione necessitatis extremæ non possit defendi opinio Soti, dicentis ei, qui est in periculo amittendi suum honorem, de præcepto esse subueniendum. Tum quia ipsemet dicit, & bene hominem esse dominum sui honoris, & famæ, ad condonandum communiter cum merito ei, qui ademerit, quamuis alia ratione infra defendatur.

6 Sextò, quòd superfluum naturæ, dicitur omne id quod alicui superest, demptis necessariis ad vitam suam, & suorum. Superfluum verò status est id, quod superest alicui deductis necessariis ad vitam, statumque decentem suum, & suorum, habita ratione casuum, non omnium, qui contingere possunt: sed eorum, qui probabiliter timeri, vel expectari debent, secundum omnes, quibus Caietanus addit, quod ad eundem etiam statum pertinent ea, quæ necessaria sustentandis filiis, filiabus, mancipiis, famulis, hospitibus, conuiujs, muneribus honestis, & magnificentis moderatis: sed & sentit S. Thomas, & exprimit Caietanus & melius Siluester quòd necessarium ad status decentiam, non consistit in puncto indiuiduo: sed habet latitudinem eo maiorè, quo maior est status: quia in vno erit decem plus, aut decem minus: in alio centum plus: centum minus: & in alio mille plus, mil. e minus, &c. & iuxta ea quæ de pretio iusto, pio, mediocri, & rigoroso dicta sunt.

Septimò dicendum, quòd ex hoc sequitur, facile iudicandum non esse, aliquem sæcularem plura, quàm quæ suo statui necessaria sunt habere: cum etiã ille, qui ad aliquod dominium emendum, & mutandum suum statum in alium maiorem, ad quem idoneus est, pecunias congerit, non habet plus, quàm suum statum deceat, vt dictum est. Dixi, Sæcularem: quia Ecclesiastici non possunt in tot fines, ac illi pecunias coaceruare, vt infra attingetur. Sequitur itè Rosellam sine iusta ratione dixisse paucos diuitum confessarios saluatum iri, si elemosyna in prædictis duobus casibus de præcepto foret: non enim tot sunt, quot putat, huiusmodi diuites, quibus sit superfluum status, cum nec Reges, & magni Principes, qui habent thesauros ad bella, quæ probabiliter contra suas republicas timent, aut quæ pro illis gerere debent, superflua habere censeantur.

7 Octauò dicendum, quòd nemo tenetur ad dandam elemosynam de suo statui decenti necessario, nisi egenti extremè: quia quisque debet decenter viuere, aut statum suum in alium mutare, vt singulariter S. Thomas docuit pro quo est cap. quorum.

Nonò, quòd quamuis non soluens debitum, quando, vbi, & quomodo debet, ad restituendum damnum, quod ex illa mora creditor accepit, teneatur, iuxta supradicta, p qui tamen pauperi elemosynam non dat, etiam sub peccato mortali debitam, non tenetur ad restituendum ei illam elemosynam, nec damnum, quod inde illi prouenit, quia vt latius alibi diximus, caritas non obligat ad restituendum illud, ad quod alicui dandum, aut faciendum, sub pena peccati mortalis obligat, iuxta Alexandrum A lensem, & communem, quam pulchrè defendit Adrianus concludendo ad restitutionem non teneri eum, qui cum verbis, aut factis posset, furtum & damnum proximi non impediuit: nisi ex officio, & iustitia ad id teneatur.

8 Omittimus autem hic gratia breuitatis encomion elemosynæ, quam sibi gratissimam esse Christus ipse testatus est, & per totam suam sacram Scripturam, & suos sacros doctores, quorum summus Augustinus sic dixit. Non memini me legisse, aliquem malè mortuum fuisse, qui viuens opera pietatis bene exercuerit. Quibus adde si placet ea, quæ scriptimus alibi. Quare, vt alienum est ab omni iustitia, per fas, & nefas, quo iure, quæve iniuria coaceruare diuitias: ita quoque à prudentia Christiana seruare illas, elemosynis dum vita manet parcendo, & ad hæredes relegando, iuxta

A illud Agonis gloriosissima, eiusdemque patronæ nostræ Lucie ad marrem.

Res seruata perit, miseris data porrigit alas  
Ad superos, ala duplices, argentea lana,  
Aurea dextra, viamque datori ad sidera pandit.  
Certa prait viuos pietas, incerta sepultos  
Consequitur: nam quod nostri est dum vita superstes,  
Arbitry, mox est alieni vt vita recessit.

Non est item benignitatis Euangelicæ, immo neq; humanitatis Ethnicæ pauperem petentem à se asperis verbis repellere, etiam cum ad largiendum ei elemosynam non tenemur: licet non sit mortale \* iuxta S. August. a quamuis enim non debeatur elemosyna realis: debetur tamen benigna responsio: vt rectè aduertit Maior. b

\* Iuxta S. Augustinum. D. Augustinus hoc habet serm. 4. de animabus defunctorum, qui est 41. de Sanctis.

Circa verò prædicta opera misericordie, siue elemosynæ peccat mortaliter primò qui habens superfluum, etiã tantum naturæ, nò cibis, potat, vel vestit egentè extremè, & occurrentem. Dixi, Occurrentem: quia nò tenetur quis querere alios: nisi id ei ex officio incumbat, per prædicta. Idè de non redimente, saltem mutando, c. 1. p. m. quem credit aliàs iniuste occisum iri. Idem de non visitante, non hospitante, non sepeliente, cum extrema necessitas proximi ea exegerit, per supradicta. Per quod responderetur ad nouè quæsitum, quòd non tenetur sub culpa mortali querere eiusmodi egentes in carceribus, hospitalibus, & alijs locis.

Secundò peccat mortaliter, qui grandi, licet non extrema, necessitate presso, non fert opem necessariam, quam commodè ferre potest, & credit neminem alium eam ei laturum, per dicenda infra.

Tertio peccat mortaliter, qui non facit aliquam de septem elemosynis spiritualibus prædictis eius extremam necessitatem, quo ad animæ salutem patienti: etiam si id nò posset absque iactura vitæ corporalis facere: quia tenetur quis præferre animã proximi suo corpori, vt probat vterque Thom. c Rarò tamen eiusmodi necessitatem patitur Christianus, vt diximus, d quum per contritionem absque alia ope saluari possit. e Patitur tamen illam, qui existès in culpa mortali, & proximus morti, putat se quauis peccatorum attritione saluum fore: & ideo non curat eam augere, ad perfectionem necessariam, f tuc enim videtur extremè indigere doctrina de vera contritione. Eandem etiam necessitatem patiuntur paruuli Christianorù morti proximi existentes apud infideles vel apud infideles nescientes baptizare. Dixi, Christianorù: quia secundù sententiã S. Th. receptiorem, s filij infidelium adhuc expertes rationis, sine parentum consensu non debent baptizari.

10 Eandem etiã pati dici possunt multi Geniliù in Indijs Brasilia, & Peru, morti propinqui, qui cõuerterentur, si fide Catholica erudirentur. Qualem habuisse satis videtur arbitratum magnus ille Dei seruus Magister Fraciscus ab Azpilcueta, & Xavier, vnus ex primis decem Illustrissimij, vtilissimiq; nostro sæculo ordinis Societatis Iesu, cognatus noster, & amicissimus. \* Gentiles cuiusdã Insulæ, ad quibus prædicandum per varios casus, variaque discrimina rerum, cū probabili periculo vitæ profectus fuit, h qui postea ibi, & alibi Euangelio magno cum fructu prædicato, anno 1552. traiecit in amplissima Chinarù regna litterarù studijs, & sæculari politia florentissima, Tartariaq; vt creditur contermina: quauis etiã licitè, & heroicè potuit ille eiusmodi pericula subire pro animarum illius gentis salute: licet non iudicasset eã in extrema necessitate constitutam, nec se ad id de præcepto obligatum: vbi admirabili cum exemplo cruces nostras tollendi, & Christum Opr. Max. crucifixum sequendi, vitam Apostolicam mortalem, quæ illi quoddam martyrium iam inde ab initio prædictæ Societatis fuit, cum immortalis cõmutauit. Cuius rei Altissimus, cui rã feruenter inseruiuit, multa signa dedit, corpus eius in dura casa montis asperissimi solitariè mortui illæsum præseruando: Lusitanosque aliquot casu illic appellentes nullo alio vinculo, quam caritatis coniunctos mouendo, vt terras sibi vetitas intrare ausi quærent illud: quæsitumq; nauj infertret: in ea que ad Goambis mille leucis, & à Lusitania quatuor milibus distantem transfugerent. Mouendo item innumeram multitudinem, primum

a In 4. dif. 15. qu. 2. a. 4. qu. 4.  
b In dicto tra. ca. 2.  
c Lib. 5. qu. 3. art. 4. de iust. & iur.  
d Li. 4. qu. 6. art. 3. vbi supra.  
e Eodem. nu. 17.  
f De quo supra.  
g Vbi supra.  
h Ver. elemo. sy. qu. 2. §. 3. in Rosa aur. casu 13.  
i Ar. 1. ff. de iure delib. & c. de causis de offic. deleg. k Supra. cap. 17. num. 228.  
l Ca. preced. num. 73.  
m Seqq. cap.  
n In di. 9. 22. art. 6.  
o 2. 4. qu. 1. & princip. cap. 1. & 2. 41. dif. p Cap. 17. nu. 24.  
q In repe. ca. inter verba. 11. q. 3. concl. 6. & in tra. de rad. i. et. q. 2. mo. 2.  
r 3. parte qu. 87.  
s In 4. de ref. su. qu. 1. col. 9.  
t Luca 11. & Math. 25. v In serm. 4. ad fratres in Eremo.  
x In c. medicament. de poen. dif. 1.

Baptista Maluanus.  
a Ca. vnum. sub fin. 25. di.  
b In 4. dif. 15. qu. 7.  
c 2. 2. q. 26. n. 5. ad 3. & qu. 32. ar. 5. & 6. d In ca. inter verba. 11. qu. 3. e Cap. dixit. cap. magna. de po. dif. 1. f Iuxta dicta. cap. 1. num. 1.  
g 2. 2. qu. 10. ar. 13. & 3. p. qu. 08. art. 10.  
h Vt copiosius in repe. ca. si peccauerit. 2. q. 1. explicuimus.





Malacæ, deinde Goæ, ad excipiendum eum de naui honorificentissimè, & reponendum in Ecclesia, simul magna deuotione colendum, vt & nunc colitur: exemplo suo adhortans nos omnes, vt Deum Opt. Max. ex animo oremus & flagitemus, quo multos tanto muneri aptos efficiat, eisque fortem animum inspiret commigrandi eò, vbi tanta mensis, & tam pauci sunt operarij: vbi etiam ipse iam pridem vitam finissem, nisi ille, quando Vlissyppone discessit, me iam fenescentem, laboribus animo suo conceptis imparem iudicasset, scribens, vt absentiam patienter ferrem in terris, præsentiam sperans in cælis, Amen. Quæ prædicta consequitur primò, cum, qui non est parochus, nec prælatus, non teneri cum probabili periculo vitæ suæ corporalis ad inuisendum pestilentia, aut morbo contagioso infectum, & in extrema necessitate vitæ corporalis constitutum: quamuis secus, si in extrema spiritualis versaretur, in quod resoluendum est, quod dicit Gabriel in quodam sermone.

\* *Gentiles cuiusdam insule.* Hæc & quàm plurima alia R. P. Francisci Xauerij gesta narrantur à Petro Ribadenera Societatis Iesu, in vica Iguatij, Loiolæ & præsertim lib. 3. cap. 7. Insula autem est Mori Malucco proxima, in qua erat magna indigenarum copia quorum maiores olim baprisma susceperant, & mortuis ijs à quibus initiati sacris mysteriis fuerant, deserti ab omnibus remanserant, atque ex eo tempore propter truculentam ipsorum hominum barbariem, & certum vitæ periculum, præter Franciscum qui eo proficere, neminem habuerant. Eo igitur profectus Franciscus insulam peragravit, incolas vel terras potius inuisit, Christi fide collustravit, doctrinam mansuefecit, admirabili mentis securitate & tranquillitate.

11. Secundò, nullo statu, voto, aut præcepto humano excusari quem, si alioqui potest, à subueniendo primo in extrema necessitate constituto: adeo quidem, vt etiam clericus religiosus debeat detegere prodisiones, & coniurationes contra Rempub. factas: & si opus fuerit in remedium etiam coniuratores ipsos: nec fiet irregularis, licet ob eas illi morte plebantur: modo id faciat protestatus se id facere, vt periculo imminente citra sanguinis pœnam obuietur, quod rectè adnotauit Caietanus.

Tertiò sequitur, magna laude dignos esse, qui saeuiente peste ægrotantibus spiritualia ministrant: licet ad id non teneantur per ibidem dicta.

Quartò peccat mortaliter, qui consulit mortale aliquod proximo, aut dolo vel culpa lata aliquid notabiliter noxium, per prædicta, nisi id faceret, quo minus peccaret, \* iuxta S. Augustinum. Quædam hic antea posita de non docente, de ignorantia, consilio, rancore, tristitia, & oratione prætermittimus, ne suprâ opportunius dicta repetamus.

\* *Iuxta S. Augustinum.* D. Augustinus hoc innuit. lib. 2. de adulterinis coniug. cap. 15.

*De correctione fraterna.*

- 12. *Correctio fraterna quid, & qui ad eam teneantur.*
- 13. *Correctio fraterna de solis mortalibus facienda.*
- 14. *Correctio fraterna ordo, & quando non seruandus.*
- 14. *Corrigens intentione mortali, vel cum damno notabili, vt peccat.*

**D**icendum primo quod fraterna correctio vna de septem elemosynis spiritualibus, est monitio proximi secreta, aut coram testibus, vt se à peccato emendet, ad quam præcepto naturali tenemur omnes: etiam infideles, & etiam Euangelico omnes fideles, prælati, & subditi, iusti, & peccatores: quamuis magis prælati, quàm alij: & qui maioris sunt auctoritatis, quàm qui minoris, modo quatuor concurrant. Primum, quòd certum sit proximum peccare peccatum mortale, vel veniale periculosum. Secundum, quòd speretur emendatio: aut saltem non timeatur deterioratio. Tertium, opportunitas non solum personæ: ita quod magis ipse, quàm alij ad id teneatur, saltem considerata eorum, ad quos id magis spectat, negligentia: sed etiam temporis: quæ colliguntur ex vtroque Thoma & Adriano, Soto, Innocentio Panormitano & alijs, Archidiacono & alijs præsertim Tutrecremata, quamuis de nonnullis horum inter illos sit controuersia, quam tollere

alibi, \* nisi fuimus. Quartum, vt ea commodè fieri possit, id est, absque damno notabili salutis, honoris, famæ, & fortunatum corrigentis; nisi emendandus sit in extrema eiusmodi correctionis necessitate, quod rarò contingit per supradicta. Nec (quidquid aliqui dicant) excusatur quis ab ea facienda, eo quòd sit in peccato mortali, cum nemini sua malitia prodesse, aut bonitas nocere debeat. Cumque quilibet possit ope diuina (quæ nunquam facienti, quod in se est, denegatur) suorum peccatorum pœnitere, & eorum veniam consequi.

Secundò dicendum, quod ex his sequitur responsio ad nouè quæ sita primò, quòd non peccat quis peccato mortali omissionis correctionis, eo quòd non corrigat eum, qui per ignorantiam probabilem diei ieiunij, vel festi nõ ieiunat, vel non audit missam: quia in eo nõ peccat ille mortaliter, nec venialiter periculosè, quo cessante, cessat præceptum de corrigendo, per prædicta. Secundo, quòd peccat, si non corrigat eum, qui peccat ex ignorantia non probabili, vel fragilitate: præsertim quum id commodè facere potest, iuxta posita. Tertio, quòd non peccat negligentia corrigendi, qui transiens per terram hæreticorum, non reprehendit eos tractantes sacramenta, vel imagines irreuerenter, vel docentes, aut prædicantes hæreses, si nulla est ei spes emendationis, immo timor auctoris mali: quia deest secundum eorum quatuor, quæ dicta sunt ad obligationem corrigendi requiri.

13. Ex quibus sequitur, quòd quamuis laudabile sit corripere proximum de peccatis venialibus, puta risu inordinato, sermone otioso, nimia audiendi curiositate: non tamen est mortale id non facere, iuxta S. Anto. Cõfessarius autè nullatenus, nec publicè, nec secretò debet corripere quæquam de peccatis ab eo sibi confessis, vt rectè monuit Sotus, & probatur copiosè per ea, quæ dixi alibi, & nisi pœnitens significet id esse sibi gratum, inducèdo colloquia, vel consulendo super eis. Sequitur item, non esse interdum peccatum, immo meritum, differre correctionem cuiuspiam, quousque in maius delabatur, quòd aptius correptus emendet ab vtroque. Dixi, *Interdum*: vt cum is, qui debet corrigere probabiliter credit eum, qui peccauit per negationem peccati, vel aliquas alias circumstantias eius nõ emendatum iri, si tunc corrigatur: & si expectetur alius casus, in quo deprehensus corrigatur, sic: quia hoc effectu, est temporis opportunitatem expectare. Qua consideratione excusari videntur, qui pueris ad furtum, & alia vitia procliuibus permittunt occasiones in ea labendi, vt in eis comprehensi vtilius castigari queant.

14. Tertiò dicendum, quòd ordo corrigendi est, vt primò secretò, & fraternè peccans corripiatur. Deinde, si se ob id non emendat, coram duobus testibus, & postea iudici denunciatur, nisi dani periculum esset in mora, & nõ esset ei certum sua mentione illi ab eo cessaturum. Si enim de hoc certus esset, non deberet statim iudici denunciare, secundum S. Thomam, ab omnibus receptum, & dixi, *Si certus esset*: quia si dubitaret, statim deberet iudici denunciare. Quòd consequitur rarò opus esse fraterna correctione secreta circa prodisiones Reip. & hæreses fidei Catholica: quia rarò quis pro certo habere potest talem prodisionem aut hæresim penitus cessaturam. Non est item opus secreta admonitione, quando peccatum publicum est, iuxta S. Thomam receptum. Est autem publicum (vt paulò clariùs quàm Caietanus & alij, diximus) ad hunc effectum, quòd est notorium iure, vel euidencia facti, vel saltem fama.

Quartò dicendum peccare mortaliter eum, qui proximum de aliquo peccato cum intentione mortaliter mala corripit: aut de peccato occulto coram illius ignaris, non seruando ordinem supradictum: cum dano notabili illius famæ, aut illius probabili periculo, nam etiam peccat, qui reuelat illud superiori, non seruata forma prædicta, etiam in finè, vt prouideat, ne illud iteret, vt rectè asserit Sotus, & ante illum Adrianus, quem ille non citat, contra Richard. 9

*De defensione proximi quando sit necessaria.*

15. *Emendatur cap. non in inferenda 23. q. 3.*

a In d. c. si peccauerit.

b Capit. 1. de post. præd. l. que fult. g. de iur. c. Cap. pond. ret. do. dist.

d Infr. m. 9.

c 2. q. 116. 16. cap. 6.

e Vbi supra. membr. 2. q. 1.

g In ca. inter verba. cond. 6. c. in ca. si cerdos. de pe. dist. 1. 6.

h Matth. 20. c. c. si peccauerit. 2. q. 2.

i 2. 2. q. 38. art. 7.

k In c. post. de iud. c. 10. 4. dist. 19. c. ab Adr. in 4. de corr. frat. c. de Soto. de rat. 10. membr. 2. q. 4.

l 2. 2. q. 33. art. 7.

m In d. c. inter verba.

n Arg. ca. fa. de coh. cler. c. capi. fa. de temp. ord. ca. si fama. c. 5. si presbyt. 2. q. 5.

o Per d. c. 11. nu. 10.

p Vbi supra. membr. 6. q. 2. pag. 11.

q In 4. l. sent. dist. 19. artic. 8. quæst. 1.

a Iuxta c. ppa. l. de hum. cid. lib. 6. b 2. 2. q. 33. artic. 7. volens supra. ca. 18. nu. 54. c Cap. 14. nu. 28. d Relatum. in cap. si quod verum. 33. q. 2.

o Arg. ca. no. de iud. c. c. si peccauerit. 2. q. 1. f. Matth. 18.

g 2. 2. q. 33. c. S. Tho. in 4. lib. sent. di. 19.

h In 4. de cor. vel. frat. 1. lib. de rati. seg. membr. 2. q. 2.

k In c. no. de iudic. in c. si pecca. morit. 2. q. 1.



- 16 Iniuriam inferre, imbecillitas, propellere virtus.
- 17 Defendere omittens peccat, si consentit, & etiam dissentiens, si tenetur etiam cum incommodo.
- 17 Defendere vitam, & bona proximi, & impedire damna, vt teneamur.
- 18 Defendere omittens, non omnis consentit, & quis presumitur consentire.
- 19 Defendere omittens opitulando peior simpliciter omittente.
- 19 Defendere omittens qui presumitur consentire, & opitulari.
- 19 Irregularis non est simpliciter consentiens homicidio facto vel faciendo.
- 20 Defensionis omisio, etiam sine consensu, cur peccatum.
- 20 Defendere qui omittit consentit, vt verum, triplici opinione confutata.
- 21 Intellectus nouus cap. quarta, de sent. excom.
- 21 Scientia sola apparatus delicti, cur interdum morte plectatur.
- 21 Defensionis ex caritate omisio cur impunita in foro exteriori.
- 22 Defensionis qua omisio irregularitatem, & censuras inducit.
- 22 Defendere proximum a damno magis preceptum, quam subuenire ei ad lucrum.
- 22 Damnum proximi etiam mediocre quando impediendum.
- 23 Peccat mortaliter, qui proximi mortale peccatum non impedit.
- 23 Eleemosyna cur necessarij fiat, etiam inuito, non egenti illa extremè.

**H**ic loco ad id opportuno, pie lector, inferam summam eorum, qua huc pertinentia continet comment. capit. non in inferenda, a qui est quintus eorum, qui Manuali Hispano adiungebantur: ea igitur est, quod ibi admonui, cap. illud esse decerptum ex S. Ambrosio: sed vitiosè, quatenus habet, ferenda, pro inferenda: & imbecillis, siue imbellis, pro, bellica: & post verbum, fortitudinis, verbum, repellere, superfluum: ita quod est sic legendum.

Non in inferenda, sed in depellenda iniuria lex virtutis est: qui enim non repellit a socio iniuriam, si potest, tam est in vitio, quam ille, qui facit: vnde S. Moyses, hinc prius orsus est tentamenta bellicae fortitudinis: nam cum vidisset Hebraum ab Aegypto iniuriam accipientem, defendit, ita vt Aegyptium prosterneret, atque in arena absconderet. Salomon quoque ait, d eripe eum, qui ducitur ad mortem.

16 Colligimus autem ex eo, quemuis Principem magnanimumque vrum debere sibi persuadere imbecillitatem esse, & non fortitudinem iniuriam inferre, indignamque eis esse persuasionem illam, qua quidam putant se, vel suos amicos nil posse aut nil facere, nisi possint, aut faciant impune ea, ob qua alij puniuntur, per multa ibi adducta: verbum enim, virtutis, in illo cap. positum more castius loquentium, fortitudinem significat, vt in illo Ciceronis f Omnia summa consequutus est virtute duce, comite fortuna.

Et paulo post dicimus. Quod peccat, qui proximum non defendit, quod ipse S. Ambrosius ibidem comprobat exemplo Moysis, h auctoritate Salomonis, i \* cui concordat Augustinus k & Symmachus l & grauius Innocentius I I l. m

\* Cui concordat Augustinus. Caput ostendit 23. qua 3. quod hic citatur habetur in glossa ordinaria in Psal. 81. quod partim ex D. Augustino partim ex Cassiodoro refertur. Illa autem verba eius capitulis qua maxime ad Nauarii propositum faciunt, qui desinet obuiare consentit, ex his Cassiodori verbis constata sunt. Nam cum possis obuiare peruersis, & desinas aduersari, consensus erroris est. De Symmacho autem quod citatur est in libello Ennodij pro papa Symmacho.

17 Deinde multa dubia contra conclusionem hanc adduximus: pro quorum resolutione, o posuimus primam sex declarationum, scilicet eam planè procedere in eo, qui non defendit consentiendo: quia siue defendere possit, siue non, siue sit praesens, siue absens, consentiendo iniuriae peccat, & tale peccatum, quale qui iniuriatur, iuxta illud Apostoli, p Digni sunt morte, non solum qui faciunt, sed

A etiam qui consentiunt facientibus. & tradit S. Thomas spectatim. a

b Continetur deinde secunda declaratio, scilicet quod non procedat praedicta conclusio in eo, qui ad defendendum non tenetur, secundum vtrumque Thomam, c non tenetur autem ad defendendum, qui sine damno honoris, existimationis, aut pudoris, id facere non potest, secundum Felin. d cui nemo contradicit, nec nos vnuquam in cathedra contradiximus ante praedictum commentarium: in quo tamen id facimus ob multa, quorum summam ex praemissis, & subiectis declarationibus colligas. E quibus est, quod in extrema necessitate nostra defensionis constituto, subuenire tenemur, etiam cum damno omnium eorum, qua ad conseruandam vitam nostram non sunt necessaria, & consequenter honoris, pudoris, existimationis, & fortunarum sustentandae vitae non necessarium \* iuxta illud Sanct. Ambrosij. e Si quum rapitur quis ad mortem, plus apud te pecunia tua valet, quam vita morituri, non est leue peccatum.

\* Iuxta illud S. Ambrosij. Verba Ambrosij lib. 1. Offic. cap. 30. paulo aliter sonant, laborare inquit enim Grandis culpa si sciente te, indeles egeat, si scias eum sine sumptu esse, fame laborare, & arumnam perpeti qui praesertim egere erubescat: si in causam ceciderit aut captiuitatis suorum, aut calumniae, & non adiuues: Si in carcere, & pennis, & supplicii propter debitum aliquod iustus excrucietur: (nam et si omnibus debetur misericordia, tamen iusto amplius: ) si tempore afflictionis suo nihil à te impetrat, si tempore periculi quo rapitur ad mortem, plus apud te pecunia tua, valeat, quam vita morituri.

f Vnde resoluimus, quod caritatis lege tenemur ad defendendam proximi vitam, ne iniuste ei adimatur, etiam cum incommodo omnium praedictorum, sine tamen vitae periculo. Dixi, ne iniuste ei adimatur: quia non tenemur ad redimendam vitam iuste condemnati, etiam si Rex, vel lex, statuum, aut sententia, pecunia redimendi facultatem facerent. & ita limitandum est praedictum cap. non satis. Tum quia sanctum, & vtile est eius animae, vt ea sic ei adimatur, per doctrinam Scoti. g Tum quia alioqui Rex ipse, vel iudex damnans eum, in primis peccaret, non redimendo, quod est absurdum: posset autem eiusmodi damnatus vendere se in seruum redimenti pretio redemptionis, per ea, qua dicta sunt supra, h & quod eadem lege caritatis tenemur etiam ad defendenda illa eius bona, sine quibus vita eius seruari nequit, i & etiam ad impedienda eius damna externa, etiam cum incommodo nostro pecuniario, si probabiliter credimus, nullum alium id facturum, k nisi damnum proximi esset tam paruum, vt arbitrio boni viri, non debeamus nobis incommodare tantum, quantum opus est ad illa impedienda, l vel nisi scandalum, vel maius damnum inde sequeretur. Dixi, nullum alium id facturum. Tum quia \* id significant praedicta capp. quatenus loquuntur de boue errante, & de asino iacente in via, ad quem reducendum, vel leuandum frequenter alij non inueniuntur. Tum quia tollitur necessitas, si est alius, qui occurrat ei. Dixi, pecuniario: quia non tenemur ad id cum damno honorario: nisi quando damnorum magnitudo, & honoris paruitas aliud suaderent: quia vt dictum est, m maioris fit honos, quam pecunia. Per quod excusantur multi viri graues a defensione puerorum, & leuium hominum, quos alij pugnis cadunt, nisi ipsi citato gradu, & cum notabili honoris, & existimationis iactura, eis succurrant. Dixi, vel nisi scandalum, vel damnum inde sequeretur: quo excusatur, qui clara voce non contradicit cõcionatori alicui ex pulpito grauitè detrahenti, & qui non liberat iniusta morte damnatum, & ad supplicium tractum, ne ex eo tanta seditio inter executores, & alios excitetur, & probabiliter mortes, & vulnera innocentium timeantur, vt rectè tetigit Adrianus n addens, non teneri quem ad detinendum horum aliquorum, ne se de rupe praecipitet, si credit se interfectum iri a seruis eius suam intentionem bonam ignorantibus.

\* Id significant praedicta capita, Hæc nempe qua ad marg. ex Exo. & Deutero, sunt citata. Verba Exo. 23. v. 4. sunt. Si occureris boui amici tui aut asino erranti, reduc ad eum. Si videris asinum odientis te iace re sub onere, non pertranabis, sed subleuabis cum eo. & in Deut. cap. 22. v. 1. Non videbis bouem fratris tui aut ouem errantem, & praeteribis, sed reduces fratri tuo, etiam si non est propinquus frater tuus, nec nosti eum duces in domum tuam. & erunt apud te, quadiu quaerant ea frater tuus & recipiat. Similiter facies de asino & de vestimento,

a 23. qu. 3.  
b Num. 1.  
c Ca. 36. li. 1. de offi.  
Exod. 2.  
d Prouer. 24.  
e In num. 2. & 3.  
f Ad Placitum.  
g In num. 4. & 5.  
h Exod. 2.  
i Prouer. 24.  
j Idem ait in c. pa. ce. 30. dist.  
k In c. ff. ead. caus. & qua. l 83. disti. in prin.  
m Ca. quarta. de sen. ex com.  
n In num. 6. 7. & 8.  
o In num. 9.  
p Ad Ro. 1. re latum in s. 1. de of. dele.

21. 2. q. 60. a.  
8. q. 2. 2. qm.  
154. art. 4.  
blm nu. 10. &  
11.  
ca. 2. q. 62. a.  
7.  
d In c. 2. de ha re. & in d. ca. quarta. relatum à nobis. supra cap. 14. num. 6.  
e Relatum in cap. non satis. 86. disti.  
f In num. 12. & 13.  
g In 4. dist. 15. qu. 3. de secundo. relatiu supra cap. 15. num. 21.  
h Cap. 23. nu. 96.  
i Argu. l. 2. ff. de iuris. omni. iud. cap. prate rea de of. dele.  
k Arg. Exod. 23. & Deute. 22.  
l Arg. l. praes. C. de seru. c. si non licet. 23. qu. 5.  
m Cap. 18. nu. 47.  
n In 4. de cor. re. fiat.



& de omni re fratris tui quæ perierit, si inueneris eam non negligas quasi alienam. Si videris asinum fratris tui, aut bouem cecidisse in via, non despicias, sed subleuabis cum eo.

a In num. 14.

b Argu. c. regum. c. administratores. 23. q. 5. c. ego. de iureiur. c. Cap. de forma. 22. q. 5. c. c. i. de forma fidelis. in visib. feud. d. l. e. i. de re. spo. nu. 9. arg. l. ut parentibus. ff. de iust. c. iur. c. duo ista nomina. 23. q. 4. l. i. c. de emendatione propin. c. praecep. 4. Deca. quod ad eos extendi dicitur est supra c. 14. n. 3. c In nu. 15. f Capit. 1. de reg. iur. c. l. merito ff. pro soc. g Cap. quam sit. de elec. l. 5.

h In nu. 10.

i Libr. 4. q. 7. art. 3. de iust. c. iur. k Cap. 17. nu. 11. c. in dicit. Trac. de reditionibus Eccl. q. 2. mon. 2. c. in locis ibi allegatis. l In nu. 17. ml. i. c. de do. promiss. c. nota. per Card. in c. quia circa de consan. n In ca. 1. de resti. spol. o In c. 1. de of. sic. dele. c. in l. culpa. caret ff. de reg. iur. c. l. in l. ur. vim ff. de ius. c. iur. p In c. 1. de of. f. deleg. cum ei annot. q In ca. si quis vidua. 50. dist. 1 In c. Petrus. de homicid. s 17. q. 4. r Per ca. cum quis. de sent. excomm. lib. 6. v Per ca. sicut dignum. y. e. os de homici. x In num. 18. y Per c. quam sa. de senten. excom.

18 Item dicimus quod aliqui tenentur defendere se, & alios, non solum tege caritatis, sed etiam iustitiae. Reges enim, & alij Superiores lege iustitiae tenentur defendere se, & suos subditos: & contra, subditi suos superiores, b praesertim feudatarij, & eorum domini, c patres item, tutores, curatores, heri, paedagogi, parochi, cultodes, & alij similes: & e contrario, eos filij, pupilli, minores, famuli, mancipia, parochiani, & custoditi, per notata à Panormitano. d

e Tertia sequitur declaratio conclusionis praedictae, videlicet, quod multi ab iniuria non defendentes, ei verè non consentiunt: vnde textus pro conclusione citati, habentes, quod qui non defendit cum possit, consentit, non sunt intelligendi de vero consensu: sed de praesumpto: & tum demum etiam de praesumpto, quum tenetur defendere, & commodè potest: quamuis enim quis teneatur ad defendendum aliquem cum damno omnium suarum facultatum: praesumi tamen non debet consentire, si illud non, nisi cum tali damno, facere potest. Tum quia in dubio non est praesumendum delictum, f & dubium est, an qui omittit defendere cum tanto damno, omittat defendere ob complacentiam iniuriae, vel ob damni euitationem: & hoc potestius praesumendo vitatur praesumptio delicti. Tum quia experientia, quæ est rerum magistra, g docet, multos principum, & aliorum familiares minimè impedire innumeras iniurias, ad quas impediendas, etiam cum damno facultatum tenentur, non quidem, quod illæ eis placeant, sed ne gratiam eorum, & spem donorum amittant. Ex quibus inferitur, frequentissime quem praesumi consentire iniuriae, qui verè non consentit: & contra, non consentire, qui verè consentit.

19 h Quarta accedit declaratio, scilicet quod multum interest inter non defendere solum, & non defendere, & consentire ex vna parte: & inter consentire, & auxilium praebere ex altera. Tum quia prius tantum est peccatum contra caritatem, aut misericordiam, & contra praecipuum de diligendo proximo, vt rectè sensit Sorus, i posterius verò, videlicet, consentire, & auxiliari iniuriam inferenti, est contra iustitiam, vt ibi latè probatur. Tum quia prius non obligat ad restituendum, posterius verò sic: quia vt supra, k diximus, qui solum contra praecipua caritatis & misericordiae peccat, damnum inde sequutum restituere non tenetur: qui verò contra iustitiam peccat, sic.

l Adiungitur postea quinta declaratio, scilicet, quod non omnis, qui iniuriam consentire praesumitur, iniuriam inferenti auxiliari praesumitur, saltem auxilio, quod delicti participem eum directè faciat. Tum quia duæ praesumptiones speciales non debent circa idem concurrere, praesertim ad augendum delictum, m quod fieret, si non solum consensus, sed etiam auxilium praesumeretur. Tum quia communis opinio, quam tenet Panormitanus, n quamque ait communem Decius o tenet, non delinquere communiter iure ciuili, qui solum non defendit: & quamuis iure canonico regulariter delinquat, non tamen est puniendus in foro exteriori: & si praesumeretur auxiliari, contradicendum esset, cum vtroque iure opem ferentes delinquenti, puniendi sint secundum omnes. p Tum quia vt sentit glossa, q & clarius Innocentius communiter receptus, r qui non impedit homicidium, quod nouit tractari, non fit irregularis eo sequuto: & si praesumeretur opem tulisse, censetur talis. Tum quia, vt quis incurrat excommunicationem can. si quis suadente, s non sufficit, vt consentiat etiam malitiosè clerici percussioni, si eius nomine non fiat, nec aliquo modo iuuet, t & si praesumeretur iuuate censetur excommunicatus. v

x Declaratio post hæc sexta adiungitur, quod præcedens declaratio fallit, cum quatuor concurrunt, scilicet, potestas impediendi, obligatio id faciendi, commoditas eiusdem, & notorietas delicti, hoc est, vt manifestum sit illud esse delictum, & manifestè fiat: iis enim concurrentibus, non solum praesumitur consensus, sed etiam auxilium, y per quod ibi latè ostendimus, non solum \* probari hanc fallentiam, sed etiam præcedentem declarationem regulariter esse veram: quod ad interpretandum plurimos ca-

nonnes, & leges memoria mandandum est.

\* Probari hanc fallentiam. Fallentia verbum neotericorum iurifconsultorum, quæ significat exceptionem ab aliqua iuris regula; & praecipuo alioqui generaliter intelligendo.

20 a Ex praedictis deinde inferri ostenditur, q ratio, qua non defendens proximū peccat, non est: quia cōsentit offensionis, siue defendat, siue non; nam contentiēdo peccat, & non peccat, si non consentit, siue defendat, siue nō, si alia lege ad id nō tenetur. Ratio autem vera, cur peccat est: quia omittit facere, quod ei lege caritatis, vel iustitiae praecipitur, vt faciat, interdum cum damno suarum facultatum, & honoris, interdum sine eo, vt praedictum est: quamuis ceteris paribus consentiēdo magis peccet. Et ita iura dicentia, eum, qui non defendit consentire, non significant, non consentientem non peccare: sed potius non defendentem praesumi consentire: quod est verum de illo, qui debet, & potest commodè: immo & praesumi auxiliari, si cum his tribus concurrat euidentia iniuriae, vt praedictum est.

b Consequenter dicitur, q ex praedictis inferuntur decē, & octo quorū aliqua subiicimus. Primum, nullā triū opinionem celebriū exponentium praedicta iura, esse omnino veram: non opinionē Ioannis, quam Bernardus refert, c qui nimis ea extēdit ad omnes, qui quomodolibet possūt, non defendunt: non etiam opinionem Bernardi, qui nimis ea restringit ad solos habentes publicam potestatem: nam ex multis eorum constat loqui etiam de priuatis: non item Innocentiū, & Panorm. & communē, qui partim ampliāt, & partim restringunt plusquā praedicti, dicentes, ea loqui nō de omnibus personis, tam publicis, quā priuatis, sed de solis, dolo id facere omittentibus: veritas enim habet, quod ad effectum peccandi loquuntur de omnibus personis, tam priuatis, quā publicis: & tam de omittentibus dolo, quā negligentia, & deferendo, vel non deferendo opē: modo lege iustitiae: vel caritatis ad id teneātur. Dixi, ad effectum peccandi: nam ad effectum incurrēdi censuras, & restituēdi damnū solum comprehendunt obligatos ad illud, non solum lege caritatis, sed etiam iustitiae: quia hi soli incurrunt censuras per adducta latius ibi, & tacta supra. d

e 21 f Item, ponitur, quod nec glossa, nec doctores attigerunt verum sensum praedicti capituli, f quem tamen nos ibi damus, g scilicet quod quicumque potest commodè, & nō defendit clericum ab iniuria manifesta, quæ manifestè inferitur, est excommunicatus, vel censendus talis, ratio eius noua est: quia opitulatur, aut praesumitur aliquo modo ei opitulari, & ita legem iustitiae violare. Dixi, Est excommunicatus: ad includendum eum, qui verè omittit defensionem ad opitulandum: Dixi, vel censendus: ad includendum eum, qui non verè omittit ad opitulandum, sed ob timorem, pudorē, vel negligentiam. At quia non obuiat manifesto delicto, manifestè facto, cum commodè possit, praesumitur velle opem ferre, vt ibi latius deducitur.

h Dicitur deinde h quod ratio à nemine reddita, qua niti potest rigida illa, sed iusta decisio Barto. i scilicet, q quamuis regulariter nemo puniri debeat, eo q sciat parari delictum, & nō indicet: fallit tamen in filio, seruo, & subdito, sciente parari illud in patrē, dominū, aut alium Superiōrē, praesertim supremum. Est, inquam, ratio, quod alij solum regulariter delinquant contra praecipua caritatis, hi verò contra praecipua iustitiae, quæ iubet, vt Superiores defendant inferiores: & contra, inferiores Superiores, vt supra tactum est, quam rationem Baldus si considerasset, & qui eum sequuntur relati à Felino, k non tam acerbè in Bartholum inuectus esset. Qua ratione merito acrius animaduertitur in eos, qui magistratus, vel ministros eorum non defendunt, quā qui aliquos priuatos non tuentur.

l Dicitur etiam l ex eisdem colligi rationem nouam, cur regulariter, qui alium non defendit, quamuis in eo peccet, non punitur in foro exteriori, neque canonico, iuxta communem supra relatam, & in foro conscientiae sic, quod scilicet omisio defensionis regulariter non est contra iustitiae leges, quamuis sit frequenter contra leges caritatis, & ideo legum iustitiae pœnis puniri non debet.

m 22 Dicitur praterea m neminē incurrere cēsuras, vel ir-

a In nu. 20.

b In nu. 26.

c In dicta. quanta.

d Cap. 17. nu. 25. c. in praedicta. q. 2. mon. 3. c. in 28. m. c. duobus sequentibus. f Quanta de senten. ordi. g Num. 30.

h In num. 5. i In l. vtrius. ff. ad l. pœnis de patri.

k In d. r. quanta.

l In num. 33.

m In 34. c. 59.



regularitates non defendendo alium, nisi lege iustitia ad id teneatur: ideoque recte nos respondisse clerico cuidam insulano, non incurrisse irregularitatem propter homicidium sequutum, eo quod ipse sciens illud tractari non mouit occisum.

Dicitur, rursus quod cognoscens Manuale Hispanum antea copositum die gloriosissima Magdalene sacro, anno 1556. eius, ut puro beneficio, inueni solutionem cuiusdam antinomiae, quae me diu, multumque torserat inter conclusionem communiter receptam, & supra positam, quod nemo regulariter tenetur ad praestanda opera misericordiae corporalia sub culpa mortali, nisi egenti eis extreme: & inter illam certam, quod quilibet tenetur boue proximi etiam inimici errantem reducere, si potest ad illum: asinum ite sub onere iacentem: subleuare, vel ad subleuandum iuuare, si credit probabiliter alium id non facturum iuxta diuinum praecceptum quod probat id ipsum faciendum esse de veste, & de qualibet alia re proximi amissa. Quae proculdubio locum habent, etiam cum proximus non eget eis extreme. Solutio autem vera, & noua est, quod illa procedit quoad opem dandum egenti, & de lucro tractanti, haec quoad opem dandum, de damno vitando tractanti: pro quo discrimine facit, quod plus fauent iura agere de damno vitando, quam agenti de lucro captando. Ex quo, & positum supra, infertur hanc item conclusionem procedere ad iter facientem, qui offendit mulionem egentem ope alterius, ad eleuandum mulum luto haerentem: nam si est iter ad multis frequentatum, quos credit probabiliter ei auxiliarios, non peccat mortaliter non opitulando ei: alioqui sic, ut peccaret, si iter esset ad paucis frequentatum: & ad inuenientem iumenta proximi segetes depascentia: & ad videntem aedes, segetes, aut suppellectilem proximi ardere, & non extinguit, cum posset, ignem: & ad audientem famam proximi grauius detrahentem, qui licet ei non credat, putat tamen alios credituros, si ipse non resistit: & alios id genus innumeros, videntes notabiliter laedi proximi salutem mentis, vel corporis, & honorem, vel rem familiarem: nam, si credunt alios non impedituros illa mala, & ipsi non impediunt, peccant mortaliter: e quibus etiam esse videtur, qui videt alium ementem animalia, pannos, praedia, vel alia vitiosa, vel longe minora, vel peiora, quam putat ipse, & non monet illum.

23 Probatur rursus, & defenditur conclusio huc pertinens posita supra, scilicet peccare mortaliter eum, qui cum possit non impedit peccatum proximi. Quae quidem conclusio probatur primo, quod per dictum cap. non inferenda: & alia multa conclusum est supra lege caritatis obligati nos omnes ad impedienda mala vitam corporalem proximo adimentia: at vita animae pretiosior est, & magis diligenda quam corporis, secundum S. Thomam receptum, ergo magis tenemur ad impedienda mala, quae ei vitam animae adimunt: sed peccatum mortale, ei adimit vitam animae, ergo, &c. Secundo, quod mortaliter peccat, qui proximum volentem se precipitare non retinet, cum possit, & qui non extrahit, etiam inuitum e domo iam ruitura. Tertio, quod peccat mortaliter, qui, ut supra proximè dictum fuit, potest impedire damnum proximi, quod credit ab alio non impeditum iri, & non impedit, at nullum damnum est maius proximo, quam mors animae, quam peccatum mortale infert: ergo, &c. Quarto, quod magis tenemur ad impedienda futura peccata, quam ad punienda praeterita, at constat, ad corrigenda praeterita proximi peccata nos teneri, praefertiori ergo tenebimur ad peccatum nondum commissum impediendum: unde ad impedienda peccata futura in omni casu inquiri potest, iuxta quoddam dictum singulare Innocentij III. non tamen ad punienda praeterita, nisi certis casibus, ut dictum est, & a laico clericus capi potest, ne committat, non tamen pro commissis, iuxta Panormitanum communiter receptum. Quinto, quod ad euitandum scandalum, quo proximus peccaret, debemus facere, aut omittere omnia, etiam in Euangelio consulta, quae sine peccato possumus, ut sunt aliquot elemosynae: ergo, &c.

Quae conclusio procedit primo, non solum quando sine damno, pudore: & dedecore id facere possumus, ut dixit Felinus, relatus, & confutatus supra, sed etiam si oporteat ob id amittere facultates, & honorem, immo & vitam,

A quando eius anima in extrema nostrae opis necessitate constituta est. Procedit etiam quando non est in extrema nostrae opis necessitate: ob suam tamen imbecillitatem, vel ignorantiam crassam, aut affectatam, aut ob alias causas, & occasiones peccandi in ea est necessitate, ut nisi nos ei opitulemur, peccatum mortale commissurus sit, & spiritualiter moriturus, & si opitulemur, non: quae est singularis doctrina piensissimi, eiusdemque doctissimi Adriani, quae praedicta die Magdalene sacro, casu reperta magna me liberauit animi angustia, simul dolore afficiens, quod nulla eam ratione fulciat, solum inferens ex ea elemosynam spiritualem arctius praecipere, quam corporalem. Pro qua tamen adduximus rationem, quam numquam alibi audire, vel legere meminimus, videlicet, nos teneri ad impedienda mala proximi, etiam quae ille vitare potest, si vult: modò sint eiusmodi, quibus iuste non potest consentire, qualia sunt precipitium, suspendium, domus ruentis oppressio, b quales ite, cibi, vel potus, vel medicinae ad vitam necessariè renutus, c mors item, & mutilatio membri. d At mors animae, quam peccatum infert, est eiusmodi, ergo tenemur ad impediendam eam, etiam illi, qui non est in extrema nostrae opis necessitate constitutus. Itaque inter elemosynam spiritualem, & corporalem in hoc non est discrimen, ut per suam illationem significauit Adrianus. quamuis sit discrimen in eo, quod elemosynam spiritualem tenemur largiri constituto in extrema illius necessitate, etiam cum periculo vitae: corporalem autem non, nisi citra illud, per quod eius illatio verificatur. Procedit item praefata conclusio, etiam si ad impediendum peccatum mortale proximi, oporteat nos non vti iure nostro spirituali, vel temporali, quo absque peccato possumus non vti argumento illius. e Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria, & demergatur in profundum. f

Non autem procedit praedicta conclusio, nisi concurrentibus tribus, quae requiruntur, ut nos praecceptum fraternae correctionis obliget, videlicet, certitudo, quod peccatum est mortale: spes effectus impeditio: & opportunitas, tam personae, scilicet quod sit, quae magis ad id teneatur, saltem ob negligentiam magis obligatorum, quam etiam temporis, ut colligitur ex rationibus S. Thomae, & aliorum ubi supra citatorum, quibus praedicta esse necessaria, quo praecceptum fraternae correctionis obliget, monstrauimus.

Non item procedit, quando proximus non est peccator ex ignorantia, vel fragilitate, sed ex malitia, & ad impediendum oportet, ut quis desinat vti iure, vel bono suo spirituali, vel temporali, iuxta illud. Sinite illos, caci sunt & ducet eorum & allata per S. Thomam. h & notata per nostros. i Quod confirmatur eo quod diximus supra, scilicet non teneri quem ad donandum centum (etiam si possit) ei, qui sese furca suspensurum affirmat, nisi ea donentur.

Per quas declarationes facile soluuntur quatuor argumenta contraria. Primum, quod non peccat mortaliter, qui petit mutuum ab usurario, quem credit non nisi ad usuram daturum. Secundum, quod nec qui a parochio petit, ut suum filium baptizet, credens eum peccaturum mortaliter: quia credit esse in mortali, & antea non contritum iri. Tertium, quod neque mulier, quae ob vanam gloriam venialiter sine alio fine mortali se comit: quauis credat, aliquem ob id concupiscentiam mortalem concepturum. Quartum, quod nemo tenetur ad elemosynam impartendam sub poena peccati mortalis, nisi in extrema illius necessitate constituto, ut dictum est. k Et qui vult mortaliter peccare, sciens id esse tale, non est in extrema necessitate opis alienae, cum voluntarie id faciat. l Possunt etiam solui duo prima per duas declarationes postremas: tertium verò de muliere se comente per adducta supra. m Quartum autem soluitur per primam, & secundam declarationem: quatenus habent, teneri nos ad impedienda mala proximi, quibus ille iuste consentire non potest: quamuis non sit in extrema nostrae opis necessitate constitutus.

De peccatis diuersorum statuum, & primū Regum.

CAP. XXV.

Rex ut peccat aliena capiens, & capta non restituens, malè, vel ob malum finem gubernans.

a Arg. glo. c. si quis viduam 50. d. distinc. & doctrina Inn. in ca. Petrus. de homicid. S. Ant. 2. pa. ti. 28. c. 2. b Innum. 39. c Num. 3. d Exo. 23. & Deut. 22. e l. 2. §. portio. ff. ad leg. rho. di. de iact. & d. l. ff. de pe. ri. & comm. rei. vend. l. si is, cui. §. fin. de furt. & l. si fide rili. §. cu per venditorem. ff. de act. emp. f Num. 17. g In n. 41. & septem. eq. h In c. 14. nu. 27. i 2. 2. q. 26. a. s. & probatur in c. si habes. 24. qu. 3. k Cap. resus. sitatus. & ca. omnis. de poe. dist. 1. l Ca. nimium 23. qu. 4. m d. c. ipsa pietas. n Exo. 23. & Deut. 22. o Ar. e. prate ven. 2. de spof. & eorum, qua late cum muin c. inter verba. 11. qu. 3. p Mat. 18. & c. si peccauerit. 2. qu. 1. q In c. 1. de po. stulas prelas. communiter recept. r In ca. 18. & dicitur infra cap. seq. s In c. 3. & c. ut fama. de se. excom. & c. cum no ab homine. de iud. t Ca. 2. de no. ui. oper. nunciat. v Num. 18.

a In 4. de cor. rec. fia. co. 12.

b De quibus praedictum agit c. nimium. & d. c. ipsa pietas. c lux. gl. solè. in §. 1. s3. dist. d. l. liber homo ff. ad l. A. qui. c. contin. g. de sen. excom.

c Mat. 18.

f Vt c. 2. de op. nou. nunt. S. Tho. 2. 2. q. 43. a. 7. & 8.

g Mat. 15. h Vbi supra. i In c. qui scandalizauerit. de reg. iur. & dicto c. 2. de o. pe. nunc.

k Sup. nu. 11.

l 25. qu. 1. §. 1.

m Ca. 3. n. 5. & c. 23. n. 19.





- 1 Rex seditiones excitans, vel subditos non exercens peccat.
- 2 Rex arcēs non muniens, vel armentis carens, vt peccet. & 3.
- 4 Rex legem pœnalem ferens, vel vias, & lites negligens, vt peccet.
- 5 Rex disponens circa legem naturalem, vel suam, vt peccet.
- 6 Rex tollens subditis bona sua, & libertates, vt peccet.
- 6 Rex bellans iniuste, vel malo fine vt peccet.
- 6 Rex iura noua indicens, & visitantes impediens, vt peccat.
- 7 Rex cogens operari subditos, & eorum delicta non puniens, vt peccet. & 8.
- 7 Rex officia sua vendens, & indignis conferens, peccat, & 8.
- 8 Rex matrimonium contrahere cogens, vt peccet.
- 8 Rex beneficia indignis conferens, & malam consuetudinem seruans.
- 9 Rex damnans inauditum, vel auditum male, vt peccet. 10. & 11.



**D**icendum, quòd peccat mortaliter primò Rex, vel monarcha, qui aliena regna, vel dominia iniuste quærit, vel iniuste quæsit non restituit, nulla iusta cãusa ab hoc excusante. <sup>a</sup> Venialiter autem periculosè, qui ea, etiam iuste quæsit gubernat principaliter ob voluptates, vel diuitias, aut gloriam, & honorem. <sup>b</sup> Nam vt sanctè resoluit S. Thomas <sup>c</sup> finis primarius laborum eius vix tolerabilium debet esse ipse Deus cuius vices in terra gerit, & vera beatitudo, de qua supra. <sup>d</sup>

Secundò peccat, qui iuste possessa iniuste gubernat non reddendo suum cuique ius, vel excitando factiones, vel non sedando eas, non prouidendo annonæ, vel aliarum rerum caritati, aut præficiendo rectores indignos, aut non ferendo leges necessarias, vel constitutas non exequendo, aut non communiendo armis, arcibus, & exercitiis ad se, & illa tuenda necessariis, adeo vt iudicio prudentis, ea vel partem eorum, probabili amissionis periculo subiiciat, iuxta mentem eiusdem S. Thomæ. <sup>e</sup>

2 Tertiò peccat, qui per incuriam non habet propria armenta bouum, & greges ouium, arietum, porcorum, & mares selectos, quo habeat carnes in obsonium suum, & suorum: aut non colit agros proprios, quo triticum, hordeum, & alia frumenta sibi, suisque necessaria colligat: aut non habet equitia producendis equis ad bella necessariis: hæc enim sunt mortalia, aut certè venialia periculosa: secundum S. Thomam. <sup>f</sup> Dixi, *per incuriam*: quia iudicio nostro non sunt peccata omiffa ad vitandos sumptus, & ad quærendum plus ex prædiis locatis, quàm per se cultis, & de suis herbis locatis, quàm per armenta sua, & greges depastis, aut ad melioribus curis occupandum tempus, quod his imponendum est, & quod miror, nec S. Thomam nec alios animaduertere: quum fere omnes reges ea facere omittant.

Quartò peccat, qui adeo negligit coaceruare diuitias artificiales, auri, argenti, pecuniarum, & aliorum similium, vt se, suumque regnum exponat probabili periculo perundi fame, bello, & aliis malis, quæ probabiliter defectu pecuniarum euenire possunt: quibus est mutuari à subditis cum pudore, & periculo deserendi iustitiam in eorum fauorem, vel à nummulariis sub vfuris, aut interesse, ad quæ postea soluenda nimum sit grauaturus populum, ex mente eiusdem. <sup>h</sup>

3 Quintò peccat, qui pecunias congerit grauando notabiliter subditos ob auaritiam, nullo iusto fine proposito, iuxta S. Antoninum, <sup>i</sup> quia id est contrauenire præcepto de dando superflua pauperibus, iuxta dicta supra. <sup>k</sup>

Sextò peccat, qui prodigis largitionibus ita indulget, vt se exponat probabili periculo vfurpandi aliena, vel tributa maiora, quàm par est exigendi, aut debita statim diebus non soluendi, aut onere grauissimo interesse, ac cambiorum se suumque regnum in maximam paupertatem inducendi propter rationes Aristotelis. <sup>l</sup>

Septimò peccat, qui adeo negligit munire suas arcēs, vt occasionem populo præbeat irreuerentiæ, vel rebellionis, aut aliis inimicis occupandi regni, aut partem illius, iuxta mentem eiusdem S. Thomæ. <sup>m</sup>

4 Octauò peccat; qui negligit per incuriam imperare refectionem, & custodiam viarum publicarum sui regni: ita vt viatores notabilia ob id damna incurrant, aut de

**A** de suis publicis redditibus pauperibus extremè egentibus à se petentibus non subuenit, iuxta eundem S. Thomam. <sup>a</sup> Dixi, *negligit*, quia secus si per ignorantiam, aut impotentiam id omittit, <sup>b</sup> quamuis hoc alij animaduertant.

Nonò peccat, qui habet cum alio Rege Christiano super aliquo regno, vel dominio aliquam dubiam, & antiquam controuersiam, quæ de iure nõ potest extinguí: quia non habent Superiorem: neque bello, quippe quorum arma adeo creuerunt, vt neuter ab altero omnino superari possit, nisi facta per strages copia Turcis inuadendi, quod reliquum est Christiani orbis, vel bonam partem eius, & non vult in arbitros suspitione carentes cõuenire, nec petere, vel accipere condiciones honestas, quibus pax firma fiat: quod probauimus alibi. <sup>c</sup>

**B** Decimò peccat, qui aliquam legem pœnalem constituit principaliter propter suam vtilitatem priuatam, quo eius transgressione, aut dispensatione multas pecunias cogat. <sup>d</sup>

5 Vndecimò peccat, qui dispensat in legibus diuinis, aut naturalibus, absque iusta causa: & qui in propriis cum notabili damno, aut scandalo publico, vel priuato: & qui delicta diuina lege, aut naturali damnata, sine iusta causa condonat, videns, aut videre debens, se ad alia similia occasionem præbere: aut lites, vel solutiones debitorum sine iusta causa suspendit. Tum per gloss. singularem. <sup>e</sup> Tũ quia omnis iniustitia rei notabilis est mortalis, iuxta S. Thomam. <sup>f</sup> Dixi, *sine iusta causa*, quia cum causa, & sine scandalo notabili, illa licitè facere potest. <sup>g</sup>

6 Duodecimò peccat, qui non permittit populo suo tueri suas libertates, sibi ex iure diuino, aut humano iurato debitas: aut bona populi vfurpat, & restituere obligatur. <sup>h</sup>

Decimotertiò peccat, qui minis, aut precibus importunis adigit aliquem ad donandum sibi sua bona, absque iusta in id causa, cum obligatione restituendi. <sup>i</sup>

**C** Decimoquartò peccat, qui gerit bellum iniustum defectu auctoritatis, aut iustæ causæ cum obligatione restituendi, aut iustum ex se, sed animo, & sine iniusto sine obligatione restituendi, iuxta vtrumque Thomam. <sup>k</sup>

Decimoquintò peccat, qui impedit visitationem monialium iuridicam, <sup>l</sup> & est excommunicatus, si admonitus non desistit. <sup>m</sup>

Decimosexto peccat, qui exigit à suis subditis aliqua tributa noua absque necessitate publica cum obligatione restituendi: quamuis in bonum finem ea exigit. <sup>n</sup> Et multò magis si ad superfluum vfum, vel vestium pompas, conuiuia, prodigalitates, quas vulgus liberalitates appellat. <sup>o</sup> Dixi, *Noua*: quia si antiqua bene statuta ita prodigit, nõ tenetur restituere, nec mortaliter peccat, nisi aliqua circumstantia finis, formæ, materiæ, aut alia mortalis interueniat. <sup>p</sup> Dixi, *absque necessitate publica*, quia cum hac exigere & accipere posset, si ad eam sui redditus non sufficerent. <sup>q</sup>

Decimoseptimò peccat, qui adigit subditos suos, ad id non obligatos, sibi domos ædificare, agros colere, vineas fodere, aut alia similia facere sine integra sui laboris compensatione, <sup>r</sup> subdens, bis eum peccare, qui diebus festis ad hoc eos adigit.

7 Decimo octauò peccat, qui officia sui regni vendit tã carè, & talibus personis, vt probabiliter credat, aut credere debeat, eas malè illis vfuras, aut subditos oppressuras, <sup>s</sup> aliàs secus, iuxta S. Thomam, <sup>t</sup> quamuis præstaret non vendere. Quò fit, vt dictum Panormitani, <sup>v</sup> scilicet, id quod domini pro officiis secularibus suæ iurisdictionis accipiunt, lucrum sordidum esse, & accipiendo mortaliter peccare, restringendum sit ad personam, quæ superiorem agnoscit, & locum, vbi vetitum est lege obligante ad mortale, cui consuetudo præscripta non derogauit, sine licentia eius, qui eam dare potest ad vendendum honesto pretio personis idoneis. Et consequenter non sunt damnandi reges, & principes, qui ea dant pro pecunia in dotem, vel mercedem obsequiorum, neque etiam ipsi officarij illa vendentes tam honesto pretio talibus personis, vt probabiliter credatur, eas illis non malè vfuras, quo pretium malè datum peius extorqueant. Quare ob ea, duæ in curiis monarcharũ fieri vidimus eorũ confessorios, cõsiliarios, &

a Capit. quid culpatur. 23. qu. 1. ca. fides 14. q. 6. ad iun. c. de c. sept. de rest. spol. b Per supra d. c. 23. n. 73. c De regi. pri. li. 1. c. 7. & 8. d Pral. 4.

e Vbi supra. cap. 5. & probatur per ca. administrato res. 23. q. 5. & c. alius. 15. qu. 6.

f Vbi supra. li. 2. c. 5. & 6.

g Arg. e. non mediocriter. de consec. d. 5.

h Vbi supra. cap. 7.

i 2. par. tit. 1. cap. 2. k Ca. 23. nu. 73.

l In epistol. ad Alex. & per leg. part. Ca. stella tit. 14. 2. pa. tit. 5. & mentem S. Tho. vbi sup. m Vbi sup. l. 2. ca. 11.

a Vbi sup. ca. 12. & 15.

b Argulim. possibilium ff. de reg. iur. c. ignorancia. eod. tit. lib. 6.

c In repet. c. quando de cõ. sec. dist. 1. c. 9. num. 90.

d Ca. erit autem lex. 4. di. & communis in c. 1. de cõ. g.

e Cap. mon. de vob. ca. ex parte. de can. su. ca. ex iure. c. si eccles. 23. q. 4. c. regum. 23. qu. 5. f. 2. z. q. 59. n. 4.

g l. 1. c. de le. h Ar. c. regu. & ca. p. m. pes. 23. q. 5. & l. 1. c. si quacunque prad. pot. & c. si reg. 14. qu. 6.

i Ar. c. conu. uior. 23. qu. 8. 2. Reg. ca. 21. & totius tit. ff. & c. quod met. cau. & Bart. in trat. de tyrann. nu. 20.

k 2. 2. qu. 20. art. 1. l. Cle. attendas. de fa. monach. m Ead. de. f. fin.

n Cap. milia. re. sub. f. 2. qu. 1.

o Summa. fess. li. 2. tit. 1. qu. 35. nu. 2. p Per supra. dicta c. 23. nu. 75.

q Ar. ca. cum secundum de prob. & ca. 1. 13. q. 2. & v. rum. quæ dicitur. c. 23. nu. 75.

r S. Ant. par. 3. tit. 3. c. 4. & 4.

s Per rationes Authenti. cõ. iudi. sine quo. & Auth. de mand. prim. 5. 2.

t Ad Duce. sam Brabantia in opus. 21. qu. 1. v Commun. ter receptu. cap. 1. & 2. ne pral. vic. fu.





regni procuratores admonemus, videri e republica, & ani- marum salute fore, lege aliqua circumspecte statuere vni- cuique officio, vel muneri certum pretium, vltra quod nil dari, vel accipi posset, declarando eum, qui plus acciperet, plus iusto pretio accipere, & addendo, ne remissioni locus esset, & tempore quo titulus confertur, cogentur partes iurare de non plus dando, vel accipiendo: cum iudices adeo eorum pretia crescant, vt euentes honeste viuere nequeat, nisi magno reip. malo, vt illa quae forte mutuo, & sub vsu- ris, vel interesse acceperunt, recuperent.

a In extraum. Csi Roman.

Admonemus vero hic, scilicet. rec. \* Pium V. tulisse legem anno 1571. mense Decembri, contra ambientes officia iurisdictionis administrationem habentia, in hac verba, *Nemini de cetero liceat, mediante pecunia, vel solutione, & traditione, ac promissione aliarum rerum, etiam per interpositas personas, aut alias quouis modo faciedas, aliquas dignitates, & officia, exercitium, & administrationem iurisdictionis habentia procurare, assequi, vel obtinere: ac si quis his presentibus contrauenisse quoquomodo dici, aut censerit potuerit, ipsum contrauenientem eo ipso confiscationis omnium honorum, degradationis, & amissionis, tam priuilegij doctoratus, quam quorumcumque per eum obtentorum officiorum, tam secularium, quam Ecclesiasticorum, ac demum vltimi supplicij penas irremissibiliter incurrere volumus, & infra. Et quod vbicumque, & quandocumque compertum fuerit per interpositam personam, aliquas pecunias, seu alias res traditas seu promissas fuisse alicui curiali, familiari, vel cuicumque alteri persone pro officio, & dignitatibus iurisdictionis administrationem habentibus, is qui officium huiusmodi obtinuerit, se a praemissis attenda interpositione persona huiusmodi nullatenus excusare queat: quin immo nulla admissa ignorantia excusatione, ipso iure presumatur solutionem, & promissionem huiusmodi de eorum, qui officia & dignitates similia obtinuerunt consensu, & mandato penitus esse facta, eiusdemque propterea penam subiaccere omnino intelligatur.*

\* Pium V. tulisse legem. Hae constitutio Pij V. incipit & si Romani. & est 145. inter ipsius constitutiones. Idem postea Pontifex aliam edidit constitutionem quae incipit cum nuper, ne ordo, quae est 150. inter ipsius constitutiones quae continet declarationem & ampliationem huius constitutionis vt liget etiam pretium & promissionem recipientes & mediatores.

b S. Anton. 3. par. tit. 3. c. 4. §. 5. c. Ses. 24. cap. 9. de reform. matrimon.

8 Decimononò peccat mortaliter, qui cogit aliquem ad certum matrimonium contrahendum, vel à contrahendo impedit, b quod Concil. Trid. c in hac verba confirmavit. *Praecipit S. Synodus omnibus cuiuscumque gradus dignitatis, & conditionis existant, sub anathematis pena, quam ipso facto incurrant, ne quouis modo directo, vel indirecto subditos suos, vel quoscumque alios cogant, quo minus liberè matrimonia contrahant.*

de in 4. li. sent. disti. 15. qu. 2. art. 4. c In pralect. capi. si quando. de de rescrip. excep. 10. nu. 3. & 4. f Contra ca. cum in curia. de ele. & cap. graue de prob. & alia laud. dista in d. relec. excep. 10. §. 2. q. 99. art. 9. h Arg. ca. ex parte. de cens. lib. i Rich. in 4. li. sent. d. 15. art. 5. qu. 5. k Rich. vi supra. arg. cap. er vor. 33. dist.

Vigesimò peccat, qui praeficit officarios indignos, imperitos, aut malae conscientiae, credens, aut credere debens eos tales esse, aut per iustam ignorantiam praefectos, postquam id rescuerit, non deponit, cum possit absque suae vitae periculo, & damno Reipub. cum obligatione restituendi damna, quae fecerunt, d per ea, quae copiose diximus alibi. e

Vigesimoprímò peccat, qui ad sacerdotia, vel beneficia ecclesiastica, quorum est patronus, praesentat personas non idoneas aetate, scientia, vel moribus: aut inducit legatos, episcopos, & alios praelatos ad conferendum talibus, aut patronos ad tales praesentandum. f

Ad nouè autem quae situm respondeo, non peccare possidentem virtute bullae Iulij secúdi aliqua bona tamquam profana, quibus pater eius imposuit onus aliquarum miserarum, constituens eum patronum eorum. & earum: quia etiam absque tali bulla poterat ea iuste possidere, vt talia, quippe quae nullius speciei sacrorum sunt, vt colligitur ex S. Thoma recepto, & non enim sunt bona ecclesiastica, licet oneri ecclesiastico sint subiecta. h

Vigesimosecundò peccat, qui non cohibet suos subditos ab vsurpando alieno, per furtum, rapinas, munerá, aut per alium quemuis modum illicitum, cum obligatione restituendi. i

Vigesimotertiò peccat, qui negligit abolere prauas suae terrae consuetudines, veluti vsurarum, ludorum periculorum animae & corpori, cum sine scandalo id possit, aut permittit falsas mensuras, aut pretia iniusta rerum venalium cum obligatione restituendi. k

A 9 Vigesimoquartò peccat, qui per se, vel alium condemnat aliquem, praesertim, ob crimen in dicta causa, aut non concessa se defendendi facultate, aut sine scientia publica per publicam probationem habita, ductus scientia priuata per priuata probationem quarsita, secundum mentem S. Thomae a & clariu: Caietani. b Tum quia sententia, quae actus publicus est, auctoritate, & scientia publica, & non priuata ferenda est. Tum quia iuris naturalis est, ne quis inauditus, & indefensus damnetur. c Quò fit secundum eos, grauissimè peccare reges, & principes, & esse homicidas, qui aliquem etiam subditum, inauditum & indefensum veneno, aut alio mortis genere interfici iubet, vel beneficiis, officiis, honoribus, aut aliis bonis ad nutum non amouibilibus priuant, sola scientia priuata ducti. Eodem item modo peccare exequutores talium mandatorum, neque excusari obedientia, quam suis regibus id praecipientibus debent: quoniam contra ius naturale, vel diuinum non est eis obediendum. d

B 10 Contra verò non peccare eum, qui secundum allegata, & probata iudicat, quamuis vt priuatus oppositum iustum esse sciat: adeo quòd eum, quem priuè scit innocentem, iuste condemnare possit probatum nocentem, saltem quando quo ad eius fieri potuit, omnia facit vt veritatem cognosceret, & ne de illo casu iudicaret, iuxta S. Thomam. e

C Pro quibus est textus, f Dixi, *Ad nutum non amouibilibus*: quia in aliis secus est, g qualia sunt officia Castellae regia. h Idem quum res notoria est, vel ex natura rei, vel actis constat, nullam condemnando defensionem competere, i quia scientia rei publicè notoria publica est, & non priuata, vt sentit S. Thomas. k Idem quum aliqua magna, & iusta de causa non recognoscens superiorem omittit audire, & vocare reum, vt probauimus alicubi l modo curet allegari, & probari pro parte absente, quacumque possunt. Per quod excusauimus magnum quemdam Monarcham, qui virtute processus in absentia facti, & sententiae sine citatione latae, fecit capite plecti quemdam suorum militum ducem, sibi in alio regno militantem: quia nec capi, nec sine metu rebellionis illius, & magnae patris exercitus, audiri poterat.

D 11 Non autem omnino placet consilium Raymundi probati à S. Antonino m quòd rex, aut dominus, qui suis subditis aliqua de superioribus causis restituere tenetur, & nò potest, aut certè difficile id facere, còdonet eis aliquas operas, vel iura sibi debita in perpetuum, eisve annuam pensionem perpetuam, aut temporariam in id sufficientem super bonis regni constituat: aut aliquid Xenodochii, aliudve opus pium de illorum consensu, si haberi possit, instituat: non inquam, omnino placet. Tù quia impotentia eum excusat per dicta. n Tum quia non potest iura regni diminueri, nec onera augere. o Tum quia non sufficit dare pijs, quod debetur alijs. p Tum quia consensus subditorum in eiusmodi raro est spontaneus, iuxta illud, *Preces Principis iussa sunt.* q Quare securius consilium esset, vt superflua sui status refecando, & parcius viuendo, & à donis gratuitis abstinendo, quantum possit de reditu suo decenter reliqueret, quo debita solueret, & restitueret, iuxta mentem Aristotelis. r & S. Thomae. s

Vigesimoquinto peccat mortaliter rex, qui vt iudex facit aliquid, quod iudici esse mortale mox t dicitur.

De peccatis Iudicis superiorem agnoscentis.

- 12 Iudex vt peccat mortaliter suscipiendo officium, cui est impar.
- 12 Iudex iudicans iniuste, aut accipiens pretium pro sententia etiam iusta.
- 13 Exemptus hodie multo plus subiacet ordinario, quam olim.
- 13 Iudex vsurpans iurisdictionem, non seruans ordinem iudiciorum, vt peccet.
- 13 Iudex male capiens, & victum non condemnans in expensis peccat.
- 13 Iudex non satis studens, nec consulens, affectu condemnans, & miseris non deferens, vt peccet.
- 14 Iudex appellationi nò deferens, vel eà nò admittens, vt peccet.
- 14 Iudex penam legi augens, vel diminuens, vt peccet.
- 15 Appellatio ab interlocutoria in quibus causis criminalibus hodie sublata.

a 2. 2. q. 67. a. 2. b Ibidè & in summ. verb. homicidium. c Cle. pastoralis. §. cateru. de re iud. glo. memorabilis in extraua. 1. de dol. & cas. d Capi. si dominus. ca. qui resistit. 11. qu. 3. & Caiet. in dicto verb. homicid. e In d. qu. 67. art. 2. & alios graues auctores, quos Cai. ibi adducit. f In l. illicita. §. veritas ff. de of. presid. & in c. pastoralis. §. quia vero. de of. de le. & vtrobique còis. g Argu. l. qui potest. in iuris. ff. de reg. iur. h Lib. 1. ordi. tit. 70. i Ca. bona. 1. de elect. vbi Pan. adiuncto c. cù olim. de re iudi. vbi post alios Fel. col. 5. k 2. 2. q. 67. a. 2. & facit ca. ad nostram. de iureiur. l In c. 1. de ca. poss. per gloss. sing. in l. ante pen. ff. in quib. caus. mai. lau. datam. per Rauen. in di. c. 1. & Deciu in c. ex parte. 2. de offic. deleg. col. 2. & c. qaa in ecclesiasticarum decif. col. 9. m 2. part. tit. 2. c. 7. §. 3. n Supr. in ca. 17. nu. 60. o Cap. intelle. ho. cum ei an. not. de iureiur. p Argu. c. ea. te. de iureiur. & ca. cum tu. de vsur. q Glos. in l. 1. ff. quod iussu. l 4. Ethic. s 117. ar. 1. & melius qu. 58. art. 1. ad. 1. t §. seq.



- 15 Iudex sententiam nullam superioris exequens, vt peccet.
- 16 Iudex non obediens Ecclesie, non seruans interdicta. prahendens iudicem Ecclesiasticum, qui eum excommunicauit, cogens absolueri, libertatem Ecclesie minuens, res intra Ecclesiam capiens, vt peccet.
- 17 Iudex extrahens quem ab Ecclesia, approbans falsitatem officiarj, negans damnato confessionem, vt peccet. & 23.
- 19 Ecclesia immunitate gaudet regulariter omnis Christianus tantum, & non alij, & seq.
- 24 Iudex partibus aequales aduocatos non assignans, non visitans carcerem, excommunicatum admittens, clericum suo iudici non reddens, iudicans die festo, iura nimia exigens, fingens quo faminam adeat, procedens sine accusatore, vt peccet, & seq.
- 25 Iudex non inquirens, generaliter, interrogans, & inquirens specialiter.
- 27 Domini terrarum cultarum à Sarracenis eu decimantibus hoc agant.

**D**ICENDVM, quòd peccat mortaliter primò iudex petens, aut suscipiens munus gubernandi, aut iudicandi, quo ita est indignus: vt sit verisimile inde notabile aliquod damnum proximo euenturum, a petea, quæ latè adduximus in prælect. cap. si quando, b ponendo exemplum de eo, qui noscens se contra potentes sententiam ferre non aucturum, iudex efficitur. c

Secundò peccat, qui sciens, aut scire debès, sententiam iniustam ferre, aut iustam ferre negligit amore, odio, precibus, metu vel alia de causa, d cum obligatione restituendi, non solum principale, sed omnes impensas, damnum, & intereffe, quæ ex eo consecuta fuerint, e siue appeller, siue non, f nisi consentiat in sententiã animo reuocandi debitum: de quo intelligi potest Medina, & Et si est Ecclesiasticus, & tulit eã etiam contra conscientia, ipso facto est suspensus, & irregularis: si antequã absoluitur ab ea, celebret. h

Tertio peccat, qui pecuniam accipit, vt bene, vel malè iudicet: aut vt iudicare omittat, i cum eadem obligatione restituendi (vt dictũ est k) ea, de quibus in §. præcedenti: & etiam quod accepit, si pro benè iudicando accepit, iuxta distinctionem positam supra. l \* Adde extrauagantiem quæ incipit: Ab ipso Gregorij x i i. quæ innouat extrauaganti. i. m in quam latè nuper commentati fuimus.

n Adde extrauagantiem. Hæc constitutio est 28. inter Gregorij XII I. constitutiones, quæ est confirmatio & extensio constitutionis Bonifacij VIII. editæ contra dantes vel recipientes siue promittentes, siue promissionem recipientes pro obtinenda aliqua gratia vel iustitia apud Sedem Apostolicam.

13 Quarto peccat, qui iudicat aliquid esse iustum, vel iniustum: etiam si te vera sit tale: sed non habet in id iurisdictionem, co quòd teus est exemptus, licet aliquando contra eum ordinatio concedatur, n quod Concilium Tridentinum o innouauit, & ampliauit in hæc verbã. In civilibus causis mercedum, & miserabilium personarũ clericis secularibus, aut regularibus extra monasteriũ degentes, quomodolibet exempti: etiam si certum iudicem à sede Apostolica deputatum in partibus habeant: in diis verò si ipsum iudicem non habuerint, coram locorum ordinariis tamquam in hoc ab ipsa sede delegatis conueniri, & iure medio ad soluendum debitum cogi, & compelli possint, priuilegijs exceptionibus, conseruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus aduersus præmissa nequaquam valiturũ.

Quinto peccat, qui iudicat etiam rectè: sine tamen probatione sufficienti: siue quia testes sunt suspecti, vel iniuste torti: aut non vidit saltem mediocriter processum, aut probationem legitimam non admisit iuxta S. Thomam, p qui addit peccate quoque eum, qui probationem maiorem necessaria exigit. Pro quibus omnibus sunt cap. ira, q & ca. 2. r Et qui ordinè iuris nõ seruat, \* procedendo sine libello: aut sine cõtestatione litis, vbi sunt necessaria: aut sine dilationibus necessariis, aut superfluas concedèdo, nõ admittendo iustas exèptiones: aut iniustas admittendo, s interrogando ea, ad quæ pars respondere non tenetur. t Et qui in sententia aliqua clausula obscura vtitur, qua condènarus aliquo tẽpore se cõtra iustitiam defendere possit. Et qui appellationem, aut recusatorem, quam non debet, admittit: vel cõtrã, quã debet, non admittit, præsertim propter pre-

ces, aut munera, quod est peccatum quotidianum, a aut differt sine iusta causa expeditiones iudiciorum petitorum.

\* Procedendo sine libello. Multa sunt hic iuris vocabula magna ex parte cuius nota. Obscuriora sunt libellus & litis contestatio. Est autem libellus quædam scriptura in qua continetur nomen actoris & rei, res quæ petitur & causa petendi. Vnde Hostiensis.

Quis, quid, coram quo, quo iure petatur & à quo. Rectè compositus quisque libellus habet vel libellus est formula scripti complectens actionem, & futuræ litis speciem in iudicio. de libelli oblatione est titulus in iure canonico & habetur. a. quæst. 8. per totã & 81. dist. Contestatio autem litis est eius rei de qua controuerfia est apud iudicẽ ex vtraque parte facta narratio testibus præsentibus.

14 Et qui propter pietatis famam pœnam absque facultate id faciendi remittit totam, aut partem, aut eandem auget, vt seuerum se ostendat, b non faciendũ eã in ipsa sententia, vel faciendũ in ea, sed sine iusta causa, & probatur c per Decium post alios, d vbi latius id diximus: & quamuis qui superiorem nõ habet totam pœnam, aut illius partem remittere possit, aut mutare corporalem in pecuniariam, si videt illud in honorem Dei, aut in utilitatem Reip. cessurum: vt cum teus utilis est populo, e & etiam si videt nullum inde damnum publicum emergere, de consensu partis aduersa: si tamen præuidet, vel præuidere debet, occasionem delinquendi per illud præberi, quæ vt plurimum præbetur ignoscendo homicidis, latronibus, iniquis iudicibus, & id genus aliis, grauitè peccat, quamuis pars aduersa in id consentiat. f

15 Et qui sententiam Superioris exequitur, sciens eã nullam esse, & irritam: siue quia errorem contineat intolerabilem, siue manifestam iniustitiam, & Dixi, sciens nullam esse: quia validam ( licet iniusta sit ) exequi potest, postquam procurauerit: ne executioni mandetur, h & qui iubet aliquè sine iusta causa comprehendi, sicuti supra dictum est, i & qui sine iusta causa omittit condemnare victum in impensis petitis à victore, k & qui ignorans ea, quæ ad iudicandum sunt necessaria, quem debet, non consulit. Dubitauerunt quidam viti docti, an omnes in præfatis modis peccandi contenti ad restitutionem teneantur: quibus responsum fuit, quòd sic: quoniam omnis qui damnificat proximum aliqui contra legem iustitiæ specialis agendo, tenetur restituere damnum, vt diximus, l & per modos peccandi præcedentes peccatur contra leges specialis iustitiæ. Admonemus tamen, quòd qui per dictos modos peccat tenetur quidem restituere id, in quo contra iustitiam læsit: non autem ea omnia, in quibus malè iudicat: sed tantum in quibus iustitiam specialem læsit, vt qui contra ordinem iuris, vel dilando, vel abbreviando, vel malè concedendo, vel negando appellationem lædit, solum restituat id, in quo sic lædit: non autem omnia, in quibus cõdemnauit, vel absoluit, &c. qui autem assessorem habet: & quem debet consulit, & eius consilium secutus malè iudicat, non peccat: assessor autem, & cõsultor sic, cum obligatione restituendi, m qui verò mortali odio, malõve animo aut sine ( licet alioqui iustè ) aliquem damnat morte, mutilatione, vel alia pœna, n quamuis peccet, non tamen tenetur restituere, secundum mentem vtriusque Thomæ, o quia non peccat contra leges specialis iustitiæ, sed caritatis, vel alterius virtutis, quæ communiter non obligat ad restitutionem. p

Adde, quòd Concilium Tridentinum q sic circa hæc statuit. In causis visitationis, & correctionis, siue habitatis, & inhabilitatis, nec non criminalibus ab Episcopo, seu illius in spiritalibus vicario generali ante definitiuam sententiam ab interlocutoria, vel alio quocumque grauamine nõ appelletur. Circa quòd nota primò, cõsonare illud iuri antiquo quo ad causas visitationis, correctionis, habitatis, & inhabilitatis. r

Nota secundò, quòd dissonat illi, quo ad causas criminales: & videtur solum esse locus ei in criminalibus, quæ tractantur coram Episcopo, & vicario generali eius: & non in eis, quæ tractantur coram inferioribus, vel delegatis à Papa, Legato, vel Episcopo. Tum quia proxiimum illius habet id statui in auctoritatem Episcoporum: quòd libentius resideat in suis Episcopatibus. Tum quia verba sapientius reperita solum loquuntur de Episcopis, & vicariis eorum, & non quibuscumque: sed tantum generalibus. Tum quia est \* ius correctorium, & nouum, per quod non recedimus ab antiquo, nisi quatenus in eo exprimitur. s

a Per capus non est putand da. 1. q. 1.  
b Except. 11. cum trib. seq. de rescript. & in cap. inter verba conclusi.  
c Contra ca. 7. Eccles. d Cap. si quis dixerit. c. qua inor. 11. qu. 3. e Capi. fin. de de iniur. f Gloss. c. pasto in §. quia ve ro. de off. de leg. communi ter recepta. g In C. de res. sit. qu. 3. can. 7. in fin. h Cap. 1. ro in dic. lib. 6. i Capi. in bo. mu. cum 4. seq. 1. qu. 1. k In c. 17. nu. 23. cum seq. l c. 17. num. 23. m De sent. excom. in cor. communi. n Capi. 1. de prin. lib. 6. o Sess. 7. cap. 14. de reform.

p 2. 2. qu. 60. artic. 3. & 6. q. 11. qu. 3. r De prob. & ca. ad not. stram. 3. iust. gl. aut penult. de in rem. s Clem. sape. de ver. signif. x Glo. magna cap. 2. de con. fess. lib. 6.

a S. Anto. 3. par. 1. q. 2. cap. 14. §. 2.  
b S. Th. 2. 2. q. 67. a. 4. ad 2am. 3. par. 1. leg. iud. quom tum ad pors nam iudic. q. 4. art. 4. §. Anto. 3. p. 2. 29. cap. 1. §. 7. c Per l. rescriptum. §. de pe. c. l. quid ergo. §. pona grauior. §. de in. qui mot. in fa. d In c. m. §. de adulterio. de iudic. e l. ad bestiam. §. de pen. & Alex. ad vbi supra. f Cuius in fin. verb. iudic. peccato. g Gloss. recept. c. pastoralis §. quia vero. de off. de leg. Alex. A. len. 3. p. tra. 11. de quom 10 præcepto membr. 1. ar. 4. circa fin. h Per d. 1. §. quia vero. & supra d. i. Capi. 15. num. 14. k Cap. cabim niam. de pe. l. prop. lib. 5. in manu alteratra. C. de ind. l supra cap. 17. num. 6. & seq. & in tractat. de re disib. eccles. qu. 2. mem. 2. & 7. num. 8. m Ca. p. 1. tam. §. off. rom. de in. lib. 6. Tam. & Am. in. 1. ma. mot. de homic. & De ci. post. & te alioz in. consilij. §. de rog. in. n Per ca. vnu minister. na. qu. 5. & mul. ta ibi per nos nuper addu. cta. o 2. 2. qu. 40. art. 1. p Per in d. 200. d educatur. q Sess. 12. §. 2. de reform. r Per c. licet. de off. ord. & c. reprehensibilis. de off. cum eis dunt. tas. s l. præcipio. Co. de appell.





a In l. qui ve-  
fitu re. ff. de  
rei vend.  
b Ar. l. 3. ff. de  
app. c. ad.  
nostra eo. tit.  
c Arg. ca. per  
tuas. de sent.  
excom. c. ca.  
folat. eo. tit. d.  
d Ca. regum.  
23. q. 5. Rich.  
in 4. di. 15. ar.  
5. qu. 4.  
e Capit. 2. de  
maior. c. o-  
bed. c. 1. 11.  
qu. 3.  
f Clement.  
gravis. de sit.  
excom.  
g Capit. 1. de  
bis qua vi-  
met. li. 6.  
h Ca. quicun-  
que. de sent.  
excom. lib. 6.  
de qua infra  
cap. 27. nu.  
99.  
i Capit. eos. de  
imm. eccl. l. 6.  
lc. 2. de re. ec.  
de non alien.  
l. 6.  
l c. idigne. 11.  
qu. 1.  
m Per ca. de  
nuit. c. si quis  
contumax.  
c. ca. 1. 1. nu.  
17. qu. 4.  
n Libr. de im-  
munis. eccl. l.  
o Gon. 11. c.  
di. Remi.  
ubi supra am-  
plia. 1. 2. c. 3.  
p Capit. quis  
quis. 17. q. 4.  
q Ar. ca. cum  
pro causa. de  
sent. excom.  
1. d. ca. si quis  
contumax.  
Pan. in c. pen.  
de immunit.  
eccl. l.  
s Ex Remi. v-  
bi supra ab d-  
pliar. v. usque  
ad 15.  
t Ca. id consti-  
tuimus. 17. q.  
4. l. mo. c. eo  
manus in d. c.  
inter alia. de  
immunit. eccl.  
v. d. quisquis  
x Ca. sicut an-  
tiquis. c. c.  
quisquis. 17.  
q. 4.  
y Conf. 35.  
z In d. c. cum  
pro causa.  
a Pa. in c. p. e.  
c. 2. de im-  
mun. eccl. l.  
b Hoff. c. co-  
munis in cap.  
sante. de celeb.  
mis. c. Remi.  
ubi supra am-  
plia. 18.  
c And. Sicul.  
de pass. Car.  
qu. 9. part. 3.  
d Remig. ubi  
sup. amplia. 1.  
e d. c. inter al-

\* Ius correctorium. Illud est ius correctorium quo veteres leges & iura corriguntur & emendantur, atque adeo aliqua ex parte abrogantur.

Nota tertio quod iura remouetia appellationem in aliquot casibus, & admittentia regulariter in omnibus iuxta glossam singularem a solum procedunt in foro exteriori, quia in interiori iudex, qui grauat, peccat non admittendo appellationem, vel alia via grauat non remouedo: siue sit casus, quo liceat appellare, siue non. b Qua in re quamplurimi litigantes, & aduocati, ac procuratores eorum, passim grauisime peccant cum obligatione restituendi.

Nota quartò quod ad hoc, vt iudex peccet, non admittendo appellationem, & pars appellando, non requiritur, quod sententia sit iniusta, secundum acta: sed sufficit, quod credatur esse ipsa re iniusta, & per agenda de nouo possit monstrari esse talis. c

Sextò peccat mortaliter, qui peregrinos, viduas, pupillos, & alias miseras personas negligit notabiliter preferre aliis in iure sibi reddendo. d Et qui iudex secularis mandatis Papæ, aut aliorum prelatorum non parat, aut eorum excommunicationes, aut interdicta, vt debet, non seruat. e

Septimò peccat, qui cogit, aut precipit tempore interdicti celebrare: aut ne denunciati excommunicati è diuinis officiis egrediantur: & est excommunicatus. f Et qui vi, mercede, vel abolutionem extorquet: aut excommunicationem, aut interdictum reuocari facit. g Et qui facultatem facit comprehendendi, aut vexandi iudices Ecclesiasticos in personis, aut bonis: eo quod contra ipsum censuras tulerunt, vel suo iustitiam non paruerunt. h

Octauò peccat, qui prohibet subiectis, ne vendant, vel emant ab Ecclesiasticis: & est ipso facto excommunicatus. i Et qui compellit, vt bona immobilia, aut iura Ecclesiæ subiciantur laicis: aut ad eosdē transferantur. k Et qui iubet capi cruce, ornamenta, libros, aut alia Ecclesiæ bona. l

Nonò peccat, qui extrahit, aut vult, vel iubet extrahi per vim ex loco sacro eos, qui ad illum confugerunt, m per multas leges regias citatas à Don Remigio à Gogni Pampiloni, n & per leges Lusitanie circumspectissimas. Pro cuius rei notitia dico quatuor. Primum, quod per locū sacrum hoc in loco intelligitur quilibet Ecclesia, capella, basilica, eremitorium, & quodlibet aliud sacellū, pro missa dicenda, episcopali auctoritate constructum, sine qua destrui non potest, iuxta mentem Cardinalis. o Cæmeterium item, quod est locus per episcopum sepeliendis mortuis sacratu: siue sit continuum, siue contiguum Ecclesiæ, siue ab ea separatum. p Dormitorium item commune clericorum, & religiosorum. q Et ianua, & porticus Ecclesiæ, aut cæmeterio adnexa. r Claustrum item, & pavementum, licet spatium plusquam 30. passuum contineat. s

Domus item episcopalis: quamuis ab Ecclesia seiuncta sit. t Domus etiam Ecclesiæ ad habitationem clericorum intra 40. aut 30. passus constructa, aliis non, nisi alicui capellæ adnexa essent. v Spatium item 40. passuum in circuitu Ecclesiæ maioris, & 30. in circuitu Ecclesiarum minorum, x vt affirmat Oldradus y & Felinus. z Admonemus tamen nullo in loco hoc seruari, nisi quo ad fines cæmeterij, forium, claustrorum, graduum: & sic videmus plus obseruari opinionem, quam ridet ibi Oldradus quam suam. Hospitale item episcopali auctoritate constitutum. a Et presbyter, qui desert sanctum sacramentum extra Ecclesiam. b Cardinales etiam hoc privilegio vtuntur: quod tamen nullo iure scripto probatur, quamuis fortassis sic non scripto consuetudinis, c & à fortiori eo vtentur Imperatores, Reges, & ipsorum Regia: quamuis non ipsorum statua, neque domus aliorum magnatum, nisi privilegio donatorum. d In vrbe tamen nulla Ecclesia vtitur hac immunitate aduersus iudices etiam seculares Papæ: licet domus Cardinalium cum certo ambitu, & legatorum regum, & Rerump. ea gaudere videamus.

Secundum, quod hac immunitate gaudent omnes. & soli Christiani liberi, qui ad prædictum locū sacrum, siue ob delicta, siue ob debita confugiunt. e Et etiam serui, ob delicta, que grauisimè à iure puniri possunt, confugiētes: aut ob seruitiam dominorum: aliis non: & ideo suis dominis reddi debent: præstita tamen cautione saltem iuratoria, a. ubi Panorm. numer. 4. c. Remig. ubi supra.

A de non sciendo in eos. a

Tertium, quod ex hoc infertur, hac immunitate gaudere excommunicatos, interdictos, & suspensos iuxta Imolā, Bonifacium, & communem: b quia non excipiuntur à regula prædicta. Et eadem ratione, qui de licentia custodis carceris, vel sine illa, etiam violato iuramento de non egrediendo è carcere, confugit: quia licet teneamus, c quod iustè in carcerem coniectus exiens à carcere, præstito iuramento de redeundo, teneatur redire: per vim tamen educi non potest. d Et etiam, qui violato carcere confugit. Et qui comprehensus per locum sacrum ducitur, e etiam si iam damnatus ad supplicium ducatur: quia iam est intra eam receptus: & à fortiori, qui à iustitiæ ministris fugiens in eam est ingressus. f Gaudet etiam percutiens clericum, aut occidens. & consequenter omnis factilegus, qui in loco sacro non committit, quidquid relati per Remigium g dicat sine textu, & iusta ratione: cum à regula prædicta non inueniantur excepti. Exules item, siue banniti, etiā ita, vt impune occidi possint: & obligatus ad reddēdas rationes: & mercator, qui decoxit, aut fidem sefellit: & qui transfugit ad hostes, quidquid dicat relati à Remigio, & quos ipse sequitur, h modò non delinquant in Ecclesia, neque alia delicta excepta committant: quia non est textus, nec vlla ratio firma, que eos à prædicta regula excludat.

Quartum, quod non gaudet hac immunitate Iudei, Mauri, Pagani, hæretici, & alij infideles: nisi quando confugiunt, vt verè fideles efficiantur, i neque blasphemus, iuxta Nicolauū Boërium, k & alios quos refert, & sequitur Remigius. l Quod nostro iudicio non probatur, per rationes dicti Nicolai malè digestas: cum (quidquid ille dicat) certum sit blasphemum, quatenus tantum talis est, nō esse hæreticū, iuxta vtrumque Thomam receptū, m & si vna cum blasphemia hæresis teneretur, non quidē, qua parte est blasphemus: sed qua parte est hæretic⁹, & infidelis, desinit gaudere hac immunitate. Nō itē gaudet viarū grassator, neque nocturnus segetum, & aliorum fructuū vallator. n Neque qui occidit, mutilat, vel aliud graue crimē in loco sacro admittit, o iuxta communem, quam copiosè tractat prædictus Remigius, quia à prædicta regula excluditur per iura prædicata. Nec refert an delinquant cum spe immunitatis, an sine illa. p Quod quamuis sit contra communem in theoricis: est tamen in praxi receptum, q quod Lusitania nō seruat, cuius leges ita distinguere videntur. r

Neque qui insidiosè occidit, aut animo occidēdi percutit iuxta comunem, s quam prædictus Remigius copiosè refert, t quamuis sic, qui absque tali animo percutit, secundum ius commune. Sed iuxta leges Lusitanie vsu receptas, nemo qui alium de proposito, vel in duello occidit, aut percutit, hac immunitate gaudet. v Nemo itē ea gaudet, qui ex Ecclesia alterū extra Ecclesiam existentem percutit: neque contra, qui existens extra illam existētē in illa percutit, x qui in Ecclesia dicitur delinquere. Neque qui existens intra Ecclesiam iussit extra Ecclesiam delictum fieri, quo ad delictum, quod iubēdo committit: quia in Ecclesia patratum fuit: quamuis sic, quo ad delictū patratum ex iussu suo. y Neque qui eū, qui in Ecclesia erat, per vim extrahit, saltem per vestes trahendo: quia in Ecclesia delinquit. Neque qui extrahi eum iussit, quo ad delictū quod in hoc commisit: quamuis sic, quo ad delictum, quod interficiendo, aut percutiendo post eum extractum, committeret: z quia hoc extra, & illud intra commissum est. Neque qui ipōte egreditur. a Neque is, quē Papa educi iubet. b Neque persona Ecclesiastica, c iuxta Panormitanū vsu receptum.

Quod videretur limitandum quo ad iudicem Ecclesiasticum, non autem quo ad iudicem secularem, quem arbitrator non posse extrahere ab Ecclesia clericum in minoribus constitutum, etiam ob delictum: licet quo ad illud post Concilium Tridentinū d habeat in eum iurisdictionē. Neque qui ex Ecclesia se iniustè defendens, pugnat: quia intra Ecclesiam delinquit. Neque qui propè Ecclesiam delinquit, animo ad eam confugiendi iuxta Hostiensē, e quamuis quo ad Lusitaniam, nihil refert, propè Ecclesiam, aut longè delinquit: sed an casu, aut data opera id faciat, f neque etiā secundum ius commune, nostro iudicio. Tum quia, non est textus, qui ita distinguat. Tum quia, supra proximè secuti sumus opinionem Panormitani dicentis, nil referre, an qui

a Lux. Panor.  
c. commun.  
in d. c. inter a-  
lia.  
b In elem. 1.  
de pen. c. re-  
miss.  
c Cum glos.  
fug. elem. pa-  
storalis. ver-  
bo per violen-  
tiam de rei in-  
d. Step. decif.  
capit. Thol.  
422.  
d Nic. Bo. de-  
cif. 100. collat.  
2. c. commu-  
ni. contra Ar-  
chid. in c. sicut  
1. 17. q. 4.  
e Remig. ubi  
supra fal. 31.  
g Fal. 32. c.  
34.  
h Fall. 37. c.  
duabus sequ.  
i l. 1. cum glo.  
C. de his qui  
ad Eccles. con-  
fug. Nico. Bo-  
er. decif. 100.  
k In d. decif.  
100.  
l Vbi sup. fall.  
24.  
m 2. 2. qu. 13.  
n art. 1.  
o Ca. inter a-  
lia. de immu-  
n. eccl. l.  
p Ca. de im-  
mun. eccl. l.  
q Secundum  
Pan. in d. ca.  
fin.  
r Secundum  
Stepha. in d.  
ci. 422. capel.  
Tholof.  
s Lib. 1. ordi-  
tis 4.  
t c. 1. de homi-  
cid. contra Pa-  
normit.  
v Vbi supra  
fal. 11. c. du-  
bus sequ.  
x Lib. 2. ordi-  
tis 4. c. 3.  
y Lux. Panor.  
c. communē,  
in d. c. fin.  
z Remig. ubi  
supra fall. 3.  
a Remig. ubi  
supra, à fal.  
4. vsque ad  
11. 9.  
b Lux. Ho-  
sti. c. commu-  
nem in d. c. fi.  
c Capit. vxor  
falicis. 17. qu.  
4.  
d In d. ca. fin.  
e Sess. 23. ca.  
6.  
f In sū. de im-  
mun. §. in quā-  
sum m. d. c. a-  
lios quos refe-  
ri c. sequitur  
Remig. ubi su-  
pra fall. 2.  
g In 2. ordi. 1.  
4. §. 3.



in Ecclesia delinquit, id faciat cum spe immunitatis eius, vel sine illa. Neque etiā gaudet, qui ab Ecclesia spōte egreditur, licet subdolis aliquorum verbis deceptus: quāvis qui promittit reddere Ecclesia, aut eiusmodi dolis vitur (sive sit iudex, sive alia persona particularis) ad fidē seruandam tēneatur, vt videtur æquus, iuxta relata per prædictum Remigium. <sup>a</sup> Neque qui comburit, aut deicit Ecclesiam: quia in ea delinquit, <sup>b</sup> quidquid dicant relati à Remigio. <sup>c</sup>

23 Decimò peccat mortaliter, qui cōsentit suis officariis aliquo dolo, vel falsitate in notabile partium damnū vtenibus: quia facientes, & consentientes, pari pœna plectuntur, <sup>d</sup> aut non seruat consuetudines, & statuta, quæ se seruanturum iuravit: si sint licita, possibilia, & non derogata saltem per consuetudinem contrariam. <sup>e</sup>

Vndecimò peccat, qui damnato ad mortem nō permittit locum suscipiendi sacramentum pœnitentiæ ab eo petitum: nec contraria eum cōsuetudo excusat, <sup>f</sup> idem esse de facta communione tenet ibi glossa communiter recepta, quam latè Raennas defendit, & quæ tamen in Gallia non obseruatur, secundum Stephanum <sup>h</sup> & Robertum Gaguinum, <sup>i</sup> dicentes negatā fuisse Comestabili Gallia Ludouico Luxemburgensi, quando anno 1475. iugulatus fuit. Neque etiam in Hispania: & quidem nō malè nostro iudicio (quamuis prædictus Raennas cum communi oppositum teneat) vt <sup>k</sup> pridem defendimus, eo quod ita fieri expedit ob multa: ne executio sententiæ criminalis differatur, plusquam differri oporteret: si ea cōdemnato tribueretur. Tum quia irreuerentiæ esset sumere supplicium de aliquo eo ipso die, quo communicauit: cum nō constet species sacramenti esse digestas. Tum quia non est tanta ratio concedendi hoc sacramentum, quanta pœnitentiæ, cui suscipiendæ prædicta clem. præcipit dari locum. Est tamen consuetudo vrbis (vt diximus alibi <sup>l</sup> digna maxima Maximorum Pontificum prudentia quam orbis imitari deberet, vt dānato ad mortem denunciatur sententiā post mediam noctem, vt liceat ei confiteri, & cōmunicare ante quatuor horas, quam ducatur ad mortem: & (si liberit) etiā testari: vt iam corrupta tanto temporis spacio panis specie, sine vlla irreuerentia sacramenti cum magno eius fructu moriatur semper victurus, Amen.

24 Duodecimò peccat, qui coram se litigantibus æquales aduocatos, & procuratores ex eis, qui corā se aduocati, aut procuratoris munere vtuntur, non concedit, cum damno notabili alterius partis, <sup>m</sup> præsertim personis miserabilibus: quibus interdum etiam non petentibus prouidere debet. <sup>n</sup> Imo & interdum sine stipendio, scilicet, quando soluere nequeunt, & aduocati sine tali stipendio illis patrocinarī possunt. <sup>o</sup>

Decimotertiò peccat mortaliter, qui non visitat carceres, aut non procurat, vt in eos coniectis necessaria vitæ suppeditentur, cum illorum damno notabili, <sup>p</sup> aut in suo iudicio excommunicatum admittit in actorem, aduocatū, aut testem, contra superioris iussum, aut iustam partis requisitionem, <sup>q</sup> Dixi, *Contra, &c.* alias enim non videretur nobis plusquam veniale, si ex eo damnum notabile alteri non sequatur.

Decimoquartò peccat iudex laicus, qui nō restituit statim Ecclesiastico captum dicentem se esse clericum, si eum in habitu clericali inuenit, aut manifestò constat eum clericum esse, & est excommunicatus. <sup>r</sup> Dixi, *In habitu clericali*: alioqui enim non tenetur reddere Ecclesiastico, donec ei de clericatu constet, <sup>s</sup> nec tunc si est clericus coniugatus: nisi prober, quod vnā solam, & virginem vxorem duxerit, & habitum, & tonsuram clericalem gestauerit. <sup>t</sup>

Ad nouè autem quæsitum respondeo, peccare iudicem laicum capiētem clericum, qui vi abstulit ab eo processum, & retinentem, donec illum restituat, si post factum delictum, vel in flagranti eum capiat, & non remittat ad iudicem Ecclesiasticum infra tempus debitum <sup>v</sup> per notata à Panormitano, Aretino, Felino, & Decio, qui dilucidius aliis hoc resoluit. <sup>x</sup>

25 Decimoquintò peccat, qui die in Dei honorem feriato testem iurare facit, aut aliquem alium actum iurisdictionis exercet qui non esset meræ executionis, <sup>y</sup> nisi necessitate excusetur. <sup>z</sup> Et qui accipit plusquam valet cetera, & labor sigilli signandi, secundum Gabrielem <sup>a</sup> quod non fer-

uatur, nec est verum, vbi est lex, aut cōsuetudo, quæ contrarium inducit, quidquid ille sentiat. <sup>a</sup>

Decimosexto peccat, qui fingit aliquid, quo eat, aut mittat ad accipiendum testimonium alicuius tœminæ: & est excommunicatus. <sup>b</sup> Aut ex officio suo procedit sine petitione partis, ad vtilitatem priuatam, aut etiam publicam, in delictis sine accusatore: exceptis casibus, in quibus id ius permittit, qui sunt multi secundum multos, quos nos quasi ad vnum reduximus, <sup>c</sup> scilicet, quando principaliter intenditur cohibitio malorum futurorum, & materiæ illorum generaliter.

26 Decimoseptimò peccat, qui cessante iusto impedimento omittit visitare, aut inquirere, ad noscendū delinquentes, & delicta sui territorij, & illud eis expurgandi. <sup>d</sup> Et qui in huiusmodi visitatione, & inquisitione generali interrogat quemquam speciatim, an ille, vel ille, illud, aut illud delictum fecerit. Et qui generaliter edicit, aut speciatim adiurat quemquam, vt notum faciat sibi quidquid scit, sive sit occultum, sive publicum: quia non debet velle, vt quidquid scitur sibi dicatur, sed solum illud, quod est notorium, vel famosum, per dicta supra. <sup>e</sup> Et qui procedit per viam inquisitionis cōtra aliquem particulariter: vel interrogat de sociis contra supra dicta. <sup>f</sup> Aut facit, vel consulit aliquid eorum, in quibus supra eodem, reges, & monarchas mortaliter peccare dictum est.

27 Ad nouè autem quæsitum respondeo, Dominos terrarum, in quibus prognati à Sarracenis degunt, & omnes reditus Ecclesiasticos capiunt, teneri ad dandā congruam sustentationem parochis Ecclesiasticis, & ad denunciandum sacrosanctæ Inquisitionis officio eos, quos nouerint cæremoniis Mahometicis vti, per mandata inquisitorum, quæ in hoc sæpe fiunt.

*De peccatis Aduocatorum, & Procuratorum.*

28 *Aduocatus, vt mortaliter peccat, necessaria ignorans, aut fouens litē iniustam: aut est in causa, quod aduersarius suam iustam causam perdat: aut ob nimias dilationes, & illicitas subornationes testium, notabiliter illi officit, &c.*

29 *Aut aduersario secreta sue partis pādīt: aut pauperi non subuenit.*

30 *Aut stipendium immoderatum, aut ex eo, quod non debet accipit, aut aduersæ parti fauet: aut de suo stipendio sic, aut sic conuenit.*

30 *Præuicator est aduocatus, qui parti aduersæ fauet.*

30 *Stipendium aduocati quale iustum, quando in pactum deduci potest.*

**D** I C E N D V M primò, quod mortaliter peccat aduocatus, qui non existens ad id idoneus procuratur, <sup>h</sup> & ita peccat, qui sine iuris peritia id facit, nisi ob defectum iuris peritorum id faciat ad tribunal, in quo patrocinator mediocriter instructus ex libris sermone vulgari scriptis. <sup>i</sup>

Secundò peccat, qui defendit causam, quam scit esse iniustam, cum obligatione restituendi damna parti aduersæ, & etiam suæ, si eam id non admonuit. <sup>k</sup> Et qui licet nesciat eam omnino esse iniustam: magis tamen reputat esse iniustam, quàm iustam. <sup>l</sup> Et qui à principio credit iustā, & non desistit, postquam nouit non esse talem: quia quamuis aduersario id indicare non debeat, neque secretum detegere: à patrocinio tamen suæ partis desistere debet, & ei suā sententiam declarare: immo & inducere eum ad concordiam honestam. <sup>m</sup> Quamuis si causa est dubia ob varietatē opinionum magnorum virorum, aut ob diuersos intellectus legis, qua est decidenda, poterit ad finem vsque sine peccato profequi, si pars sua id admonita voluerit. <sup>n</sup>

Tertiò peccat, qui notabili sua negligentia, aut ignorantia, partis suæ causam iustam perdit, cum obligatione ad damna, & interesse, <sup>o</sup> si pro doctore se gerit, & pars eius ignoratiam ignorat: aliàs secus, nisi sit in dolo, vel lata culpa, iuxta mentem Innocentij, <sup>p</sup>

Quartò peccat, qui facit aliquid, quo causam iustam aduersarius amittat: aut infert ei aliquod damnum notabile petendo superfluas dilationes, dādo, aut subornādo partē,

<sup>a</sup> Vbi supra. fall. 25.  
<sup>b</sup> Capi. fin. de immu. eccl. c. Vbi supra.  
<sup>c</sup> Capi. 1. ad Rom. c. 1. de off. deleg. & clement. 2. §. novarij de heret.  
<sup>d</sup> Capi. 1. de iur. iur. l. 6. §. Clem. 1. de pœn. & remig.  
<sup>e</sup> In tract. incip. Valere, in fine alphabeti aurei.  
<sup>f</sup> De potesta. eccl. casu. 118.  
<sup>g</sup> In vita Ludouici. XI.  
<sup>h</sup> in d. clem.

1 In Enchiridio de or. cap. 21. num. 11.

m l. prouidentum. C. de pot. stul.  
n l. nec quidquam. §. fin. ff. de offic. pro. conf.  
o Sylue. v. p. aduocatus. q. 18.  
p Arg. l. iudices. C. de episc. co. aud. & ca. p. sc. 80. dist. q. Ca. de corni. mus. de sent. excomm. libr. 6. §. innoc. in c. 1. de offic. pr. din.  
r Ca. si iudex de sent. excō. lib. 6.  
s d. c. si iudex. & ibi omnes  
t Cap. 1. de cleric. coniug. li. 6.  
v in c. eum nō ab homin. de iud.  
x à num. 10.  
y Ca. 1. §. fi. de feris.  
z For. ad. ca. & ibi annota. 2.  
a In 4. lib. sen. ten. dist. 15. q. 2. art. 4. d. n. p. 4. lit. R. S.

<sup>a</sup> Arg. c. fi. de consuet. & cap. ad Apostolicam. de regula. quid quid respondens.  
<sup>b</sup> Ca. multas. res. de iud. c. in d. c. in uerba. c. 1. 6.

<sup>d</sup> Arg. l. con. grui ff. de off. pr. §. c. 1. de off. pr. cum anuo.

<sup>e</sup> Capi. 18. m. 59.  
<sup>f</sup> Capi. 18. m. 58.

<sup>g</sup> Arg. a. de monachis. de prabend.

<sup>h</sup> l. c. v. m. C. de adu. di. uer. Panorm. in rubr. de pot. stul. Bart. in l. 1. ff. eod. §. Thoma. 2. 2. q. 71. art. 2. i Arg. l. c. v. C. de iud. & gl. ca. ad mediantiam. de consuet. k Arg. a. ad Ro. c. 1. de off. deleg. l. Ant. Buri. in c. Breuid. iur. m S. Th. 2. 2. q. 71. art. 3. n Sylu. v. p. aduocatus. q. 10. o l. idem in r. §. 1. ff. ad. Aquil. & Hlo. stin. in c. calumniam. de pœn. p In c. siem di. gnum. de hom. mic. quem in hoc applicat. Syl. v. p. adu. cas. qu. 24.





a Hofl. in d. c. calumniam. commun. receptum.  
 b Summa cōfess. l. 2. tit. 5. c. Glof. cap. ne quis. 22. q. 2. d. Glof. c. domin. 23. q. 2. c. Arg. d. c. ne quis.  
 f. l. 1. §. si is qui. ff. ad leg. Cor. de fals. g. Cap. p. m. f. c. 86. d. f.  
 h. Ca. preced. & ser. S. Tho. & declarat. Caie. 2. 2. q. 71. ar. 1.  
 i. Depa. & remiss. §. quibus vers. quid de advocat.  
 k. Ver. aduoca. tua. q. 10. in su. is summis.  
 l. Ca. non san. d. 14. quas. 5. m. l. 1. ff. de pranaric. ad. sun. doctrina Bar. ibidem.  
 n. l. 1. §. in ho. norariis. ff. de var. & extra. ord. gl. ca. non licent. 11. q. 3. o. Capi. infam. 5. prate. rea. 3. q. 7.  
 p. Ar. no. in c. is qui. & cap. tua de spons. q. Contra le. sumptus ff. de pact. l. item. C. de procur. & §. arcentur. 3. q. 7.  
 r. Glof. l. sur. p. m. ff. de pa. s. iuxta Ale. xan. in d. l. 1. ff. de var. & extra. ord.  
 t. iuxta Salio. r. d. in di. l. litē.  
 v. Ca. calum. niator. 2. q. 3. c. calumniam de poen. c. f. de dol. & contū. x. Ar. c. si que. 2. q. 3.  
 y. Inno. in ca. quia plerique de immu. ec. clof. communi. ter receptus.  
 z. Ca. cum mi. nister. 23. q. 5. cum ibi a no. bis late nota. tis.  
 a. Angel. ver. accusat. §. 4. b. Arg. c. pro. ut. de dol. & contumelia. auth. qui se. mel. Co. quo. modo. & qua. do.  
 c. Arg. c. super. eo. cum glof. de cogn. spiri. d. l. transg. G. de transa. iuxta comu. nē intellerū.

aut testes, ne verum fateatur, aut id genus aliis modis, cum obligatione restituendi omnia damna, & interesse. Et qui facit presentari instrumentum, aut testes falsos, aut allegat iura falsa, aut asserit aliqua, quæ scit esse falsa, b quamvis possit prudenter occultare, & tacere id, quod ius suæ partis impedire potest, c & honestè simulando suum aduersarium fallere, d absque tamen mendaciis. e

29 Quintò peccat, qui aduersario indicauit secreta, notabilis momenti suæ partis, f cum obligatione restituendi damna. Et qui non subuenit pauperi in extrema necessitate sui auxiliij constituto, eo quòd ex defensione illius causæ vita ipsius aut suorum pendeat, g & aliàs non, per dicta supra: h quia non tenetur magis ad faciendam elemosynam de sua arte, quàm diues de suis bonis, quidquid dicat Hostiensis i Angelus, Rosella & Syluester. k

30 Sexto peccat, qui stipediū exigit de eo, propter quod nõ debetur, vel notabiliter maus debito pro patrocinio. l Peccat etiam, qui parti aduersæ publicè, aut secretò fauet, quod est præuicatore agere. m Stipendium verò, siue honorarium moderandum est iuxta magnitudinem causæ, & laboris, & scientiæ, & consuetudinis regionis. n Conuentio autem non est facienda in medio litis, sed in principio, vel fine, o quamuis verè iusta sine vi, & scandalo facta, non videtur peccatum, saltem in foro consciētæ: quia in ea cessat præsumptio, qua in hoc casu nititur forum exterius. p

Septimo peccat, qui conuenit, de quota parte litis, puta dimidia, aut tertia, aut quinta, aut decima cõtra iura q quibus id veratur, ne præbeatur occasio, volendi per fas, & nefas vincere. Idem si paciscatur, vt victa ea tantum sibi soluatur, r quamuis sine peccato conuenire potest, vt sibi certa quantitas iusta pro suo labore soluatur, siue vincat, siue non, iuxta communem in dictis legibus: immo & de certo aliquo palmario sibi dando, præter stipendium, si vicerit, s modo sit moderatum. t

*De peccatis Accusatoris, Denunciatoris, & Custodis.*

31 Actor, aut accusator, vt peccat mortaliter, mouens aut prosequens litē iniustam, aut ob malū finem: sententia iniusta vtens, discedens à lite, aut falsò iurans, mentiens etiam pro iusta lite, non accusans, iurans non accusare, num. 32.

33 Denunciator vt mortaliter peccat denunciando, quod, aut quo fine, vel modo non debet, aut non denunciando, quod debet, cum exemplis.

33 Denunciator secum, & cum alio teste probat.

34 Custos, apparitor, & Merinus, vt mortaliter peccent, non accusando inuentum, aut damnum non intimando, aut non restituendo hoc, & hoc.

**D**E iis dicimus primò, quòd peccat mortaliter, qui accusat aliquem in iudicio criminis falsi: vel petit debitū falsum, cum obligatione restituendi omnia damna inde secuta, v aut ignoranter, sed simul ac nouit illud esse falsum, non desistit, x & qui etiam post definitiuam sententiam pro ipso latam, nouit suam causam iniustam fuisse, & non restituit, quod per illam accepit. y

Secundò peccat, qui accusat aliquem veri criminis, vel petit verum debitum, animo tamen, vel fine malo mortaliter: sed non obligatur ad restituendum. z Dixi, Mortaliter: alias enim tantum venialiter peccaret. a

Tertiò peccat, qui post citatam partem, \* nõ renunciat lite procurat eam suspendi contra voluntatem aduersarij. b Aut deserit causam spiritualem contra ius. c

\* Non renunciat lite. Renunciare est cedere libere omnibus his quæ pro se introducta sunt vnde tunc lis renunciata dicitur, cum actor nihil iuris amplius se in foro prosequi velle protestatur.

32 Quartò peccat, qui paciscitur, aut transigit in causa criminali adulterij, vel alius criminis, in qua poena sanguinis non est imponenda, d quamuis nostro iudicio, si ex eo damnum Reipub. aut proximi non sequeretur, in foro cõscientiæ non esset mortale: quia causa principalis, quare id veratur, videtur esse damnum, vel scandalum publicum, quod inde nascitur, & ita cessante illa videtur cessare pro-

A hibitio. a In omnibus autem casibus esset mortale, si transactio fieret interueniente periurio, vel mēdacio pernicioso, b & etiam si ob discessionem à lite iniusta quidquam accipit, cum obligatione restituendi. c

Quintò peccat, qui ad obrinendum, in causa iusta iuramentis, instrumentis vel testimoniis falsis vitur, sine obligatione restituendi. d

Sextò peccat, qui omittit accusare aliquem, cuius delictum in magnum damnum spirituale, aut temporariū Reipub. redundat: & aliàs id impediti non potest, e quod plurimum commendat ibidem Caietanus. Idem de eo, qui iurat, aut promittit non accusare, de peccato mortali nondum patrato, aut eum iniuste accusare. f Dixi, Nondum patrato: quia secus de patrato. g

33 Septimò peccat, qui denunciat, quod non debet notabiliter nocendo: vel quando debet, intentione mortali, h aut omittit denunciare tractatum criminis committendi in damnum spirituale, aut corporale, publicum, aut priuatum, vt prodicionis, coniurationis, hæresis, aut aliorum similitum: quamuis esset secretus, & iurasset se non denunciaturum. i Idem si non denunciatur alia delicta perniciofa soli auctori, à quibus per correctiõnem fraternam non respicit, modò ea probare possit. k Dicitur autem posse probare, si habet vnum testem integrum: quia denūciator in hoc iudicio locum alterius testis tenet. l

C 34 Octauò peccat, præfectus custodiæ vrbis, qui iurans se accusaturum, quos post sonum campanæ inuenerit, non accusat: quia frangit iuramentum iustum, m quamuis sine obligatione restituendi pœnas, quas accusati incurrissent, iuxta S. Bernardinum, què citauit Syluester n & ex dictis, o deduci potest: neque etiam quod recepit, ne accusaret, tenetur ad necessariò restituendum, iuxta opinionem, quam secuti sumus supra, p quamuis si videt aliquè aliquod damnum facientem, & ei, qui damnum accipit non indicat, cõtra id quod iurauit, aut promisit ratione sui officij, non solum peccat mortaliter, sed etiam ad faciendum damnum renerur. q Idè videtur dici posse de custodibus, & de præfectis circa importandas, & exportandas merces in confinibus regnorum, prouinciarum, & ciuitatum: qui permittunt exportari, vel importari veritas, scilicet peccare mortaliter, & esse periuros, nec absolui posse, sine firmo proposito numquam id amplius permittendi: sed non tenentur ad restituendū pœnas, quas soluisent transgressores, si denunciati fuissent: neque bona, quibus ob id priuarentur: quamuis tenerentur ad restituenda vectigalia, quæ importatores, vel exportatores deberent: quia hoc non est pœna, sed interesse: faciunt infra dicenda, de teste falso. r

*De peccatis rei accusati, & inquisiti.*

- 35. Reus carceratus per iniustam causam se defendens, vt peccet.
- 36. Reus iuridicè interrogatus veritatem, eam negans, vt peccet.
- 37. Confessarij caueat ne reos vitam, aut animā perdere faciant.
- 37. Reus nõ detegens socios, aut nõ parès excõmunicati, vt peccet.
- 38. Confiteri an debeat, qui negauit, & damnatur.
- 39. Reus defendens se mendaciis, aut à iusta sententia appellans, vt peccet.

**D**ICENDVM, quòd peccat mortaliter primò reus, qui scienter suscipit defendendā aliquam litem iniustam, aut non desistit ab eius defensione, postquam sciuerit eam iniustam, cum damno notabili aduersarij. s

36 Secundo peccat mortaliter, qui interrogatus à suo iudice seruato iuris ordine, non fatetur verū, etiam si sit crimen morte plectēdum, secundum S. Thomam receptum, t & Gabrielem v vt latius tradimus, alibi. \* Dixi, Seruato iuris ordine: secundum quem tria in hoc requiruntur. Primum, vt delictum sit notorium, famosum, aut semiprobatū, quod cõtingit, quādo est vnus testis oculatus, & omni exceptione maior, aut vnum indicium, vel plura æquipollentia, vt sentit Bartholus. y Secundum, vt probatio sit iam posita in processu. Tertiū, vt sit reo notificata, quo videat se ad obediendum mādato iudicis teneri, secundū vtrumque Thomam: z tunc autem adeo obligatur, vt à confessorio non sit absoluentus: nisi proponat illud confiteri. Nam, vt rectè ait Sotus, a talis reus in non confitendo peccat, neque eum

a Ca. cū cessante. de app. b S. Tho. ubi supra. qu. 08. art. 3. c Lux. not. in c. dilectus. 1. de simon. d S. Tho. 2. 2. q. 01. art. 1. e S. Tho. 2. 2. q. 01. art. 1. f l. si vnus. §. pacta. & §. il. luc. ff. de pact. g d §. pacta. glof. c. quem admo. de iure iur. Syl. verb. accusa. qu. 0. h S. Tho. 2. 2. q. 33. a. 2. i Innoc. in ca. qualiter. 1. de acc. & Pa. in c. dilectus. de excess. pralat. per adductam d. c. inter ver. concl. 0. k Vt in ead. conclu. 0. l Ca. in omni. de testib. m Ca. si vñ. de iure iur. n Ver. restitu. 3. q. 5. vers. 7. o In c. 2. 2. nm. 40. & 02. p Ca. 17. n. 32. & seq. q Syluest. ubi supra. r Num. 40.

s. Arg. c. sape de restitu. spo. adiunct. c. poenale. 14. q. 5. t 2. 2. q. 09. m. 1. v In 4. l. sent. d. 15. q. 0. a. 2. x In ca. inter ver. concl. 0. y In l. fina. n. 7. ff. de quest. 2. 2. q. 09. artic. 1. & 2. a Lib. de rat. regen. memb. 2. quest. 7.





a Cap. peccati venia. de r. iur. lib. 6.

b Vbi sup. c. 18. super eo. num. 58.

c Ca. 12. n. 18.

d Cap. quem poenitet de poe. dist. 1. e Arg. l. i. ff. de appe. c. ad nostram. eo. titu. f Vbi sup. art. 4. c. probat. omnino. c. quicunque. 2. qu. 6.

g Prouer. 12. c. 1. de crim. fals. h 2. 2. q. 70. a. 4. i Capit. 1. de crim. fals. k Arg. ca. ne quis 21. qu. 1. l In dicto art. 4. m Ca. praterea. de testib. cogen. n lux. Innoc. rece ab omni b. in d. c. praterea. o Iuxta Car. in c. veniens. 2. de testib. p lux. Hostie. rece. per Anto. c. Pan. in 1. ca. praterea arg. c. ff. de testib. cap. si testes. §. testium c. c. sape. 4. q. 3. q In d. c. praterea. r Vbi supra. s 2. p. sit. 1. ca. 19. §. 7. t In d. c. inter verba. 11 qu. 3. conclus. 6. n. 700.

peccati poenitet, immo in eo perseverat: & consequenter veniam non meretur, nec absolutionem, a qua est singularis, & quotidiana conclusio.

37 Quare diligenter confessarius consideret, ne precipiendo confiteri inducat reum in iacturam corporis, & in non precipiendo, in iacturam animae ut b monuimus, addendo quid dicendum de illo, qui confessus suum delictum socios occultos, etiam iussu iudicis detegit: & de illo cui à Prælato precipitur, ut sub pœna excommunicationis aliqua occulta intra certum tempus revelet. De fugiente autem è carcere, & non implente iuramentum de redeundo ad illum, dictum est supra. c

38 Ad nouè autem quæsitum respondeo: eum, qui ritè interrogatus, negauit delictum, quod confiteri tenebatur, & nihilominus damnatus ducitur ad supplicium, non teneri ad confitendum illud: nisi notabile aliquod damnum inde alioqui probabiliter sequeretur: quia nullo iure contrarium euinci potest, quum ad eius animæ salutem sufficiat iusta confessio cum absolutione sacramentali. d

39 Tertio peccat, qui sciens se iustè condemnatum, ad differendum executionem appellat, e cum obligatione restituendi omnia damna, & inter esse iuxta S. Thomam. f

De peccatis Testium.

40 Testis, ut mortaliter peccet, asserens falsum, & tacens verum.

41 Testis dubitans, & non reuocans suum dictum verum, quod putat falsum.

41 Testis iurans se testem non fore, excusans se illicitè, absens se, ut peccet.

42 Testis detegens, quod non debet, non testans quod debet, num. 4. 4. mercedem accipiens, num. 4. 5. non parens edicto iubenti testari, sine aliqua octo excusationum, quibus non se excusat inhabilis, ut peccet. 4. 6.

43 Testis quid faciet interrogatus de eo, quod tacere debet.

47 Testis, quis tenetur se offerre, & quis non, & quis potest, & non tenetur. & seq.

49 Testes quando dicuntur deesse, ut admittantur inhabiles, & cogantur privilegiati, & seq.

51 Testis falsè testans, ut non restituat fisco bona querenda ei, si verum testaretur.

**D**ICENDUM, quòd peccat mortaliter primo testis, qui iuratus, aut iniuratus verum esse in iudicio affirmat, quod scit esse falsum, aut dubitat esse verum, aut tacet verum, in notabile alterius partis damnum, & cum obligatione restituendi, iuxta mentem S. Thomæ recepti h

quia Deum, iudicem, & proximum offendit, i & quamuis timor iustus à non testificando excusare possit, non tamen à testificando falsè. k Dixi, Quod scit: quia si mediocri diligentia in reuocanda ad memoriam veritate adhibita errat, non peccat, saltem mortaliter, iuxta mentem eiusdem optimè per Caietanum declaratam. l Sed si nouerit esse falsum, debet suum dictum reuocare, si reuocatio prodesse possit. Potest autem prodesse si statim post attestationem, se corrigat, m & etiam ex interuallo, antequam sententia feratur, saltem ad debilitandum suum primū dictum, n adeò quòd desinet esset testis integer, id est, omni exceptione maior. o

Quin interdum secundo testimonio, & non primo creditur, scilicet quando consideratis circumstantiis personarū, causæ, & temporis, iudici videretur non reuocare suum dictum, per subornationem, sed stimulo conscientie, p vt quum (quod est exemplum Panormitani) q Episcopus probus, & diues diceret aliquid in alicuius plebeij lite, & post aliquod tempus elapsum iuratus diceret se per errorem, vel obliuionem ita dixisse: sed si per magnam negligentiam, vel defectu saltem mediocris considerationis dicat falsum, mortaliter peccat, cum obligatione restituendi, iuxta S. Thomam r & S. Antoninum. s

41 Secundò peccat mortaliter, qui testatur verum, quod credit esse falsum, vel solo timore perituri testatur, per dicta, t sed sine obligatione restituendi: quia quamuis nocere velit, non tamen nocet, & qui iurat non testificari etiam iubente Superiore in casu, quo tenetur.

Tertio peccat, qui casu, in quo ad testificandum tenetur, quo se ab eo excuset, falsò dixit partem aduersam sibi

A inimicam esse, sciens, aut scire debens, suum testimonium ad seruandam iustitiam necessarium esse, cum obligatione restituendi. a Idem de latente, vel absentante se, ne testificetur, vt post Sorum b diximus c aut se nò offert in testem, sciens id esse necessarium ad impediendum aliquod notabile damnum publicum, vel priuatum, per dicta alicubi d post S. Thomam e etiam si promississet, vel iurasset seruare secretum.

42 Et qui alienum peccatum secretum detegit, cuius cognitio non est necessaria ad mala, & damna impedienda: quamuis particulariter de eo interrogetur, iuxta eundem S. Thomam, f maximè, si illud per solam confessionem sacramentalem, vel cõsultationem didicit, iuxta dicta. g Quo fit aduocatos, confessores, medicos, & alios similes, quibus deteguntur secreta litium, dubiorum, & morborum, peccare testificando de secretis communicatis secretò cum eis: nisi aliunde illa nouerint, vel nisi sint talia, quæ non detecta in aliorum damnum redundarent: nec tunc est detegendum aliquod ultra necessarium, neque quātum est necessarium: si maius ex eo damnum fama, in eum, qui detegitur, quàm in damnificatum bonorum redundat, per multa tradita, h donec concurrant tria supra dicta.

43 Porro, qui non tenetur ad testificandum, debet dicere iudici se ad respondendū interrogatis nò teneri, quamuis sciret: & si illum cogere velit, appellare debet: si non timet iudicem in eum sauiturum: & si hoc timet, respondere potest, se nihil scire, intra se intelligendo: quod dicere teneatur, vt dictum est supra i discedendo in hoc ab eloquentissimo, & doctissimo doctore Genesio Sepulveda, k olim condicipulo nostro, in artibus liberalibus, quem credo non meminisse legere Paludanum, quia dicit, vsque ad Gabrielem neminem hoc dixisse: quum tamen antea ille dixisset, quòdque verum esse probauimus alibi. l

44 Quintò peccat mortaliter, qui sciens alium esse in extrema sui testimonij necessitate: quia sine illo vitam amissurus est, vel ea, sine quibus vita eius, vel suorum probabiliter peribit, nisi se ad id in testem offerat, & nò se offert. m Dixi, In extrema necessitate: quia ob aliam, quamuis magna sit, sub pœna mortalis nò tenetur, nisi eo modo, quo offendens bouem proximi errantem tenetur. n Non tamen tenetur restituere, eo quòd iniustus non se offert: quia lex caritatis, qua se tenetur offerre, non obligat restituere, vt dictum est supra. o Secus autem si iustus non testificetur, & ob id aliquis suum ius amittat: nisi timor periculi, in quod incurrere possit, eum excusaret, vt supra ractu est: lex enim iustitiæ, qua iustè iustus tenetur testificari, obligat restituere, vt saepe dictum est.

45 Sextò peccat, qui mercedem accipit, vt verum testetur, cum obligatione restituendi ei, qui dedit, p & qui accipit, vt falsum testetur, sine tamen necessitate restituendi, nisi de consilio pauperibus, per dicta supra. q Omne tamen, quod per suum falsum testimonium alterutra partiū amiserit, restituere debet. r Accipere tamen potest impensas itineris faciendi ad ferendum testimonium, & mercedem operariam dierum, quibus se occupauit in eo, vna cum interesse damni emergentis, & lucri cessantis. s

46 Septimò peccat, qui absque causa non paret iudici precipienti, vt denunciet talia & talia crimina, vel debita: & est excommunicatus, si mandatum fuit sub pœna excommunicationis latae sententiæ, teneturque damna restituere. Dixi, Absque causa, quia multa excusare possunt, vt copiosius aliis dixi, t tractando de magna prudentia, qua est opus ad rectè parendum eiusmodi mādatis. Quorum primum est, quod peccatum est occultum, & peccator iam emendatus, aut sola fraterna correctione probabiliter emendabilis: tunc enim non est parendum ante fraternam correctionem, etiam si præciperet, vt fieret denunciatio, non habita ratione fraternæ correctionis, secundum S. Thomam v & B. Antoninum. x Secundum, defectus probationis peccati denunciandi, vt dictum est supra. y Tertium, quòd à talibus, & taliter audiuit, vt ob id moueri nò debeat: præsertim si denunciaturus esset talis, qui leuitatis ob illā denūciationem notaretur, aut cuius testimoniū iudicè magis, quàm conueniret, moueret. z Quartum, denūciatio eius à quo audiuit. Quintum, nosse eum, qui furatus est, vel tenet illud, retinere in compensationem alterius tanti, vel pluris, quod sibi debetur.

a Angel. ver. testis. §. 17. b Lib. de ven. regem. m. b. 2. qu. 7. c Vbi sup. m. 704. d Vbi sup. m. 702. e 2. 2. q. 70. a. 1. f 2. 2. q. 70. a. 1. g Ca. 18. m. 51.

h Vbi sup. m. 9. c. brenius sup. c. 18. m. 60.

i c. 18. m. 61. k Lib. de ven. reddenda testi. ca. 13.

l In c. 1. de cõf. fess. c. in cap. humana. 22. qu. 5. m Per d. in d. inter verba conclus. 6.

n Vbi sup. c. 24. m. 17.

o Cap. 17. m. 11. c. in r. de reddenda. q. 2. m. 2. c. in locis ubi citatis. p Ca. non sane. 14. qu. 1.

q Cap. 17. m. 33. c. seq. r d. c. non sane.

s c. si testes. §. ventur. 4. q. 3.

t In d. c. inter verba. concl. 6.

v 2. 2. q. 33. m. 7. ad 3. x 2. par. sit. 9. c. 6. §. 4. y c. 10. m. 51.

z Vbi ibidem dictum est.





Sextum, quod per solam sacramentalem confessionem nouit. Septimum, quod per solam consultationem secretam, pro consilio habendo nouit.

Ad nouè autem quæsitum respondeo, eum, qui non denunciavit delicta intra tempus in edicto cõtentum, teneri ad denunciandum post illud, quam citò comodè potest.

47 Octauo peccat, qui non se offert in testem: cum ad id tenetur: vel se offert, cum non deberet. Est enim qui se tenetur offerre, & qui tenetur se nõ offerre, & qui potest se offerre, & nõ tenetur, vt copiose, & vtiliter tractamus vbi supra, quorum aliqua, quæ parum inferuiunt confessariis, omittèdo, dico primo, quod offerre se tenetur, sciens præparari aliqua mala notabilia, quæ sine suo testimonio probabiliter euenirent: sciens item crimen, de quo aliquis accusauit, aut denunciavit alium, ob solam conscientiz obligationem. Secundo, quod regulariter non debent se offerre, nec oblati admitti \* ascendentes contra descendentes, nec è contrario: & idem fere de vxore pro, vel contra maritum: & è contrario: & de liberto contra patronum.

\* Ascendentes contra descendentes. Ascendentes sunt hic propinquitate sanguinis iuncti, qui ex se ad quartum vsque gradum aliquos procreauerunt, & descendentes illi sunt, qui ab his ad quartum vsque gradum sunt procreati. Pater ergo & auus sunt ascendentes filius & nepos descendentes, vt videre est in arbore consanguinitatis.

48 Tertio, quod regulariter nemo tenetur ad se offerendum in testem, & quilibet iustus testificari tenetur id facere, exceptis priuilegiatis. Quarto, quod regulariter priuilegiati possunt cogi ad testificandum, in defectum aliorum testium, etiam maritus contra vxorem, & è contrario.

49 Quia iura statuentia, vt aliqui non admittantur: quia sunt inhabiles: & alij vt non cogantur ad testificandum.

Quia sunt honorati, aut coniuncti, intelliguntur, quando alij non desunt iuxta glossam.

50 Quinto, excusatur, qui probabiliter timet sibi ex suo testimonio aliquod magnum damnum spirituale, aut temporarium, personæ, honoris, aut bonorum euenturum, secundum Baldum receptum, vt si ex eo scandalum oritur, vt ait Siluester, citatus à nobis vbi supra. Sexto, quod quamuis ad effectum admittendi testes inhabiles ob defectum aliorum, non sufficiat non esse alios idoneos quia opus est, quod neque sint, nec soleant, nec possint interuenire communitè in eiusmodi factis, nisi tales personæ priuilegiatæ, aut inidoneæ, ad effectum tamen compellendi priuilegiatos, satis esset iuramentum parris dicentis non adfuisse alios, quàm priuilegiatos, & eos, sic, nulla interueniente in contrarium coniectura, nisi ex eo aliquod damnum timeatur: addendo, quod quamuis tenetur filius ad denunciandam hæresim patris, & ad testificandum de illa, si alij desint: nisi sciat, cum iam pœnituisse, aut certò credat, quod monitus ab ipso, aut ab alio verè respiciet: Inquisitor tamen debet ei providere adhibendo magnum secretum, ne id sciat pater, & ne illi aliquo magnum damnum ex eo eueniat. Septimo, probare nos ibi, quod inhabilitas non excusat à parendo eiusmodi mandatis: licet aliquando excuset priuilegium.

51 Ad quæsitum autem è longinquo à viro vndequaque doctissimo, & pierrissimo respondeo, quod testis, qui in iudicio legitime interrogatus super crimine, ob quod bona publicantur, negat veritatem, propter quod reus absoluitur, non tenetur ad restituendum fisco, id, quod ad eum perueniret, si damnaretur. Tum per dictum S. Bernardini relatum à Siluestro, quæ sequimur. Tum quia pœna non debetur in foro animæ ante condemnationem. Tum quia etiam interesse remouet, & extra rem non debetur. Tum quia leges humanæ præsertim pœnales, nõ ligant potissimum in foro animæ, nisi quatenus sunt receptæ, vt traditur supra, & nullibi vlla lex damnari iubens aliquem publicatione bonorù est ita recepta, vt ante damnationem bona ad fiscum deferantur. Tum denique, quod alioqui sequeretur omnes custodes confinium. Regnorum deputatos ad custodiendum: ne quis aliqua exportet ex illis, vel importet in illa, vel non saltem, nisi soluto vectigali, vel portorio, siue gabella sub pœna priuationis bonorum, teneri restituere, non solùm iura, siue vectigalia debita: sed etiam bona, quæ ob id debent fisco applicari: quod nullus, vt arbitror, hætenus dixit.

De peccatis Notariorum, & Tabellionum.

- 52 Notarius cum sit, quæ & quot capitula iuret.
- 53 Notarius vt peccet faciens instrumentum falsum, & rescindens, vel delens verum.
- 53 Notarius, vt peccet male componens, & non tradens illud.
- 53 Notarius nõ informans satis renunciantem, aut transcribens die festo.
- 53 Notarius non seruiens pauperi, vt debet, peccat.
- 54 Notarius conficiens instrumentum de re illicita, & scribens statuta vsuraria.
- 54 Notarius non retinens protocolum, & faciens testamentum infano.
- 54 Notarius stipendium nimium capiens, litteras ordinum carius tradens.

**D**icendum, quod peccat mortaliter primo notarius, qui non seruat aliquod capitulum à se iuratorum: cum creatus fuit notarius, quorum primum est, quod conficiet instrumenta, de quibus fuerit rogatus, nil veritatis tacendo, nec falsitatis miscendo. Secundum, quod non reuelabit, quod secreto ipsi commissum fuerit, nisi iusta de causa. Tertium, quod non conficiet aliquod instrumentum scienter de aliquo contractu vsurario, nec de alio quouis illicito. Quartum, quod retinebit de omnibus instrumentis, quæ dederit, prothocollum, aut regestum. Quintum, quod erit fidelis ei, à quo est creatus notarius: & admonebit eum ea, quæ scierit in eius damnum vergerè. Sextum, quod nullo amore, odio, spe, vel timore officio suo abutetur.

53 Secundò peccat, qui instrumentum conficit falsum: aut verum vtile, & parti necessarium occultat, aut rumpit, vel delet: & qui per malitiam, aut ignorantiam notabilem malè aliquod testamentum, aut instrumentum conficit, addendo aliquas clausulas obscuras, aut necessarias omittendo: propter quod aliquis suum legatum, aut debitum perdit, & qui solemnitates necessarias dolo, aut lata culpa omittit: puta suum nomen, signum, testes, diem, mensem aut annum.

Tertio, peccat, qui rogatus ab aliquo, vt sibi det aliquod instrumentum, quod dare tenetur, non dat: ne aduersario, aut amicis eius displiceat, & qui non informat partè ignorantem, quæ renunciatura est alicui iuri, quæ est illud, & qui die festo, absque necessitate ob auaritiam instrumenta conficit: cum in alium diem comodè differre possit, & qui rogatus à pauperibus non valentibus soluere iura, non vult ipsorum instrumenta scribere, aut iam scripta in publica forma tradere, secundum eundem vbi supra: quæ tamen non tenetur dare gratis, per dicta supra.

54 Quarto peccat, qui excipit, aut in publica forma scribit statutum, vt soluatur vsuræ: aut non repetantur solutæ, & est excommunicatus, & qui excipit, aut in publicam formam statuta contra libertatem Ecclesiæ redigit. Quinto peccat, qui conficit testamentum carentis iudicio, aut ratione non vrentis, cum obligatione restituendi ei, quæ ab intestato successurus erat, & qui stipendium notabiliter maius debito accipit, etiam sponte datum, si publicum stipendium constitutum illi erat, & qui aliquid accipit pro litteris ordinatorum, quamuis, si non datur ei, ob id aliquid ex publico, licitè potest aliquid pro suo labore considerata illius qualitate, & non ordinis, accipere, hoc est, vt non accipiat plus, eo quod de maiori ordine fidem faciat, per supradicta.

De peccatis Magistrorum, & Doctorum.

- 55 Doctor, vel magister, vt peccet mortaliter lauream immeritam, vel principaliter ob honorem petens, vel suscipiens.
- 55 Doctor docens Theologiam in peccato mortali notorio, admittens excommunicatos, vel malos scholasticos, aut admittens religiosos, vel presbyteros. num. 56.
- 57 Doctor approbans ad Lauream indignum, falsa docens, vel inutilia, aut malo fine mortali, præsertim vitimo, subornans auditores, procuras, vt indignus ad munera studij delegeretur.
- 57 Doctor perlegens die festo, & seruans nouum festum vt peccet.

a Arg. cum dilectus de dolo, & contr. cum citatis à gloss. & doct. ribus.

b & contra. hinc in Manuali Hispano.

c iuxta Caus. por. nosrelatum in d. c. in ter verba. concl. 6.

d iuxta doci. 3. Capell. Tholof.

e Arg. eorum qua. de operibus misericord. dia supra cap. preced. diximus.

f iuxta decis. 4. Capell. Tholof.

g cap. quæ. qad. 14 q. 2. per illud cap. & gl. recepta ab Archid. & Alex. ibi.

h & communiter alibi, in c. statumendum. 2. q. 0. & alia vbi supra ad dicitur. per Fe. in rubr. & c. dilectorum. de test. co.

i Inc. cum nõ cius de testib. & eundem. & Fel. in di. c. dilectorum & nos vbi supra.

k Ver. donum. c. 1. q. 1. & ver. correctio q. 7. sub fi. & vbi supra gl. 2. communiter recept. ca. tertio loco de proba. vbi supra dicitur.

l Arg. c. 2. §. fi. de iur. calu. libr. 6. & per aqua ibi, & in aliis locis doctores docent.

a Hostien. in c. fecit. ne clo. vel. monach. recept. per lo. And. Panor. & Com. ibi. dem. & S. Anton. 3. par. tit. 0. c. 2. §. 1.

b Secundum Panor. in d. c. fecit. nu. 19.

c Panor. vbi supra.

d Secundum S. Anto. 3. par. tit. 0. c. 2. §. 0.

e Eo. c. n. 29. & 44. & c. 24. n. 7. & 4.

f Clem. 1. de vsur.

g & graue de sent. excom. h Arg. eorum qua. ait Bald. in l. 1. c. de iur. trojan. Eccle. nu. 27.

i Bald. in au. sed hodie C. de Epi. & cle. ri.

k iuxta Anton. Butr. in c. 1. nos. 3. de si. mo.

l c. 23. n. 111.





58 Doctor vt peccet stipendium priuatum accipiens, vel beneficium cum pacto legendi, castigans discipulos, aut contemnens simplices.

55 **D**icendum, quod peccat mortaliter primò, qui errat aliquo ex quindecim modis relatis ab Aluato Pelagio, a quorum vnus est, petere, aut accipere lauream Theologiae, aut canonicum, quam non meretur. b Idem de accipiente lauream aliarum facultatum per dicta, c & per rationem S. Antonini, d & qui licet sit idoneus, tamen principaliter petit illam propter honorem, & utilitatem propriam, secundum S. Antoninum, e quod non esse tenendum probamus post Siluestrum, f & qui praelegit in scholis peccato mortali notorio infectus, iuxta S. Antoninum, g quod limitandum est, ad praelegentem sacram Scripturam, vt ait S. Thomas, h quod non aduertit S. Antoninus.

56 Ratio autem cur magis peccet legens praedictam Scripturam, redditur à S. Thoma. i Peccat item, qui ad scholas suas admittit excommunicatos, aut prauis moribus vrentes, iuxta mentem S. Antonini, k quod non videtur verum, quo ad excommunicatos: nisi essent excommunicati cum participantibus expresso doctore, l nec quo ad praua exercentes: si doctor non habet iurisdictionem ad eiciendos eos à scholis, quam communiter hodie doctores in magnis vniuersitatibus non habent, quicquid in authentica, m statuatur, licet praeepto correptionis ad id procurandum plusquam alij teneri posset, iuxta dicta. n

Secundò peccat, qui professor legum, aut medicinae, ad suam praeelectionem religiosum, presbyterum, aut clericum aliqua dignitate Ecclesiastica praedictum ad se audiendum admittit, & est excommunicatus, o & qui professor cuiusvis facultatis, etiam Theologiae, admittit aliquem religiosum in suo habitu sine licentia Superioris, aut cum licentia, sed sine habitu: & est excommunicatus per rationem participationis in crimine iuxta S. Antoninum, p & qui praelegit, aut docet principaliter ad humanam gloriam, quod principaliter ad gloriam diuinam institutum est iuxta Angelum, q cuius oppositum, scilicet non esse plusquam veniale per multa, & firma tenuimus alibi, r & breuiter repetimus supra. s

57 Tertio peccat, qui statuta à se iurata non seruat, t & qui existens examinatus indignum laurea, ad eam probat: vel contra dignum reprobatur, v aut alio modo illicito quempiam à consequenda laurea impedit, cum obligatione restituendi.

Quarto peccat, qui sciens, aut scire debens, falsa in alicuius notabile damnum spirituale, vel temporale docet: vel subtilia magis, quam vtilia docendo auditorio notabiliter nocet, & qui docet malo fine mortali, per saepe dicta: vel ponendo vltimum finem in docendo: quia fruitur vtendis, \* contra doctrinam B. Augustini relatum à Magistro. x

\* Contra doctrinam S. Augustini. Haece celeberrima & fere ab omnibus decantata Augustini doctrina habetur in 1. de doctr. Christ. ca. 3. Res aliae inquit sunt, quibus fruendum, aliae quibus vtendum, aliae quae fruuntur & vtuntur. Illae quibus fruendum est beatos nos faciunt, istis quibus vtendum est tendentes ad beatitudinem adiuuamus, & quasi adminiculum, vt ad illas quae nos beatos faciunt peruenire, atque his inhærere possimus. nos vero qui fruimur & vtimur, inter vtraque constituti, si eis quibus vtendum est frui voluerimus, impeditur ausus noster, & aliquando etiam desectitur, vt ab his rebus quibus fruendum est obtinendis, vel retardemur, vel etiam reuocemur, inferiorum amore praepediti. Haece & multa alia habet ibi Augustinus, quae praeclearam hanc doctrinam continent.

Quinto peccat, qui per se, aut alios inducit auditores alterius doctoris, vt eum non audiant, cum notabili damno profectus eorum, vel honoris doctoris, cum obligatione restituendi, y & qui per factiones, aut subornationes, aut alias malas artes procurat, vt aliquis indignus creetur rector, aut pralector alicuius cathedrae, iuxta mentem Aluari, z & S. Antonini, a sentientes idem de procurantibus, vt creetur notabiliter minus dignus, quod est verum saltem, quando, & vbi electores, aut promissores iuramento, statuto, aut alio mandato, ad dignissimum eligendum sub praenotati peccati mortalis tenentur, & etiam in aliis, exceptis ad

A summum sex casibus, quos nuper scripsimus alicubi, a & qui praelegit die festo, illis horis, aut tamdiu, vt probabiliter credat auditores ob id omisso missam & qui facit seruari festum non seruandum, cum damno notabili auditorij non consentientis. b Dixi, non consentientis: alius enim secus. c

58 Sextò peccat mortaliter, qui habens stipendium publicum, vel beneficium in id ei collatum, exigit aliquid ab auditoribus. d Dixi, habens, alius enim etiam à pauperibus non egentibus extremè, exigere potest, e iuxta praedicta supra, f quidquid dicant Hostiensis, Raymundus & alij ibi citati: & qui canonicatum, aut praebendam, aut aliud beneficium cum pacto docendi in scholis suscipit, & est simoniacus. g Dixi, cum pacto: quia secus, si cum onere tali beneficio vacanti imposto. h

Septimò peccat mortaliter, qui scholasticum crudeliter castigat: quia solùm leuis castigatio est ei permissa, i & si castigatus est clericus, est excommunicatus: nisi excusetur per infra dicenda, k & qui simpliciores contemnit, l quod videtur restringendum ad contemptum, per quem notabile damnum honoris, aut honorum illis ex iustitia legali debitorum inferitur. m

Qua quidem in re Conciliū Tridentinum, n statuit, primò, quod habens beneficium, cui est annexum onus praedictae sacrae Scripturae, cogatur praelegere per se, si est idoneus, alioqui per alium eligendum à nominatis ibi: & quod posthac non conferatur, nisi idoneo ad per se id faciendum.

Secundò, quod in omnibus Ecclesiis Cathedralibus, & collegiatis existentibus in aliquo insigni oppido, in monasteriis quoque monachorum, & conuentibus Mendicantium sacrae Scripturae lectio habeatur: in Ecclesiis verò tenuioris prouentus sit saltem magister, qui gratis grammaticam doceat.

Tertiò, quod docentes sacrae Theologiae, dum publice in scholis docuerint, & in scholis eam discentes \* priuilegijs omnibus de quinquennali. Istud priuilegium habetur cap. final. de magistris his verbis. Docentes, verò in Theologica facultate, dum in scholis docuerint, & studentes in ipsa, integrè per annos quinque percipiant de licentia sedis apostolicae prouentus praebendarum & beneficiorum suorum: non obstante aliqua alia consuetudine vel statuto, cum denario fraudari non debeant in vinea domini operantes. Haece ibi.

Quarto, quod nemo ad huiusmodi lectionis officium admittatur, qui non prius ab Episcopo loci de vita, moribus, & scientia examinatus, & approbatus fuerit.

De peccatis Scholasticorum.

59 Scholasticus, vt mortaliter peccet ob finem mortalem studens, non seruans praeepta studij, discens verita, auocans auditores concurrenti, negligenter studens, male infumens viaticum, non soluens salarium, arrogans sibi gradum, quem non habet.

60 **D**icendum, quod peccat mortaliter primò scholasticus, qui ob finem mortalem studet q & qui statuta seu praeepta Academiae iusta, & ad mortale obligantia non seruat, iuxta mentem S. Antonini, r nisi iusta de causa id fecerit, quam quo ad mortalis excusationem, in proposito putamus esse illam, quae pro tali communiter in Academia habetur. s

Secundò peccat, qui suffragatur, aut curat alium suffragari alicui indigno, vt fiat pralector, rector, beneficiarius: immo & si sit dignus, si tamen competitor esset dignior, praesertim si iurauit suffragari digniori, iuxta proximè dicta in simili.

a De planct. Eccl. li. secunda do. b S. Ant. 3. p. tit. 5. c. 2. §. 10. c. 2. p. tit. 3. c. 5. §. 6. c. In d. c. inter verba nume. 97. post gloss. sing. de. 2. de mag. d. In d. §. 6. e Vbi supra. §. 6. f Ver. doctor. q. 4. vbi sup. dicto §. 10. g Vbi supra. h In 4. d. 19. q. 2. ar. 2. ad 4. i Vbi supra. k In dicto §. 10. l Iuxta cap. statum ca. consuetudine. c. presentis. de sent. excomm. lib. 6. m Habita. C. ne fil. pro pat. n in c. praed. o c. 2. ne cleri. vel monach. li. 6. adiuncta gl. c. non mag. uopere. c. ca. super specul. eo. 2. p. 3. par. tit. 24. c. 38. vs infra cap. 27. nu. 134. dice. tur. q Ver. honor. §. 7. r In d. c. inter verba. concl. o. s c. 23. nu. 13. t S. Anton. 3. par. tit. 5. c. 2. §. 11. v Idem vbi sup. pra. §. 10. x Li. 1. sent. dist. 1.

y S. Anto. 2. par. tit. 3. c. 2. z Vbi supra. a d. 3. par. tit. 5. c. 2. §. 11.

a In miscella neis. de orat. in miscellam. 38. b Arg. ca. fa. de inur. c. l. ff. de fur. c. ca. scientis de reg. iur. lib. 6. d Arg. c. p. male. 14. q. 5. c. l. 2. §. fin. ff. de orig. iur. f Eod. nu. 20. g ca. praed. nu. 3. c. 4. g Per dicta. 23. nu. 100. h c. significum ad prob. c. notat. in. 1. vs Eccles. de nef. i. c. presbyterum. de ho. mi. c. L. p. ceptoris. ff. ad l. Aquil. k c. 27. nu. 30. c. sequ. l. f. Ant. d. §. 10. m Per dicta. supra ca. 2. n Sess. 5. ca. de refer. o In ca. supra magis.

p Arg. c. p. doret. 50. dist.

q Arg. c. com. minister. 23. q. 5. c. cum imp. per à nobis aduoc. r in d. §. 11. s Arg. coram que de causa non iurandi diximus supra. c. 21. 10.





a Arg. ca. non magnopere. & s. super specula. ne cler. vel monach. b In dist. 11. & aliorum. c r. 23. n. 70.

d In authent. quod locum. col. 1. Cod. de collas. e Supra capi. 23. n. 34. f Arg. c. spe. de restit. spo. hiaz. & tradit S. Anton. ubi supra. g l. reddatur. C de professi. & med. l. 10.

h c. sua de ho. mic. & ibi in noc. & omnes. i 3. part. tit. 7. c. 2. §. 1. k In d. e. tua. l C. in. in su. verbo medici. m l. 1. §. medi. em. ff. de var. & extraord. n Arg. c. non est sine culpa de regu. iuris h. 6. o Anto. But. in d. capi. sua not. nu. 14. p Panor. in d. e. sua. q Asten. l. 6. ti. 14. ar. 8. q. 14. r Idem in ca. ma nu. 20. & Asten. ubi supra. s Innoc. in d. e. sua. t Ant. ubi supra. u cum infirmitas. de po. & remiss. x Iuxta Angel. verb. medicus. §. 6. & Rosel. ibidem §. 3. y Ver. medicus. qu. 3. z Ver. medicus. a in d. e. cum infirmitas.

Tertio peccat, qui scientias veritas, aut superstitionas discit, a & qui alicui lectori adimit scholasticos, aut adicit, ut proxime de doctoribus dictum est, & qui in studendo notabiliter negligens fuit, iuxta mentem S. Antonini, b quod restringendum videtur ad eum, qui impensis alienis, vel reddituum suorum Ecclesiasticorum, & non propriis studet, per supradicta de prodigalitate, c & multo magis, si praedicta bona in comotationibus, venereis, vel lulis, & id genus aliis impendit: quin fratribus partem sibi a patre datam restituere tenetur, iuxta communem, quam bene Iason defendit. d

Quarto peccat, qui contra veritatem, quam scit, altercatu modo praedicto, e & qui stipendium debitum praecptori, cum possit, non soluit, f aut qui dicit habere se gradum, quo caret. g

De peccatis Medici, & Chirurgi.

- 60 Medicus, & Chirurgus vt mortaliter ob ignorantiam peccet.
- 60 Medicus non curans secundum praecpta, & negligens visita-re, vel studere.
- 60 Medicus praebens medicinam dubiam, & deserens egrotum, vt peccet.
- 61 Medicus abscondens membrum, minuens sanguine, & non admonens confessionem.
- 61 Medicus medicinas non eligens, aut curationem differens, vt peccet.
- 62 Medicus consulens, vel concedens anima noxia pro salute corporis.
- 63 Medicus non admonens mortem vicinam, & tali casu nimium stipendium petens.
- 64 Medicus nimias medicinas ordinans, pauperi non medens, vel diuiti nolenti soluere.
- 64 Medicus detrahens aliis medicis, vt peccet.

**D**ICENDVM, quod peccat primo medicus, vel chirurgus, qui absque sufficienti scientia medicatur, etiam si sit laurea donatus & qui artem satis calleret: sed eius praecpta non sequitur, & qui notabiliter negligit studere, aut infirmos visitare, h quamuis aegrotus sanetur, iuxta S. Antoninum, i cum obligatione restituendi, iuxta mentem Panormitani, & omnium, k & qui adhibet medicamenta morbo, antequam eum cognoscat, l licet qui per diuturnam experientiam didicit curare aliquos morbos, puta scabiem, osium fracturam, nubeculam ocularem, fistulas, dolorem dentium, & molarium, aurium, & aliorum similibus possit licite curare: quamuis regulas medicinae ignoret, modo absque aliquo incantamento, aut fascino id faciat, m & modo superueniente febre infirmo medicu adhibeat peritum: & modo ne quid, quod ignoret, intenter. n

61 Secundo peccat, qui dubitans de aliquo medicamento, an esset notabiliter noxium, an non, praebuit illud, vt experiretur, aut lucraretur, aut non haberetur ignarus, & c. o & magis, qui praebet rem, quam scit notabiliter nocivam: etiam si ob misericordiam, aut vt aegrotum placeret, praebet, p & qui aegrotum derelinquit, antequam debeat, ob quod mors, aut prolongatio morbi euenit, cum obligatione restituendi damnum, q & qui cum membrum aliquod necessarium est abscindendum, non querit, quem crederet bene abscissurum: aut dubitans de necessitate abscindendi, iussit abscindi & qui nesciens minuere sanguine, vel abscindere membrum, alterum eorum, vel vtrumque facit, r & qui sciens pharmacopolam medicamentis corruptis vsurum, non eligit incorrupta, s & qui quo plus stipendij accipiat, morbi curam differt. t

Tertio peccat, qui non persuadet infirmo confessionem, antequam medicinam ei applicet per ca. iuris famosum, u cui non est locus, quando manifestum est morbum non esse periculofum, x quidquid dicat Silvester, y nec etiam, quando credit esse periculofum, & lethiferum, si iuxta consuetudinem bonorum, & honoratorum medicorum monet eius parochum, aut qui eius curam gerunt, vt illi Sacramenta praebant, & ipsi omittunt dicere id per se: non quia nolunt id facere: sed quia putant id infirmo nociturum iuxta Caietanum: z nam vt ipse ait, & nos diximus, a illa constitutio hoc modo recepta est: & obserua-

ta: & quamuis infirmus confiteri nolit, non ideo a medico relinquendus est, iuxta omnes.

62 Et qui propter salutem corporalem, contra salutem animae consulit, vt illicitè coeat, aut se inebriet, aut abortiat, a etiam si per ignorantiam id consulat: immo, & si non consulat, sed dicit, ego non tibi consulo, sed si tale quid faceres, sanareris. b

Quarto peccat, qui praegnantem praebet aliquid, quo abortiat, etiam si praebet, vt eam a morte seruet: si credit, vel dubitat foetum esse animatum, c sed si probabiliter credit, non esse anima rationali animatum, in quo inuestigando debet diligentiam maximam adhibere, licite poterit illud praebere, quo vitam matris seruet, cum non sit culpa mortis alienae nec corporalis, nec spiritualis. d

Quinto peccat, qui sine iusta causa concedit debilibus facultatem frangendi ieiunium, aut vescendi carnibus diebus vetitis, & qui affirmat ieiunia praecpta corpora destruere & c. e cum obligatione contrarium persuadendi, si potest: quamuis infirmus vtens facultate, quam putat sibi iuste datam, non peccat, secundum S. Antoninum, f & qui credens infirmum moriturum, & quod eius admonitio est multum illi profutura, ad exuendum peccatum mortale, & ad testandum, quo rixae grandes inter haeredes impediuntur, & neque per se, nec per alium admonet, vt peccatum exuat, & testetur. g Dixi, credens: quia secus, si iuste putat suam admonitionem parum profuturam: quia credit eum in bono esse statu, & de suis bonis testatum fuisse secundum eisdem. h

Sexto peccat, qui petit stipendium notabiliter nimium publico carens: aut accipit medioere habens publicum, cum pacto nihil praeter id accipiendi plusquam praescriptum, etiam vltro sibi datum, cum obligatione restituendi nisi per alia obsequia, & visitationes tempore valetudinis id compenset, i & qui exigit stipendium, quod aegrotus propter mortis metum promittit, si aliunde habet vitam necessaria. k

64 Et qui facit, vt infirmus plura, quam opus est, medicamenta emat, ob conuentionem inter eum, & pharmacopolam, vel aliam causam iniustam, cum obligatione restituendi. l

Septimo peccat, qui non vult gratis mederi pauperi aegroti, m quod nostra sententia restringendum est ad eum, qui credit illum probabiliter moriturum, nisi ei medeat, & non est alius, qui id faciat, nec qui soluat salarium, & non vult mederi salario credito: nam neque constituto in extrema necessitate tenetur quis subuenire gratis, modo eum eximat ab ea mutuando, commodando, vel operas credeado per supradicta, n & qui non vult mederi diuiti soluere nolenti, o quod intelligendum est de eo, qui vellet quidem ab eo curari: sed ob auaritiam non querit medicum existens in magna eius necessitate, & si medeat illi, post eius mortem, vel curationem exigere potest suum stipendium, p & qui detrahit aliis medicis idoneis, ne ad curationes se omisso, accersantur. q

De peccatis exequutoris testamenti, tutoris, curatoris, & hospitalarij.

- 65 Exequutor testamenti, vt peccat mortaliter non soluens legata, & debita.
- 65 Viduus, aut vidua, cui aliquid relinquitur quo ad castitatem vixerit.
- 65 Exequutor testamenti nimis tardans vt peccet, & qui excommunicatus.
- 66 Rem pupilli non seruans, eius pecuniam lucro iniusto deprensans, vt peccet.
- 67 Vxor transiens ad secunda vota peccat tutela fungens.
- 67 Hospitalarius vt mortaliter peccet.

**D**E IIS dicendum, quod peccat primo exequutor, qui non soluit debita, aut legata praesertim pia defuncti, qui reliquit bona ad vtraque sufficientia, & qui, vt soluat legata, non soluit debita, credens bona non sufficere vtrisque soluendis, r debita autem sunt etiam vota realia defuncti per supradicta. s

Secundo, quae vidua, cui maritus reliquit vsufructum

a d. c. cum infirmitas. b Io. And. di. c. cum infirmitas.

c Ioan. de Neap. in 10. quod libe. probatum a S. Anto. 3. part. tit. 7. c. 2. §. 2. & a Sil. verbo medicus. que 4. & communiter. d Iuxta Angel. c. Ar. c. fin. de iniur. & cap. consilium de obseru. iur. f Vbi supra. §. 2. g Ioan. Nea. quodlibet. 12. & B. Anton. ubi supra. §. 7.

h Vbi supra.

i S. Anto. ubi supra §. 3. probatum ab Angel. verb. medicus §. 6. Sil. eod. qu. 5. k l. medicus. ff. de var. & extra cogn. l Asten. l. 6. ti. 4. m Iuxta gloss. celebrem, & recep. in sum. 83. d. & S. Anto. ubi supra, & alios. verb. medicus.

n c. 17. n. 118. & c. praed. n. 17. & supr. eodem. capit. num. 19. o Iuxta eandem glo. in §. 1. §. 3. di. c. p. p. §. 6. 86. di. p Iuxta praedictam gloss. & meum omnium. q Per d. e. 18.

r Argu. I firmus. §. & si praesertim. ad iudicium gl. Co. de iur. de lib. l. 1. §. 2. ff. ad Trebe. S. An. 3. part. tit. 20. c. 5. §. 12. s. c. 12. num. 16. & 17.



a In sum. ver. p. 2. a.

c Arg. ca. nos quidem e. ius & c. loannes. de testam. d Arg. c. pra. toria. 2. de ap. pal.

e l. tutor. qui repertorium. §. 1. 2. & 3. ff. de administ. tutor. Bart. i. bi. & alij. f. Inff. de tu. te. §. 1. g. Inff. de cu. rat. in prin. h. Glo. celebr. claus. qui con. ringit. §. v. san. tem de relig. domib. q. glo. omnia hac po. nis. post Spec. ti. de iuso. & si. de curat. & ante Pan. in c. ex parte. de appellat. i. Arg. capi. 1. 12. q. 2. & c. duo illa. 23. q. 4. & c. 17. n. 112. l. in d. c. 17. n. 112. cum seq. m. l. fin. Cod. quando mul. offic. em. sum. potest. n. & gl. memo. ad h. l. Sacra. menta. eo. sit. ucl. quia con. singit. de veli. domib. ex m. 1. 6. Anso. 3. par. 16. 11. ca. 1. §. 1. p. ca. quicun. que. 12. q. 2. q. Glo. d. cl. quia conin. gi. 2. Sess. 25. c. 8. de reformat.

suorum bonorum quo ad castè viueret, stuprum commit- tit: & petinde bonis vtitur, ac si id non commisisset, cum obligatione restituendi, iuxta Caietanum, a & ea quæ diximus supra, b secus tamen, nostro iudicio, si vsum fructuum reliquit quo ad nubere: & idem eadem ratione videtur de marito, qui relinquitur ab vxore vfructuarius.

Tertio, qui soluit quidem, sed post moram notabilem, c & est excommunicatus, si qua constitutio synodalis ex- communicans non exequentem intra certum tempus cum comprehendat. d

66 Quarto peccat, qui tutor, aut curator non conseruat, nec defendit bona sui pupilli, vel minoris: & qui sine vti- litate, vel necessitate alienat: & qui est in culpa, vt actione, vel aliud ius perdat: & qui non vendit res mobiles, quæ obseruat nullam vtilitatem pariant, & pretium non con- uertit in bona immobilia, quæ vtilitatem parerent, si inue- nitur emptor, cum obligatione damna restituendi. e Tu- tor autem dicitur, qui præficitur pupillo, hoc est minori 12. annorum, si est fœmina, aut 14. si est masculus ad prote- gendum personam, & bona eius, f curator verò, qui maiori 11. vel 14. & minori 25. præficitur, aut furioso, aut prodigo administrandis eius bonis, & vterque iurat, se officio suo rectè vsurum. h

Quinto, qui tutor notabiliter est negligens in pupillo bonis moribus imbuendo. & à vitiis, & peccatis seruado. i

Sexto, qui dedit ad lucrum pupilli, vel minoris pecu- niam salua sorte: nisi per tres contractus, de quibus supra k & teneretur restituere, si pupillus, vel minor non restituat, sed potest secretò de rebus eius recipere, quod huic rei satisfuerit, siue eorum administrationem habeat, siue non, seruatis supradictis. l

67 Septimo peccat mulier, quæ officio tutelæ fungitur post secundas nuptias, m vel post stuprum commissum per eandem legem, quam in hoc ponderat Salicetus. n

Octauid hospitalarius, qui redditus hospitalis non in- sumit in ea, in quæ sunt destinati, & qui sinit eos perdi: aut in alia dispendit, o & qui nimis tardè recuperat bona eius alienata, p & qui adeo negligit reficere ædificia, quod ob id cadant, cum obligatione restituendi. q

Porro Concilium Tridentinum, r commendata pluri- mum clericis hospitalitate statuit, quod hospitalarij hos- pitalium onera complant: quæ si commodè non possint, fructus illorum in alium pium vsum conuertant: prout or- dinario cum duobus peritoribus de capitulo videbitur, & quod omnes hospitalarij, etiam si sint laici, non tamen regularibus subiecti, vbi viget regularis obseruantia, ad prædicta ab Episcopis compelli possunt: & præterea in foro conscientie teneantur ad restitutionem fructuum, quos contra hospitalium institutionem perceperint, nulla eis remissione profutura: & quod administratio huius- modi vni & eidem personæ vltra triennium non commir- tatur, non obstantibus etiam priuilegiis, & immemorabili consuetudine, &c.

De peccatis Clericorum quoad ordines.

- 68 Ordinando prima tonsura hac sunt necessaria, & hæc mino- ribus sacris.
- 68 Ordinando cui Capitulum, vel alius sede vacante non potest dare licentiam.
- 68 Ordinandi facultas Papa, qua legitima, & qualiter intelli- genda.
- 68 Ordinandi aas mutata, & multa noua ab ordinatis, & or- dinandis facienda.
- 68 Missa pro noua nil detur, nec merces pro aliis, ignotus non misset: nec quis extra sacrum.
- 69 Dispensat quis ad ordines, & cum malè ordinato.
- 69 Ordinem sumens vt peccat, si est indignus, si per simoniam, si ab Episcopo excommunicato, si existens illegitimus, etiam occultus, num. 70. si extra tempora legitima, si ante iustam atatem, si sine iusta licentia, si furtim, aut per saltum, num. 71. si non supplet supplenda, si eodem die multos ordines sumit, si deformis, si enervatus, epilepticus, aut insanus, excommunicatus, aut mortali infectus. 72.
- 73 Clericus, vt peccet Sacramenta in mortali ministrans, sacra

- A tangens, aut post notorium peccatum, etiam acta peni- tentia missans. num. 74.
- 73 Ordinem, & eius vsum, quod peccatum notorium impedit.
- 73 Notorium quid dicatur.
- 74 Dispensat Papa aliter quàm inferior, etiam in quo vterque potest.
- 75 Interdictus ingressu Ecclesie, rebaptizans, chrismate veteri vn- gens, post cibum celebrans, non confessus, concubinarium no- torium. num. 76.
- 77 Dispensat vt Episcopus in irregularitate peccati notorij.
- 77 Concubinarium clericus, & fornicarium vagus, pares, non hu- mantur in sacro. & 78.
- 78 Missam concubinarij audire vt mortale, & cui melior boni quàm mali. 79.
- 80 Concubinarium notorium quis euitandus.
- 81 Iacobus Sabellus Cardinalis multis nominibus suspiciendus.
- 81 Missam extra locum sacrum celebrandi facultas non datur, & vt peccet, si celebrat intra illum, 82. & vt si in Ecclesia interdita, si super aram fractam, si ante preces matutinas 83. si sine aliis necessariis etiam timore mortis 84. si sine lumine, aut aqua, si in pane, & vino corruptis, si in ompha- cio, si noctu, si post meridiem. num. 86. si pluries quàm semel eodem die, nisi hu septem casibus, si non bis, aut ter in anno, si effudit sanguinem, & si reliquias corporis post ablatio- nem sumit. 89. & 90.
- C 84 Benedicat quis vestes sacras stola pro cingulo seruit.
- 87 Missa triplici faciendæ die Natiuitatis, quis optimus modus.
- 87 Missam quotidie audiat Episcopus, nemo eam nisi semel in die faciat, nisi iis septem casibus, nec in hu vquam ter, nec semel die Parasceues, & Sabbatho Sancto. 88.
- 90 Missans sic sumat reliquias calicis, patena, & oru, & suppleat defectum vini. num. 91.
- 92 Missa cui, & quomodo applicanda, num. 111. non dicenda à li- gato censuræ. num. 93. nec coram interdictu. num. 94.
- 94 Clericus vt peccet alios clericos ad diuina officia admit- tens.
- 95 Interdicta non seruans, excommunicatos sepeliens, absoluens indebitè confessum, & non monens eum.
- D 95 Vota malè commutans, omittens, aut volens omittere horas canonicas, aut partem earum, malè eas recitans, non at- tendens ad eas, & c. à num. 97. & seqq. Hostias multas con- secrans. num. 91.
- 101 Auctor ob nullas occupationes, vel morbos, omisit horas nisi hu. 70. annis, quibus recitat.
- 101 Horaria preces ob quas causas iuste omittantur. & seqq.
- 105 Assentio ad horas sufficiens triplex, & sufficit virtualis. & seqq.
- 108 Horas, ad quas tenentur clerici sacri, & ad quas minores.
- 109 Clericus vt peccet ducens vxorem, cohabitans fœmina, eam inuisens, Monasteria frequentans, habitum, & tonsuram non deferens, arma gestans, ludens, mendicans, lanista, tabernarius, mercator, aut mensam non benedicens, aut faciens, que antiquo, & nouo iure hic relato vetantur, in quibus sunt omnia officia secularia, cum arte medica. num. 110.
- 109 Concubinarij clericus penam innouat Concilium Trident. ad- dens nouam.
- 111 Missæ triplex valor, quis, cui applicandus, quid de vna dicta pro multis.
- 111 Missans pro duabus presentibus non alendus ob missam.

**D**icendum, quod peccat mortaliter primo, qui se facit ordine insigniri contra cano- nes Concilij Trident. quod sess. a sic statuit, Nemo imitietur prima tonsura, qui con- firmationis Sacramentum non suscepit, & si dei rudimenta edoctus non fuerit: quisque legere, & scribere ne- sciat: de quo probabilis coniectura non sit, cum non secularis iudicij fugiendi fraude: sed vt Deo fideliter inseruiat hoc vita genus elegerit.

Et rursus sic b ad minores promouendus ordines bonum à paro- cho, & magistro schola, in qua educatus est, testimonium habeat. Assumendus verò ad singulos maiores vno mense ante ordinationem Episcopus adeat, qui parochus, aut alteri, cui magis expedire iudi- cauerit committat, vt nominibus, aut desiderio volentium promo- ueri publicè in Ecclesia propostis, de eorum natalibus, atate, mori-

a Sess. 23. c. 4. de reformat.

b Cap. 5.

bus, &



a Sess. 7. c. 10.  
 b Sess. 23. capitulo. 8. de re for.  
 c Sess. 7. c. 11.  
 d Sess. 33. c. 8. sic.  
 e Cap. 11.  
 f Ca. 12. sic.  
 g Cap. 13.  
 h Cap. 14.  
 i Ca. 16.  
 k Cap. 17. sic.  
 l Sess. 22. Decret. de obser. & em. in eo lib. miss. sic.  
 m Extrava. 2. de simo. de qua inf. c. 27. nu. 109.  
 n In c. tanta. de simo. nu. 2.  
 o Arg. gl. ca. emendati. 1. qu. 1.

bus, & vita à fide dignis diligenter inquirat, & testimonium quamprimum ad ipsum Episcopum transmittat.  
 Et alibi non licet Ecclesiarum Capitulis sede vacante infra annum à die vacationis ordinandi licentiam, aut litteras dimissorias concedere alicui, qui beneficij obtenti, vel obtinendi occasione arctatus non fuerit. Et capitulum contraveniens Ecclesiastico subiateat interdito: sic verò ordinatus, si in minoribus constitutus sit, privilegio clericali non gaudeat, in maioribus verò, ab executione ordinum, ad beneplacitum futuri Prælati sit ipso iure suspensus. quod ipsum statuitur, b de impetrante dimissorias ab alio quàm eo, qui loco Capituli succedit in iurisdictionem Episcopalem.  
 Et alio in loco sic c facultates de promouendo à quocumque non suffragentur, nisi habentibus iustam causam in litteris exprimentam, ob quam à propriis Episcopis non ordinentur, & tunc non ordinentur, nisi ab Episcopo in sua diocesi residente, vel pro eo Pontificalia exercente, idque prævio diligenti examine.  
 Et nemo ordinetur prætextu cuiusvis rescripti, aut privilegij, nisi eius probitas, & mores ordinarij testimonio commendentur.  
 Et iterum c ordines minores per temporum interstitia conferantur: nisi Episcopo aliud expedire videbitur, idque Latinam linguam callentibus, ordinandi verò, non nisi post annum à susceptione postremi gradus minorem ordinum ad sacros promouentur: nisi necessitas, aut Ecclesie utilitas iudicio Episcopi aliud exigat.  
 Et paulo post f nullus ad sadiacatum ante 22. ad diaconatum ante 23. ad presbyterium ante 25. atatis annum promoueat, & quodd nulli etiam regulares, nisi prævio Episcopi examine, ordinentur. & nota, quod huic non obstat \* bulla Pij V. quæ hoc onus, & aliquod alia prædicti Concilij abstulit mendicantibus, ob reuocationem eius per S. D. N. Gregorium XII I. cuius tenor est, qui ponitur sub fin. c. 27. & mox, sic.  
 \* Bulla Pij V. Hæc Bulla est constitutio. 38. quæ continet confirmationem & innovationem privilegiorum ordinis mendicantium, & declarationem Concilij Tridentini circa ea & incipit & si Romani. Hanc autem bullam idem Pontifex aliqua ex parte reuocauit, & ad formam Concilij Tridentini reduxit per constitutionem 138. quæ incipit Romani Pontificis: & rursus Gregorius XII I. per bullam quæ infra habetur, & incipit in tanta, quæ est 13. inter ipsius constitutiones.  
 g In minoribus constituti non promouentur ad maiores, nisi bonum habentes testimonium & in minoribus sint probati, & per annum in iis sint versati, sperantes se Deo auspice continere posse. & mox sic, Deceret eos, saltem diebus dominicis, & solemnibus cum altari ministrarint, communicare. & mox sic, Duo sacri ordines, eodem die, etiam religioso non conferantur.  
 Et paulo post h Assumendi ad presbyterium in minoribus probati sint, ac bonum habeant testimonium, & anno integro diaconatum exercuerint, populoque docendo, & administrandis Sacramentis necessaria scierint, à quibus castitatis, & vita bona exempla expectentur, & quodd cum promotis per saltum, si non ministraverint, Episcopus ex causa dispensare possit.  
 Et postea sic i nullus ordinetur, qui non ascribatur illi Ecclesie, aut loco pio, pro cuius necessitate, vel utilitate ordinatur, & si eum locum Episcopo inconsulto deserat, ei sacrorum usus interdicitur, & nullus clericus peregrinus, sine commendatijs ordinarij sui litteris, ad diuina officia admittatur.  
 Et consequenter, k Episcopi in ecclesijs id ferre valentibus assignari stipendia minores ordines exercentibus procurent, & quodd nulli exerceant officia minorum ordinum, quibus carent, vt in iis constituti se in illis exercent.  
 Et alio in loco l vt Episcopi omnino prohibeant, ne quid promissis nouis celebrandis detur, & importunas, ac illiberales elemosynarum exactiones, & ne cui vago, & ignoto sacerdoti missas celebrare liceat, & nemo publice, ac notorie criminosis sancto altari ministrare, aut sacris interesse permittatur, & ne sanctum hoc sacrificium extra Ecclesiam, ac ad diuinum tantum cultum dedicata oratoria à secularibus, aut regularibus quibuscunque peragatur.  
 Secundo peccat mortaliter, qui suscipit aliquem ordinem etiam minorem per simoniam propriam realem ante ordinationem commissam, quamuis occultam, quæ est causa ordinationis: & est excommunicatus, m etiam si committatur dando tertio, & non ordinatori secundum Innocentium. n Dixi, ante ordinationem: quia datio post eam, non efficit simoniam, o vel certè non talem, quæ excommunicet. Dixi, propriam: quia si alius dat, aut promittit aliquid episcopo, aut alteri, vt eum ordinet ipso inscio, vel sciente, sed contradicente non peccat: & accipit, non solum characterem, sed etiam eius executionem, iuxta Bel-

A lameran, quem sequitur Cardinalis Alexandrinus, quid quid glo. la cap. si quis, & alij dicant maximè post extrauagantem, ad euitanda, Martini V. de qua infra, b nec postea soluendo illud, quod se inscio datum fuit, suspensionem, aut excommunicationem incurrit, secundum Siluestrum, c nec peccat, saltem in foro conscientie, quid quid ille sentiat: si non habet ratam, neque gratam illam dationem: quia nulla id lex vetat, quo ad illud forum. Dixi, que est causa ordinationis: alias enim contra, per dicenda infra, d & dicta supra. e  
 69 Tertio peccat mortaliter, qui scienter ab Episcopo excommunicato denunciato ordinatur, immo & postea vtens ordine illo absque dispensatione Papæ: quia licet characterem accipiat, non tamen illius executionem, quo ad quam solus Papa dispensat. f  
 B Quarto, qui non existens legitimus sine dispensatione ordinatur. g Ad minores autem episcopus dispensat. h Ad sacros verò ordines solus Papa, & cum intrante religionem ius commune ad omnes ordines etiam sacros dispensat. i Et nil refert quo ad forum conscientie, an illegitimitas, (vt ita dicam) sit secreta, vel publica: quid quid aliqui existimauerint absque textu, & iusta ratione. Idem de qualibet alia irregularitate, quo ad peccatum, licet non quo ad dispensationem, de qua cum alijs pertinentibus ad irregularitatem, infra k dicimus.  
 C 70 Quinto peccat mortaliter, qui ordinatur ordine sacro extra tempora à iure statuta, aut ante legitimam ætatem, aut absque litteris dimissorijs: & est ipso iure suspensus: & si ordine illo vtitur sit irregularis, in quo solus Papa dispensat per extrauagantem Pij II. cum ex sacrorum. quæ nuper fuit expressa, de qua meminit Villadiegus, l quam nos declaramus alibi. m Dixi, Ordine sacro: quia licet sic minores capiendo peccet: non tamen est ipso iure suspensus: quia iuxta commune ius defectu ætatis suspensio ipso facto non incurritur. n Per quod omnes, qui prædictam extrauagantem non nouerant, contrarium dixerunt, putantes non suspendi quem ipso iure: propterea quod ante legitimam ætatem ordinem sacrum etiam presbyterij suscipiat, in quibus sunt S. Antoninus, o & Maior. p nec videtur prodesse in hoc fratribus obseruantia suum privilegium per supra dicta. q  
 Sexto peccat mortaliter, qui furrim contra prohibitionem ordinantis ordinatur: & si prohibitio fiat sub pœna excommunicationis lata sententia, est excommunicatus, & irregularis, in quo solus Papa dispensat. r  
 71 Septimo peccat mortaliter, qui scienter per saltum, id est, minore ordine omisso, maiore ordinatur: & est suspensus. Super facultate autè dispensandi super hoc sequuti fuimus hic opinionem Hostiensis, s quam videtur etià elegisse Concilium Tridentinum, t scilicet, quodd Episcopus potest dispensare antequam ministret, quod tamen est intelligendū, modò antequam vtatur dispensatione, omissum ordinem suscipiat, quod nos hic post Hostiensem addimus. v  
 Otauo peccat mortaliter, qui ordinatur omisso aliquo necessario necessitate præcepti: licet non de necessitate sacramenti, & non suppleto defectu, eo vtitur: non tamen sit irregularis. x Et qui eodem die duos ordines sacros suscipit, non solum peccat: sed est etiam à posteriore suspensus, in quo solus Papa dispensat, y immo & irregularis, vt exprimitur infra, z vbi additur ratio, quare hic ponitur suspensus. Et qui eodem die ordines minores & subdiaconatum suscipit, a & magis qui duos ordines sacros eodem die suscipit, etiam si sit religiosus, per prædictum Concilium, b non tamen, qui quatuor minores eodem die suscipit, c quod etiam post Concilium prædictum procedere potest in eo, cum quo Episcopus dispensaret, vt non seruat temporum interstitijs posset accipere. Quin videtur, quodd posset accipere illos, & subdiaconatum eodem die, vbi est talis cõsuetudo, quæ valet, secundū S. Antoninum. d Concilium enim eiusmodi consuetudinem non tollit.  
 72 Nono peccat mortaliter, qui ordinatur habens faciem, vel manus notabiliter deformes: vt si oculo caret, vel habet nasum, & digitos abscissos, vel compactos, vel superfluos, e non tamen sit irregularis: licet promotus celebret. f Et idem de eo, qui postquam semel à dæmone obfessus, aut morbo caduco in terram elisus, ordinatur. g Et

a In c. statui-  
 mus. c. d. ca.  
 si quis. 1. qu. 1.  
 b c. 27. nu. 35.  
 c Verb. simo.  
 q. 8. §. 1.  
 d nu. 113.  
 cc. 23. nu. 100.  
 f c. si quis à si  
 monia. c. 1.  
 qu. 1.  
 g Ca. 1. de fil.  
 presbyr. 2. e. o.  
 tie. lib. 6.  
 h c. 2. eod. tit.  
 lib. 6.  
 i d. c. 1. de fil.  
 presb. lib. 6.  
 k c. 27. nu. 101.  
 v. que ad  
 230.  
 l de irre. co.  
 o. & Rebus.  
 2 part. sua  
 prax. benef.  
 tit. de clerico  
 ad sacros or.  
 male promo.  
 gloss. 4.  
 m In repe. ca.  
 accepta. oppo.  
 8. n. 34. de re.  
 spol.  
 n ca. vel non  
 est compos. de  
 tempo. ordi-  
 na.  
 o 3. par. si. 14.  
 ca. 10.  
 p In 4. d. 24.  
 qu. 5.  
 q Num. 68.  
 r c. innotuit.  
 de eo. qui sur.  
 ordi. suscipit.  
 s In summa  
 de cle. per sal.  
 pro. §. 4.  
 t Relatum su  
 pra nu. 68.  
 v Per ca. vlt.  
 de cle. non or  
 di. ministr.  
 x Sil. ver. irre  
 gularitas. qu.  
 12.  
 y c. litteras. c.  
 dilectus adiu  
 ta glo. de tē-  
 por. ordi. c.  
 & d. ca. inno  
 tuit.  
 z c. 27. n. 24. 1.  
 2 c. 2. de eod.  
 qui sur. ordi.  
 b Supr. n. 68.  
 relatum.  
 c Secundum  
 gl. c. de eo. de  
 tempo. ordin.  
 & c. 2. de eo.  
 qui sur. ordi.  
 d 3 par. si. 14.  
 c. 10. §. 10.  
 e c. si euange  
 lia. 55. dist.  
 f Pan. in ca. si  
 celebrat. de  
 cler. excom.  
 ministr.  
 g ca. maritū.  
 & c. sequ. 33.  
 dif. adiuncta  
 gloss.

qui







a Vbi supra.  
 b In d. dist. 9.  
 c Adria. in  
 4. de sacram.  
 Eucharist. co.  
 3.  
 d In ca. 14. de  
 refor. sess. 25.  
 d. De. consecr.  
 di. 1. c. missarū  
 c. ca. concedi-  
 m. de cōf. d. 1.  
 f. Num. 68.  
 g. d. c. concedi-  
 m.  
 h Arg. l. praci-  
 pum C. de ap-  
 pel.  
 i S. Anst. 9.  
 par. 210. 13. ca.  
 6. §. 4.  
 k Ver. miss. §.  
 39.  
 l ca. in qui. in  
 princ. §. 1.  
 s. de sen. excō.  
 lib. 6.  
 m c. 1. cum ei  
 amos. de con-  
 sec. eccl. 1.  
 n Eod. tit.  
 o Syl. ver. mis-  
 sa. qn. 6.  
 p Vbi supra. §.  
 1. c. Syl. ubi  
 supra.  
 q In 4. de Eu-  
 cha. co. 27.  
 r In c. liqui-  
 do. de consec.  
 dist. 2.  
 s 3. par. 11. 13.  
 ca. 6. §. 6. c.  
 Direct. li. 1. si.  
 7. §. 55.  
 t. 1. 2. q. 96. ar.  
 4.  
 v In 4. dist. 13.  
 qu. 2. col. 5.  
 x In 4. d. 13.  
 qu. 4. art. 3.  
 y In 4. di. 13.  
 qu. 2.  
 z compend.  
 privileg. ver.  
 benedicere.  
 a c. si de celo.  
 miss.  
 b Richa in 4.  
 d. 11. a. 2. q. 2.  
 ad 1. c. 9. 5.  
 c In 4. d. 10.  
 d. c. 1. c. 2. cū  
 glos. Arch.  
 Cardin. c. cō-  
 mou. de con-  
 sec. d. 2.

quid quid dicat Gabriel \* & Maior, b cum aliis quibusdam  
 nam Concilium Tridentinum canones antiquos super  
 hoc latos approbat, adiciendo pœnas grauiore, quàm il-  
 li adiecerunt. c  
 8r Decimosexto peccat mortaliter, qui sacrificat extra lo-  
 cum sacrum, d & quamuis ante Concilium Tridentinū de  
 licentia episcopi, vt in Manuali Hispano diximus, celebra-  
 ri poterat extra illum super ara sacra portatili aliis necessa-  
 riis interuenientibus, e post illud tamen, non licet episco-  
 pis illud concedere per decretum eius f descriptum supra:  
 Nec ipse Papa eam concedit, saltem non episcopis, etiam  
 in vrbe morantibus, neque aliis quàm Cardinalibus: licet  
 nobis in singulare beneficium ea data sit, cuius conceden-  
 di pars magna fuit Illustrissimus & Reuerendiss. Cardina-  
 lis Iacobus Sabellus S. D. N. Vicarius, generis Sabellorum  
 antiquitate, recondita prudentia, & immota in recto cō-  
 stantia, aliisque nominibus Vrbi, & orbi gratissimus. Cre-  
 dimus autem, quod sicut de licentia, s poterat ante prædi-  
 ctum Concilium celebrari, propter necessitatē sine licen-  
 tia episcopi: ita possit etiam hodie: quia non videtur quo  
 ad hoc esse illi derogatum per Concilium: & consequen-  
 ter ei adhaerendum. h Quod est notandū pro terris, in qui-  
 bus frequentissimæ supplicationes fiunt, ad aliqua parua  
 eremitoria, præ quorum foribus solet dici missa, vt ab om-  
 nibus audiatur: & pro primitiis, seu primis missis sacer-  
 dorum, ad quas maxima multitudo, quam Ecclesia capere  
 non potest, solet conuenire. Multo minus autem posse dari  
 licentia celebrandi in mari, vel flumine, vbi effusio san-  
 guinis timeri posset, etiam vrgente quavis necessitate, iper  
 quod ipsum decretum videtur sublatum privilegium Præ-  
 dicatorum, & Minorum, in quouis loco honesto celebran-  
 di, allegatum per Angelum k cuius in Manuali Hispano  
 meminimus.  
 83 Decimosextimò peccat mortaliter, qui in Ecclesia  
 interdicta celebrat, & sit irregularis, & qui in polluta san-  
 guine, vel femine: non tamen sit irregularis. l Et qui scien-  
 ter, aut per ignorantiam crassam celebrat super ara exor-  
 miter fracta, aut non consecrata, aut in consecrata, quæ hos-  
 tiam & calicem, quo celebrat, non capit, m Dixi, ENORMITER,  
 per cap. quod in dubio. n  
 Decimooctauo peccat, qui ante recitatas horas matuti-  
 nas celebrat: quia est contra consuetudinem generalem  
 Ecclesie: nisi incidente aliqua repentina necessitate ad vi-  
 tandum graue aliquod damnum, aut scandalum id faciat. o  
 Ante tamen recitatum primam celebrari potest, nisi esset  
 consuetudo, vel constitutio contraria: quæ & si esset, intel-  
 ligenda foret, de missa maiore, & recitatione in choro, &  
 non de alia, secundum Angelum p  
 Nec quidquam obest cibus, & potus sumptus post ma-  
 tutinas preces recitatas ante mediam noctem: modò post  
 eam nil sumatur iuxta Adrianum q & alios, quos retuli-  
 mus alibi. r  
 84 Et qui sine omnibus vestibus factis, aut sine corpora-  
 libus, aut sine libro, saltem continente canonem, scilicet,  
 Te igitur, vsque ad communionem, celebrat, iuxta S. Anto-  
 ninum s etiam si festum vgeret, iuxta eundē ibidem: etiam  
 si aliter mortem vitare nequeat, secundum Caietanum t  
 (quod nobis satis durum videretur) licet si celebrat, non fiat  
 irregularis. Et potest loco cinguli stolam longam adhibe-  
 re, & loco stolæ manipulum longum, iuxta Paludanum. v  
 Quinetiam cingulum non benedictum adhibere potest,  
 iuxta Richardum x & Scorum y quia cingulum, & calcei,  
 secundū ipsos, benedici non solent. Cōtra quos facit, quod  
 etiam pro eis benedictio in Pontificali nostro reperitur.  
 Hæc autem benedictio ad episcopum spectat iure com-  
 muni: privilegio autem Papæ ministri, & prouinciales fra-  
 trum Minorum possunt benedicere corporalia: & iidem,  
 & custodes, & guardiani alia ornata pro suo ordine, &  
 promonialibus S. Clara, & tertij ordinis, & nō pro aliis. z  
 85 Decimononò peccat mortaliter, qui sine aqua aut lu-  
 mine celebrat. a Er qui consecrat in pane fermentato, aut  
 corrupto: ita vt substantiam panis perdat. b Aut in ompha-  
 cio, aut in vino adeo acido, aut adeo lymphato vt substan-  
 tiam vini amittat, & consecratio nulla est. Dixi, Substantiam  
 amittat: alias secus, idem Richardus. c Er qui solū vinum  
 sine aqua consecrat, licet valeat consecratio. d Er qui noctu

A ante lucem celebrat, iuxta omnes, excepto episcopo, secun-  
 dum Paludanum. e Quæ quamuis nulla ratione firma vide-  
 tur niti (vt aliàs hic b dixi) quia tamē vt audio, vsu recepta  
 est, defendi posse videtur ob episcopi prerogatiuas, quas  
 glossa prædicta refert, & quia etiam, vt nos vidimus Tho-  
 losā: ab hinc sexaginta circiter annos in Gallia Aquitani-  
 ca, vbi omnes ferè quotidie audiebant missam, quo opera-  
 rij, filij, & famuli eam audirent, longè ante lucem incipie-  
 bāt fieri missa. Quod ipsum & in Gallia Belgica etiā nunc  
 fieri audio. Quem vsum difficile puto relictum iri, etiam  
 post receptum Concilium Tridentinum iubens horis tan-  
 tum debitis celebrari: nam & de episcopi, aut alterius Su-  
 perioris licentia, propter necessitatem communicandi in-  
 firmum morti proximum, & defectum Eucharistij eā ante  
 lucem dici posse ait S. Antoninus e quem Angelus & Sil-  
 uester & posteriores sequuntur: immo & nostra sententia  
 in tali casu etiam sine licentia episcopi absentis. d  
 Est etiam communiter illicitum celebrare post præteri-  
 tam notabiliter horam sextam, secundum Ioannem An-  
 dream e sed nostro iudicio, minus benè. Tum quia non est  
 rextus, neque ratio, quæ prohibeat ieiuno, vbi sine scanda-  
 lo potest facere eam ante nonam. Tum quia est oblatio, &  
 sacrificium incruentum à sacerdote in persona Christi o-  
 blatum: & idem, quod ea hora ab ipsomet Christo fuit o-  
 blatum: & idem, quod quardā prima missa fuit, vt copio-  
 se probauit, f & frequentes id feci, præsertim diebus festis:  
 vt ego, & mei iter facientes, & post meridiem peruenientes  
 ad loca intenta, satisfaceremus præcepto. Cui consequens  
 est, privilegia de dicēda missa circa, vel post meridiem, con-  
 tinere ius cōmune, & tantū prodesse ad sedandos animos  
 scrupulosorū, qualia esse etiam alia multa diximus alibi. g  
 86 Nec videtur obstat prædictum decretum, h quatenus  
 prohibet, ne sacerdotes aliis horis, quàm debitis celebrēt:  
 quia id intelligendum est de horis ante lucem, vel post  
 nonam, qua prædicta oblatio Christi consummata fuit:  
 nam & in Quadragesima dici debet post nonam, quam  
 constat esse post meridiem, & horam cœnandi in die iei-  
 nij, vt docet S. Thomas i consequenter videntur sublata  
 privilegia Sixti III. Innocentij V. & Leonis X. de dicen-  
 da missa ante horam legitimam, quorum tenores in Ma-  
 nuali Hispano hoc in loco relatos præmitto.  
 Ad nonē autem quæsitum de presbytero non potente  
 finire missam cœptam, respondeo primò, quòd potest re-  
 linqui imperfecta, si non erat facta consecratio: quia ca. ni-  
 hil. k quod habet officium diuinum non debere relinqui  
 imperfectum, intelligitur sine iusta in id causa, nam infra, l  
 dicitur missam cœptam relinquendam etiam superue-  
 niente excommunicato, qui nolit abesse.  
 Secundò, quòd si facta sit consecratio, est perficienda  
 per alium ieiunum, qui continuabit eam à loco, in quo al-  
 tet reliquit, m vel per non ieiunum, si deest ieiunus: quia  
 maioris momenti est præceptum de missa post consecra-  
 tionem per alium presbyterum perficienda, quod est di-  
 uinum, aut diuino proximum, n quàm de communicando  
 ieiunè, quod est humanum. o  
 Tertio, quòd quamuis nec prædictum capi. nihil. nec ei  
 concordantia præcipiant, vt alius presbyter eiusmodi casu  
 præsens teneatur illam perficere: arbitror tamen teneri:  
 etiam si non esset ieiunus: debereque se vestire sacras ves-  
 tes, & concipere contritionem, & confiteri, si opus foret,  
 & copia id faciendi adesset: tum ad cuitandum scandalum,  
 quod ex ea imperfecta oriri posset: tum ob conseruandum  
 tanti sacramenti honorem, ad quod longè magis tenemur,  
 quàm ad seruandas fortunas proximi: quas tamen, si sunt  
 notabiles, præcipimur seruare: saltem quum commodè  
 possumus, per citata alibi p & redacta in summam supra. q  
 Quarto, quòd nō est tamen perficienda per laicum, nec  
 per clericum presbytero minore: quia non potest. r  
 87 Vigesimo peccat mortaliter, qui pluriès quàm semel  
 eadem die celebrat iuxta cap. consulti, s (per quod pro-  
 batur rectè dici facere missam, quod moneo, ne quis mali  
 consulat eam phrasim, qua interdum vtor, & grauitè vt-  
 tor Illustrissimus Cardinalis Sabellus, t) nisi in septem ca-  
 sibus, iuxta Paludanum v & S. Antoninū. x Primus die Na-  
 tivitatis, in quo tres dici possunt, y quarum dicendarum o-  
 ptimus modus videtur, vt prima, inedia nocte secūda, dilu-

a In 4. dist. 19.  
 qu. 2. conclus.  
 2. ar. 2. post gl.  
 c. si de primil.  
 lib. 6.  
 b In c. noc-  
 te sancta. de  
 consecr. dist.  
 1.  
 c 3. par. 11. 13.  
 c. 6. §. 4.  
 d Arg. e quod  
 non est de re.  
 iur.  
 e In c. 1. de ce-  
 leb. miss. com-  
 munitè re-  
 ceptum.  
 f In c. solent.  
 de consec. d. 1.  
 g Brevius in  
 præfatio En-  
 chis de orat. c.  
 3. n. 4. c. c.  
 21. num. 31.  
 h In dicto ca.  
 quando. cap.  
 3. num. 57. c.  
 10. numer.  
 84.  
 i 2. 2. qu. 147.  
 art. 7.  
 k 10. qu. 2.  
 l In c. 27. nu-  
 4.  
 m d. c. nihil.  
 n c. compari-  
 mus. c. 1. re-  
 lasum de cōf.  
 d. 2.  
 o c. liquido.  
 ead. dist.  
 p In commē.  
 c. non in info-  
 rema. 23. qu.  
 5.  
 q c. præced. à  
 nu. 15.  
 r Arg. c. 1. §.  
 si de sum. Tri.  
 s De celebr.  
 miss. c. sus-  
 sist. de conse-  
 cr. dist. 1.  
 t In edict. re-  
 for. clericorū.  
 v In 4. di. 15.  
 quæst. 2.  
 x 3. par. 13. c.  
 6. §. 4.  
 y Dico capi.  
 Noctē sancta.



culor: tertia, hora tertia dicatur: quamvis etiam bene dicantur inter diu omnes tres, sine intercapedine, aut cum ea: sed ante lucem non potest dici recte, nisi una: ut post Angelum & Siluestrum diximus alibi. Secundus casus est, quando superuenit dicta iam missa aliqua persona notabilis, veluti episcopus, quam singulis diebus decet eam audire, vel dicere. Et eadem vel maiori ratione, cum superueniunt peregrini: etiam si non sint tanti status, si precepto illo die ad audiendam missam teneantur. Tertius, cum repente post dictam missam corpus defuncti occurrat sepelendum: & consuetudo habet, ne sepeliatur sine missa, quando ea celebrari potest. Quartus, quando aliquis ita egrotat, ut communicare necessario debeat, & non est Eucharistia. Quintus cum quis preest duabus Ecclesiis vnitis duabus missis indigentibus: & non est alius, qui alteram dicat. Sextus, ob nuptiarum benedictionem. Septimus, cum occurrat causa, que iusta videatur ad hoc arbitrio boni viri iuxta dictum ca. consulti quod habet licitum esse celebrare pluries, quam semel urgente necessitate. 88 Notandum tamen, quod neque in predictis casibus est licitum, si sacerdos, qui semel celebravit, non est ieiunus: etiam si nihil preter solitam calicis purificationem sumpserit: neque si iam eodem die duas dixit, excepto die Natiuitatis: neque si adit alius sacerdos, qui possit, & velit illam missam necessariam dicere, iuxta communem predictorum. Notandum est etiam omnibus diebus missam dici posse, exceptis feria sexta, & sabbato hebdomadae sanctae. Nec obstat consuetudo, quam contrariam in sabbato sancto videmus, quia missa, quae nunc in illo dicitur, non est eiusdem diei, sed noctis resurrectionis: quamvis eam paulatim imbecillitas humana tanquam ieiunij impatientis ad horam reliquarum retraxerit, ut significat collecta, quae incipit. *Deus qui hanc sacratissimam noctem, &c.* In sexta vero feria sancta nec dicitur, nec dici debet, nec publice, nec secretò: sed solum suscipitur hostia, quae ex precedenti die consecrata remansit. At die Iouis sancto, aut feria quinta eiusdem hebdomadae, & publice, & secretò dici potest: quia id nullo iure prohibetur: immo dictum cap. sabbato, bene ponderatum, permittit, licet illo die fere omnes a celebrando abstineant: alij ob defectum commoditatis: quia in illo die Sacrificia altaria denudant: alij quia falsò putant non licere: alij ob auditionem confessionum.

Vigesimo primò peccat presbyter, qui non celebrat sine iusta causa, saltem ter, aut quater in principalibus festis anni, in quibus laici religiosiores communicare solent secundum S. Thomam h. ut latius tradimus in d. Enchirid. de orat. etiam si non habeat curam animarum, nec alia ratione, quam presbyterij sit obligatus. Quin Concilium predictum, iubet Episcopis curare, ut presbyteri saltem dominicis, & festis solennibus sacrificent: & qui curam habent animarum tam crebro, ut muneri suo satisfaciât. Per quod tamen ante preceptum Episcoporum, non videtur presbyter terter pluries ad missandum, quam ante Conciliū: quod id non precipiat: sed tantum curam ad id agendi Episcopis committat. 89 Vigesimo secundò peccat is, cuius negligentia sanguis in terra, aut altari effunditur: & quid sit tunc faciendum statuitur in iure in hac verba, *Si per negligentiam aliquid de sanguine Domini stillauerit in terram: lingua lambetur, & tabula radetur. Si non fuerit tabula: ut non conculcetur, locus corraderetur, & igne consumetur, & cinis intra altare reconderetur: & sacerdos quadraginta diebus peniteat. Si super altare stillauerit calix: sorbeat minister stillam, & tribus diebus peniteat. Si super linteam altaris, & ad aliud stilla peruenierit quatuor diebus peniteat. Si vsque ad tertium, nonem diebus peniteat. Si vsque ad quartum viginti diebus peniteat: & linteamina, qua tetigerit stilla tribus vicibus minister abluat calice supposito: & aqua ablutionis sumatur, & iuxta altare reconderatur.* Ex quo inferitur non debuisse cremare ob hoc quaedam corporalia pretiosa amicis cuiusdam, qui è longinquo me super hoc consulit.

Vigesimo tertio peccat mortaliter, qui reliquias sacramenti, quae in calice, aut in patena remanent quilibet exiguas, post ablutionem sumit, iuxta mentem Paludani & Rozellae, quod est verum, si ex intervallo id faciat, secus si incōtinenti, ut neruose probat Caietanus, quia quae incōtinenti fiunt, inesse videntur. Quare quas ex intervallo inuenit custodire debet in alterum diem sumendas: aut certe ministrare eas alicui ad communicandum disposito, iuxta

A eisdem. Porro, humor in calice remanens post sumptionem sanguinis, quo ad omnino exsiccat, magna cum reuerentia tractandus est, quia ibi est sanguis D. N. Iesu Christi: & ideo prima ablutio facienda est vino, & summa cum reuerentia sumenda, & quamvis post iumptionem corporis, & sanguinis aliqua particula hostiae in ore remanserit, licet potest sumi ablutio: licet ea prius deglutatur, quin & toties potest sumi, quoties opus fuerit ad hostiam deglutandam: quod decentius videtur, quam ad id digitum ori inferre secundum Rosellam. Et si sumpto sanguine, aliquid hostiae in calice manserit, debet eam digito ori calicis admouere, & ante mixtionem vini sumere, iuxta Scotum. Decentius tamen videtur, quod Angelus dicit, quodque ego soleo facere, scilicet, ut vinum infundatur, & simul cum particula hostiae sumatur.

B 91 Praeterea notandum, quod cum post hostiam sumptam, volens sumere sanguinem aduerterit nihil, vel solam aquam esse in calice, debet secundum Scotum, accedere ad cornu altaris, quasi ablutionem accepturus: & sumpto vino & aqua, vel solo vino, cum aqua, quae remansit in calice, redire ad medium altaris: & ibi consecrare, incipiens ab illis verbis, *Simili modo: &c.* prosequens vsque ad illa. *Vnde & memores, &c.* aliis pretermisissis, ne populus propter motam errorem intelligat, sanguinem Domini cum reuerentia percipere, & mox purificatione accepta reliqua prosequi. Quae praxis videtur praestare praxi S. Thomae, qui & cœsum, quod debet alteram hostiam non consecrari, cum nouo vino aqua mixto sumere, & incipiens à vers. *Qui pridie.* consecrare sub utraque specie, & missam in fine vsque prosequi perinde, ac si alteram hostiam non consecrasset, nec sumpserit, neque aquam calicis degustasset. Ac si is, cui hoc contingit, ignorat preceptum Ecclesiae: quo qui celebrat tenetur sub utraque specie consecrare, & sumere, aut inopinato casu perturbatus non suscipit, nec consecrat vinum, non peccat ob id mortaliter, iuxta Adrianum. Subnotandum ite, quod qui multas hostias consecrandas accipit & memor tantum illius, quam manibus tenet, verba consecratoria profert, omnes consecrat, quia quauis non habeat intentionem actualē eas consecrandi, habet tamen virtutem manantē ex actuali, quam habuit consecrandi, quando illas accepit consecrandas.

D Vigesimo quarto peccat mortaliter, qui aliquam pecuniam accipit, ad per se, vel aliū dicendas missas: & facit eas ab aliis dici, aliquid sibi retinendo de pirantiis pro eis tradendis, secundum Maiorem. Contrariū tamen sentit Sotus. Nobis verò videtur, quod opinio Maioris procedat, quando qui pecuniam accipit, non habet vllum officium, ob quod lex, aut consuetudo aliquod illi stipendium pro eiusmodi cura ex quaue pirantia missae constituit, impensis eorum, qui eas dicere debent: quia licet omnes sibi commissas dicere faciat non tamen quantum debet eas dicentibus persoluit, & sic iniustitiam committit. Soti verò, quando est persona, quae officij praefato modo habet, & etiam quando qui dat pecuniam, dat plus quam ad salaria ordinaria sufficit, cum voluntate saltē tacita, ut quod superest retineat sibi pro cura, & industria: quam ei rei impendit. Cuiusmodi videntur esse aliquot parochi, & sacristae, quibus consueuerunt commendari missae dicendae, & tradi elemosynae pro eas dicentorum pirantiis.

E 92 Vigesimo quinto peccat mortaliter, qui obligatus ad dicendam missam pro aliquo, non applicat ei totam illam eius partem, quam tenetur ei applicare. Tum quia, ut diximus alibi, una missa pro multis dicta non tantum valet cuiuslibet eorum, quantum valeret dicta pro eo solo. Tum quia secundum Scotum pulchre per hac de re differentem, triplex est valor missae: scilicet generalis, qui debetur toti Ecclesiae iuxta intentionem illius medius, qui ei pro quo dicitur: & specialis, qui dicenti, & ira qui totum valorem generalem non applicat toti Ecclesiae secundum ordinationem eius: & qui non applicat totum mediū ei, pro quo dicit, peccat: quia iniustitiam committit: quamvis valorem specialē sibi debitum iuste possit applicare sibi, vel alij cui voluerit: siue addat plures collectas, quam debeat, siue non, iuxta Maiorem cui consentit ibidem Vnde. Gabriel licet repugnare videatur in hoc ultimo Scoto. Quae tota est doctrina singularis, vsu Ecclesiae merito recepra: licet S. Thomas & post ipsum Siluester & Caietanus & nonnulli alij aliud re-

nuerint.

a Ver. missa. §. 40.  
b Ver. missa. §. 40. & 7.  
c In d. c. noct. d. d. ca. fin. de primil. lib. 6.

e c. visum. de consec. dist. 1. §. c. sabbato. de consecr. di. 3.

g & in pradi. Ro Enchirid. suo Manual. de orat. ca. 3. n. 43. probantur.

h 3. par. 9. 82. art. 10. & Ri. in 4. d. 13. ar. 2.  
i Ar. ca. dolen. res. de celebr. miss. k Sess. 23. ca. 14.

l in cap. si per negligentiam de consec. dist. 2.

m In 4. di. 6. qu. 1. in fin. n Ver. eucharistia. §. 13. o 3. som. de celebr. miss. qu. 1. p l. lecta ff. de reb. cred.

a c. ex parte. de celebr. miss.

b Ver. eucharistia. §. 13. Syluest. an. 9. 2.

c In 4. d. 9. 3.

d Ver. missa. §. 20. & Sil. de eucharistia. §. 9. 2. c. Arg. d. 1. le. ff. si cert. petat. & l. fin. ff. de ver. oblig. §. in 4. dist. 9.

g In 1. par. 9. 82. art. 6.

h c. relatum. de conse. di. 2.

i In 4. de sacram. eucharistia. col. 23.

k Scot. in 4. d. 12. & Angel. de eucharistia. §. 13. Pano. cum ill. m. i. c. sum. de off. ordi. l. in 4. dist. 45. qu. 3. m. Lib. 5. ar. 2. de iust. & iur.

n Ar. c. sum. si non fuerit. de reg. lib. 6.

o In Enchirid. de orat. 2. 20. nu. 77. & in c. visum. de off. di. 1. & ca. 100. mediocrius. de consec. di. 2. & infra ca. 111.

p Quolib. 2. 9. In 4. d. 45. §. 2. ar. 4. §. 1. o addit. ad 4.

q Vbi supra. c. 3. par. 9. 74. ar. 5.

r Ver. missa. §. 9. 9. x In opusculo 2. tract. 3. de celebr. miss.



a Vbi supra.

b Lib. 6 q. 3. ar. 1. de iust. & iur. c. in eod. arti.

d Arg. cap. ex tenore de ser. comp. & cap. denique. 14. q. 5. c. non liceat e. episcopus. c. 1. in d. c. cum secundum de prob. c. cleric. v. d. m. d. i. d. f. g. ad Cor. 9. h. in d. c. cum secundum. i. ca. 1. cum et ad nos. de celebr. miss.

k In d. quali. art. 2.

l ca. 1. cni. de sen. excom. li. 6.

m c. 27. num. 244. & seq. n. c. episcopus. de primis lib. 6. o. d. cap. is cui.

p De irregu. lar. col. 7. & Cald. conf. 4. de sent. exco. q. 3. par. 11. 15.

r In ca. alma mater de ser. excom. li. 6.

s In c. 27.

t Cle. 1. de sepul. v. c. 27. m. 108. & seq.

x Syl. ver. 18. f. 10. 3. in pri. y c. 12. n. 72.

z In Enchir. de ord. ca. 7. nu. 2. & 4. 2. Ar. ca. 1. de celebr. missar. c. e. f. 92. d.

nuerint. Tum quia qui tenetur ad dicendum vnam missam alicui, siue quia liberaliter eam illi promisit, siue quia pro ea dicenda pitantiam accepit, non satisfacit illi, eam etiam pro alio dicendo, nisi ille tacite, aut expresse consentiat, vt cum communi diximus. Tum quia paupertas dicentis non sufficit, vt pro vna missa dua pitantia capiantur, quamuis Sotus, b contra minus bene teneat. Tum quod nullo ad id textu, ratione, vel alio auctore fulcitur. Tum quod ipsemet ait, c quod qui habet vnde sustentetur, duas pitantias pro vna missa accipere non potest: & paupertas dicentis non tollit iustitiam, nec debitum alteri. d Tum quod Ecclesia non instituit missas ad alendos pauperes clericos: immo sanxit, vt nullus pauper ordinaretur, e & qui ordinatus in paupertatem incidit aliqua arte, siue agricultura sibi victum querat. f Tum quod non obstat illud. g Quis altari seruit, de altari vnat. per ea, quae ad intelligentiam illius diximus alicubi, h & quia quilibet sacerdos plus in aliis, quam in dicenda missa Ecclesiae seruit: siquidem vt minimum horas canonicas recitat, i & ideo non tenetur ei victum praebere solus ille, pro quo celebrat: & quia quilibet pitantia dari solita communiter sufficit panis, & vino emendis, quibus solis, quinimo paucioribus multi laici etiam coniugati sustentantur tota die laborantes. Ex quibus inferitur respectio ad noue quaestus, scilicet, quod neque parochus, neque aliquis alius, qui tenetur dicere missam pro vno, satisfacit dicendo pro illo, & alio: nisi de consensu eius, pro quo tenetur expresso, vel tacito: qualis colligitur ex consuetudine seruata in parochia, vt parochus dicat missam publicam de defunctis pro parochiano defuncto sepeliendo, vt sentit Scotus. k

93 Vigesimo sexto peccat mortaliter excommunicatus, interdictus, aut suspensus suspensione maiore, qui aliquem actum particularem, & proprie siue specialiter ad suum ordinem pertinentem exercet: & fit irregularis, in quo solus Papa dispensat: l cum moderacione adhibenda infra. m Er qui missam, aut alia diuina officia celebrat in loco non interdicto coram personis interdictis: & est ab ingressu Ecclesiae suspensus: n & si stante illa suspensione celebrat, fit irregularis. o

94 Quod quantum ad suspensionem, & irregularitatem intelligendum est de exempto a iurisdictione ordinaria, & non de non exempto: quia cap. episcoporum, quod de hoc loquitur, non comprehendit non exemptos, iuxta opinionem Archidiaconi ibidem receptam per Dominicum, Perulinum, & Ioannem Coloniensem & Villadiegum, p & Calderinum, quo nonnullos consolari sumus: quamuis S. Antoninus q & aliqui Summistae sequantur glossam eiusdem capi. quae oppositum tenet, non perpendentes Ioannem Andream eius auctorem super eodem glossa postea ob multas rationes tenuisse, quod a nobis dicitur.

95 Vigesimo septimo peccat mortaliter clericus vnus Ecclesiae, qui clericos alterius Ecclesiae ad diuina officia tempore interdicti generalis admittit, iuxta opinionem Archidiaconi r quam obseruari in Gallia vidimus. Cuius tamen contrariam Ioannis Andreae, quae in tota Hispania obseruatur, veritatem iudicamus.

Vigesimo octauo peccat mortaliter, qui interdicta generalia, aut particularia (de quibus infra s dicitur) non prout debet obseruat: & qui aliquem excommunicatum, aut nominatim interdictum, aut manifestum viuarium sepelit: & est excommunicatus, t de quo dicemus infra. v

96 Vigesimo nono peccat mortaliter, qui non habens ad id facultatem scienter, aut per ignorantiam crassam confessum a calibus, & censuris, a quibus non poterat, excepto mortis articulo, absoluit: sed irregularitatem non incurrit, nec aliam censuram, tenetur tamen monere sic absolutum, si commodè, & sine scandalo potest. x Et qui commutat vota, aut in eis absque auctoritate dispensat, vt dictum est supra. y

97 Trigesimo peccat mortaliter clericus ordinis sacri, aut beneficiarius, monacha, aut monachus, qui deputatus ad chororum omittit, vel vult omittere per totum die horas canonicas, aut aliquam partem notabilem earum: aut notabiliter male eas recitat, sine proposito iterum recitandi, absque iusta causa, aut absque attentione necessaria: quia vt probamus alibi z haec tria hominum genera tenentur ad legitime recitandas omnes horas canonicas singulis diebus, a adiuncta ratione forti S. Antonini qua probat, ad id

teneri monachos. Dixi, ad chorum: qui enim profitetur ad alia obsequia extra chorum: puta bellica, vel ad alia opera seruilia, non tenetur ad illas sed ad alias illarum loco eis ab ordine statutas. Dixi, omittit, vel vult omittit: quia toties peccat mortaliter, quoties id facit, vel deliberat id facere. a Dixi, per totum diem: quia licet peccet quia cas non recitat, etiam priuatum extra, aut intra Ecclesiam horis debitis sine aliqua causa, (vt probamus alibi, b non tamen peccat mortaliter, si ante mediam noctem eas dicat, vt post S. Antoninum c probauimus ibidem, d addentes primo, melius esse anticipare illas, quam postponere: quando per occupationem debitis horis d ei nequeunt: quia illud prudentia, hoc negligentia videri potest. Secundo, non esse peccatum, immo meritum, propter honestas occupationes matutinas horas vel per praecedenti recitare, & mane usque ad nonam includere, & post meridiem reliquas simul, e quia vt ait S. Thomas, melius est anticipare laudes Dei, & postea alium actum studiosum agere, quam vnum per alterum impeire: quamuis anticipas, vt voluptuosius mane dormiat, venialiter peccet. f

98 Dixi, Partem notabilem: quia omittit paruam, puta, vnam dictionem, aut partem versus, etiam sine voluntate repetendi, non est pluiquam veniale: modo ne ob contemptum, aut cum notabili scandalo omittatur, per dicta alibi, h quidquid sentiat S. Antoninus. i Dixi, Sine proposito supplendi: quia cum eo ne veniale quidem est aliquam partem notabilem cum aliqua causa omittit, veluti ob rursim, colloquutionem, aut responsionem ad aliquam rem necessariam recitando cum aliis non expectantibus. Dixi, Aut notabiliter male recitat propter eos, qui toties contrahunt si labas, dictiones deglutiunt, & suos versus incipiunt, antequam ij, quibus cum recitant suos absoluant: quod est graue peccatum, & omnium, quae in horis recitandis, & cantandis admitti vidi frequentissimum: & propter eos, qui recitant cum iis, qui toties hoc faciunt, vt iudicio boni viri hat notabilis confusio: ij enim mortaliter peccant: quamuis qui parum, non nisi venialiter, per dicta ibidem. k

99 Dixi, Sine proposito eas iterum recitandi: quia qui cum eo recitat, & postea iterum eas repetit, non peccat mortaliter, vt faciebant quidam amici mei, qui moniti a nobis, quod non satisfaciebant recitando cum praetatis, & aliis balbutientibus, & verius notabiliter anticipantibus, verentes eos monere, ne suos versus anticiparent, excusabant se, dicentes se sic recitare cum proposito iterum bene recitandi. Non etiam peccat mortaliter, qui per obliuionem, aut inaduerentiam aliquam horam, aut eius partem notabilem omittit: aut horam, quam prius recitare debet, posterius recitat: veluti qui prius tertiam, quam primam: aut prius aliquem psalmum, hymnum, aut lectionem posterius dicendam: immo nec tenetur ad ea iterum recitanda, neque parte omissa suppleta ad profequendum omnia, quae postea dixit: satis enim est supplere per obliuionem, aut inaduerentiam omissum. l

100 Dixi, Sine causa iusta: quia sunt etiam aliquot causae excusantes. Prima infirmitas eiusmodi, ob quam directe vel indirecte precum recitatio infirmo noceret, iuxta Innocentium & Hostiensem: m quod videtur intelligendum de documento notabili, quod sequeretur non solum recitando horis debitis, sed etiam ante, vel post illas, vsque ad mediam noctem, & etiam recitando cum socio, si cum haberet: & alias non, vt diximus alibi n inferentes febrem, quae statis horis recurrit, non excusare illum ante, vel post illas commodè dicere valentem: nec consequenter febrem quartanam, aut aliam leuem, o nec aliam, quae non impedit colloquia graui, & negotiorum, ac rerum grauium ordinationem, vt dixi alibi. p Quod fit, vt arbitretur multos nimis facile se excusare. Equidem non sum ausus excusare me ob agritudinem a pronunciandis horis, nisi vno vel altero die spatio 70. circiter annorum, quibus recito: licet quinquies conclamatus fuerim. Porro vt non est opus repetere post agritudinem horas in illa omissas, q ita non est opus eas ab alio recitante audire agritudinis tempore, r nec aliud sentiunt Innocentius, & Hostiensis, s quidquid dicat Gerardus t & monstramus vbi supra. v Neque est necesse loco horarum mente Deum precari, quidquid dicat Maior, x sine textu, aut ratione concludente.

101 Secunda causa a recitando excusans, vt diximus, est

a Arg. supra diciturum in c. 11. n. 2. b In d. Ench. c. 3. n. 45. per cle. 1. de celebr. miss. & per c. 1. eod. tit. vbi 10. Aud. id se nit. c. 2. par. tit. 9. ca. 12. §. 3. & s. d. in d. Ench. c. 3. num. 97. c. Ar. c. 1. de celebr. miss. f. Quolibet. s. art. 28. g Arg. c. cler. 1. m. 1. §. 1. dist. h In d. Ench. c. 10. num. 18. u. si & n. 13. & n. p. cap. 11. n. num. 2. i 2. par. tit. 9. c. 12. §. 3.

k In d. Ench. c. 10. n. 11. par. cle. 1. de celebr. miss. & c. dolentes. eo. tit. & in statutis Ecclesiae Galliarum. ii. Qua luer hora.

l Palud. in 4. d. 15. q. 5. a. 2.

m In c. 1. de celebr. miss. n Vbi supra. ca. 11. num. 1. o Host. in di. c. 1. de celebr. p In d. c. 11. n. 4. & 5. q. Iux. Innoc. & Hostien. re sepros. in d. c. 1. r Palud. in 4. d. 1. q. 5. a. 2. conclus. 1. s In d. c. 1. t De a. fidu. tate oradi. co. 4. v c. 11. nu. 3. x In 4. di. 12. q. 6. post arg. 10. y Vbi supra.



a In quolib. 15. qu. 12. b In 4. di. 12. q. 6. loc. 4. c. super Massib. ca. 6. col. 12. c. Verb. hura. qu. f.

d Ad Phil. 4.

e Avg. l. imp. poss. bilium ff. de reg. iur. c. 2. nemo ad im. possibile. eo. ti. lib. 6. f. In c. Eleutherius. 91. di. g. In clem. 2. de cele. miss. h. Vbi supra. num. 9.

i De assiduit. orand. qu. 6. k. In c. 1. de ce. le. miss. l. In d. Enchirid. m. c. 27. n. 18. n. c. presbyte. rum. 2. d. c. 2. c. illud de cler. exc. 6. min. o. Num. 27. p. Per gl. sing. in c. cleric. uis. ita. 91. di. q. libr. 10. de iust. c. iur. q. 0. art. 3. r. In d. c. 7. n. 28. s. Reg. qui per alium. lib. 6.

t Decis. Rot. 24. in nonis. per notata. in ca. granu. c. per Inuoc. in c. luteru. de rest. spol. cer. tum. C. de rei vend. c. l. ex. dinar. jo. ff. eo. v. l. fructus ff. solut. matri. cum nos. ibi. c. per Fel. in c. ad nostru. de iure iur.

occupatio repentina, aut qua sine scandalo, aut peccato omitteri non possit, iuxta Henricum de Gandave, cui satis consentit Maior, & Siluester: ut si necesse foret horas omittere ad sedandos populi tumultus, qui excitantur: aut ut ad concionem, qua sine scandalo, aut magno damno omitteri non potest, necessaria parentur. Et idem quando occurrit necessitas habendi praedicationem in concursu publico, vel conclusionem defensionem, qua recte facere plurimum reipublicae, vel priuatae interesset, & eorum studiū, & precum recitatio se non compaterentur, ut praefati sentiunt: quamquam nos, gratia Deo, ad hunc usque diem nunquam earum recitationem ante, vel post eiusmodi actus omisimus: & si frequenter nobis occurrerunt: neque ob geminas in die lectiones, quas multis annis Tholozae & Carurci praesentium, deinde Salmanticae, & Conimbricae habuimus: nec ob quaternas toto anno in Gallia singulis diebus etiam festis, exceptis Virginis Matris, Dominicis, & Apostolorum habitas: nec facile consulere alteri, qui recitando partem ante signatum concionandi, vel praedlegendi punctum, & partem post concionem, vel lectionem, & partem inter studendum, satisfacere potest: attento quod sine ope diuina nihil, & cum ea, omnia fieri possint, iuxta illud Pauli, Omnia possum in eo, qui me confortat qui est Christus.

Tertia causa est defectus breuiarij, siue id sua culpa, siue absque ea contingat: quia quauis peccet breuiariū sibi non comparando: non tamen peccat non recitando, quū id praestare nequeat: modo iulle peccat illud non comparalle.

102 Quarta causa est dispensatio Papae, iuxta Cardinale Turretinatun sine qua aliud sentit Cardinalis Florentinus, & quamuis illi ita visum fuerit, ut diximus: admonendo, quod quamuis Papa in hoc dispensare possit: rarissime tamen solet, nec cuiquam ea (mea sententia) expedit: expertum enim est, benignitate Dei fieri, ut nihilominus quis proficiat in sui muneris functione recitando eas horas animi causa consumendis, quam omittendo. Vbi etiam probamus neminem a recitando excusari, eo quod studeat, inseruiat, vel peregrinetur, quidquid dicat Gerardus i & Abbas antiquus, ut diximus alibi copiosissime, quod neque excommunicatio etiam denunciata a recitando seorsim excusat. Er quod neque tenuitas beneficij excusat. p quidquid Sorus q dicat: tum quia solo suo arbitrio nritur: tum quia tituli beneficiarij acceptatio, & non quantitas redditus, ad id obligat, tum quia sibi debet imputare, quod accepit illud, praesertim si permittitur dimittere, & non desit, qui velit illud accipere.

103 Quinta est, quod non teneatur ad hoc nisi ratione beneficij: & quod eius nullos fructus nec per se, nec per alium capiat, nec capere possit, nec in posterum capturus sit ob illud tempus, ut dixi alibi. Adde, Nec per alium: propter multos pueros, & alios familiares, vel amicos, quorum patres, heri, vel amici pro illis capiunt: quia isti non minus quam si ipsi caperent, tenentur. Adde, Nullos: quia quamuis non nisi distributiones quotidianas caperet, ad illud teneatur iuxta eosdem. Adde, Neque capere possit: propter eos per quos stat, quominus capiant, non accipiendo possessionem, vel non residendo.

104 Adde, Neque in posterum capturus sit, &c. quia si litigaret, & habita sententia fructus sequestratos, aut ab aduersario perceptos obtinere deberet, teneretur secundum omnes: quamuis possessionem non accepisset, nec accipere posset, quidquid Cardinalis S. Sixti, & Paludanus tamquam magis Theologi, quam Canonista: in hoc senserint: quia fructus percepti, saltem post litem contestatam, debentur vero beneficiario, si vicerit: quamuis contra possessorem de proprietate litiget, tam in rebus spiritalibus, quam profanis. Vnde infertur, non excusari eum, qui in pensionem omnium fructuum consensit ei, qui in suum fauorem beneficium renunciauit, (quod quotidie fiebat olim: nunc autē sub S. D. N. Gregorio XIII. numquam, aut rarissime) quia verē beneficiarius est, & habet possessionem beneficij, aut per ipsum stat, quo minus eam habeat: & si vult, potest aliquos fructus capere: quia potest seruire, & ad mercedē sui seruitij cogere eū, cui omnes fructus reseruari sunt: fructus enim illi solum intelliguntur, qui reliqui sunt deductis oneribus. Oppositum tamen nobis ibi visum fuit, & hic videtur de eo, qui consensit, ut renuncianti omnes fructus,

A & omne seruitium, & administratio beneficij reseruentur: quia is nil potest percipere, neque seruire nolente pensionario, quae est conclusio quotidiana, & singularis.

105 Dixi in principali conclusione, Sine necessaria attentione: quia eius defectus est mortalis, ut probauimus alibi.

Porro, attentio necessaria consistit in habendo a principio horarum proposito actuali, aut virtuali ad eas attendendi: & postea actualiter, aut virtualiter attendendo aliqua attentione sufficienti, quae est triplex. Prima, verborum: tunc alia pro aliis, aut confusē, aut irreuerenter dicantur. Secunda rerum significatarum per ea. Tertia personarum ad quas diriguntur, puta Sanctissimae & adorandissimae Trinitatis, Angelorum, ac Sactorum eius, & rerum petitarum ab eis, puta beatitudinis, gratiae, caritatis, fidei, spei, & aliarum virtutum, ut clarius aliis alibi, diximus: addentes, quod harum trium attentionum secunda est melior prima: & tertia secunda. Item, tertiam omnibus esse communem, & etiam primam ferē omnibus, sed secundam solum callentibus idioma, quo horae soluantur.

106 Non abs re autem addidi, virtuali: quia ut dicebamus, sufficit virtuale, quale habet, qui petit, vel accipit breuiarium animo huic obligationi satisfaciendi, aut eundi ob id ad Ecclesiam, & alia similia: ita ut interrogatus, quare petis, aut facis haec, verē responderet, ad recitandi obligationi satisfaciendū, iuxta ea, quae post alios praesertim Maiorē scripsim, quod tamē propositū actuale, aut virtuale tollitur per propositū actuale, aut virtuale non attendendi: quale habet expressim, qui nō vult attendere, & tacite, qui aduertit se euagari cogitando res a sua precatione alienas, & ad nullā dictarū attentionum animū reuocare nititur, iuxta cōmunem: & etiā, qui deliberatē se occupat in rebus exteriorib' omnibus tribus praedictis attentionibus incompatilibus, atēta saltem industria recitatis, & ita se occupantis.

107 Vnde intulimus, eum qui scribit, aut legit aliena ab iis, quae recitat, communiter peccare, etiā mortaliter, si deliberatē id faciat, recitādo partem notabilem precum debitarum, saltē sine proposito iterandi: quia scribere, aut legere aliena ab eis, quae recitantur, est opus exterius, quod omnibus tribus modis attentionis repugnare videtur. Addidi, Communiter: quia necessitas, vel vbanitas respondendi alicui vel subscribendi epistolae, vel aliud simile faciendi, excusaret eum, qui cum aliis recitaret, & proponet supplere postea, socij, dum ipse scribit, recitant. Addidi, Deliberatē, & recitādo partem notabilem: quia faciens illud non aduertendo esse ita contrarium recitationi, aut solum dum quid paruum recitatur: non peccat saltem mortaliter.

Ad primum circa haec nouē quaesitum respondeo ita, licere officium matutinum diei sequentis recitare etiam ante solis occasum, sicut post illum toto horarum diei penso persoluto, ut post Caietanum dixi. Ad secundum, quod non satisfacit recitās per breuiarium nouum trium lectionum sine dispensatione: quia sine illa illud breuiarium non est iustus modus recitandi horas canonicas, ut ex eius proemio pater, & dixi alibi. Ad tertium, quod nō satisfacit quis recitādo per breuiariū cuiuscumq; diocesis nisi esset ordinatus ad solum titulum patrimonij, & careret beneficio.

108 Porro, supradictis nō est locus in clericis minorum ordinum tantum, si non sunt beneficiarij, vel monachi, vel pensionarij. Iura namque cōmuni ad nihil determinatum recitandum tenentur: nisi cū ordinantur, promittant, vel ordinatori praecipienti consentiant dicere aliquid, ut fieri solebat ab hinc circiter septuaginta duobus annis in Celtiberia, cū primū primam tonsuram accipi: promittebat enim, vel ordinatori praecipienti consentibat initiatus prima tonsura recitare quotidie Miserere mei: & initiatus aliis minoribus Canticum graduum, siue quindecim Psalmos graduales: quod tamen iam pridem non fieri audio. Dixi, Vel pensionarij: quia licet ante extrauagantem Pij. V. infra regram ad nullas preces obligarentur: post eā tamen obligantur ad officium minus B. Mariae quotidie recitandum.

\* Ante extrauagantem Pij V. Haec extrauagans habetur infra. nu. 122. eiusdem, & cap. 7. Enchir. de oratione num. 31. est autem illa 138. inter Pij V. constitutiones & incipit ex proximo.

Ad nouē autem quaesitum respondeo licere etiam hodie insigniri prima tonsura, sine intentione ascendendi vltterius. Tum quia id nullo iure diuino, aut humano prohi-

a In d. ca. 13. per illud. cap. c. per c. dolo. ses. de cal. missa. c. alia multa.

b In Enchir. de orat. 13. 24.

c In d. c. conu. 142. 2. notab. 13.

d In d. c. 23. c. in cap. inter uerba 11. q. 3. num. 309.

e In d. ca. 13.

f Per supra dicta.

g In d. Enchir. cap. 3.

h Vbi supra. m. 19. num. 209. i Secundum Dicitur lib. 1. cap. 8.



betur. Tum quod illegitimus Episcopi dispensatione pro-  
mouetur ad minores, & simplex beneficium, qui tamen  
postea non potest ascendere ultra. Tum quia Concilium  
Tridentinum a requirit quatuor, de quibus non est hoc. I-  
dem eadem ratione videtur dicendum de quatuor mino-  
ribus.

109 Trigessimoprimum peccat mortaliter, qui ordine sa-  
cro insignitus contrahit matrimonium. & matrimonium  
non valet, & est excommunicatus, ut dictum est supra. b Et  
qui cohabitata femina, qualiscumque sit illa, cognata, vel  
extranea, formosa vel turpis, serua vel libera, iuuenis, vel  
senex, credens, aut credere debens se voluntate, vel opere,  
vel utroque modo peccatum, per illud. c Qui amat pericu-  
lam peribis in illo. & ea, quae super eo d scriptumus, & per cap.  
1. \* Nec obstat cap. interdixit. f quatenus habent licere cle-  
rico cohabitare filie, matri, forori, amicae, aut fratria, aut ex-  
traneae senis: quia procedunt quo ad forum exterius: & qua-  
do non sunt aliis suspecta, nec habent famulas iuuenes, &  
clericus est bonae famae, iuxta mentem iuris diuini, & hu-  
mani: quod satis sentiunt Ioannes Andreas, Panormitanus  
& communis, & non autem procedunt quo ad forum con-  
scientiae, quando verè coram Deo imminet huiusmodi pe-  
riculum: licet à multis huc non satis intelligantur. Et qui  
solus domum solius de fornicatione suspecta adit, haurita  
sibi periculosa, ut credere debeat se in consensu forni-  
cationis mentalis, vel operis inductum iri, etiam si esset re-  
ligiosa, vel commater. i Porro Concilium Tridentinum k  
vetat clericis, ne concubinas domi, vel foris habeant: alio-  
quin poenis à sacris canonibus impositis puniantur: & si à  
superioribus moniti non respuerint, ipso facto sint priua-  
ti tertia parte fructuum beneficiorum, & pensionum fabri-  
cae Ecclesiae, aut alteri loco pio arbitrio Episcopi applica-  
da. Si verò, nec secundo moniti respuerint, non solum eo  
ipso perdant omnes fructus, & pensiones, sed etiam à be-  
nificiorum administratione arbitrio Episcopi tamquam  
Sedis Apostolicae delegati suspendantur: & si ita suspensi  
perseuerent, beneficiis, portionibus, officiis, & pensioni-  
bus quibuslibet perpetuò priuentur, & ad illa inhabiles  
reddantur, donec iustus de causis cum eis fuerit dispensa-  
tum. Si verò ad eas semel dimissas redierint, aliisque mulie-  
res scandalosas sibi adiunxerint, praeter dictas poenas, om-  
ni appellatione remota, excommunicentur. Horum autem  
cognitio non ad Archidiaconos, aut Decanos: sed ad Epi-  
scopos pertinet, qui valde summarie procedant. Clerici  
verò beneficia ecclesiastica non habentes pro delicti mo-  
do castigentur poenis carceris, suspensionis ordinis, ac in-  
habilitatis ad beneficia. & c.

110 Trigessimosecundò peccat mortaliter, qui monaste-  
ria monialium sine iusta causa & manifesta, post prohibi-  
tionem sibi factam frequentat. l Dixi, Qui sine iusta cau-  
sa, & c. quia sola frequentatio sine monitione, & mala mor-  
taliter inreptione non praebendi mali mortalis occasio, &  
vel scandalum, non videtur peccatum, saltem mortale.

Trigesimo tertio peccat mortaliter clericus sacri ordi-  
nis, beneficiarius, vel monachus, qui habitum non gestat,  
& tonsuram, aut comam, vel barbam nutrit: aut coronam non  
radit: aut vestes sibi indecentes induit: aut arma offensiuam  
portat secundum iura communiter recepta. m Dixi, Sacri  
ordinis beneficiarius, & c. quia alius licite potest tonsuram, &  
habitum omnino exuere. Dixi, Exuere: quia non possit ton-  
suram cum armis publice ferre, & rasuram, n & arma por-  
tare, & alia omnia, quae laicus potest facere in ciuilibus se-  
cundum Panormitanum vsu receptum, & in theorica com-  
muniter probatum, o quod nullibi aequè bene probatur ac  
in p Concilio Tridentino, quod etiam ad hoc notauimus  
alibi: q immo in criminalibus eadem ratione. Nec obstat  
quod irregularitatem contrahendi periculum subit, quia  
etiam illud subit laicus. Et cum non teneatur sacrum ordi-  
nem, vel beneficium suscipere non videtur teneri prae-  
dictum periculum vitare: licet putem non licere id facere ra-  
suram in capite deferendo: sicut non licet cum ea vestem  
partitam deferre. Alioquin enim nulli iudices saeculares,  
nec aduocati, vel procuratores coram eis causas crimina-  
les agentes prima tonsura insigniti possent absolui, nisi fir-  
mè proponerent numquam id facere, ut etiam tradimus, r  
dicentes indolere nos non addidisse ista in hoc loco. Dixi,

A. Omnino exuere: quia non licet tonsuram & coronam defer-  
re \* vna cum veste virgata, vel partita, & c. a Dixi, Secundum  
iura communiter recepta: nam secundum ius Concilij Carta-  
ginensis b prohibetur radi barba, & consuetudo Urbis, &  
multae partis orbis eam permittit, modo labium superius  
radatur.

\* Vna cum veste virgata seu partita. Virgatam seu partitam ves-  
tem ni fallor vocat clem. 2. de honest. cleric. segmentatam, & in qua  
sunt texturae sericeae varij coloris in virgarum modum deducit. c  
Et quae, qua ratione de Gallis loquens Virg. lib. 8. ait, Virgatis locent  
fagulis. facit glossa quae citat cap. 1. n. 20. q. 1. in fine, vti habetur nec  
diuersi coloris, vel diuersae partis eadem sit notabilis vestis. citat e-  
tiam ca. 1. 21. q. 4. vbi hoc idem significatur.

B Trigesimo quarto peccat quidem clericus non seruans  
infra scripta decreta, sed non mortiferè, nisi iuxta resolu-  
tionem subiectam in fine huiusmodi peccandi, nempe qui  
non seruat cap. melius: vetans ingressum tabernae, & ca. con-  
uiuia: vetans conuiuia sine certis legibus: & cap. quando: ve-  
tans pluries quam ter bibere, & cap. non liceat: iubens be-  
nedicere mensam à principio, & in fine gratias agere: &  
cap. clericus. 2. d sic habens. Clerici officia, vel commercia saecula-  
ria non exerceant, maxime inhonesta. Mimis, locularibus, & Pi-  
strionibus non intendant, & tabernas prorsus euitent, nisi forte causa  
necessitatis in itinere constituti. Ad aleas, & taxillos non ludant,  
nec huiusmodi ludii intersint. Coronam, & tonsuram habeant con-  
gruentem, & se in officijs Ecclesiasticis, & alijs bonis studijs exer-  
ceant, diligenter. Clausa deferant desuper indumentum nimia bre-  
uitate, vel longitudine non notanda. Pannus rubeus, aut viridibus, nec  
non manicis, aut socularibus consutijs. strans, fellis, pectoralibus,  
calcaribus deauratis, aut aliam superfluitatem gerentibus, non vt-  
tantur Cappas manicatas ad diuinum officium intra Ecclesiam  
non gerant, sed nec alibi, qui sunt in sacerdotio & personatibus con-  
stituti: nisi iusta causa timoris exegerit habitum transformari. Fi-  
bulas omnino non ferant, neque corrigias auri vel argenti ornatum  
habentes, sed neque annulos, nisi quibus competit ex officio digni-  
tatis. Pontifices autem in publico, & in Ecclesia superindumentis li-  
neis omnes vtantur, nisi monachi fuerint, quos oportet ferre habi-  
tum monachalem. Pallijs diffibulari non vtantur in publico, sed  
vel post collum, vel ante pectus hinc inde connexi.

C Clericus vero tabernarius, & lanio, siue macellarius, vl-  
tra peccatum incurrit poenam clem. 1. e & qui virgata, aut  
partita veste, vel epitogio seu rahardo, vel caligis (cacatis,  
viridibus, vel rubeis vtitur, aliam grauem poenam, f quam  
innouando Concilium Tridentinum g addidit, ut benefi-  
ciarius etiam exemptus ab Episcopo suo monitus habitum  
clericalem non gestans ab ordinibus, & beneficiis suspen-  
datur: & si id non suffecerit, iis priuetur. Et h sic statuit. Ob-  
seruentur, qua de clericorum vita, honestate, cultu, commensationi-  
bus, choreis, iustibus, necnon saecularibus negotijs fugiendū sancita  
sunt, sub poenis statutis, vel maioribus arbitrio Episcopi imponendū,  
& si qua in desuetudinem abierint, Episcopi ea in vsu reuocari  
iubeant. Ex quo i collige omnia saecularia officia esse pro-  
hibita clericis: limitando per supra dictam limitationem  
Panormitani ad beneficiarios, & ordine sacro insignitos:  
& à fortiori monachos: & consequenter artem chirurgi-  
cam, & medicam, & ita licet nullo iure speciatim prohi-  
beatur eis exercitium harum duarum artium, nisi cum sit  
cum aduisione, vel incisione, k quia tamè sunt saecularia of-  
ficia non possunt iuste exerceri à praedictis, nisi causa piete-  
ris erga miserabiles, & cognatas personas, l quibus sit eis  
facultas postulandi pro eiusmodi personis. Possent etiam  
causa necessitatis, vel recreationis animi operari aliqua  
honestata, puta, vt ait B. Hieronymus m scribere libros, ficel-  
lam iunco texere, olera & plantas in areolis serere, & inse-  
rere, & c. & illa vendere. Non autem exercere mercaturam,  
& vilius emere, vt carius vendant, licet id, quod sibi super-  
est de eo, quod vilius ad suam, & suorum sustentationem  
emunt, vendere possint pretio iusto tunc currenti, licet sit  
carius. Possunt etiam negotiari aliquo modo honesto ad  
suam, & suorum necessariam sustentationem, praesertim  
per alium, vt sentit glossa, n & S. Antoninus. o

\* Facultas postulandi. Postulare cum ad publica iudicia referretur  
proprie significat petere à praetere, vt sibi liceat lege aliqua publico-  
rum iudiciorum quempiam interrogare, vtrum in eam legem com-  
miserit nec ne, vt si fateatur, ei lis astimetur, si neget, eius nomen in  
reos referatur. Quod vero paulo post ex D. Hieronymo citatur, est  
in epist. 4. ad Rusticum Monachum qua ei viuendi formam prae-  
set bit.

E Ex quo i collige omnia saecularia officia esse pro-  
hibita clericis: limitando per supra dictam limitationem  
Panormitani ad beneficiarios, & ordine sacro insignitos:  
& à fortiori monachos: & consequenter artem chirurgi-  
cam, & medicam, & ita licet nullo iure speciatim prohi-  
beatur eis exercitium harum duarum artium, nisi cum sit  
cum aduisione, vel incisione, k quia tamè sunt saecularia of-  
ficia non possunt iuste exerceri à praedictis, nisi causa piete-  
ris erga miserabiles, & cognatas personas, l quibus sit eis  
facultas postulandi pro eiusmodi personis. Possent etiam  
causa necessitatis, vel recreationis animi operari aliqua  
honestata, puta, vt ait B. Hieronymus m scribere libros, ficel-  
lam iunco texere, olera & plantas in areolis serere, & inse-  
rere, & c. & illa vendere. Non autem exercere mercaturam,  
& vilius emere, vt carius vendant, licet id, quod sibi super-  
est de eo, quod vilius ad suam, & suorum sustentationem  
emunt, vendere possint pretio iusto tunc currenti, licet sit  
carius. Possunt etiam negotiari aliquo modo honesto ad  
suam, & suorum necessariam sustentationem, praesertim  
per alium, vt sentit glossa, n & S. Antoninus. o

F

a. ff. 23. cap.  
4. sup. nu. 88.  
relatum.

b. 22. n. 43.

c. Eccl. 3.  
d. in c. si quis.  
aut de pec.  
8. 1.  
e. De cohabit.  
cleric. & mu-  
lier. & per ad-  
dita. à Rap-  
ha. Volaterra  
no li. 21. An-  
thropopha.  
f. 32. d. c. volu-  
mus. & ca. cii  
omnibus. 81.  
dijf.  
g. in c. 1. de co-  
hab. de. &  
mul.  
h. Ca. cleric.  
81. d.  
i. Arg. proxi-  
mè citatorij.  
k. Sess. 21. ca.  
14.

l. Ca. monaste-  
ria. de vit. &  
honest. cler.  
m. Ca. si quis.  
& c. cleric. 1.  
de vit. & ho-  
nest. cleric. &  
cleric. 2. de  
vit. & honest.  
n. Arg. glo. re-  
cepta. in verb.  
tonsuram cl.  
2. de vit. &  
honest.  
o. In c. 1. & 2.  
de postula. &  
in praedictis c.  
si quis cleric. 1.  
& cleric. 2. de  
vit. & honest.  
cleric. & c. 1. de  
cleric. vel mo-  
nach.  
p. Ca. 6. de re-  
for. sess. 14.  
q. in communi.  
capit. statui-  
mus. 14. q. 3.  
num. 27.  
r. In communi.  
c. non dicitur.  
11. q. 1. n. 66.

a. Per di. cl.  
2. de vit. &  
honest. cler.  
b. Vnde prae-  
dicitur c. cleric. 1.  
desuper fuit.

c. 44. dijf.

d. De vit. &  
honest. cleric.

e. De vit. &  
honest. cleric.  
f. Clem. 2. co.  
tit.  
g. Sess. 14. ca.  
6. de reform.  
h. Sess. 22. c. 1.  
de reform.

i. Et c. 1. ne de-  
rit. vel mona-  
& c. cleric. 2.  
de vit. & ho-  
nest. cler.

k. Iuxta c. sen-  
temiam. n.  
cleric. vel mo-  
nach.  
l. Arg. ca. 1. &  
2. de postul.  
m. Relatus in  
ca. nunquam  
de consec. di.  
5.

n. In c. perne-  
nit. 86. d. c. no-  
gotiatorum.  
88. d. & Pan-  
in cap. 1. ne  
cleric. vel mo-  
nach.  
o. 3. p. 1. i. c.  
2. 92.





a In summa  
ver. cle. pecca  
ta.

b Ca. 23. nu.  
50.

c 2. 2. q. 189.  
art. 3.

d Arg. c. 1. &  
ibi late addu  
torum per  
Felyn. de tre.  
ug. & pat. &  
Domini. in §  
leges 4. dist.  
c. Eodem nu.  
92.

f Dente. 16.  
g Ca. 1. de sa  
crif. missa.  
h In c. sufficit.  
de consec. di.  
1.

i In c. Saloni  
tana. 6. dist.  
k Ca. nihil. 7.  
qu. 1.

l Libro. 3. c. 4.  
m In tract. de  
sacrificio mis  
sa.

n Li. 6. ca. 12.  
o Dente. 16.

p In 4. nu. 45.  
qu. 2.

q Lib. 9. de iur.  
& iur. q. 2. u.  
2.

r Quolib. 20.  
s Dist. 45. q.  
2.

t Ibidem ad  
4. Gab.

Adde, quod Caietanus a ait, quod clerici non peccant mortaliter transgrediendo leges humanas, neque has, neque alias, nisi consequatur graue scandalum, aut aliquod peccatum, quod iure diuino sit mortale, vel magna occasio eius: vel nisi irregularitas, vel excommunicatio maior incurtatur. Immo subdit, neque propter illa quemquam excommunicandum esse ante iustam monitionem iudicis: licet transgressiones huiusmodi multa peccata venialia etiã grauiã contineant: quę tamen doctrina nimis laxa videtur, tum per resolutionem supra positam b scilicet canones, & constitutiones Ecclesię vtentes verbo, *Præcipio*, vel ei equipollenti, ad mortale obligare, (etiam sine contemptu, & scandalo,) transgredientes. Quod ipsum Caietanus ipse fatetur. c Videtur tamen posse procedere, quo ad eas transgressiones earum legum, quę non vtuntur verbo præceptiuo, & quę communiter nec à prelati, nec à subditis inter magna peccata numerantur, qualis videtur, omisio benedictionis mensę, & alia huiusmodi: siue quod consuetudo leges illas à principio obligantes ad mortale temperauerit, nec obligent plusquam ad veniale, siue, quod iam inde à principio ita receptę sunt. d

III Trigesimoquintò peccat mortaliter, qui obligatus ad dicendam missam pro aliquo, non applicat valorem eius, cui, & vt debet, vt dictum est supra. e Pro cuius probatione, & multorum nunc hic quaestorum solutione dico primum, quod missa est, actio, qua ex institutione Christi in memoriam eius passionis panis, & vinum in eiusdem corpus, & sanguinẽ transubstantiantur, & illa sub eorundem specie Deo Patri offeruntur. Nec dictio (missa) est nouẽ, vt nonnulli aiunt, ficta, sed deducta olim à Patribus ex Hebręo, & Chaldęo *missa* facta f quod oblationem spontaneam significat: vt piẽ ac eruditẽ tradit eruditissimus Demochares. g Quare nõ impropria dixit Felix h & Gregorius VII. i & Conciliũ Toletanum k facere missam, pro dicere, vel legere missam: nã, & eius pars præcipua, etiam in ordinatio missa, actio appellatur, & etiam apud Innocentium l ministerium missa. Pro quo faciunt etiam ea, quę subtiliter Caietanus tradit de illo Christi. *Hoc facite in meam commemorationem.* m licet ipse Innocentius n immemor prædicti loci o originem verbi (missa) à mittendo deducat. Ob quę omnia nos quoque interdum gratia breuitatis, vtimur verbo missare, pro missam facere, vel dicere.

\* Nec dictio Missa. De nomine Missa multa hic dicere possemus, sed sufficit, vt lector Bellarminum lib. 5. de Eucharist. a qui est primus de Missa cap. 1. consulat, in de que veram huius nominis etymologiam hauriat cap. 1. antem sufficit quod Nauarius Forici tribuit, in Decreto Gregoriano Alexan. II. tribuit. Caput Salonicanę non est Gregorij VII. sed Gregorij I li. 4. epist. 34 ad Constantiam Augustam: & cap. Nihil est Concilij Toletani VII. cap. 2.

Secundo, quod in illo articulo non minus obscuro, quã quotidiano valoris missa, & eius applicationis post multa diu cogitata, in hæc infra scripta digero. Primum, missam qua parte est bonus actus ex opere operantis habere vim merendi, & satisfaciendi, sicut omnes alios actus bonos, non solum quatenus est actus missantis, sed etiam quatenus est actus Ecclesię per illum eius nomine factus: & qua parte continet orationem, habere vim impetrandi, sicut alias omnes orationes bonas, tam quatenus sub nomine Ecclesię per eius ministrum, quã quatenus fit à missante. Qua parte verò cõtinet sacramentum, operari ex opere operato gratiam soli sacrificio communicanti, & aliis circumstantibus communicantibus. Qua parte verò est oblatio, & sacrificium incruentum corporis, & sanguinis Domini, non solum representans illud cruentum eorundem factum in cruce, sed existẽs omnino idem, prodest ex opere operato quo ad remissionem pœnę offerenti, & facientibus offerri, & his pro quibus offertur. Quod satis sentit S. Thomas, p quatenus ait, missam etiã sacerdotis mali esse satisfactoriã pœnę eius, pro quo fit: quod etiã exertẽ affirmat Sotus q & implicite Scotus r & eius cõterraneus Maior, s & Vuendelius. t Et consequẽter, q vt gradus gratiã, qui per sacramentum cõfertur, est limitatus, certus, solique Deo notus, nobis autem ignotus, ita & gradus remissionis pœnę, quem operatur missa, quatenus est sacrificium, est limitatus, certus solique Deo notus, nobis autẽ ignotus, qui distribuitur offerenti, & facienti offerri, & pro quibus offertur: nec mirum, quia licet id quod offertur, scilicet Chri

A stus totus, sit illimitatus, & infinitus, & passio, & virtus eius illimitata, & infinita, limitato tamen, & finito modo applicatur, & ita limitatum, & finitum effectũ operatur, sicut & in aliis Sacramentis eadem virtus infinita: quia limitatẽ, & finitẽ applicatur, per ea finitũ, & limitatum effectum gratiã operatur, vt pulchrẽ B. Thomas quo ad hoc ab omnibus receptus dixit, a quanta verò pars tribuatur offerenti, & facientibus offerri, & quanta circumstantibus offerentem, & quanta iis, pro quibus offertur, soli Deo est norum. Arbitror autem, quod non præstituitur à Domino Deo quantitas diuidenda æqualiter inter omnes, qui participat de hoc fructu satisfactionis missa, sed quod pro sua infinita benignitate cuilibet orthodoxo, eo solo nomine, quod est orthodoxus, deputat certam particulã, quę nec crescit, eo quod sint pauciores orthodoxi: nec decrescit: eo quod sint plures: & præter hanc deputat aliam cuilibet circumstanti, quę nec crescit, nec decrescit ob maiorem, vel minorem numerum circumstantium: & aliam toti Ecclesiã, & speciatim iusis nominari ab ea, scilicet Papã, Antistiti, & Regi, quę etiam est stabilis: aliam facienti missam, & nominatis ab eo priuatim, quę crescit, aut decrescit pro numero maiore, vel minore à se voluntariẽ nominatorum: aliam porrigenti pitantiã, vel facienti eam fieri, & ei, vel eis, pro quo, vel quibus fit, quę etiam crescit, vel decrescit pro numero facientium eã fieri, vel eorum, pro quibus fieri faciunt. Ratio autem diuersitatis inter tres priores, & duos posteriores sit, quod in illis datur pluribus, vt singulis, in his autem pluribus, vt vniuersis: cuius rationis ratio desumitur, ex quadam vnitate, quam habent missans, & voluntariẽ nominati ab eo: & ex alia quadam vnitate, quam habent facientes eam fieri cum his, pro quibus eam faciunt fieri.

Ex quibus inferitur, posse quem quadruplicem partem quærere, vnam, quia orthodoxus, alteram, quia circumstãt, tertiam, quia nominatus ab Ecclesiã, quartam, quia facit eã fieri: missantem autem semper duas, vnam, quia orthodoxus, alteram, quia oblator, & interdum tres, quum scilicet, absque nulla oblatione missat: quia tunc, gerit personam facientis eam fieri: alios verò semper vnam, & interdum duas, vel tres, vt combinãti patet. Quę omnia confirmantur eã ratione, quod vinculum multiplex plus operatur, quã simplex, b credimus autem partes facienti fieri, & missanti designatas, esse maiores, quã alias tres: quia plus impendunt in eam faciendo: secundum quid tamen minores, quatenus possunt per communicationem cum aliis decrescere, vt prædictum est.

Secundò sequitur, quod sacerdos tenetur ad applicandum valorem missę satisfactorium iis, & eo modo, quo dictum est: & ad hæc reducendum est, quod dicunt Scotus, Maior, & Vuendelius c quatenus loquuntur de applicatione valoris missę generali, speciali, & medio modo: & quod partem sibi obuientem totam, vel partem eius potest applicare cui, vel quibus voluerit, secundum Maiorem & Vuendelium, d quod ipse frequenter soleo facere: licet Scotus aliter sine iusta ratione sentiat contra rationem legis. e Ex quo subinferitur, eò sibi minus de sua parte obuentum iri, quod plures ad communionem illius nominauerit.

Tertiò sequitur eum, qui obligatur ad celebrandam vnam missam pro aliquo, lege, & statuto, promissione, vel pro proculento, siue pitantia, (quod verbum videtur deductum per maiores nostros à verbo *πιβει*, quod Latinis significat bibe, iuxta illud vulgatum, *ηπιβει η απιβει*, id est, aut bibe, aut abi) nequaquam satisfacere, dicendo illam pro illo, & alio, sine illius consensu. Tum quia iniuste partem satisfactionis vni debitam, alteri applicat. f Tum quia, vt dictum est, missa non solum prodest ex opere operato, sed etiam ex opere operantis: & secundum omnes satisfactio, quę fit, ex opere operantis tantò minus prodest vni, quanto pro pluribus sit, vt patet de ieiunio, & elemosyna facta pro multis.

Quarto, quod paupertas dicentis non sufficit, vt pro vna missa duæ pitantiã capiantur: quamuis Sotus g contra minus benè teneat, per fundamenta supra h formata.

Tertiò principaliter dico, quod sacrificus tenetur orare nominatim pro Papa, & antistite suo, vt missale nouum

a In 3. par. q.  
79. art. 5.

b Capis. 1. de  
trou. & pass.

c Vbi supra.

d Vbi supra.

e Quod sum  
re. C. de leg.  
c. quod obgra  
tiam de reg.  
iur. lib. 6.

f Contra ca.  
ca. 30 de iur.  
iur.

g Li. 9. q. 3. a.  
1. de iur. & iur.  
h Eodem ca.  
92.



<sup>a</sup> Timot. 2.  
<sup>b</sup> Vbi supra.

Pij V. ex edito Tridentini Concilij editum iubet, & etiã pro Rege suo. Tum quod D. Paulus<sup>a</sup> quem in hoc allegat Innocentius III. <sup>b</sup> id satis iubet. Tum quod in omnibus fere missalibus ante hoc nouum id iubetur. Tum quia licet in hoc non iubeatur expressè de rege, iubetur tamen tacitè, quatenus iubetur fieri pro Papa, qui Romanis est Rex.

Quarto dicò presbyterum Romanum satisfacere nominando Papam, nullo alio Episcopo, vel Rege nominando: quia ipse solus est Papa, Rex, & antistes: modo extra eius Imperium temporale, & Episcopatum Romanum particulare, non habeat domicilium, vel beneficium, saltem residentiam personalem requirens: qui verò subditur diuersis ratione domicilij, originis, vel beneficij, videtur teneri orare pro Episcopo, & Rege domicilij: quia secundum gloss. magnam receptã<sup>d</sup>, subiectio ratione illius maior est, quàm originis, & beneficij: quod non satis aduertit, qui natus in vno regno, & habens domicilium in alio, Regem originis nominat: quamuis scholasticus, peregrinus, & alius non habens constitutum domicilium contraface- re debeat, nisi beneficium requirat residentiam personalem, quod satis confert domicilium, iuxta doctrinã Bartholi,<sup>e</sup> origo enim præstat simplicem habitationem. <sup>f</sup>

Quintò, posse quidem eum iustè, sed non teneri orare nominatim pro alio à prædictis, & illo, vel illis, pro quibus missam specialiter facit: vel pro illis qui eam fieri faciunt: nam nec canon missæ, & nec alia id præcipiunt: sed facultatem tantum faciunt nominandi alios, vt supra, insinuauim, quo ad partem suam, quæ ex opere operato ei obuenire debet.

Sextò, quod securus, & breuis modus applicandi missam aliis à prædictis ex mente Scõri<sup>h</sup> est hic. *Memento Domine mei, & eorum viuorum, quibus possum sine præiudicio prædictorum valorem huius missæ applicare: & humillimè supplico tibi omnia scienti, vt ita eum mihi, & illis, & eo ordine seras applicatum, quo possem ego tuo consilio quàm optimè applicare.*

Septimo, quod sacrificio volenti meminisse illorum, quos in 2. parte canonis, siue primo memento, vbi licet ei nominare viuos, & vndecima parte, qui est locus nominandi mortuos, expedit vt pro locis imaginum sex casibus grammaticalibus, vt post, & ante alios consuluit pius, & eruditus Gabr.<sup>i</sup> cuius consilio iã inde à prima missa, quã feci, vt cœpi: qui tamen nec alius quem legerim satis aperit an expediat speciatim nominare multos: nã à parte negatiua stat, quod id mentem vagam facit, & partem satisfactoriam sibi debitam communicando multis, minuit: & nescit, cui quem præponere debeat. Pro parte verò affirmatiua stat, quod multi pij, & eruditi id rogant, & rogatur: & quod Ecclesia iubet prima parte canonis nominari Papam, Episcopum, & Regem. Equidẽ mihi iam pridẽ per- luasi nõ esse concipiendã nimiam propria nomina, siue imagines indiuiduas, ne mentem, quæ tota deberet esse in actione illa diuina, nimium distrabant: vile tamen esse concipere quàm plurimos generatim, & breuiter: quia id auget reuerentiam erga Deum, & amorem erga proximũ. Quare, vt arbitror non esse vtendum prolixis memoriis compositis à pio, & erudito P. Ioan. Iusto Lãspergio Carthusiano, & ab aliis postea auctis, ita credo vti posse vna mediocri, quæ frequentissime vtor, collocando in nominatiuo me, & eos qui sunt causa meæ missæ: in genitiuo genitores, & genitos: in datiuo, datores: in accusatiuo, accusatos: in vocatiuo vocatos siue inferuentes: in ablatiuo, eos quibus obtuli preces meas, vel qui suas mihi obtulerunt: interdum concipiendo propriam imaginem vnus, vel alterius, per singulos casus, interdum per aliquos tantum, interdum per nullos, subiecta clausula iustificatiua in hanc quæ sequitur sententiam, *Memento Domine horum famulorũ, famularũque tuarum, in primis mei miserimi peccatoris, & N. qui est, vel qui sunt causa impulsiva principalis huius missæ, & eorum, qui me genuerunt spiritualiter Sacramento, vel doctrina, & in his N. & N. & eorum, qui mihi benefecerunt, & in his N. aut N. & eorum, quos offendi, & in his N. aut N. & eorum, qui mihi inferunt, & in his N. aut N. & eorum, quibus preces meas obtuli, & qui suas mihi obtulerunt, & in his N. aut N. quibus tamen hanc missam eo modo, & ordine volo applicatam esse, quo quàm optimo*

<sup>c</sup> Iuxta ca. cũ nullus de sep. ord. l. b. o. d in e statutu 5. x. ero de ref. cri. l. o.

<sup>e</sup> In l. i. ff. ad munic. nn. 13. & seqq. <sup>f</sup> Ar. l. ciuem. C. de incol. l. 11. <sup>g</sup> Nec c. viiũ. & sequen. de cons. d. 1.

<sup>h</sup> In d. quolib. 20.

<sup>i</sup> In cano. miss. 14.

<sup>A</sup> te Domine (qui omnia nosti) consulente, applicare deberem. qui autem missat sine obligatione extranea, tollat illa verba (& N. qui, &c.) & loco illorum ponat hæc (etiam quatenus sum causa impulsiva missandi) qui autem habet parentes corporales viuos, addat in secundo casu verbum, (corporaliter) verbo (genuerunt) ibi posito: in secundo verò memò- to tollat in primo casu verbum (mi) quia in eo solum mortui nominantur, vel concipiuntur, prosequendo reliqua, vt in primo.

De peccatis Clericorum, quo ad beneficia.

- <sup>B</sup> 112 Beneficiarius clericus, vt mortaliter peccet per simoniam in beneficio propriam.
- 113 Simoniacus an sit, qui constituit certum salariam alicui, donec conferat ei aliquod beneficium.
- 113 Beneficiarius vt peccet per simoniam in beneficio alienam.
- 114 Beneficium sine iusto titulo habens, vexationem, vel pensionẽ malè redimens, vt peccet.
- 115 Beneficiarius vt peccet per simoniam acceptum non restituens, non relinquens incompatible.
- <sup>C</sup> 11 Beneficium curatum capiens, aut dignitatem ante 25. annum, non suscipiens presbyterium intra annum post beneficium curatum obtentum, aut sine proposito sumendi presbyterium. & quid de dubitante, & accipiente non curatum, nume. 11.
- 117 Illegitimus capiens beneficium sine dispensatione, vel pensionem.
- 118 Pœna ipso iure incurfa quando soluenda in foro conscientie.
- 118 Episcopus intra quot menses sub duplici pœna consecrandus.
- 119 Pensio à Papa ob paupertatem concessa laico licita, & quare.
- 120 Beneficiarius peccat vxore ducta beneficium retinens, non spõ- salia contrahens.
- 121 Beneficium quodlibet residentiam requirit, & quæ ab ea excusent.
- 121 Residentia Episcopo, & curato iuris diuini, & quæ excusant ab ea.
- <sup>D</sup> 122 Horas non recitans etiam pensionarius, cui restituet, & per extrauag. Pij V.
- 123 Beneficiarius non perdit fructus ob peccatum regulariter, nisi quum est excommunicatus, vel non recitat, & tunc cui restituet, & an sibi pauperi retinere possit num. 124.
- 125 Beneficium vnicum sufficiens habendum, & quæ ex causa plura, & seqq.
- 128 Beneficium ad retinendum tam prodest consuetudo quam dispensatio.
- 131 Parochus non ministrans Sacramenta subdito ad ea non obligato renisiue.
- 132 Sepeliens excommunicatum, vel notoriè malam, vel ad sepulturam adigens, &c.
- <sup>E</sup> 133 Beneficiarius vt peccet nesciens necessaria, & quæ sunt illa: nõ iuuans peste infectum.
- 134 Beneficium capiens in excommunicatione, & irregularitate, & mortali, non missans quotidie, vbi, & quomodo tenetur.
- 135 Beneficij habendi aetas, curatus prædicet, & profectatur fidẽ, quod requirit gradum, & ordinem sacrum. numero 136
- 137 Pensio quanta poni possit super Episcopatu, & parochiali.
- 138 Missas constitutas Episcopus, Generalis, & Abbas minuere possunt.
- <sup>F</sup> 139 Beneficium ad nullum detur accessus, regressus, mandatum, coadiutoria.
- 139 Parochialis Ecclesia, etiam reseruata, per concursum conferatur.
- 140 Religiosus vt peccat contra votum paupertatis remisiue.



Rimo peccat mortaliter clericus, quo ad beneficia, qui vult quætere illa per simoniam, siue mentalem, siue conuentionalẽ, siue realem: sine tamen excommunicatione, & obligatione restituendi si nõ querit



& etiam si quærit, nisi simonia sit realis: quid autem sit simonia, & quotuplex, & quæ excommunicat dictum est latè supra <sup>a</sup>

113 Quibus addo non admittere simoniam Episcopum, qui accipit aliquem in familiarem suum, constituta certa mercede annua, donec ei aliquod beneficium conferat, secundum Hostiensem, <sup>b</sup> modo nullum pactum post illud collatum de gratis seruiendo intercedat, & ita Maior, <sup>c</sup> consenrit Hostiensis, existimans se contradicere illi.

Secundò peccat mortaliter, qui per simoniam ab alio comissam in fauorem eius ipso ignorante, & non contradicente, quærit beneficium, in quo, vel ad quod nullum ius prius habebat: & rescians id consentit, vel illicò non renūciat illud. <sup>d</sup> Dixi, in fauorem eius, & eo non contradicente: quia secus si ad nocendum ei, vel commodandum, sed eo contradicente committeretur. <sup>e</sup> Dixi, in quo, vel ad quod nullum ius habebat, aliàs enim secus, si ipse in eam non consentit, <sup>f</sup> & etiam si illa simonia aliena, non fuit causa quærendi illud: siue quia comissa fuit cum vno ex multis electoribus, presentatoribus, aut collatoribus, quorum maior pars, ea non interueniente, illum elegerit, presentasset, aut ei contulisset: siue quia is, cum quo admissa fuit, non fuit ob eam principaliter motus: quæuis ob id data fuisset, vt resoluimus alibi, <sup>g</sup> sequenti primâ opinionè gloss. <sup>h</sup> quæ quæuis limitetur ab Hostiensi, & etiam à Panormitano, licet minus, quàm ab ipso, & rectè quidem quo ad forum exterius, per rationem Ioannis And. tamen quo ad forum conscientia, quod sola veritate nititur, <sup>i</sup> non nocet coram Deo simonia quæ verè non fuit causa quærendi beneficium, quod sine illa æquè, atque cum illa quæreretur.

114 Tertio peccat mortaliter, qui sine titulo canonico scienter accipit, vel tenet beneficium cum obligatione relinquendi, & fructus perceptos restituendi: & qui à principio putat titulum esse canonicum: sed rescians non esse talem retinet illud. <sup>k</sup>

Quarto peccat mortaliter, qui vexationem, vel pensionem redimit aliter quàm debet, iuxta dicta, <sup>l</sup> & qui precibus suis, vel alienis malè quærit beneficium, quod quando fiat, dictum est <sup>m</sup> qui permutat ius ad rem, cum iure in re. <sup>n</sup>

115 Quinto peccat mortaliter, qui quæsitum per simoniam comissam in beneficio, non restituit Ecclesie, cuius est illud, <sup>o</sup> debet tamen ita illi restitui, ne quidquam cedat delinquenti, quod si sic fieri non potest, restituat cum auctoritate Superioris alteri Ecclesie, vel pauperibus, p eam tamen auctoritatem non arbitror in foro conscientia necessariam.

Sexto peccat mortaliter, qui post obrentum secundum beneficium curatum, dignitatem, aut personatum, & post habitam eius possessionem, vel postquam per eum, quo minus eam habeat, stat, non renunciat prius, vt debet: quia ipso iure perdit illud, <sup>p</sup> immo, & posterius, si pergat retinere vtrumque, & fit incapax ad quodlibet aliud, & etiam ad ordines. <sup>r</sup>

116 Septimo peccat mortaliter, qui beneficium curatum capit sine dispensatione Papæ ante 25. annum cæptum, & collatio est nulla, <sup>s</sup> & tenetur relinquere illud cum fructibus: nisi remedium à Papa quærat. & idem de eo, qui accipit dignitatem, aut personatum non curatū: excepto, quod hos cum dispensatione Episcopi post viginti annos completos obtinere potest, <sup>t</sup> quos tamen Concilium Tridentinum ad 22. produxit, <sup>v</sup> diximus alibi. <sup>x</sup>

Ad nouè autem quæsitum respondetur, quod in Episcopatu Palentino \* in quo per concursum dantur beneficia, potest esse competitor ad presbyterale, etiam post Cõcil. Trident. licet nondum compleuerit 25. annos, & stet constitutio synodalis iubens, vt obtineas beneficium presbyterale intra annū fiat presbyter. Tū quia iure antiquo sufficit attingere 25. annū, ad obtinendū illud, & quodlibet curatū, <sup>y</sup> & ei nulla parte derogat Conc. Trident. nam qua parte habet, neminem ante 25. annum ordinandum presbyterio, intelligendum est de anno cæpto: quia licet regulariter tēpus positum in accusatiuo intelligatur de perfecto, secundum communem, quam Bald. Alexander, & Iaf. sequuntur, <sup>z</sup> tamen contrà tenet ibi Barto. cuius opinio sequenda est secundum eosdem, quando concurrunt

A aliqua alia coniectura intelligendi de cæpto, puta fauoris, qualis adest in proposito, & alia fortior, quod ius antiquū solum requirebat cæptum, <sup>a</sup> cui conciliandum est nouum, quum id fieri possit, <sup>b</sup> & alia vtraque fortior, quod idem concilium, <sup>c</sup> habet posse conferri beneficium curatum ei, qui attingit 25. annum & eodem ætas ad illud, & ad presbyterium sufficit secundum omnes. Tum quia mens Concilij non fuit mutare annum cæptum in completum, sed numerum, ita quod vt antea sufficiebat, & requirebatur ad subdiaconatum 18. annus, & ad diaconatum 20. & ad presbyterium 25. nunc requiratur ad subdiaconatū 22. ad diaconatum 23. & ad presbyterium sicut olim, 25. & ita potest hodie quis fieri subdiaconus in 22. cæpto, & diaconus in 23. cæpto, & presbyter in 25. cæpto. Tum quia non obstat dicta constitutio synodalis: quia etiam hodie potest quis intra annum à susceptis minoribus fieri presbyter, si Episcopo videatur id conuenire, <sup>d</sup> videri autem debet, vt is, qui per concursum obtinuit presbyterale ordinetur intra annum: quod si Episcopus noluerit assentiri, excusatur à pœna, qui obtinuit illud: quia iusto impedimento sine sua culpa impeditur. <sup>e</sup>

\* Per concursum dantur beneficia. Beneficia dantur per concursum, cum beneficio vacante multi ad illud consequendum beneficium concurrunt, & se examini corâ collatore & examinatore ita subiiciunt, vt is illud reportet, qui eo dignior iudicatus fuerit.

117 Octauo peccat mortaliter illegitimus, qui absque dispensatione Papæ beneficium curatum accipit aut simplex sine dispensatione Papæ, aut Episcopi, <sup>f</sup> & acceptio est nulla, & tenetur relinquere, nisi dispensationem obtineat. Quibus addo, quod Concilium Tridentinum <sup>g</sup> statuit, ne filij illegitimi clericorum habeant pensiones super beneficiis, quæ parentes eorum obtinuerunt: neque etiam vlla beneficia in Ecclesiis, vbi patres beneficium aliquod habent, aut habuerunt: quodque reciproca resignationes, quæ posthac à parentibus clericis in fauorem filiorum, aut aliàs fraudulenter fiunt, in his nequaquam suffragentur: quin peccat mortaliter, omnis, qui accipit beneficium aliquod carens qualitatibus, quas illud per fundationis suæ statuta, vel alia requirit. <sup>h</sup>

118 Nono peccat mortaliter, qui post obtentam Ecclesiam parochialem, & habitam illius pacificam possessionem, non promouetur ad presbyterium intra annum. & eo lapsio illam retinet, & non relinquit illam, vel fructus post annum perceptos non restituit: quia eam ipso facto perdit, <sup>i</sup> nec obstat, quod continenter soleam tenere, & tenui, <sup>k</sup> quod pœna temporalis, etiam ipso iure incurfa, non debetur in foro conscientia: quia id non procedit, cum contrarium constat de mente legislatoris, vel cum nõ imponitur proprie, vt pœna, sed vt quædam cõditio, vel modus rei tradita: vt cum testator relinquit aliquid alicui, vt quippiam faciat, aliàs perdat legatum, iuxta Panorm. communiter receptum, <sup>l</sup> & in proposito constat est stylo, mentem Pontificum statuentium, vt illo, vel illo casu vacet beneficium ipso iure, esse, vt peccet, qui illud ita perditū retinuerit, & fructus non restituerit: & quod beneficia conferantur quodâ modo sub illo modo, vel conditione tacite vel expresse, vt retigi alibi <sup>m</sup> & latius trado alio in loco. <sup>n</sup>

Potest aut Episcopus ratione studij dispensare, ne intra septem annos ad presbyterium suscipiendum teneatur, modo intra annum, quo presbyter fieri debebat, subdiaconus fiat, <sup>o</sup> quæ tamen dispensatio nil prodest ei, qui ad studendum non proficiscitur, <sup>p</sup> iuxta mentē textus. <sup>q</sup> Adde quod Concilium Tridentinum, <sup>r</sup> iussit, vt promotus in Episcopum intra tres menses teneatur consecrari sub pœna perdēdi fructus ipso iure, & intra alios tres, sub pœna ipso iure perdēdi Episcopatum.

Decimo peccat mortaliter, qui Ecclesiam parochialem accipit sine intentione presbyterium suscipiendi, vt eius fructus intra annum percipiat, & post eum illam dimittat cum obligatione restituendi fructus: nisi voluntate illa mutata presbyterium eo durante suscipiat per cõmissa, <sup>s</sup> quod habet, nil minus peccare, qui eam illi scienter confert, tenerique ad seruandam indemnem Ecclesiam: idemque dicendum esse de illo, qui sine animo ascēdēdi ad presbyterium, quoduis aliud beneficium accipit, sensit gloss. <sup>t</sup>

a Ca. 23. num. 100.

b In c. cum essent. de simo. receptum per Ioan. Andre. & compunē. c In 4. di. 23.

d r. q. s. per totam. & capi. nobis, de simo. e Dist. ca. nobis. & capi. scilicet, eod. tit. f Dist. c. scilicet, 2. eodem situ.

g In d. ca. nobis. h In ver. inservamenti, per § si. q. d. i Capi. sua. de spons.

k Ca. de regu. iur. lib. 6. & c. cum qui de prob. & c. 1. de eo qui mitt. in posse. causa rei seruauan. eodem l. & c. dilectus. 2. cum ei adu. de prob. l. supra capi. 23. n. 111. m Sup. eodem ca. 23. n. 102. n Vt ibidem num. 104. o Ca. de hoc. de simonia.

p Arg. ca. de hoc. de simo. ubi dicit, & S. Tho. 2. 2. q. 100. a. 6. ad 4. q. Ca. de multa. de probat. r Per extra uag. execrabilis § qui vero eod. tit. s Cap. cum in cunctis. § inferiora. de elec. t Ca. 1. de a. tat. & quali. lib. 6. v. S. ff. 24. cap. 12. de resor. x In c. si quādo. de rescrip. except. 9. y Ca. cum in cunctis. § inferiora. de elec. z In l. cui ff. de legat. 1.

a Clem. generalem. de a. & qualis. b Ca. cum expedit. de elect. lib. 6. c Sess. 24. ca. 12. de reform.

d Sess. 23. cap. 11. de reform. e Arg. c. licet cano. & c. commissio. de elec. lib. 6. in uia glo. memorabili. ver. in glo.

f Cap. 1. & 2. de fil. presby. lib. 6. g Sess. 15. cap. 15. h Sess. 11. cap. 5. de reform. i Ca. licet canon. de elect. lib. 6.

k In committ. c. fraternitas 12. quæst. & in rub. de penis & aliam. pe. l. supra gloss. ver. aduicis. in c. Raynaldus. de testat.

m In c. non licet 12. quæst. 2.

n Ind. c. fraternitas 12. q. 2.

o Capi. cum ex eo. de elec. lib. 6.

p Syl. ver. beneficium. 3. q. 2. q. Verbi. in f. f. tes. & quæ in eo dicunt. Arch. & Ioan. Andr. r Sess. 23. cap. 2. de reform.

s §. caterum. de elec. lib. 6. t In c. relati. de cler. non resident. & cl. v. in ibi Pan.



a l. pates. ff. de pan. & c. pona. de pa. d. ff. 1.

b In d. c. vola. sum. c Ver. benef. cium. 3. qu. 5. d In 4. dif. 15. qu. 8. ar. 3. e Contra ca. conuulsi. 2. qu. 4.

f Lib. 10. q. 5. ar. 6. de iust. & iur.

g Arg. nihil de prescrip. h Vbi supra.

i In c. 1. de cle. vic. coniug. k Dist. c. 3. l In d. c. 1. conuulsi. m Panormit. n Cap. conque. reu. de cler. non resid. o Ibi conu. sententia. p Capi. ff. de mag. q In cap. 3. de prin. lib. 6. r In d. c. 1. conuulsi. s In c. licet. de prab. t In c. 1. de cle. non resid. u Ca. ad an. diantiam de cler. non resid. v Adit. qua scribit ibi Pa. nu. 5. ad quod reducenda sunt. c. de ca. sero. & capi. cum dilectus. uod. 11.

quod & si prima facie æquum videri potest: contrarium tamen iure verius est, quum d. ca. commissa. p.onale, extra tuū casum non debeat extendi, præsertim sine rationis ( vt ita dicam ) identitate, vel maiori, quæ hic non est, & quamuis aliàs idem visum sit de eo, quia à principio quidem voluntatem habuit suscipiendi presbyterium: sed postea, ea mutata beneficium tenuit: contra tamen videtur de rigore iuris dicendum, quum longè magis peccet, qui ab initio eiusmodi contrariam intentionem habens accipit, quàm qui bona accipiens, postea cum mala cõmutauit, vt patet ex se: & textus solù agit, de accipiēte malo animo Quod ipsum maiore ratione videtur de eo, qui non mutauit, sed de mutanda ea dubitare cõpiti: & etiam de eo, qui aliquod beneficium accipit animo illud relinquendi, si aliud pinguius sibi conferatur, modò sua functioni satisfaciat, quam diu primum obtinuerit, quidquid dicant Pan. b Siluest. c Gab. d sine textu, & ratione iusta, obligantes homines ad insolita, & nullo iure præcepta, e immo, & de illo, qui accipit beneficium, cui non est annexus sacer ordo, animo firmo satisfaciendi quidem eius oneribus: sed non ascendendi ad presbyterium, nec alium ordinem sacrum: quia id nullo iure prohibetur. Quin etiam puto, quod & consului, posse quem iustè accipere beneficium animo, vt dictum est, satisfaciendi, & cum proposito, quod si frater eius primogenitus obierit mortem sine liberis, aut ad cõponendam pacem, aut extinguendis litis, aut alia similia, aut ad augendum decus suum, vel sua familia, vel patriæ expediret ducere vxorẽ, id faceret: videtur autem rectũ, quod ait Sotus, f peccare mortaliter beneficiarios etiã simplicium beneficiorum, qui absque animo se iniciandi sacris incedunt sine habitu clericali, non quidem eo quod non habeant eiusmodi animum: sed quia non deserunt habitum clericalem: quos tamen puto non obligari ad restituendos fructus per prædicta.

119 Nec tamen probo, quod ait, peccare coniugatos, accipiendo auctoritate Apostolica pensiones super beneficiis: modò eas accipiant in sustentationem suo statui necessariam: tum quia id non est contra ius diuinum: tũ quia Papa potest applicare fructus beneficii, de consensu beneficiarij illis pijs operibus, quibus potest ipse beneficiarius: & constat eum posse applicare illos coniugatis egètibz: quod tamen Papa raro, & numquam sine magna causa videtur facere debere, ob scandalum, quod inde oriretur, & cui est consequens, posse quem iustè gaudere pensione à Papa sibi constituta non seruendo Ecclesiæ, licet contra tenuerit Sotus. h

120 Vndecimò peccat mortaliter beneficiarius minorũ ordinum tantum, qui post matrimonium contractum per verba de præsentia, retinet beneficium, iuxta mentem glos. & communis, i quia ipso iure illud amittit, adeo vt non recuperet illud: quamuis vxor ante consummatum matrimonium religionem ingrediatur secundum omnes: quod est verum, etiam si matrimonium ob aliquem defectũ extrinsecum, veluti consanguinitatis, aut affinitatis non valeat, modò consensus interueniat, vt declarat Panormitanus, k non tamen est idem de contrahente sponsalia de futuro, secundum omnes: nec constituto in sacris contrahente matrimonium, etiam per verba de præsentia: quia is non perdit beneficium ipso facto: quamuis eo priuari possit, vt glosa l determinat.

121 Duodecimò peccat mortaliter, qui in suo beneficio non residet, nulla ipsi ab ea causa excusante: quia omne beneficium, quamlibet tenuerit, iure communi requirit residẽtiã, m multiplex tamẽ causa excusat. Prima auditio Theologia ad quinquẽniũ: & prælectio eiusdem donec durauerit, etiã sine licentia Prælati: quia eam ius cõcedit, n & idẽ est de auditione, & prælectione iuris Pontificij iuxta Archid. o & Panor. p quod per nouas rationes defendimus. q Ad alias autem scientias licentia Episcopi requiritur, nisi vbi contraria consuetudo viget, per notata. r Secũda causa est, obsequium Episcopi, quo ad duos canonicos, ac etiã alios, si occupentur ab eo in utilitatẽ Ecclesiæ suæ, vel Cathedralis: non autem si solũ occupentur in seruitio suo personali, nisi ex vigente causa, & Ecclesia non indigente seruitio. s Tertia causa eadem, vel maiori ratione, est obsequium Papæ, per eadem iura: modo id fiat principaliter ad

A inseruendum, & non ad procurandum beneficia secundum Ang. a Dixi, principaliter: quia minus principalis intentio non nocet. b Quarta, licentia legitima, c voco autẽ legitimã eam, quam dat is, ad quẽ ea res pertinet, & ex causa boni viri arbitrio probabili, & in scriptis: quando id ius requirit, de quo infra. Quinta cõsuetudo honesta, iuxta Innocentiũ. d quamuis consuetudo absentandi se sine causa, nihil valeat, iuxta eundem ibidẽ, & omnes: neque cum ea fraudãdo Ecclesiã obsequio debito. In omni tamẽ casu obseruãdũ, vt beneficium debito nõ fraudetur obsequio, & subditi benè gubernentur: & quãuis qui abest sine causa, probabili cũ licentia, aut sine illa peccet: non tñ videtur teneri ad restituendos fructus, quoad condẽnetur, iuxta mentẽ Pan. e quãuis Ang. teneat contrã, f nisi quando iure exprimitur.

B Quæ omnia, & aliorum alia clarius quàm vnquã explicuit Concil. Trident. Primo, s præmittendo quales debent in Episcopum promoueri, monendo promotos, vt suum officium impleant, innouando omnes antiquos canones de residentia Episcoporum, & nouè statuendo, vt quicumq; Episcopus, vel eo Superior sex menses à suo Episcopatu sine legitima causa abfuerit perdat quartam partem omniũ suorum reddituum: & si per alios sex alteram quartã: & si ultra, denũcietur Sedi Apostolicæ per eos, qui hoc facere ibi præcipiuntur: quo grauius puniatur. Et mox h iubet, vt omnes habentes inferiora beneficia requirẽtia residentia personalem, cogantur facere illã, & quod priuilegium perpetuum de fructibus in absentia percipiẽdis nulli proficueat temporale, nisi ex causa rationabili per ordinatũ approbanda fuerit concessum: quo casu Episcopi tãquam delegati Sedis Apostolicæ prouideãt, vt per deputationẽ idoneorum Vicariorum, & congrua portio fructuum assignationem, cura animarum nullatenus negligatur, nemini quo ad hoc priuilegio, seu exemptione quacumque suffragante. Secundò prædictũ Concilium, i adicit omnium prædictorum, & aliorum rationem, in hæc verba. Cum præcepto diuino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oues suas agnoscere, pro his sacrificiũ offerre, verbisq; diuini prædicatione, Sacramentorũ administratione, ac honorum, omnium operũ exemplo pascere pauperum, aliarumq; miserabilium personarum curam paternam gerere. Et in cetera omnia pastoralia incumbere: quæ omnia ab iũ nequaquã præstari, & impleri possunt, qui gregi suo non inuigilant, neq; assistunt, &c. ex quo obiter notandum, non solũ Episcopos, sed etiam parochos iure diuino teneri ad residẽdũ in suis parochiis, & ad prædicandum populo, quæ alibi nõ videntur ita expressa. Declarat item malè colligere aliquos, k licere Episcopis abesse per quinque menses: & exprimit, q quilibet Episcopus, qualiscumq; & quãtuscumq; etiã si sit Cardinalis, obligatur ad prædictã residentiam personalem: subiiciens tamen, q licet abesse, quũ Christiana caritas, v: gens necessitas, debita obediẽtia, ac euidens Ecclesiæ, vel Reipub. utilitas id postulat. Decernit autem, quod causa huiusmodi approbanda est in scriptis à Romano Pontifice, aut à Metropolitano, vel eo absente à suffraganeo Episcopo antiquiori residente, qui idem Metropolitanus absentiam probare debebit, nisi cum absentia inciderit propter aliquod manus, & Reipub. officium Episcopatus adiunctum: cuius quoniam causæ sunt notoriæ, & interdum repentina, ne eas quidẽ significari Metropolitanis necesse erit. Poterit itẽ abesse duos, vel tres menses in anno ex causa, cuius iustitia soli ipsius consciẽtiæ relinquatur. Addit autẽ cõtrã facienti nouam per nam ultra, peccatum mortale, & pœnas statutas per canones antiquos. Et l vt per rata temporis absentia non faciat fructus suos, & eos percepros non possit tuta consciẽtia tenere, imo teneatur Ecclesiæ, fabricæ, vel pauperibus erogare, non obstante vlla compositione. Ex quo obiter nota casum, in quo nõ prodest compositio. Addit itẽ hæc verba. Eadem omnino, etiã quo ad culpam, amissionem fructuum, & pœnas de curatũ inferioribus, & aliis quibuscumque, qui beneficium aliquod Ecclesiasticum curã animarũ habens obtinent, Sacrosancta synodus declarat, & decernit: ita tamen, vt quãdo cumque eos, causa prius per Episcopum cognita, & probata, abesse contigerit, Vicarium idoneum ab ipso ordinario approbandum, cum debita mercedis assignatione, relinquunt. Discendendi autem licentiam in scriptis, gratisque concedendam ultra bimestre tempus, nisi ex graui causa non obtineant.

C tempore, nisi ex causa rationabili per ordinatũ approbanda fuerit concessum: quo casu Episcopi tãquam delegati Sedis Apostolicæ prouideãt, vt per deputationẽ idoneorum Vicariorum, & congrua portio fructuum assignationem, cura animarum nullatenus negligatur, nemini quo ad hoc priuilegio, seu exemptione quacumque suffragante. Secundò prædictũ Concilium, i adicit omnium prædictorum, & aliorum rationem, in hæc verba. Cum præcepto diuino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oues suas agnoscere, pro his sacrificiũ offerre, verbisq; diuini prædicatione, Sacramentorũ administratione, ac honorum, omnium operũ exemplo pascere pauperum, aliarumq; miserabilium personarum curam paternam gerere. Et in cetera omnia pastoralia incumbere: quæ omnia ab iũ nequaquã præstari, & impleri possunt, qui gregi suo non inuigilant, neq; assistunt, &c. ex quo obiter notandum, non solũ Episcopos, sed etiam parochos iure diuino teneri ad residẽdũ in suis parochiis, & ad prædicandum populo, quæ alibi nõ videntur ita expressa. Declarat item malè colligere aliquos, k licere Episcopis abesse per quinque menses: & exprimit, q quilibet Episcopus, qualiscumq; & quãtuscumq; etiã si sit Cardinalis, obligatur ad prædictã residentiam personalem: subiiciens tamen, q licet abesse, quũ Christiana caritas, v: gens necessitas, debita obediẽtia, ac euidens Ecclesiæ, vel Reipub. utilitas id postulat. Decernit autem, quod causa huiusmodi approbanda est in scriptis à Romano Pontifice, aut à Metropolitano, vel eo absente à suffraganeo Episcopo antiquiori residente, qui idem Metropolitanus absentiam probare debebit, nisi cum absentia inciderit propter aliquod manus, & Reipub. officium Episcopatus adiunctum: cuius quoniam causæ sunt notoriæ, & interdum repentina, ne eas quidẽ significari Metropolitanis necesse erit. Poterit itẽ abesse duos, vel tres menses in anno ex causa, cuius iustitia soli ipsius consciẽtiæ relinquatur. Addit autẽ cõtrã facienti nouam per nam ultra, peccatum mortale, & pœnas statutas per canones antiquos. Et l vt per rata temporis absentia non faciat fructus suos, & eos percepros non possit tuta consciẽtia tenere, imo teneatur Ecclesiæ, fabricæ, vel pauperibus erogare, non obstante vlla compositione. Ex quo obiter nota casum, in quo nõ prodest compositio. Addit itẽ hæc verba. Eadem omnino, etiã quo ad culpam, amissionem fructuum, & pœnas de curatũ inferioribus, & aliis quibuscumque, qui beneficium aliquod Ecclesiasticum curã animarũ habens obtinent, Sacrosancta synodus declarat, & decernit: ita tamen, vt quãdo cumque eos, causa prius per Episcopum cognita, & probata, abesse contigerit, Vicarium idoneum ab ipso ordinario approbandum, cum debita mercedis assignatione, relinquunt. Discendendi autem licentiam in scriptis, gratisque concedendam ultra bimestre tempus, nisi ex graui causa non obtineant.

D tempore, nisi ex causa rationabili per ordinatũ approbanda fuerit concessum: quo casu Episcopi tãquam delegati Sedis Apostolicæ prouideãt, vt per deputationẽ idoneorum Vicariorum, & congrua portio fructuum assignationem, cura animarum nullatenus negligatur, nemini quo ad hoc priuilegio, seu exemptione quacumque suffragante. Secundò prædictũ Concilium, i adicit omnium prædictorum, & aliorum rationem, in hæc verba. Cum præcepto diuino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oues suas agnoscere, pro his sacrificiũ offerre, verbisq; diuini prædicatione, Sacramentorũ administratione, ac honorum, omnium operũ exemplo pascere pauperum, aliarumq; miserabilium personarum curam paternam gerere. Et in cetera omnia pastoralia incumbere: quæ omnia ab iũ nequaquã præstari, & impleri possunt, qui gregi suo non inuigilant, neq; assistunt, &c. ex quo obiter notandum, non solũ Episcopos, sed etiam parochos iure diuino teneri ad residẽdũ in suis parochiis, & ad prædicandum populo, quæ alibi nõ videntur ita expressa. Declarat item malè colligere aliquos, k licere Episcopis abesse per quinque menses: & exprimit, q quilibet Episcopus, qualiscumq; & quãtuscumq; etiã si sit Cardinalis, obligatur ad prædictã residentiam personalem: subiiciens tamen, q licet abesse, quũ Christiana caritas, v: gens necessitas, debita obediẽtia, ac euidens Ecclesiæ, vel Reipub. utilitas id postulat. Decernit autem, quod causa huiusmodi approbanda est in scriptis à Romano Pontifice, aut à Metropolitano, vel eo absente à suffraganeo Episcopo antiquiori residente, qui idem Metropolitanus absentiam probare debebit, nisi cum absentia inciderit propter aliquod manus, & Reipub. officium Episcopatus adiunctum: cuius quoniam causæ sunt notoriæ, & interdum repentina, ne eas quidẽ significari Metropolitanis necesse erit. Poterit itẽ abesse duos, vel tres menses in anno ex causa, cuius iustitia soli ipsius consciẽtiæ relinquatur. Addit autẽ cõtrã facienti nouam per nam ultra, peccatum mortale, & pœnas statutas per canones antiquos. Et l vt per rata temporis absentia non faciat fructus suos, & eos percepros non possit tuta consciẽtia tenere, imo teneatur Ecclesiæ, fabricæ, vel pauperibus erogare, non obstante vlla compositione. Ex quo obiter nota casum, in quo nõ prodest compositio. Addit itẽ hæc verba. Eadem omnino, etiã quo ad culpam, amissionem fructuum, & pœnas de curatũ inferioribus, & aliis quibuscumque, qui beneficium aliquod Ecclesiasticum curã animarũ habens obtinent, Sacrosancta synodus declarat, & decernit: ita tamen, vt quãdo cumque eos, causa prius per Episcopum cognita, & probata, abesse contigerit, Vicarium idoneum ab ipso ordinario approbandum, cum debita mercedis assignatione, relinquunt. Discendendi autem licentiam in scriptis, gratisque concedendam ultra bimestre tempus, nisi ex graui causa non obtineant.

E tempore, nisi ex causa rationabili per ordinatũ approbanda fuerit concessum: quo casu Episcopi tãquam delegati Sedis Apostolicæ prouideãt, vt per deputationẽ idoneorum Vicariorum, & congrua portio fructuum assignationem, cura animarum nullatenus negligatur, nemini quo ad hoc priuilegio, seu exemptione quacumque suffragante. Secundò prædictũ Concilium, i adicit omnium prædictorum, & aliorum rationem, in hæc verba. Cum præcepto diuino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oues suas agnoscere, pro his sacrificiũ offerre, verbisq; diuini prædicatione, Sacramentorũ administratione, ac honorum, omnium operũ exemplo pascere pauperum, aliarumq; miserabilium personarum curam paternam gerere. Et in cetera omnia pastoralia incumbere: quæ omnia ab iũ nequaquã præstari, & impleri possunt, qui gregi suo non inuigilant, neq; assistunt, &c. ex quo obiter notandum, non solũ Episcopos, sed etiam parochos iure diuino teneri ad residẽdũ in suis parochiis, & ad prædicandum populo, quæ alibi nõ videntur ita expressa. Declarat item malè colligere aliquos, k licere Episcopis abesse per quinque menses: & exprimit, q quilibet Episcopus, qualiscumq; & quãtuscumq; etiã si sit Cardinalis, obligatur ad prædictã residentiam personalem: subiiciens tamen, q licet abesse, quũ Christiana caritas, v: gens necessitas, debita obediẽtia, ac euidens Ecclesiæ, vel Reipub. utilitas id postulat. Decernit autem, quod causa huiusmodi approbanda est in scriptis à Romano Pontifice, aut à Metropolitano, vel eo absente à suffraganeo Episcopo antiquiori residente, qui idem Metropolitanus absentiam probare debebit, nisi cum absentia inciderit propter aliquod manus, & Reipub. officium Episcopatus adiunctum: cuius quoniam causæ sunt notoriæ, & interdum repentina, ne eas quidẽ significari Metropolitanis necesse erit. Poterit itẽ abesse duos, vel tres menses in anno ex causa, cuius iustitia soli ipsius consciẽtiæ relinquatur. Addit autẽ cõtrã facienti nouam per nam ultra, peccatum mortale, & pœnas statutas per canones antiquos. Et l vt per rata temporis absentia non faciat fructus suos, & eos percepros non possit tuta consciẽtia tenere, imo teneatur Ecclesiæ, fabricæ, vel pauperibus erogare, non obstante vlla compositione. Ex quo obiter nota casum, in quo nõ prodest compositio. Addit itẽ hæc verba. Eadem omnino, etiã quo ad culpam, amissionem fructuum, & pœnas de curatũ inferioribus, & aliis quibuscumque, qui beneficium aliquod Ecclesiasticum curã animarũ habens obtinent, Sacrosancta synodus declarat, & decernit: ita tamen, vt quãdo cumque eos, causa prius per Episcopum cognita, & probata, abesse contigerit, Vicarium idoneum ab ipso ordinario approbandum, cum debita mercedis assignatione, relinquunt. Discendendi autem licentiam in scriptis, gratisque concedendam ultra bimestre tempus, nisi ex graui causa non obtineant.

F tempore, nisi ex causa rationabili per ordinatũ approbanda fuerit concessum: quo casu Episcopi tãquam delegati Sedis Apostolicæ prouideãt, vt per deputationẽ idoneorum Vicariorum, & congrua portio fructuum assignationem, cura animarum nullatenus negligatur, nemini quo ad hoc priuilegio, seu exemptione quacumque suffragante. Secundò prædictũ Concilium, i adicit omnium prædictorum, & aliorum rationem, in hæc verba. Cum præcepto diuino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oues suas agnoscere, pro his sacrificiũ offerre, verbisq; diuini prædicatione, Sacramentorũ administratione, ac honorum, omnium operũ exemplo pascere pauperum, aliarumq; miserabilium personarum curam paternam gerere. Et in cetera omnia pastoralia incumbere: quæ omnia ab iũ nequaquã præstari, & impleri possunt, qui gregi suo non inuigilant, neq; assistunt, &c. ex quo obiter notandum, non solũ Episcopos, sed etiam parochos iure diuino teneri ad residẽdũ in suis parochiis, & ad prædicandum populo, quæ alibi nõ videntur ita expressa. Declarat item malè colligere aliquos, k licere Episcopis abesse per quinque menses: & exprimit, q quilibet Episcopus, qualiscumq; & quãtuscumq; etiã si sit Cardinalis, obligatur ad prædictã residentiam personalem: subiiciens tamen, q licet abesse, quũ Christiana caritas, v: gens necessitas, debita obediẽtia, ac euidens Ecclesiæ, vel Reipub. utilitas id postulat. Decernit autem, quod causa huiusmodi approbanda est in scriptis à Romano Pontifice, aut à Metropolitano, vel eo absente à suffraganeo Episcopo antiquiori residente, qui idem Metropolitanus absentiam probare debebit, nisi cum absentia inciderit propter aliquod manus, & Reipub. officium Episcopatus adiunctum: cuius quoniam causæ sunt notoriæ, & interdum repentina, ne eas quidẽ significari Metropolitanis necesse erit. Poterit itẽ abesse duos, vel tres menses in anno ex causa, cuius iustitia soli ipsius consciẽtiæ relinquatur. Addit autẽ cõtrã facienti nouam per nam ultra, peccatum mortale, & pœnas statutas per canones antiquos. Et l vt per rata temporis absentia non faciat fructus suos, & eos percepros non possit tuta consciẽtia tenere, imo teneatur Ecclesiæ, fabricæ, vel pauperibus erogare, non obstante vlla compositione. Ex quo obiter nota casum, in quo nõ prodest compositio. Addit itẽ hæc verba. Eadem omnino, etiã quo ad culpam, amissionem fructuum, & pœnas de curatũ inferioribus, & aliis quibuscumque, qui beneficium aliquod Ecclesiasticum curã animarũ habens obtinent, Sacrosancta synodus declarat, & decernit: ita tamen, vt quãdo cumque eos, causa prius per Episcopum cognita, & probata, abesse contigerit, Vicarium idoneum ab ipso ordinario approbandum, cum debita mercedis assignatione, relinquunt. Discendendi autem licentiam in scriptis, gratisque concedendam ultra bimestre tempus, nisi ex graui causa non obtineant.

Et quam

a Ver. cleric. 7. 5. 2. b Per dicta su pra ca. 23. nu. 100. c Gloss recep ta c. inter qua tuor. de clari. non resid. d In c. ex tua de cla. non residen. receptiũ à Pan. in d. c. inter quatuor & alios communiter. e In c. 1. de celebr. missa. f Ver. clericus 7. 5. 5. g In sess. 6. ca. 1. de reform

h In c. secundo.

i Sess. 29. c. 1. de reform.

k Exod. ca. 1 sess. 6.

l Dist. sess. 6.



Et quamvis hæc littera in utramque partem flecti possit, arbitror parochiam posse abesse duos menses, absque licentia scripta cum causa, quæ videatur ei iusta. Tum quia ante Concilium id licebat, & à iure antiquo non est recedendum sine iure novo expresso. Tum quia Episcopo, qui magis tenetur residere permittitur. Tum quia verba Concilij habent eadem omnino servanda, quo ad hoc in curatis inferioribus, quæ in Episcopis. Tum quia est pars benignior. Ad primum autem novè quæritum respondeo Capellanos Regum, perinde posse capere fructus in absentia, ac Capellanos Papæ, si utrisque eiusdem generis privilegia sunt cõcessa: immo & magis, si forte plus sit eis favore Regum concessum. Ad secundum verò, quod Caeteranus non dissentit ab his, quæ ante Concilium Tridentinum, quod post eum habitum est, servanda fuisse supra diximus.

a. l. praprim.  
C. de appell.  
etiam per arg.  
à contrario  
sensu. c. à no.  
bu. x. de sent.  
excom.

b. Ar. c. indul.  
tum de regu.  
iur. lib. 6.

c. Sess. 6. §. sta.  
tuimus.

122 Decimotertio peccat mortaliter beneficiarius, qui horas canonicas non recitat, & fructus perceptos non restituit, iuxta Concilium Lateranense habitum sub Leone X. cuius tenor est, Statuimus, ut nemo beneficium curatū aut simplex habens, qui elapsis sex mensibus ab eius consecratione sine legitimo impedimento officium divinum recitare omiserit, pro tempore quo non recitavit fructus suos faciat: immo eos impendere tāquam rem iniuste captam in fabricam beneficii aut elemosinas pauperum teneatur. Cui addo, quod fel. rec. Pius V. cui nostra de hac te opinio, quam hic teneramus, placuit, declaravit hunc §. per extravaganciam sequentem.

Est 138. inter  
ipsius consue-  
tiones.

**R**egius Episcopus servus servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Ex proximo Lateranensi Concilio pia, & salubris sanctio emanavit, ut quicumque habens beneficium cum cura, & sine cura, si post sex menses, quam illud obtinuerit, divinum officium, legitimo cessante impedimento, non dixerit, beneficiorum suorum fructus pro rata omissionis, & officij, & temporis suos non faciat: sed eos tāquā iniuste perceptos in fabricam ipsorum beneficiorum, vel pauperum elemosinas erogare teneatur. Verū tamē multorum animi suspensione tenetur, cuiusmodi rata prædicta ratio sit habenda. Nos huic rei evidentiùs, atque expressiùs providere volentes, statuimus, ut qui horas omnes canonicas uno, vel pluribus diebus intermiserit, omnes beneficii, seu beneficiorum suorum fructus, qui illi, vel illis diebus responderent, si quotidie dividerentur, qui verò matutinum tantum, dimidiam, qui ceteras omnes horas aliam dimidiam, qui barum singulis sextam partem fructuum eiusdem diei amittat: tametsi aliquis choro addictus non recitans, omnibus horis canonicis cum aliis præsens adsit, fructusque, & distributiones forte aliter assignatas, sola præsentia iuxta statuta, consuetudinem, fundationem, aut alias sibi lucrificasse prætendat: ut autem præter fructuum, & distributionum amissionem: item ille, qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusaverit, graue peccatum intelligat admisisse. \* Declarantes præstimoniam, præstimoniales portiones, & quælibetque alia beneficia, etiam nullum omnino seruitium habentia, obviemtes cum prædictis pariter contineri. At quicumque pensionem, fructus, aut alias res Ecclesiasticas, vel clericus percipiat, cum modo prædicto ad dicendum officium paruum B. Mariae Virginis decernimus obligatum, & pensionum fructuum, rerumque ipsarum amissioni obnoxium.

\* Declarantes præstimoniam. Præstimoniam dicuntur esse stipendia, quæ sine Ecclesia dantur canonico vel alteri clerico, præsertim si litteris studiisque operam dant, dantur etiam militibus, contra infideles vel Turcas pugnantibus. Hæc præstimoniam dupliciter considerari possunt. Nam aliquando in sola temporalitate consistunt, & nullum officium annexum habent in Ecclesia, & tunc hæc appellatione beneficii Ecclesiastici non veniunt. Aliquando autem præstimoniam datur in titulum perpetuum, & habet annexum aliquod obsequium spirituale, ita quos is titulus arctatur ad aliquod officium ecclesiasticum, & tunc beneficium dicitur: de hoc præstimonio Pium V. loqui suspicor non de priore.

Ex quibus nota primo reprobari opinionem Sorii, & nonnullorum dicentium non obligate prædictum §. statum.

Nota secundò, verum esse, quod dixi declarando prædictum §. videlicet, quod prædicta restitutio non est necessario faciendā fabricis Ecclesiasticis, ubi sunt beneficia: sed satis largiti eos pauperibus.

Notatertio id, quod hinc ibi intulimus, & quod non mel consolati sumus aliquos scholasticos pauperes, qui

d. In d. ca. quæ  
do. passio in  
Enchirid. de  
orig. ca. 7. nu.  
32.

ob hoc fructus suorum beneficiorum amiserant, scilicet, quod satisfaceret eiuusmodi obligatus, capiendo, saltem de consilio confessarij, eos sibi tamquam vni de pauperibus.

123 Tum quia, qui ad dandum aliquid pauperibus tenetur, potest illud sibi accipere tamquam vnus ex eis, si verè talis est, saltem de consilio confessarij, & quo ad forum cõscientiæ, per ea, quæ latius scribimus alibi.

Nota quarto, quod non sufficit restitutionem prædictā facere fabricæ, vel pauperibus, quando restituenda sunt lucrificata per distributiones quotidianas, quæ debentur iis, qui horis illis diebus, in quibus illi non recitarunt, inter fuerunt, quibus accrescunt, & non sufficit dare pauperibus, quod debetur alteri, nisi quando ignoratur quis sit.

Nota quinto, quod idem eadem ratione dicendum videtur de fructibus Ecclesiasticis, ubi est statutum, ut fructus malè percepti restituantur certis operibus pijs: quia illis deberet fieri prædicta restitutio. Quod ipsum videtur de parte, quam corpus, seu grossam canonicatum vocant, quam canonicis ita lucratur ratione suorum canonicatum, ut pars nō lucrificata ab vno, accrescat alijs, & obueniens tempore vacationis non referatur successori, qualem regulariter non habet canonicus, sed diuiditur inter superstites, si idem eadē ratione videtur de eo, quod canonicus perdit ob excommunicationem, suspensionem aut aliam quamcumque causam, sicut per hanc non recitā, di: quia de similibus idem est iudicium. Non tamen tenetur ad restituendum fructus beneficii, eo quod in peccato mortali occulto, aut notorio fuerit. Tum quia id nullo iure cauetur. Tum quia licet Angelus teneat quod sic, Rosella tamen, & Siluester idem, quod nos tenent. Tum per prædictum §. statuimus: quod id probatur irrefragabiliter, quatenus habet, beneficiarium, qui suas horas recitare omittit, non teneri ad restituendum, quod primis sex mensibus à cõsequutione beneficii accepit: & manifestum est illum in peccato mortali notorio fuisse, si notoriè omisit, & si occulte in occulto. De capiente autem parochialem, & nolente ordinari presbyterio diximus alibi.

124 Decimoquarto peccat mortaliter, qui beneficii sui ædes, vineas, prædia, & alia bona dolo, vel negligentia destruit, vel damnificat, cum obligatione reficiendi, & restituendi.

Decimoquinto peccat mortaliter, qui suspensus à beneficio, aut excommunicatus per canonem, aut per hominem recipit fructus, & impedit eos perinde, ac si nō ita esset ligatus: quia suspensus à beneficio nō potest de fructibus beneficii dispendere, nisi ad se, & suos modestè sustentandos: & hoc si bona non habet, unde viuat, secundum glossas receptas per Panormitanū & cõmunem, sed excommunicatus nihil potest accipere iuxta glossam receptam. At quia hoc intelligendum est de excommunicato, per quem stat, quominus absoluitur, & illud de suspensio in pœnam, qui non potest facere, ut absoluitur, videtur nihil differre in hoc excommunicationem à suspensione ob contumaciam, quæ tam facile, ac excommunicatio tollitur, ut rectè sentit Decius. Qualiter autem peccetur per dispensationem fructuum beneficiorum inter viuos, vel per ultimas voluntates, dictum est supra, quibus addo Concilium Tridentinum, quod omnino interdicit, nedum Episcopis, sed & ceteris beneficiarijs etiam Cardinalibus, ne cõsanguineos, familiaresque suos redditibus Ecclesiasticis augeat, aut illis iis, nisi pauperes sint, distribuant: eòsque monet, ut omnem humanum erga cõsanguineos, & propinquos affectum, seu malorū seminarium, penitus exuant. De celebrante autem, & recitante horas principaliter propter pecuniam (quod simonia est) dictum est supra.

125 Decimosexto peccat mortaliter, qui habet multa beneficia diuisa in titulum, quorum vnum suo statui decēti sufficit, vel sine dispensatione, vel cõsuetudine iusta, iuxta glossā singularem receptā à Panormitano & cõmuni, & sentit S. Thomas. Dixi, diuisa: quia secus si legitime vnita, aut annexa.

126 Dixi, in titulum: quia licet habere vnuth in titulum, & aliud ad tempus commendatum, ad sex menses tantum, si est Ecclesia parochialis. Dixi, ad tempus: nam

de com

a Per gradus  
à Bal. in l. ad  
quod paupe-  
rib. q. 22. Co.  
de p. s. q. 1. b.  
cleric. C. ad  
conf. 29. de  
test. An.  
in cons. 19.  
Domina d.  
pollonia.  
b In d. cap. 1.  
nu. 34.  
c Per ca. 1. de  
cler. n. 1. r. 1.  
lib. 6. cum si  
adnot.  
d Arg. c. ca. 1.  
de iur. iur.  
e Ca. cum in  
de v. s. ubi  
gl. c. i. cum in.  
f Secundum  
glo. s. in c.  
quod s. in d.  
ele. 1. v. r. con  
s. i. v. r.  
g In d. nota  
in c. 1. l. 2.  
de testam.  
h Ca. d. d. 1.  
2. de elec.  
i Ver. d. d. 1.  
8. §. 1.  
k Ver. d. d. 1.  
4. §. 1. 2.  
l In Ench. de  
orati. 2. 2. 1.  
11. §. 1. q. 1.  
m In d. in s. 1.  
de p. s. q. 1. v.  
ni. §. quibus  
v. r. 1.  
n c. cum in  
iur. iur. v. r.  
o In d. de  
ele. 1. c. 1. v. r.  
p In d. de p. s.  
q. 1. in s. 1.  
q. 1. d. §. 1. v. r.  
r Cap. 1. 1. 1.  
s Sess. 2. 1. 1.  
t de refer. 1.  
u Ca. 1. 1. 1.  
v In ca. d. d. 1.  
2. de elec. 1.  
x Ibidem. q. 1.  
ab alijs, qui  
c. 1. in r. q. 1.  
ad hoc. de p. s.  
b. d. q. 1. v. r.  
y In d. de p. s.  
q. 1. in s. 1.  
z In d. de p. s.  
q. 1. in s. 1.  
aa In d. de p. s.  
q. 1. in s. 1.  
ab In d. de p. s.  
q. 1. in s. 1.  
ac In d. de p. s.  
q. 1. in s. 1.  
ad In d. de p. s.  
q. 1. in s. 1.  
ae In d. de p. s.  
q. 1. in s. 1.  
af In d. de p. s.  
q. 1. in s. 1.



de comendato in perpetuum idem dicendum est, quod de dato in titulum, iuxta Cardinale Alexandrinum, quod probauimus excepto quod vacas per mortem Commendatarij censetur vacare eo modo, quo vacabat tempore, quo fuit ei commendatum: quod stylus Romanę Curie hodiernus palam seruat.

127 Dixi, quorum vnum sufficit: alioqui secus: nam quamuis Concilium Tridentinum, quod approbat tacite predictam glossam, statuerit, vt vnum tantum conferatur vni, qualis, & quantumcumque sit ille, adicit tamen, quod si illud ei non suffecerit, liceat ei aliud simplex sufficiens, dummodo vtrūque personalem residentiam non requirat habere. Ex quo duo collige, posse quem iuste tenere duo beneficia simplicia non requirentia residentiam personalem, quorum alterum non sufficiat, absque vlla dispensatione: quæ ante hoc Concilium fuit communis opinio. Et quod Concilium non prohibet retentionem plurium, etiam requirentium residentiam personalem, per iustam dispensationem. Dixi, absque dispensatione: quia non sufficit habere iustam causam eam obtinendi, attento solo iure naturæ, & diuino sine dispensatione iuris positui id prohibentis, iuxta Sancti Thomam.

128 Dixi, aut consuetudine iusta: quia tantum, licet non plus, valet illa, quantum dispensatio iuxta, eundem quia vtraque potest iuri humano derogare, & neutra naturali, vel diuino. Porro, iusta causa tenendi plura beneficia attento iure naturali, & consequenter dispensandi, & consuetudine circa id inducendi, est secundum eundem circumstantiam eiusmodi, quæ sufficiat ad tollendam deformitatem, quæ multitudo beneficiorum præ se fert. plura siquidem beneficia tenere, vt ille ait, nec adeo suapte natura est malum, vt per nullam circumstantiam iustificari possit, vt fornicatio, & alia id genus vitia: neque adeo indifferens, vt sine aliqua circumstantia iustificante liceat, vt habere duo prædia, vel domos vt supra diximus. Talis est circumstantia eius, cui ardentia suæ personæ qualitate non sufficit vnum beneficium ad honestè, decentèque viuendum. Talis item ratio prudentia, sagacitas, & indulgentia alicuius, vt speretur plus eis, quibus præest profuturus, etiã absens, quam communiter aliis præsens: & potius accipit propter vtilitatem beneficiorum, aut subditorum, quam propriam iuxta Innocentium, talis est etiã defectus aliorum idoneorum iuxta Hostiensium, talis insuper notabilis animi virtus, nobilitas, & scientia: quamuis hæc causa videatur includi in prima: quoniam ideo cum nobili, & graduato dispensari posse videtur, quia eius honesta sustentatio pluribus quam alterius indiget, vt ibi diximus. Talis etiam visã fuit Card. intentio tenentis plura beneficia, non ad splendidiorem victum, vestitum, & famulatum, & alia eiusmodi: sed ad largius erogandum in pauperes & opera pia, retento sibi tantum ad vitam decentem necessario, & vera huius intentionis executione.

129 Quare confessarius non debet absoluere habentem plura beneficia, nisi saltè concurrat aliqua predictarum, vel alia similis circumstantia. Dico, saltè: quia non sufficit quilibet illarum sine dispensatione iuris humani. Tu quia vltima Cardinalis, licet ante predictum Concilium sustineri posset, post illud tamen non licet, cum absolute prohibeat habere plura beneficia, etiã cõpatibilia, vltra id, vel ea, quæ sufficiunt honestæ, atque decenti sustentationi, iuxta predictam glossam, quoniam tamen Concilium non prohibet tenere beneficia illa, quæ ante fuerunt collata: sed ne de cetero conferatur plura vni, cõsulumus eum, qui ante illud plura obtinuit, posse nunc retinere, limitado se iuxta d. opinionem Card. quæ licet sit contra Pan. & communem, semper putauimus veram ante illud, quod fit, vt iure quis miteretur, etiã post predictum Concilium à Põrificibus Max. cõferri multa, quorum vnum sufficit vni, & multos sibi collata retinere, quæ profecto iure retinere nequeunt, etiã cum dispensatione, nisi iustificetur per intentionem à Card. requisitam. Adde quod idem Concilium, p. statuit, vt plures parochiales Ecclesias, aut vnam parochialem, & vnã cathedralè obtinentes, cogantur alteram infra sex menses dimittere: in quo pondera verbum, cogantur, & c. per quod respondimus neutram ipso iure vacasse: pondera ite id habere locum, etiã in his qui per iustam dispensationem tenebãt plures parochiales: quauis audiã aliquos cõtradice-

re, quod aiunt esse innouatum per idem Concilium, quorum opinio licet disputado forte defendi possit: cõsili tamen non debet. Tu quia est cõtra mentem Concilij, vt ex eius cõtextu patet. Tu quia sic interpretatur Curia cogens ad dimittendam alteram Ecclesiarum omnes, qui ante etiã cum legitima dispensatione tenebãt duas. Tu quia licet principium d. c. ordinarij: innouetur vsq; ad §. ceterum: ille tamen tacetur: hoc tamen ius nouum non extenditur ad alia incompatibilia legitime obtenta: & ita qui habet alia beneficia incompatibilia, puta plures personatus, vel vnam parochialem, & aliam dignitatem, vel personatum, quæ non sunt Ecclesie parochiales, non est cogendus relinquere vllum.

130 Decimosextimo peccat mortaliter, qui fructus sui beneficii in plures, quam tres annos locat, aut in emphytheusim dat, & est excommunicatus in terris, vbi est recepta extrauagans Pauli II. de qua infra.

\*Vbi est recepta. Hæc extrauagans est illa quæ incipit Ambitiosa, estque inter Pauli I. Constitutiones, quæ prohibet alienationem bonorum Ecclesiasticorum.

131 Decimosextimo peccat, qui parochiano petenti Sacramenta non ministrat: vel non dat licentiã alteri confitendi: vel interest matrimonio clandestino, aut benedicit secundas nuptias, aut primas tempore in debito vt supra dictum est.

132 Decimonono peccat, qui inducit aliquem ad promittendam, aut iurandum se accepturum sepulturam in sua Ecclesia, aut quam iam accepisset, non muraturum, & est excommunicatus excommunicatione Papæ reseruatã, de quibus infra dicemus, & qui aliquem in peccato mortali notorio mortuum in loco sacro sepelit.

133 Vigesimo peccat mortaliter, qui non discit ea quæ necessario scire tenetur ratione beneficii, vel officij, neque vult illud renunciare, porro sacerdos, quatenus est solus sacerdos, est obligatus scire legere, cõtate, & construere, iuxta glossam, quã Card. Pan. & Imol. probat, & faciunt multa, quæ adduximus, alibi, p. & quatenus Sacramenti minister scire debet, cuiuscumque Sacramenti formam, materiam, & modum debitum administrandi: & quatenus cõfessarius, & iudex fori cõscientie scire debet, quod supra dictum est, quod sit primò, vt religiosus, & quibus non est onus curæ animarum, neque audiendi confessiones, satis sit scire, quæ sũt necessaria presbytero, iuxta mentem Inno. recepti. Secundo, quod qui habet prædictum onus, ignoras ad id necessaria, tenetur discere illa, aut relinquere onus, vt dictum est: & ita, qui licet sit idoneus ad aliquod beneficium, si tamen non est idoneus ad id, quod obtinet ratione loci, aut personarum subditarum, & non vult discere, quo fiat talis non debet absolui.

Vigesimo primo peccat sacerdos, qui negligit, aut ob timorem omittit communicare proximum iam morientem, vel eius confessionem audire: quamuis pestilentia laboret, si est in extrema necessitate spiritali constitutus, iuxta dicta.

134 Vigesimo secundo peccat mortaliter, qui beneficium Ecclesiasticum accipit sciens, aut scire debens se irregularem, suspensum, excommunicatum, aut interdictum esse: & titulus eius est nullus, & qui in solo peccato mortali id facit iuxta Panormitanum, quod non est verum, vt probauimus ibidem post Felinum, & Ioannem Maiorem.

135 Vigesimo tertio peccat mortaliter, qui non dicit rotas, & tales missas, quot & quales, & quo in loco tenetur, absque iusto impedimento: aut quas omittit, vt debet non complet, quot autem teneatur dicere parochus in quantum parochus, non videtur iure determinatum, nec sufficienti ratione probari: quia nulla ratio concludit omnibus diebus eum missam dicere, neque omnibus, quibus commodè potest: quamuis sic omnibus festis de præcepto colendis, quia in eis populus eam tenetur audire, quare primò institutio particularis seruanda est. Secundo consuetudo, quæ pro lege habetur, quando lex deest, & ita vbi est consuetudo dicendæ missæ omnibus diebus per se, aut per alium, non satisfacit dicendo diebus, quibus commodè potest: quia tenetur per se, vel per alium quolibet dicere: & vbi est cõsuetudo, vt solis Dominicis, & festis, vel certis hebdomadæ diebus dicat tenetur dicere per se, vel alium in illis: quamuis Sotus, non satis cautè iudicet parochum teneri,

a In c. cum an 10m. 4. d. dist. Gomes. in re. de infirmis re fig. 9. 13. & citatos per eum. Maior. in 4. d. 24. qua. 13. b In c. de multa. de præbend. c Sess. 24. ca. 17. de reform.

d In cap. cum iam dudum. & c. extirpanda. §. qui vtro. de præb.

e In d. l. quo lib. 9. arti. 15. l. 1. idem.

g ca. si. cum i. bi. la. e. notatis de consuetud.

h ca. 25. m. 1.

i cap. cum iam dudum. num. 4. de præb. recept. k cap. graue. col. 2. eodem tit.

l Dist. capi. de multa. m In d. l. gratia de rescrip.

n Maior vbi supra argu. 6.

o d. c. dudum 2. de elec.

p Sess. 24. ca. 17.

a §. ceterum de off. ordi. lib. 6. b Sess. 6. ca. 1. de refer.

c Clem. 1. de reb. ecclie. non alienan. d Cap. 27. nu. 49.

e ca. 22. n. 68. f Num. 82. g Ibidem. h Cap. 1. de sepult. lib. 6.

i Clem. c. in pientes. §. sano. de penit. k l. a. 27. nu. 144.

l Dap. quibus 13. qu. 2.

m Ca. non est putanda. 1. q. 1. c. l. idem in r. §. 1. ff. ad l. Aquil.

n ele. 1. de concess. pra. ver. repasamus. o Ibidem.

p In præf. ca. si quando excepti. 11. c. 12. de rescrip. q ca. 4.

r In c. cum in cunctis, de elec.

s Arg. d. c. in cunctis. & eorum, quibus innoc. recept. air. & Panor. in ca. venerabilis, de præbend.

t Ca. 24. nu. 10.

v Ca. cum inter de elec. c. possunt in c. c. si colab. de cle. excom. nini. §.

x In d. c. si celebras. y In c. dilecto. de except. col. 3.

z In 2. d. 44. q. 1. & in 4. d. 18. qua. 4.

a Arg. c. 1. de pac. & pro. am. Greg. & ca. significatiu de præb.

b Ca. missas. de consec. dist. 1.

c Ca. consuetudo. 1. dist. 1.

d De iust. & nr. l. 9. q. 3. ar. 1.





a Argu. dicti cap. cum dilectus. de consue. iud. c. 1. & c. qualiter. de pact.

b Dicit. ca. significatum de prob.

c Sess. 25. ca. 1. de reform.

d Arg. c. eum qui de prob. lib. 6. c. In sess. 5. ca. 2. Sess. 23.

e Sess. 24. ca. 12.

f De offi. arc. i De verb. sig. k De anat. & qualis. lib. 6.

l Et c. nullus. de iur. iur.

m §. 4. dist.

n Per capit. 1. sess. 23. de reform. & c. 13. o Cap. propositio. de conce. prebend.

& satisfacere celebrando quoties decenter potest, sacellani autem, siue capellani, tenentur dicere, quas, ubi, & quomodo institutio sacellorum, vel eorum promissio habet. Adde, quod onus annexum beneficio, ut illud obtinens quotidie celebret de S. Maria, non obligat ad missandum omnibus diebus, neque ad missam dicendam, de illa omnibus, quibus missare tenetur, sed solum illis, quibus frequenter, salua honestate & deuotione debita potest, onus autem dicendi per se, vel per alium omnibus diebus, de omnibus diebus intelligendum est, ut ibidem diximus.

135 Vigesimoquarto peccat mortaliter, qui contrauenit alicui sequenti preceptorum Conc. Trid. quod, precipit sic. *Habens beneficium cum onere legendi legat per se, si est idoneus, sin minus, per alium, & in posteram non valenti legere per se, non conferatur eiusmodi beneficium, decernens collationem ei factam esse nullam.* Cui consequens est, acceptantem peccare. Et rursus, quod habens beneficium curatum predicet verbum Dei suo populo, ut minimu Dominicus, & festis solennioribus, & doceat ad salutem necessaria: quod est tanquam nouum, & singulare notandum. Et quod nullus obtineat beneficium ante 4. annum. Et quod in minoribus constitutus, nisi beneficium ecclesiasticum habeat, aut in seminario, vel aliqua schola, quasi via ad maiores suscipiendos versetur, non gaudeat priuilegio fori. Quae res nouissima est. Et quod archidiaconi sint magistri, aut licentiat in theologia, aut canonibus. Nota non sufficere quo ad hoc doctoratum vel licentiam iuris civilis, medicinae, vel artium, quod curia seruat: per quod soluitur questio missa mihi ex Hispanis. Et quod per archidiaconum intelligitur solum is, de quo loquitur rubrica, qualem in Hispania neminem scio: quia praedicta rubrica solum videtur loqui de illo, qui est caput capituli, & primus post pontificem, & tales Hispania in saecularibus Ecclesiis vocat decanos, & in regularibus priores, & Gallia, ut plurimum, propositos, cui alludit cap. *quamuis*. Reliqua vero dignitates non conferantur, nisi constitutis in anno 22. Per hoc corrigitur cap. 1. quod praescripsit in hoc anno 20. Et prouisi de beneficiis curatis teneantur infra duos menses a die possessionis coram Episcopo, aut eius vicario profiteri fidem Catholicam, spondentes se in Romana Ecclesia obedientia permanentes.

\* Non gaudeat priuilegio fori. Hoc fori priuilegium est, quod clericus pro aliquo delicto ad saecularem iudicem trahi non debet iuxta multa iuris Canonici decreta quae 11. quae. 1. habentur. Quibus etiam integri Decretalium tituli respondent quales sunt de foro competentis & de iudiciis. Consentiant etiam iura civilia qualia sunt quae habentur in eodem Theod. lib. 16. tit. de episc. audient. cap. 6. & quae sunt in nouellis constitutionibus. 79. 83. & 123. Quomodo autem in causis aliis clerici sint subditi legibus principum saecularium recte docet Bellarminus. lib. 1. de clericis cap. 18.

136 Quod ipsum de canonicatibus, & dignitatibus prouisi faciant, non solum coram Episcopo, sed etiam in capitulo: alioqui non faciant fructus suos, nec illis suffragetur possessio. Quod etiam valde nouum est, quatenus multum addit cap. ego N. respectiue. Nemo etiam obtineat dignitatem, canonicatum, aut portionem, qui non sit ordine sacro, quem illa requirunt, initiatus, aut in ea aetate constitutus, ut infra tempus statutum, initiari valeat. In omnibus vero Ecclesiis cathedralibus omnibus omnes canonicatus habeant annexu ordinem presbyterij, diaconatus, vel subdiaconatus. Hortatur etiam Concilium, ut saltem dimidia pars canonicatum conferatur tantum magistris, vel doctoribus, aut etiam licenciatis in Theologia, vel iure canonico. Pondera, quod postremum non est praecipuum, sed tantum exhortatio, quae non obligat. Quodque nullius statuti, aut consuetudinis vigore liceat, ab Ecclesiis ultra tres menses quolibet anno abesse.

137 Hic videtur permitti maior absentia dignitates, & canonicatus obtinentibus, quam parochis, quod super fructibus episcopatus, non excedentibus summam ducatorum mille, aut fructibus parochialium non excedentibus centum ducatorum, pensiones, aut fructuum reservationes non assignentur. Hoc videtur tangere Papam, qui licet ligari non possit, seruat tamen haec tenentur inuolabiliter, & ubi parochiales non sunt diuina diuidantur, ubi non sunt, erigantur: non obstantibus, &c.

138 Item, quod Episcopi in synodis, & Abbates, & Generales ordinum in capitulis suis generalibus pro sua conscientia disponant de missis, si earum fuerit exorbitans numerus, vel elemosynae iis dicendis impares. Hoc videtur ius nouum quo ad Abbates, & Generales, sed non quo ad Episcopos, qui possunt hoc facere, etiam sine synodo, iure antiquo, quod non videtur per hoc sublatum, cum fuisset additum ad augendum.

139 Item, quod quarta funeralium solita iam ante annos. 40. per solui Ecclesiae parochiali, soluatur, etiam si postea concessa fuerit alicui monasterio, non obstantibus, &c. Et statuit, quod in posterum accessus, regressus, aut coadiutoria cum futura successione non concedantur, nisi quoad episcopatum, & abbatiam, certis ad id causis concurrentibus. Et quod nec mandata de prouidendo, gratiae expectatiuae, etiam sub nomine indulti, nec aliae quaecumque gratiae ad vacatura, aut indulta ad alienas Ecclesias cuiquam concedantur, & haec tenentur concessa, abrogata censentur. Et quod nulla Ecclesia parochialis, etiam si referuata fuerit & vacet in Curia, nisi per concursum & oppositionem prauio examine, de quo ibi, conferatur.


140 Qualiter autem religiosus peccet contra votu paupertatis altius quam haec tenentur trado in Comment. cap. non dicatis.

De peccatis Praedicatorum, siue Concionatorum.

141 Praedicans, ut peccat, si id facit sine facultate, quam is dare potest, & aduertens se esse in mortali, vel mentiens.

142 Praedicans, ut peccat miscens ridicula, detrahens praelatis, decimare dissuadens, si religiosus sine consensu episcopi.

143 Praedicandum quid, quoties, quibus, & quibus.

141  Irca haec dicimus, quod peccat mortaliter primo concionator, qui publice concionatur absque facultate legitima, qualem habet Episcopus per totum orbem, & parochus in sua parochia: qui potest dare illam alteri noto, & alias probato quo ad suam parochiam, sicut episcopus quo ad suam dioecesim, & Papa quo ad omnes, ut colligitur ex Panormitano & communi, quia sunt ordinarij, & ordinarij potest omnia quae sunt iurisdictionis, delegare iure canonico, iuxta glossam receptam.

Secundo peccat mortaliter qui aduertens se esse in peccato mortali, ante iustam contritionem concionatur, secundu Caietanum, qui retractauit, quod dixerat in summa, ubi oppositum tenuit: quia actus praedicanandi saltem per legem humanam est actus peculiaris ordini Diaconatus. Et qui aduertens mentitur concionando circa doctrinam fidei, bonorum morum, historiarum Sanctorum: miraculorum, aut prophetiarum, ad cohortandum, inducendum aut mouendum auditores, iuxta Caiet. Dixi, Circa doctrinam fidei, &c. quia mentiri circa alia non est peccatum mortale, nisi notabiliter scandalizaretur, ut de mentiente in iudicio, & confessione dictum est supra. Et peccat, qui principaliter, vel minus principaliter, ob laudem, honorem, vel pecuniam praedicat: & quanto plus mereatur, qui pure ob Dei gloriam id facit, colligas ex cap. 23. 9 & latius ex commentario nostro.

142 Qui vero concioni fabulam, & facetias, aut aliquid ridiculum miscet, peccat quidem iuxta S. Antoninum, & Caietanum: sed communiter non plusquam venialiter, iuxta eundem, immo nec semper venialiter, ut cum ad hilaritatem honestam breuiter dicuntur, ut tradit Augustinus Triumphus.

Tertio peccat mortaliter religiosus, qui concionando praelatis Ecclesiae, & sacerdotibus detrahit, praesertim quod laicis placeat. Quod intelligendum est de detractione nominatum, expressu, vel aequipollenter facta: licet enim generaliter praelatorum vitia reprehendere, modo id prudenter, & absque scadalo fiat. Et quauis d. clem. solum loquatur de religiosis: quia saepius in eo peccant, idem tamen de saecularibus dicendum est, quo ad peccatum: quamuis non quo ad penas ibi constitutas. Quae confirmantur

a Sess. 25. cap. 4. de reform.

b Arg. cap. accessus. & c. ex parte de consue. & c. eius adnot. c Arg. cap. de verb. sig. d Cap. 13. e Sess. 15. cap. 6. de reform. f Sess. 24. ca. 19. de reform.

g Cap. 8.

h 12. q. 1. n. 2. & seq.

i Ca. excommunicatus. §. qui uera. de heret. k In ca. inter cetera de offi. ordi. & c. de ho §. quia uero de heret. & c. ex Cardinali in dem. dudum de sepult. l ca. peruenit. 95. dist. m In 3. par. 4. 64. ar. 6. & 2. 2. q. 127. ar. 1.

n Verbo praedicatorum peccata in princ. & c. como a. de uis. spiri. q. 1. o In sum. uer praedicatorum peccata. p Cap. 18. m. 3. q Supra. m. 5.

r Super ca. 1. minister. 23. qu. 5. m. 44. s par. 3. dist. 1. cap. 4. t 2. 2. q. 124. ar. 2. v In dicto uerbo praedicatorum peccata.

x In summa de peccatis ecclesiasticis. q. 107. ar. 1. y Clem. 1. §. quibus de priuileg. z Iuxta gloss. ibidem uerbo detrahendo. a Argu. gloss. clem. 1. de res. uer. praedicatorum. aduersione. textus in h. interpretatione ff. de par.



a Sub Leone X sess. 1.

b In summa verb. excommunicatio c. 18. sub fi.

c Clem. cupientes. de poen. de quo inf. ca. 27. num. 145. d. Sess. 5. ca. 2.

e Sess. 24. ca. 4. de reform.

f Capi. 7.

g Sess. 21. ca. 8.

h Cap. 10. nu. 23. c. 2. a. num. 30.

i Per c. is, qui de spons.

k Ca. 22. nu. 28. 65. & 69.

per Concilium Lateranense, quod a vetuit concionatoribus populo predicare miracula falsa, incerta, aut prophetias per Sacram Scripturam non approbatas: & Prelatis Ecclesie detrahere, addens aliis poenis excommunicationem latae sententiae reservatae Papae, quod non latuit Caietanum. b Et religiosus qui concionando dissuadet populo decimarum solutionem, est excommunicatus. c

143 Quarto, qui contrauenit praecipis Concilij Tridentini, quod d praecipit sic, Nullus regularis predicet in Ecclesiis sui ordinis, nisi prius examinatus, & approbatus a suo Superiore, de vita, moribus, & scientia, obtenta ab eo licentia, quam episcopo praesentet benedictionem ab eo petendo. In Ecclesiis vero, quae sui ordinis non sunt, etiam licentia Episcopalis necessaria erit. Episcopi etiam neminem regularem extra claustra viuentem, nec saecularem sacerdotem predicare sinant, nisi eis non sint & moribus & doctrina probati, etiam cuiuscumque priuilegij praetextu. Et alibi e sic. Nullus saecularis, vel regularis, etiam in Ecclesiis sui ordinis predicet, contradicente Episcopo. Episcopi autem singulis Dominicis, & festis solemnibus, diuinam legem per se in suis Ecclesiis annuncient, vel si legitime impediti sint, per deputatos ab eis: in aliis vero Ecclesiis per parochos, vel alios, tempore vero Aduentus, & Quadragesima quotidie, vel saltem tribus diebus in hebdomada, legem diuinam, & sacram Scripturam annuncient, & festis diebus pueros doceant doctrinam Christianam, & obedientiam erga Deum, & parentes. Et paulo post f sic, ministrantes Sacramenta, etiam si sint Episcopi, ijs qui ea suscipiunt, illorum vim, & usum explicet. & inter missarum solemnias, vel alia diuina officia vernacula lingua festis diebus legem diuinam populo exponi curent, postpositis inutilibus questionibus, quae non adificant. Res item incertas, aut speciem falsi habentes proponi non permittant, & curent predicari doctrinam veram de purgatorio. Et alibi rursus g sic, Omnes curam animarum gerentes per se, vel per alios aliquid ex his, quae in missa leguntur Dominicis, & festis exponant, & mysterium sanctissimi huius Sacramenti declarent.

De peccatis coniugatorum.

144 Sponsalia clandestina post Concil. Trid. complens, & vtens Matrimonio praesumpto &c. vt peccet.

144 Matrimonium praesumptum cessat, & coram quo parochus contrahendum, sine cuius praesentia contractum nullum.

144 **P**ECCAT primò coiuix modis supra h positus, & non complens sponsalia clandestinè contracta, etiam post Concilium Tridentinum, quia illud solum matrimonium, & non illa annullat: & qui vtitur matrimonio praesumpto per copulam carnalem habitam post praedictum Concilium, quia post illud cessant matrimonia praesumpta, i & qui discedit à matrimonio contracto coram parochus habitationis feminae, etiam si parochus habitationis viri non assintat: & qui vtitur contracto publice, etiam coram toto populo, sine praesentia parochi, vel alterius presbyteri, cum licentia illius, vel ordinarij: quia congregatio Concilij Tridentini sub Pio V. interpretata fuit sufficere parochum mulieris, quando matrimonium contrahitur in parochia mulieris, sicut eadem sub Gregorio XIII. censuit, sufficere parochum viri, quando in eius parochia contrahitur, vt dictum est supra. k

Confessarius erga confessum vt se geret.

CAP. XXVI.

- 1 Confessarius doceat confessum hoc, & hoc.
- 1 Confessarius alium ad aliud exhortetur, alium laudet, alij nil dicat.
- 2 Confessarius hoc praestari faciat quinque casibus.
- 3 Confessarius facile non iudicet esse mortale, quod est controversum, & quid tunc faciat.
- 3 Confessarius non absoluat nolentem facere necessaria.
- 4 Confessarius quid faciat: quando poenitens contrariam suam opinionem habet, & quid quando vterque dubitat.
- 5 Confessarius quid dicet ei, qui restituere debet, & quid ei, qui restitutum se promisit, & non praestitit.
- 6 Confessarius quid faciat in absolutione reseruatorum, cum breui resolutione.
- 6 Peccatum reseruatum cui, & quomodo confitendum, & soluendum.

A 7 Absolutio excommunicationis praecedat peccatorum absolutionem, ante illam faciet hoc, & hoc. num. 8. & 9.

10 Absoluatur poenitens ab omni excommunicatione maiore, & minore sic.

11 Absolutio peccatorum detur in hac forma, quamuis ad substantiam eius minus sufficit.

12 Absolutio conditionalis non detur: & data à peccatis, censuris & irregularitatibus ab eo, qui poenitentem poterat absolueri ab omnibus, quas incurrisset, etiam oblita includit &c. num. 13. & cum datur ab eo, qui non poterat, quid fiet, & an absenti dari possit. num. 4.

**I**RCA haec dicimus primò, quòd confessarius, vt diximus, a doceat ea in quibus poenitentem errare animaduertit putando peccatum esse, quod non est: aut contra, aut esse mortale, quod est veniale: aut contra, saltem in his, quae scire tenetur: idem faciet de censuris, quas falsò credit esse, vel non esse. b

Secundò pro varietate poenitentium, aliud arguat, alium soletur, alium de diligentia, & ordine memorandi, & accusandi modestè laudet, & ad gratias ob id agendum incitet: aliis alias virtutes magis commendat, in aliis alia vitia acius increpet. Porro, poenitenti docto, diligenti, & saepe confitenti, & celebranti, aut nil dicat, aut solum, vt faciat, quae nouit facienda: & cum sit lux, & sal aliorum, caueat, ne sit eis offendiculo, vt copiosius diximus alibi. c

2 Tertiò, praemisissis ante, vel post praedicta interrogationibus opportunis, faciat concludi confessionem, dicendo se commississe illa omnia peccata, & alia multa, quae non satis meminit, cogitatione, verbo, opere, & omissione: & persuadeat proponere numquam amplius Deo iuuante ea, nec alia saltem mortalia ob eius amorem peccaturum, iuxta dicta supra. d Sed non obliget eum ad id voto, iuramento, vel alia promissione, quae nouum vinculum adiiciat: nisi quum ius id praecipit, vt in excommunicato notorio absoluendo, e & in incendiario, f & in mutilatore, g & manifesto raptore, aut ecclesiae violatore, h & vsurario publico, i & in publicè iniuriante personis ecclesiasticis. k

3 Quarto, caueat facile negare absolutionem poenitenti dicendo esse mortale id, de quo sunt contrariae opiniones, ne eum in futurum propter conscientiam illaqueat: sed potius cõsulat libros, vel doctos, vel certè persuadeat ei propositum faciendi, quod iure facere debet cõsilio N. vel N. quibus cõfidit, vel aliorum, quorum iudicio fidendum est: tale enim poenitentis propositum sufficit, vt absoluat. l

Quintò, quòd nullatenus absoluat poenitentem nolentem abstinere ab eo, quod certum est esse mortale, per dicta supra. m

4 Sexto, quòd si sint contrariae doctorum opiniones, quarum alteram confessarius, & alteram poenitens sequitur, & confessarius credit euidenti se textu, vel ratione niti: poenitentem autem dubia, non debet eum absolueri. At si confessarius nõ adeo forti ratione nititur, vel poenitens vtitur pari, vel ferè pari, & habet aliquè pro se doctorè clarum, poterit eum absolueri, vt post Adrianum, n tenuimus, o non distinguentes inter proprium parochum ad audiendum obligatum, & alium, qui potest audire, & non tenetur, vt nec Adrianus distinxit, quidquid Gofredus relatus per S. Antoninum, p dicat. Quibus adde, quod, sicut cum dubitatur, an aliquid sit mortale, nec ne, securiorem partem confessarius & poenitens eligere debent: ita quum dubitatur, an poenitens hoc facere, dare, aut pati debeat, benigniorè opinionè confessarius eligere debet iuxta Angelum & Syluestrum. q

Dixi, *Quum dubitatur*: nam confessarius, vel poenitens credens suam sententiã esse veram, nõ dubitant, vt diximus. r

5 Septimò, quòd poenitentem ad aliquam restitutionem aliquorum obligatum inducere debet ad propositum eam faciendi, quàm citò commodè poterit, iuxta dicta, s admonendo eum, si nimis differat, in peccatum mortale recasurum, & gratiam, quam per confessionem & absolutionem adeptus est, amissurum. Quin & cum, qui confessione praeterita restitutionem promisit, nec restituit, non debet absolueri quoad restituat, nisi rarò vt insinuat est. t

6 Octauò, quòd poenitentem habentem peccatum reseruatum non debet absolueri ab eo sine priuilegio, bulla,

a In prime. ca. 1. de poen. dif. o. num. 50.

b Per principium caput. 1. de poen. di. 6. & qua ibi tradimur. & argum. c. omnia. & sacerdos. de poen. & remi.

c In d. c. 1. nu. 52. & seqq.

d Ca. 1. num. 12.

e Cap. ex parte. de verbor. sig. & c. solet. de sent. excõ. lib. 6.

f Ca. pessimã 23. q. 8.

g c. si quis m̃bru ead. cau. & quaff.

h Ca. super eo de rapto.

i Ca. quando verbo nullus de vsur. li. 6.

k Capi. quisquis inuenit fuerit. 17. qm. 4.

l Ang. ver. cõfessio. 4. §. 3.

m Sal. verb. confessio qua. 20. adiunctiu qua diximus. sup. c. 23. n. 21.

n Ca. 10. nu. 4.

o In 4. de conf. 9. §. du. 7.

p In c. si quis autem de poen. d. 7. num. 66.

q 3. pa. tit. 17. caput. 10. §. 2.

r Vbi supra.

s In d. capi. si quis autem nu. 9. & seq.

t In ca. 17. nu. 54.

u In d. c. 17. n. 59.





a Vt dixi in c. consideret. §. causus. n. 10. de po. d. si. 1.

b In d. c. confideret. §. causus. num. 24. c. 10. d. 17. g. i. col. 4. argu. ca. si celebrat. de cler. excō. mini. c. sacra. de hi. qua. vi. d. Ver. confes. fo. 5. §. 10. c. ca. 9. num. 4. f. In c. 1. in pri. de po. di. 9. num. 54. g. c. ex tenore c. de catro. de sent. excō. mu. h. Ca. ex parte. de verbo. sign. & ca. fol. de sent. ex com. l. 6. i. c. venerabilib. §. porro. eod. tit. & lib. k. Arg. c. tua. cap. is qui de sponsal.

l. c. a nobis. 2. de sent. excō. & tradit. 5. Anton. 3. pa. tit. 24. c. 77. §. 1. quem sequi muerit alij.

m Syl. ver. ab solutio. §. 9. 2. n. In d. c. 1. o Num. 55. p. a num. 60.

q Compen. prius. ver. ab solutio. 1. quo ad seculares. num. 14.

vel alia licentia eius, qui illa potest dare: sed vt diximus a debet absolueret, a quibus potest, & pro absolutione referuati mittere ad eum, cui referuatum est: cui solum referuatum confiteatur, vt ab illo absoluetur, aut absoluetur ad priorem confessorium remittatur. Quare, vt cuidam doctissimo respondi, non debet dicere absoluet. Absoluo te ab omnibus peccatis mihi confessis, sed cum limitatione, exceptis tali & tali: possit item penitens per se, vel per alium ante, vel post suam confessionem impetrare facultatem secretam, verbo, aut scripto ab eo, cui referuatum est, absoluetur a proprio confessario: sed quia is modus periculosus est, eo quod peccatum extra confessionem detegitur, tutius esset, vt confessorius per se, vel alium impetraret sibi facultatem absoluetur ab illo, vel illo peccato ei referuato. Superior autem cui est referuatum peccatum, non potest absolueret ab illo, antequam ipsi, vel alteri omnia fuerit confessus.

7 Nonō, quod penitentem excommunicationem prius debet absolueret ab excommunicatione quam a peccatis: alias mortale sacrilegium committeret, vt diximus, b post Paludanum, c contra Angelum: d sequentem Monaldum pro se incautē citantem Richardū, qui contrarium tenet: licet absoluetio peccatorum, si cōcederetur valeret, modo, quo supradictū est. e Quod si facultatem absoluetur ab excommunicatione nō habet, nullatenus a peccatis absoluetur, quousque absoluetur ab ea, redeat, aut deferat mandatum ad absoluetur eum. Porro in absoluetur ab excommunicatione seruate debet formam iuris, quā vt diximus, f habet, primū, vt iuret parere super eo mandatis Ecclesie. g Secundō, quod parti satisfaciat, si offensa, aut debitum est notorium, h aut impensas, si contumacia est notoria, i & hoc si potest, si minus præstet sufficientē cautionem, id est dādo pignora, vel fideiussores: & si neque hanc potest, det iuratoriā. Nonē autem addimus, quod quamuis distinctio debiti offensa, aut contumacia notoria & dubia locum habeat in foro exteriori: in interiori tamen non habet, sed solum si scit, aut nescit se debere, aut offendisse, aut quātum aut quomodo, aut cui soluere debeat: quia in hoc foro, cessant præsumptiones, & confessum a penitente pro certo notorium habetur, iuxta omnes, k quod est vsu sequens, & in theoria rarum.

8 Tertio, quod humeros nudatum cum psalmo Misere mei Deus. aut alio penitentiā, virga, fune, aut flagello cedat, & post Gloria patri & c. Kyrie eleyson. & c. Pater noster & c. cum versiculis. Saluum fac. & c. Oremus, Deus cui proprium est misereri, & parcere. suscipe deprecationem nostram. & hunc sanulū, quem excommunicationis sententia ligatum tenet, miseratio tua pietatis absoluetur per Christum D. N. Amen. l & post absoluetur in hæc verba. Auctoritate, qua fungor, absoluo te a vinculo excommunicationis, quod incurristi ob hanc, vel illam causam, & restituo te sacramentis Ecclesie, & communioni fidelium, in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. Amen. Et si est excommunicatus ob multas causas, exprimat eas in absolutione: alioqui a solis expressis esset absoluetur, iuxta omnes. Quamuis mea sententia satis est habere intētionem eum ab omnibus absoluetur, & comprehendendi omnes suis verbis. Si verō, ob vnam tantum causam sæpe incurrit, sufficit dicere, toties, quoties eam incurristi. Et quia statim dicemus expedire, vt generaliter absoluetur quemlibet penitentem ab omni excommunicatione, sub cōditione, si & quatenus est opus & potest: quamuis non videat eum aliqua teneri, a fortiori expediet, vt eum sic absoluetur, quando eum absoluetur ab aliqua particulari, qua videt eum teneri.

9 Quamquam autem modus prædictus regulariter seruandus est, quando commodē potest in absoluetur excommunicatione: absoluetur tamen aliter facta valet etiam solum dicendo. Ego te absoluo ab excommunicatione. Rebenedico te: aut aliud æquipollens, cum intentione absoluetur, m vt diximus, n vbi addimus, o ne faciat feminam nudare humeros: quia nullo iure id cauetur, & p quod quatuor prædicta nō sunt seruanda, quando excommunicatione nō est certa, & ad cautelam absoluetur. Et Leonem P. P. X. stantibus ordinis Minorum concessisse, ne quando excommunicatos in foro conscientie absoluetur, teneantur eos flagellare dicendo psalmum Misere mei. q Quæ omnia procedunt etiam in absolutione a delegato facta simpliciter, vel additis illis solitis verbis, (seruata in eis forma) vel simili-

bus. Secus si aliquid aliud delegans mandauerit obseruari: quia priore casu solum contineret monitionem, posteriore verō etiam nouam formam. a

Decimo, confessorius imponat penitentiam ante absolutionem, b quod tamen non est necesse: quia tantum valet, & tam sacramentalis est, quæ post, quàm quæ ante imponitur, vt dixi alibi, c post Gersonem. d

10 Undecimo absoluetur eum ad cautelam ab excommunicatione maiore, vel minore, suspensione, vel interdicto, in hanc sententiam, Si teneris aliquo vinculo excommunicationis maioris suspensionis, vel interdicti, a quibus te possum absolueret, absoluo te, si & quatenus possum, & expedit, sed non est necesse adiungere, Restituo te sacramentis Ecclesie, & communioni fidelium: iuxta Gersonem, e & omnium mentem: quia eo ipso, a quo absoluetur, eis restituitur.

11 \* Duodecimo absoluetur a peccatis præmittendo, Misereatur tui, & c. Dominus noster Iesus Christus te absoluetur. Et ego auctoritate ipsius, qua fungor, te absoluo ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Passio D. N. Iesu Christi, & merita B. Mariæ semper Virginis, & omnium Sanctorum, & quidquid boni feceris, & mali patieris. sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiæ, & premium vite æternæ. Non sunt tamen hæc omnia necessaria: essentialia enim, & necessaria sunt illa, Absoluo te: vt diximus, f & colligitur ex vtroque Thoma, g & ex Concilio Florentino, h quia quæ absolutionem præcedunt, sunt preces: & quæ sequuntur, sunt iniunctio penitentia generalis, vt diximus, i post S. Thomam. k Alia multa verba multi adiungunt, quæ non solum sunt superflua, sed etiam periculosa: è quibus sunt illa, De quibus contritus, & c. Tum quia absolutio non solum comprehendit peccata contrita: sed etiam, quæ apparent contrita, ad effectum, ne iterum ea penitens confiteri teneatur: quin etiam attrita certæ speciei comprehendit quo ad effectum remittendi, vt supra dictum est. l Tum quia scrupulos gignere possit, vt dixi alibi m vbi n etiam dixi, qualiter intelligenda sit determinatio quædam Ioannis Gersonis quod vera sit.

\* Duodecimo absoluetur a peccatis. Quoniam res maxime necessaria est explicatam habere tradendæ absolutionis formam, nos hic inferemus ex Ioannis Polanci Societatis Iesu directorio capit. 4. art. 1. & aliis quæ opportuna diiudicauimus in confessionibus plenioribus a penitente: ideo precor sacerdos dicat Misereatur tui omnipotens Deus & dimissis omnibus peccatis tuis perducatur ad vitam æternam. Deinde manum super caput penitentis eleuans dicat. Dominus noster Iesus Christus qui est summus Pontifex te absoluetur, postea subiungat absolutionem excommunicationis, in quam si penitens incurrit: sic ab ea absoluetur si potest. Et ego auctoritate ipsius mihi licet indignissimo concessa absoluo te imprimis a vinculo excommunicationis quam propter talem vel talem causam incurristi (memorando casum ob quem in excommunicationem incidit) si autem dubitat, dicat, si quam propter talem vel talem casum incurristi: eum verō ad cautelam ab excommunicatione est absoluetur dicat Absoluo te a vinculo excommunicationis, in quantum possum & indiges. Et postea sequatur peccatorum absoluetur hoc modo. Deinde ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti. Amen. Deinde subiungatur Passio vt hic habetur.

12 Admonemus etiam id, o quod non debet absolueret ab excommunicatione de futuro, & minus a peccatis dicendo, Ego te absoluo ab excommunicatione, aut a tuis peccatis, sub conditione, si illud, aut illud feceris, aut si satisfeceris. Tum quia absolutio non debet esse in suspensio. p Tum quia licet fortiter effectum post adimpletam cōditionem, peccaret tamen, qui eam sic faceret. q Quamuis posset ferre sub conditione de præterito, quæ actum non suspendit, r veluti dicēdo, Si fecisti, aut prestitisti talem rem, ego te absoluo, vt dicitur, quum de baptismo dubitatur: si tu non es baptizatus, ego te baptizo. s Quod si Superior absens inferiori facultatem dederit, vt a casibus sibi referuatis absoluetur sub eo modo, vt iterum illi confiteatur, quando præsens fuerit, confessorius tenetur illum modum penitenti declarare: & si eum non acceptauerit non debet audire, si ante confessionem id sciuerit: nec a referuatis absolueret, si post confessionem sciuit: si tamen consenserit absolutioni, a deo valet absolutio, quod quamuis postea penitens Superiori non confiteatur, valere illa non desinat: peccatum tamen mortale nouum committet.

13 Est autem valde notandum, quod qui confiteretur alicui habenti facultatem absoluetur ab aliqua excommunicatione,

a Arg. gl. re. teb. in d. m. 1. de offi. de leg. b Gloss. in m. cle. dudum. §. parum. verb. audire de sepulch. c In prime. di. c. 1. m. 11. d In tra. de excom. 1. 2. arg. l. licta. §. de reb. cred. e Vbi supra.

f In d. d. p. m. 9. g. 2. p. 9. 74. ar. 3. h In d. d. d. Eug. §. 4. i In c. 3. m. 4. & m. d. 1. n. 30. §. 52. k 2. g. l. 3.

l Capit. 1. m. 40. m In d. cap. in prin. m. 31. n Num. 17.

o Quod dicit supra, m. 62.

p Arg. ca. ad hac quoniam de appell. b Vt dixi in dem. m. 61. r L. c. ad p. s. ff. de i. i. §. c. c. de bapt. §. 1.



vel peccato referuato, quibus ipse tenetur, & obliuiscatur illa, & absoluitur ab omni excommunicatione, & peccato, si, & quatenus potuit confessarius, vt supra est dictum, absoluitur etiam ab eis: ita quod quamuis postea factus memor eorum confiteatur illa, vt tenetur, alteri, qui talem facultatem non habet: ab illis possit absolui ab eo: quia deserunt esse referuata, & habere excommunicationem adiunctam, quippe quæ per priorem absoluonem sublata fuerunt, & peccata remanentur solubilia à quouis proprio sacerdoti, vt dixi alibi, allegando locum specialem, vbi id dixit Paludanus, b quem nemo allegat: quamuis generaliter allegando eum sequantur S. Antoninus Angelus, Siluester, Gabriel, & Adrianus in locis, quos c citamus. Et ideo qui confitetur habenti auctoritate absoluendi ab omnibus peccatis, & censuris per viam confessionalis, bulla, lubilari, vel aliam; prudenter facit, curando, vt modo supradicto generaliter ab omnibus excommunicationibus, & peccatis absoluitur: immo, & vt leuiter in irregularitatibus dispensetur, si etiam ad eas se extendit facultas: quia si postea in mentem venerint, satisfaciunt confitendo peccata, nulla obtenta absolutione à censuris, nec dispensatione ab irregularitate: quod religiosi notare debent, qui in visitationibus ab irregularitate: & aliis censuris generaliter absoluitur à Superioribus: nam esto tunc non meminerint illa, sublatae censentur, nec tenentur aliam absolutionem querere ab eis, sed satisfaciunt confitendo simpliciter peccata, ob quæ illa incurrerunt. d Aduertendum, quod hic nihil dicitur de irregularitatibus, vt visum fuit Reuerendissimo episcopo Vulturariensi. e An autem idem sit de illis dicendum, quod hic dicitur de censuris, quæstionis est. Et etiam dubitari potest, an confessarius electus virtute cap. fin. f possit dispensare, vt tradit Siluester. g

14 Decimoterriò, quod si absoluit aliquem ab excommunicatione, aut à casu referuato, à quibus ipse non poterat, debet procurare facultatem absoluendi eum ab illis, & post habitam eam absoluet eum presentem, si presentia eius habere potest, sin minus absentem ab excommunicatione, quando voluerit, & à peccato referuato, quando ille in gratia esse videbitur, secundum Antoninum, qui ait multos insignes theologos cõgregatos super hoc in quobam Concilio, quod ipse citat ibi, & h conclusisse, huiusmodi pœnitentem posse absolui in absentia, etiam si presentia eius haberi possit: sed scandalum immineret, dicendo ei, quod nequaquam est absoluitus, & propterea oportet ipsum iterum confiteri. Quod equidem ego resellere minimè audeo, licet nonnullis contra videatur: & si prædictam facultatem habere nequit, admonere debet eum si potest, vt se absolueret faciat à tali casu, aut peccato, à quibus ipse non potuit vt dixi alibi. i Non enim satis placet illud Directorij, k scilicet, vt obtenta absoluendi facultate, iterum pœnitentem accersat, & cautè fingat, se eum de aliquo peccato iam confesso interrogare velle, quod melius eum erudiat de nonnullis aliis, si postea commisit, & ab omnibus absolueret. Tum quia raro id sine scandalo fiet. Tum quia non potest illum ab illo peccato, & aliis absolueret, nisi omnia peccata integrè ex proposito absque tali fictione confiteatur. l

De pœnitentia imponenda.

- 15 Pœnitentia iusta est imponenda: alia omnium cur falsa dicitur: omnibus leuis necessaria: & qua alia voluntaria, grauius indiscretè ponitur.
- 16 Pœnitentia iusta quid, eam Deus solus nouit.
- 17 Pœnitentia septennis vnicuique peccato mortali non debetur in foro interiori.
- 18 Pœnitentia arbitrio confessarij relinquitur, non ad hunc effectum: sed ad istum: & que imponenda, sitq, conueniens, quales non sunt hæc.
- 19 Confessarius antequam pœnitentiam iniungat, dicat hæc.
- 20 Pœnitentia satisfactoria alia à necessaria culpa delenda: & qua earum acceptanda.
- 21 Pœnitentia ex causa diminui, & mutari potest. nu. 22.
- 22 Pœnitentia per opera alia debita fieri potest, & 24.
- 23 Pœnitens quod officium relinquet.
- 25 Confessarius pœnitenti absoluto hæc consulas.

**D**ECIMO QUARTO, quod frequenter rogati super quantitate pœnitentia imponenda, tandem conclusimus octo. Primum, quod confessarius debet conari imponere pœnitentiam iustam pœnitenti. Tum quia \* ea minorem Gregorius falsam appellat, a non eo quod nil proficit, vel absolutionem irritam faciat: sed quia pœnitentem fallere potest, præbendo occasionem credendi, se per illam planè satisfacere. Tum quia Abulensis, b dixit confessarium imponentem pœnitentiam pro suo libito, sine alia circumspiciõne, peccare: quamuis non delectet, an mortaliter, an venialiter, nisi quando nullam scienter iniungit, cui satis concordat Concilium Coloniense, c multa de hac re tangens, & Adrianus dicens, d sacerdotem non debere condonare offensas contra Deum factas sine multa prudentia, & pœnitentia, e & Maior qui ait, f non esse veri amici imponere paruum pœnitentiam, neque prudentie, eius paruitate letari. Tum quia Concilium Tridentinum, g post hæc scripta declarauit: conuenientes pœnitentias esse à confessariis imponendas, & non leues pro grauib; iniungendas, ne participes eorum fiant. Quòd nit, vt constanter affirmemus non rectè fungi officio suo confessarios, qui omnibus vnam, & eandem leuem pœnitentiam obligatoriam, & aliam grauiorem voluntariam imponunt.

\* Ea minorem Gregorius. Hoc decretum tribuitur Gregorio VII. in synodo Romana celebrata anno. 1078. cap. 6. Caput autem quod sequenti §. ex D. Hieronymo citatur, non est ipsius. Sed sententia ipsius lib. 7. Capitul. cap. 21. & in epistol. D. Basilij ad Amphilo-chium, & in Synodo Metensi, an. 859. cap. 10. habetur.

16 Secundum, illam esse pœnitentiam iustam, quæ neque est maior, neque minor merita, quæque exæquat, & nõ superat pœnam peccatis confessis in purgatorio luendam. h

Tertiam hanc soli Deo esse cognitam: solus enim ille nouit, quanta pœna debeat in purgatorio peccato mortali per contritionem, & confessionem condonato: quia solus ipse nouit grauitatem peccati, & vim contritionis, & partem, quam absoluitio sacramentalis tollit: meritum item operis satisfactorij, tum sacramentalis, tum cuiuslibet alius, quod pro magnitudine, vel paruitate gratiæ, & deuotionis magis, vel minus, saltem ex opere operantis satisfaciunt.

17 Quartum vulgatum esse, vnicuique peccato mortali iuxta canones pœnitentiam septem annorum iniungendam esse, in quod allegatur Gratianus. i Pro quo numquam nos textum reperire potuimus, vt diximus, k quamuis sic multas glossas receperat, l quæ id dicunt: & communis cum Hostiensis, m & Paludani, n & S. Antonino: o cui consonare videtur stylus concedendi indulgentias 40. vel alius numeri annorum, & dierum in pœnitentiam intendentium. Quare contrarium putamus. Tum quod id tenet S. Thomas, p ante quem idem tenit D. Hieronymus. q

Tum quia nec Gratianus dicit Ecclesiam septem annem pœnitentiam in singula peccata statuisse, sed tantum pro grauisimis peccatis iniungi solitam fuisse. r Tum quia dici potest, illam pœnitentiam non fuisse taxatam pro foro interiori: sed exteriori, vt probamus alibi. s Tum quia ibi ostendimus illos 46. canones pœnitentiales, quos Hostiensis, t colligit, ad forum exterius pertinere. Tum quia ineptè imponeretur pœnitentia septennis pro vno quoque peccato ei, qui mille confiteretur.

18 Quintum, quantitatem, & qualitatem iustæ pœnitentia nunc, & semper relinqui, relictamque fuisse prudentis confessarij arbitrio, v non quidem, vt fensit glossa, u ad effectum, vt pœnitens facta pœnitentia iniuncta magna, vel parua, ab omni pœna purgatorij liberetur, quia hoc falsum est iuxta Magistrum & communem, v nec etiam ad effectum, vt pœnitens ad pœnitentiam impositam acceptandam teneatur, secundum aliquos, vt dicemus infra, x sed ad effectum, vt animæ negotia, quo ad hunc mundum, & quo ad alterum mediocriter gerantur.

Sextum, confessarium circumspicere debere in æstima-manda pœnitentia magnitudinem, & paruitatem peccati, & contritionis, & qualitatem personæ pœnitentis, an sit robustus, an debilis, iuuenis, an senex, aliu factus, an non. An item videatur magnam recusaturus: aut quamuis acceptet, eam non impleturus: an sit pauper, aut diues, mag-noperèque curare debere, ne pœnitentiam ineptam im-

a In c. 1. §. cum no. de pœ. dif. §. 1. in ca. 1. in princ. nu. 70. an. distim. b In 4. dif. 18. qu. 5. col. per. c In d. §. cau. 100. d Angel. ver. confessio. 1. §. 12. Ros. verb. confessio. 1. §. 4. e In lib. de ir. reg. lib. 6. ca. 25. num. 6. f De pœn. c. 1. §. 1. g Verbo. confessor. 1. ver. si. quæritur. 2. §. 1. h Num. 23. i In cap. 1. in princ. de pœ. dif. 5. nu. 60. k Lib. 1. tit. 25. §. 1. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. x. y. z. Num. 20.

a In c. falsus. de pœ. d. 1. b Super 18. Mat. qu. 49. circa finem. c De satisf. §. ex prædictis d In 4. de rito. ubi. q. 2. co. 0. e Ar. c. si quis. prælatum. 13. qu. 4. f In 4. de 20. col. 3. g Sess. 14. ca. 7. h Arg. l. iusti. ff. de iust. & iur. & pro. am. Greg. i In c. hoc ip. sum. §. 1. 33. q. 2. k In d. ca. falsus. nu. 14. l In d. c. hoc ip. sum. & in ca. admonere. 33. q. 2. & in ca. prædicandam 22. q. 1. m c. iust. plur. res de pœ. di. 3. n In summa de pœ. ca. 1. §. qui pœna. n In 4. de 10. qu. 2. o 3. par. 11. 17. c. 10. p In 4. li. ser. dist. 20. qu. 2. q In cap. men. iuram. de pœ. dist. 1. r In d. ca. hoc ip. sum. §. 1. s Dist. c. falsus. num. 14. t In di. §. qui pœna. u Dist. c. men. iuram. capit. Deu. de pœ. & remissi. & cap. semper. ad. qu. 7. x d. c. mensura. & pœn. ind. c. Deu. qui. num. 4. y Ante. Burgen. in c. 2. de emptio. z In 4. de 20. & probamus in d. c. mensura. & capit. Deu. qui. & in Commem. §. in Lemico. de pœ. di. 1. z Num. 20.





ponat: qualis est eleemofyna pauperi, ieiunium perpetuo laboranti, austeritas magna delicato, & in altiori loco posito: qualis quæ imponitur vxori, filio, seruo, aut famulo, in notabile obsequiorum debitorum impedimentum, vel in periculum lapsus spiritualis, aut detectionis peccati occulti, iuxta mentem S. Antonini, <sup>a</sup> qualis peregrinatio mulieribus, iuxta Hostiensem <sup>b</sup> maximè sine suis maritis, vel cum illis in longinquum, cum domi manentes Sanctos inuisere spiritu possint, iuxta Maiorem <sup>c</sup> qualis panis, & aqua, & solitudinis melancholico, & scrupuloso: qualis multa recitatio prælectori, & ad longas preces obligato, vt dicimus alibi <sup>d</sup> & alia similes.

19 Septimum confessarium pœnitenti dicere debere, iustam pœnitentiam, quæ sibi imponenda erat, solum Deum Opt. Max. scire, & timentes Deum, & cupientes vitare pœnas alterius vitæ antiquitus septem annorum pœnitentiam pro vno quoque maximo peccato mortali facere solitos fuisse, iudicantes tam longam pœnam, tam magnæ offensæ purgandæ adhiberi oportere: sed quod non intendit imponere ipse, nisi sponte velit eam suscipere. Et si responderit se velle, & iudicat illum impositam impleturam, iniungat eam, quæ iusta videbitur, habito respectu ad eas, quæ prædictis canonibus pœnitentialibus præcipiuntur: nam, vt habet Concilium Colonienſe <sup>e</sup> iam quod sperandum non sit, vt communiter ab hominibus iterum suscipiantur pœnitentiæ antiquæ, bonum tamen esset, vt aliqui ad illas reuocarentur: in quod mouere potest etiam formula antiqua concedendi indulgentias per relaxationem annorum, & dierum in pœnitentiâ iniunctorum: de quarum modo intelligendi pauca, quæ hoc in loco scripsimus, remittimus ad Comment. §. in Leuitico. <sup>f</sup>

20 Octauum, quod pœnitenti nolenti acceptare tam magnam pœnitentiam satisfactoriam, diminuat quantum ei placuerit, declarando ei pœnâ alterius mundi, iuxta Maiorem. <sup>g</sup> Dixi, Satisfactoriam: quia restitutoria, vel ad exeundum à peccato necessaria: qualis est alieni restitutio, odij mortalis depositio, & dimissio concubinæ, & officij, quod sine peccato exerceri nequit, & conuersationis, quæ se credit in mortale peccatum lapsurum, necessariò imponenda est, quam si nolit acceptare, nullatenus est absolueudus, vt dixi alibi. <sup>h</sup> Rectè autem faciet concedendo, vt quod non recitauerit, aut nõ ieiunauerit die præscripto, reficere possit alio, vel eleemofyna redimere.

Decimoquinto, quod ex his potest satis inferri decisio quæstionis supra tactæ, & huc remissa. An pœnitens de præcepto teneatur acceptare pœnitentiâ iustam à confessario præscriptam: in qua placet sententiâ subtilis Doctoris Scoti, <sup>k</sup> quam sequitur Gabriel, <sup>l</sup> & Medina <sup>m</sup> disertè tractans eam, scilicet, quod sufficit pœnitenti habere propositum satisfaciendi Deo hic, vel in purgatorio: quibus consonat Hostiensis, <sup>n</sup> & Panormitanus: <sup>o</sup> nisi quatenus tenent, teneri ad acceptandam aliquantulum, & saltem vnũ Pater noster, quibus nullus Canonista, quod sciam contradixit. Sed de veritate huius limitationis inutile prorsus duco disputare: cum nemo sit tam saxeus pœnitens, qui bona fide confiteatur, & nolit, vel tantillam pœnitentiam acceptare. Pro qua Scoti sententiâ, & contra eam multa hoc in loco in Manua. Hispano adduxi, quæ consulto omitto, eo quod videam in Vrbe, & in orbe receptum, ne cuiquam denegetur absolutio, eo solo quod nolit acceptare pœnitentiam sibi iniunctam: modo habeat propositum verum planè satisfaciendi Deo viuens per bona opera, & indulgentias, vel mortuus in purgatorio cruciatu horrendo: quamuis contra teneat Paludanus, <sup>p</sup> cum aliquot aliis. Pro quibus vrget ca. <sup>q</sup> omnis, <sup>r</sup> habens, pœnitentiam à confessario iniunctâ à pœnitente acceptari debere, & Concilium Florentinum agès de sacramento pœnitentiæ habet, confessarium pœnitentiam arbitrari debere: & quod omnes Catholici confitentur, confessarium sicut potestati habet ad absoluendum, ita ad obligandum habere, cuius oppositum esse hæreticum declarauit Concilium Tridentinum <sup>s</sup> & Concilium Lateranense, quod <sup>t</sup> præcepit confessariis, ne blasphemos Dei, & suæ matris absque magna pœnitentiâ ad arbitrium seueri confessarij absoluant. Sed his responderi potest, solum per ea probari, quod confessarius sine iusta causa non debet imponere minorem ea, quam arbitratur iustam,

sed cum illa sic, <sup>a</sup> etiam nullam imponendo: vt cum iam iam spirantem, nec pœnitentiam facere potentem, sine vilius pœnitentiæ impositione expressa absoluit.

21 Multæ autem sunt iustæ causæ minuendæ pœnitentiæ, puta impotentia eam implendi, vt proximè dictum est, magnitudo contritionis, quæ sola interdum totam pœnam remittit, <sup>b</sup> senectus, debilitas, ægrotudo, timor probabilis, quod iustam non implebit, <sup>c</sup> tempus iubilei, vel aliarum indulgentiarum, <sup>d</sup> iniunctio, & acceptatio, & directio omnium bonorum operum totius vitæ in satisfactionem pœnæ peccatis suis debita. <sup>e</sup>

22 Porro, cum valde diminuit iustam, moneat pœnitentem eius rei ignari, quàm grandis esset imponenda: quantum plus prodest exigua præsentis vitæ, quam magna futuræ, collimet, & dirigat omnes curas, & labores in præsentem perferendos, & mortem ipsam etiam necessariò subeundam, in satisfactionem pœnitentiæ: quæ omnia ratione hac suscepta, leuius feret. Addo, quod etiam iniuncta, & acceptata mutari potest, & diminui iusta de causa: puta quia bona fide putat pœnitens, se eam implere non posse, aut non sine difficultate, vel periculo salutis animæ, vel corporis: quia tunc, non solum confessarius, qui eam imposuit, sed etiam alius si ipse faciliè adiri non possit, etiam eo inferior mutare potest, scilicet episcopus impositam à Papa, & parochus impositam ab episcopo iuxta glossam singularem & receptam, <sup>f</sup> vt latius post Decium dicimus alibi, <sup>g</sup> etiam non iterata confessione eorundem peccatorum, ob quæ imposita fuit: modò imposita fuisset ob peccata eiusmodi, à quibus, qui eam mutat, absoluere potuisset, iuxta Monaldum, <sup>h</sup> quamuis stricto iuri consonantius ageret, qui eius implementum differet, quousque posset eum, qui illam imposuit adire, si spes breui adeundi foret.

23 Pro prædictis facit, quod (gratia Deo misericordissimo) possumus ei satisfacere operibus bonis, etiam alia ratione debitis, & de necessitate etiam naturæ subeundis, vt post Caietanum, <sup>i</sup> probauimus alibi, <sup>k</sup> post quæ declarauit Concilium Tridentinum, <sup>l</sup> quod pœnis, & flagellis à Deo inflatis, & patienter toleratis satisfacere possumus, & consequenter tolerandis infirmitatibus, & ipsa morte naturali, aut violenta inuitabili. Quod sit vtilissimam esse illam clausulam. *Quidquid boni feceris, &c.* quam <sup>m</sup> diximus formæ absolutionis vtiliter addi, declarato præsertim supradicto modo eius valore. Confessarius tamen pœnitentiam ieiunij aliquorum dierum, aut precum imponēs, in dubio censetur imponere eorum, ad quæ pœnitens non tenetur: & consequenter is, cui ieiunium quatuor dierum imponeretur, non satisfaceret dies quatuor temporum, aut vigiliis, ad quas tenetur, ieiunando, secundum omnes.

24 Ad nouè quæsitum, scilicet, An cessatio à peccato, & emendatio vitæ possit in pœnitentiam imponi? Respondeo affirmatiuè. Tum quia licet pura cessatio à peccato nõ sit opus, velle tamen cessare ab eo, verum opus est: & ita non obstat, quod aduersarij dicunt, sola opera esse in pœnitentiam imponenda. <sup>n</sup> Tum quia promittens non facere, dicitur promittere factum. <sup>o</sup> Tum quia licet verius esse putemus, opera aliàs debita posse in pœnitentiam imponi, contra Scotum, Paludanum, & Maiorem magis vrgentem, p cum S. Antonino, <sup>p</sup> referente Ægidium & Richardum id tenuisse: quod & S. Thomas sentit, <sup>q</sup> & Gabriel, <sup>r</sup> pro quo vrget Concilium Tridentinum, <sup>s</sup> determinando posse nos satisfacere Deo pro peccatis per pœnas ab ipsomet inflatas, vel alias naturales, vel violentas, etiam necessariò patientias, subeundo eas patienter in remissionem eorum: quod antea tenuit, <sup>t</sup> S. Thomas. Tum quia non sequitur ex hoc, quod videretur stultè facere, vt Maior obiicit, qui clericis non iniungit in pœnitentiam omnes horas canonicas dicendas, nec aliis alia eis præcepta: quia prudenter cauet ab eo faciendo, ne confessi ea postea omitentes bis peccent, contra præceptum Ecclesiæ, & confessarij. Tum quia omnis virtutis actus, licet vno respectu sit delectabilis, est tamen alio pœnalis: vt post alios declarat rectè Sotus, <sup>x</sup> & ita qua parte est pœnalis est ad pœnitentiam aptus. Tum quia omne opus bonum, etiam purè mentale, est satisfactorium pœnæ peccati remissi secundum Scotum, <sup>y</sup> communiter receptum. Tum quia sicut dirigens vnum & eundem actum in multorum præceptorum implementum,

a 3. par. tit. 17. cap. 10. §. 10.  
b In ca. mulier. de sen. excom.  
c In 4. di. 17. qu. 2.  
d In d. c. conf. deret. §. pœnit. nu. 4. & 8. de pœ. d. 5.

e Vbi supra.

f De pœ. dist. 1. notab. 11. à num. 12.

g In 4. di. 20. qu. 1. col. 3.

h In c. satisfactio. de pœ. di. 3. §. d. §. pœnit. se. & latius supra ca. 3. à num. 5. & cap. 14. à nu. 31.  
i Ca. 3. à nu. 2.  
k In 4. di. 17. l. dist. 16. q. 2. m In Cod. de confessio. fol. 75.  
n In summ. de pœ. §. & an sit. vers. de operib.  
o In c. significauit. num. 2. eod. tit.

p In 4. di. 17. qu. 2. ar. 1.  
q De pœ. & remiss.

r Sess. 14. cap. 8. & can. 25. s Sub Leone X. sess. 6. ad abolendam.

a Ar. l. quid. ergo. §. pœnitentia. ff. de his, qui not in fam. & adu. dorum per Dec. in c. 1. §. de adulterio. de iur. b lux. glo. solenn. d. ca. m. suram.  
c Arg. c. sicut dignum. de homic. & an facta. in pœ. dist. 1.  
d Arg. c. cum ex eo. de pœ. & remiss. & extra. 1. §. 2. eodem. c. Arg. c. 1. §. 2. 10. qu. 7.

f c. tempora pœnitentiæ. 20. q. 7.  
g In d. c. at. §. 1.  
h In sum. de pœ. §. An possit imponi à non proprio sacerdote. sil. ver. conf. §. qu. 22. Ro. sil. verb. conf. §. sacramentalis. §. 11.  
i De satisfactio. qu. 1.  
k In cap. 1. de pœ. dist. 6. nu. 40.  
l Sess. 14. cap. 8.  
m Sup. ca. num. 10. & prim. d. 1. de pœ. dist. 6. nu. 36.

n Iuxta c. 3. Luca.  
o Glo. recept. in l. 2. ff. de verb. oblig. per §. si quis. in sit. de iur. p. In 4. di. 17. q. 3. par. tit. 4. cap. 20.  
r In ead. dist. 15. q. 2. ar. 3. & latius dist. 10. quæst. 2. a. 1.  
s Quæst. 2. c. Capit. §. 14. vbi supra.

x In 4. di. 10. qu. 2. ar. 1. vbi supra. quæ. 1. ar. 3.



omnia illa implet, ita pœnitens dirigens vnum, & idem opus in implementum præcepti Ecclesiæ, & confessarij, vicumque implet. Per quæ facile respondeas argumentis Maioris. Nolumus tamen dicere, quod sacerdos prudenter faciat iniungendo in pœnitentiam cessationem ab omnibus peccatis, & emendationem vitæ sub pœna noui peccati: quia id esset dare occasionem bis peccandi, vt prædictum est: sed quod aliquando potest præcipere cessationem ab aliquibus peccatis alicui, quem merito credit eam seruaturum, & semper potest eam consultuè imponere. sicut & alia omnia bona opera, quæ facturus est, potest iniungere sine noua obligatione ad illa, quàm implendo, tamquam pœnitentiam consultuè iniunctam, plus satisfaciet, quàm sine illa iniunctione satisfaceret.

Decimosexto dico, quod confessarius non debet consulere pœnitenti, vt deserat officium alicui licitum, in quo multum peccat, quando est periculum incidendi in alium statum, in quo plus peccat: quod contingeret, si mercatori multum in decipiendo peccanti, consulere relinqueret mercaturam, quod futurum sit ei magna occasio aduertiendi, furandi, vel peiora faciendi: sicut enim, vt firmiter proponat nunquam amplius se quemquam decepturum & redditurum, quod illicitè acquisiuit, vt diximus alicubi post Adrianum. Dixi, Alioqui licitum: quia secus est de illicito, quod exerceri sine mortali non potest: quia præcipuum est, vt relinquitur: quamuis eo occasio magis peccandi præbeat, neque absoluendus est, nisi se id relicturnum proponat, vt diximus alio in loco.

25 Decimoséptimo, post absolutionem admoneat eum, vt fugiat occasiones peccandi non solum eas, quas de præcepto tenetur fugere, sed etiam alias, de quibus vtrisque latè dictum est supra, de acceptis quidè vno in loco & de datis in alio. Consulatur item, vt pluries, quàm semel in anno confiteatur, vt audiat conciones, bonorum precibus se commendet, & eorum conuersionem habeat, etiam si credat pœnitentiam sua consilia non exequiturum, vt cõtritentationem vitij, quo maxime tenetur, diuinam opem imploret per preces alicuius Sancti, qui virtute contraria plurimè enititur, vt medietur pœnas inferni adeo magnas, & perpetuas, vt obuiet inimico suggerenti semper pœnitentiæ locum esse: memoria repetendo, quot passim mille modis subito absque pœnitendi, & confitendi facultate moriantur: & aliquo vitio maximo illaqueato persuadeat, vt firmiter proponat, & interdum voueat, se illam, vel illam pœnitentiam subiturum, si recidat in illud: non autem vt iuret, vel voueat, se id non admissurum, & nec se, si reciderit, religionem ingressurum: quæ res frequens est, frequenterque sacram pœnitentiarum variè torquet.

Confessarius vt se geret cum pœnitente in articulo mortis.

- 26 Absoluere ab omnibus etiam reseruatis, etiam in articulo mortis quilibet presbyter potest, sine pœnitentia exteriori consulendo hoc num. 33. ad petenda alia sacramenta inducendo num. 34.
- 27 Absolui, vel cõmunicari, an debeat proximus morti, vel alius loquela priuatus num. 28.
- 28 Restitutio pauperibus debita an Ecclesiis fieri possit.
- 29 Bullæ indulgentiarum per incuriam quibusdam in morte non profunt num. 30.
- 31 Bulla que primo vsu expirat.
- 31 Articulus mortis quis dicatur.
- 31 Absolutio per bullam, quam formam requirat: & an extra confessionem detur.
- 32 Absolutio à censuris quid prosit mortuo.
- 32 Moriens quis non sepeliendus, quid admonebitur, ad quid inducetur num. 33. 34. & 35.

DECIMOOCTAVO dico, quod quilibet presbyter, Catholicus, nõ præcisus ab Ecclesiâ, absoluere potest quemlibet in articulo mortis, à quolibet peccato etiam reseruato, & à qualibet censura, si copia superioris desit, vt copiosè diximus alibi per illum textum & alia multa: & nouissimè per Conc. Trid. in hæc verba,

A In Ecclesia Dei custoditum semper fuit, vt nulla sit reseruatio in articulo mortis, atque ideo omnes sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibusuis peccatis, & censuris absoluere possunt. Dixi, Presbyter: alius enim etiam deficiente presbytero, non potest a peccatis absoluere iuxta glossam singula em receptam. neque ab excommunicatione, vt probamus, & defendimus ibidem, cum prædicta glossa recepta ibi ab omnibus, & ab Imola, & contra glossam probatam ibi à Panormitano, & Felino, & contra S. Antoninum. Dixi, Catholicus, & non præcisus: quia hæreticus, schismaticus, & excommunicatus excommunicatione maiori, & interdictus, suspensus, notorius, aut denunciatus non potest, quamuis alius non reperiat, vt ibidem probamus. Quamuis autem hæc fuerit opinio communis ante Concilium Tridentinum: post illud tamen videtur verius contrarium, scilicet, quod omnis sacerdos Catholicus, etiam si sit excommunicatus, interdictus, vel suspensus, etiam denunciatus potest in articulo mortis absoluere ab omni peccato, & censura, vt dicimus infra, vbi ponderantur verba Concilij ibidem relata, & idem credimus de schismatico, si non esset hæreticus. licet non de hæretico, quod etiam voluit Scotus.

An autem qui absoluitur à peccato reseruato, vel excommunicatione reseruata in articulo mortis ab eo, qui non poterat de iure id facere, teneatur iterum confiteri, vel absolui, quæstio quotidiana est. Ad quam dico breuiter, quod non. Tum quia peccata semel confessa, & absoluta legitimè non sunt iterum confitenda, vt dictum est. Tum quia omnis reseruatio cessat in articulo mortis, vt habet præfatum Concilium. Tum quia licet excommunicatus absoluitur in articulo mortis teneatur parere mandatis excommunicatoris, non tamen tenetur quærere absolutionem. Nec obstat, quod excommunicatus reincident in eandem excommunicationem, si non paruerit mātatis excommunicatoris, quàm cito commodè potuerit. Tum quia non est idem de confesso peccata reseruata. Tum quia aliud est teneri ad absolutionem quæredam, aliud reincidente in excommunicationem, si non paruerit. Tum quia non videtur teneri ad parendum iudici, si cum parte concordauerit, vel aliàs satisfecerit tantum, quantum debebat coram Deo: quia mens præfari cap. eos: illa videtur esse, quæ magis est attendenda, quàm verba, præsertim in foro conscientiarum.

27 Decimonono dico, quod sacramentum Eucharistiæ ministrari potest infirmo à iudicio mentis per phrenesim, vel aliàs alienato, qui antea signa contritionis ostendit, tollendo manus, tundendo pectus, dicendo Miserere mei Deus. Deus propitius esto mihi peccatori: aut id genus alia, etiam si non petiisset sacramenta, & obstinatus multo tempore in peccato mortali mansisset, nec per multos annos confessus fuisset: quia censendus est contritus, & in sacramenta deuotus, & à fortiori sacramentum Extremæ unctionis, & absolutio à quibuslibet censuris, si & quatenus eas incurrit, & indulgentia item iuxta gratias, quas habuerit, vt post alios dixi in Comment. de indulgent. 9 sed nullatenus absolutio sacramentalis à peccatis, quia illorum confessio est pars quædam essentialis sacramenti pœnitentiæ, sine qua illud nec constare, nec esse potest, vt supra dictum est, per definitionem sacramenti pœnitentiæ, quam post Maiorem, tradimus in ca. pœnitentiæ, & singulariter determinauit Abulensis, quamuis prædictum cap. si quis, contrarium insinuet, sed non probat: quia non debet intelligi de absolutione sacramentali, sed de absolutione excommunicationis, de qua illud intelligi sentit glossa, quatenus allegat d. cap. à nobis. Loquela verò priuatus, qui per signa confiteretur, absolui posset, vt alius mutus, qui etiam matrimonium per signa contrahit. Quare viuentes in articulo mortis formulis absoluendi Manualium vulgarium, caueant ne intendant absoluere sacramentaliter eos, qui sibi nec nutu, vel signo peccata sunt confessi. Publicus autem vsurarius factus amens, sicut non debuisset ad confessionem, & sepulturam admitti, antequam ipse, vel hæres eius præstaret ea, quæ iuberi diximus, ita videtur, quod neque ad communionem, antequam hæres præstet, quæ ante confessionem eius ipse debebat præstare, si confiteri potuisset: quamuis signa contritionis præ se ferat.

28 Vigesimo dico, quod infirmum, qui nec sermonem, nec iudicium amisit, inducere debet ad concipiendam

a Vbi supra.

b In c. qualitas de pœ. di. 5. c. in 4. de sacra. confess. 9. 4. col. 23. d. in ca. negotium de pœn. dist. 5. c. Ca. 3. à nu. 5. f. Ca. 1. 4. à n. 31.

g Arg. e. clerici de cohabi. cleric. & muli.

h In cap. 1. in princ. de pœn. dist. 6. à nu. 72.

i Et ca. quem pœnitet. de pœ. dist. 1. ca. super iis. de senten. excõ. c. si quis sumdente. 17. qu.

k Sess. 14. ca. 7. de casuum r e serua.

a In c. pastoralis. §. propterea. de offi. or. di.

b à nu. 83. c. l. col. 3. ff. de publ. iudi. d. in c. à nobis. 2. de sem. excom.

c 3. par. ii. 17. ca. 4. cas. 7.

f Numer. 37. post glossam in c. praterea. §. per man. 32. dist. cõteribi approbatu.

g à Pan. & Braspos. in ca. non est de spõ. ca. cuius glo. g. ca. 27. in. 272.

h in 4. d. 18. q. 4. ar. 4.

i Sup. c. 9.

k Vbi sup. in fine.

l Per ca. eos. de sen. excom. l. 6.

m Per d. c. eos.

n Ca. pen. de reg. iur. lib. 6. §. l. in cõditio nibus. ff. de co. di. & demost.

o Capi. is qui 2. 6. qu. 6.

p Cap. à nobis. 2. de sent. excom.

q Not. 30. nu. 31.

r Ca. 2. & in gl. sum. de pœ. dist. nu. 14.

s In 4. dist. 14. t. De pœ. di. 3. v. in c. 16. sup. Mar. qu. 4. 6. col. 8.

x In verb. pœ. y Ca. cum apud de spons. 2. in c. 1. sub finem. de iur. lib. 6.

a Supr. ca. 17. num. 79.

b Arg. à maiori. c. cum in cunctis. de elect.





a. Reg. 12.  
b. Luc. 7.  
c. Luc. 23.

d. Arg. r. peccatum. de no. iur. l. o. ca. si res. 14. q. 7. o.

e. Ca. cum tu de usu. f. 3. p. tit. 10. r. 1. §. 2.

g. in Trar. de red. eccles. q. 1. monit. 20. num. 1.

h. in dist. §. in Lencico. nos. 30. num. 16.

i. 2. par. tit. 10. c. 3. §. 5. col. 3. k. in d. §. in Lencico. nos. 10.

l. in d. §. in Lencico. nos. 20. a. num. 6.

m. Ar. l. in de lib. 6. si de tract. ff. de no. x.

n. c. l. num. 9.

o. Arg. l. bo. ues §. hoc ser. mone. ff. de verb. signi.

p. eod. q. in ca. a. no. bu. 21. de sen. excom. r. Ro. el. verb. absoluit. §. 31.

q. Ca. quibus. 13. q. 2. ca. omni. de pe. & remiss.

remissionis suorum peccatorum spem, per iustam de illis contritionem, & propositum ea confitendi, exemplo Dauidis, Magdalenæ, Latronis, & aliorum: & monere diligenter, ut quidquid memnerit alicui debere ex delicto, aut quasi delicto, ex contractu, aut quasi contractu, vel ex testamento, statim si commodè potest, restituat: sin minus declaret se id habere, & quam optimo iure potest provideat, ut quam citissimè post mortem eius restituatur. Caveatque ne aliena hæredibus, aut Ecclesiis etiam pro calicibus, vel ornamentis relinquat, quin potius reddat debita certa creditoribus certis, & incerta pauperibus, qui sunt eorum hæredes, iuxta S. Antoninum. Quamuis incerta restituenda pauperibus possunt restitui mea sententia etiã Ecclesiis, aut monasteriis pauperibus, saltem quatenus talia sunt, per citata à nobis, & quod si noluerit facere, non est absolvendus.

29 Vigesimo primò, admonemus id, quod pridem admonuimus, habere multos confessionalia, aut alias gratias, per quas Papa non concedit directè indulgentiam, sed eam concedendi potestatem confessario largitur, & sæpe, quia hoc non aduertitur, contingit, ut quis confiteatur, aut moriatur bullis plenus, & vacuus indulgentiis. Ideoque confessarius curet scire, an confessus, siue sanus, siue infirmus habeat talia, & habenti illa, postquam eum à peccatis absolvuerit, dicat hæc verba, vel talia eiusdem sententia, *Auctoritate qua fungor, concedo tibi omnem illam indulgentiam peccatorum tuorum, quam tibi concedere possunt virtute cuiuscumque tua gratia, in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti:* iuxta mentem S. Antonini.

30 Quod autè vulgo dicitur, & nos copiosè diximus, necessarium esse servare formam Bullarum, ad veniam, vel indulgentias consequendas, intelligitur, quo ad cleemofynas, ieiunia, & alia, propter quæ conceduntur: sed non quo ad verba absolute si exemplis impressis inserta. Tum per ea, quæ alibi tradimus. Tum quia in originali ea non ponitur, & solum inseritur in dictis exemplis ad docendum indoctiores, quid facere debeant, ut edo illis, vel aliis verbis iuxta mentem omnium.

31 Vigesimo secundò, quod videtur dici tutius, quod nemo virtute Bullarum communiter extra confessionem absolvi potest. Tum quia communiter Bullæ concedunt facultatem eligendi confessarium, qui absolvere possit, &c. & ita videtur requiri, ut confessio concurrat cum absolutione. Tum quia hæc facultas absoluedi à censuris videtur tribui, ut quoddam præludium necessarium ad absolutionem peccatorum, quam constat non posse dari nisi confesso, ut prædictum est.

Vigesimo tertio dico, quod quia in hac materia per articulum mortis non intelligitur solus ille, in quo quis moritur, sed etiam omnis ille, in quo mori probabiliter timeatur, ut dictum est supra, ideo infirmus, qui iam in aliqua simili infirmitate vltus est bulla concedente aliquam facultatem in articulo mortis, nõ poterit uti ea in alia: quia illa per primum vltum expiravit, nisi addatur in ea, quod si non moriatur illa infirmitate, in qua infirmus ea utatur, referuetur ad aliam, qua moreretur: vel contineat, ut possit ea uti quotiescumque articulus mortis ei occurrerit, quod vidimus insertum aliquibus, iuxta mentem omnium.

32 Vigesimo quarto dico, quod infirmus, qui cum signis contritionis moritur absque absolutione ab excommunicatione, post mortem potest, & debet absolvi: sed tantum ab eo, qui eum sanum in vita absolvere poterat, & non à quovis sacerdote, qui in articulo mortis absolvere eum potuisset: & si iam est in loco facto sepultus, non est extrahendus, ut flagellando absolvetur: quia sufficit flagellare sepulchrum: secus verò si fuerit sepultus in loco non facto, iuxta dicta, & de viuis absoluedis, & notata, supra, & valet illa absolutio ad eum in loco facto sepeliendum, aut ad illum ab eo non extrahendum, & ut pro eo publice oretur.

33 Vigesimo quinto dico, quod non sepeliat mortuum in loco facto non confessum totum, vnum annum à confessione postrema: neque notoriè peccatorem subito absque signis contritionis morientem, nec confitentibus in articulo mortis imponat magnam penitentiam exteriorem, saltem mox agendam: sed moneat ad interiorem contri-

nem quam maximam potest, non tam proponendo penas inferni, quam spè misericordie Christi pro eo crucifixi, & brachia ad eum benignè suscipiendum tendentis, & præsentando gaudia paradisi late descripta supra, quia in eo articulo, ut ait S. Gregorius, desperatione magis quam præsumptione quis oppugnatur. Moneat autem ad volendum satisfacere diuinæ iustitiæ, quatenus poterit in hoc sæculo, si convaluerit, & ad offerendum ipsam mortem instantem in peccatorum suorum satisfactionem, & ad iubendum, ut de bonis suis sibi fiant missæ, & eleemofynæ rationabiles. Consulat simul, ut roget amicos, si quos habet præsto, ut precibus, ieiuniis, & disciplinis eum iuvent ad penitentiam, quæ peccatis eius deberetur, agendam, mittendo eis xenia, & eleemofynas pro conditione rogatorum, quo libentius id agant, ex mente Hostiensis, & Paludani: quia certum est alium pro alio penitentiam agere posse, qua satisfaciat pro eius pena in purgatorio solvenda, ut dixi alibi.

\* Ut ait S. Gregorius. Hoc videtur D. Gregorius significare lib. 32. Moral. cap. 16. sic scribens. Sciendam quoque est quod plerum, que eis quos exasperit, tunc grauiores culpas iniicit, cum præteritis vitæ termino illos propinquare cognoscit, & quo se consummaturum tentationem considerat, eo eis iniquitatum pondera grauiora contruat. Behemoth igitur caudam suam quasi cæcum stringit, quia quos per praua initia exasperit, ad finem de eriores reddit, ut tentamenta eius quo citius cessatura sunt, eo valentius compleantur. Quia enim suis penis eorum satagit æquare supplicium, in eis ardentius ante mortem nititur omne exaggerare peccatum.

34 Vigesimo sexto dico, quod post hoc moneat eum ad Eucharistiam, & extremam vnctionem magna cum deuotione petendam & suscipiendam: simul, ut permaneat constans in fide Catholica (contra quam acrius quam vnquam in illo transitu oppugnabitur) & tentatus à Dæmone, vel à se quid credat? respondeat id quod Sancta mater Ecclesia credit: & retentatus, quid illa credat, quod ego credo, nec ad vltiorem disputationem descendat.

Tentatus item, quomodo est possibilis talis, & talis articulus? respondeat id ad gubernatores Ecclesiæ spectat, non ad me, hoc saltem tempore, quo satis superque mihi est credere simpliciter, atque bona fide, quod tot Apostoli, tot millia Martyrum, Confessorum, & virginum crediderunt, & vitas profuderunt, quinque nunc me in cælo (si in eadem fide, amore Christi, & eorum ornata, constante, discessero) porrectis vltis præstolantur.

Tentatus verò, quo ausu tantus peccator, quamuis ipse est, speret adire locum, quem tam iusti inhabitant? respondeat diffusus mihi, & meritis meis, quatenus mea sunt, confusus autem meritis D. N. Iesu Christi infinitis, & magnis suæ gloriosissimæ matris, & omnium prædictorum, qui ea mihi rectè ipsis confidenti multis modis communicant, & vsque in finem sua bona gratia communicabunt.

35 Vigesimo septimo, curet confessarius, & qui ægrotum circumstant, ut quam minimum fieri potest, de cognatis, & amicis, & rebus temporalibus, puta de vxore, filiis, & opibus, &c. cogitet, & ne nimia salutaris corporalis spes ei fiat: quia sæpè ob paruam, & fallacem consolationem, & incertam illius spero, in certam damnationem corrui ægrotus.

Ideoque opportunum est sæpè colloqui cum eo de morte, etiam si id turbationem, & tristitiam quamdam pariat: quia præstat, ut saluari tristitia compunctus saluetur, quam vana læticia laxatus damnetur: & quidem improbandæ consuetudinis est, polliceri certam salutem mortis periculo probabili laboranti, contra exemplum Isaia, qui saluari metu Regem Ezechiam ad salutem animæ induxit dicendo. *Dispone domus tua: quia morieris, & non viues:* optimi enim amici est, admonere tunc eum mortis periculum imminere, esseque tempus opportunum statuendum, numquam se amplius saltem mortaliter peccaturus, & dolendi super omnia, quod Deum ita offenderit, & sua culpa inimicus effectus fuerit eius, qui se condidit, redemit, sustentauit: qui sibi vitam, salutem, honorem, & bona conseruauit: & qui se iudicaturus est, & per suam sanctissimam misericordiam regna cælestia daturus, vbi cum sua sanctissima matre omnibus Angelis, & Sanctis, ipsum videamus, ipso perfruamur, ipsum glorificemus in æternum, Amen.

a. Pral. 4.

b. In sum. §. quando. de pen. & rem. c. in 4. di. 10. q. 3. art. 1. d. in d. §. in Lencico. nos. 13. nu. 2. & 7.

c. 2. §. 10.



Admonitio pro volente testari.

- 36 Testamentum cur à sano, vel initio morbi, & statu gratia faciendum.
- 36 Testari impediens ut peccet, & quibus cognatis pauperibus restabitur.
- 37 Pater cur non tenetur praeligere filium digniorem, ut Gubernator publicus.
- 38 Lege Navarrorum, & Aragonum cur pater filium sine causa exheredare queat.
- 39 Pater minuire non potest legitimam verè donando, sed remunerando, & faciendo pia sic.
- 39 Donna Maria à Mendozâ laudata.

**T**estari volens, sanus, vel in principio morbi id faciat, ne postea succelluri ab intestato de more variis modis, & in his notarios, & testes auertendo, ab eo faciendo impediatur, quò minus aliis aliquid relinquat: qui tamen grauissimè peccant, cum obligatione restituendi, & pœna perdendi hereditatem, quò intelligendum est, iuxta dicta supra. <sup>b</sup> Precari tamen per se, aut per alios, ut sibi potius, quàm aliis relinquat, sine magna importunitate, non est peccatum, iuxta Salicetum. <sup>c</sup> Debet item testator operam dare, ut in statu gratiæ testamentum faciat: quia id faciens in statu peccati mortalis nullam gratiam, nec gloriam meretur iubendo suffragia, & alia pro sua anima heri: quamuis postea in statu gratiæ redeat, & in eo moriatur: sicut nec ad illum effectum alia opera in peccato mortali facta profunt, <sup>d</sup> immo, nec ad satisfactionem pœnarum, quas in purgatorio debet, ut significant magni auctores in id citati à Magistro, <sup>e</sup> & affirmant S. Thomas, Bonauentura, Richardus, & communis, <sup>f</sup> licet contra teneat Scorus, & approbatus per Gabrielem & Maiorem, quos sequuti fuimus, <sup>h</sup> ad effectum magnificandi misericordiam Dei: dicentes tamen vtilius esse, ut opinione S. Thomæ ad animarum nostrarum requiem. Quare consulendum est testatori, ut quum probabilius existimat se esse in statu gratiæ (qui ut plurimum videtur esse post confessionem, & communionem) testamentum antea factum, cum omnibus in eo contentis ratificet, & offerat Deo ad gratiam eius per remissionem peccatorum promerendam, iuxta mentem omnium. Quòd verò aliqui dicunt, testatorem, qui nec parentes, nec liberos, (qui sunt necessarij heredes, habet, teneri ad relinquenda bona cognatis pauperibus (nisi mali, & indigni sint,) limitandum est procedere tantum in cognatis extremè egentibus, quibus nullus alius proximior cognatus est, qui eos alere possit, & velit: quia nulla lex naturalis, diuina, vel humana ad plus de precepto obligat. <sup>i</sup>

**A**d primum nouè quæsitum, an pater relinquens in Castella filio minus digno tertiã partem bonorum, quam relinquere potest vni, vel pluribus filiis quem, vel quos elegerit, peccet? Respondeo negatiuè: quia nullam per hoc legem violat. Nec obstat, quod Ioannes Lupus contrarium tenuerit. <sup>k</sup> Tum quia fundamenta eius tantum comprehendunt eos, qui potestate publica debent eligere ad honores, & munera publica Ecclesiastica, vel secularia, iuxta leges iustitiæ distributiæ, quæ dicunt, ut optimi quinque ad ea deligantur, <sup>l</sup> nos autem agimus de homine priuato, qui priuata potestate ad sua priuata bona delegit, quem nulla lex obligat ad eligendum optimum filiorum, sed tantum eum, quem voluerit. Tum quia prædictus Ioannes falsò imaginatus fuit patrem distribuentem bona inter filios, teneri legibus iustitiæ distributiæ, quæ solum ligant eos, qui publica potestate, publica, & communia bona distribuunt particularibus: aliquando secundum meritum eorum: ut quum distribuunt munera, & officia, aliquando secundum fortunas eorum: ut quum distribuunt pecunias iuxta Aristotelem, & S. Thomam. <sup>m</sup>

\* Iuxta Aristotelem & S. Thomam. Quæ hic ad marginem citantur pertinent ad fortitudinem. Nam de ea virtute agit D. Thomas in 2.2. q. 123. sed de iustitiæ partibus commutatiua & distributiua agit Aristoteles in 5. ethic. cap. 2. & D. Thomas in 2.2. quæst. 61. a. 2. & 3. quod numero 39. ex Arist. citatur est in 5. ethic. ca. 5. paulo post principium.

**A** 38 Ad secundum respondeo, quod leges regnorum Navarra, & Aragonia, quibus permittitur patribus exheredare filios, relictis singulis eorum quibus solidis, & singulis prædiolis, ea ratione iustificatur, quòd per illam facultatem filij continentur in officio, & obedientia paternæ: ne dicant, quod in Castella frequenter audiuius, filius vnicus sum parentibus meis, velini, nolint, succedam in omnibus eorū bonis, excepta quinta parte: vel, & si habeam fratres, meam tamen legitimam mihi tollere nequeunt, &c. Nec obstat illud à multis assertum, legitimam partem bonorum patrum debere filiis naturali iure, quod humano illorū regnorum tolli nequit, <sup>a</sup> nõ inquam, id obstat: quia solum est verum, quò ad filios pauperes, debiles, infirmos, & inhabiles se sua arte, & labore honestè sustentare non valentes, & ad id legitima parte, vel maiore indigentes: non autem, quò ad alios, ut probamus alicubi, <sup>b</sup> efficaci ratione, & per l. si quis à liberis. <sup>c</sup>

**B** 39 Ad tertium respondeo, quod licet parentes non possint iuxta conscientiam minuire filijs partes bonorum suorum eis iure debitas per veras donationes, nec contractus simulatos, scilicet forma onerosos, & re gratuitos: possunt tamen per contractus verè onerosos, & donationes remuneratorias, per fundamenta Iasonis, <sup>d</sup> & Ioan. Lupi, <sup>e</sup> quibus, & omnibus citatis per eos addo posse etiam donando aliquid amplius ultra merita donatarij: quia perfecta gratitudo non solum exigit, ut tantum quantum accipitur retribuatur, sed aliquid amplius secundum Aristotelem, <sup>f</sup> quod applicauimus & ad donationes remuneratorias beneficiariorum.

**E** Ad quartum respondeo, quod pater potest dum viuitt largiri de suis bonis in veras eleemosynas, & opera pia, ad cultum Dei, salutem animæ suæ, & redemptionem pœnæ peccatorum pertinentia: tum quia dare eleemosynam, non est donare: <sup>h</sup> quia hoc non est vera donatio, sed donatio ob causam, & tantam, quæ omnes fortunas hominis superat. Per quam considerationem bis defendimus à murmure quorundam eruditorum illustrissimam eandemque pietissimam Donnam Mariã à Mendoza, quæ iuuentis pijs operibus, & elargiendis multis, & magnis eleemosynis, cuiusque ordinis pauperibus tam religiosis, quàm secularibus, superare mihi videtur omnes, quotquot à quinque seculis viderim, audierim, & legerim, et Reges, & Reginas, optimo cū exēplo seculariū magnatū, & non parua reprehensione Ecclesiasticorum, in ea re plus satis dormitantium: quam vtinam videant omnes sic seruientem Christo vsq; in finem in terris, & ipse ego olim regnantem sine fine cū eo in cælis, Amen.

*De censurâ Ecclesiæ, scilicet excommunicatione, suspensione, & interdictione, & de irregularitate, de que Ecclesiæ pollutione, ac de casibus reseruat. & de quibusdam miscellaneis ad confessarios plurimum pertinentibus.*

CAP. XXVII.

- 1 Censura quid, & triplex.
- 1 Excommunicatio quid, diuiditur in maiorem & minorem, quæ sint illæ, & quod in dubio significetur maior. Diuiditur etiã in generalem, & specialem, & generalis in latã à iure, & latã ab homine, quomodo differant: Diuiditur etiam in iustã & in iniustã, & iustã, quid, & quid efficit, num. 2.
- 3 Excommunicatio iniustã, quæ diuiditur in iniustã validã, & in iniustã nullã: iniustã validã in duas, quæ differunt sic: iniustã nulla quid operatur.
- 4 Excommunicatio iniustã est nulla in his quinque casibus.

**R**emitto primò, verbum censura significare dignitatem censoris, & etiam correctionem alicuius, in qua posteriore significatione hic sumitur, & non pro qualibet correctione, sed pro Ecclesiastica, quæ definiripotest esse sententia lata à capace ordinis mediante iurisdictione Ecclesiastica fori exterioris, quæ quis priuatur communionem sacramentorum, vel hominum, vel exercitio diuinorum spiritualium, vel prohibentur officia diuina, vel sacramenta, vel sepultura. Dixi, sententia: pro genere. Dixi,

a l. 1. C. si quis aliq. testa pro lib. & S. An 10.3. part. 114. 10. e. 1. §. 2. b cap. 13. nm. 72. c in l. 3. C. eo dem.

d Ca. nihil. de consec. dist. 5. gl. c. quod qui dem. de pœni. & remiss. & diximus in c. 1. in prin. nm. 45. de pœ. dist. 6. & in dist. Commen. de Indul. super §. in Lemitico. not. 19. nu. 9. c In 4. d. 15. f Dist. 16. g In d. dist. 15. q. 1. h In capi. 1. in princ. nu. 47. de pœ. dist. 6.

i Arg. l. 1. Co. de sacrosanc. Eccles. & di. storum supra c. 24.

k In c. per vte stru. §. 26. de donatio. inter vir. & vxor. l. licet. 8. qu. 1. ca. vnum §. vnum. 25. dist.

m 2. 4. Et. & Th. rec. 2. 2. q. 123. ar. 3.

a Ca. qua cõ tra 8. d.

b In c. in natural. i. dist. c §. idem in li. beris. ff. de lib. agnoje.

d In l. ex hoc iure. ff. de ius. & iur. c Vbi supra. §. 59. f. 5. Ethic. & S. Tho. 2. 2. q. 106. a. 6. g In tractat. prædi. qu. 1. mens. 36.

h Secundum Alberi. in di. ver. deu.





a In cap. dilecti. nume. 3. & s. de maiori. & obedi.

b Arg. gloss. sing in cap. 16. qui. de sen. excom. li. 6. ver. de iure.

c Ca. quarensi. de verbor. significat.

d Ca. se celeb. de cleric. excom. mun. minist.

e In rubri. de senten. excō.

f In 4. dist. 8. g Ca. in pœnis. de reg. iuris. lib. 6.

h Ca. penult. de sen. excō.

i Ca. à nobis. 1. de sen. excō. ca. statuimus. & c. constum. eo. tit. li. 6.

k Cap. 2. de constit. lib. 6. clem. 1. §. verum de here. l. Num. 40. & 41.

m In d. c. à nobis. 1. quā. Hosti. Pan. Felis. & communis leg.

n In d. c. à nobis. 1. quā. Hosti. Pan. Felis. & communis leg.

o In l. fin. ff. de pœn.

p Secundum Panor. & communem ibidē

q Cap. fin. de off. leg. secundum eodem in prad. etis lo. cis.

r Lux. gloss. in sum. l. qu. 3. s. Ca. quod cū que. 2. 4. qu. 1. t. In d. rubric. de sen. excōm.

v In gl. fin. nu. 8. de iudic.

x In c. penult. de sen. excōm. y num. 18.

z Ca. cum in ter. de re iudi. & l. vos iudic. ca. ff. de regul. iur.

a l. prolatam C. de ient. & interl. on. iud.

b In c. 11. q. 3.

c Fel. post alios in c. ult. de re sub. cogn.

d In traç. 10. qu. 2.

e In d. c. pen. de sen. excō.

lata à capace ordinis: ad excludendas omnes sententias omnium prelatorum, etiam habentium iurisdictionem Ecclesiasticam. ut singulariter declaravit Panormitanus per textum & glossam. Dixi, mediante iurisdictione Ecclesiastica: quia lata sine iurisdictione, vel cum ea, sed temporaria non est censura. Dixi, fori exterioris: quia lata mediante iurisdictione fori tantum interioris non est censura, qualis est suspensio ab officio à confessorio facta. Dixi, qua quis, & c. ad notandum triplicem esse censuram, scilicet excommunicationem, suspensionem, & interdictum. Excommunicatio autem definitur esse censura, qua privatur communione sacramentorum tantum, aut sacramentorum, & hominum: & est duplex, minor, & maior. Minor est privans participatione passiva omnium sacramentorum. Maior vero est censura privans participatione, tam activa quam passiva sacramentorum, & hominum, secundum sententiam Panormitani & communem nostrorum, & Theologorum, & quamvis dispositiones pœnales in dubio intelligantur de minori pœna, s. tamē cum iudex excommunicat aliquē simpliciter sine expressione maioris, vel minoris excommunicationis, intelligitur de maiori. Duplex est iterum excommunicatio, scilicet generalis, & specialis. Generalis autem rursus est duplex, scilicet lata à iure, & lata ab homine: lata à iure est, qua generaliter canon constituit, aut statutum excommunicat eum, qui illud, aut illud fecerit, aut non fecerit, lata vero ab homine est, quam iudex generaliter fert in eum, qui illud, aut illud fecerit, vel non fecerit: inter quas duas, ut infra dicitur, est magnū discrimen: nam lata ab homine moritur mortuo, aut ablato ab officio eo, qui eam tulit, iuxta glossam solennem. Idemque tradit S. Antoninus pro quibus textus facit. Moritur inquam, quo ad eos, qui eam non incurerunt, antequam ille moreretur, aut privaretur. At lata à iure minimē. Ex quo colligi potest, quid dicendum sit de excommunicationibus, & aliis censuris latis in mandatis visitationū, quæ non sunt statuta, sed mandata generalia, aut specialia hominum.

Diuiditur etiam excommunicatio in iustam, & iniustam. Excommunicatio iusta est, quæ fertur is, qui potest, propter quod, & quomodo debet, quæ nihil operatur, quo ad Ecclesiam triumphatē, & quo ad Deum, iuxta glossam singularem, quam plus satis laudant Panormitanus & Felinus, ut dixi in cap. ita quorundam, & declarauimus alibi. Plus (inquā) satis: quia quamvis non auferat communionem omnino interiorem, sed solum præsupponat ablatam propter peccatum mortale, ratione cuius fertur: auferit tamen, ut dicitur, auxilium suffragiorum generalium Ecclesie, & communionem sacramentorum, quibus iter paratur ad Ecclesiam triumphantem.

Iniusta verò est, quam fertur is, qui non potest, aut aliter, & ob aliud, quam debet: & diuiditur in iniustam validam, & iniustam inualidam: nam sicut alie sententiæ (licet iniustæ sint) valent regulariter, quantum ad forum exterius, & earum virtute in eo tanta sit executio, quanta iustarum, & aliqua sunt nulla, & irrita, sic etiam sententiæ excommunicationis quamvis iniustæ valent regulariter, & ob id Gregorius dixit timendam esse, siue iusta sit, siue iniusta: & aliqua nulla est: iniusta valida diuiditur in eam, quæ est iniusta ob defectum rectitudinis animi iudicis, aut formæ, quæ non est essentialis, & in iniustam ex defectu iustæ causæ ad excommunicandum, quæ multum differunt: quamvis enim utraque valeat, prima tamen tantum ligat, quantum iusta in foro interiori, & exteriori: secunda verò parum plus nihilo, nisi in foro exteriori, propter scandalum post declarationem: quia non admittit communionem, quæ omnino est interior, neque suffragia generalia, quam Ecclesia & eius ministri faciunt, quatenus sunt tales, nisi aliqua negligentia, vel contumacia mortali roboretur, adeo quod Caietanus de effectu excommunicationis dixerit, eiusmodi excommunicationem iniustam non esse propriè excommunicationem, sicut nec homo mortuus est homo. Quod tamen ita non esse probauimus multis rationibus alibi, & quarum à nonnullis desideratarum vna est, quod tota definitio excommunicationis ei conuenit, cum ea separet à communione sacramentorum, & hominum, quantum ad forum exterius, & etiam quo ad interius, vbi sciunt illum esse excommunicatum, & ignoratur eius iniustitia, quantum ad effectum peccandi, nisi eum eitent: & valet hæc

consequentia: separet quantum ad forum exterius, ergo separet: separet quantum ad hoc, ergo separet, arguendo à toto in modo, ad partem: ut est homo albus, ergo est homo, iuxta doctrinam Aristoteli, à Bald. receptam. Altera est, quod non definit quis esse homo ex eo quod non videt, non audit, non loquitur: neque ideo, quod non facit omnia opera, quæ alij faciunt, modò aliqua vitalia faciat: ita quamvis hæc excommunicatio non efficiat omnia, quæ iusta: facit tamen aliqua, propter quæ potest appellari verè excommunicatio: quia operatur id quod est dictum. Et quamvis opinio Caietani defendi possit, quia effectu non differt à communi: relinquenda tamen videtur quia differt à communi more loquendi canonum, qui habet sententiam pastoris etiam iniustam timendam esse, vbi glossa, & vbiq; Doctores aperte dicunt, valere, ac ligare excommunicationem iniustam, & differre ab ea, quæ est nulla. Iniusta verò inualida, seu nulla nihil aliud operatur in foro interiori, neque exteriori, quàm quod obligat excommunicatum ad seruandum eam, quo ad populus sibi persuadeat, aut debeat persuadere causas nullitatis ad euitandum scandalum ut diximus alibi.

\* Et ob id Gregorius. Cap. 11. quæst. 3. quod habet Sententia pastoris siue iusta, siue iniusta fuerit timenda est ad verbum ex D. Gregorio hom. 26. in euangel. sumptum non est, sed sensus illius sic. Ait enim D. Greg. sed utrum iuste vel iniuste obliget pastor, pastoris tamen sententia regi timenda est, ne is qui subit & cum iniuste forsitan ligatur, ipsam obligationis suæ sententiam ex alia culpa mereatur.

Porro, excommunicatio iniusta est nulla in multis casibus, quos ponit gloss. celebris, & qui omnes ad quinq; redigi possunt. Primus, quando qui excommunicat non est iudex saltem excommunicati, & aut non toleratus, qualis est excommunicatus, & suspensus à iurisdictione, aut interdictus, & denunciatus talis. Secundus casus, quando fertur contra tenorem privilegiorum. Tertius, quando post legitimum appellacionem fertur. Quartus, quando excommunicatio continet intolerabilem errorem, quem habet illa, quæ datur contra aliquem, eo quod rectè aliquid fecit: puta, quia dedit elemosynam pauperi, aut quia non fecit aliquid illicitum, aut impossibile. Quintus, quando excommunicator excommunicat eos, qui participat cum excommunicato à se, non nominando eos expressè præuia trina monitione, cum interuallo aliquot dierum. Dixi, cum excommunicato à se: quia secus in excommunicatione lata contra participantes cum excommunicatis ab alio, ut dixit Perusinus, reputans esse id singulare dictum.

Non obstat, quod videtur derogatum cōsuetudine prædictis capitibus, quum de more non dentur litteræ contra participantes nominatim. Tum quia in Lusitania passim fit. Tum quia in terris in quibus id non faciunt iudices, subditi etiam non seruant eorum præcepta: & ut illi sunt in possessione ferendi litteras contra participantes sine solennitate illorum iurium, ita isti sunt in possessione non parendi illis, & non habendi se pro excommunicatis maiori excommunicatione ad effectum se abstinendi à diuinis, & obtinendi absolutionem. Et ita videtur non esse derogatū illis capitibus. Nec obstat, quod cōsequeretur illas litteras esse superuacaneas: quia potest dici, quod profunt ad effectum perueniendi ad interdictum, & brachium sæculare. Non obstat etiam, quod in aliquot regionibus est cōsuetudo dandi denunciatoriam contra eos, qui non sunt confessi ante Pascha, excommunicando vicinos participantes cum eis. Et quod illa excommunicatio censetur valida, & ligare vicinos eis participantes: quia illa non datur contra participantes cum excommunicatis ab ipso denunciante: sed cum excommunicatis à constitutione synodali: denunciants enim non excommunicat, sed tantum declarat.

\* Dandi denunciatoriam. Schedulam excommunicationis late sententiæ intelligit, quæ excommunicati denunciatur, qui præcepto Ecclesie de confitendo semel in anno non paruerunt.

Quis potest excommunicare.

Excommunicare potest regulariter omnis qui habet iurisdictionem

a In Topic. b In l. conueni. tula C. de episcopis & cler.

c Pr. c. 11. q. 3.

d In c. cum est. tingat de ref. remed. 2. & in d. c. pen. de sen. excō.

e Ca. praesenti. de sen. excom. lib. 6.

f Ca. nullus. de paroch.

g Ca. ad pro. uadum. & i. bi. glo. de re. iudic.

h Ca. quarto. de prim. & ca. de conce. præb. lib. 6. q. ex par.

i Ca. per tu. as. de sen. excom. c. ad præ. sentiam, de appel.

k Ca. venera. bilis. §. fin. de sent. excom. li. 6. & c. præ. est. 1. quæ. 2.

l Ca. præ. en. ti. & c. consti. tutionem, de sen. excōm. li. 6.

m In c. pœni. xit. de app. u. Ca. præ. i. in vrb. à se.

n Ar. eorum. qua notantur in c. fin. de cō. suct.

p Iuxta ca. 1. cum ei anno. de offic. ord.

q l. hæredes. palam. §. sed. si notam. ff. de testam.



a Cap. transf. missam c. suffrag. de cle. c. cum ab ecclesiarum. de of. ord. b Ca. duo simul. de offic. ord. c. ca. cu. contingat. de foro compet. c. In c. licet. c. no. 7. gloss. c. statutum. verb. collegatis de elect. li. 6. c. Pano. in c. nobis de iur. pat. ro. d Ca. cum oli. cu. i. anor. de maior. c. Capi. de iis. 12. dist. f. Capi. P. G. de off. deleg. g. in d. c. suffrag. missam. h Arg. d. cap. duo simul. c. d. c. cum contingat. i Ca. Episcopum. 11. qu. 3. 4. 1. de refer. comp. k 1. de ref. co. l Ros. 13. de co. suat. in antiq. m Arg. ca. cu. su. 5. fi. de ap. n Argu. eius quod ait Fe. de consi. 182. c. Fel. in c. postulasti. colu. fi. de foro com. pet. o Arg. c. no. na. de penit. c. remiss. p Cap. prater. adiuncta glo. ver. ducibus. 32. dist. q. l. qui iurisdictioni. ff. de in. omni. iudi. r In sum. de sent. excomu. 5. quis valeat s. In 4. dist. 18. q. 2. ad 2. c. Ioan. Andre. in reg. cui licet. lib. 6. t Lib. de syno. 2. p. 2. n. 26. v Parte 2. ser. mo. 37. pag. 3. x Ver. excomu. 7. 5. 10. y Ver. excō. 1. 5. 6. z In sum. c. c. audimus. 24. qua. 1. a In c. ab exe. num. 5. de ref. cript. c. cum dilecti. de dol. c. consum. sub fin. b In c. proban. du. ad co. 3. de re iudic. c In c. dilecti. 2. de prob. n. m respensio. ad contraria per extraneos. ant. ad evitanda de qua infra. nu. 36. d 2. 2. qu. 60. a. 6. e In 4. dist. 18. ar. 4. qu. 4. f Ca. sacro. de sen. excōm.

tionem Ecclesiasticam, ordinariam, vel delegatam in foro exteriori.

- 6 Excommunicare nequit Episcopus extra suum Episcopatum, nec laici, nec mulieres, neque quis seipsum.
- 7 Excommunicare an possit consuetudo, aut excommunicatus, suspensus, aut interdictus.
- 8 Excommunicans sine facultate, causa, ordine, scriptura, vel monitione peccat.

**S**ecundo præmitto, quòd causa efficiens excommunicationis potest esse Papa, & omnes alij prælati, etiam si sint minores episcopis: quales sunt Abbates, Præpositi, & Priores Ecclesiarum collegiarum regularium, & secularium, etiam si non sint consecrati, neque benedicti: modo sint confirmati, vel prouisi: quia hi omnes possunt excommunicare iure communi suos subditos, & etiam reliqui omnes, qui consuetudine præscripta sibi compararunt iurisdictionem, & non alij. Dixi supra, Collegiarum: quia alij qui vocantur Abbates, & Priores in multis regionibus, eo quòd sunt rectores Ecclesiarum habentium multos beneficiarios non viuentes collegialiter, non possunt excommunicare iure communi: quia nullam ideo habent iurisdictionem fori exterioris, iuxta notata. Quòd fit, ut Capitulum sede vacante possit excommunicare, & Archiepiscopus, Episcopus, & delegatus summi Pontificis, & etiam delegati prædictorum eos, in quos habent iurisdictionem delegatam. Fit item è contrario, quòd Abbates, Rectores, aut Parochi Ecclesiarum simplicium parochialium nõ possunt excommunicare suos parochianos iure communi, neque specialiter, neque generaliter: quia facultas excommunicandi, non oritur ab ordine: immo est pars iurisdictionis fori exterioris iuxta glossam receptam & quam ipsi non habent: eam tamen possent habere ex consuetudine præscripta, iuxta Clement. h tunc autem tantam habebunt, quantum consuetudo dederit.

6 Fit item, quòd nec Episcopus extra suum Episcopatum potest excommunicare etiam suos subditos, etiam si esset vi pulsus, nisi in loco viciniore Episcopatu, aut nisi de consensu Episcopi ubi manet, & habet domicilium, aut in re adeo manifesta, quæ non requirat cognitionem causæ. Videtur tamen, quòd qui extra suum Episcopatum non residentiam consummauerint, ligantur excommunicatione lata ab eo contra non residentes in beneficiis suis, eo quòd non residentiam incepterunt in Episcopatu: vel quia res est sita intra illum. Fit item, quòd non possunt excommunicare mulieres. Neque laici sine privilegio Apostolico. Nec quisquam se ipsum, & ob id Episcopus, qui excommunicat generaliter quemcumque, qui furatus est, aut furabitur, lusit, aut ludet, licet ipse id faciat, aut fecerit, non erit excommunicatus secundum Hostiensem, & S. Thomam, & cõmuniter receptos, ut probat Henricus: sed si Episcopus solum esset denunciator excommunicationis summi Pontificis, aut excommunicationis alterius Episcopi, aut eius Vicarij, aut alius, qui excommunicat, maneret excommunicatus secundum Bernardinũ de Busto, & mentem omnium.

7 Nec consuetudo sola absque sententia, aut constitutione aliquem excommunicat secundum Rosellam nisi legitime præscripta sit, aut approbata à summo Pontifice, aut alio prælato quantum ad suos subditos: quia tunc vim haberet statuti secundum Angelum. Neque excommunicatus, quamvis sit occultus secundum glossam, cuius tamen oppositum est verius, scilicet, quòd si non est denunciatus potest excommunicare, & valet excommunicatio lata ab eo, secundum Papormitanum & Felinum quamvis eã ferat in fauore eius, qui scit eum excommunicatũ, ut dixi alibi.

8 Quibus consequens est, peccare mortaliter, qui sciens, aut qui scire debens se non posse excommunicare excommunicat: quia vsurpat iurisdictionem alienam, aut eius vsu, quòd est peccatũ mortale, iuxta S. Thomam. Et qui excommunicat aliquem iniuste: quamvis id nõ faciat odio, inuidia, aut mala voluntate, sed per ignorantiam crassam, aut supinam secundum Richardũ. Et etiam qui excommunicat sine canonica monitione, vel solo verbo, sine Scriptura

A publica, aut priuata, nisi iusta de causa id omittat: quamvis excommunicatio liget, & excommunicans maneat suspensus per unum mensem ab ingressu Ecclesiæ, & à diuinis officiis, intra quem si celebrauerit aliquod officium diuinũ alicui ordini peculiariter addictum, erit irregularis, cum quo solus Papa dispensat. Quæ tamen pœna suspensionis non afficit Episcopos: quia non fit eorum particularis mentio, quòd est necesse, ut ipsi incurrant suspensionem, nec prælatos religiosorum, quando est periculum in mora, vel constitutiones ordinis præscribunt aliam formam, vel propter ignorantiam iuris secundum Gabrielem, qui non satis vigilanter loquitur: quia quando periculum est in mora etiam alij omittere possunt solennitatem prædictam, & constitutiones, nisi essent confirmata à summo Pontifice non possent derogare iuri communi, & ignorantia, nisi esset iusta, eos non excusaret, præsertim quòd prælati religiosorum cauti non excommunicare debent, quàm secularium, propter maiorem caritatem, qua debent esse erga fratres.

\* Sine canonica monitione. Monitio canonica illa dicitur, quæ fit secundum canones & regulas Ecclesiæ, nimirum utis qui est ob aliquod delictum commissum excommunicandus, ter prius iuxta canones monetur, quàm in eum excommunicatio feratur, vide infra numero 11.

**De causa, & forma excommunicandi.**

- 9 Excommunicatio maior non feratur, nisi propter contumaciã mortalem, aut peccatum futurum, &c.
- 10 Excommunicatio, quæ sine monitione, sententia & clausula iustificatiua est nulla, nu. 11.
- 10 Excommunicatio de rebus perditis à solo Episcopo danda, & alia non nisi in subsidium.
- 10 Excommunicatio annali suspectum hæreseos facit.
- 12 Excommunicatio, quibus verbis fit, & conditionalis, vel sine intentione ligandi, an liget, nu. 11.

**E**rtiò præmitto circa hæc primò, quòd nemo debet excommunicari maiori excommunicatione, nisi ob contumaciam mortalem, qua persistit in peccato mortali præterito, aut in futura inobedientia non cõparendi, aut non parendi iusto præcepto factò, præcedente mora, culpa, aut offensa. Et consequenter nemo incurrit excommunicationem impositam à canone generali, vel particulari, nisi peccando mortaliter: quæ est regula consolationis plenissima, quam tradit Paludanus, & quamque nos applicuimus multis, & in his parua furantibus. Et idẽ eadem ratione dicendum, quo ad hoc de excommunicatione generali lata ab homine. Secundò, quòd quæ excommunicatio fertur à canone, aut statuto ita, ut qui fecerit illud aut illud, ipso factò sit excommunicatus, aut quòd illud, aut illud non fiat, sub pœna excommunicationis late sententiæ, non requirit præcedentem canonice monitionem, per ea, quæ diximus: immo, qui contra facit statim excommunicatur.

Tertiò, quòd Conc. Trident. huic rei multa adiecit in hæc verba, Quapropter excommunicationes illæ, quæ monitionibus præmissis ad finem reuelationis: ut aiunt, aut pro perditis, seu substractis rebus ferri solent, à nemine prorsus, præterquã ab Episcopo discernantur: & tunc non aliàs, quã ex re nõ vulgari, causaque diligenter, ac magna maturitate per Episcopũ examinata, quæ eius animũ moueat: nec ad eas cõcedẽdas, cuiusuis secularis, etiã magistratũ auctoritate adducatur: sed totũ hoc in eius arbitrio, & cõscientia sit positũ, quãdo ipse pro re, loco, persona, aut tẽpore eas decernendas esse iudicauerit. In causis verd iudicialibus mādatur omnibus iudicibus Ecclesiasticis cuiuscũq; dignitatis existant, vt quãdoquẽ executio realis, vel personalis, in qualibet parte iudicij propria auctoritate ab ipsis fieri poterit, abstineãt se tã in procedendo, quã definiẽdo à cõsuri Ecclesiasticis, seu interdicto: sed liceat eis, si expedire videbitur, in causis ciuilibus ad forũ Ecclesiasticum quomolibet perrentibus cõtra quoscũque etiã laicos per multas pecuniarias, quæ locis pijs ibi existẽtib; eo ipso, quòd exacte fuerint assignetur, seu per captionem pignorum, personarumq; districtionem, per suos proprios, aut alienos executores faciendam, siue etiam per priuationem beneficiorum, aliãq; iuris remedia procedere, & causas desinire. Quod si

a Capi. sacro. de sent. excō. c. 1. eod. tit. lib. 6. b Capi. 1. de sen. & reind. lib. 6. c Ca. quia periculo sum. eo. tit. & lib. d In 4. dist. 18. qu. 2. col. 9. cã 7. e Per c. confituit. sub fin. de sent. excō lib. 6. f Ca. quod in per ius. de maiori. & obed. g Ca. ignorãtia. de reg. iur. lib. 6. h Arg. notatorum per Pan. in capi. causa qua. de iudi.

i Iuxta mentem c. nullus. c. nemo. 11. q. 3. ca. 1. de iudic. c. à nobis. 1. c. sacro. de sent. excōmu. c. Romana 5. caueant. eo. tit. lib. 6. k In 4. di. 18. qu. 1. a. 2. l In can. inter verba. 11. qu. 3. nu. 480. m In pralect. c. cum contingat. de ref. cri. 5. caus. nullit. post innoc. in princip. ca. sacro. de senten. excōm. n Cap. si quis suadente. 17. qu. 4. ca. in no bis. 1. de sent. excōm. c. ca. 2. de const. li. 6. o Sess. 25. ca. 3. de reform.



executio realis, vel personalis aduersus reos hac ratione fieri non poterit, si que erga iudicem contumacia: tunc eos, etiam anathematis mucrone arbitrio suo, prater alias penas ferire poterit. In causis quoque criminalibus, ubi executio realis, vel personalis, ut supra, fieri poterit, erit a censuris abstinentum. Sed si dicta executioni facile locus esse non possit, licebit iudici hoc spiritali gladio in delinquentes vti: si tamen delicti qualitas, procedente saltem bina monitione, etiam per edictum id postulet. Nefas autem sit seculari cuiuslibet magistratui, prohibere Ecclesiastico iudici, ne quem excommunicet: aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet, sub pretextu, quod contenta in presenti decreto non sunt obseruata: cum non ad seculares, sed ad Ecclesiasticos hac cognitio pertineat. Excommunicatus vero quicumque, si post legitimas monitiones non respuerit, non solum ad sacramenta, & communionem fidelium, ac familiaritatem non recipiatur: sed si obdurato animo censuris annexis in illis per annum inforauerit, etiam contra eum tamquam de heresi suspectum procedi possit. Hec ibi. In quibus nouem precipue notanda videntur. Primum, quod solum Episcopus potest ferre huiusmodi excommunicationes generales. Secundum, quod in causis ciuilibus nullus iudex debet vti excommunicatione, nisi in subsidium aliorum iuris remedium: neque in criminalibus, nisi quum executio personalis: vel realis fuerit valde difficilis.

Tertium, quod infordescens in ea per annum, habetur de heresi suspectus. Quartum, quod ob culpam preteritam non debet ferri nisi canonica monitione procedente, quae est trina, a cum intervallo saltem duorum dierum inter vnam, & aliam monitionem, aut vnam pro tribus concedendo sex dies pro illis: quando non est periculum in mora, b & quando tale periculum interuenierit, diminuendum est tempus, quomodo, & quantum oportuerit, & non plus, nec minus. Quod adeo est verum, quod excommunicatio esset omnino nulla, si ferretur ea praesens, vel iudex in executionem sententiae, vel praesens sine praesens cognitione, & sine clausula iustificatiua late circa praeterita, id est, dato termino ad allegandas causas, si quas habuerit contra huiusmodi mandatum iuxta Innocentium c quod est maximi ponderis. Quintum, quod qui excommunicat sine hac monitione, & sine scripto, in quo declaratur causa, peccat mortaliter: licet valeat, vt tactum est. d Sextum, quod excommunicatio lata sub conditione, ante implementum eius, non ligat. e Septimum, quod excommunicatio non ligat, si qui ea fert, non habet intentionem ligandi: neque etiam si is qui ea petit, non habet voluntatem, vt ligetur: quia omne suum robur accipit excommunicatio a voluntate excommunicantis, qui quum excommunicat ad petitionem partis, non vult magis excommunicare, quam ipsa pars velit. Quare illi, quos excommunicas, aut petens excommunicari eos, qui illud, aut illud fecerint, aut non denunciarint, intendit eximere ab illa, verè eam non incurrunt, licet se putent incurrere. Octauum, quod nulla certa verba sunt praescripta pro forma substantiali excommunicationis.

12 Quapropter, vt dixit bene Hostiensis f nihil refert, an iudex dicat: Excommunico te, aut separo te a communione, aut similia, quibus declarat voluntatem suam excommunicandi de praesenti: illa tamen, quae ipse putat ad id sufficere, scilicet, cognosco, aut habeo te pro excommunicato, dicta a iudice, non videtur nobis sufficere, post Goffridum quem ille refert: quidquid ipse dicat: nisi quando ponuntur in excommunicatione canonis, aut decreti, aut in excommunicatione conditionali: quales sunt omnes, quae dantur cum monitione canonica: aut propter peccata futura, & pro quibus faciunt illa capita, per quae haec duae opiniones inter se conciliari possunt. Nonum, quod non parens canonis, aut iudici iubenti aliquid sub pena excommunicationis, non statim erit excommunicatus: quia verba illa non significant voluntatem excommunicandi ipso facto, sed comminationem excommunicandi eum, si non paruerit. h Neque etià haec, excommunicetur, sed haec, sic, sit excommunicatus, i nisi quando alia iura declarant oppositum, quo casu intelligenda est glossa. k Quae resolutio licet communis videatur: iure tamen proprius apparet, quod praefata verba, sit excommunicatus, non denotant sententiam latam, sed ferendam: nisi cum alia iura id declarant. Tunc quia plurimi canones l continent illa verba, quae tamen secundum glossam m ferendam sententiam significant. Tum quia verbum, sit est futuri tem-

poris, per verba cuius non fertur excommunicatio ipso iure: nisi aliquid aliud adiciatur. \* Tum quia non obstat dicere, quod verbum, sit, est etiam praesentis temporis imperatiui modi, sicut & futuri optatiui. Tunc quia non est ita proprie illius, ac huius. Tum quia in dispositione dubia mitior pars est eligenda, b & praefata verba sunt dubia: ergo interpretanda sunt, vt significant potius sententiam ferendam, quam latam. Tum quia glossa c verbum, sit, exponit per fiat futuri temporis.

Quis possit excommunicari, & quis in excommunicatione non includitur.

- 13 Excommunicari solum potest homo baptizatus, & mortalis, habens Superiorem: proinde nec diabolus, nec Papa, nec infidelis, nec locusta, licet possit adiurari.
- 14 Excommunicatio generalis non ligat impotentem parere, neque eum, qui scit, & c. Nec etiam specialis termino prorogato, nec tunc. & c. num. 15.
- 16 Excommunicatio non ligat ignorantem eam, etiam super re illicita.

**Q**uarto praemitto circa haec primò, quod nemo excommunicari potest, nisi homo baptizatus mortalis, habens superiorem iuxta ea. Romano, vbi Dominicus id sentit, d & nos dilatamus alibi, e proinde non possunt excommunicari diabolus, anima separata a corpore, collegium, aut vniuersitas, quae non sunt homines, f neque Iudaeus, vel Ethnicus, qui non sunt baptizati, etiam si sint catechumeni, hoc est conuersi nòdum baptizati, per dicta alibi, g quamuis indulgentias lucrari possint, vt ibi dixi. Neque resuscitatus denuò non moriturus, h nec Papa, qui nulli homini, vel legi humanae, qua sola fertur excommunicatio, quo ad penam subiicitur, i nam neque propter haeresim incidit in excommunicationem humanam, de qua loquimur, sed in diuinam secundum rationes Caietani, k quicquid dicat S. Antoninus. l Et quia hic tangitur summa Papae maiestas, moneo te, Christiane Lector, typographo iam imprimente hoc cap. 27. ostensum fuisse mihi librum in Hispania impressum, cuius auctor ait dicere me alicubi non esse obediendum Papae statuenti aliquid in detrimentum beneficiorum patrimonialium Castellae: quod tamen est falsum: nec vllibi ego vquam id scripsi, nec debuit ab vlllo scribi. Tum quia \* sapit haeresim Anglicanam. Tum quia procedit ex defectu cognitionis essetiae rei spiritalis, quam nos latius, & resolutius, quam vllus alius, què meminerimus eorù, qui ante nos scripserunt, definiuimus. m Tum quia haec ignorantia est causa, vt aliqui nimis amplient potestatem laicam ad spiritalia, quae nemo potest construere, neque destruere, nisi Papa, qui plenitudinem potestatis spiritalis immediatè accipit à Christo: vel alius, qui mediatè, vel immediatè partem eius acceperit à Papa. n Tum quia nullus Catholicus debet ignorare omnia beneficia Ecclesiastica, siue sint iurispatronatus, siue patrimonialia, siue praestimonia, siue commendae, siue preceptoriae, esse iura spiritalia, o & nullus, neque Imperator, neque vllus alius princeps habet potestatem erigendi, vel extinguendi vllum ex illis, etiam quam minimum: nisi habeat ad id potestatem immediatè, vel mediatè acceptam à Papa. Quae est fides Catholica, quam nisi quisque firmiter crediderit saluus esse non poterit. A quo falso testimonio prius nos liberassemus, si prius id nouissemus. Nemo item à se ipso, nec à suis statutis excommunicari potest, p nec ab inferiori. q Quare superstitionis est credere, quod possint excommunicari locusta, bruchus, aut aliud genus vermiù, & animalium irrationalium: quamquà religiosè vti possumus contra ea aqua benedicta, precibus, adiurationibus sanctis fundatis in diuina bonitate, & misericordia, & suis sanctissimis verbis, & institutione Ecclesiae Catholicae: quibus solis vtinam vteretur, qui audacter promittunt se cieturos ea ab illa, aut illa regione, si illud, vel illud sibi detur: quadoquidè nihil quod superat vires naturales, & effectum sacramentorù, & institutionis Ecclesiae, & reuelationem particularem, potest promitti tam certo, ac que ipsi promittunt, nec pretium peti sine specie cuiusdam simoniae.

\* Sapit haeresim Anglicanam. Haeresis Anglicana est qua illi Principem politicum siue sit vir, siue mulier caput Anglicanae Ecclesiae tam

in spi

a d. ca. sacro.

b Cap. consuetudine de sententia excommuni. lib. 6. ad iur. d. c. sacro.

c In c. propositus de conce. prae. col. 2. & in c. 1. eod. tit. lib. 6. Oldra. consil. 81. nu. 2. & alios quos citauit in praeced. d. ca. cum contin. gat. s. caus. nullis.

d Supra nu. 8.

e Ca. praesentia 2. de appel.

f In sum. de sent. excomm. §. qualiter co. 1.

g Arg. e. 2. de testibus cog. & d. c. praesentia de appel. h Lux. glo. celeb. in c. 1. de sagit. cui similit. in c. 2. de matrimo. contr. i iuxta Fely. in c. Rodolph. col. 19. de res. & quos ipse citat.

k Cap. si quis ex clericis de vita & hon. cler. & ea. de fo. compet. l Dist. 30.

m Ca. 2. de foro compet.

a Secundum glo. recept. in reg. in poma. de reg. iuris. lib. 6.

b Praedict. re. in pae.

c Cap. si quis 23. dist. cuius sonat. gl. ca. si quis ex clericis de vita & hon. d. c.

d §. in vniuersitate de sen. excomm. lib. 6. e Inc. ita quod ruidam dicit de. norab. 8. num. 7. & gl. vlt. num. 2.

f Ca. in quadam de cele. mis.

g In comm. tario de ind. sup. §. in Leuitico. nota 31. & arg. c. veniens de presb. non baptiz. h Arg. finis symb. Atha. & c. firmiter de summa Trinit.

i Cap. propositus de conce. pra. c. eundem per midum. 9. qu. 3.

k De auct. Papa. & c. cap. 10. 19. & 20.

l 3. par. tit. 4. c. 74. §. 1. m Sup. tit. 23. a. m. 99. n Ca. in nouo. 21. dist. o Ca. dilato de prae.

p Arg. l penult. de recep. a. q. Arg. c. cum inferior. de maior. & c. inferior. 21. dist.



In spiritualibus, quam in temporalibus profitentur & iurant, & Romanum Pontificem Christi in terris vicarium iure domino nullam in eorum insulam potestatem habere negant quae est h. h. res Anglorum, quam illi mordicus tenent, & si eis non Catholici modo sed Haeretici etiam, inter quos est Caluinius in Olex contradicant.

14 Secundò, quòd in excommunicatione generali non includitur, quem proferens, vel petens illam non intendit includere: neque is, qui non potest parere, aut iusta de causa ad id non tenetur: vt qui non potest restituere, vel denunciare furtum, aut iusta causa ab eo excusatur: modo adhibeatur remedium quod commodè adhiberi potest, vt cessante necessitate, aut causa satisfiat iis, quorum remedium dedimus alibi. a

15 Tertiò, quòd excommunicatus sub conditione, si non soluat ad praescriptum terminum, non erit excommunicatus eo prorogante illum, antequam incurratur excommunicatio, iuxta còmunem Panormitani & citatorum à Decio: b sed si nò soluat in termino praedicto, erit excommunicatus. c Quod intelligendum est, quando prorogatum fuit consensu iudicis, aliàs secus, vt rectè ait, (mea sententia) Siluester d nam licet excommunicatio lata ad petitionem partis tolli possit, antequam incurratur de consensu eiusdem: non tamen suspendi, neque differri, neque ita mutari, vt semel sublata iterum incurratur: quia id iurisdictionis est, quam pars non potest tribuere. e Adde illas singulares decisiones citatas supra. f quòd non solvens pensionem in termino, non est excommunicatus, donec pensionarius id declaret.

Quartò, qui scit id, quod iudex iubet reuelare: sed habet causam iustam non reuelandi, iuxta dicta supra. g

16 Quintò, quòd ignorantia facti probabilis excusat ab excommunicatione secundum omnes: & etiam illius iuris, quo fertur excommunicatio propter aliquod opus de se licitum, quod ipse ignorabat, neque tenebatur scire esse prohibitum. Idem de ignorantia eius, qui facit opus de se illicitum, cui adiuncta est excommunicatio per statutum inferioris Papa, quod ignorat: nisi crasse, aut supinè id faciat, secundum Adrianum, & omnes, h secus tamen secundum eum, & omnes citatos ab eo, si adnexa esset lege Papae, vt est percussio clericum, i per locum ab speciali: nobis tamen videtur verius contrarium cum Siluestro. k Tum quia eadem ratio inuenitur in vtraque: vtraque enim est ignorantia iuris humani, nullumque aliud est in hoc discrimen, quam quod ignorantia poenatum legum Papae non praesumitur, nec tam facilè potest probari, quo ad forum exterius, quam poenae statutorum ordinariorum. Tum quia per dicta superius, l ignorans poenam legis quo ad alia sibi nota, non incurrit eam in foro conscientiae. Tum per alia quae ponimus alibi m vbi respondimus ad argumenta Adriani.

Quid operatur excommunicatio maior.

17 Excommunicatio, vt tollat communionem interiorem, & exteriorem, & mixtam, & priuet à sacramentis, & suffragiis, num. 18. diuinis officijs, num. 19. & omni contento hoc versiculo, Os orate, &c. num. 20. facit, & alia vndecim, num. 20. & 23. & seq.

18 Excommunicatus est iumentum diaboli, prater illum, & illum, num. 19.

21 Excommunicatus, vt infamia, & vt perdat debita seruitia, num. 22. & 23.

17 Vinto prèmitto, quòd vt dixi post S. Thomam n triplex est communicatio. Prima omnino interior caritatis, & gratia, qua efficiuntur membra eiusdem corporis mystici Christi: à qua solum peccatum mortale nos separat. o Secunda omnino exterior, qua inter nos alij alijs communicamus comedendo, bibendo, colloquendo. Tertia media, seu mixta, scilicet sacramentorum, & suffragiorum generalium, quae facit, aut praecipit fieri Ecclesia Catholica. Et quòd excommunicatio non tollit primam communionem, sed supponit sublatam esse: & ita operatur primò, non quidem, vt nonnulli dicunt, exclusionem à gratia Dei, sed declarationem exclusionis factae per pec-

carum mortale. Secundo excludit à sacramentis Ecclesiae actiue, & passiuè, ita quòd nec possit accipere, nec dare. a

18 Tertiò priuat suffragiis generalibus Ecclesiae: adeo vt nulla in re intendat ei subuenire per illa: quod maximè damnatum est. Ob quod dici solet excommunicatum possideri à diabolo, b & vt eo sicut mulio suo iumento. c Quod tamen non intelligitur de excommunicato verè contrito procurante pro viribus absolutionem, d is enim corà Deo est in statu gratiae, & fruatur communione prima, & tertia, non autem secunda. Idem de excommunicato, absque iusta causa: & de illo, qui non potuit soluere ad praestitutum tempus, intra quod iustus fuit sub excommunicationis latae sententiae poena: ij enim quo ad Deum non sunt excommunicati: quia non peccant mortaliter, quauis sint quo ad homines vt dixi, vbi supra post Caieranum, e idem est de excommunicato ob contumaciam praesumptam, sed non veram coram Deo secundum Maiorem. f

19 Quarto, excludit à diuinis officijs, & alijs precibus cum alijs simul faciendis, vel audiendis, s quamquam bene potest solus peccari, etiam in Ecclesia: licet alij praesentur se iuncti ab eo, iuxta Innocentium receptum. h

Quinto priuat omnibus contentis illo versiculo gloss. i Os, orate, vale, communicatio, mensa negetur, quem Hostiensis, k & omnes Theologi, l & Canonistae m attingerunt.

20 Per os, intelligitur participatio colloquendo, osculando, amplexando, recipiendo, mitteredo, vel dando litteras. n Per, orate, autem dicta participatio sacramentorum, & diuinorum officiorum, & quarumlibet aliarum precum in Ecclesia intra, vel extra eam cum alijs dicendorum iuxta Innocentium. o Per, vale, verò includuntur mutuae salutationes, quae fiunt per colloquutionem, aut litteras, aut etiam asurgendo, aperiendo caput, mouendo labia, & alia similia, quae significant salutationem sine locutione, iuxta mentem Cardinalis, Imolae, p & communis, q quidquid dicat Maior, q & Angelus: r quorum opinio teneri potest, quo ad forum conscientiae, quando eiusmodi signa fierent sine intentione salutandi, intra animum dicendo, Deus te conuertat, vel aliud simile. s Per, communicatio, participatio, quae habetur in operando, exercendo, aut faciendo aliquid simul cum eo, aut habitando in eadem domo, aut in aliqua eiusdem parte, aut conuersando cum eo alijs modis. Per, mensa, intelligitur comedendo in eadem mensa, dormiendo in eodem lecto: quauis domus sit aliena, secundum S. Antoninum t iuxta quem & Innocentium v non potest qui etià in conuiuio alicuius tertij comedere cum excommunicato: immo debet surgere ex mensa, si excommunicatus accumberet: non tenetur tamen exire domo: immo potest comedere in alia domus parte, si vterque non erat inuitatus ad idem conuiuium: nam si erant ambo inuitati, licet in duabus mensis diuersis comederent, videbantur communicare in eodem conuiuio, & simul edere, quantum ad hunc effectum, iuxta mentem illorum.

21 Sexto, facit irregularè vt ei aliquo actu ordini suo peculiari, vt dictum est supra. Septimo, facit infamè, si excommunicatio est manifesta, x quod Ludouicus Romanus dixit ad hoc singulare, y limitaui tamè, z vt solù procedat in excommunicato ob causam \* afferentem infamiam iuris, aut ob contumaciam in causa infamiam inuente. Octauo, facit collationem beneficij Ecclesiastici adeo nullam, vt non conualescat per absolutionem, nisi reuocetur, a & consequenter tenetur relinquere illud, & restituere fructus ad id vsque tempus perceptos. Nono, priuat facultate eligendi actiua & passiuè. b Decimo, suspendit ab officio, & beneficio. c Quamquam si habet officium publicum, valebit quod per illud faciet ratione eius, quousque toleratur. d

22 Vndecimò, eximit subditos ab onere seruiendi ratione fidelitatis, aut subiectionis iurisdictionalis, quam diu fuerit

a Ca. Engeltrudam. 3. q. 4.

b In c. audi. & ca. omnia. 11. q. 3. c Glo. in d. ca. audi. d Arg. c. dixi. & c. magna. de pra. disti. 1.

e In tra. 19. tom. 1.

f In q. d. 18. q. 2. colam. 8. g Ca. quid in te. de poenis. & remiss.

h Cap. super. de sent. exco. i Cap. statum. de sent. exco. lib. 6.

k In sum. de sent. exco. 5. exquisita poena. l In 4. dist. 12. m Milla in locu.

n Cap. cum excommuni. & seq. 11. q. 3. o In d. ca. nuper. & dicenda infra. nu. 30.

p In elem. f. de sent. exco. q. 2. r Per. excom. 2. q. 4.

s Arg. l. non inis ff. si cer. petis. l. in agris. ff. de acqui. rer. dom. t 3. par. si. 24. cap. 7.

v In d. c. nuper. x Per c. infames. 6. q. 1. y In sing. 262. z Singul. 290.

a Ca. cum bona. de ara. & qualis. & ca. postulasti. c. 1. glo. & ei non. de ele. ex comm. missi.

b Ca. consuetus. de appe. c Ca. pastora. li. 9. verum. eod. tit. d Ca. approbandum. de re iud. & ibi gl. verb. iudicatum.

a In cap. inter verba. 11. q. 4. 3.

b In d. c. praesentia. 2. c. lxxv. lxxv. & communis ibidem. d Per. excom. 2. notab. 1. ca. 13.

e l. priuatorum. C. de iurisdi. omni. iud. f Cap. 23. nu. 104.

g Cap. 25. nu. 46.

h Per. ca. 2. §. vbi de const. lib. 6. i Arg. d. ca. 2. k Per. excom. 2. notab. 3. & excom. vlti. q. 3.

l Cap. 23. nu. 47. & infra nu. 274. m In c. frater nu. 12. q. 2.

n In expo. sionali in illa par. 1. Sancto rum communionem. o Cap. resuscitatus. de poe. disti. 1. cum duob. seq.





a Cap penul. & v. 15. q. 6.

b Capit. 1. de rescript. lib. 6.

c In repe. ca. ita quorundam de iuda. d In glos. vlt. num. 10.

e In Enchiri. sine Man. de ora. & ho. ca. c. sine notab. 19. nu. 67.

f Cap. intelleximus. de iu. g In c. post confessionem de proba. post Deci. contra commun.

h Ca. rursus. & cap. quicquid que 11. qu. 3. i fin. in c. 1. de iud.

k Cap. sacris. de sepul. i Angel. verbo excom. vlt. §. 13.

m l. 1. tit. 5. li. 8. ord.

n §. item ha. de auct. ritu. 53. lib. 1. ordi. & tit. 46. lib. 5. ordi.

o In glos. con. cor. si. de excō. non vitand.

p Sup. eo. nu. 1.

q Cap. si celebra. de cler. excomm. 1. Cap. si celebrat.

s Ibidem.

t In 4. dist. 18. qu. 2.

v In 4. de cla. uib. qu. 3.

x In c. is cui. de sent. excō. lib. 6.

y Arg. c. duobus. de sent. excom. & di. cap. si celebr. & Mai. in 4. dist. 18. quas. 2. colum. 2. A dria. in 4. de clau. q. 3. col. 2.

z In c. 1. de sē. excom.

fuerit excommunicatus. Duodecimò, priuat facultate ducendi vxorem sine peccato mortali per supradicta de sacramentis: quamquam hic secundo continetur. Decimotertio, annullat rescripta obtenta à summo Pontifice, præterquam super articulo eiusdem excommunicationis, nisi, quòd de more sit, detur absolutio, ad effectum illorum consequendum, & non inforuerit per annum, vt diximus alibi, c vbi d posuimus tenorem regulæ Cancellaria de infordecentibus.

23 Decimoquarto, priuat alios facultate pro eo orandi publicè: & solenniter: quauis possint priuatè, vt diximus. Decimoquinto, repellit à iudicio, vt non possit esse actor, neque procurator actoris, neque rei: potest tamen esse reus ad se defendendum, f vt habet communis ibidem, & etiam constitui procurator, vt absolutus procurare possit. Decimosexto, facit, vt perseuerans in excommunicatione per vnum annū in causa criminali videatur confiteri crimen, h per qua malè intellecta glossa i cum aliis multis, tenuit, quod debet etiam priuari suis beneficiis: quod non est verum, vt copiosè scripsimus super illam. Decimosextimo, priuat sepultura loci sacri. k Decimo octauo, obligat manentem in ea per aliquod tempus ad soluendam, antequam absoluat, pœnam constitutam in aliquibus episcopatibus, l & constitutam etiam per leges sæculares Castella, m & per leges Lusitaniae aliam, postea quam captus fuerit. n Decimonono, quòd operatur & alia multa, quæ scribit Rebuffus o quædam tamen incautè.

De excommunicatione minore, & participatione cum excommunicato.

- 24 Excommunicatio minor solam participationem passiuam sacramentorum tollit, non missæ auditionem, & c. num. 25. sic incurritur: non æquatur mortali: tollitur à quouis presbytero. num. 26 non incurritur in his casibus. nu. 26. & 27.
27 Excommunicatus communicat cum vxore, filiis, & famulis: non est vitandus, donec denunciatur.
28 Excommunicato participale veniari, num. 29. nisi sex casibus, num. 30. 31. & 32.
28 Communio Christianorum triplex, quam non tollit principaliter excommunicatio.
33 Excommunicato specialiter non denunciato presente, quæ missa continuanda, & 2. seq.
35 Extrauagantis, ad euitanda, tenor.
36 Excommunicato ob iustum timorem participari potest sic, & non sic.
36 Excommunicato pro denunciato orari potest oratione priuata non publica, & c.
36 Excommunicatio lata à iudice in participantes cum excommunicato à se, sine ista monitione, nulla.

Extò pramitto circa hoc primò, quòd excommunicatio minor, vt dictum est, p solum separat à participatione passiuam sacramentorum: & ideo potest eligere, & vti omni iurisdictione, quamquam nõ potest eligi, q potest & ministrare sacramenta, si dando non recipiat: nam missans ad communicandum alios, & Episcopus missans ad dandum ordines non peccat, qua parte dant, sed quia sumunt: qui est verus intellectus rationis illius celebris, r quem pridem dedimus ibi secuti mentem Hostiensis s relicto Panormitano, quidquid dicant Maior, t Adrianus v contra illum textum, eius ratione non satis intellecta.

Secundò, quòd prædicta minor excommunicatio non facit, vt peccet audiendo missam, nec sumendo pacem, quæ in ea offertur secundum Dominicum & Francum contra Arehidiaconum x nec absoluedo ab excommunicatione maiore, vel minore, y nec absoluedo à peccatis: quia id est dare, & non recipere sacramentum, neque eadem ratione dando sacramentum infirmo sine missæ celebratione, quidquid dicant prædicti.

25 Tertio, quòd hæc excommunicatio quamquam ferri potest per sententiam iudicis: tamen communiter non fertur, nisi per ius in octo casibus, quos ponit Innocentius. z Quorum, quia solum vnum videmus in vsu, & quia dici solet in aliis non esse veram excommunicationem mino-

rem, ideo eos taceo. Casus autem vñtatus est, participatio cum excommunicato maiore excommunicatione, in casibus prohibitis. Dixi, Maiore: quia non incurritur ea ob participationem cum excommunicato minori: nam nõ trãsit in tertiam personam excommunicatio, iuxta glossã receptã.

Quarto, quòd post eam incursum nullum sacramentum potest recipere antequam absoluat ab ea: non quia æquetur peccato mortali, vt dixerunt Panormitanus & alij, b liquidem in multis excedit, & in multis exceditur ab illo, vt ibidem docemus.

Quinto, quòd quilibet sacerdos simplex, etiam si non sit parochus, sicut potest absoluedo à peccatis venialibus non habentem mortalia secundum Caietanum id constanter affirmantem, ita potest eundem absoluedo ab excommunicatione minori, vt efficaciter contra eundem probamus alibi. c

26 Sextò, quòd regulariter participans cum excommunicato maiori excommunicatione incurrit minorem. d Fallit tamen in multis contentis illo versu glossæ. e

Hec anathema quidem soluunt, ne possit obesse, Vitile, lex, humile, resignata, necesse.

Per, Vitile, excluditur, qui participat cū excommunicato ad vtilitatem eius animæ prædicãdo, vel admonẽdo, quòd animæ conuenit: quamuis interponat nonnulla alia verba, vt commodiùs persuadeat, f vel ad vtilitatem propriam temporalem præsertim sibi debitam, vt petendo ab eo debitum in iudicio, aut extra illud, g aut consilium spirituale pro se, aut pro aliis, & etiam temporale valde necessarium, quando non occurrit alius similis, à quo petatur.

27 Per Lex, vxor excommunicati, quam lex coniugij ad communicandum ei obligat. Per, Humile, filij, quos secum habet, serui, famuli vrbani, & rusticani, qui ante excommunicationem erant subiecti illi: & ideo tenentur inferuire, h nisi corū cõsilio, fauore, & auxilio perseueret in sua contumacia. i Dixi, Ante: quia, qui post excommunicationem scienter cœperunt viuere cum eo, non excusantur. Et quamquam iuxta glossam communiter receptam, k maritus, pater, dominus, & herus non possunt communicare vxori, filiis, mancipijs, & famulis excommunicatis: nobis tamen verius videtur oppositum, quòd sentit Adrianus, l quos rectiùs ait excludi per verbum, Vitile, quàm per verbum, Lex: per illud enim excluditur creditor, qui potest suum debitum petere à debitore excommunicato, & omnes istæ personæ subiectæ sunt debitores mariti, patris, domini, & heri, quatenus debent eis debitum coniugale, aut victus, aut stipendium. Per verbum, Reges ignorata, excipitur ignorans, m quando ignorãtia est facti secundum omnes, & etiam quando est iuris dubij per norata. n Nunc autem dicitur iusta ignorantia eius qui ignorat excommunicatum esse denunciatum. o Verum est tamen, quòd qui à fide dignis audiuit illum, vel illum denunciatum, debet euitare, p sed qui dubitat, non tenetur vitare, præsertim in præsentia aliorum: quia inferret illi iniuriam. q Per, Necesse, excipitur qui participat propter magnã necessitatem propriã, vel excommunicati: vt quia alter alterius elemosyna indiget, quàm ab aliis commodè habere non potest. r

28 Septimò, quòd participatio cum excommunicato maiori excommunicatione non est communiter plusquã venialis, etiam habita à non exceptis superius, secundum opinionem Hostiensis s & communem, t & S. Thomæ & aliorum, v quamuis dubitet Panorm. & x aliqui teneant oppositum.

29 Dixi, Communiter: quia fallit in sex participationibus. Prima est participatio in sacramentis, vel diuinis officiis. Secunda, nimis frequens. Tertia, in contemptum clauu. Quarta, contra speciale præceptum iudicis. Quinta, cū excommunicato à Papa cum participibus. Sexta, in peccato mortali: quarum ratio specialitatis est, quòd quilibet illarū est principaliter prohibita, vel coniuncta cum alia malitia mortali.

30 Prima enim est mortalis, quia cõmunio sacramentorum, & diuinorum officiorum est illi principaliter vetita. Secunda verò est mortalis: quia intelligitur de frequentia, quæ habet coniunctam malitiam mortalem animandi ad delinquendum. y

31 Tertia, quia habet coniunctam malitiam mortalem

a In c. exco. tiffimus. n. q. 3.

b In d. s. f. celebrat.

c In c. placuit de pe. disti. 6. num. 25.

d Cap. nuper c. cum voluntate in princ. & §. 1. de sen. excom.

e Ca. cum de sideras. de sen. excom.

f Ca. responso. & ca. cum voluntate de sent. excom.

g Cap. intelleximus. de iudic.

h Ca. quomodo multos. n. q. 3.

i Dico c. quoniam cap. inter alia. & c. si vero. de s. f. excom.

k d. c. quomodo. l In 4. de Clauib. q. 3. col. 1.

m d. c. quomodo.

n In c. ignorantia de reg. in lib. 6. & §. notandum. q. 4.

o Per extrauag. ad emendanda c. relatiu. fra. nu. 35.

p Arg. c. illud. de cler. excō. mi.

q Maior in 4. dist. 18. qu. 2. col. 8.

r d. c. quomodo. s In sum. de sen. excom. §. fi.

t Io. And. & aliorum in c. sacris. de iu. qua vi.

v In 4. dist. 18. x In d. c. sacris.

y Contrahy. conueniri. ff. de pact. da. in. & c. ex parte. de con. ut.





2 Contra ca. 13. ad Rom. c. soluta de ma. 27. b Ca. 23. nu. 42. c Capit. 2. de maior. d Num. 30. e In dist. nu. 30. f Ver. excōm. 1. cas. 43. §. 5. g Eod. verb. dubio 1. c. 2. excōmunic. p. cas. 41. h In c. super. num. 7. i Ibid. nu. 8. de sent. excō. k Ver. excōmunic. §. cas. 1. §. 37. c. 28. l Num. 112. m Num. 51. n In sum. de sent. excō. §. 2. quā si pena. verb. sed nunquid. iux. elem. gra. nu. adiuncta gloss. recept. de sen. excō. o In d. cap. nu. per. p In 4. dist. 18. q Eod. nu. 20. r In c. Rodul. p. de v. §. 3. par. 24. c. 2. s In c. 1. §. 1. a. boret. de dist. 6. v In r. de ex. com. non vi. sand. x Habito sub Leone. X. sess. 11. y In d. sum. de Gallianis. z De qua in. fra.

inobediētia, a quis autem dicatur contemneret, dictum est supra. b Quarta, quia est duplex inobediētia iuris, & iudicis, c quod limitatur infra. d Quinta, ea ratione qua quarta: qualem tamen excommunicationem solus Papa potest ferre, per dicenda infra. e Sexta, quia miscetur ei malitia moralis ipsius peccati.

32 Octauo, quod quidquid dicat Rosella, f & Siluester g & prius Ancharanus, h & Panormitanus, i & Ioannes Tabienna, k multum refert, an quis participet cum excōmunicato in delicto habente annexam excōmunicationem, antequam eam incurrat, vel post eam incursum: nā qui communicat ante incursum, vel cum incurritur, nō incurrit eā: communicans verō postea sic, modo concurrat ea, de quibus infra, l quorū verus intellectus est hic. Nō obstat, quod saepe consulens, mandans, iubens, & iuuans ad faciendum aliquid, cui est annexa excōmunicatio, excōmunicantur: quia non excōmunicantur ratione praedictae participatio- nis, sed quia lex non solum excōmunicat facientes, sed etiā consulentem, mandantem, & c. qualis est lex excōmunicans percutientem Cardinalem. Quod autem lex excōmunicans simpliciter facientem regulariter non comprehendat consulentem, nec mandantem, probatur infra. m

33 Nondū, quod excōmunicato ingrediente ecclesiam ad orandum debet exire qui sunt intra eam, aut rogatu, vel vi eū cogere egredi, alioqui cessare ab officiis diuinis, etiā missa coepit: si nondum inceptus est canon, id est, Te igitur, & c. nam si esset coepit, perficienda est ad finem vsque cū vno tantum ministro, sumendo etiam sacramentum secū- dum Hostiensem, n & Innocentium, o S. Thomā, & com- munem. p Non tamen exire tenentur, eo quod transcat ex- communicatus per Ecclesiam, aut non orando maneat in ea propter alia negotia, per dicta, q neque etiam eo quod fleat genua, & dicat aliquam orationem priuatim.

34 Decimo, quod textus, qui declarant, quando excōmunicatus occultus debet euitari occultē, & quādo non, procedunt secundum tempus antiquum, & non secundum hoc, in quo seruari debet extrauagans ad euitanda, relata malē à Felino, r & à S. Antonino, s & bene à nobis alibi t lata per Martinum V. & relata in statutis Ecclesiae Gallica- nae, v & iterū renouata à Concilio Lateranensi x & in cō- cordatis inter Leonem & Franciscum I. cuius tenor est hic.

35 Ad euitanda multa scandala, & multa pericula, & subueniē- dum conscientis timoratis, constituimus, vt nemo posthac teneatur abstinere, & separare se, neque euitare communicationem alicuius in administrando, aut recipiendo sacramenta, aut in aliis diuinis officiis, aut extra illa, racione alicuius sententiae, aut censura eccle- siastica, aut suspensionis, aut prohibitionis ab homine, aut à iure ge- neraliter promulgata: neque seruare interdictum Ecclesiasticum, si illa talis sententia, prohibitio, suspensio, aut censura non fuerit pro- mulgata, aut denunciata specialiter, & expresse à iudice contra cer- tam aliquam personam, collegium, vniuersitatem, Ecclesiam, aut locum certum, aut certam: neque manifestò constet incurrisse in sententiam excommunicationis, quod nullo modo potest occultari, aut per aliquod remediū iuris excusari: quia à communione huius, volumus quod se separent iuxta canonicas constitutiones. Per hoc tamen non intendimus releuare, neque iuuare sic excōmunicatos, suspensos, interdictos, aut prohibitos.

Nota primo, quod hęc extrauagans in verbo generaliter, significat eam nihil prodesse, quo ad excōmunicatū spe- cialiter: sed contra tener glossa y quam sequimur. Tum ob auctoritatem eius, Tum ob verbum, Specialiter, in secunda parte positum. Tum per adducta in d. §. labore. Tum quia vsus Urbis, & orbis habet, non vitare excōmunicatos spe- cialiter ob contumaciam non comparendi, vel non paren- di, antequam declarentur, & denuncientur.

Nota secundo, quod hęc extrauagans nihil prodest ex- communicato, & sic perinde tenetur nunc ac antea ad eui- tandum alios: quamuis sit occultus.

Nota tertio, quod hęc extrauagans nihil prodest quo ad excōmunicatos manifestos, qui nullo modo possunt oc- cultari. Quod consequi videtur peccare omnes catholicos Galliae, & Germaniae, qui Lutheranis manifestis, immo & palam consentibus se tales, communicant. Tum quia sunt manifesti excōmunicati propter heresim notoriam per bullam Cœnæ. z Tum quia non videtur prodesse dicere, quod finis restringendus est ad excōmunicatum ob per-

A cussionem clerici notoriē iniustam, vt habet tenor relatus à Felino, Antonino, & à nonnullis aliis, quia vel illa restri- ctio non fuit posita, vel postea fuit sublata in dicto Conci- lio Lateranensi & in dictis concordatis: sed quia durū est damnare gentem in qua sunt tot viri eruditissimi & Aca- demie celeberrimae praesertim Parisiensis, Tolosana, & Louaniensis, probabiliter dici potest praedictam extraua- gantem esse vsu receptam cum sola illa limitatione de ex- communicatione manifesta percussiois clerici iuxta te- norem antiquae: vel quod multitudo haereticorum, & ne- cessitas communicandi, & negotiandi facit licitum, quod aliās non esset. a

B 36 Undecimo: quod qui semel est excōmunicatus, & denunciatus semper vitari debet quouisque conslet de ab- solutione, b nisi persona sit eiusmodi, cui affirmanti se ab- solutam esse, probabiliter debeat credi, c & quod qui ti- more mortis alloquitur excōmunicatum non peccat, ne- que incurrit aliquam excōmunicationem, secundum In- nocentium, d & Maiorem e etiā si colloqueretur, & par- ticiparet in diuinis officiis, f modò non participet in pec- cato mortali, neque cum negatione saltem tacita fidei Catholicae, quae refutarer ex cōmunicatione in cōtemptum, & vilipendium excōmunicationis: quia oportet potius mori, quā sic communicare: cum magis teneatur defen- dere articulum fidei de auctoritate, & potestate Ecclesiae ferendi excōmunicationem, & illius valorem, quā vit- tam corporalem g & hoc modo limitandum est d. cap. fa- cta, h vt dixi, i & senserunt Maior, & Siluester. k

C Duodecimo, ad primum dubium hic propositum re- spōdeo, quod illud S. Thomae, l scilicet esse peccatū mor- tale orare pro excōmunicato, est intelligendum primo de oratione publica, quae nomine Ecclesiae fit, & non de pri- uata: quia ipsemet m tenet licitum esse orare pro excōmunicato, & pro quouis infideli oratione priuata. Secundo, quod vt dixi, n non procedit in excōmunicato nul- ter seu inualidē, neque in excōmunicato validē, sed ex iniusta cautia, neque in excōmunicato iuste, quem credimus verē pœnitere: modo non fiat expresse publicē pro illo, iuxta mentem Hostiensis. o Immo ibidem omnibus qui ante nos scripserunt addimus, posse quem dicere missam orando in ea, & applicando eius valorem, quibus Ecclesia mdat ap- plicari eo fine, vt illud suum opus orandi, & applicandi ad quem, & pro quo debet, accipiat Deus pro oratione priuata, vt aliquis infidelis, vel excōmunicatus conuertatur. Quoniā aliud est applicare preces missae, & eius valorem alicui, aliud applicare illud opus orandi, & applicandi, vt ibidem p copiosius declaratur.

D Ad secundum, quod pro excōmunicato non denunciato, nec notorio potest orari publicē per praedictam ex- trauagantem, quae post S. Thomam lata fuit, per quam nunc non negatur sepultura iis, qui excōmunicati moriantur: nisi sint denunciati.

E Ad tertium, quod incurrit minorem excōmunicatio- nem, qui, vt minister Ecclesiae, aut nomine eius orat pro ex- communicato denunciato: quia ex dictis S. Thomae, q col- ligitur, quod non solum est vitium orare cum excōmuni- cato, vt praedictū est, sed etiam orare pro eo oratione pu- blica Ecclesiae nomine facta.

F Ad quartum, de participantibus cum excōmunicato contra praecceptum iuris, & iudicis, dico, quod non solum peccant mortaliter, vt dictum est, r sed etiam incurrit ex- communicationem maiorem, nisi quum excōmunicans dar litteras contra participantes cum excōmunicatis à se, sine monitione, de qua supra, s quia excōmunicato sic lata est nulla, vt ibi dictum est.

Ad quintū, quod illud vulgatum superius positum, scili- cet peccare mortaliter qui cōmunicat cum excōmuni- cato in oratione, intelligendum est de oratione publica, quae fit nomine Ecclesiae, quales sunt missa, hora canonica, quas cantant, vel dicunt sui ministri nomine ipsius, qualis est cō- secratio Ecclesiae, altaris, & virginū, benedictio solennis episcopi, & aqua benedicta, & officia de functorum, & se- pulchra, non autem de oratione priuata, qualis est salutatio Angelica matutina, meridiana, & vespertina, qualis est be- nedictio simplex mensae, & alia similes, quae non sunt pro- hibita tempore interdicti, vt dicitur, t immo videtur quod

a Iuxta reg. quod non est licitum. de re. tur. b Per glo. ca. leb. ca. propo- sult. de cleri. excōm. mi. c Ang. verb. excōmunicatio. 8. §. 10. d In cap. si ve- re. de sent. ex- com. e In 4. dist. 18. qua. 4. col. 2. f Syl. ver. ex- cōmunicatio. 5. g Cap. presby- teros. 50. d. 2. ca. in no. 22. q. 5. h De his, qua- vi. i In ca. sent. de con. j. dist. k Vbi supra. l Quod li. 11. art. 9. m In 4. d. 18. q. 2. art. 1. q. 1. u In d. c. q. 2. a. dor. 1. ab. 9. n. 67. o Jeq. o In c. cum vo- luntate de fet. excōm. p Num. 70. q d. a. 9. c. in 4. d. 18. q. 2. a. 1. q. 1. r Sup. nu. 31. s Num. 4. t Infr. n. 177.



neque venialiter peccatur in aliquibus earum. Tum quia S. Thomas<sup>a</sup> ait orantem pro excommunicato participare cum illo oratione priuata, vel priuatum dicta. Tum quia S. Antoninus & omnes fatentur, quod licet dicere excommunicato, cum me salutat, aut mitto ad eum litteras, *Deus te conuertat*: quæ est magna oratio, & maior illa, *Deus nos conuertat*: quod tamen ei dicere possumus. Tum quia possumus alloqui excommunicatum super eis, quæ ad eius animam pertinent. <sup>b</sup> Tum quia licet legere cum excommunicato aliquam partem Euangelij, aut alicuius Psalmi: siquidem illud eius animæ conuenit, & consequenter dicere, *Miserere nobis: & leuauit oculos meos*, quæ sunt orationes. Tum quia possumus audire cum eo concionem, <sup>c</sup> in cuius initio omnes fratem cruce consignamus, dicentes *Per signum crucis, &c.* quæ est egregia oratio, & salutamus Virginem Matrem per *Aue Maria, &c.* quæ est oratio præcellens, in cuius fine omnes facimus preculas à concionatore iustas, dum absoluit, siue precatur dicens, *Miseretur vestri omnipotens Deus, &c.*

Ad sextum, quod actus extraiudiciales excommunicati etiam denunciati, & in illo agendo peccantis etiam mortaliter, regulariter valent, vt alterius non excommunicati. Tum quia excommunicatione nõ definit esse verus homo, imo, nec liber, nec perdit potestatem naturalem, & ita potest regulariter contrahere, vt quilibet alius, & facere omnia, quæ iure naturali gentium, & ciuili nituntur, <sup>d</sup> & consequenter testari, secundum communem, quam sequitur Francus, <sup>e</sup> quod præsertim procedit in actibus, quos lex humana non potest annullare, quales sunt sacramentales: nam baptisma, confirmatio, & ordo collata excommunicato, vel ab excommunicato, valent, secundum omnes, imo & matrimonium, <sup>f</sup> fallit autem regulariter in actibus pertinentibus ad potestatem, & iurisdictionem Ecclesiasticam humanam, per quam illi annullari possunt: quales sunt, ad beneficia præsentatio, electio, postulatio, confirmatio, institutio, collatio, prouisio, & nominatio. <sup>g</sup>

*De absolutione excommunicationis, & à quo ferri potest.*

- 37 Excommunicatio, & absolutio conueniunt in his, & differunt in his. 38.
- 38 Excommunicatio sine causa parum nocet, absolutio multum prodest: an falsa vtramque annihilat.
- 39 Excommunicatione à minore, & maiore lata à iure, vel ab homine hic absoluit. nu. 40 etiam sola tonsura initiatus: licet non soleat fieri cum magno interdum incommodo. nu. 41 & 2. & seq.
- 44 Absolutio excommunicationis à quo delegatur. nu. 45.
- 46 Absolutus ob impedimentum, vel à Papa cum onere presentandi se faciat hoc.
- 47 Excommunicationis absolutionem huiusmodi satisfactio præcedat. nu. 48.

**S**EPTIMO præmitto circa hoc primò quod absolutio, & excommunicatio conueniunt in multis. Tum quia neutra requirit certa verba pro forma substantiali, vt supra dictum est. <sup>h</sup> Tum quia neutra valet quidquam <sup>\*</sup> non seruata forma alià quàm iuris, cum qua data est potestas excommunicandi, vel absoluendi ei, qui antea non habebat. <sup>i</sup> Quare licet absolutio facta ab habente potestatem iure ordinario nõ seruata forma iuris valeat, etiam ante satisfactionem: nihil tamen valet facta à delegato non seruata forma absoluendi sibi data in delegatione. <sup>k</sup> Et ita absolutio facta extra mortis articulum ab eo, qui per bullas, vel alia priuilegia habet facultatem absoluendi in eo, non valet: neque facta ante satisfactionem ab eo, qui haberet facultatem absoluendi post eam. Dixi, *Aliam, quàm iuris*: quia, vt pridem respondimus, absolutio data virtute madata Papæ ad absoluendum secundum formam iuris valet, quamuis ea non seruetur, vt valeret facta sine illa ab ordinario auctoritate ordinaria: quia non fuit intentio Papæ inducere nouam formam per illa verba, sed admonere commissarium, id, quod secundum ius debet facere, quod in simili dixit Innocentius, <sup>l</sup> quem sequitur glossa singularis, & receptissima, quæ magna est. <sup>m</sup> Tū quia vt excommunicatio valet regulariter, quamuis sit iniusta, ita absolutio. <sup>n</sup>

<sup>\*</sup> Non seruata alia forma quàm iuris. Excommunicatio quam non præcedit canonica monitio fertur non seruata forma iuris, & illa excommunicatio nihil valet, vt dictum est supra num. 11. sic etiam absolutio excommunicationis vt rite & secundum canones confertur exigit, vt excommunicatus iuret se statutum mdatum Ecclesiæ, & facturum ea que iniungentur, & hæc est forma iuris qua absolutio conferenda est, vt valere possit.

38 Secundo, quod differunt in multis: quia excommunicatio iniusta ex causa nihil nocet quo ad forum conscientie, vt supra dictum est: absolutio verò iniusta prædest, nõ confessarius possit absolvere à suis peccatis absolutum iniuste ab excommunicatione, & absoluto iniuste profunt suffragia generalia Ecclesiæ, quæ non prodesse nullatenus absoluto, quæ noua, & firma declaratio est. Tum quia excommunicatio lata metu iusto valet, etiã quo ad forum conscientie, subsistente iusta causa ad excommunicandum, b absolutio verò minimè. <sup>c</sup> Tum quia excommunicatio lata ex falsa causa valet, & non absolutio, <sup>d</sup> quamuis Cardinalis <sup>e</sup> exæquat eas dicens neutram valere, si neutram esset daturus iudex, si sciret causam esse falsam: vtramque verò valere, si iudex haberet animum dandi vtramque, si sciret vtriusque causam esse falsam: & quamquam illi magis dubitant de valore absolutionis quàm excommunicationis: ego verò contra puto nõ esse dubium de valore absolutionis, etiam quantum ad forum conscientie: quia illa non excedit facultatem humanam, neque continet errorem intolerabilem: siquidem non pertinet nisi ad iustitiam partium, in eo, quod potest malè, aut benè: & adeo dubito de valore excommunicationis data ex falsa causa, vt putem non valere illam, quia videtur continere errorem intolerabilem, & excessum facultatis humanæ, eo quod vult excommunicare aliquem, siue peccauerit mortaliter, siue nõ, ex dictis supra, <sup>f</sup> per illud Panormitani, & Felini, <sup>g</sup> quod excommunicatio lata per iudicem cõtra citatũ non competentem ex iusto impedimento nihil valet: quia non intendit, vt debeat excommunicare, si iustum haberet impedimentum: & si intendit excommunicare, siue esset iuste impeditus, siue non, implicaret errorem intolerabilem, qui annullat excommunicationem. <sup>h</sup>

39 Tertio, quod excommunicatum minore excommunicatione potest absolvere quilibet sacerdos, qui potest absolvere à peccatis, <sup>i</sup> quamuis non sit eius parochus, si non habet nisi venialia, vt supra diximus. <sup>k</sup>

Quarto, quod excommunicatum maiori excommunicatione à iure non reseruata alteri, potest absolvere proprius prælatus, <sup>l</sup> per proprium prælatum intelligo Papam, episcopum, & capitulum sede vacante, & alium quemuis prælatum exemptum Ecclesiæ regularis, aut secularis, qui dicuntur habere iurisdictionem quasi episcopalem, secundum glossam receptam <sup>m</sup> & etiam quibus alius non exemptus habens iurisdictionem in foro exteriori, & etiam parochus, aut sacerdos simplex, qui potest absolvere à peccatis mortalibus: secundum Innocentium & Hostiensem <sup>n</sup> quæ est communis opinio S. Thomæ, & Bonaventuræ: & aliorum Theologorum, <sup>o</sup> & etiam Summistarum, quos late citat Siluester <sup>p</sup> quamuis oppositum teneat Panormitanus <sup>q</sup> per glossam singularem <sup>r</sup> quæ non dicit, quod ille: iuxta quam communem pridè consuluimus, limitando illam nouè, vt procedat solum quantum ad forum conscientie, & altera quantum ad forum exterius: limitando item illam cum S. Thoma, ita quod prædictus sacerdos simplex non potest hoc facere sua auctoritate, sed vt commissarius deputatus à Papa, <sup>s</sup> qui pro hoc est quasi expressus: & quod prælatus proprius potest absolvere ab excommunicatione incurta iure extra suum episcopatum, & parochiam, secundum Federicũ <sup>t</sup> communiter receptum. Dixi, *Nõ reseruata*: quia is cui reseruatur debet eam dare secundum omnes.

40 Quintò, quod excommunicatum ab homine ipse solus potest absolvere, aut eius successor, superior, aut delegatus, <sup>v</sup> nisi quod delegatus Papæ, qui potest excommunicare intra vnum annum post sententiam diffinitiuam, eo transacto non potest absolvere, <sup>x</sup> quod est singulare secundum Panormitanum ibidem, qui cum communi idem dicit de quolibet alio delegato habente facultatem exequendi suam sententiam. Et nisi sit incendiarius excommunicatus ab episcopo, qui non potest absolui ab eo post denunciationem, <sup>y</sup> quod est singulare secundum Cardinalem. <sup>z</sup>

<sup>a</sup> In d. art.

<sup>b</sup> Ca. cum voluntate. de iur. excom.

<sup>c</sup> Ca. responsio. de sent. excom.

<sup>d</sup> Arg. e. ius naturale. & c. ius gentium. 1. dist. 1. l. 1. §. ius naturale. l. 1. §. l. ex hoc iure ff. de iur. & iur. & in rubr. de testam. cont. glo. inc. de renumus. de se. excom. lib. 6. §. Cap. signifi. cauit. de eo qui dux. in mari.

<sup>e</sup> Ca. si celebra. & c. post. de clerico. excom. mini.

<sup>h</sup> Num. 9. & 1.

<sup>i</sup> Cap. Pisanis. de rest. se. pol. & ea quæ ibi Ant. not. 7. & De ci. post. alios in l. transact. not. 1. Co. de transact. tra. k Arg. gl. sub tit. & sing. cle. 1. de iur. par. verb. in hibemus. & eorum que ad eius declarationem refert Fel. in c. ex parte. col. 4. de const. l. In e. fin. de præsump. m Clu. 1. de of. f. deleg. n Cap. venerabilibus. vbi de sen. excom. l. 6. qui est in hoc singulari.

<sup>a</sup> Num. 3.

<sup>b</sup> Glo. sing. in cap. 1. de his qui vi. secundum Panorm. in ca. Abbas. eo. 1. col. 4. & Rauen. ibi dem. & alios. c Per textũ sing. d. cap. 1. d lux. gl. cap. ex par. de of. ordin. & inc. quod super ius de fid. in. c In c. ab excommunicato. de rest. ind. c. ex parte & d. cap. quod si per ius. co. 5. f. Eo. ca. n. 4. g In cap. 2. de rest. cog. scilicet.

<sup>h</sup> c. per tuum de sent. exco. c. venerabilibus. §. ff. eo. s. li. 6.

<sup>i</sup> Cap. nuper. de sent. exco. k In c. 4. m. 11. & c. placuit. de pre. dist. 6. num. 25. & seq.

<sup>l</sup> d. c. nuper. m clem. 1. de reb. eccle. non alien.

<sup>n</sup> d. c. nuper.

<sup>o</sup> In 4. dist. p Ver. excom. m. 1. not. 2. q In d. c. nuper. r c. si episcopus. de pan. & rem. li. 6.

<sup>s</sup> d. c. nuper. §. ff.

<sup>t</sup> Conf. 16. & Pan. c. graue. col. 3. de pra. v Ca. pastora. lis. §. pratoreca. de of. de.

<sup>x</sup> Ca. quart. de off. del. y Ca. tua de

sent. excom. z ibidem.



a Ca. audiuimus. 24 q. 1. b Ca. duobus. de sens. excō.

c In c. ex frequentibus. de institut.

d Ver. absolutio 1. nof. 4.

e In 4. di. 18. f 3. p. tit. 24. ca. 77. g Ver. absolutio ab excom.

h c. propositi. de cle. excomm. minis.

i In c. graue. de prabendis. col. 4. k In c. pastoralis. §. prate rea. de of. or. l In d. c. graue.

m In c. ex frequentibus. de institutio. n In f. c. graue. o In c. fin. de of. ord. p §. fin. de of. deleg.

q Per c. super questionum. §. quem ver. & seq. & ea qua notat ibi Felix nu. 4. & 10. de off. deleg.

r Capi. eos. de sen. excom. li. 6.

s In sum. ver. excom. c. 69.

Et nisi excommunicans is sit, qui post excommunicetur excommunicatione maiori, & denunciatur, a quamquam potest si solum excommunicatur minore, b & nisi excommunicatio sit pronunciata ab inferiori, & confirmata à Papa ex certa scientia: nam ab ea non potest absolueri, qui eam tulit, secundum Ioannem Andream receptum. c

41 Sextò, quòd si qui excommunicauit non est sacerdos, non potest absolueri in foro conscientiarum: quamquam potest in exteriori, secundum aliquos, quos Siluester sequutus est, d quòd restringendum est ad absolutionem coniunctam cum peccatorum absolutione: nam ab excommunicatione sola potest absolueri etiam quo ad conscientiarum forum: etiã sola prima tonsura initiatus, vt affirmat S. Thomas e receptus à S. Antonino f & Ioanne Tabienna g & quamuis nemo illud affirmaret, affirmandum tamẽ esset ob multa, quã in id adduci possent, commodius tamen videtur committere presbytero secundum Maiorem receptum, contra quẽ facit, quòd multi omittunt querere absolutionem à suis parochis putantes illas commissiões iudicium esse absolutiones: & quòd pauci sunt, qui possunt probare suam absolutionem factam per hanc commissiõem à parochis: quia ille absoluit secreto sine notario & testibus. Per quã pntamus vt ilius fore, vt iudex si ei vacaret, absolueret, & daret litteras absolutorias: & cum de more committit, excommunicatus debet dare operam, vt corã notario, & testibus absoluat à parochis, quòd cum oportuerit, possit probare absolutionem: quia semel excommunicatus, semper presumitur talis iuxta glossam solennem h quamquam aliquãdo ausi fuimus affirmare, quòd qui ostenderet commissiõem, vt absolueretur, & diceret se absolutum à suo parochis, ptesumeretur absolutus cum solo testimonio parochi, & etiam sine eo, saltem si esset vir timens Deum, & ingrediebatur, & admittebatur ad diuina officia, habita ratione consuetudinis recepta: absoluedi, absque notario & testibus, quòd etiã verum videtur: quòdque facit ad intelligentiam clausulã cuiusdam nouã magni momenti addita à S. D. N. Gregorio XIII. in Bulla Iobezzi dati anno 1572. sub finem ibi. Declaramus.

44 Septimo, quòd executor mandati Papã, quo iubetur excommunicare certum hominem sine cognitione causã, non potest absolueri, postquam excommunicauit. Et quòd qui potest absolueri ab excommunicatione lata à iure, potest absolueri ab excommunicatione generaliter lata ab homine, iuxta decisionem singularem Ioannis de Imola, i relatam per Felinum. k dicentem numquam se in alio legisse: quamquam idem ante Ioannem Imolam dixerunt Ioannes Andreas & Cardinalis l & resumpserunt, m per illum textum, quòd defendimus nos alibi. n

45 Octauò, quòd qui possunt absolueri ab excommunicatione virtute iurisdictionis delegatã à Principe, aut cõcessã in priuilegium perpetuum ratione dignitatis, aut officij, aut virtute alterius ordinariã potestatis, possunt committere aliis iuxta glossam receptam, o quã conciliat illud cum cap. fin. p dicẽs, illud procedere in illis, quibus solum simplex ministerium absolutionis, sine alia iurisdictione conceditur. Et omnibus addimus, quòd simplex ministerium absoluedi potest delegari etiam à delegato ordinarij, & à subdelegato delegati Papã, quamuis non possunt delegare suas iurisdictiones, ratione quarum id eis competit, neque etiam aliquem articulum iurisdictionalem, q quòd quotidianum est.

46 Nonò, quòd excommunicati à iure, vel homine, qui ob grauem morbum, aut ob aliud iustum impedimentum faciunt se absolueri ab eo, qui sine illo non poterat, debet se presentare cessante impedimento, quã citò commodè possunt, ei qui eos iure poterat absolueri: alioquin recidunt in eandem excommunicationem. r Idem de iis, quibus absoluent legati Sedis Apostolicã cum onere presentandi se suis ordinariis, aut aliis quibuslibet ad suscipiendam penitentiam, aut satisfaciendum ei, quem iniuria affecerunt: sed non tenentur regulariter se presentare personaliter, sed satis est mittere procuratores ad id idoneos secundum Caletanum, s qui ait absolutum esse iudicem, quo ad forum conscientiarum, ad determinandum tempus, intra quòd commodè potuit se presentare.

47 Decimò, quòd omnia iura, quã iubent satisfacere an-

te absolutionem in articulo mortis, intelligenda sunt, si excommunicatus potest satisfacere: & si non potest, satis est, quòd det cautionem, a quamuis Imola teneat oppositum. b

48 Nostro vero iudicio cautio debet esse sufficiens, id est cum pignore, vel fideiussore, si eam potest dare, sin minus det eam, quam potest, saltem iuratoriã, per easdem rationes Cardinalis c & Felini, d siquidem ad impossibile nemo tenetur. e Quin & putamus eum, qui potest satisfacere ante mortem, sed non commodè, id est, non nisi notabiliter vilius vendendo bona sua, si potest differri absque magno damno alieno, non teneri ad aliud, quã ad dandam cautionem sufficientem, quòd satisfaciet primo quoque tempore, per d. cta. f Adde quòd Sotus, g tenet non sufficere inopiam ad hoc, vt delegatus prauia satisfactione absoluat.

De excommunicationibus à iure latis, & primum de reseruatibus Papã per Bullam Cœna, & alia iura.

- 49 Excommunicationes iuris antiqui pauca, noui multe, nouissimi quamplurima. nu. 50.
- 51 Excommunicatio vt interpretanda: & lata in facientem non includit regulariter consentientem.
- 51 Constitutum quis dicitur dare, & quòd nocet danti.
- 52 Bulla Cœna Domini quã, & iterata non multiplicat censuras, & seq.
- 54 Gregorius XIII. feliciter cepit, feliciter prosequitur, felicissime perfecturus.
- 55 Excommunicatio prima bulla Cœna in hereticos. num. 56. Secunda, in schismaticos. num. 57. Tertia in appellantes ad futurum Concilium num. 58. Quarta in Piratas. num. 59. Quinta in accipientes naufragorum bona. nu. 60. Sexta in imponentes noua pedagia. num. 61. Septima, in falsarios. num. 62. Octaua, in deserentes arma Turcis. nu. 63. Nona, in impediẽtes necessaria Romam adducentes. num. 64. Decima, in male tractantes Romipetas. nu. 65. Undecima, in vsurpantes sibi iurisdictionem in Vrbe. num. 66. Duodecima, in iniurios Cardinalibus. num. 67. Decimatertia, in impediẽtes cursum causarum Curie, & c. nu. 68. & seq. Decima septima, in vsurpantes fructus, & c. num. 71. Decimanona, in laicos cognoscentes de criminibus clericorum. num. 72. Vigesima, in occupantes bona Sedis Apostolicã. num. 73. Decima septima, in male absoluentes à censuris bulla: quã tamen non est reseruata. 74.
- 55 Hereticis credentes, fautores, & receptatores, qui. nu. 56.
- 57 Schisma quid, quòd differt ab heresi, & excommunicatur in bulla Cœna.
- 57 Appellans ad futurum Concilium excommunicatus bulla Cœna.
- 59 Pirata qui excommunicati bulla Cœna.
- 60 Naufragorum bona accipientes excommunicati, etiam ante monitionem restituendi. nu. 118.
- 61 Augmentum, & auctum exaquantur.
- 61 Pedagia noua quis potest imponere, vel augere.
- 62 Littera Apostolica an dicatur signatura: & aliud falsare, aliud falsis vti.
- 63 Arma bellica quã, & sunt offensiuã, & defensiuã.
- 65 Roma, & Sedes Apostolica, vel eius Curia diuersa.
- 67 Iudex secularis eiciens Episcopum à suo episcopatu, & c. excommunicatus.
- 68 Impediẽs cursum causarum Curie, vt excommunicatus.
- 73 Ecclesia Romana iura, & bona nulla taciturnitate, vel patientia perdi.
- 74 Absolutio bulla Papã reseruata non continetur etiam in sua generali.
- 74 Priuilegium remuneratorium per contractum iusta de causa tollitur.
- 74 Absolutio male absoluentis à censura bulla, cur nõ reseruata.

49 **P** R A E M I T T O primò, quòd glossa h Maccolligit 50. excommunicationes latas vt facta per solas Clementinas, & alia prius i triginta duas latas per solos textus Sexti, & prius cõgesit Hostiensis k triginta tres, quas solas induxerunt omnia iura Decreti, & Decretalium

a Iuxta gl. qui est pen. cle. 1. §. verum de har. & Car. ibidem. q. 4. & Felini in ca. pastoralis. §. prate rea. col. 3. de offi. ord. & in ca. cum contingit. de offi. deleg. col. 1. b Super d. gl. c in d. cle. d In §. prate rea. e l. impossibilium ff. de re. iur. f Ca. 17. m. 56. & 57. g In 4. li. sen. dist. 22. q. 2. a. 3. concl. 2.

h Clem. 1. de sen. excom. i In c. eos. de sen. excom. li. 6. k In sum. de sen. excom. §. 3. in princ.



Ca. 1. de h. m. d.

ad eius usque tempora, cum vna. Ex quo facile intelligas, quam parci fuerint anti qui Patres in excommunicando, & quam largi recentiores: quum ad annum usque 1398. quo promulgatus est Sextus, vix inuenirentur triginta tres casus, qui in pauciores quam in 26. redigi possunt.

50 Et per solum Sextum inducti fuerunt 32. & per solas Ciem. 50. Postea, per bullas Cœnæ, per extrauagantes impressas, & non impressas, per constitutiones synodales, & prouinciales, per visitationes, & reseruaciones secularium, & religiosorum, pene innumera. Quarum multitudinis diminutio desiderata fuit à nobis olim cum primùm Manuale Confessâ. Hispano sermone composuimus, imo & cum illud latinum Romæ fecimus. Nunc autem postquam Bullarium quam plurimarum extrauagantium antiquarum, Max. Pontificum prodiit impressum, videtur valde utilis, imo & necessaria limitatio earum aliqua, saltem quoad forum conscientiarum. Salua S. D. N. definitione.

Secundò præmitto, quòd quia alij alium ordinem seruauerunt in calibus recensendis, nos sequemur eum, quem Angelus à Caluasio seruauit, b cui ex bona parte consonat Siluester qui primo ponit reseruatas Papæ, secundo, reseruatas episcopo, tertio, nulli. Et vt facilius quis quam velit inueniat, imprimis ponentur antiquiores, præterquâ quod inter reseruatas Papæ per bullam Cœnæ erunt primæ, quia magis reseruata.

51 Tertio præmitto, quòd ad iudicandum, an quis sit excommunicatus necne, à iure, vel ab homine, debent perpendi diligenter verba, quibus ius, vel iudex vritur, & personæ contra quas, & opera, ob quæ excommunicat: non enim ultra illa extenditur. Vnde lex excommunicans facientem aliquid, non comprehendit regulariter solum cõsentientem: etiam mandando, consulendo, fauendo, vel auxiliando, antequam fiat nisi ex eius tenore, vel aliarum legum id expresse, aut tacitè colligatur, quod firmiter asseuerat Caietanus c & Siluester sibi contrarius d & Ioannes Tabenna, e quod & nos hic in Manuali Hispano tenuimus, & nunc tenemus: Tum quia secundum omnes excommunicatio non debet extendi de vno casu ad alium, f eo quòd pœnæ sunt restringenda, g & prædicti non sunt propriè, & verè faciendæ, nam mandatum, & consilium præcedunt factû, & nihil præcedere potest id, quod verè ipsum est & frequenter hæc præcedunt mensè, & anno factû: imo & plerumque post vitam dantis ea fiunt, & interdum est impossibile, quod per factum accipientis ea, excommunicentur dantes illa, qui mortui ante, & forte martyres in cælo iam sunt beati. Tum quia participans cum excommunicato ante commissum crimen, habens annexam excommunicationem, vel quum committitur, non incurrit eam, h & constat omnes prædictos communicare in crimine, ante crimen commissum. Tum quia cap. quod in dubio, i

habet participantem cum excommunicato esse excommunicandum, & non excommunicatum: quod Ioannes reclusus à glossa intellexit etiam de participante in crimine, qui licet merito carpatur ibi à Panormitano, & communi, quo ad participantem in crimine commissum, non tamen quo ad participantem ante illud commissum: qualiter participant ij, de quibus loquimur. Tum quia cap. felicitas, k & alia multa, expriment consulentes, mandantes, &c. quum intendunt eos includere. Tum quia cap. quicumque, l probat excommunicationem latam contra dantem licentiam malefaciendi, non extendi ad vrentem illa, nisi expresse id exprimat, & cle. 1. m excommunicans contrahentes, non comprehendit consulentes, mandantes, nec aliter consentientes, neque lata n in sepelietes excommunicatum, comprehendit consulentes, & iuuantes, & prosequentes funus ad sepulturam, qui suis manibus non inferunt eum illi, secundum glossam ab omnibus ibi receptam. Tum quia Bartolus o communiter receptus secundum Iasonem p ex professo tenet, eum qui per alium facit, non verè, sed fictè videri id facere: nisi quando illud aliud est instrumentum motum ab eo necessariò faciendū, quale est baculus, vel gladius: inferens ex eo mandantem non verè, sed fictè facere id, quod mandatarius facit, præsertim quum mandatarius non obligetur ad id etiam post susceptum mandatum, vt contingit in materia delictorum, de qua loquimur. Tum quia cap. mulieres. q non habet id quod Panormitanus, &

aliquot alij imponunt ei, scilicet, quòd mandans percuti clericum verè percutiat illum: sed quod verè committat, cui supplendum est, in legem, id est verè delinquat: quia mandare illud, est verè delictum, vt respondit Bartholus, a quem sequuntur b Romanus & Iason: & ita nulla ratione defendi potest, quòd verè & propriè sint idem mandare, vt aliquid fiat, & factum virtute mādatis: quamuis frequentissimè fictè reputentur idem, sicut hæres, & defunctus, pater, & filius, Episcopus, & Vicarius, &c. Nec consequenter Iason c iuste recedit à Bartholo, cui dixit communem ad stipulari. Dixi, Nisi eius tenore expresse, &c. ob d. l. si quis id quod, d & alia, quæ pœnam impostam facienti expresse extendunt ad mandantem, significando tacitè alioqui non extensum iri: non quidem quòd mandare sit facere, sed quia legislatori placuit vtrumque ad pœnam ibi positam exquirere. Dixi, vel ex tenore aliarum: vt ex aliis iuribus, & consuetudine Ecclesiæ, cap. si quis suadente, e loquens de iniiciende manus in clericum, extenditur ad mandantem, consulentem, & iuuantem. f Dixi, Tacitè, propter cap. significauit, g quod habet mittentem arma Sarracenis, ita esse excommunicatum, ac deferentem, per canonem latum contra facientem: non quidem quòd idem sit deferre per se, & mittere per alium, sed quia lex pœnalis extenditur de vno casu ad alium, quando alioqui esset frustratoria, vel quali: cap. si ciuitas, h quod habet interdictum ciuitatis extendi ad suburbia, ne fiat frustratorium, & glossa i quæ cap. illud loquens de testamento, extendit ad codicillum, ne sit frustratorium. Quibus addendum, quòd canon se extendens ad consulentem, non comprehendit ita simpliciter cõsulentem consilio adeo simplici, quòd sine illo tam certo, & iniquo animo fuisset admissum delictum, ac cum illo. k Idem eadem ratione est dicendum de mandato, iussu, & fauore, sine quibus perinde omnino peccatum admissum fuisset, ac cum illo per dicta supra. l

Adde, quòd refert, an disponens loquatur principaliter de faciente, & secundariò de mandante, consulente, aut principaliter de omnibus: quia priori casu non incurrit excommunicationem consulens, aut mandans, antequam fiat opus: vnde mandans cuiuspiam etiam centies percutere clericum, non excommunicatur, donec percussio sequatur, & numquam si ea numquam sequatur. m In posteriore verò sit: nam qui mandat interficere aliquem per alios, statim quamuis non sequatur mors, est excommunicatus, n quia equè principaliter excommunicat mandantem, ac occidentem: & religiosus qui concionatur animo retrahendi auditores à solutione decimarum est excommunicatus: quamuis auditores non retrahantur. o

52 Consulere autem dicitur quicumque monet, persuadet, aut precatur, vt illud faciat, secundum Bartholum: Pimum & qui instruit, aut proponit vtilitatem inde sequituram. q

Quarto notandum, quod bulla, quæ nostra ætate appellatur Cœnæ Domini, est bulla continens processum Papæ, quo die Iouis Sancta excommunicat varium genus peccantium: dicta sic, eo quod illa dies appellatur Cœnæ Domini propter Cœnam illam ter maximam Domini nostri, quam vltimam fecit Hierosolymis cum discipulis suis, de cuius antiquissima origine, & vario tenore, quem variis temporibus sub variis Pontificibus Max. usque ad S. D. N. Gregoriū XIII. habuit, nihil gratia breuiter scribimus, & id solum, quod antea, subiicimus scilicet, quòd glossa solennis r & eius auctor Ioannes Andreas s dicunt ter in anno solere Papam facere processus generales contra certos delinquentes, scilicet die Iouis Sancta, Ascensionis, & Dedicationis S. Petri, & Pauli. Cardinalis ramen, t dixit, quod suo tempore solum faciebat prædicta die Iouis Sancta, quam S. Antoninus v exposuit secundum tenorem bullæ Martini V. cui multa addiderunt, & detraherunt posteriores Papæ, usque ad Iulium III.

54 Secundum cuius bullæ tenorem nos in Manuali Hispano eã declarauimus. At quia successores eius, & etiam S. D. N. Gregorius XIII. nonnulla mutarunt eam secundum tenorem bullæ ipsius, ne audiente promulgata, primo sui pontificatus anno exposui in editione prima huius Manualis latinitate donati: nunc autem declarabo eam secundum tenorem, sub quo eam tulit hoc anno eiusdem sui

b Per. excom. 1. 6. 7.

c In sum. ver bo excom. ca. 47. notab. 3. d In verb. ex com. 10. dubio 4. e Per. excom. 1. ca. 49. Bonif. cum cõi in cl. 1. de consang. f Secundum gl. recep. in cl. 1. de sepul. g In cl. 1. de consang. h Per. ff. de panis. & ca. pœna. depæn. diff. 1. i Per resolu tionem supr. nu. 32. postea. i De san. ex. com.

k De po. li. o. & de. si quis suadente. eo. iis. & multa c. bulla. Cœnæ. & si quis id quid. ff. de iur. om. iud. l De sent. ex. com. li. 6. m De consã. n Per cle. 1. de sepul. o In l. si h. qui pro emptore. ff. de iur. & i. nu. 56. & me lius in l. sed si vnus. §. 1. ff. de iur. p in di. l. si is qui colit. 74. q De sen. ex.

a In d. 3. 2. b Vbi supra.

c Vbi supra. d Et prædicta cap. felicitas. & si quis suadente. & mādatis bulla. Cœnæ.

e 17. q. 4.

f d. c. mulieres. & c. quæ. 1. de sen. ex. com. & c. si quis suadente. de homic. g De iuda. h De sen. ex. com. i Cap. 1. de v. sur. li. o.

k Per c. sub. c. illud. de poen. lib. 6. in c. gl. celebri. verb. simplici. cuius similitudo. gl. magna. de cle. si quis suadente. l c. 17. d. m. 17.

m Arg. nota. torum in d. mulieres. de sen. excom. n Ca. 1. de h. mul. li. o.

o Cle. cupim. res. §. 1. depæn.

p In l. sum. solum. §. si man. dato. ff. de iur. in.

q Secundum. Inu. receptam. c. ad audientiam. de h. m. d.

r Cle. 1. de. in. verb. solenni. ter.

s In c. quid. v. lim. de iuda. & in d. c. quid. olim. quæ. in. de Anas. ibi. & nos sequimur in ca. in. quorundam. nos. o. n. 7. de iuda. v. 3. pa. tit. 24. ca. 72.





tificatus vndecimo \* clausularum eius ordinem sequitur. Precatus tamen humillimè prius Deum Opt. Max. vt Sanctitatem suam summam & vnicum Ecclesie sue Vicarium donet summo illo perseverantia dono, quo omnia heroica, summaque auctoritate, sapientia, ac recondita eruditione, & cana prudentia dignissima, qua feliciter cepit, & feliciter proficitur, felicissimè perficiat. Amen.

\* Clausularum eius ordinem sequitur. Quia item Gregorij XIII. felic. record. successor Sixtus V. nonnulla in bulla eiusdem Gregorij mutavit, & nonnulla addidit nos subiciemus ea, in quibus varia deprehensa est, & si forte antequàm finis huic operi imponatur, quàm vel Gregorius XIII. vel S. D. N. Clemens VIII. ediderunt ex Vrbe accipere poterimus, eam in hinc huius operis in gratiam confessorum, quorum interest maxime explorare huius bullæ habere cognitionem Deo favente edendam curabimus.

Quintò, quòd annua bullæ iteratio non multiplicat censuras per eam latas, & quòd excommunicationes per alia iura latæ, & in prædicta bulla repetita sunt in effectu eadem, præter quàm quòd bulla hæc addit reservationem absolutionis Sedi Apostol. Prima excommunicatio bullæ Cœna: fertur per primam clausulam eius in hæc verba.

55 Excommunicamus & anathematizamus ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti, auctoritate quoque beatorum Apostolorum Petri & Pauli ac nostra, quoscumque Hussitas, Vaicelitas, Lutheranos, Zuingianos, Calvinistas, Hugonotos, Anabaptistas, Trinitarios, ac omnes, & singulos alios hæreticos quocumque nomine nuncupentur, & cuiuscumque Sectæ existant, ac eorum credentes, ipsorumque receptatores, & fautores, & generaliter quoslibet illorum defensores, ac eorundem libros hæresim continentes, vel de religione tractantes, sine auctoritate nostra, & sedis Apost. scienter legentes aut tenentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes, ex quavis causa publicè, vel occultè quovis ingenio, vel colore, nec non schismaticos, & eos, qui se à nostra, & Rom. Pont. pro tempore existentis obedientia, pertinaciter subtrahunt, vel recedunt.

Declaratio prima, quòd quid sit hæresis, & quid hæreticus definitur supra, & quòd excommunicatio in hæreticos videtur omnium antiquissima, sed non erat reservata ante bullam.

Secunda, quòd hæc excommunicatio non comprehendit magos, qui aliàs non sunt hæretici, quos tamen comprehendebat bulla Pij V. quod est valdè notandum.

Tertia, quòd verbum, Credentes, omissum in bulla Pij V. fuit expressum in hac potius ob declarationem, quàm ob necessitatem: nam etiam eo non expresso fuissent inclusi, quippe qui verè sunt hæretici, eo quòd, quamvis non credant explicitè hæreses: credunt tamen implicitè, credendo pertinaciter esse verum, quod alius hæreticus credit, nescientes quid credat in specie iuxta Paludanum.

Quarta, quòd fautores, receptatores, & defensores solùm dicuntur ad effectum incurrendi hanc censuram, qui hæc faciunt eis eo respectu, quo sunt hæretici vt rectè notat Caietanus. Tum quia tenetur quis hæretico extremè egenti subuenire. Tum quia potest quis, licet non teneatur, eidem etiam non extremè egenti subuenire, quatenus est homo \* argum. ca. duo ista nomina, k ibi. Quia peccator est, corripere, quia homo miserere: & ibi, Nulli homini claudèda est misericordia: sicut nulli peccatorum impunitas relaxanda est. Tum quia alioqui omnes ferè Catholici etiam religiosi, Germaniæ, Angliæ, Scotiæ, & bonæ partis Galliarum, inciderent in has censuras: quippe qui habent commercium cum hæreticis, quatenus sunt homines, quod sine aliquo favore, vel auxilio eis præstando haberi nequit. Tum quia nullo canone contrarium probatur: licet multis probari possit eum præsumi favere hæretico, qui sciens eum esse talem, faver ei sine aliqua circumstantia, qua excusare posset eum, etiã in foro exteriori à tali præsumptione: quales multæ occurrere possunt fundatè in timore, necessitate, cognatione, vel utilitate, in pace, militia, & bellis, in quibus videmus, & legimus Carolum V. & Philippum II. omnium Regum, quos sua ætate terra coluit, & colit Catholicissimos fuisse donis, ducibus, & militibus Lutheranis Maiestati suæ militantibus. Quo ad forum autem interius, in quo sola veritas inspicitur, & facile est discernere favorem datam alicui eo respectu quo malus, & hæreticus est, à dato eidem, eo

quòd proximus, & à Christo redemptus est.

\* Argum. cap. duo ista nomina. Cap. duo ista nomina est valde celebre, cuius aliquam partem habet Augustinus hom. 6. lib. 50. hom. scribens. Homo enim & peccator duo nomina sunt. In ipsis duobus nominibus quæ re quid fecerit Deus, quare quid iusserit diabolus. Homo à Deo factum est, peccatum iudicente diabolo ab homine factum est. Quis horum duorum te persequitur? Si enim tu benè vis, nò te persequitur, nisi qui malus est, nò ergo homo, sed peccator te insequitur. Rogavi pro homine vt extinguat Deus peccatorum, & in sem. 94. cap. de tempore paulo aliter habet, & in 109. cap. 7. paulo aliter, sed hæc ipsa verba cum integro toto cap. sunt apud Bedam ca. 6. in comment. ad Galatas.

56 Quinta, quòd Caietanus b oblitus fuit ponere id, quod in 2. 2. c & in summa d tenuit, & alij aliis locis, quod adducimus in cap. cogitationis pœnam nemo meretur: scilicet, hæreticos mentales tantum non incurere hanc censuram, neque aliam à iure humano latam: quales tamen non sunt ij, qui hæresim promiserunt verbo, scripto, vel nutu, & signo verbis æquipollenti, licet nemine id vidente, vel audiente promiserint: quia sufficit sua natura esse probabile, licet contingat probari non posse ad hoc, vt includatur sub potestate, & iurisdictione humana, & pœnis eius, quòd multis confirmari alibi.

Sexta, quòd in foro interiori non sufficit hæresis exterior sine mentali, quod superius contra eum & alios diximus.

Septima, quòd qui habet, vel legit libros Catholicorum referentium dicta hæreticorum etiam desumpta ad verbum ex libris eorum, non incurrit hanc excommunicationem: quia non sunt libri hæreticorum, etiam si principi aliter legeret illos ad sciendum dicta, & rationes eorum: sicut non incideret audiendo eadem relata verbo per alium. Neque eadem ratione, qui legit libros Catholicorum elucidatos per annotationes hæreticorum: licet iste incidere possit in censuram iudicis librorum Pij III. Secunda excommunicatio profertur vna cum prima contra schismaticos in hæc verba.

\* Licet iste incidere. Hæc bulla Pij III. habetur initio indicis librorum prohibitorum, & incipit Dominica. in qua in eos qui libros prohibitos legerint excommunicatio fertur in hæc verba Si quis autem adversus eas regulas, prohibitionemque fecerit, is quidem qui hæreticorum libros, vel cuiuslibet auctoris scripta propter hæresim, vel falsi dogmatis suspensionem damnata atque prohibita legerit, habueritve, ipso iure in excommunicationis pœnam incidat, eamque ob causam in eum tamquam de hæresi suspectum inquiri, & procedi liceat, præter, alias pœnas super hoc ab Apostolica sede, sacrisque canonibus constitutas.

Nec non schismaticos, & eos, qui in animarum suarum periculum se à nostra, & Rom. Pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahere, seu quomodolibet recedere presumunt.

Hæc postrema verba sic in Sixti Bulla habentur pertinaciter subtrahunt, vel recedunt.

57 Declaratio, quòd hic significatur hæresim differre à schismate, & hæreticum à schismatico, & rectè quidem, vt colligitur ex cap. schisma, h & S. Thomas, i loquentem in hæc verba. Hæresis, & schisma distinguuntur secundum ea, quibus utrumque per se, & directe opponitur. Nam hæresis per se opponitur fidei, schisma autem per se opponitur unitati Ecclesiastica caritati. Et ideo sicut fides, & caritas sunt diuersa virtutes, quamuis quicumque caret fide, careat caritate: ita etiam schisma, & hæresis sunt diuersa vitia: quamuis quicumque est hæreticus, sit etiam schismaticus, sed non conuertitur: hoc est, quod Hieronymus dicit k & refertur in cap. inter hæresim. Inter schisma, & hæresim hoc interesse arbitror, quod hæresis peruersum dogma habet, schisma propter episcopalem dissensionem ab Ecclesia pariter separat. Hæc ille: ex quibus colligas quod schisma generatum sumptum est peccatum, quo quis se ab unitate debita separat: specialiter verò sumptum est peccatum, quo quis se separat ab unitate Ecclesiæ, nolendo subelle ei, vel membris eius, quatenus sunt eius: licet credat non esse nisi vnam Ecclesiam, & vnum Vicarium supremum. Tertia fertur in hæc verba.

58 Anathematizamus omnes & singulas personas cuiuscumque status, gradus, seu conditionis fuerint, & interdicimus vniuersitates, collegia, & capitula quocumque nomine nuncupentur, ab ordinationibus, sententiis, seu mandatis nostris, ac Romana Pontificum

a Vi dicimus p. d. i. a quo ruidam. not. 2. d. no. 37.

b Co. n. 22. c. d. s. d. s. b. a. m. c. m. d. i. m. m. 2. q. 1. d. Vi dicimus in d. i. a quo ruidam. no. 11. no. 41. c. Arg. s. o. r. u. m. qua habetur 20. q. 1. s. 3. 4. s. 6. & 7. S. Tho. 2. 2. q. 65. ar. 1. & 2. f. Ca. excommunicationis. 1. s. creditus de heres. g. In 4. dist. 23. q. 3. can. 2. h. In d. e. 1. Tu ar. 1. in delictu. s. f. d. e. r. r. a. ff. de no. x. i. Arg. e. p. a. s. e. 20. dist. k. 20. q. 4.

l Capi. s. m. de spons.

a d. c. duo ista

b In prædicto cap. c. q. 2. ar. 3. & 4. d. Ver. hæresis e. De pœ. dist.

f In d. c. cogi. 1. ar.

g In ca. 2. nu. 24. & 25.

h 24. quaest. 1. l. 1. q. 29. a. 1. ad 3.

k In epist. ad Titum. cap. 3. l. 24. quaest. 3.



pro tempore existentium ad vniuersale futurum Concilium appellantes: nec non eos, quorum auxilio appellatum fuerit.

\* Post vocem auxilio Sixtus addidit vel fauore.

Declaratio prima, quod hæc excommunicatio nunc primum facta est Bulla: Cœnæ: antea enim licet lata, & reseruata fuisset per Pium II. & Iulium II. vt tradit Siluester: non tamen fuit hæc tenus inserta Bullis Cœnæ. Secunda, quod huic excommunicationi adiungitur interdictum propter vniuersitates, in quas non fertur excommunicatio. Tertia, quod consulens, & auxilians prædictis non incurrunt, donec appellatio subsequatur. Quarta fertur in hæc verba.

\* Per Pium II. & Iulium II. Vtraque Pij II. & Iulij II. constitutio extat, & illa quæ de m. est, inter Pij II. constitutiones, & incipit excommunicabilis. hæc autem est 10. inter constitutiones Iulij II. & incipit iulcepto.

59 Anathematizamus omnes piratas, latrunculos marinos, & illos præcipuè, qui in mari nostro à monte Argentario vsque ad Tarracinam discurrentes eos, qui in illo nauigant depraedantur, mutilant, interficiunt, rebisue, & bonis suis spoliant, omnesque receptatores eorumdem, & eis auxilium scienter dantes, vel fauorem.

Bulla Sixti V. hæc sic continet. Excommunicamus & anathematizamus omnes Piratas, Cursarios, ac latrunculos maritimos discurrentes mare nostrum, præcipuè à Monte Argentario vsque ad Tarracinam, ac omnes eorum fautores, receptatores & defensores.

Declaratio prima, quod excommunicatio ista nostra sententia comprehendit omnes, & solos eos, qui principaliter versantur in agendis prædis, percutiendis, aut interficiendis in mari occurrentibus: quia hi sunt Pirata, & latrones marini, quidquid dicant Angelus, & Siluester & Caietanus, cuius temporis Bulla speciatim includebat consulentem, quem licet hæc speciatim non includat, generatim tamen includere videtur: quia includit auxiliantes, & fauentes: & negari non potest, eum qui consulit, auxiliari, vel fauere.

Secunda, quod qui gerunt sua negotia, aut mercimonia cum amicis, aut bella iusta, vel iniusta cum inimicis, & depraedantur aliquando incidenter, non includuntur hic, iuxta omnium sententiam.

Tertia, quod non includit eos qui in solis fluminibus faciunt hoc, quidquid sentiat Angelus.

Quarta, quod sufficit facere hoc alicui, vel aliquibus nationibus: & non est necesse facere omnibus, vel ferè omnibus: quia quum in id incumbentes principaliter Pirata, aut latrones maris dicantur, rectè in eis verificantur verba huius clausulæ, quidquid dicat Siluester. Quinta fertur in hæc verba.

60 Anathematizamus omnes & singulos, qui Christianorum quorumcumque nauibus tempestate seu in transuersum (vt dici solet) iactatis seu quoquomodo naufragium passis, aut etiam submersis, siue in ipsis nauibus, siue ex eis dilapsa, & in mari, vel litore incensa, cuiuscumque generis bona tam in nostro Tyrreni, & Adriatici, quam in quibuscumque alijs, cuiuscumque maris regionibus, & littoribus rapuerint, aut scienter sibi acceperint, aut ab alijs rapta, seu accepta scienter receperint: ita vt nec etiam ob quodcumque privilegium, consuetudinem, aut longissimi etiam immemorabilis temporis possessionem, seu alium quemcumque pretextum excusari possint.

Pro his aut etiam submersa Bulla Sixti V. habet. Siue ex ipsis nauibus siue ex iisdem eiecta in mari, &c.

Declaratio quod hæc excommunicatio nuper facta est Bulla Cœnæ: nam licet antea fuisset lata, non tamen eius absolutio erat reseruata, de quo infra, vbi dicitur an sufficiat acceptio, vel requirantur voluntas (vt sic dicam) mora, & monitio: & quam iniqua sit lex contraria. Sexta fertur per illa verba.

61 Excommunicamus omnes, qui in terris suis noua pedagia, seu gabellas ad id potestatem non habentes imponunt, vel augent: aut imponi vel augeri prohibita exigunt.

Hæc ibidem sic habetur. Item excommunicamus & anathematizamus omnes, qui in terris suis noua pedagia seu

gabellas, præterquam in casibus sibi à iure, seu ex specialis sedis Apostolicæ licentia permisis, imponunt, aut augent, seu imponi & augeri prohibita exigunt.

Declaratio prima, quod hic statuitur idem de augmentis gabellarum antiquarum, quod de nouis: quod ipsum dicendum esset, etiam si nihil fuisset expressum de augmentis, vt diximus in expositione alterius bullæ, vbi hoc non erat expressum, hoc tradit Angelus & Syluester.

Secunda, quod per pedagia, & gabellas intelligi possunt, etiam portoria, de quibus in bulla Pij V. & alia veltigalia, ob identitatem mentis legillatoris, & rationis legis, & latitudinem vulgarem significationis eorum. Qua de re latius tractauimus alibi.

Tertia, quod per illa verba. Ad id potestatem non habentes: includitur solus, & omnis qui recognoscit superiorem in temporalibus, ad quem ab eo appellari potest: nullus enim talis huiusmodi potestatem habet, & quilibet alius sic.

Quarta, quod per, Exigit, intelligitur hæres illa imponentis, publicanus, conductor, siue arrendator illorum iurium, & recipiens etiam famulus à non spontè soluentibus, quia exigere est extorquere à nolente soluere. Dicitur autem iniurus, & nolens soluere, etiam qui soluit rogatus soluere tamquam debitum, Caietanus. Excusare tamen posset ab hac censura probabilis ignorantia iuris, aut facti.

Quinta, quod per prohibita debent intelligi simpliciter prohibita, id est, quæ à nullis, neque à laicis, neque à clericis iustè possint exigi: & prohibita exigi à clericis, & non à laicis, non sunt simpliciter, sed secundum quid prohibita: & ideo potens illa à clericis, incurrit quidem excommunicationem, quæ non est reseruata, non tamen hæc. Septima fertur in hæc verba.

62 Excommunicamus omnes falsarios litterarum Apostolicarum etiam in forma breui, ac supplicationum, gratiam, vel iustitiam concernentium per Romanum Pontificem vel S. R. E. Vicecancellarium seu gerentes vices eorum, aut de mandato eiusdem Romani Pontificis signatarum, aut sub nomine eiusdem Romani Pontificis Vicecancellarij, aut gerentium vices prædictorum signantes supplicationes easdem. Ac etiam falso fabricantes litteras Apostolicas, & in forma breui, ac supplicationes huiusmodi. Extendentes constitutionem s. r. e. Innocentij Papa III. qua incipit, Ad falsariorum: cum omnibus penis in ea contentis, ad eodem fabricantes, & etiam ad falsificantes, seu mutantes supplicationes per nos, seu de mandato nostro signatas, & datas sine nostra, aut Datarij nostri licentia.

Pro his verbis. Ac etiam falso fabricantes ibidem habetur. Ac etiam falso signantes supplicationes huiusmodi sub nomine Romani Pontificis, seu Vicecancellarij, aut gerentium vices eorumdem. Quæ deinde sequuntur Extendentes constitutionem &c. vsque ad finem Sixtus V. non habet.

Declaratio prima, quod per hanc clausulam, probatur appellatio litterarum Apostolicarum in materia odiosa non includi supplicationes à Papa signatas, quas signaturas vocamus, alioquin superflue extenderetur per hanc illud cap. puniens falsantes litteras Apostolicas ad falsantes signaturas.

Secunda, quod hæc excommunicatio non est reseruata Papæ, nisi quo ad ea quæ includuntur in hac clausula: quia quatenus continetur in illo cap. non est reseruata, vt patet ex eo, & notatis à Caietano.

Tertia, quod videtur bene pridem respondisse, quod neque in hanc excommunicationem, neque in illam d. ca. ad falsariorum: incidit falsarius litterarum Episcopi, vel nunciij: quia hæc propriè non sunt litteræ Apostolicæ: nec eadem ratione falsarios litterarum penitentiarie: quia non sunt litteræ Papæ, sed eius commissarij constituti viuz vocis oraculo. Secus tamen de falsario Breuium Papæ, iuxta Gomezium.

Quarta, quod non includit eos, qui subreptitiè, vel obreptitiè impetrant litteras Apostolicas, vel vtuntur illis,

a Ver. excôm. sub suo.

b Vt infra dicitur.

c Ver. excôm. s. ca. 12.

d Ver. excôm. ca. 12.

e Ver. excôm. ca. 12.

f Arg. quod fauore. Co de lega. tradit Bar. in l. si vniu. §. i. ff. de iniur.

g Vbi supra.

h Vt videre est in ca. excôm. de rap. i. Num. 117.

a Arg. l. seu 200. in præci. de leg. 1. & in l. potestatem ff. de leg. 2.

b Ver. pedagium.

c Ver. excôm. 7. c. 19.

d In c. frater. num. 12. q. 2.

e Per cap. quæ sunt regalia. in vltimo j. c. & not. in c. j. per quibusd. de verbis signific.

f Lux. rubr. de excôm. l. 11. c. 6.

g Glof. i. c. d. ter. in l. solui do ff. de neg. gest. glof. & Cardm. clar. si de consub. h. vbi sup. ca. 19.

i Arg. c. 2. de consub.

k Ca. quæquam de res. si. l. 6.

l In c. ca. ad falsariorum. de crim. fals.

m Vbi supra. 27.

n Lib. de breuius. pag. 3.



a In c. ad au-  
ditiarum. i. de  
refer.  
b Ad falsario-  
rum.

c Vbi sup. ar.  
l. in delictis. §.  
si de tracto.  
ff. de nox.

d C. 17. nu.  
109.

e 2. par. Alp.  
32. c. quidam.  
fol. 118.

f In sum. de  
rimis. fol. 8.  
perro. versic.  
sed bodie.  
g In sum. ver.  
falsarius.  
h Sup. eo. n. 9.

i Et e. quid o-  
lim. c. signifi-  
cavit. §. c. ad  
liberandam.  
de iuda. §.  
extran. i. lo-  
xxij. v. d. si. §.  
extran. i. eo.  
is. inier. com-  
munes.

k In d. c. quid  
olim.

l In c. signifi-  
cavit.

m In d. extr.  
n In d. ca.  
significavit.

o In d. ca. is  
quorundam.

p In l. armo-  
rum ff. de ver-  
bo signific.

q In d. Larro-  
rum.

vt diximus, <sup>a</sup> quia non sunt litteræ falsæ. Neque eos, qui  
videntur litteris falsis: quia solum loquitur de falsantibus:  
& aliud est falsare, & aliud vti falsis, vt colligitur ex dicto  
cap. <sup>b</sup> quo excommunicantur omnes falsarii, & non om-  
nes falsi videntes, nisi soli laici.

Quinta, quod ille dicitur habere litteras falsas, vel vti  
eis, qui sciens, vel debens scire esse tales, vtitur eis, iuxta  
Caietanum. <sup>c</sup>

Sexta, quod non satis ex corrigere aliquam litteram,  
aut punctum, quod non mutat substantiam aliquam, vt faci-  
at incidere in hanc excommunicationem, vt dictum  
est, <sup>d</sup> post Ioannem Gersonem, <sup>e</sup> contra Hostiensem, <sup>f</sup> &  
Caietanum, & saltem quo ad forum conscientiarum: quum id  
facere bona mente sine dolo, & vilo alterius damno, non  
videatur mortale, nec consequenter excommunicare, iux-  
ta dicta supra. <sup>h</sup> Octava fertur in hæc verba.

63 Excommunicamus omnes illos, qui equos, arma, ferrum, fi-  
lum ferri, stannum, chalybem, omniaque alia metallorum genera,  
atque bellica instrumenta, lignamina, canapem, funes, tam ex ipso  
canape, quam ex quacumque alia materia, & ipsam materiam,  
aliisque huiusmodi, quibus Christianos impugnant, deserunt Sar-  
racenis, Turcis, & aliis Christi nominis inimicis. Necnon illos, qui  
per se, vel alium, seu alios, de rebus Christiana Reipub. statum con-  
cernentibus in Christianorum perniciem, & damnum ipsos Tur-  
cas, & Christiana religionis inimicos certiores faciunt, illisque ad  
id auxilium, consilium, vel fauorem, quomodolibet præsant. Non  
obstantibus quibuscumque privilegiis, quibuscumque principibus,  
& dominis, siue priuatis personis per nos, & sedem prædictam, ha-  
ctenus concessis, qua illis nolumus in aliquo suffragari.

Pro his verbis Sarracenis, Turcis &c. Sixtus V. habet. Qui ad  
Sarracenos, Turcas, & alios Christiani nominis inimi-  
cos, vel hæreticos per nostras, seu huius S. Sedis senten-  
tias expressè & nominatim declaratos deserunt, seu trans-  
mittunt: quibus Christianos & Catholicos impugnant.  
Et post illa verba & Christianæ religionis inimicos, addi-  
tur nec non hæreticos in damnum Catholicæ religionis.

Declaratio prima, quod hanc excommunicationem  
præcessit posita in cap. ita quorundam. <sup>i</sup> Hæc autem viden-  
tur omnibus illis amplior: quia licet per vnum illorum  
capitulum, <sup>k</sup> excommunicentur exercentes mercimonium  
cum Sarracenis tempore belli, & aliud, <sup>l</sup> treugam magis  
bello, quam paci æquet: & licet aliud, <sup>m</sup> victualia, siue  
commeatus ad eos deferri prohibeat, quod est intelli-  
gendum, etiam per nuncios, <sup>n</sup> tamen hæc non solum ex-  
communicat speciatim deserentes multa: sed etiam pro-  
hibita, & ita videtur excommunicare omnes illos, quos  
singula eorum excommunicarent, etiam si hæc non fa-  
ceret.

Secunda, quod ad respondendum dubiis, quæ olim  
passim interrogabamur in Lusitania, etiam ex Africa su-  
per hac materia à confessoris illustrissimæ Societatis Ie-  
su, ante hoc Manuale quamdam repetitionem compo-  
suimus, <sup>o</sup> dicatam insigni collegio eiusdem Societatis  
Conimbricensi, ex ibi dictis aptè posset hæc clausula il-  
lustrari.

Tertia, quod per equos intelligendi sunt etiam equi de-  
biles, claudi, vel morboosi traditi à præfatis inimicis, &  
opera, & arte Christianorum in eorum terris curati, & fe-  
roces effecti: quia est verbum generale eadem ratione in-  
cludens eos, ac alios apud nos genitos.

Quarta, quod per arma, vt ibi accuratè diximus intel-  
liguntur tantum bellica, id est, quæ sunt vna species, ar-  
morum generatim sumptorum, & principaliter ad pugnam  
facta, vel destinatione animi ad eam designata, quorum  
posterius dico propter ligna, trabes, ferrum, & alia me-  
talla, quæ non sua forma artificiali, sed praua deferentis in-  
tentione destinatur ad pugnam conficiendo ex eis naues,  
vel alia instrumenta pugne accommodata: & consequen-  
ter in hac clausula continentur non solum offensiuæ, vt  
lanceæ, enses, pugiones, bombardulæ, seu sclopi, cultri,  
& etiam cultelli: quia suapte natura sunt ad pugnam apta,  
quamuis ob paruitatem aliquando pro subiecta materia  
non dicantur arma, sicut nec lapides, nec alia defensiuæ, vt  
post alios dixit eruditissimus Andreas Aleiatus, & cuius  
titulum commentariis ob reconditam eruditionem suspi-  
ciendis, illustrauit. Non, inquam, solum offensiuæ, sed

A etiam defensiuæ, vt cassides, lorica, scuta, pelæ, cly-  
pei, & id genus alia. <sup>a</sup> Arma vero illa, quæ per se non  
sunt bellica: qualia sunt lapides, & fustes, & baculi, non  
includuntur plusquam alia merces, nisi cum intentione  
deferentis destinantur mediare, vel immediate ad pu-  
gnam.

Quinta, quod per ferrum intelligendum viderur fa-  
ctum, & infectum, <sup>b</sup> non tamen vena ferri, vel auri, vt di-  
xi, <sup>c</sup> contra Siluestrum, <sup>d</sup> quamuis etiam illa includeretur,  
si deferretur intentione, vt ex ea fieret ferrum, & ex ferro  
arma pugne accommodata, per prædicta.

B Sexta, quod per aurum, argentum, & alia metalla, etiam  
intelliguntur facta, & infecta. <sup>e</sup> Et quamuis, <sup>f</sup> in legatis co-  
rum appellatione, non continentur nummi, & pecunia sig-  
nata: non tamen video inepta videntur deferri, quæ sic magis  
metalla ad pugnam inepta videntur deferri, quam pec-  
unia signata, quum hæc aprior sit ad arma comparanda,  
quam illa, & cum si ratione mercimonij permitteretur, ead-  
em ratione, qua hæc, etiam illa deberent permitti. Per  
bellica instrumenta videntur intelligi, tympana, fistulæ,  
litui, cornua, & tubæ.

Per lignamina intelliguntur trabes, & alia ligna nauib-  
us, & triremibus, & aliis instrumentis bellicis fabrican-  
dis opportuna: quamuis & restrictius lignamina galearum  
prohibeantur, vt ibi dixi.

C Per funes videntur intelligi non solum linei, & cana-  
pei, sed etiam lanci & spartei: quia dictum generaliter, ge-  
neraliter est intelligendum. <sup>h</sup> Quod autem naues, & tri-  
remes contineantur probat cap. ad liberandam, <sup>i</sup> & illud  
Aristor. Propter quod vnumquodque tale, & illud magis: <sup>k</sup> &  
lignamina prohibentur, ne inde naues fiant: ligna verò  
ad ignem fouendum non verantur magis, quam alia mer-  
ces, vt <sup>l</sup> dixi.

Per, Turcis, &c. <sup>m</sup> non videntur includi hæretici, neque  
Iudæi, neque Gentiles: quibus cum non est bellum Chri-  
stianis: quia nec mens, neque ratio, neque verba clausula,  
videntur eis conuenire, nec Turcæ, & Sarraceni, qui nos  
contra alios Turcas, vel Sarracenos iuuant: vt videtur  
contigisse, quando Carolus V. Regem Tuneri ab ea cie-  
ctum restituit, & contingere potest, quoties populus ali-  
quis Christianus in suam iustam, & necessariam defensionem  
sociaret sibi aliquot infideles. <sup>n</sup>

D An autem excuseret princeps, dux, vel præfectus vrbis,  
vel castri donans vnum, vel alterum equum, enses, ha-  
stam, vel sclopium in gratiam cuiuspiam beneficii acce-  
pti, vel spe accipiendi, dubitari potest: quia verba eum in-  
cludunt, sed credi potest excusari ex defectu non quidem  
verborum, sed mentis. <sup>n</sup>

E Per illa verba. Quibus Christianos impugnant: videntur si-  
gnificari esse necessum ad violandam clausulam, vt defe-  
rentes hoc malo animo deserant: quod est falsum, & ad  
hanc inductionem res ponderari potest, quod hæc ver-  
ba potius ponuntur ad demonstrandum factum commu-  
niter solitum, quam ad significandum necessitatem tam  
prauis animi: nemo enim excusaret mercatorem deferen-  
tem multas haltas fraxineas, multas cassides ferreas, &  
sclopos Turcis, solo animo lucrandi, desiderando, im-  
mo pacificando, ne vnumquam eis contra Christianos vte-  
rentur.

\* Non videntur includi hæretici. Eos tamen Bulla Sixti V. includit.  
Nam expressè addidit post hæc verba & alios Christiani nominis  
inimicos vel hæreticos per nostras siue huius sanctæ sedis sententias  
expressè & nominatim declaratos deserunt. Qui autem illi sint, quos  
Pius V. in bulla Regnans, & ille idem Sixtus in altera quæ incipit ab  
immensa hæreticos declarant omnibus est notum.

F Septima, quod Christiani metu mortis, aut verberum  
remigantes in triremibus Maurorum, etiam contra Chri-  
stianos, non videntur excommunicati, vt <sup>o</sup> probamus:  
quamuis à mortali peccato nesciamus vllatenus excusare,  
quod ægerrimo animo fero, quum hoc consequatur non  
posse eos vnumquam absolui, neque iustè communicare, an-  
requam firmiter proponant se numquam ita remigaturos,  
etiam si ob id oporteat opperere mortem. <sup>p</sup> Remigantes  
autem etiam sponte, vel regentes eorum naues contra a-  
lios infideles, nec excommunicantur, nec peccant: quia  
dict. cap. ad liberandam: de regentibus eorum naues contra

a Ar. l. 2. Co.  
qua res ipse  
non deb.

b Arg. d. l. 2.  
C. quæ res as-  
port non deb.  
c In d. reper.  
d Ver. excom.  
m. 7. ca. 21.

e cum auris.  
f l. quibus  
Mauris. §. 1. ff.  
de au. & arg.  
leg.  
g Vt ibidem  
diximus.

h In d. ca. ita  
quorundam.

i l. de pratio.  
ff. de publi. in-  
rem. est. §. c.  
fol. de ma-  
ior.  
j De Iuda.  
k Authentica.  
multo magis.  
Co. de sacros.  
eccles.  
l Vbi supra.

m In d. Old. c. 6.  
ff. 71. probatū  
à Io. Andr. in  
rubr. de Iuda.

n Arg. l. ad-  
gere. §. quam-  
uis. ff. de inre.  
parr.

o In d. ca. ita  
quorundam.  
notab. 2.

p Per d. supr.  
cap. 1. nu. 19.



a Arg à cessat  
tione rationis  
& mentis le-  
gislator. l. ad  
gere. §. quam  
uis. ff. de iur.  
pat.

Christianos intelligendum videtur. <sup>a</sup> Nona fertur in hæc ferè verba.

64 Excommunicamus omnes impediētes, siue inuadentes eos, qui victualia, seu alia ad vsum Romanæ Curie necessaria adducunt. Ac etiam eos, qui ne ad Romanam Curiam adducantur, vel afferantur, impediunt, seu perturbant, vel pro eis aliquid exigunt aut soluere faciunt, seu hæc facientes defendunt per se, vel alium, seu alios, cuiuscumque fuerint ordinis, præminentie, conditionis, & status: ac etiam si Pontificali, vel Regali, aut alia quavis Ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate.

In bulla Sixti post impediunt additur, prohibeat, & verba illa sublata sunt, vel pro eis aliquid exigunt vel soluere faciunt. Declaratio prima, quod includit omnes Christianos, qui faciunt aliquod in ea contentorum.

Secunda, quod non comprehendit eos, qui ob utilitatem suæ Reipub. iustè prohibent deferri victui necessaria, aut peste grassante in Curia suis ad eandem proficisci cum comætu, & similibus: quia non intendunt impedire: licet ex eo per accidens id consequatur, vt dixit rectè Caietanus. <sup>b</sup> Decima fertur in hæc verba.

65 Excommunicamus omnes ex proposito interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, seu depradantes Romipetas, seu peregrinos ad urbem causa deuotionis, seu peregrinationis, & prorsus omnes alios ad sedem Apostolicam accedentes, vel apud eam morantes, aut recedentes ab ipsa, & illis dantes auxilium, consilium, vel fauorem.

Bulla Sixti non habet, ex proposito, & in ea hæc verba & prorsus omnes alios, &c. non habentur. Declaratio prima, quod hæc clausula includit venientes ad Urbem, vel ab ea recedentes causa deuotionis, vel peregrinationis, quos non includebat Bulla eiusdem D. N. quam exposuimus in Manuali Latino, nisi quando in ea maneret sedes Apostolica.

Secunda, quod includit omnes venientes ad sedem Apostolicam & recedentes ab ea, siue maneat Romæ, siue foris: non tamen venientes Romam, si alia de causa, quàm deuotionis, & peregrinationis ad eam veniant: neque venientes ad Urbem, vbi extra illam fuerit Curia, si alio respectu, quàm Sedis Apostolicæ iuerint ad eam, vel recesserint ab ea. <sup>c</sup>

Tertia, quod non includit eos, qui vadunt, degunt aut redeunt, à loco vbi est Curia, si non proficiscantur, versentur, aut reuertantur ratione Curie, si illa non est Romæ. <sup>d</sup>

Quarta, quod ad hanc incurrendam non oportet, quod id faciens careat iurisdictione, quod requirebat Bulla in alio Manuali exposita saltem quo ad aliquos.

Quinta, quod propositum percutiendi, seu interficiendi, quod sufficit ad peccatum mortale, non sufficit ad incurrendum hanc censuram, ob percussione, vel interfectionem: imo est necesse, quod concipiatur tempore animi pacati, vel tranquilli, iuxta Caietanum, <sup>e</sup> quamquam nostra sententia, satis est, vt concipiatur etiam tempore turbati & irati: modo concipiatur ante rixam, & tempus percussione, vel mortis: quia per hoc feruatur proprietas, seu specialitas, quam hæc clausula significat in hoc capit.

Vndecima fertur in hæc verba.

66 Excommunicamus omnes illos, qui non habentes in eadem Curia iurisdictionem ordinariam: vel delegatam eius prætextu capiunt, spoliant, detinent morantes in eadem, vel qui talia fieri mandant.

Hæc quæ in Bulla Sixti præcedit superiorem sic habet. Item excommunicamus omnes illos qui ad sedem Apostolicam venientes & recedentes ab eadem, sua vel aliorum opera interficiunt mutilant, spoliant, capiunt, detinent: necnon illos omnes, qui iurisdictionem ordinariam vel delegatam à nobis, vel nostris iudicibus non habentes, illam ibi tenere vendicantes, similia contra morantes in eadem curia audent perpetrare.

Duodecima fertur in hæc verba.

67 Excommunicamus interficientes, verberantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S. R. E. Cardinales, ac Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, sedisque Apostolica legatos, vel Nuncios, aut eosdem eiicientes à suis diocæsis, territoris, terris, seu dominiis, eaque mandan-

tes, vel rata habentes, seu præstantes eis auxilium consilium, vel fauorem.

Bulla Sixti post verbum interficientes addidit, mutilantes vulnerantes. Declaratio prima, quod ob singula horum septem admittitur contra Cardinales incurritur hæc excommunicatio.

Secunda, quod quo ad capit. *fælicis*: & pœnas in eo contentas exæquantur Cardinalibus Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & Legati, seu nuncij sedis Apostolicæ.

Tertia, quod licet expressè non dicatur, quod facientes prædicta contra Patriarchas, Archiepiscopos, &c. incurran censuram Bullæ, cum censura prædicti cap. *fælicis*: non sit de se censura Bullæ: de mente tamen S. D. N. videtur fuisse, vt censeretur censura Bullæ. Tum quia intendit in hoc æquare illos Cardinalibus. Tum quia Pius V. in sua Bulla expressè excommunicauit iniuriantes eis, sicut iniuriantes Cardinalibus.

Quarta, quod hæc censura includit etiam eiicientes à terris suis Legatos, & Nuncios sedis Apostolicæ Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos à suis diocæsis, eaque mandantes, consulentes, & ad id auxiliantes. Ita quod latius prouidetur iis, quo ad hoc, quàm Cardinalibus, quatenus sunt Cardinales, & non Legati, vel Episcopi.

Quinta, quod hic videtur prouisum contra illos iudices sæculares, qui cum Episcopos non parentes suis iussis non possunt capere, neque punire, iubent eis, vt è regno exeant: ob quod non solum iubentes, sed & lictores iussa exequentes, & opem ad id ferentes, immo & consulentes ligantur: iubentes autem exire Curiam Regis, vel alium locum, qui non esset eorum diocæsum, esto malè facerent, non tamen hac censura ligantur: quia neque eius verba, nec eadem ratio eis aptantur.

Sexta, quod excusatur ab hac censura, qui defendendo se cum moderamine inculpatæ tutelæ, aliquid horum facit, <sup>a</sup> & qui probabiliter ignorans faceret aliquid in prædictis noctu, vel etiam interdiu habitu alieno repectos. <sup>b</sup>

Septima, quod per hanc clausulam cessat, quo ad principalia verita id, quod in Hispano innuerat, scilicet, quod clem. *si quis suadente*, <sup>c</sup> largius prouidebat Episcopis, quàm Bullæ præcedentium Pontificum, eo quod illa prouidet contra bannientes, quod prædictæ Bullæ non faciebant: cessat inquam: quia hæc prouidet etiam contra eiicientes, quod est generalius, quàm bannientes. Immo etiam videtur cessare quo ad accessorias: quia tria illa verba, scilicet mandantes, seu consilium, vel auxilium præstantes, includere videntur omnia, quæ plura verba illius clement. continent. Nam per mandantes comprehenduntur ratum habentes, <sup>d</sup> & per consilium, & auxilium cætera: nam & defendere, & socium esse comprehenduntur sub auxilium præstare.

Octaua, quod Episcopus dicitur, qui est consecratus, & non qui solum electus, præsentatus, confirmatus, institutus, aut prouisus, etiam si iam adeptus sit possessionem. <sup>e</sup> Decimatertia fertur in hæc verba.

68 Excommunicamus illos, qui per se, vel alium, seu alios, quascumque personas Ecclesiasticas, vel seculares ad dictam Curiam super eorum causis, & negotiis recurrentes, illasque in eadem Curia prosequentes, aut procurantes, negotiorumque gestores, Aduocatos, & agentes ipsorum, seu etiam auditores, vel iudices, super dictis causis, vel negotiis deputatos, occasione causarum, vel negotiorum huiusmodi verberant, mutilant, occidunt, bonis spoliant: seu qui per alium, seu alios, directè, vel indirectè, prædicta exequi, procurare, aut eisdem consilium, auxilium, vel fauorem præstare non verentur, cuiuscumque præminentie, & dignitatis fuerint.

Bulla Sixti V. post illa verba vel negotiorum huiusmodi habet, occidunt seu quoquomodo percutiunt, bonis spoliant, seu qui per se vel per alios directè vel indirectè delicta huiusmodi committere, &c. Ac etiã omnes tam Ecclesiasticos, quàm seculares cuiuscumque dignitatis, qui prætextentes friuolam quamdam appellationem à grauamine, vel futura executione litterarum Apostolicarum, etiam in forma breuis, tam gratiam quàm iustitiam concernentium, necnon citationum, inhibitionum, sequestro-

b Vbi sup. ca.  
19. ver. excõ  
facit lex, si  
quis nec cau-  
sam. ff. si cert.  
pet. & c. non.  
dubium. de  
sen. excom.

c Arge. no. in  
cap. ego N. de  
iuris. verb.  
limi. iuxta de  
clarationem  
Ioan. André.  
Panormit. &  
Felyn.  
d Cai. vbi su.  
ca. 14.

e Vbi supra.

a l. vi. vim. ff.  
de iur. & iur.  
& l. 1. Co. de  
vi.  
b Arge. de  
conf.  
c De pan.

d Ca. rati-  
bitionem. de  
reg. iur. li. 6.

e Pergl. foli.  
in clem. di-  
gnum. de tel.  
missar. & a-  
lia multa cita-  
ta per Fel. in  
c. eam te. de  
rescript.



rum, monitoriorum, processuum, executorialium & aliorum decretorum, à nobis, & à sede prædicta, seu Legatis, Nunciis, Presidentibus Camera apostolica, Auditoribus, Commissariis, aliisque iudicibus, & delegatis Apostolicis emanatorum, & que pro tempore emanauerint, aut alias ad curias seculares, & laicam potestatem recurrunt, & ab ea instante etiam si procuratore vel Aduocato appellationes huiusmodi admitti, ac litteras, citationes, inhibitiones, sequestra monitoria, & alia prædicta capi & retineri faciunt, quæ illa simpliciter, vel sine illorum beneplacito, consensu, vel examine executioni demandari, aut ne tabelliones, & notarij super huiusmodi litterarum, & processuum executione instrumenta, vel acta conficere, aut consecra parti, cuius interest, tradere debeant, impediunt, vel prohibent, ac etiam partes, seu earum agentes, notarios, executores, & subexecutores litterarum, citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum capiunt, percutiunt, vulnerant, detinent, ex ciuitatibus, locis, & regnis eiciunt, bonis spoliunt, perterrefaciunt, concutiunt, & comminantur, per se vel alium, seu alios, publicè vel occultè, seu capi, carcerari, detineri, vulnerari, minis que agitari faciunt. Quæ uero alias quibuscumque personis in genere, vel in specie, ne pro quibusuis eorum negotiis prosequendis, seu gratiis, vel litteris impetrandis ad Romanam Curiam accedant, aut recursum habeant, seu gratias ipsas, vel litteras à dicta sede impetrent, seu impetratis utantur directè, vel indirectè prohibere, statuere, seu mandare, vel eas apud se, aut notarios, seu tabelliones, vel alias quomodolibet retinere præsumunt.

Post uerbum vulnerant additur à Sixto, carcerant, & non habet illa, seu capi carcerari &c. usque ad illa Quæ uero alias. Declaratio prima, quod hæc clausula includit primum impediens cursum causarum ad Curiam, vel in Curia Secunda impediens executionem litterarum Curie sedis Apostolicæ. Tertia tractantes male personas illas agentes, & impediens dari instrumenta super his petita. Quarta impediens impetrationes litterarum gratiæ, vel iustitiæ à sede Apostolica. Quinta, quod non est necesse ad incidendum in censuras huius clausulæ, ut prædicta impedimenta fiant auctoritate iudicialia laica: sed sufficit, ut fiant priuata, vel Ecclesiastica. Tum quia id patet quoad primam & secundam partem, & quo ad eos qui procurant, ut superiores ponant impedimenta prædicta. Tum quia non est cur excusetur Ecclesiasticus, qui auctoritate Ecclesiastica intimantem, citantem, & alia iussu sedis Apostolicæ implentem, capir, conicit in carcerem, vel verat, ne instrumenta super executis à se præstet. Tum quia nulla uerba eius id indicant, neque ulla ratio includit, & ita ut est generalis, generaliter intelligi debet. Tum quia id, quod contra sentit Caietanus potest intelligi de contentis in §. sequent. Sexta quod hæc excommunicatio includit multos alios quos non includebat Bulla prædicta in Manuali Latino exposita, ut patet legenti. Decimaquarta fertur in hæc uerba.

69 Excommunicamus omnes, & singulos Cancellarios, Vicecancellarios, & Consiliarios, ordinarios, & extraordinarios, quorumcumque Regum, & Principum, ac presidentes Cancellariarum, Consiliorum, & Parlamentorum: necnon procuratores generales eorumdem, vel aliorum Principum secularium, etiam si Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacumque præfulgeant dignitate, quocumque nomine nuncupentur: aliisque iudices tam ordinarios, quam delegatos, necnon Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, Commendatarios, Vicarios, & officiales, qui per se, vel alium, seu alios auctoritate propria, & de facto, quarumcumque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & litterarum Apostolicarum prætextu, beneficiales, & decimarum, ac alias causas spirituales annexas ab auditoribus, & commissariis nostris, aliisque iudicibus Ecclesiasticis, auocant, illarumve cursum, & audientiam, ac personas, capitula, conuentus, collegia, causasque ipsas prosequi volentes impediunt, ac se de illarum cognitione tamquam iudices interponunt: quique partes actrices, qua illas committi fecerunt, & faciunt ad reuocandum, & reuocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias litteras in eis decretas, & ad faciendum, vel consentiendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à censuris, & penis in illis contentis absolui per statutum, vel alias compellunt, vel executionem litterarum Apostolicarum, seu executorialium, processuum, aut decretorum prædictorum quomodolibet impediunt, vel suum ad id fauorem, consilium, aut assensum præstant, etiam prætextu violentia prohibende, vel aliarum prætextuum, seu etiam donec ipsi ad nos informando (ut dicunt) supplicauerint, aut supplicari fecerint: nisi suppli-

A cationes huiusmodi coram nobis, & sede Apostolica legitime prosequantur. Decimaquinta fertur in hæc uerba.

Variat in hac Bulla Sixti. Sic enim incipit. Excommunicamus omnes & singulos qui vel per se vel alios, &c. sed in fine hac adiunguntur. Etiam si talia committentes, presidentes Cancellariarum, Consiliorum, Parlamentorum, Cancellarij, Vicecancellarij, Consiliarij ordinarij vel extraordinarij quorumcumque principum secularium, etiam si Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacumque præfulgeant dignitate aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates commendatarij, seu Vicarij fuerint.

B 70 Et qui ex eorum præsenso officio, vel ad instantiam partium, aut aliorum quorumcumque, personas Ecclesiasticas, Capitula, Conuentus, collegia Ecclesiarum quorumcumque, coram se, ad suum Tribunal, audientiam, cancellariam, consilium, vel parlamentum, præter iuris canonici dispositionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directè, vel indirectè, quouis quæsto colore. Necnon qui statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, seu quouis alia decreta in genere, vel in specie, ex quouis causa, & quouis quæsto colore, ac etiam prætextu litterarum Apostolicarum usu non receptorum, seu reuocatarum, vel cuiusuis consuetudinis, aut priuilegij, vel alias quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis, & ordinatis usi fuerint: unde libertas Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo leditur, vel deprimatur, aut alius quouis modo restringitur, seu nostris, & dicte sedis, ac quorumcumque Ecclesiarum iuribus quomodolibet directè, vel indirectè, tacitè, vel expresse præiudicatur. Decima sexta fertur in hæc uerba.

C Hac uerba Bulla Sixti non habet, ac etiam prætextu litterarum Apostolicarum usu non receptorum, seu reuocatarum, in reliquis consensit. Necnon qui Archiepiscopos, Episcopos, aliosque superiores, vel inferiores prelatos, & omnes alios quoscumque iudices Ecclesiasticos ordinarios quomodolibet impediunt, quominus sua iurisdictione Ecclesiastica contra quoscumque utantur, secundum quod canones, & sacra constitutiones Ecclesiasticæ, & decreta Conciliorum generalium, & præsertim Tridentini statuunt. Ac etiam eos, qui post ipsorum ordinariorum, vel etiam delegatorum quorumcumque sententias, & decreta, aut alias, fori Ecclesiastici iudicium eludentes ad Cancellarias, & alias Curias seculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata, etiam penalia ordinarij, aut delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant. Eos quoque, qui hæc decernunt, & exequuntur, seu dant auxilium, consilium, patrocinium, & fauorem in eisdem. Decima septima fertur in hæc uerba.

D 71 Et qui iurisdictiones, seu fructus, redditus, & prouentus ad nos, & sedem Apostolicam, & quoscumque Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes, usurpant, vel etiam quouis occasione, vel causa sine Romani Pontificis, vel eorum, ad quos de iure pertinent, expressa licentia sequestrant. Decima octaua fertur in hæc uerba.

E In hac loco horum uerborum, vel eorum, in alia habetur, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium, &c. Et qui collectas, decimas, tales, prestantias, & alia onera clericis, prelati, & alij personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & prouentibus huiusmodi, absque simili Romani Pontificis speciali, & expressa licentia, imponunt, & diuersis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic imposta, etiam à sponte dantibus, & concedentibus recipiunt: necnon qui per se vel alium, seu alios, directè, vel indirectè, prædicta facere, exequi, vel procurare: aut in eisdem, auxilium, consilium, vel fauorem, aut votum, seu suffragium, palam, vel occultè præstare non verentur, cuiuscumque sint præminentia, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam si Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, Respublica, & alij potentatus quicumque, etiam regnis, prouinciis, ciuitatibus, & terris, quoquo modo presidentes, aut quouis etiam Pontificali dignitate insigniti: innouantes decreta super his per sacros Canones, tam in Lateranensi nouissime celebrato, quam aliis concilijs generalibus edita, etiam cum censuris, & penis in eis contentis. Sequuntur declarationes harum quinque censurarum.

F In hac Bulla Sixti non habet, aut votum seu suffragium palam vel occultè, sed post uerbum presidentes, in ea additur, & consiliarij & senatores. Declaratio prima, quod in hac censuram non incidunt, nisi qui auctoritate iudiciali,

& laica



& laica hic vetita faciunt, vt sub finem primæ partis huius clausulæ exprimitur.

Secunda, quod per, *Prætextum violentiæ*, includit impediens executionem litterarum Apostolicarum, iustitiæ, vel gratiæ speciè tollendæ violentiæ: quales an sint semper, vel quando impediens eam post appellationem, vel supplicationem in tempore: & forma interpositam, quæstionis est, vt quotidianæ, ita maximæ, dignissimæque, quæ summa Ecclesiæ potestas, summa seculari audita determinet: quamquam satis videtur hic determinari, quo ad eos, qui propter illas nullatenus ad tribunal eius, ad quem supplicatur, vel appellatur adductas, vel adducendas impediunt. Quod etiam video pro re indubitata haberi in Hispaniis, & Galliis, posse regulariter Reges defendere possidentes colorato titulo beneficia Ecclesiastica, ne absque iusta causæ cognitione deturbentur, vel spolientur, virtute illarum litterarum, etiam Apostolicarum. Quod vt vbiq; ferè in illis regnis seruatur, ita multi iure munire conantur: an verò satis muniat necne, S. D. N. definitioni remitto: licet videatur non posse iure probari consuetudinem illam quorundam recentiorum, qui decernunt bene, vel malè esse appellatum ab interlocutoriis, ob actus, quos iudices à quibus appellatum est, faciunt, vel desinent facere post appellationes ab eis interpositas: cum omnis sententia interlocutoria, ex solis ante illam actis sit approbanda, vel reprobanda, vt notat glossa finalis recepta, quo facto appellationis prosecutio perinde negligitur, ac si à iudicibus, ad quos appellatum est, tertia sententia lata esset: quamquam prosecutionem appellationis nil innouato, minimè impediât.

Tertia, quod per verba illa, *Præter iuris canonici, & c. nouè* addita, excluduntur ab hac censura iudices seculares, qui in casibus à iure ciuili permisis vocant ad sua tribunaia Ecclesiastica.

Quarta, quod quarta pars huius clausulæ videtur nouè inserta in fauorem iudicum ordinariorum, & meritò, cum ordinaria iurisdictio sit fouenda, & fauorabilis iuxta glossam solennem & receptam, b per quam videtur reduci ad Bullam excommunicationis *c. quoniam*, c vt super ea infra dicitur.

Quinta, quod per eandem partem innouatur Concilium Tridentinum, d quod grauius hortatur Imperatores, Reges, & quoscumque alios regulos, & dominos: vt maiores suos imitari, Ecclesiam sanctam, & cultum Dei, ministròque illius, quo à Deo prospera recipiant, obseruent.

Sexta, quod per illa verba quintæ partis, *Quæ iurisditiones, vel, & c. prouidet*, indemnitati fructuum Ecclesiasticorum, cui vt sit locus debent concurrere quinque. Primum, quod sint redditus Ecclesiastici, & non prophani, etiam si ad Ecclesiasticum pertineant, iuxta Caietanum, e quod est intelligendum de bonis non pertinentibus ad eum, quatenus est Ecclesiasticus, neque ratione beneficii. f Secundum, quod capiantur tamquam redditus Ecclesiastici. Tertium, quod pertineant ad aliquè. Quartum, quod capiantur absque licentia Papæ. Quintum, quod capiantur auctoritate, & potestate usurpata, iuxta Caietanum. g Quare latrones, & milites, qui rapiunt eos, vt qualibet alia bona, non incurant hanc censuram: neque qui minuta portoria, siue pedagia exigunt à clericis, sicut ab aliis laicis, nulla habita ratione fructuum, aut honorum Ecclesiasticorum: neque qui capiunt eos tempore vacationis: quia nullius sunt personæ veræ secundum Caietanum, cui assentior. Tum quia nemo dixerit, quod capientes fructus sedis Apostolicæ vacantis non continentur ob contenta in 17. excommunicatione: neque eadem ratione capientes bona conuentuum, monasteriorum, neque communia conuentui, & prælato, quæ tamen ad nullam personam pertinent. Tum quia fructus vacationis tempore obuientis, pertinent ad successorum, & durante vacatione ad commendatarium, vel tæconomum, vt latè dixi alibi. h Tum denique, quia potest dici, quod verbo, *personas*: hic posito significantur etiam fictæ ob paritatem æquitatis, & rationis. i Decimanona fertur in hæc verba.

72 Excommunicamus omnes, & quoscumque Magistratus, Senatores, Præsidentes, Auditores, & alios iudices quocumque nomine vocentur, ac Cancellarios, Vicecancellarios, notarios, scribas, ac executores, & subexecutores, & alios quocumque se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas Ecclesiasticas

A illas banniendo, capiendo, processando, seu sententias contra illas proferendo, vel exequendo, etiam prætextu quoruncumque priuilegiorum, à sede Apostolica ex quibusuis causis, ac sub quibuscumque tenoribus, & formis in genere, & speciè concessorum quibuscumque Regibus, Ducibus, Principibus, Rebuspub. Monarchis, Ciuitatibus, & aliis quibuscumque potentatibus, quocumque nomine censeantur, quæ nolumus illis in aliquo suffragari, illa omnia ex nunc in irritum reuocando.

B Hac apud Sixtum sic habetur. Excommunicamus omnes & quoscumque magistratus & iudices, notarios, scribas, executores & subexecutores quomodolibet se interponentes in causis capitalibus seu criminalibus contra personas Ecclesiasticas illas processando, banniendo, capiendo, seu sententias contra illas proferendo, vel exequendo, sine speciali, specifica & expressa huius sanctæ sedis Apostolicæ licentia, etiam si talia committentes fuerint Conciliarij, senatores, præsidentes, cancellarij, vicecancellarij aut quouis alio nomine nuncupati. Declaratio prima, quod hæc excommunicatio fertur ad tuendam iurisdictionem Ecclesiasticam in causis criminalibus, sicut superior ad tuendam in ciuilibus.

C Secunda, quod tollit priuilegia data, etiam Regibus: per quod dubitari posset de iudicibus Galliarum, qui iudicant clericos pro portu, siue delatione armorum, & aliis casibus, quos vocant priuilegiatos: equidem arbitror difficultè eos ab illis abstenturos, siue quod præsupponant priuilegia illa esse remuneratoria obsequiorum à se magnis impensis, sanguinis, & fortunarum præstorum: siue quod sint immemorialia, & super criminibus leuibus concessa, a siue alia, quæ an audiri debeant iudicio S. D. N. relinquo. Vigesima fertur in hæc verba.

D 73 Excommunicamus omnes illos, qui per se, vel alium seu alios directè, vel indirectè, seu quocumque titulo, vel colore de facto occupant, vel detinent, vel hostiliter destruunt, vel inuadunt, aut occupare, detinere, vel destruere, aut inuadere hostiliter præsumpserint in totum, vel in partem Almam Urbem regnum Sicilia, Insulas Sardinia, & Corsica, Terras citra Pharum, patrimonium B. Petri in Tuscia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venasinum, Sabinensem, Marchiam Anconitanam, Massam Trebariam, Romandiolam, Campaniam, & maritimas prouincias, illarumque Terras, & loca, ac Terras specialis commissionis Arnulphorum, Ciuitatesque nostras Bononiam, Cesenam, Ariminum, Beneuentum, Perusium, Auenionem, ciuitatem Castellum, Tudertum, & alias ciuitates, terras, & loca, vel iura ad ipsam Rom. Ecclesiam pertinentia, dictæque Romane Ecclesiæ mediate vel immediate subiecta: quæ supremam iurisdictionem in illis nobis, & eidem Romane Ecclesiæ competentem de facto usurpare, perturbare, retinere, & vexare variis modis præsumunt: necnon adherentes, fautores, & defensores eorum, seu illis auxilium, consilium, vel fauorem quomodolibet præstantes. Vigesima prima fertur in hæc verba.

E Hac omnino conformis est Bulla Sixti nisi quod illa hæc verba non habeat, de facto occupant, vel detinent vel hostiliter destruunt, vel inuadunt. Item omnes & singulos suppellectilium, librorum, scripturarum, & bonorum camera, & palatii Apostolici, ex eodem palatio infirmitatis Romani Pontificis ac Sedis Apostolicæ vacationis tempore ablatores, & illorum detentores, ac quoscumque alios, ad quorum manus bona prædicta quocumque titulo, & quauis causa scienter peruenerint.

Sixti Bulla hanc non continet. Declaratio, quod includit factionem, quæ existens extra aliquas Ciuitates Papæ, & vi armata irrumpit in aliquam earum, inuita altera factione, intra eam existente per rationes Caietani. b

F Sequitur §. Volentes. in quo statuitur, vt hæc Bulla non expiret lapso anno, nec alio modo, donec edatur alia noua, in hæc verba.

Volentes presentes, ac omnia, & quacumque his litteris contenta, quousque alij huiusmodi processus à nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente, fiant, aut publicentur durare, suosque effectus omnino sortiri. Sequitur §. continens reservationem harum censurarum.

Ceterum à prædictis sententijs nullus per alium, quàm per Romanum Pontificem nisi in mortis articulo constitutus, neque etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita absolui possit, etiam prætextu, quarumuis facultatum, & indultorum quibuscumque personis Ecclesiasticis, secularibus, & quorumuis ordinum, etiam mendicantium, & militiarum regula-

a in c. cum appellatiōnis, §. si vero. de appe. li. 6. per l. per hanc c. de tempor. ap. pel.

b clement. 2. de offic. ord. c. De immunit. eccles. d. Sess. 25. ca. 20.

c Vbi sup. ca. 27.

f Ar. nouerit 10. q. 1. c. ca. cum dilectus. de iure patro. natu. g Vbi supra.

h In comm. c. non liceat. 12. q. 2. i Arg. gl. solè nis in c. si post quam de elec. lib. 6.

a Arg. eorū, quæ not. in mo. in cap. no. ut. de iud. cū latè adduū bi à Pano. Felin. & Deci.

b Dist. ca. 17.

ribus,



ribus, etiam Episcopalis, vel alia maiore dignitate pradiis, ipsisque ordinibus, & eorum monasterijs, conventibus, & domibus, ac Capitulis ac Collegijs, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, & locis pijs, necnon laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per nos, & dictam Sedem, ac cuiusvis Concilij decreta, verbo, litteris, aut alia quacunque scriptura, in genere, & in specie concessorum, & innovatorum, ac concedendorum & innovandorum.

Hic §. non differt à §. Sixti, in quo solum in fine additur, nisi in eis etiam casus presentibus litteris expressi comprehendantur quod hæc non habet. Declaratio prima, quod hæc censura includunt omnes, etiam Imperatores, & Reges, & Universitates, quibus illæ sunt aptæ: & quod nulla consuetudo, etiam immemorialis, nec præscriptio quælibet longissima, nec privilegium, etiam per viam contractus, vel remunerationis concessum contra eas prodest. Secunda quod satisfactio sufficiens, de qua loquitur, est intelligenda ex limitatione de qua supra, & quod privilegium in remunerationem, vel contractum concessum, ex causa reuocari potest, quæ communis opinio est. An autem derogetur Concilio Tridentino dicitur infra. Sequitur §. Quod si forte, contra absolventes ab his censuris.

74 Quod si forte aliqui contra tenorem presentium talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum alicui absolutiois beneficium impendere de facto presumpserint, eos excommunicationis sententia innotamus, grauius contra eos spiritualiter, & temporaliter, pro vt expedire nouerimus, processuri.

Declaratio prima, quod non comprehenditur hac censura Confessarius, qui obliuione, incogitantia, aut ignorantia non crassa absoluit: quia fertur contra præsumptum absolueret, de quorum numero non est, qui sic absoluit, de quorum numero non est, qui sic absoluit, per ea quæ diximus alibi, post Cardinalem, & per dicta Caietani.

Secunda, quod absolutio huius excommunicationis non est referuata Papæ, vt ex littera patet, sicut ex Bulla Martini V. quam ponit S. Antonius, & quamuis contrarium visum fuerit Felino, & Caietano.

Tertia, quod ab ea potest absolueret ordinarius, siue illa, & alia lata in Bulla putentur lata à iure, siue ab homine: quia sunt generales, per dicta. Equidem lata in Bulla Iulij III. quam in Manuali Hispano exposui, iudicauit esse lata ab homine: quia Bulla illa non habebat vim legis, quæ perpetuat, sed præcepti, quod cum præcipiente finitur, vt dictum est, & has latas per S. D. N. potius putare dicendas latas à iure: quia voluit eas non finire sua morte, quæ vtinam ante dies Petri non contingat. Amen. Sequitur §. Declarantes, in quo absolutio restringitur, & protestatio magna adiicitur.

Declarantes, ac protestantes quacunque absolutioem, etiam solenniter per nos faciendam prædictos excommunicatos sub presentibus comprehensos, nisi prius à præmissis, cum vero proposito ulterius similia non committendi desisterint: ac quoad eos, qui contra Ecclesiam libertatem, vt præmittitur, statuta fecerint, nisi prius statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, & decreta huiusmodi publicè reuocauerint, & ex Archiuis, seu capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur deleri, & cassari, ac nos de reuocatione huiusmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter suffragari. Quin etiam per huiusmodi absolutioem, aut quoscunque alios actus contrarios tacitos, vel expressos, ac etiam per patientiam, & tolerantiã nostram, vel successorum nostrorum quancumque tempore continuatam, in præmissis omnibus, & singulis, ac quibuscunque iuribus Sed. Apostolicæ ac S. R. E. vnde quicunque, & quomodocumque quæsitis, vel quærendis, nullatenus præiudicari posse, seu debere.

Non obstantibus priuilegijs, indulgentijs, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus supradictis, vel eorum alicui, seu aliquibus, & alijs cuiuscumque ordinis, status, vel conditionis, dignitatis, & præminentia fuerint, etiam si vt præmittitur, Pontificali, Imperiali, Regali, seu quauis alia Ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate, vel eorum Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, seu locis à prædicta Sede ex quauis causa, etiam per viam contractus aut remunerationis, & sub quauis alia forma, & tenore, ac cū quibusuis clausulis, etiam derogatorijs derogatorijs concessis, etiam continetibus, quod excommunicari, anathematizari, vel interdici non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac

A de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, ac de ordinibus, locis, nominibus proprijs, cognominibus & dignitatibus eorum mentionem, Necnon consuetudinibus etiam immemorabilibus ac præscriptio-nibus, quancumque longissimis, & alijs quibuscumque obseruantijs, scriptis, vel non scriptis, per quæ contra hos nostros processus, aut sententias quod minus includatur in eis, se iuuare valeat, vel tueri: quæ omnia quo ad hoc eorum omnium tenores, ac si ad verbū nihil penitus omisso infererentur presentibus pro expressis habentes, penitus tollimus, & omnino renouamus: ceterisque contrarijs quibuscumque.

Ut vero presentes nostri processus ad publicam omnium notitiam facilius deducantur, chartas, seu membranas processus ipsos continentes valim Ecclesia S. Ioannis Lateranensis & Basilica principis Apostolorū de vrbe appēdi faciemus, quæ processus ipsos quasi sonoro præconio, & patulo iudicio publicabunt, vt quos processus huiusmodi contingant, quod ad ipsos non peruenerint, aut quod ipsos ignorauerint, nullam possint excusationem prætere, aut ignorantiam allegare: cum non sit verisimile id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur.

Hic §. in Bulla Sixti non habet hæc verba, quæ processus ipsos quasi sonoro præconio, & patulo iudicio publicabunt, & sequens non habet hæc vocem, & rectoribus Insuper, vt processus ipsi, ac presentes litteræ, ac omnia & singula in eis contenta, ed fiat notiora, quod in plerisque ciuitatibus, & locis fuerint publicata vniuersis, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & locorum ordinarijs, Prælatibus, & Rectoribus vbilibet constitutur, per hæc scripta committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, vt per se, vel alium, seu alios presentes litteras, postquam eas receperint, seu earum habuerint notitiam semel in anno, aut si expedire viderint etiam pluries, in Ecclesijs suis dum in eis maior populi multitudo ad diuina conuenerit, solenniter publicet, & ad Christi fidelium mētes reducat, nuncient & declaret.

Cateram hortamur eosdem vniuersos, & singulos Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, aliosque locorum ordinarios & Ecclesiarum Prælatos, necnon Rectores, ceterosque curam animarum exercentes, ac presbyteros saculares, & quorumuis ordinum regulares ad audiendum peccatorum confessiones quauis auctoritate deputatos, vt transumptum harum litterarum penes se habere, legere, & diligenter examinare procurent.

Hic §. sic in Bulla Sixti habetur. Ceterum Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, alique locorum ordinarij, & Ecclesiarū prælati &c. in fine pro examinare procurent, habetur percipere studeant. Volentes earundem presentium transumptis etiã impressis, notarij publici manu subscriptis, & sigillo iudicis ordinarij Romana Curia, vel alterius persona in dignitate Ecclesiastica constituta munitis, eandem prorsus fidem in iudicio, & extra illud vbique locorum adhibendam fore, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensa.

Nulli ergo omnino hominum liceat hæc paginam nostræ excommunicationis, anathematizationis, interdicti, innodationis, declarationis, protestationis, sublationis, reuocationis, commissiois, mādati, hortationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noerit incursum. Datum Roma apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo octogesimo tertio, pridie Nonas Aprilis, Pontificatus nostri anno vndecimo.

De excommunicationibus referuatis Papæ non contentis in bulla Cæne.

- 75 Excommunicatio prima referuata Papæ extra bullā Cæna in canonū transgressores. Secunda in percussorem clericum. nu. 76.
- 77 Clerici percussio quæ excommunicat, & quæ non, à num. 80. & quis clericus quoad hoc. num. 79.
- 78 Absoluti qui possunt ab Episcopo à canone si quis suadente. 17. quæst. 4. ob enormem percussioem, & qui ob mediocrem, & quod omnes possunt ob leuem. vsque ad num. 91.
- 91 Percussio enormis, mediocris, & leuis, quæ dicantur. num. 92.

75 **R** I M A in transgressores Canonum: sed quia restringitur ad eos, qui transgrediuntur negando Papæ potestatem ad condendos eos, hæc reducit ad primam bullæ Cæne.

76 Secunda, \* per hæc verba. Si quis suadente diabolo iniecerit manus violentas in clericum, vel monachum, subiacet excommunicationi, & a nullo episcopo absoluitur, donec conspectus

a Eod. c. nu. 47.

b In c. nouis. de iudi. & in c. 1. de proba. c Eod. ca. nu. 154.

d In repet. c. accept. de re. sic. spol. oppo. sit. 8. nu. 32. e In clem. 1. de priu. q. 39. In sum. var. excommunicatio c. 58. & 81.

g 3. par. titu. 24. ca. 70. h In c. pasto. ralis. §. prae. raa. col. 3. de offic. ord. i Vbi supra c. 77.

k Sup. eod. m. 43. l Ca. fi. de of. f. deleg. m In dicto n. 43.

a In c. nulli. f. 19. d.

b In c. quis. suadente. 17. q. 4.





Apostolico representetur, nisi in articulo mortis.

\* Per hac verba. Hic canon est Innocentij II. in concilio Latera. cap. 15. qui paulo ante nunc legitur quam hic habeatur: nempe. Si quis suadente diabolo huius sacrilegij reatum incurrit, quod in clericum vel monachum violentas manus iniecerit, anathematis vinculo subiaceat, & nullus episcoporum illum presumat absolueri (nisi mortis urgente periculo) donec Apostolico presentetur confectui, & eius mandata suscipiat.

Declaratio prima, quod illa particula, Si quis, comprehendit viros, & feminas, iuvenes, & senes cuiuscumque aetatis habentes iudicium ad peccandum mortaliter, & etiam clericos, laicos, religiosos.

Secunda, quod ex illis verbis, Suadente diabolo, colligitur, quod iniectio manus debet esse illicita, & adeo quidem, ut sit peccatum mortale: quia nemo incurrit in excommunicationem maiorem per canonem, vel hominem generaliter latam, nisi peccet mortaliter, iuxta dicta supra. Nec sufficit, ut iniectio sit mortalis, nisi fiat suadente diabolo, ut ait Cardinalis: licet id raro contingat: contingit tamen aliquando, ut dicitur infra, quod quidam dicat Cardinalis, quia nostro iudicio raro contingit casus, in quo iniectio sit lethale peccatum, & non sit fati animi mali ad inferendum iniuriam, per quam incurritur hæc censura: nisi quando percussor ignorat percussum esse clericum.

Tertia, quod non sufficit conatus ad percutiendum, sed requiritur percussio iuxta glossam receptam, ubi idem diximus. Nec requiritur, quod iniuria sit immerita: sed sufficit quod immerito, vel iniusto modo, vel per quem non debet, irrogetur.

77 Quarta, quod per Manus, intelligantur etiam pugni, brachia, pedes, genus, & alia quilibet pars corporis, quia non exprimitur manus, ut excludantur reliqua membra, sed quia est instrumentum aptius ad percutiendum & ita comprehenduntur omnes partes corporis.

Quinta declaratio, quod dicitur manus violentas iniicere clerico, qui immediate, aut mediante instrumento iniicit ei, aut rei eum tangenti, & per consequens qui eum percutit ense, baculo, aut aspergit pulvere, vel aqua, saliva, aut alia re simili iuxta glossam singularem, & etiam qui eripit e manus, aut corpore aliquid vi, & qui capit, in carcerem coniecit, aut includit aliquo loco, unde egredi nisi cum pudore non potest, aut ad franos equi manus admouet, aut abscindit cingulum ephippii, aut eum adeo furiosè persequitur, ut cogat se dare præcipitem in flumen, vel aliud discrimen ad se liberandum, iuxta mentem textus & Innocentij & communis, glossæ & aliorum, Paludani, & aliorum omnium, & S. Antonini, sed non si aliàs fugiēs cadit, & vulneretur, iuxta S. Antoninum, quæ sequitur Silvester, quæquam Angelus, contra teneat.

78 Sexta declaratio, quod sufficit mandare hanc iniectioem, si ea consequatur, vel consilium, auxilium, vel fauorem ad id præbere, per locum à fortiori, aut ratificare eam, si eius nomine facti sunt: aliàs non, quamuis enim prædictus canon de solo iniiciente loquatur, extenditur tamen ad prædictos ratione tacta supra. Idem si non iussit, sed dixit suis se vindictam eius expectare, credens, vel credere debens, quod ex hoc illi mouerentur ad percutiendum: quia licet non dicat eo animo, præuidere tamen debebat eos eo animo dictum putaturos. Item qui ex officio possunt, & tenentur propulsare percussioem, & non propulsant. Immo quo ad forum exterius quilibet alius, qui videt facinus esse manifestum, & se posse commode obuiare, & non obuiat, per d. cap. quanta. nouè declaratum per nos alibi. Et etiã ministri iustitiæ laicæ, qui in quantum tales percutiunt eos: nam etiam si leuiter percussissent, ad Papam sunt remittendi, iuxta Panormitanum, & Stephanum. Immo & ipsemet clericus qui se iratus percutit, & cum limitatione posita supra, sed consentiens, ut ab alio percutiatur, non excommunicatus: quamquam potest excommunicari per capit. contingit, quod probat consentientes se percuti excommunicandos esse.

79 Septima declaratio, quod per Clericum, intelligitur non solum qui sacro ordine, sed etiam qui prima tonsura est insignitus, quamuis sit coniugatus, modò cum vnica, & virgine, & gestet habitum, & tonsuram clericalem, & quamuis sit excommunicatus, suspensus, irregularis, &

etiam depositus verbo, nisi sit degradatus realiter, vel incorrigibilis.

Octaua declaratio, quod per Monachum, intelligitur quilibet religiosus religionis approbatæ, & quilibet religiosa, quilibet item conuersus, aut nouitius alicuius religionis approbatæ, & etiã ij, quos appellant Beguinos, & fratres tertij ordinis S. Dominici, vel S. Francisci, qui viuunt gregatim, & gestant habitum religionis, ut sentit Rota, & dixit Felinus, quamquã aliud dicat Caietanus, quod verum esse posset iuxta ius commune, sed non iuxta priuilegia, & cõsuetudinem, & stylum Ecclesiæ Romanæ. Et etiã Eremita, iuxta glossam, quæ vera est, si sit subiectus alicui superiori, qui gaudeat hoc priuilegio, Silvester.

Nona declaratio, quod in articulo mortis non solum Episcopus, ut hic habet: sed etiam quilibet alius sacerdos simplex, si Episcopus adiri non potest, potest absolueri ab excommunicatione, & à quavis alia per supra dicta, & quod articulus mortis definitur supra.

Que manus iniectioes non excommunicant.

80 Vnt autem multæ manuum iniectioes in clericum ab hac censura exemptæ. Prima iocosa, & ludica, etiam grauis, intra tamen fines ludi, & extra, modo non sit dolosa, & subita turbati animi, iuxta mentem Richardi, quia id non facit suadente diabolo, quod exposcit dictus canon, ut dictum est. Secunda probabilis ignorantia clericatus, aut quia noctu percussit: quamuis rebus illicitis daret operam, quidquid dicat Silvester, absque textu, & ratione ad id idonea. Dixi, Probabilis, quia aliàs non excusaret, ut si vidit tonsuram, & non credidit esse clericum iuxta glossam. Tertia, percussio eius, qui ter monitus habitum clericalem non deserit. Quarta, & quinta, eius, qui se immiscens militaribus, vel secularibus actis, ter monitus non abstinet, etiam si gestet habitum, & tonsuram clericalem. Quæ tamen trina monitio faciendâ est cum intervallo aliquorum dierum, nec sufficeret vna pro tribus iuxta glossam singularem, Panormitanum, & Ludouicum Romanum, quod quidquid dicat Bonifacius.

81 Sexta, eius qui relicto habitu, & tonsura, turpibus, & enormibus se miscet, licet non admonitus, iuxta communem quam Stephanus Aufsidus, dixit se bis vidisse visitari Tolosa: & si Panormitanus & Cardinalis teneant oppositum. Septima, bigami Octaua, coniugati etiam cum vnica & virgine, sed non gestantis vestem, & tonsuram clericalem. Nona, degradati realiter. Decima, depositi verbaliter, & incorrigibilis. Undecima, eius qui priuilegium clericale quoquomodo amittit, Stephanus Aufsidus. Duodecima, circulatoris siue iocularis, & seu re per annum, vel si ter monitus ante non abstinet. Decimatertia, exercentis per se ipsum tabernam, vel lanienam publicè, si ter monitus non desistit. Decimaquarta, qua percutit principaliter, ut corrigat tamquam magister, pater, herus, propinquus, senex, aut superior in Ecclesia, modo principaliter non fiat odio, malitia, vel ira: & percussio sit moderata, saltem iuxta suum propositum, & modo castigatus non habeat ordinem sacrum iuxta Panormitanum, nisi sit magister, iuxta Angelum, vel pater iuxta comunem, quam sequitur Silvester, stricto iure idem possit dici de aliis, cum d. cap. cum voluntate: non distinguat, nec vlla ratio ad id cogat. Decimaquinta, inuadentis in suam necessariã defensionem, paur sui honoris, quando fuga ei esset ignominiosa, ut ait Panormitanus & Caietanus. Decimasexta, qua est necessaria ad iustè recuperandum bona, quæ iniuste capta clericus asportat, vel vi occupat, & qua derinetur clericus debitor fugiens, aut fugam præmeditans ad præsentandum suo prælato iuxta Panormitanum & comunem.

82 Decimasextima, qua magister iustitiæ secularis, qui capit clericum in delicto flagranti, ut illum præsentet suo prælato iuxta Panormitanum & comunem, aut inuictum

sent, excom. cum gloss. opt. l. i. ff. de emendat. propinquorum. I in dicto capite. cum voluntate. m Verbo excommunicat. s. §. 10. n In dicto capite. cum voluntate. o Verbo excommuni. s. not. i. parte 18. p Capi. si vero. i. & capite. exrenore. de sent. excommuni. q In capite. olim. de restit. spol. r In summa. verbo excommuni. capite. 10. notat. s. Dicit capite. olim. de restitutione spol. t In capite. cum non ab homine. de iudicis. v In dict. ca. cum non ab homine. ubi late post Dec. num. 10 diximus.

notu,

a iuxta Pan. o. c. v. m. a. ex parte. de cler. conu. b. c. cum no. ab homine. de iud. c. c. cum no. rum. de iur. excom. d. Ca. de monialibus. e. d. c. non dicitur. de iur. exco. c. religio. e. l. i. o. i. Dec. 332. in antiq. g. in cap. de for. compe. e. m. lib. quando littera. Appo. lica. & ca. l. i. mit. 4. h. in d. ca. 10. i. ca. qui. e. 10. qu. 1. k. Ver. ecclesia. qu. 3. o. cor. eremita. q. l. i. Ca. 20. num. 26. m. Ca. 2. num. 8. n. Ca. 1. de i. excom. o. in 4. d. 18. art. 12. qu. 3. p. Num. 70. q. Ca. si vero. de iur. exco. i. Verbo. excom. mu. s. not. 4. cap. 2. s. c. si vero. 2. c. Ca. contingit. 2. de iur. excom. v. Cap. in audientia. e. n. & c. si de iur. & honest. i. i. c. e. l. e. 1. eod. d. y. m. c. f. e. d. 2. Sing. 7. 9. a. in c. e. d. immu. actus. pag. 8. b. in repot. clem. 2. de i. sic. or. notat. 3. & regul. i. fal. 19. c. In c. perpen. ditum. de i. excommu. d. c. 1. de biga. lib. 6. e. Capite. 1. de el. conu. s. 6. f. Ca. cum no. ab homine. de iudic. g. v. supra. regul. 3. fal. 6. h. Capite. 1. de iur. & honest. cler. lib. 6. i. Clem. 1. de iur. & honest. cle. k. Cap. 1. cum voluntate. de



2 Gloss. iuncto  
tex. ex. si cleri  
cus de sen. ex  
commu. l. 6.  
b Diff. e. si cle  
ricus in ibi o  
nis.  
c Ca. ipse pie  
tas. 23. qn. 4  
e cum bea  
tus. 45. d.  
d. 3. par. titu.  
24. c. 1. col. 4.  
c Capi. si ve  
ro de sen. ex  
comm.  
f lux. commu  
nem ibidem.  
g In li. de ult.  
in illat. 11.  
h Syl. ver. ex  
comm. 6. not.  
4. cas. 16.  
i Secundum  
communem.  
k Arg. auct.  
si quis. Co. de  
adul.  
l d. capit. cum  
non ab homi  
ne. Et l. capi  
te quinto ff.  
ad l. Iulian.  
de adul.  
m Ver. exco  
mu. 5. §. 19.  
n Ver. excom  
mu. 6. cas. 10.  
o Angel. ubi  
supr. §. 21. Et  
Stephan. in  
di. reg. 3. fal.  
6.  
p Vbi sup. ca.  
10.  
q Arg. l. ff.  
de iur. omni  
iud. Et c. 2. co  
sti. lib. 6.  
r Cap. ut fa  
ma de sen. ex  
comm. l. 6. Et  
ca. si clericus.  
eod. tit. Et lib.  
s Diff. ca. uni  
uersitatis. de  
sen. excomm.  
t Ca. non li  
cent. 86. disti.  
v Gloss. ibid.  
x In c. uniuers  
sitatis.  
y Ver. excom.  
cas. 11.  
z In d. cap. ut  
fama.  
a In d. reg. 2.  
fal. 2.  
b Inc. cum ve  
nerabilis. de  
de consue.  
c In d. c. 2. de  
conf.  
d Ca. venies.  
de sen. excom  
mu. Et clem.  
gratia. iuncta a  
gloss. eod. tit.  
e Capi. si quis  
paucitas. 79.  
d.  
f Ca. ubi peri  
culum §. pra  
terea de elec.  
lib. 6.  
g Per idem c.  
si quis suade  
te.  
h Ca. mulie  
res. de sen. ex  
commu.  
i Ibidem. k  
eod. tit. in

noctu, modo praesumat probabiliter illum aliquod scelus intendere, alias secus, ut quia fert lumen, vel socium, vel est persona a tali suspitione omnino aliena, & modo iustum modum in capiendo non excedat, puta si permittenti se sponte capi, & duci quiete, de industria pugnos impingit, aut calcem, aut mittit in carcerem eum, qui offert fideiusionem presentandi se: quod non potest facere etiam iudex Ecclesiasticus, nisi gravitas delicti, vel alia iusta causa id exigat. b Decimo octava, qua volens delinquere arcetur, vel qua liberatur ab inimicis, vel alio incommodo. c

84 Decimanona, qua in suam necessariam defensionem ei ensam aufert, aut qua cogit equo desilire, quo super eo fugiat iuxta S. Antoninum. d Vigesima, inuenti inhoneste cum sua vxore, matre, sorore, aut filia legitima, vel naturali, e etiam si inutiliter eum, aut occidat, f licet Fortunius contradicat, g modo id ex continentia, & passione subita faciat. h Dixi, cum vxore, matre, vel sorore: quia secus in coniunctis remotiori gradu, vel cum filia adoptata, i sufficit autem, quod inueniat amplexantem, osculantem, aut in loco suspecto, quamuis non inueniat in ipso opere carnali, iuxta communem, modo fraus ablit, quae non abest, quum maritus & vxor conueniunt, ut dolo accerferetur ad voluptatem, ut afficeretur iniuria. k

85 Vigesima prima, qua detinetur clericus domi inuentus honeste colloquendo cum vxore post monitionem, ut ab ea re abstineret, modo nihil aliud mali ei faciat, quam detinere spacio 20. horarum continuarum ad tradendum suo iudici, iuxta glossam l nam si percuteret, esset excommunicatus, iuxta Angelum, m quod aptius videtur textui d. cap. si vero: quam eius oppositum, quod sentit Siluester. n Vigesima secunda, qua mulier percutit clericum de stupro tentantem defendenda sua castitatis causa, modo tentatio fiat facto, & non solo verbo: quia tunc non liceret ei nisi defensionem verbalis, o ob quod pridem respondi, excommunicationem incurrisse quamdam monacham nobilem, quae impegit alapam clerico cuidam nobili, quod eam ex amore formosam appellasset. Vigesima tertia, tam subita vel tam parua, quod illata laico non esset mortalis iuxta sententiam omnium, quam optimè explicat Caietanus. p

86 Vigesima quarta, qua prelatus capit suum clericum per se, vel alium etiam laicum, aut verberat per se, vel alium clericum in pœnam probabili suo iudicio iustam. Dixi, suum: quia secus si alienum. q Dixi, alium clericum: quia licet possit capere per laicum, r non tamen verberare, nisi per clericum, vel monachum, neque etiam per alios, si ipse per se commodè potest facere, s excepto Episcopo, qui non debet verberare suis manibus, t nisi quando non adesset alius ad id faciendum. v Vnde sequitur incurrere excommunicationem laicos, per quos iudex Ecclesiasticus torquet clericos, nisi deessent clerici ad id idonei, iuxta Panormitanum x & Siluestrum: y quamquam ut dixi alias, z Ecclesiasticus, qui consuetudinem sequitur torquet, aut cadit clericum per laicum non est excommunicatus, licet peccet, ut dixit Aufridus, a quia consuetudo, et si non excuset à culpa, excusat tamen à pœna iuxta glossam b pœna in qua, saltè ordinaria, licet fortè nõ ab extraordinaria, ut post Decium diximus.

87 Vigesima quinta, qua iuste eiicit ab Ecclesia excommunicatum, aut alium diuina officia turbantem. d Vigesima sexta, qua eiicit à Sede Apostolica eum, qui sine canonica electione Cardinalium eam occupat. e Vigesima septima, qua pro munere sibi iniuncto includit, & continet Cardinales conuicti ad eligendum Papam. f Vigesima octava, qua vult, & tentat ferire etiã iaculando, & non ferit: quia errat.

Quos excommunicatos ab hoc canone absoluit Episcopus.

88 **P**orro multi possunt ab Episcopo ab hac excommunicatione absolui, puta morti propinquus, s mulier cuiuscumque conditionis sit, h membra sua captus, scilicet claudus, cæcus, &c. iuxta communem i agrotus perpetua, vel diuturna egritudine nequiescit iter facere, puta tertiana, quartana, vel podagra, k qui ante pubertatē eam incurrit, licet post eam absolutionem petat, l senex, m & qui per nos. in d. ca. ea noscitur. Fofella. ver. absolutio. 2. §. 19. I Ca. 1. Et fin. Ob ca. ea noscitur. Et c. quamuis. cū eis annot. de sen. excommu.

A iudicio Episcopi videtur non posse ad Sedē Apostolicam venire iuxta mentem Innocentij a adolescens, cui iter esset discrimini. Angelus, b quod nullo iure probat, nec Panormitanus, quem citat ait, c pauper arte (qua iter agendo uti non potest) viuens, d quia non tenetur mendicare, si alias non est mendicus, alioqui sic: nisi mendicando soleat sibi, & coniugi providere, & iter faciendo id praestare nõ possit, iuxta Ioannem Andream & Panormitanum e & qui ob inimicitias vel alia iusta impedimenta iudicio boni viri Sedem Apostolicam sine periculo vitæ adire nequit, f etiã si sua culpa inciderit in ea, & g filius familias, i. qui est in potestate patris non valens ire ad Papam sine prauidicio eius, h nisi pater consentiat, vel emancipetur: & seruus, nisi dominus consentiat eius ad Apostolicam Sedē profectio, i vel manumittatur, i quidquid dicat ibidem Panormitanus, ut probat Siluester. k Dixi, Seruus: quia secus est in famulo libero percussore: & impotens, aut tam delicatus, ut non posset suffere iter ad eundem Romam, quod arbitrio Episcopi relinquatur. l Tales enim non sunt mittendi Romam, sed prius consulendus Papa, & obediendum eius imperio, quidquid dicat glossa, m nisi fuerit periculum probabile mortis in mora: quia tunc absoluedi sunt ut alij, qui fuerint in eodem periculo.

89 Ij tamen & quilibet alij (quibus iustum adest impedimentum iudicio probi viri, quominus adeant Sedem Apostolicam vel nunciũ à latere, qui etiam potest absolueri,) n possunt absolui ab Episcopis, quantumuis negent Innocentius, Ancharanus, Cardinalis, o ut probat Felinus, p & Siluester, q modo pro viribus satisfaciant, & iurent sublato impedimēto se praesentaturos apud Sedem Apostolicam: qui postea nisi se praesentent, quam citius commode poterunt, recidunt in eandem excommunicationem. s

Responsio ad quaestiones propositas.

**R**esponso ad quaestiones propositas. D primam verò septem quaestionum hic quaesitarum respondeo, quod non solum excommunicatus ob percussione clericum, sed etiam ob aliam quamlibet causam, cuius absolutio est reseruata Sedi Apostolica, potest absolui ab Episcopo, si ob iustum impedimentum nequeat eam adire: quia in omnibus generaliter loquuntur Felinus, & Siluester: t & in omnibus eadem ratio idem ius suadet.

90 Ad secundam, puta quanti temporis debeat esse impedimentum, vnus, aut plurium mensium, vel annorum? Respondeo quaestionem hanc nouam, & grauem esse: quia maturè expensa videtur primò non esse habendam rationem appulsus, sed discessus: alioqui omnes pene Hispani haberent impedimentum duorum, triumve mensium. Secundò sufficere impedimentum tanti temporis, quantum est necessarium à discessu ad appulsus. Tum quia optat Ecclesia, ne agens id, quod in se est, ob impedimentum in excommunicatione moriatur, v Tum quia non videtur posse determinari tempus aptius omnibus casibus, & conformius canonibus. Tum quia falso existente impedimento nulla erit absolutio, & si cessante impedimento non arripuit iter, recidit in eandem excommunicationem, x per quae duo cessat occasio fingendi falsa impedimenta, & intentio matris Ecclesiae seruetur.

Ad tertiam, iustum impedimentum esse, habere curam animarum, & iuste timere eas ob suam absentiam notabile damnum accepturas: nisi posset constitui idoneus Vicarius.

Ad quartam, quod non potest absolui ab Episcopo, qui licet ad sedem Apostolicam ire nequeat, potest tamen adire legatum, vel alium eius ad id priuilegio munitum.

Ad quintam, quod iustum habet impedimentum is, qui ire non potest, licet pro absolutione mittere possit: non enim ad id ius enim obligat, sed vult, ut si possit, vadat.

Ad sextam, quod tale impedimentum habet non valens ire, nisi relinquendo in necessitate extrema, vel valde magna, vxorem & filios. y

Ad septimam, quod eiusmodi impeditus absolui nõ poterit à simplice sacerdote, etiam si eum Nuncius, vel Episcopus absolueret recusent: non enim ad id potestatem habet, nisi in articulo mortis, in quo simplex sacerdos fit, quo ad hoc summus Pontifex, z & pulchrè in Concilio Tridentino a dicitur nullũ casum esse reseruatum in articulo mortis.

a In d. c. quã  
uis.  
b Ver. excom.  
s. cas. 1. §. 50.  
c In d. cap. ea  
noscitur.  
d Ca. quod de  
iis. Et c. quam  
uis. de sen. ex  
communicat.  
e In d. cap. ea  
noscitur.  
f Ba. de cate  
ro eodem tit.  
g Ar. nota. à  
Barro. in l. 1.  
ff. de iis quib.  
ut indign. Et  
Fely. in ca. cū  
oporteat. de  
accus. col. 4.  
post Pan. ibi  
dem.  
h Ca. mulie  
res. de sen. ex  
commu. Et  
Panormi. ibi.  
i Ca. relatus  
de sen. exco.  
k Ver. absolu  
tio 4. in fine.  
dubio. 6.  
l Lux. gl. eius  
dem ca.  
m Lux. Pano.  
Et Fely. in eo.  
c. mulieres.  
n Ca. ad em  
nentiam. de  
sen. excom.  
Et c. pœ. de of  
fic. deleg.  
o In d. c. quã  
uis.  
p Ibidem ner  
uose.  
q Ver. absolu  
tio. 4. dubio. 4.  
r Iuxta c. quã  
uis. c. quã de  
iis. de sen. ex  
commu. Et  
Ca. eos qui  
de sen. excom.  
lib. 6.  
s Supra citati.  
v De appella  
c. qua fronte.  
x Diff. c. eos.  
y Arg. c. cate  
rum Et c. pas  
ce. 86 d.  
z Arg. d. ca. si  
quis suaden  
te.  
a Sess. 14. c. 7.



a Ca. quonia de vit & honeſt. cleric. b Ca. monachi. de ſen. ex communit. c in d. c. quonia col. 1. d Ca. ſi vero. & officialis de ſen. excōm. e c. peruenit. de ſen. excōm. ubi ex. ſingularis. f Eod. c. n. 9. g Quia incipit perlectis.

h In c. peruenit. de ſen. ex com ſub ſim.

91 Præterea abſolui poſſunt per Episcopū à percuffione mediocri, non tamen enormi, clerici ſimul viuentes in collegio, a religioſi, b ſed hi poſſunt abſolui à ſuis prælatis, clerici non niſi à ſuo Episcopō ſecūdm Panormitanum receptū. c lanitor, ſeu exequutor, metinus, aut alius miniſter, qui vt cuſtodiat fores, aut cohibeat homines manus infert clericis abſque intentione lædendi, & ſi non ſine culpa, & læſio eſt leuis, aut mediocriſ, d quamquam ſi eſt enormis ſolus Papa abſoluit ab incurſa verò ob paruat, vel leuem Episcopos. e Non intelligitur in hac materia per leuē percuffionem illa, quæ non peruenit ad peccatum mortale: ſiquidem ob eam, quæ non eſt mortifera, non incurritur excommunicatio maior, vt ſupradictum eſt, f ſed ea, quæ eſt quidem mortifera: at collatione aliarum magis mortiferarum eſt leuis, & non enormis, neque etiā mediocriſ. Quæ vero ſit leuis declaratur per extrauagantem, g quæ adſcribitur Papæ Ioannis xxiij. & perperam, quoniam ante eius tēpus eam allegauit Hoſtienſis, h vbi tamen ait reſponſiſſe ſibi Innocentium III. ſe non feciſſe eam, inſulſius autem quidam eam tribuunt Pio II. cuius exemplum iam diu Roma adducendum curauimus, & cuius præcipua verba ſunt hæc. Perlectis & c. reſpondemus percuffionem leuem eſſe pugni, palme, manus, pedis, digiti, aut baculi, aut lapidis, quæ nullā maculam, neque ſugillationem carniū relinquit, neque abſcindit membrū, ſine eſſractione dentium, ſine auulſione multorum capillorum, ſine eſſuſione multi ſanguinis. Nolumus tamen dicere, quod huiusmodi leuis percuffio, vt pugni, aut vnguis ſiat atrox ob multi ſanguinis eſſuſionem. Ad iudicandum tamē, quæ læſio ſit leuis, mediocriſ, aut enormis, volumus diligenter perpendi, non ſolū factum ſed etiam qualitatem eius, & modum percutiendi. & lædendi cum omnibus ſuis circumſtantijs, loci, perſonæ, & alijs: perſona, ſi eſt magiſter iudex, prælatuſ, pater, patronuſ, aut dignitaſ, percuffuſ iniuſte à ſubdito, aut alio ſe viliori: quia ex hoc interdū cenſentur graues iniuria, quæ ex ſe ſunt leues, aut mediocriſ. Et quia conditio negotij non patitur integram determinationē huius rei, relinquimus tuo arbitrio, vt declares quæ ſit leuis, & quæ enormis iniuria, admonentes vt potius declares in dubio eſſe percuffionem grauem, & ab ea non poſſe abſoluere, quā declarando leuem eſſe occaſionem præbeas lædendi ſtatū Eccleſiaſticū. hucſque ſunt verba Extrauagantis.

92 Cui addimus primò enormem eſſe percuffionē, quæ quis interficitur, ſcinditur membrum, aut inutile, vel quaſi ad ſuum munuſ efficitur: & illam, ob quam factam in alia parte, quam in naribus, vel alia vnde ſanguis facile erumpere ſolet, deſluit multū ſanguinis: & illā, quæ ſit in proprium Episcopum, aut Abbatem, & quæ magno ſcandalo eſt populo, vt declarat, & ſentit Innocentiuſ III. Et quamquam idem dicat gloſſa k de quolibet exceſſu notorio, & idem aſſerat Silueſter l de ea, quæ inferitur in foro, vel audientia publica corā iudice, aut in oculo, aut in facie, m aut in Eccleſia, aut in dormitorio: non tamen credimus id eſſe verum, niſi quando percuffio eſt in ſe notabilis, & gignit aliquod magnum ſcandalum, quia Lapiuſ, & Cardinaliſ n declarat aliquas ex hiſ non eſſe etiam mediocriſ, ſed leues. Secundò addimus, quod iniuria mediocriſ eſt, quæ eſt media inter leuem, & enormem: & quia de hoc certa regula tradi non poteſt, relinquitur arbitrio Episcopī, & etiam conſeſſarij, qui habet facultatem Episcopī iuxta Hoſtienſem receptum ab omnibus, o vt iudicent habitacione circumſtantiarum perſonarum, locorum, & temporum, cauendo ne iudicent leuem eam, quæ enormis eſt. P Tertio, quod Lapiuſ q conſulit eſſe percuffionem leuem, à qua poſſet abſoluere Episcopuſ, colaphum, quem impigit Capellanus quidam perpetuus Aretinæ Eccleſiæ cuidam Canonico in eadem Eccleſia abſque ſanguinis emiſſione, & quod Cardinaliſ r conſulit percuffiones duorum clericorum, qui ſibi ipſiſ mutuo pugnos, & pedes impegerunt in itinere, eſſe leues, à quibus poſſet abſoluere Episcopuſ.

Excommunicatio tertia reſeruata Papæ extra bullam Cæna eſt lata à delegato lapſo anno. Quarta in falſarios. Quinta lata ab Episcopō in habentes bullas falſas, & c. Sexta in clericos admittentes excommunicatoſ à Papa. nu. 93. Septima, in incendiarios poſt denunciationem, & c. Octaua, in ſacrilegōſ inſurgenteſ Eccleſiaſ, nu. 94. Nona, in male eligenteſ ſenatoreſ Romanuſ. Decima, in clericōſ ſoluentēſ taliaſ, ſed reuocata ſuit. nu. 95. Vndecima, in inſequentēſ Cardinaleſ, nu. 96. & 97. Duodecima, in vexanteſ excommunicantiū cogna-

i In d. c. cum illorum. k. Eiuſdem c. ver. muſilationem. l Ver. abſolutio. 4. in principio. m Secundū. gloſſ. n In lociſ proximis citadiſ.

o In d. ca. peruenit.

p Iux. Pa. ibidem.

q In allegat. 76.

r In cōcil. 42.

A tos & c. nu. 98. & ſeq. Decimatertia, in inſiſtoreſ male procedenteſ. nu. 100. Decimaquarta, in religioſoſ abſque facultate adminiſtranteſ certa ſacramenta. nu. 101. Decimaquinta, continetur in bulla Cæna. nu. 102. Decimaſexta, in facienteſ eligere ſepulturaſ. nu. 103. Decimaſeptima, in eoſ, qui cogunt celebrare in lociſ interditiſ. nu. 104. Decimaſoctaua, in abſolventeſ per confeſſionalia Sixti III. Decimanona, in exenteranteſ mortuoſ. nu. 105. Vigefima, in danteſ, aut accipienteſ ob ingreſſum monaſterij. Vigefima prima, in committenteſ ſimoniam in ordine vel beneficio. Vigefima ſecunda, in eoſ, qui ab ordine mendicantiū ad aliuſ tranſeunt. nu. 106. Vigefimaquarta, in eoſ, qui aſſerunt hoc de conceptione Virginis matris. nu. 107. Vigefimaquinta, in delegatoſ, qui male auctorāt alienationeſ eccleſiaſticaſ. nu. 108. Vigefimaſexta, in ſeptem genera perſonarum violantiū monaſtica. n. 109. Vigefimaſeptima, in peregrinanteſ in Ieruſalē abſque facultate Papæ. Vigefimanona, in Cardinaleſ, qui ſecreta manifeſtāt. n. 110. Trigeſima, in prædicanteſ miracula falſa. Trigeſima prima, in Cardinaleſ ſede vacante ſimoniam committenteſ. n. 111. 110 Conſuetudo excuſat à pœna, licet non excuſat à culpa. 111 Bartholomeuſ à Carranza Doctōr doctiſſimuſ, Archiepiscopuſ Toletanuſ.

93 **E**rtia excommunicatio reſeruata Papæ extra Bullam Cæna ponitur in cap. quærenti, a quod habet delegatum Papæ lapſo iam anno ad exequendam ſuam ſententiā definitiuā ei conſeſſo, non poſſe abſoluere ab excommunicatione à ſe lata ob finitam eiſ iuriſdictionem, & ita abſoluit eiſ ſuperior, qui eſt ſolus Papa. b

Quarta eſt in cap. ad falſarioſ, c quod excommunicat falſarioſ, de quibuſ dictum eſt ſupra, d quæ quo ad aliquoſ caſuſ non continetur in Bulla Cæna.

Quinta eſt in cap. dura, e quod reſeruat Papæ excommunicationem latam ab Episcopō in habenteſ litteraſ falſaſ Papæ, niſi eaſ intra viginti dieſ deſtruant, vel reſignent.

Sexta in ca. ſignificauit, f quod reſeruat Papæ abſolutionē excommunicationiſ, quam incurruunt clericī, qui ſcienter & ſponte comunicant cum excommunicatiſ à Papæ, admittēdo eoſ ad diuina officia.

D Declaratio quod ad hanc incurrendam requiruntur ſex ſecundum Caietanum g Primum, quod ſit clericuſ. Secundum, quod communicatio fiat cum excommunicato à Papæ. Tertiuſ, quod ad diuina officia admittat. Quartū, quod ſcienter id faciat. Quintum, quod id faciat ſine vllō timore, etiam iniuſto, qui licet non excuſaret à peccato mortali, excuſaret ab excommunicatione ſecundum eundem, contra quem facit, quod verbum illud ſponte, in quo ſe fundat, non probat id, quod ipſe ait: vt ex duobuſ iuriſ capitibuſ colligitur, h quibuſ probatur ſatis ſponte fieri dici, quod ſine metu iuſto ſit, etiam ſi interueniat aliquiſ metuſ leuiſ, & non iuſtuſ: per quod eiſ noua opinio tollitur efficaciter, quo ad forum exteriſ: quamuiſ in interiori ſeruari poſſet in tali metu, qui eſt cauſa ſine qua non fuiſſet communicatum: quia talis metuſ quo ad illud forum exæquat iuſto, vt dixi ſupra. Sextum, quod ſi excommunicatuſ à Papæ iudicialiter, aut nominatim ſecundum omneſ, vltra quod hodie requiritur denunciatio. i

94 Septima in cap. tua, k quod reſeruat excommunicationem latam, & denunciatam in incendiarioſ.

Declaratio prima, quod d. cap. tua, non excommunicat, neque iubet denunciari, vt cap. conqueſtuſ: de quō in octaua: ſed ſolū, quod denunciari non abſoluantur niſi à Papæ, & ob hoc non probat eſſe excommunicatoſ à iure. Secunda, quod Caietanuſ l quem pridem ſequuti fuiſmuſ m & nunc etiam ſequimur, rectē dixit nullum eſſe canonem, qui excommunicet incendiarioſ etiam Eccleſiaſ, licet gloſſa n & cōmunis o S. Antoninuſ p Panormitanuſ & alij q & Stephanuſ q contrarium teneant in incendiario Eccleſiaſ, ſed ſine textu & ratione ſufficienti, quæ defendi non poteſt, niſi id haberet conſuetudo, & teneatur, quod illa tollerata, & approbata à prælatiſ vim habeat legiſ, vel ſtatuti excommunicantiſ per dicta ſuprà. r

Octaua in cap. conqueſtuſ, s quod habet excommunicatoſ eſſe ſacrilegōſ, qui eſſringunt, & ſpoliant Eccleſiaſ.

Declaratio prima, quod illud c. non excommunicat ſed præſupponit eſſe excommunicatoſ: ſiquidem iubet denunciari eoſ, vt taleſ. t Secūda, quod duo requiruntur ad incur-

a De offi. del.

b Ca. ſtudiu. ſi. 2. c. ſ. leg. c. ca. ſane de offi. delegat. c. De crim. ſa. d. Eod. c. num. 38. e De cri. falſi. f De ſen. excomm.

g Vbi ſup. ca. 38.

h Arg. ca. ſuper hoc de re nuntiat & c. ad audientia de bi. quatu.

i Per extrauagant. ad euitanda. relata tam ſu. c. 22. num. 35. k De ſen. excomm.

l Vbi ſup. c. 22. m In d. c. tua. n Diſt. c. tua. o Ibidem. p 3. pa. 11. 24. cap. 11. q Clem. 1. de offi. ordin. & de poſteſtate. Eccleſ. n. 68. r Eodem. ca. num. 5. s De ſe. excō. t Arg. c. poſtoraliſ. ſ. v. de appell.



a Pan. in c. ff. de furt. S. Ant. ubi sup. 12. & Cai. ubi supra ca. 21.

b Panorm. in d. c. tua.

c Secundum eundem in d. c. conque- stus ar. ca. ad hac. de relig. domibus.

d Syl. ver. ex commun. cas. 8.

e Iuxta dicta extrauag. ad euitanda.

f In c. fundam. de e- lect. li. 7.

g In ca. cleri- cis, de immu- nit. eccl. lib. 6.

h Clem. 1. de immu. eccl. i In c. felicio. de poe. lib. 6.

k Verb. excō- munic. 7. cas. 11.

l Eodem. c. num. 51.

m In c. quicū que de sent. excom. lib. 6.

n Vbi sup. ca. 36.

o Verb. excō- munic. 7. cas. 12.

p Arg. l. i. ff. de appel. & c. ut debuit ho nor. eodē tit.

q Ar. c. cum minister. 23. qu. 5.

rendam hanc, scilicet perfringere, & rapere, siue furari, & ob id, qui effringit crucem, sacrarium, aut perpetrat alia similia nefaria scelera, & non furatur, non incurrit eam. Nec sufficit quacumque fractio, puta serax, vel arca: sed requiritur Ecclesia, vel forium eius. Tertia, quod per Ecclesiam intelliguntur monasteria, hospitalia, & reliqua adificia pia, auctoritate Episcopi ad id sacrata, & nō alia. Quarta, quod is dicitur effringere Ecclesiam, qui effringit, vel effodit parietem, aut frangit fores, diruit seras, & qui impellendo, vel quouis alio modo violento ingressum sibi parat, d non autem, qui referat eas clauē, siue etiam surripuerit, vel extorserit, siue non, iuxta sententiam omnium. Quinta, quod non sufficit denunciatio generalis. e

95 Nona, & prima libri Sexti, f excommunicat cum reseruatione eligentes in Senatorem Romanum aliquem Imperatorem, Regem & c. Comitem, procerem aliquem potentia, aut alium dignitate perinsignem, aut fratrem, aut filium eius & c. & huiusmodi electos, qui sine consensu Papa se intruserunt in illud, & qui praeberint auxilium & c. De quo quia est de rato contingentibus, nil amplius.

Decima & Excommunicat clericos, qui pendunt vectigalia, decimas, vel talias secularibus, sed reuocata fuit à Clem. h

96 Undecima, i excommunicat cum reseruatione eum, qui infectatus fuerit, percusserit, aut ceperit tamquam inimicus aliquem Cardinalem, aut comitatus fuerit eum, qui hoc patrauerit, aut mandauerit, aut id ratum habuerit, aut dederit consilium, vel fauorem, aut sciens receperit, aut defenderit, etiam si ob ea non esset antiquiore iure excommunicatus. Principem item, & gubernatorem quemlibet, & suos ministros, qui contra praedictos non obseruauerit suam constitutionem intra mensem postquam sciuerint.

97 Declaratio prima, quod hæc extenditur nunc ad Archiepiscopos, & Episcopos per bullam Cœnæ Domini. Secunda, quod infectantes, domini, Iudices, & officiales negligentes & c. qui non percipiunt, etiam si id maxime velint, non incidunt in d. cap. si quis suadente, sed in hoc sic. Tertia, quod quidquid dicat Siluester, & quos ille refert, k qui iubet alicui, ut infectetur Cardinalem tamquam inimicum, non incurrit nisi consequuta infectione, sequuta verò sic: quamuis nulla consequatur percussio, licet qui iubet percutere non incurrat non sequuta percussione, non quidem per rationes Siluestri, sed per dicta supra, l puta quia iusio percussiois prohibetur ut accessorium illi: & ita non sequuta illa iusio non habet effectum: sed iusio infectionis est accessoria illi, & ita illa insequuta, et si nō sequatur percussio, impleta est iusio eius. Quarta, quod excusantur principes, domini & iudices, si incipiant procedere intra mensem postquam sciuerint, quamuis non fiant processus, neque puniant.

98 Duodecima, m excommunicat cum reseruatione omnes, qui facultatem tribuerint alicui interficiendi, capiendi, aut vexandi personas aliquorum, aut eorum facultates, aut suorum, eo quod tulerint sententiam excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, contra Reges, & c. aut contra alios quoscumque alios eorum ministros: aut contra alios quoslibet, aut illos, quorum ratione eiusmodi sententia promulgata fuerunt, aut eos, qui obseruant, aut qui nolunt communicare cum sic excommunicatis, nisi antequam dicta facultas executioni mandetur, fuerit reuocata ab eis: aut si eius occasione iam sunt occupata bona, & intra septem dies non restituant, aut satisfaciant. Excommunicat etiam eos, qui vsi fuerint tali facultate, aut proprio motu fecerint aliquid ex praedictis. Et si duobus mensibus perseverauerint in dicta excommunicatione, non possunt absolui, nisi à Summo Pontifice.

99 Declaratio prima, quod ex sola datione facultatis nō incurritur in eam, neque etiam ex eius executione, si ante exordium reuocetur: neque etiam si post executionem, si ea solum fiat in bonis, & illa intra septem dies restituantur, ut rectè adnotauit Caietanus. n Secunda, quod ex Siluestro o colligitur, quod suo libro debeat illa verba, Et quoslibet alios, quia restringit textum ad excommunicationes latis contra solos praedictos dominos, & eorum ministros, contra verum tenorem huius textus. Tertia, quod iuste vexando non incurritur ista excommunicatio, p iuxta Caietanum, quod nostro iudicio locum habet etiam quando ob vindictam, & odium vexat, sed non plus, & alio modo quam iustitia postulat, q & quod omnes filij, famuli, aut cognati excommunicantis dicuntur sui in hoc casu, iuxta

A Ioannem Andream & communem, a & etiam, nostra sententia, eius intimi amici, & omnes illi, quorum grauamen videtur grauari esse grauamen excommunicantis, & ea de causa id facit: siquidem negari non potest esse suum grauamen quo ad hanc constitutionem, & eius rationem, quæ eos omnes comprehendit. b

100 Decimatertia, c cum reseruatione, excommunicat Inquisitores, & alios deputatos officio Inquisitionis ab episcopo, qui odio, amore aut lucri, vel commodi temporalis gratia contra iustitiam, & suas conscientias omittunt procedere contra aliquem, ubi fuerit procedendum super huiusmodi prauitate, aut ob eandem causas, & eodem modo imponendo heresim, aut impedimentum officij praestiti, presumunt vexare aliquem.

B Declaratio, quod ad incurrendam hanc est necesse, ut sit Inquisitor, aut deputatus ad eius officium ab Episcopo: quia ipse Episcopus solum incurrit suspensionem officij in tres annos, d & quod non procedat quando, & quomodo debet, aut procedat, ut non debet: & quod hoc faciat contra iustitiam, & suam conscientiam sciens illud esse iniustum: & quod hoc faciat odio, amore, fauore, aut lucro, e quia non satis esset facere ignorantia, timore, aut ad euitandum scandalum f iuxta Cardinalem.

101 Decimaquarta habetur in clem. 1. & c. excommunicat cum reseruatione religiosos, qui sine licentia expressa presbyteri parochialis, presumunt administrare clericis, vel laicis sacramentum vnctionis, aut eucharistie, aut benedicere nuptias, aut absolueret excommunicatos à canone, praterquam in casibus à iure, aut privilegijs Apostolicis sibi concessis, aut à sententijs promulgatis à statutis prouincialibus, aut synodalibus, aut à peccatis à pena & culpa.

Declaratio prima, quod ad incurrendam hanc est necesse, quod sit religiosus: quamuis non sit exemptus, neque professus iuxta Cardinalem h & quod non sit Rector, seu curatus Ecclesie parochialis iuxta mentem Felini, & eorum quos citat i quamuis glossa dubitet, k uti pridem super ea diximus, quidquid dicant l Cardinalis & Imola.

102 Secunda, quod satis est, ut in licentia exprimatnr sacramentum, cuius causa petitur, etiam si non exprimatnr nomina personarum. m Tertia, quod est necesse, ut faciat aliquid ex quinque hic expressis per praesumptionem: & non sufficit facere id per ignorantiam, vel credulitatem, quod parochus id æquo animo feret, saltem quo ad forum conscientie secundum Cardinalem n & ea quæ nos diximus supra, o & latius alibi. p Quarta, quod non sufficit, ut vnus religiosus administret Eucharistiam alteri religioso exempto. Tum quia nō est subiectus presbytero parochie, quam subiectionem videtur praesupponere textus esse ad hoc necessariam, iuxta Caietanum. q Tum quia ille non est clericus, neque laicus, de quo textus loquitur, secundum Cardinalem, t quamuis oppositum, sed nō iuste, teneat Siluester. s Quinta, quod per presbyterum parochialem intelligitur rector, quamuis non sit initiatus ordine missæ, r aut eius vicarius, & episcopus iuxta glossam v & eius vicarius generalis. x Sexta, quod incurritur etiam ob administrationem factam in articulo mortis iuxta Cardinalem y etiam si faciat ob defectum parochi iuxta Siluestrum. z

Septima, quod non incurritur ex eo, quod administret parochiano, qui ait habere se facultatem, cum non habeat, a neque eo quod administret sacramentum penitentiae aut baptismi, secundum omnes ibidem: neque eo quod absoluat ab excommunicatione lata ab homine iuxta glossam & communem. b Octaua, quod fratres minores, & alij, qui participant eorum priuilegia possunt ministrare secularibus quolibet die excepto Paschatis, ut dictum est supra. c

Decimaquinta in clem. si quis suadente. de pen. Nunc facta est Bulla Cœnæ per S. D. N. Gregorium XIII.

103 Decimasexta, d excommunicat clericos, & religiosos, qui violant constitutionem illis prohibentem aliquem inducere ad vouendum, iurandum, aut promittendum eligere sepulturam in sua Ecclesia, aut quod non mutabit electam.

Declaratio prima, quod ad incurrendam hanc est necesse, quod sit clericus, aut religiosus: & quod inducat ad iurandum, vouendum, aut promittendum de electione sepulture, aut non mutandam electam: & quod persuasus aliquid horum faciat: & quod sepultura pertineat ad Ecclesiam eius qui persuadet iuxta Communem e & quod temerè faciat non existimando probabiliter id facere posse,

a In d. c. quinquæ.

b Arg. l. illud ff. ad l. aquil. & cap. 2. de tran. pralat. c In clem. 1. in §. verum. de heres.

d Per eundē §. verum.

e In d. §. verum. ubi textus. & Cai. ubi japr. cas. 3. f In c. glof. in d. §. verum. g De priuile.

h In d. clem. 1. q. 3. & 4. i In cap. cum quidam. col. 2. de iureiur. k In eadem clem. 1. l Ibidem. m Iux. gl. d. c. 1. receptam.

n In d. de 1. qu. 38. o Eod. c. nu. 71.

p In repet. c. accepta. oppo. s. de rest. po. num. 32.

q Vbi sup. cas. 64. r In d. clem. qu. 7.

s Ver. excom. munic. 7. cas. 14.

t Arg. c. suffraganeus. de elect.

v Eiusdem el. ver. parochia lib. 6.

x Arg. c. 2. de consi. lib. 6. y 1 d. de q. xi.

z Vbi supra dub. 3. a Glossa. & Cem. in d. cl. ver. non habita.

b Ibidem. ve. canonice. c Ca. 21. nu. 52.

d In cle. cupientes. de poe. §. ff.

e In d. §. ff.



a Vbi sup. cas. 49. b 3 pa. ti. 24. cap. 51. c In cle. gra. ue. de sen. ex. com.

d In d. cle.

e Syl. ver. ex. com. 7. cas. 16. §. 7. In extrau. de si. domici. de pœn. & rem. ssi.

g In extrau. 2. de sepul. in ser. conuues.

h Sil. vbi supra ca. 4. & colligitur ex sex.

i Vbi supra. cas. 70.

k In extrau. 1. de simon. l Vbi supra. cas. 71.

m Tertia par. se. sira. 24. c. 70.

n Vbi supra. ca. 44.

o i c. quonia. de sim.

p In d. e. quonia. m.

q In ca. cum venerabilis. de con. uet. c. denique. 4. r in rep. el. 1. de offic. or. in reg. 3. fall. 2.

s Ver. monia les. nu. vlt. t In tract. de red. q. 1. mon. vli.

v In extrau. Pauli 2. de si. mo.

x Vbi supra. ca. 72.

y Ca. 23. nu. 106 & ca. 25. num. 112.

z Cap. fin. de simon.

a Vbi supra. ca. 43.

b Vbi supra. ca. 66.

c Vbi supra. d Post. cas. 51. e In extrau. Mart. V. de regular.

iuxta Caietanum. a Secunda, quod non sufficit precari, aut inducere ad eligendam sepulturam, si non promittit, iurat, aut vouet, iuxta S. Antonium. b

104 Decima septima, c excommunicat, cum reservatione nobiles, & dominos temporales, qui cogunt aliquem ad celebranda diuina officia in locis interdictis, siue compulsio fiat persona clericorum, siue eorum consanguineis. Et qui voce praconis, aut sonitu campanae, aut ad clangorem tubicinis, vel buccinae, conuocant populum ad audiendum missam in tali loco, praecipue excommunicatos, aut interdictos: & etiam qui prohibent ne excommunicati, aut interdicti ab Ecclesia eiciantur, quando peraguntur diuina officia, qui admoniti à sacerdote nominatim nolunt exire.

Declaratio prima, quod per tria priora ex his quatuor, soli & omnes domini temporales incurrunt in hanc, quāuis sint praelati, si habent temporalem iurisdictionem iuxta glossam, Cardinalem & Imolam, d per quartum autem omnes. Secunda, quod conuocatio debet fieri aliquo modo ex praedictis, & non clam per nuncios. Et quod excommunicati sint nominatim admoniti. e

105 Decima octaua, f excommunicat cum reservatione, eos, qui ex priuilegio Papae Sixti III Absoluunt ab aliquo istorum quinque votorum, scilicet peregrinationis in Hierusalem, & Romam, Compostellam, religionis, castitatis, nisi in dictis confessionibus fiat mentio illorum de certa scientia, cū derogatione illius extrauagantis.

Declaratio, hanc extrauagantem nunc nihil, vel parum prodesse quo ad contentum in ea principaliter: quia iam confessionalia illa deserunt: sed est notanda ad hoc quod dispensatio quinque votorum in ea contentorum reseruat Papae, ad quod nullus textus ante hunc in libris iuris Pontificij habebatur.

Decima nona, g excommunicat cum reservatione eos, qui exenterant mortuos ad eos conseruandos, aut eos concidunt in frustra, & eos coquunt, vt ossa carnis denudata deserant, & sepeliant in alto loco, & qui hoc fieri iubent.

Declaratio prima, quod non habet locum in his, qui moriuntur in terris infidelium, vbi non est sacer locus ad sepeliendum, neque in eo, qui hoc facit viuo, neque etiam mortuo alio fine, quātm sepeliendi in alio loco, quamuis in vindictam, & etiam ad vespendum id faceret. h Secunda, quod non incurrunt, qui hoc facit cadaueri, ne forteat, aut in anatomiam, aut cadaueri regio, vt ab eius populis iustus honor habeatur, iuxta Caietanū i quod in vsu habet Gallia.

106 Vigesima, k excommunicat cum reservatione eos, qui dant, aut accipiunt aliquid ob ingressum in aliquod monasterium.

Declaratio prima, quod non incurrunt per acceptionē, vel largitionem absque pacto, aut ob consuetudinem, vel antiqua iura, aut siue praesumptione bono animo: quia bis repetit illa verba Eos, qui praesumunt. Neque per acceptionem cum pacto in victum eius, qui ingreditur ob necessitatem, iuxta Caietanum. l Secunda, quod Innocentius VIII. declarauit moniales non incurrere hanc, nisi ob receptionem cum pacto, aut alicuius non idonea, ob largitionem. Et quod S. Antoninus m quem referunt Siluester n & Feliceula o ait, quod Martinus V. dixit se nolle hac teneri moniales. Tertia, quod consuetudo contraria excusaret à praedicto mortali, vt diximus Pargumēto glossa singularis q & eorum quod Aufredus dicit. r Quarta, quod Clemens VII. cōcessit, vt moniales nullam simoniam pœnam incurrerent propter pacta, & conuentiones, quas contraherent in dotibus monialium, in commodum earum victū, vt habetur in compendio priuileg. s qua de re latius scripsimus alibi. t

Vigesima prima, v excommunicat cum reservatione committentes simoniam in ordine, vel beneficio, & eius mediatores.

Declaratio prima, quod nō intelligitur, nisi de simonia, quae committitur in ordine, & beneficio secundum omnes: quia de ea tantum agit, quod etiam dicit Caietanus. x Secunda, quod non habet locum in simonia mentali, neque etiam in sola conuentionali, sed in reali per praedicta, y & latius in conuentionali. z Tertia quod mandatum positum in ea, vt denunciet eam scientes, non obligat alios, quātm Curiales Romanos secundum Siluestrum: a neque nunc eos, neque eos, neque alios secundum S. Antoninū, b quia non est quo ad hoc recepta, Siluester c & Caietanus. d

Vigesima secunda, e excommunicat cum reservatione, fratres ordinum mendicantium sine speciali facultate Papae migrantes ad non mendicantes, excepto ordine Carthusianorum, & etiam admit-

tentes eos. Hæc facit ad illud Ioannis Maioris, a Carthusia religionum optima.

Vigesima tertia, b quam refert Ioannes Andreas c excommunicat cum reservatione omnes eos, qui largiuntur, aut accipiunt aliquid, aut promittunt in Curia Romana ad obtinendam iustitiam, aut promerendam gratiam alicuius rei. Sed Paludanus, d & Angelus e & Siluester, f & Caietanus g asserunt fuisse reuocata per Clementem V. fuit autem innouata, & maioribus pœnis aucta per S. D. N. Gregorium XIII. per extrauagantem, quae incipit. Ab ipso. promulgatam die 8. Nouemb. an. 1574. quam statim magno commentario donauimus in honorem sanctissimarum, earundemque fortissimarum virginum & martyrum Lucia, & Catherinae, intra viginti dies, quibus festa earum distant.

107 Vigesima quarta, h excommunicat cum, qui dixerit peccare mortaliter eum qui crediderit Virginem Matrem fuisse conceptam in peccato originali: & etiam e contrario eum, qui dixerit peccare mortaliter oppositum tenentem.

Declaratio, quod qui sincero, & solido animo sine alia audacia, vel praesumptione dixerit hoc non incurrer, iuxta Caietanum, i quia ait, ausu temerario, & paulo ante praesumerent, & ita dolum, aut certe latam culpam requirit per supra dicta. k Quamquam in Concilio Basiliensi. l fuit declaratum fuisse conceptam sine peccato originali, vt asserit Dom. Bartholomæus à Carranza Illustrissimus nunc Archiepiscopus Toletanus m reuocata est tamen praefata extrauagans Tridenti. n

\* Quamquam in Concilio Basiliensi. Quoniam de intemerata Conceptione B. Virginis qualis sit Tridentini Concilij (cui maxime adhaerendum est) sententia, satis constat, nimirum ea quam Sixtus IV. in sua extrauaganti declarauit, quamque hic Nauarrus breuiter perstrinxit: subiciemus hic etiam Basiliensis Concilij decretum, non quod illud Concilium omnino probemus, sed vt in eo Conceptionem B. Virginis ab omni labe peccati originalis puram fuisse non esse proflus de fide definitum ostendamus. Ait ergo. Nos ergo diligenter inspectis auctoritatibus & rationibus, quae iam à pluribus annis in publicis relationibus ex parte vtriusque doctrinae coram hac sancta Synodo allegatae sunt, alisque etiam super hac re viuis & actuali culpa, sanctamque & immaculatam, tamquam piam & consonam cultui Ecclesiastico, fidei Catholicae rectae rationi, & sacrae Scripturae ab omnibus Catholicis approbandam fore, tenendam & amplectendam definimus & declaramus, nullique de cetero licitum esse in contrarium praedicare & docere. Hæc ibi. Vbi hæc sententia pia, & consona cultui Ecclesiastico & fidei Catholicae: non tamen simpliciter & absolute de fide esse affirmatur. Post hæc Pius V. constitutionem edidit quae incipit super speculam, per quam prohibuit disputare in publicis concionibus de conceptione B. Virginis, aut de ea vulgari sermone scribere vel dicere.

108 Vigesima quinta, o excommunicat cum reservatione, commissarios, & delegatos ad cognoscendum, an illa aut illa alienatio bonorum Ecclesiasticorum sit in utilitatem euidentem Ecclesiae, vel non, qui amore, timore, aut pecunia ea auctorant. Quamquam Caietanus hanc non posuit, sine quod non haberet pro authentica, siue quod non esset vsu recepta, quod ipsum de aliis multis significat. p

109 Vigesima sexta in priuilegijs ordinum relata apud S. Antoninum q excommunicat cum reservatione ingredientes monasteria monialium, Minorum, & Prædicatorum sine licentia praefecti ordinis, aut Generalis, aut eius, qui ab ipsis ad id habet facultatem. Et qui praesumunt proferre in lucem libellos famosos lingua vulgari, vel alia, aut componunt, aut habent, aut in vulgus emittunt versus, aut cantilenas in infamiam, & detractionem status ordinis Prædicatorum, vel Minorum. Et eos qui praesumunt praedicare, docere, defendere praedictos religiosos non esse in statu perfectionis, vel non licere eis viuere ex elemosynis, neque praedicare, neque audire confessiones cum licentia summi Pontificis, aut aliorum praelatorum inferiorum sine licentia Rectorum Ecclesiarum, vel presbyteri Cardinalis. Et eos, qui praesumunt inferre aliquam, quae incommoda sit, violentiam locis praedictorum Prædicatorum, & Minorum. Et qui in suis monasterijs, vel Ecclesijs detinent apostatas praedictorum, nisi eiecerint, postquam à monachis ipsorum ordinum fuerit eis denunciatum, ne eos retineant. Et monachos Minores, qui praesumunt recipere ordinis Prædicatorum professos absque licentia summi Pontificis, quae faciat expressam mentionem huius indulti, aut nisi prius petant, & impetrent facultatem suorum Priorum, & qui palam vel clam conantur expellere ex vniuersitate Parisiorum Prædicatorum, vel Minores.

a In 4. di. 38. qu. 11.

b In extrau. 1. de sent. ex. com.

c In c. nem. de simonia.

d In 4. di. 12. q. 3. col. pen.

e Ver. excom. munic. 5. cas. 25.

f Vbi supra. 46.

g Post. ca. 51.

h In extrau. graue. detra. liq. & vne. ra. sancti.

i Vbi supra. cas. 58.

k Eod. can. 73.

l Sess. 36.

m In summ. eiusdem Concilij.

n Sess. 4. sub finem.

o Apud. Sil. ver. excom. mun. 7. c. 47.

p Post. cas. 51.

q 3. pa. si. 24. c. 70. & Car. vbi supra. ca. 51.



a Vbi supra.  
 b Vbi supra.  
 c Iuxta eundem.  
 d Ca. 18. nu. 35.  
 e Vbi supra. ca. 34.  
 f Vt habeatur in compendio ver. absolutio 2 nu. 8.  
 g Vt habeatur in dicto compendio ver. Apostata. nu. 7.  
 h Vt dicitur in dicto compendio ver. absolutio 2. quo ad seculares. 6. fin.  
 i Vbi supra. km extranea. Julij II. relata per S. Anton. ubi sup. c. 10.  
 l Iuxta Cnca. ubi supra.  
 m In Concil. Lateran. sub Leone X. sess. 9.  
 n In eodem Concil.  
 o Ver. excom. mu. in fine.  
 p In fine sum. ma. Concilij Lateranensis sub Leone X. q. in extranea parte Julij. II. approbata in dicto Concilio Lateran. sess. 5.  
 r De sent. excom.  
 s Eodem cap. nu. 91. & seq.  
 t Ar. c. super de sent. excom.  
 v In c. 1. & c. monach. de sent. excom.  
 x In cap. 2. de eo qui fuit. ordin. in sep. y lbi. & in d. ca. monachi. & in aliis locis multis ibi per Felix. citati.  
 z In c. super. Gen. si concubina. de sent. excom. nu. 11.  
 a Supra eod. num. 31.  
 b Relatum v. 35.  
 c Iuxta dicta sup. eo. s. o. w. 10. & seq.

Declaratio prima, quod septem excommunicationes diuerforum Pontificum in hac continentur, quas S. Antoninus refert. <sup>a</sup> Secunda, quod primam non incurrit, qui ingreditur dicta monasteria ignorantia iusta, vel quasi iusta ductus secundum eundem, & Caietanum, <sup>b</sup> neque qui ingreditur sciens, sed persuasus iustam esse causam, ob quam ingreditur. <sup>c</sup> Tertia, quod secunda non habet locum contra componentes predictos libellos in ignomini ipsorum religiosorum, & non eorum status per dicta supra. <sup>d</sup> Quarta, quod in septimo loco pro Parisiorum est apud Siluestrum, <sup>e</sup> Perusini, per errorem. Quinta, quod mulieres, quae priuata intentione ingrediuntur monasteria monialium predictarum, possunt absolui a confessariis sui ordinis per privilegium Sixti III. <sup>f</sup> Sexta quod praelati praedictorum ordinum, & eorum, qui gaudent privilegiis Carmelitarum, possunt excommunicare omnes clericos & laicos, qui retinent Apostatas sui ordinis. <sup>g</sup> Septima, qui faciunt dictam danosam violentiam, possunt absolui a conseruatore, & praelato ordinis in foro conscientiae per privilegium Leonis X. <sup>h</sup> **Vigesima septima apud S. Antoninum & Siluestrum i excommunicat qui peregrinantur in Hierusalem absque licentia Papa.** <sup>i</sup> **Vigesima octaua k excommunicat eos, qui appellant a Papa ad futurum Concilium &c. Sed haec hoc anno facta est tertia Bulla Cœnae, per S. D. N. Gregorium XI II.** <sup>l</sup> **Declaratio quod qui consulit, vt appellet, non incurrit, si non appeller, secus de consulente licitum esse appellare, quia priore casu prohibetur consilium secundario: posteriore vero principaliter.** <sup>m</sup> **Vigesima nona excommunicat cum reseruatione Cardinales reuelantes aliquid de secreto altis in Consistorio Papa cum ab eo datum sit praeceptum speciatim, & expresse, vt id maneret secretum.** <sup>n</sup> **Trigesima, o excommunicat eos, qui praedicant miracula falsa vel incerta, vel prophetias, qua non continentur sacra Scriptura.** <sup>p</sup> **Sed Caietanus ait, q quae sequitur Frater Bartholomaeus Carranza Nauarrus, tunc doctissimus, & religiosissimus Doctor, nunc autem Illustrissimus Archiepiscopus Toleranus p censuras huius Concilij non fuisse receptas.** <sup>r</sup> **Trigesima prima q excommunicat Cardinales, qui Sede Apostolica vacante contrauenerint, ordinauerint, disposuerint, aut aliquo modo praesumpserint facere, vel attentare contra ordinata ab eodem Iulio II. vt sine simonia eligatur Papa.** **De excommunicationibus reseruatis Episcopis, vel Papa, partim illis, partim neutris.** <sup>s</sup> **112 Excommunicationes reseruatae Episcopis sunt tres, & alia dua aliquando. num. 112. & 2. seq.** <sup>t</sup> **Prima, in cap. peruenit, i incurfa ob leueni percussione clericis, vel monachi, de qua supra.** <sup>u</sup> **Secunda, quam fert Episcopus per suum statutum reseruando sibi absolutionem, secundum omnes.** <sup>v</sup> **Tertia est excommunicatio Papalis, cuius absolutio ob aliquod iustum impedimentum conceditur inferiori: quia illam dare debet Episcopus, & non alius inferior.** <sup>w</sup> **Secundum Innocentium communiter receptum, v quia quae dispensatio, vel absolutio reseruata Papae privilegio iuris conceditur inferiori, videtur concedi Episcopo, & non alij eo inferiori, iuxta eundem Innocentium, x probatum per Panormitanum, y quae eadem ratione excommunicatio prima harum quinque ceteris esse reseruata Episcopo.** <sup>x</sup> **Quarta partim Episcopalis, partim non, z excommunicat eum, qui scienter participat cum excommunicato in crimine, ob quod est excommunicatus, cum reseruatione absolutionis ei, cui esset reseruata absolutio excommunicationis ob crimen, in quo participando eam incurrit alius.** <sup>y</sup> **Declaratio prima, quod ad incurrendam hanc excommunicationem oportet: quod fiat participatio in crimine post illud commissum, & ob id incurfam excommunicationem ab eo, cum quo participat, vt dictum est. a Et quod participet cum eo sciens illum esse excommunicatum. Secunda, quod licet ante extrauagantem praefatam, ad euitanda, b sufficiebat, & requirebatur scientia excommunicationis, ita post eam requiritur, & sufficit scientia denunciationis illius, per ibi dicta. Tertia declaratio in solutione propositi dubij, quod sicut qui percutit plures clericum, ita vt appellentur diuersae percussiones, c singulis vicibus incurrit excommunicationem: sic qui participat in crimine mul-**

**A** toties cum excommunicato, ita vt dicantur iteratae participationes, singulis vicibus incurrit excommunicationem. <sup>a</sup> **Quarta, quod ab hac debet absolueri idem, qui ab altera. b Idcirco, cui reseruata fuit prior, eidem & haec erit, & si illa nemini fuerit, neque haec erit vlli.** <sup>b</sup> **113 Quinta etiam partim Episcopalis, & partim non, c excommunicat eum, qui ob articulum mortis, aut aliud iustum impedimentum absolutus ab eo, qui aliter non potuisset, recuperata valetudine, vel sublato impedimento, quam cito commode potest, non representat se superiori, a quo debet absolui, quo obediatur eius mandatis. Et etiam qui absolutus a Sede Apostolica aut eius Nuncijs praecipientibus, vt se praesentet ordinarijs, aut alijs iudicibus, quo exequatur sua iussa, vel quo satisfaciatur laesis, vel ijs, ob quos fuit excommunicatus, non facit quam cito commode potest.** <sup>c</sup> **Declaratio prima, quod prima pars huius excommunicationis habet locum in absolutis a quibuscumque, vt ex littera palam colligitur: & secunda non nisi in absolutis a Sede Apostolica, aut eius Nuncijs, de quibus solum loquitur. Itaque non habet locum in absoluto ab Episcopo, vel alio delegato, iuxta Caietanum e quauis habeat nostro iudicio in absoluto a summo Praenuntiaro. Secunda, quod tempus, intra quod quam cito commode potest tenetur praesentari: quo ad foru exterius relinquatur arbitrio boni viri, d quo ad interius autē conscientiae absoluti. e Tertia quod haec est Papalis, vel Episcopalis, si prima talis erat, & nemini, si prima non erat reseruata: quia textus habet eandem esse.** <sup>d</sup> **De excommunicationibus nemini reseruatis, in decreto & decretalibus.** <sup>e</sup> **114 Excommunicatio prima nemini reseruata, in seculares non reddentes ius Ecclesiasticum. Secunda, in consentiente electioni de se in Papam male facta. Tertia, in eum, qui sic suscipit munus administrandi partem vili Episcopatus. Quarta, in scholasticos Bononiae, qui sic conducunt. Quinta, in imponentes tributa, &c. Ecclesiasticis, nu. 115. Sexta, in certos clericos qui audiunt leges, aut medicinam, num. 116. Septima, in clericos suscipientes praefecturas seculares. Octaua, in schismaticos. Nona in capientes bona naufragorum, num. 118. Decima, in seruantes statuta contra libertatem Ecclesiae, num. 119.** <sup>f</sup> **117 Lex quae amissum in mari tribuit, &c. N. iniusta.** <sup>g</sup> **116 Libertas Ecclesiastica qua, qui eam violat, num. 120.** <sup>h</sup> **114 Rima, i qua excommunicat Gubernatores, & Iudices, qui admoniti ab Episcopis, & alijs Ecclesiasticis, omittunt ius illi reddere, ob negligentiam, vel iniquum animum.** <sup>i</sup> **Secunda, & excommunicat eum, qui non electus saltem a duabus partibus Cardinalium in Papam, consentit sua electioni, & etiam recipientes eum in papam. Haec non est reseruata Papae, nisi permixtam habeat haeresim credendi duas esse Ecclesias, aut schisma absque illa, & tunc reseruatur, per Bullam Cœnae in clausula prima, & secunda. h** <sup>j</sup> **Tertia, i excommunicat Episcopum, qui in Ciuitate diuersarum linguarum suscipit gubernationem eorum, qui sunt suae, priusquam suscipiatur a proprio Episcopo in coadiutorem suum.** <sup>k</sup> **Hanc Caietanus k hodie esse parum vtilem significauit: quia Papa communiter confert omnes Episcopatus in similibus locis, qui si iustrasset Episcopatus Castellae, Nauarrae, & Galliae, in quibus alij Vasconicè, alij Hispanicè, alij Gallicè, alij Teutonicè loquuntur, id non dixisset.** <sup>l</sup> **Quarta, l excommunicat doctorem, & scholasticum vniuersitatis Bononiae, qui conducit domos alterius doctoru, aut scholastici sine eius consensu ante finem termini. Iuxta Innocentium & communè, m contra Hostiensem haec non habet locu extra vniuersitatem Bononiae: & ideo nihil amplius dicimus de ea.** <sup>m</sup> **115 Quinta, n excommunicat consules, rectores, & potestates imponentes Ecclesiae, vel personis Ecclesiasticis tale, vel veltigalia, si admoniti non desistunt, & omnes, qui praebent consilium, fauorem, vel auxilium, & eorum successores.** <sup>n</sup> **Declaratio prima, quod per potestatem hic intelligitur secularis, iuxta Ioanucm Andream o & quod satis est vna admonitio. p Secunda, quod non incurrit Gubernator, qui vt debuit contradixit, etiam si non relinquat officium iuxta Panormitanum, q & melius Angelum & Siluestrum r & Ioanncm Tabiennam, s quamquam Ioannes Andreas oppositum teneat, t & Innocentius dubitet, v siquidem non peccauit, si contradixit tantum, quantum, & quemadmodu**

a Dist. c. nuper.  
 b In c. eos. de sen. excom. li. 6.  
 c Vbi su. ca. 69.  
 d Arg. l. 1 ff de iur. del. o. de causis de offi. deleg.  
 e Arg. gl. ca. significasti. 2. de homic.  
 f In c. ad ministratores. 23. q. 5.  
 g In ca. licet. de elec.  
 h Supr. eod. c. n. 50. & 57. i In c. quonia de offic. ordi.  
 k Vbi sup. ca. su 88.  
 l In c. 1. de locat.  
 m In eodem cap.  
 n In c. non minus de immuni. Eccles.  
 o In d. ca. non minus.  
 p Iux. Hosti. s. ibidem.  
 q In c. aduer. sui. eod. m. ii. r Ver. excom. munic. p. ca. 5.  
 s Casu. 18. t Ibidem.  
 v In ca. mouerint. de ex. excom.



a Arg. ca. E-  
phejus. 43. di.  
b Cap. nemo.  
c ca. nullus.  
11. qu. 3.  
c Eod. ca. nu.  
9.

d Lux. Panor.  
recep. in d. ca.  
non minus.  
e In capi. non  
magnopere.  
f c. super pe-  
cula. ne cle.  
vel monach.  
g c. i. eod. ti.  
lib. 6.

f Vbi sup. ca.  
su 50.

g Ca. cum ex  
eo. ver. lute-  
rarum de e-  
lect. lib. 6.

h In dictis  
trib. cap.

i Vbi supra.

k Ver. excom-  
munic. 9. ca.  
6.

l In c. clerici.  
ne cle. vel mo-  
nach.

m In d. c. cler.  
n Vbi sup. ca.  
7.

o Cas. 76.

p In ca. nulli-  
tas. 19. dist. 9.  
cap. 1.

q In c. excom-  
municatio.  
de raptor.  
r Sup. nu. 60.

s In d. c. exco-  
municatio.  
t Vbi sup. ca.  
13.

v In d. c. exco-  
municatio.  
x Ver. excom-  
municatio 7.  
ca. 20.

y c. cu. percus-  
sio. 7. q. 1. c. l.  
Dinus. ff. de  
off. praesid.

z Inc. nouerit  
de sen. excom-  
munic.

a Vbi sup. ca.  
11.

b d. c. gran-  
de sen. excom-  
mu. c. Cum  
nu. m. d. c. no-  
uerit.

c Ver. excom-  
municatio. 9.  
ca. 10.

d Vbi supra.

e Dist. ca. 31.

debebat, & sine peccato mortali, non incurritur excom-  
municatio maior, vt dictum est supra. Tertia, quod hæc  
non incurritur propter tributa omnino realia quæ clerici  
debent ob sua bona, nec ob realia extraordinaria, quæ im-  
mediatè spectant ad eorum bona, vt ad reficiendum iter,  
vel callem, qui est ante prædium, vel domum suam, sed in-  
curritur propter onera merè personalia, & mixta, quæ im-  
ponuntur personis & bonis. d

116 Sexta, c excommunicat religiosos, qui exeunt à suis mona-  
sterijs, vt audiant leges, vel medicinam, & audiunt, & non redeunt  
intra duos menses ad illa. Et clericos, qui habent dignitatem, vel  
personatum, quamuis non sint presbyteri. Et presbyteros, quamuis  
omnino nullam habeant dignitatem, neque Ecclesiam parochia-  
lem, qui audiunt dictis duobus mensibus.

Declaratio prima, quod hæc non incurrit religiosus, qui  
audit intra monasterium, aut extra in eadem Ciuitate, de-  
gens in eadem, aut egreditur ad audiendum aliquod exor-  
dium, vel aliquam prælectionem, vel honoris, vel informa-  
tionis causa, vel rediit ante prædictos duos menses ad  
claustrum, iuxta mentem Panormitani, cui Caietanus f &  
alij recentiores consentiunt. Secunda, quod clerici sæcu-  
lares, quamuis obtineant beneficia, etiam si sint subdiaconi,  
vel diaconi, modo non habeant dignitatem, vel persona-  
tum non incurrit in eam: quia non loquitur de alijs iuxta  
glossam singularem. g Tertia, quod presbyteri, iam be-  
neficium non habentes, & qui habent dignitatem, vel per-  
sonatum: quamuis non habeant nisi minores ordines, eam  
incurrunt, si audiunt duos menses, etiam si non egredian-  
tur è suis terris. neque domibus, iuxta communem. h Quar-  
ta, quod nemo istorum incurrit eo, quod doceat eam, etiam  
extra domum suam, iuxta Innocentium & Panormitanum. i  
quidquid dicat Siluester. k

117 Septima, c excommunicat sacerdotem, qui est Vicarius Vice-  
comitis, aut alterius præfecti secularis, si admonitus non relinquat  
præfecturam.

Declaratio prima, quod non incurrit hanc clericus mi-  
norum ordinum, iuxta Panormitanum, m quidquid Silue-  
ster dicat. n Secunda, quod incurrit in eam prælati, qui  
sunt gubernatores, vel præsidentes Cancellariorum, iuxta  
Caietanus o Tertia, quod non incurrit prælati, qui ha-  
bet eiusmodi procuracionem annexam suæ dignitati, aut  
suo patrimonio, iuxta omnium sententiam.

Octaua, p de schismaticis. Sed hæc hodie continetur Bulla  
Cœnæ supra relata.

118 Nona, q excommunicat eos, qui capiunt bona Christiano-  
rum naufragio perditâ, & non restitunt eis.

Declaratio prima, quod hæc facta est Bulla Cœnæ per  
S. D. N. Gregorium XIII. vt patet, r quæ tamen etiam tan-  
tùm accipientes scienter excommunicat, quamuis non vi-  
deatur comprehendere eos, qui bono animo, aut saltem  
non malo accipiunt, donec sint in mora restituendi. Secun-  
da, quod neutra incurritur ex sola acceptione bonorum, si-  
ne mora, & voluntate (vt ita dicam) restituendi secundum  
omnes. Quod est verum attenda decretali, & etiam attenda  
Bulla, nisi acceptio fuerit scienter patefacta: quia tunc illa  
sufficit, licet sic absque monitione secundum Panormita-  
num s & Caietanus, t quos sequor ob rationem firmam  
Caietani contra Ioannem Andream v quamuis eam sequatur  
Siluester. x Tertia, quod ex his sequitur, quod lex, quæ  
statuit bona naufragorum esse tribuenda illi vel illi, est ini-  
quissima, quippe quæ afflictio addit afflictionē cõtra iura. y

119 Decima, z excommunicat eos, qui obseruari faciunt statuta  
facta, & consuetudines inductas aduersus libertatem ecclesiasti-  
cam, nisi ex libris radant: & eos qui ea faciunt, & scribunt, & po-  
testates, consules, & gubernatores, & consiliarios quorumlibet lo-  
corum, vbi eiusmodi statuta seruantur: & qui iudicant secundum  
illa, & qui ea publica in forma scribunt.

Declaratio prima, quod non incurrit hanc omnes, qui  
violant libertatem ecclesiasticam, vt nonnulli celsuerunt,  
sed solum qui eam violant per viam statutorum, & consue-  
tudinem contrariam, vt rectè dixit Caietanus. a Secun-  
da, quod non satis est facere non obseruari, si non era-  
dit ex libris intra duos menses, neque non eradere, si ob-  
seruari non facit, iuxta glossam singularem, b quamquam  
Siluester c contradicit, & Caietanus dubitat. d Tertia, quod  
quidquid dicat Caietanus e potestates, consules, governa-

tores, & consiliarij incurrunt eam, quamuis nõ obseruent,  
neque obseruari precipiant, si sciant, & non impediant eo-  
rum obseruantiam, quia hæc est aperta sententia textus di-  
cti ca. nouerit. Nec obstat eius ratio, scilicet, quod ex omif-  
sione non videtur incurri excommunicatio: quia falsum est, a  
& ipsemet contra Siluestrum tenet. b Quarta, quod qui faci-  
unt obseruari, vel scribi eiusmodi statuta sincero corde:  
quia credunt esse salutaria, non incurrunt, c maximè si cre-  
dunt de consilio viri eruditi, & pro idonea sciētia & con-  
scientia prædico habiti, d & glossa singularis quæ est tertia,  
ex qua Panormitanus cõmuniter receptus hoc e colligit. f  
Quinta, quod libertas ecclesiastica est, quam habet Ecclesia vni-  
uersalis, quatenus est talis in spiritualibus, & temporalibus concessam  
à Deo, vel Papa, vel Imperatore iuxta Innocentium. g Sexta,  
quod qui ordinat contra hanc, vel illam Ecclesiam parti-  
cularem, non incurrit hanc excommunicationem, nisi illa  
etiam pertineat ad hanc Ecclesiam vniuersalem. Septima,  
quod non sufficit aliquid esse cõtra societatem humanam,  
vt dicatur esse contra libertatem ecclesiasticam: vnde h  
non dicitur, quod statuere, ne laici conquant, molant, aut  
vendant clericis panem & c. esset contra libertatem Ec-  
clesia, sed quod præsumitur esse: quia per se non tangit  
Ecclesiam, quatenus est Ecclesia, sed quatenus est congregatio  
hominum, vt sunt alia, quod est singulare dictum  
Caietani i quod aliàs, dicto cap. vlt. addidimus.

120 Octaua, quod ad hoc, vt aliquod statutum dicatur  
contra libertatem ecclesiasticam, debet esse factum inten-  
tione derogandi ei, aut alicui rei eiusmodi, quod ex sua na-  
tura aduersetur eidē quale est statuere, ne Ecclesiis, vel Ec-  
clesiasticis dentur elemosynæ, vel decimæ, vel vt vectigal,  
gabellam, seu scissam soluant de his, quæ emunt sibi, & non  
ad negotiandum, seu ad causam lucri reuendendum. Nona,  
quod non est huius generis statuere, ne in funeralibus, pri-  
mis missis, vel nuptiis extra modum offeratur, neque fiant  
immoderata cõuiuia, neque sumptus ceræ, lufus, & reliquæ  
pompe, iuxta Caietanum, k licet Tabienna l contradicat, cui  
per prædicta respondeas. Quamuis enim hoc fiat Ecclesiæ,  
& Ecclesiastici minus lucrentur: tamen hoc factum suapte  
natura non eõ referatur, sed per accidens quod non confi-  
deratur, m vt latè traditur per Aristotelem n declaratum  
per B. Thomam. o Decima, quod cap. vlt. p quatenus dicit,  
quod laici non possunt statuere de funeralibus, in religio-  
sum est de his, quæ sua natura diriguntur ad Ecclesiam, vel  
salutē animæ mortui, vel ad cultū diuinū, vt sentit Felinus q  
& expressit Caietanus r & nõ de alijs. Vndecima, quod hæc  
excommunicatio hodie est reuerata Papæ, vt patet supra. s

Excommunicationes lib. Sexti Decretalium nulli reseruata.

121 Excommunicatio vndecima nulli reseruata, & prima Sexti in  
eos, qui secreto mittunt c Cardinalibus, quando sunt in con-  
clauis ad eligendum. Duodecima, in dominos, & c. qui in electio-  
ne Papæ non faciunt obseruari c. Decima tertia, in eos, qui  
molestia afficiunt electores, eo quod non elegerint optatum ab  
eis. num. 122 Decima quarta, in noue vsurpantes ius custodiendi  
aliquam Ecclesiam sede vacante c. nu. 123. Decima quinta, in  
directorem electionis monialium, qui hoc, vel illud facit. n. 124.  
Decima sexta, in eum, qui procurat suum conseruatore c.  
Decima septima, in facientes se metu absolui à censuris. Deci-  
ma octaua, in fingentem aliquid, quo iudex vadat ad mulierem.  
nu. 125. Decima nona in compellentes submittere bona Ecclesia-  
stica. nu. 126. Vigesima, in inuentores nouarum religionū. n. 127.  
Vigesima prima, in exigentes ab ecclesiasticis portoria. nu. 128.  
Vigesima secunda, in sic impediētes iurisdictionem Ecclesiasti-  
cam. nu. 129. Vigesima tertia, in dominos, qui prohibent subditis  
ne vendant, ne ve emant à clericis c. nu. 130. Vigesima quarta,  
in religiosos temere habitum deserentes. nu. 131. Vigesima quin-  
ta in religiosos ad studia sine licentia euntes c. 133. Vigesima  
sexta in doctores docentes religiosos. Vigesima septima in sepe-  
liantes hereticos. nu. 134. Vigesima octaua, in iudices non auxi-  
liantes contra hereticos c. nu. 135. Vigesima nona in interfi-  
cientes per assassinos. nu. 136. Trigesima, in permittentes sene-  
ratos. num. 136. Trigesima prima, in dantes represalias contra  
Ecclesiasticos. num. 136. Trigesima secunda, in negligentes per-  
sequi iniurias Cardinalibus. num. 136.

126 Tempus decem annorum est longum tempus.

a Per d. 1. s.  
verum de hæ-  
ret.  
b In c. 72.  
c lux. immo in  
d. ca. nouerit.  
in fin.  
d Ar. notuo-  
rum in c. de  
confis.  
e Ibidem.  
f Ca. capella  
nu. de feris.  
g In d. c. noue-  
rit. colum. 2.

h In c. f. de t.  
mu. ecc. li. 6.

i In d. ca. 31.  
c. 37.

k In d. ca. 31.  
i. ca. 20.

m Argu. l. f.  
quis ne cau-  
ff si cert. per.  
capit. quia di-  
uersitate de  
concess. prak.  
n Lib. 2. de  
de Physico an-  
dit. sex. 53. c.  
54.  
o Ibi. lect. 9.  
p De re eccl.  
q. 2. ecclesie.  
col. 38. de com-  
finit.  
r Vbi supra.  
s Num. 61.



- 126 *Monitio extraiudicialis non debet esse necessariò trina.*
- 128 *Mercator quis, qualis non est monasteriū asportās terrā &c.*
- 130 *Lex, quod nemo vendat pradium nisi tributario, valida.*
- 132 *Religionis debitum quis relinquit, quando peccat mortaliter, & est excommunicatus. 133.*
- 133 *D. Franciscus à Nauarra olim prior Roncauallis, post Archiepiscopus Valentinus laudatus.*
- 134 *Religiosi Doctor qui excommunicatus.*
- 135 *Iudex non auxilians contra hereticos, vt excommunicatus.*
- 136 *Assassinus quis sit proprie, & quis improprie.*
- 136 *Represalia quis concedat contra clericos, &c.*

**V**ndecima<sup>a</sup> excommunicat omnes, qui mittunt litteras vel nuncium, vel clā loquuntur Cardinalibus inclusis conclauī ad eligendum Papam.

Declaratio prima, q̄ non obligat ipsos Cardinales, qui sunt intus. Secunda, quòd quamquam Archid.<sup>b</sup> quem sequutus Ioan. Andreas, Dominicus & Franciscus cum aliis, dicat, vnum quodque horum trium secretò faciendum esse ad incurrendum: contextus tamen eius id de solo tertio significat, quod ante dicit Caietanus.

Duodecima<sup>c</sup> excommunicat Dominos, Gubernatores, & quoslibet alios magistratus, seu officiales Ciuitatis, vbi creandus est Papa, qui diligenter obseruari non fecerint omne id, quod eo tempore faciendum esse statuitur in illo cap. Huius declarationes missas facimus: quia raro, & in paucis locis sunt necessaria.

122 *Decimatertia<sup>d</sup> excommunicat omnes, qui per se, vel alios presumpserit vexare aliquam personam Ecclesiasticam, vel alia loca pia, eo quòd rogati, sed alias inducti, eum pro quo rogabantur, seu inducebantur eligere noluerit, vel consanguineos eorum, &c.*

Declaratio prima, quòd ad incurrendam hanc necesse est, \* vt interueniat grauamen spoliij, vel iniusta perlequutio: & quod id fiat, quia noluit eligere eum, pro quo fuit rogatus vel suusus: & quod persona eligenda sit Ecclesiastica: & quod grauamen, seu molestia fiat rogato, vel eius consanguineo, vel Ecclesiæ, monasterio, vel pio loco. Secūda, quod ex hac inferatur nos benè respondisse cuidā domino, eū non incurrisse hanc, q̄ pretermisit largiri elemosynas consuetas cuidam Ecclesiæ: quia non fuisse electus in ea is, quem optaret. Tertia, quòd per spoliū intelligitur quacumque acceptatio quorumlibet bonorum mobiliū, vel immobilium occulta, vel violenta, iuxta Archid.<sup>f</sup> Quarta, quòd id ipsum, quod dicitur de electione, dicendum est de præsentatione spectante ad personam Ecclesiasticam, sed non ad laicam, iuxta glossam finalem, & idem de confirmatione, institutione, & postulatione, iuxta Dominicum receptum.

\* *Vt intercedat grauamen spoliij.* Spoliare pro exuere bonis in l. ff. de donat. inter vir. & vxor. dicitur, vnde Spolia sunt bona iniuste per vim alicui detracta: & grauamen spoliij est vis adhibita in spoliandi alterum suis bonis.

123 *Decimaquarta<sup>h</sup> excommunicat eos, qui vsurpare conantes nouè ius custodiende, & seruanda, alicuius Ecclesie vacantis, presumunt capere aliqua bona illius.*

Declaratio prima, quòd duo sunt necessaria ad incurrendam eam, scilicet, vt velint vsurpare tale ius, & vt capiant bona, ita vt alterum sine altero non sufficiat. Secūda, quòd qui hoc facit, eo quòd ad eum pertinet ex fundatione, vel antiqua consuetudine, vel præscriptione, non incurrit per finem illius cap. Tertia, quòd nouè vsurpare dicitur, qui nondum possedit 40. annos, iuxta glossam.<sup>k</sup>

124 *Decimaquinta<sup>l</sup> excommunicat accersitum in directorem electionis monialium, non temperantem à rebus, ex quibus nasci, vel ali potest discordia.*

Declaratio prima, q̄ nihil refert an is sit religiosus, aduocatus, prudens, vir, vel femina, iuxta glossam<sup>m</sup> Secūda, q̄ hinc colligitur quantum errēt, qui existimant moniales S. Clara, & cuiuscumque alius religionis, non posse accersere aliquam personam extraneam, scientia, & conscientia ad id idonea præditam, qui fidant ad faciendā sanctā, & canonicam electionem suā. Abbatissa, cum possint vocare medicos, chirurgos, latomos, fabros lignarios, & alios ministros ad res necessarias: cum canonica electio sit maximè necessaria monasterio, & rectè factu difficillima, in qua tanta sese offerunt dubia, vt pauci, quamuis sint consensum

A mata canonum peritia, eam sic dirigant, quin super aliquo errēt. Verum est tamen cæteris paribus, quod satis esset vocari in directorem eiusdem ordinis virum, quàm extraneum. Tertia, quod vt rectè Dominicus ibi ait, non incurrit hanc, qui interest electioni non accersitus in directorem, neque qui excitat, vel alit discordiam facta iam electione, iuxta Caietanum.<sup>a</sup>

125 *Decimasexta<sup>b</sup> excommunicat partem incitantem conseruatorem ad procedendum in eis, que non continent apertam violentiam, vel iniuriam, & que requirunt altiore indagine.* Hanc non incurrit, qui non est pars in iudicio, neque si est, & procurauit, sed iudex non processit per dicta supra. c \* Neque cum conseruator datur cum clausula, vt possit cognoscere etiam de eo quod requirit altiore indagine, vt communiter hodie conceditur. Quæ verò nouè de hac re indixit Concilium Tridentinum videre licet ibidem.<sup>d</sup>

\* *Neque cum conseruator.* Conseruator est iudex aliquis delegatus à Pont. max. datus ad defendendum aliquem à manifestis iniuriis iudiciali ordine non vrens, vt ait Ioan. Andr. de quo conseruatore hic agitur, & non de aliis.

Decimasextima<sup>c</sup> excommunicat eos, qui vi, aut metu consequuntur absolutionem, vel reuocationem sententia excommunicationis, interditi, vel suspensionis.

Declaratio prima, quod non satis est iniicere metum, si absolutio non fuit impetrata. Secūda, quod nil refert, an sententia sit iusta, vel iniusta, & neque quod sit lata à iure, an ab homine, h neque an ipse excommunicatus faciat hoc, an alius. Tertia, requiritur, vt timor sit iustus, sicut sentit glossa.<sup>k</sup> & communis ibidem: quamquam oppositum dicat Caietanus<sup>l</sup> quo videtur tenendum, quo ad forum conscientia, per postea.<sup>m</sup>

Decimasextima<sup>n</sup> excommunicat eū, qui fingit casum, vel fraudem aliquam facit, quòd iudex ipse vadat ad accipiendum testimonium alicuius femina.

Sed nihil refert, quod qui fingit sit ipsemet iudex, neque quod iudex sit clericus, aut laicus, modo profectio personalis iudicij perficiatur: sed non erit excommunicatus, si ipse non fecit iuxta communem opinionem, o & Caietanum. p

126 *Decimanona<sup>q</sup> excommunicat omnes, qui compellunt prelatos, & alias personas ecclesiasticas ad submitendum perpetuò, vel in longum tempus Ecclesias, bona immobilia, aut iura earum laicis in casibus iure prohibitis, & accepta referentes illis tamquam superioribus, patronis, vel defensoribus. Et qui aliquid horum habentes per aliquem contractum licite factum, vsurpant plusquam per illum illis est permissum, & admoniti ab eo non desistunt.*

Declaratio prima, quod ad incurrendam hanc est necesse interuenire omnes qualitates in ea tactas: & ideo iuxta glossa, r eam non incurrit, qui hoc facit ad breue tempus, quod iuxta communem est illud, quod est minus decem annis, s quidquid glossa dicat. Secūda, quod admonitio secundæ excommunicationis debet esse trina. Quamquā nostra sententia, vna est satis per glossam celebrem, x & resolutionem Panormitani, & Decij, y quæ habet monitionē extraiudicialem, quam non facit iudex ad excommunicandum, sufficere vnicam, & etiam eam, quæ fit in iudicio alteri, quàm partibus litigantibus, & hæc est extraiudicialis, quæ non fit partibus litigantibus, neque ad ferendum excommunicationem, quod glossam decepit, sed ad incurrendum à iure statutam. Tertia, quod hic modus submissionis appellatur in Castella commenda, & quibus fit commendatarij, vt apparet ex lege 1.2 quæ sub alij. pœnis id prohibet.

127 *Vigesima<sup>z</sup> excommunicat eos, qui instituunt nouum ordinē religionis, aut accipiunt nouum habitum illius, & mendicantes, exceptis quatuor ordinibus, qui absque facultate speciali Papæ recipiunt aliquem ad suum ordinem, & qui acquirunt nouam aliquā domum, vel locum, aut vendunt ex acquisitis.*

Declaratio prima, quod non incurritur hæc, eo quod aliquis, vel aliqua accipiat aliquod nouum habitum, vt per se solitarius degat in sua domo, vel in alio loco, iuxta glossam, singu. b quam commendat Panormitanus c modo non instituat ordinem viuendū in societate. Secūda, quod

ac. ubi periculum de elect. eo. lib. 5. nulli.

b i d. §. nulli.

c In d. ca. ubi periculum. §. praterea.

d In c. sciatur. cum sibi de elec. lib. 6.

e Caiet. ubi supra cas. 34.

f In d. c. sciatur. cum sibi.

g In d. c. sciatur.

h In ca. generali de elect. lib. 6.

i Caieta. cas. 38. & ante ipsum Dominicus. ubi d. c. cōquestus. de for. comp. k Eiusdem c. verb. de nouo l. in c. indemonstratibus. §. postrem. de elect. lib. 6. m in dicto §. postremo.

a Vbi sup. cas. 80.

b In c. si de offic. deleg. l. o.

c Eo c. 28. §. 1.

d Sess. 14. c. 5. de reformat.

e In cap. i. de his, qua vi. lib. 6.

f Archid. ibidem.

g Glossa ibidem.

h Caiet. ubi supra cas. 41.

i Glossa cōmuni ibidem.

k In ver. cum eiusdem cap.

l In d. cas. 41. m Ca. 17. nu. 5. & 30. & melius ca. 22. nu. 51.

n In c. 2. de iudic. lib. 6.

o In dicto ca. 2.

p Vbi supra. ca. 50.

q In cap. 2. de reb. eccl. non alien. lib. 6.

r Illius c.

s l. fin. ff. si ager. c. 1. §. 1. vel episcopus.

t Glo. Clem. 1. de reb. Eccl. & Dec. consi. §. 1. pa.

u Ca. 2. de re. eccl. lib. 6.

v Iuxta glo. & Syluest. ver. excommunicatio. §. casus 19.

x Clem. 1. §. 1. verb. requir. fieri. de her.

y In cap. cum causa. de offi. de legat.

z Tit. 3. l. 1. ord. d. na. Castella

a In c. 1. de re. l. g. domib. l. 6.

b In eod. cap. ver. habitum

c Consil. s. l. 1.



a Capi. s.

b In c. quamquam de cef. lib. 6.

c Ver. excom. municatio. 9. cas. 21.

d Postea sup. eod. c. nu. 70. dicta bulla.

e In d. c. r. f. cit. c. civiens. 88. d.

f Consi. 207. g in dicto ca. quamquam. h In l. omnes. c. de episcop. & cler.

i In §. privilegia. k In d. c. qua quam nu. 5. l In dicto ca. quamquam.

m Cas. 39.

n Eod. ca. nu. 61.

o In c. quoniam de immu. eccle. lib. 6.

p Eodem nu. 69.

q In c. fin. de immu. eccle. lib. 6.

r Domin. ibi. dem.

s Eod. ca. nu. 120.

t Caieta. ubi supra cas. 31. & 37.

v Domin. ibi. dem.

x In cap. 2. ne cle. vel. mon. lib. 6.

y Gloss. cap. si quis ex clericis de vit. & honest. cler.

nostra sententia Caiet. a pratermisit hanc: quia visum illi fuit eam collectam fuisse a doctoribus ex quadam extrauagante relata per eum ibidem, vbi hoc significat, quæ non extenditur ad tot.

128 Vigesima prima, b excommunicat eos, qui per se, vel alios suo nomine, vel alieno exigunt ab Ecclesiis, vel Ecclesiasticis personis portorium, siue pedagium, & ducatum per se, vel alios pro suis personis, vel suis rebus, quas non deferunt causa negotiandi.

Declaratio prima, hanc hodie contineri in bulla Cænæ iuxta Siluest. c sed quia, vt rectè declarauit nostro iudicio Caiet. per illa verba, Portoria prohibita, ibi non includuntur portoria, quæ licitè exiguntur à laicis, sed quæ illicitè petuntur tam à laicis quàm clericis, dictum Siluest. limitandū est, vt non procedat quo ad ea, quæ licitè exiguntur à laicis, qui non sunt priuilegiati, quamuis illicitè exigantur à clericis, & laicis immunibus. Neque videtur posse fulciri dictum Siluestri ad intelligendum illud generaliter, vt loquitur sexta clausula, d quatenus excommunicat eos, qui exegerint aliqua onera ab ecclesiasticis etiam sponte concedentibus: quia nostra sententia illa clausula loquitur de oneribus impositis, petitis & rogatis saltè indirectè ratione prouentuū Ecclesiasticorum: & non de iis, quæ petuntur, vt ab aliis quibuslibet laicis, prout significatur in eadem clausula, & in eius declaratione. Secunda, quod ex hoc inferitur, nos benè concepsisse responsum negatiuum in illo dubio, An portorij exactores, seu publicani, qui exigunt à clericis portorium, seu vectigal, siue gabellā, seu scissam in casibus prohibitis, incurrant excommunicationem Cænæ sicuti hanc. quia dicendum est, quod non. Tertia, quod ille solus dicitur exercere mercaturam, qui emit, vt vendat absque mutatione eius: non autem qui emit in suos vsus, & postea per accidens, vendit non mutando: nec qui emit, vt vendat mutatum in aliam formam, iuxta Archidiaconum & communem. e Quarta, quod monasterium, vel clericus, qui habet venam ferrariam suam, & exportat eam in alias terras, vt inde ferrum conficiat, & vendat, non debet vecturam, iuxta Federicum, f quem sequitur Ancharanus, g vt nec deberet suos proventus Ecclesiasticos, si deueheret, vel sui patrimonij, iuxta Cynum receptum, h per illam legem, i quam debet, si emeret venam, & aliorum ministrorum manibus conficeret, iuxta Ancharanum k contra Federicum in hoc vltimo. Quinta, quod locatores, & agricolæ partiarij prædiorum ecclesiasticorum, debent soluere pro sua parte, iuxta Dominicum & Perusinum. l Sexta, quod qui accipiunt guidagia, seu ducatus, seu mercedem ob id, quod ducāt, & portoria à clericis, & Ecclesiis persoluentibus sua sponte, non incurrunt hanc iuxta omnes, sed pauci sunt, qui sic soluant, iuxta Caietanum. m Qui verò recipiunt fideas, talleas, vel vectigalia illis imposita, quamuis sponte soluant, incurrunt eam, quæ continetur in Bulla Cænæ, de qua supra. n

129 Vigesima secunda, o excommunicat impediētes iurisdictionem, & iudices ecclesiasticos amplè. Sed quia id amplius facit bulla Cænæ, de qua supra, p eius rationem omitimus.

130 Vigesima tertia, q excommunicat eos, qui habent dominium, & prohibent subditis, ne vendant vel emant quidquam personis Ecclesiasticis, neque molant frumenta, neque coquant panes, neque præstent alia officia.

Declaratio prima, quod per dominium intelligitur temporarium, secundum omnes. Secunda, quod non est necesse, vt de hoc statuto caueant, sed sufficit, vt imperent subditis. r Tertia, q vt supra dictū est, s hoc ex se non est contra libertatem Ecclesiasticam, sed contra societate vitæ humanæ: præsumitur tamen fieri contra eā, vt dicit textus singulariter: quia præsumitur, q intentio est vexare eam. t Quarta, quod statuere, vt nemo vendat sua prædia ei, qui non cōfert in communia vectigalia, non est ex se contra libertate Ecclesiasticam, v quia intelligendum est ita, vt non cōprehendat clericos, quamquam posset esse ob prauam intentionem, & iniustam extensionem.

131 Vigesima quarta, x excommunicat religiosos, qui temere relinquunt habitum sui ordinis.

Declaratio prima, quod hæc non incurritur ob honestam dimissionem, qualis est, quæ fit iusta de causa. y Secunda, quod neque etiam incurritur ob quamlibet dimissionē

A temerariam: quia qualibet dimissio absque rationabili causa est talis: quia necessario vt debet religiosus suo habitu in omni loco, a saltem de honestate, iuxta S. Antoninū, b & qualibet talis non est peccatum mortale, cum dimissio ad currendum, vel iaculandum lapidem, non sit talis, iuxta Paludanum. c Tertia, quod non incurritur etiam ob qualibet dimissionem temerariam mortiferam: quia non incurritur ob dimissionē, vt expeditius fornicationi, indulgeat, Siluest. d credēs rectè id, quod Palud. e prima facie huic contrarium dicit, intelligi de eo, qui relinquit, vt dissimulatus ad fornicandum vadat. Quarta, q incurritur ob dimissionē, quæ fit ad vtendum alio ad scelus aliquod mortiferū, aut in tantum tempus, aut ob talem causam, & rationem, q iudicio boni viri dicatur dimississe habitū, vt probat Siluester. Quinta, quod ex hoc sequitur, quod non incurritur ob dimissionem, si non accipit alium, neque etiam ob acceptionem alterius adeo exiguo spatio, vt vix sit notabile iudicio boni viri, vt dicatur reliquisse, siue relinquat illum intra monasterium, siue extra in aliquo hospitio, vel extra: vt qui reliquit hilari aliqua leuitate, vel ob latū festum primæ missæ, vel nuptiarū, vel doctoratus, vel alterius rei similis secundum sententiam Card. f Sexta, quod incurritur etiam, qui non dimittit omnino, sed gestat occultum, iuxta glossam sing. g et si oppositum teneat Panor. h cuius opinio videtur vera cum adeo non occultat, quin familiares cognoscant eum esse religiosum: glossa verò, quando abscondit, sic, vt nō appareat talis familiaribus, vt optimè innuit Caietan. i Et est cōsuetudo canonicis simplicibus regularibus in Hispania, qui communiter gestant paruū habitum super sagulis veste talari obtectis. Dixi, Simplicis: quia ordinū militarium, quales sunt Diui Iacobi, & Christi, deferunt alia insignia in vestimentis exterioribus, quibus internoscuntur pro religiosi. Septima, quod incurritur, qui dimittit etiam ad accipiendum alium alterius religionis, iuxta communem, quamuis immediatè sumat illum iuxta Siluest. k & Caietanum: l licet Lopus, m & Dominicus, n oppositū teneant, detorquentes textum à suo proprio sensu.

132 Vigesima quinta, quod Concil. Trident. statuit, quod nullus regularis prætendens, se vi, vel metu ingressum religionem, vel ante atatem debitam professum, aut quid simile, volens q habitum quamcumque de causa dimittere, aut etiam cum illo sine licentia superiorum discedere, audiatur, nisi intra quinquennium tantum à die professionis, ac tunc non aliter, nisi causas, quas prætenderit, deduxerit coram Superiore suo, & ordinario. Quod si ante habitum sponte dimiserit, nullatenus ad allegandum quamcumque causam admittatur, sed ad monasterium redire cogatur, & nullo priuilegio sua religionis gaudeat. Nullus etiam regularis cuiusuis facultatis vigore transferatur ad laxiorem ordinem, neque detur cuiquam regulari facultas occultè ferendi habitum suæ religionis.

Vigesima sexta, o excommunicat religiosos, qui vadunt ad aliqua studia, etiam theologica sine licentia sui prælati, aut cū ea, sine consilio maioris partis conuentus.

133 Declaratio prima, q solenniori licentia indiget religiosus ad adeunda studia, quàm alia negotia: quia ad hæc factis est licentia sui prælati, & ad illa non sine sui conuentus. Secunda, quod non incurritur hanc, qui proficiscitur ad aliū locum, vbi est conuentus sui ordinis, & est studium litterarum ad studendum, eo q magis dicitur mutare conuentum, quàm ire ad studium litterarum, iuxta Caietanum. p Tertia, quod non incurritur, qui proficiscitur cum sola licentia superioris prælati, à quo pendet licentia habitandi extra monasterium, vt in ordinibus mendicantium. Quarta, quod neque etiam incurritur abbas, vel prior superior ob id. q quod ad litterarum studia proficiscatur sine licentia sui superioris, & conuentus, iuxta Anchar. quem sequuntur ibi Ioan. Andr. Dominic. & Angel. r & communis: quamuis Perusi. ibidem. dubitet, & Siluest. t teneat oppositum, quod per locum à speciali probatur hic non esse quem excommunicatum eo solo, quod exeat monasterium sine licentia prælati non dimisso habitu, licet contrarium asserat Rebuffus. s Quin & videtur expressum, t monitionem prærequiri, vt eiusmodi exiens sine licentia excommunicetur, quæ opinio Archidiaconi obseruata fuit Tolosa erga Illustrissimū D. Franciscum à Nauarra, qui cum hoc Manuale Hispano sermone componebamus, erat Reuerendissimus Episcop. Pacensis, cū antea fuisset Prior maior celeberrimi Monasterij

a Ca. vidua 20. q. 1. ca. 3. d. i. moniales. 23. dist. b. 3. pa. 24. ca. 53. c In 4. di. 18. q. 3. colum. 10 d Ver. excom. municatio. 9. cas. 2. not. 2. c Vbi sup.

f In dem. 2. de vit. & honest. cler. q. 3 g In d. de. 2. verb. extrinsecus. h In c. Deus qui de vit. & honest. cler. i Cas. 61.

k Ver. excō. 9. cas. 25. q. 6. l Vbi supra. m Alle. 34. n Sess. 25. ca. 19. de reg.

o In d. c. 2. ne cler. vel. mo. li. 6.

p Vbi sup. cas. 61.

q Ver. excom. cas. 27. r Ver. excom. 6. cas. 25. s Sina tex. in prac. bene. de dispensa. cum reg. nu. 7. t In extra. vi am. de regul.



simul, & xenodochij seu hospitalis generalis B. Mariæ no-  
stræ Roncauallis, qui illustribus virtutum, eximiarum lit-  
terarum, & admirabilis vitæ, & consuetudinis ordinamen-  
tis, & insignibus in illud vsque tempus semper suam regiã  
stirpem honestavit, atque decoravit, quem tunc Casarea  
Maestas archiepiscopum Valentinum designavit, decla-  
rans exterioris dignitatis accessione incrementa interiora  
heroicarum eius virtutum, quæ diuino munere in dies ma-  
gis, ac magis illustriores fiebant, & ferebantur in cælum,  
vbi iam à multis annis, vt par est credere, tã feliciter frui-  
tur Christo, quàm sanctè vixit in terra, cui viuere, vt magno  
tempore suauissimè conuixi, vtinam liceat post fata mea,  
quæ longè abesse nequeunt, beatè conuiuere æternum.  
Amen.

a In d. cap. 2.

134 Vigesima septima, excommunicat Doctores qui docent le-  
ges, aut medicinam religiosos, qui reliquerunt suum habitum, aut  
detinent eos arroganter in suis scholis.

Declaratio quod quatuor faciunt hanc incurrere, scilicet,  
quod auditor sit religiosus, & audiat leges, vel medici-  
nam, & id fiat relicto habitu: & quod doctor id sciat, eum-  
que doceat, vel arroganter detineat in scholis, iuxta Caieta-  
tanum, b quamvis Archid. c & Ioan. Andr. & Siluest. d teneat  
non esse necesse, vt relinquat habitum: quia licet auditio nõ  
relicto habitu sufficiat, vt doctor incurrat aliam excommu-  
nicationem latam per cap. nuper, e contra participantes cũ  
excommunicato in crimine, ob quod est excommunicatus, par-  
ticipat doctor, qui prælegit leges, vel medicinam religio-  
so, postquam ob auditionem incurrit excommunicationem: non  
tamen sufficit ad incurrendam hanc, quæ requirit habitus  
dimissionem.

b In dicto cas.  
61.  
c In d. c. 2.  
d Verbo. excõ.  
p. cas. 26.

e Et c. si con-  
ueniunt. de sã.  
excomm.

f In cap. 2. de  
hære. l. 6.

Vigesima octaua, f excommunicat eos, qui scienter præsumunt se-  
petire in loco sacro hereticos, credentes, & eorum receptores, de-  
fensores, aut fautores, & prohibet absolutionem, quosque suis pro-  
priis manibus è sepultura extrahant, & foras mittant.

Declaratio prima, quod qui sint hi credentes, & qui sint  
implicitè, & non explicitè heretici, dictum est supra, e Sec-  
cunda quod tam laicus quàm clericus, hanc incurrit. h

g In d. c. 2.  
h In d. c. 2.  
i In c. inquisi-  
tionis de hæ-  
res. l. 6.

135 Vigesima nona, i octo excommunicationes complexa, excom-  
municat omnes habentes iurisdictionem temporariam non obedi-  
entes episcopis, & inquisitoribus in requirendis, præbendis, & custo-  
diendis hereticis, credentibus, defensoribus, & fautoribus: & qui nõ  
perduxerint illos ad Curiam, & loca, ad quæ requiruntur, & qui nõ  
præbenderint prædictos, postquam eorum brachio seculari fuerint  
traditi, ad puniendum illos sine mora, & eos, qui postquam præben-  
derunt, dimittunt, sine licentia episcopi, vel inquisitoris: & eos qui  
aliquo modo cognoscunt, vel iudicant de crimine hæresis: & qui di-  
rectè, vel indirectè impediunt episcopos, aut inquisitores in illorum  
processibus: & eos qui ad aliquid prædictorum præbuerint auxiliũ,  
consiliũ, vel fauorem.

Declaratio prima, quod hæc non est reseruata, sed illi  
contra quos datur, toties incidunt in eam, quæ est bullæ  
Cænæ, quoties se faciunt fautores huius pestiferæ gen-  
tis, k & probatur per clausulam primam bullæ positam  
supra. l Secunda, quod si episcopus iuberet vnum, & in-  
quisitor contrarium, debet supercederi, iuxta Ioannem  
Andream. m

k Caiet. vbi  
sup. cas. 2.  
l Et c. 2. de  
sã. 55.  
m In d. c. 2.  
n In c. 1. de  
hære. l. 6.

136 Vigesima nona, n excommunicat omnes eos, qui per assassinos  
interficiunt aliquem Christianum, aut iubent interfici, quamuis nõ  
sequatur mors, aut receperint, defenderint, vel celauerint.

Declaratio, non incurrunt hanc, qui faciunt interficere  
ob pecuniam, quamuis huiusmodi interfectores vulgus  
Italicum appelleret assassinos: quia non sunt propriè tales: il-  
li enim soli sunt certi quidam pagani ditionis cuiusdam  
domini, ita persuasi, vt putent præcellens opus esse interfi-  
cere, quem suus dominus iubet, quomodocũq; & quacũq;  
de causa iubeat: & non esse id omittendum, quamuis ob id  
occurrere oporteat, vt gl. Ioã. Andr. & Archid. sentiunt, o  
& Aretinus, p vbi non fuit ausus tueri contrariam opinionem.

o In d. c.  
p In conf. an  
cap. 2. de  
q. 1. de v-  
fur. l. 6.

Trigesima, q excommunicat clericos, qui non sunt episcopi, ob v-  
num quodque ex quatuor, scilicet, quod permittunt versari in suis  
terræ feneratoribus publicis alienigenas, vel quod non expellunt eos  
ex illis, vel quod locant illis, vel alio prætextu concedunt domos ad  
vsuras exercendum.

Declaratio prima, in excommunicationem duorum prio-  
rum casuum incurrunt solum clerici, qui sunt domini, in po-  
steriores quilibet, vt annotauit Caietanus. r Secunda, quod

r Vbi sup. ca.  
12.

A per alienigenam intelligitur, qui non est natus in illa terra,  
neque est filius orti in ea: quia dicit alienigena, & non ori-  
dus, iuxta communem. Tertia, quod nihil refert an fenerator  
sit Iudæus, vel Christianus quo ad hoc iuxta Domini-  
cum, & Perusinum. s Quarta, quod non satis est dare domũ  
in habitationem, vel in hospitium, nisi concedat ad fene-  
rãdum aequaliter, vel virtualiter iuxta sententiã comunẽ. b

a In d. c. 2.

b In dem.  
c In c. 1. de in-  
iur. l. 6.

Trigesima prima, c excommunicat eos qui concedunt, vel exten-  
dunt repræfalias ad Ecclesiasticos, vel eorum bona, nisi intra mensem  
à concessione, vel extensione reuocauerint.

Declaratio prima, quod hæc locum habet tam in repre-  
faliis, quæ iustè conceduntur, contra gentem, vel ciuitatem,  
vnde est clericus, vel Ecclesia, quàm in his, quæ iniustè: quia  
textus generaliter edicit, & eadem est ratio quo ad hoc. Se-  
cunda, quod concedere pertinet ad Superiorem, qui con-  
cedit, & extendere ad inferiorem, cui conceduntur. d Terti-  
a, quod qui concederet repræfalias contra bona alicuius  
clerici propter sibi debita, iudicans hoc conuenire, non  
incurreret hanc, iuxta Archid. quem Ioan. Andr. Dominic.  
& Perusinus probant: quod validis rationibus confirmat  
Caietanus. e Quarta, quod propter debita clerici vnus epi-  
scopus, non possunt concedi contra bona alterius clerici  
eiusdem episcopatus. f

d Glo. d. c. 1.  
ver. extẽdit.

e Vbi sup. cap.  
31.  
f Gl. eiusdem  
c. 10. ver. cõ-  
cedi.

g In ca. feli-  
cu. de peni-  
l. 6. q. 1. qua-  
propter.  
h Et c. 2. nu.  
67.

Trigesima secunda, e excommunicat omnes principes, & alios,  
dominos, & iudices non observantes tenorem illius statuti contra  
percutientes, vel insequentes hostiliter aliquem Cardinalem. Quæ  
hodie videtur facta bullæ Cænæ, vt supra. h

Excommunicationes Clementinarum  
nulli reseruatae.

- 137 Excommunicatio trigesima tertia non reseruata, & prima  
clem. in frangentes sequestrum, vel impediens, & c. Trigesima  
quarta in sepelientes in loco interdicto. Trigesima quinta in re-  
ligiosos, qui sibi appropriant decimas. nu. 138. Trigesima sexta, in  
religiosos aduocantes aulas ad nocendum. nu. 138. Trigesima se-  
ptima, in monachos habentes arma in monasterio. nu. 139. Tri-  
gesima octaua, in impediens visitationem monialium. nu. 140. Tri-  
gesima nona, in imitantes statum. nu. 140. Quadragesima,  
in contrahentes matrimonium in sex casibus. nu. 141. Qua-  
dragesima prima, in inquisitores pecuniam accipientes, & c. nu-  
mero 142. Quadragesima secunda, in facientes statuta ad solu-  
dum vsuras. nu. 143. Quadragesima tertia, in mendicantes ac-  
cipientes domos. nu. 144. Quadragesima quarta, in religiosos  
dissuadentes decimas, & c. nu. 145. Quadragesima quinta, in negligẽ-  
tes suadere decimas, & c. nu. 145. Quadragesima sexta, in reli-  
giosos non seruantes interdictum. nu. 146. Quadragesima  
septima, in impugnantes litteras Papa electi. nu. 147. Qua-  
dragesima octaua, in interpretantem clementinam Exiui. nu. 147.  
Quadragesima nona, in bizochos, aut beguinos. nu. 148. Quin-  
quagesima, in imprimentes libros sine examine. nu. 148. Quin-  
quagesima prima, in impediens nunciorum receptionem. nu.  
149. Quinquagesima secunda, in alienantes, vel locantes bona  
ecclesiastica. nu. 149. Quinquagesima tertia, in mulierum raptor-  
es, & c. Quinquagesima quarta, in cogentes ad matrimonia mi-  
nus libera. Quinquagesima quinta, in cogentes virginem, & c.  
ingredi monasterium, & c. Quinquagesima sexta, in impediens  
virginum sanctam vel accipiendi voluntatẽ, & c. Quinquage-  
sima septima, in concedentes locũ ad duellum, & c. Quinquage-  
sima octaua, in committentes duellum, & c. Quinquagesima  
nona, in dantes consiliũ in causa duelli & illius spectatores.  
Sexagesima, in non habentes pro authenticis libros sacrorum  
bibliorum, & c. Sexagesima prima, in mulieres ingredientes  
claustra monasteriorum. Sexagesima secunda, in male tractan-  
tes ministros inquisitionis. Sexagesima tertia, in scientes, &  
non reuelantes iniurias Cardinalibus. Sexagesima quarta, in  
capietes fructus beneficiorum primi anni, & c. Sexagesima quin-  
ta, in moniales exeuntes monasteria, & c. Sexagesima sexta, in  
capietes Christianos in seruos. Sexagesima septima, in non pa-  
rentes inquisitioni generali. nu. 150.

- 137 Sequestra infringens cur hodie excommunicatus.
- 138 Decimas ob retentas quis religiosus incurrat excommunica-  
tionem.
- 139 Religiosus audiens Regiam ad nocendum prælato, vel mona-  
sterio.
- 139 Canonicus regularis arma gestans excommunicatus.



- 140 *Visitacionem monialium impediens est excommunicatus.*
- 142 *Inquisitores ob acceptam pecuniā quomodo excommunicati.*
- 144 *Religiosus quis loca ad habitandum accipiens excommunicatus.*
- 145 *Religiosus quis dissuadens, vel non suadens decimas est excommunicatus.*
- 146 *Religiosi non seruantes interdictam Ecclesia matricis excommunicati.*
- 147 *Papa simul ac electus, est confirmatus à Deo.*
- 147 *Glossare clementinam exiui, de verb. sign. an prohibitum.*
- 148 *Impressio & editio librorum vt prohibita.*
- 149 *Legati qui impedit receptionem est excommunicatus.*
- 149 *Locat qui bona Ecclesiastica vltra tres annos an excommunicatus.*

**T**rigesimatertia, <sup>a</sup> excommunicat eos, qui capiētes fructus beneficij impediunt, vel infringunt sequestrum inductum super beneficio ab ordinario, ob latam in curia Romana vnam sententiā definitiuam super possessione, vel proprietate eiusdem.

Declaratio, quod visum fuit Caietano, <sup>b</sup> hunc casum raro contingere: quod aliquando mirum nobis fuit cernentibus quotidie \*sequestra poni, & infringi, & impedi, donec aduertimus sequestra huius temporis non poni ab ordinariis, de quibus loquitur hic textus, sed ab ipsis auditoribus Rotæ auctoritate Papæ: & sic hodie non incurritur hæc lata à iure, sed alia, quam fert iudex, qui decreuit sententiam.

\* *Sequestra poni.* Sequestrum species depositi est, quo rei alicuius possessio, de qua est lis & controuersia, vel ex partium consensu, vel iudicis arbitrio apud alium collocatur, vt in tuto sit, donec lis finiatur. Hæc autem impediunt, qui prohibent, ne is apud quæ collocata sunt, ea colligat solo nata: infringunt autem, qui vi ea separata per vim capiunt.

Trigesimaquarta, <sup>c</sup> excommunicat sepelientes aliquem in loco sacro interdicto in casibus non permisis, aut interdictos nominatim, vel excommunicatos publicos, aut usurarios manifestos.

Declaratio prima, quod incurrun hanc clerici exempti, & non exempti, laici, fœminæ, <sup>d</sup> etiam si iussu prælati hoc faciant. <sup>e</sup> Secunda, quod incurrun sepelientes in Ecclesia, <sup>f</sup> quamuis textus nō loquatur nisi de sepelientibus in cœmeterio: non tamen de sepultis in agris, & locis profanis, etiā si sint coniuncta sacratiss. <sup>g</sup> Tertia, quod omnes, & soli illi videtur hodie quo ad hunc effectum publici excommunicati, vel nominatim interdicti, qui pro talibus sunt denunciati, per extrauagantem ad euitanda, <sup>h</sup> quamquam glossa, <sup>i</sup> & doctores super illam, & Pan. Felin. & alij, <sup>k</sup> aliud dicant. Quarta, <sup>q</sup> vforarius manifestus dicitur quo ad hoc, qui notoriè sine palliatione, siue simulatione interesse, vel aliorum contractuum fœnerat, secundum mentem communem, quæ exprimit Caietanus. <sup>l</sup> Quinta, <sup>m</sup> quod solum qui sepeliunt, & collocant corpus in sepultura incurrun hanc, & non qui efferunt, vel prosequuntur, aut divina officia peragunt, <sup>n</sup> quamuis solus baiulus sepeliret iuxta Caietanum, quod videtur defendi posse per adducta supra: quamuis glossa singula cum communi refragetur, <sup>o</sup> eo quod constitutio esset ludibrio, <sup>p</sup> pro qua facit limitatio quædam ibi tacta, & fundata in cap. significauit. <sup>q</sup> At quis audeat dicere mille prosequentes funus excommunicari vno solo baiulo sepulturæ inferente: quod consequeretur ex glossa Sexta, <sup>r</sup> neque sepelientes incurrun: nisi scienter & præsumptiuè id faciāt: & ita qui crederent eos fuisse absolutos, aut dedisse cautionem iustam non incurrerent eam. <sup>s</sup> Septima, quod horum absolutio sine debita satisfactione est iniusta, & nulla, quia præfata clem. habet, vt sine illa nullatenus absoluantur: quæ dictio nullitatem ipso iure inducit. <sup>t</sup>

138 *Trigesima quinta, s excommunicat religiosos quoscumque, qui noualium, aut alias decimas Ecclesiis debitas ad eos ex aliqua causa legitima non spectantes appropriare sibi præsumpserint, aut qui exquisitis coloribus, & dolo vsurpant, & eos qui non permittunt, vel prohibent solui decimas Ecclesiis animalium suorum familiarium, vel pastorum, vel aliorum, quæ suis commiscunt: aut animalium, quæ in fraudem Ecclesiarum in multis locis emunt, & tradunt venditoribus, vel aliis tenenda, aut terrarum quas colendas aliis tribuunt, si requisiti ab eis quorum interest, non desistant intra mensem:*

**A** aut si quod contra prædicta præsumpserint vsurpare, non restituerant competenter intra duos menses Ecclesiis laicis.

Declaratio prima, quod hanc incurrun quilibet religiosus, quamuis sint ordinum mendicantium, sed non laici, neque clerici sæculares, <sup>a</sup> neque religiosus translatus ad Ecclesiam sæcularem: quia non est simplex religiosus, <sup>b</sup> neque etiam, nostro iudicio, incurreret suspensionem quam incurrun alij religiosi, qui habent beneficia regularia, per dicta supra. <sup>c</sup> per quamdam decisionem Felini. <sup>d</sup> Secunda, quod nemo eam incurrit eo solo, quod non soluit, nisi appropriet, vsurpet, aut prohibeat, vel non permittat. <sup>e</sup> Tertia, quod non incurrun qui hoc faciunt credentes eas pertinere ad sua beneficia per priuilegium, vel præscriptionem: quia textus habet, præsumpserunt, & ita requiritur dolo. <sup>f</sup> Quarta, quod sufficit vna requisitiō. <sup>g</sup>

139 *Trigesima sexta, h excommunicat religiosos simplices, qui petunt aulas principum animo nocendi suis prælati, aut monasteriis.*

Declaratio, quod hæc incurritur ab eo, qui prædictum facit: quamuis proficiatur in aulam cum facultate, siue licentia. <sup>i</sup>

Trigesima septima, <sup>k</sup> excommunicat monachos, qui sine facultate Abbatis habent arma intra claustra monasteriorum.

Declaratio prima, quod non incurrun hanc canonici regulares, <sup>l</sup> neque qui habent lapides, & baculos, <sup>m</sup> Panormitanus: nō quia non sint propriè arma, sed quia non fuit legis intentio intelligere de illis, & quia per se non sunt bellica, quamuis per intentionem fieri possint talia per ea, quæ latè diximus alibi, <sup>n</sup> & tactum est supra, <sup>p</sup> incurrun tamen qui habent cassides, thoraces, & alia arma defensiva, quæ ex se sunt talia, secundum communem. Secunda, <sup>q</sup> claustrum est locus vnde exire non licet sine facultate. <sup>r</sup> Tertia, quod non incurrit, qui per negligentiam, ignorantiam iuris, vel obliuionem, siue praua intentione offendendi habet eiusmodi arma, etiam in cubiculo, <sup>s</sup> neque qui habet ad resistendum suo Abbati, quem probabiliter timet se inuasurum, <sup>t</sup> neque qui habet in alio monasterio: neque qui foris venit cum illis in monasterium, nisi eodem seruauerit. <sup>u</sup>

140 *Trigesima octaua, v excommunicat eos, qui præsumunt impedire visitatores monialium in eo, quod statuitur à Concilio, si à visitatoribus admoniti non cessant.*

Declaratio, quod hæc admonitio fieri debet posito iam impedimento, & non sat est ea, quam ante nonnulli visitatores faciunt: quamquæ satis est, vt sit generalis iuxta glossam receptam. <sup>y</sup>

Trigesimanona, <sup>z</sup> excommunicat fœminas, quæ sequuntur statum beguinarum, vel de nouo institunt, & religiosos, qui eas inuuant consilio, auxilio, & fauore.

**E** Declaratio, quod non includuntur hac moniales tertij ordinis Sæcti Dominici, neque Sæcti Fræcisce, neque fœminæ, quæ sine regula aliqua degunt in suis domibus vel suorum patrum, vel cognatorum: vel aliorum, cælibes inseruientes Deo, vt ab ipso afflata fuerint, iuxta Caietanum. <sup>a</sup>

141 *Quadragesima, b excommunicat eos, qui scienter in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis constitutione canonica interdictis, aut cum monialibus contrahere matrimonialiter non verentur, necnon religiosos, moniales, ac clericos in sacris ordinibus constitutos matrimonia contrahentes, & inter eos scienter eadem celebrantes.*

**F** Declaratio prima, quod hæc ligat septem genera hominum, quamuis glossa prima, <sup>c</sup> recepta dicat sex: quia omittit clericum, qui sciens eiusmodi celebrat contractum. Secunda, quod interpretatio Caietani principalis <sup>d</sup> huius clem. est obscurior ipsa: & quod non incurritur ob Matrimonium contractum cum Iudæa, Sarracena, vel Pagana, vel cū affine publicè honestatis impedimentū, vel aliud quodlibet, quauis tale, vt impediat valorem Matrimonij, nisi in solis prædictis septē casibus: nec in istis, nisi quādo sine iusta dispensatione contrahitur iuxta dictū gloss. & sine conditione, si Papa dispensauerit. <sup>e</sup> Tertia, quod illud aduertibiū, scienter tres priores casus tantum respicit, & in septimo loco eius ponitur sciens: quia in aliis non est communiter

a In clem. 1. de sequest. possessio. & fruct.

b Vbi supra. cas. 43.

c In cle. 1. de sepult.

d Gloss. 1. dis. clem.  
e Card. q. 3. ibidem.  
f Idem qu. 7. me ibid.  
g Gloss. 3. ibi dem.  
h Relatam supr. eod. ca. num. 33.  
i 7. eiusdem clem.  
k In c. exceptionem. de exceptione.

l Cas. 46.  
m Lux. glo. eiusdem. cle. verb. sepelire.  
n In eandem. clem.  
o Contra ca. commiss. de elect. lib. 6.  
p De Iuda.

q Caiet. vbi supra.

r Lux. gl. fin. clem. 1. de sequest. possess. s In clem. de decim.

a Gloss. 1. eiusdem clem.  
b Syl. ver. ex com. g. casu. 36.  
c Eodem. ca. nu. 101. in ex com. cle. 1. de priuileg.  
d In c. sua. 1. de iure.  
e Glo. recept. ibidem. verbo prohibuerunt.  
f Per d. in re pet. c. accepta de restit. spol. oppos. 8. nu. 32. & seq.  
g Glo. ve. facta eiusdem clem.  
h In clem. ne in agro. 5. quia. vera. de stat. monacho.  
i Gloss. in ver. ipso facto recepto com. in d. 5. quia. k In ead. cle. & eod. 5.  
l Gloss. 3. recep. eiusdem clem.  
m Glossa 3. eiusdem clem.  
n In d. clem. o In repet. c. ita quoruam. not. 11. nu. 13. de Iuda.  
p Num. 63.  
q Card. ibid. r Caiet. cas. 63.  
s Car. ibid. t Glo. in ver. tenentes eiusdem clem. v In clem. attendentes. 5. si. de stat. mo. x In d. cle. y Ibidem.  
z In cla. 1. de reg. domib.

a Vbi supra. cas. 6. & c. in d. clem. b In cle. 1. de consang.

c Eiusdem clem. d Vbi supra. cas. 47.

e Couar. in ca. pit. 3. nu. 7.



a Ver. contra  
hentes: et de  
de. recep.  
sub fin.  
b Ver. scilicet.  
c In c. ex par  
te i. colum.  
pen. de appel.  
d Super ean-  
dem.  
e l. sed si lego.  
f scire. ff. de  
pas. hered.  
g l. igitur. ff.  
de lib. cau. et  
l. plagij. C. ad  
leg. Flaui. de  
de plag. ubi  
glos hoc dicit.  
citā, in id a-  
liam leges in  
verbo, infra.  
g r. 2. qm. 74.  
art. 1.  
h Gl. sing. di.  
de. ver. cōtra  
here.  
  
i Ca. 24. nu.  
ubi. per prafa  
tum Concil.  
explicatum  
in c. 22. n. 28.  
k In d. c. 22.  
nu. 43.  
l In d. verb.  
scilicet.  
m Ca. 22. nu.  
51.  
  
n r. 2. qm. 99.  
art. 4.  
o In d. c. 2.  
de heret.  
p Cuius in sū.  
ver. excom.  
cas. 4.  
q Cap. 20. nu.  
1. q. 3. et glo.  
in d. clem. 2.  
r Secundum  
gl. in ver. sa-  
tisfacta. in  
d. clem. 2.  
s Ibidē. ver.  
officij.  
t Ca. 23. nu.  
65.  
  
u In d. c. 1. de  
ofur.  
x Cuius. ubi  
supra cas. 51.  
y Gl. recep.  
ind. d. clem. ver.  
bo iudax.  
  
z De senten.  
excom.  
a Eod. ca. nu.  
119. in princ.  
b In d. c. 1.  
verb. facera.  
  
c In d. clem. cu  
pientes. de  
pan.

locus ignorantia: vbi tamen esset, idem iuris foret, vt sen-  
tit gloss. <sup>a</sup> Quarta, quod a pōna istius clem. sola ignorantia  
facti probabilis excusat secundum gloss. <sup>b</sup> quam dixit  
singularem Præpositus, <sup>c</sup> contra quam tenui prælegendo  
illam Salmantica. & nuper consulendo in sacro. Pœnitē-  
tariæ prætoris, cum Ioan. Imol. & Bonifac. <sup>d</sup> Tum quia  
dicta clem. non loquitur simpliciter de cōtrahente, sed de  
contrahente scienter, & lex puniens facientem aliquid  
scienter, requirit dolum, <sup>e</sup> à quo quilibet ignorantia, etiam  
crassa excusat. <sup>f</sup> Tum quia alioquin nil referret, an lex di-  
ceret simpliciter, qui cōtrahit, vel q sciētē cōtrahit, quod  
est contra mentem omniū. Tum quia certum est, q quacū-  
que ignorantia quis aliquid faciat, verē non facit scienter:  
& ita verē non continetur lege lata contra facientē scien-  
ter: quamuis quo ad forum exterius aliud interdum præfu-  
mi possit, sed hic de foro conscientia: agimus. Tum quia  
quacūque ignorantia, quæ non est tantum comes, sed e-  
riam causa sine qua non fieret actus, diminuit de culpa il-  
lius, secundum S. Tho. <sup>g</sup> Quinta, q non incurrunt cōtrahē-  
do sponsalia, siue Matrimonium per verba de futuro, neq;  
ob id, quod rem habeant ante illa, <sup>h</sup> neque postea, si eam  
habuerunt sine voluntate maritali, secus si cum hac habue-  
runt, incurrunt, in quo casu intelligenda est d. gloss. quæ est  
vera secundū antiqua iura, non post Conc. Trid. in locis  
vbi legitime publicatum est, secundum quod hodie nulla  
sponsalia possunt transire in Matrimonium per copulam:  
quia nullum est validum nisi fiat, saltem coram parochio, &  
duobus, vel tribus testibus, vt dictū est supra, <sup>i</sup> cui hoc ad-  
dendum erat: sicut & huic loco addendum est, quod supra  
habetur. <sup>k</sup> Sexta, q ad incurrēdam hanc non sufficit, quod  
scientia supradictorum impedimētorum superueniat post  
contractum, licet sufficiat ad peccatum, si non separentur  
glossam communiter receptam. <sup>l</sup> Septima, quod qui præ-  
bent consilium, auxilium, vel fauorem ad id, vel mandant,  
non incurrunt hanc, quæ contra solos contrahentes Ma-  
trimonium, & clericum celebrantem datur, vt pater ex  
... : quamquam per constitutiones synodales solet ex-  
tendi, etiam ad testes. Octaua, qui contrahit Matrimoniu  
ob timorem, qui in aliis contractibus foret iustus, non in-  
curreret per supradicta: <sup>m</sup> licet peccaret mortiferē, vtiam  
dicendo consanguineam in tertio, vel quarto gradu: quia  
talem transgressionem iustus timor non excusat à mortali,  
iuxta Caietanum. <sup>n</sup>  
**142 Quadragesima prima, o excommunicat omnes inquisito-  
res, & Commissarios suos, aut Episcopi, vel Capituli Sede vacante,  
qui prætextu sui officij illicitē pecuniam aliquam, & qui scientes  
confiscant bona Ecclesiastica.**  
Declaratio prima, q per Commissarium potest intelli-  
gi Vicarius Episcopi, p & per pecuniam quilibet res, quæ  
illa æstimari potest. <sup>o</sup> Secunda, q est casus Episcopalis, sed  
præcedere debet satisfactio, & aliās non valeret: quia adi-  
rait potestate in dicendo, quod nō possint absolui sine ea,  
quod est verum quando potest satisfacere, <sup>p</sup> nisi in articu-  
lo mortis. Tertia, q non est soluenda pœna ultra id, quod  
fuit acceptum, vt valeat absolutio, iuxta gloss. <sup>q</sup> quæ probat  
quamdam conclusionem singularem supra positam. <sup>r</sup>  
**143 Quadragesima secunda, v excommunicat omnes officiales  
ciuitatum, vt cumque appellentur, qui faciunt, scribunt, vel dicunt  
statuta, vt soluantur vsura, vel quod soluta non possint repeti: & eos  
qui iudicant vsuras esse soluēdas, aut non esse repetēdas solutas: &  
qui ad id potestatem habentes, non eradunt e libris talia statuta,  
vel consuetudinem vim eorum habentem.**  
Declaratio prima, quod duo requiruntur ad incurren-  
dum hanc, scilicet, quod sint officiales Ciuitatum, & quod  
faciant aliquid ex sex prædictis in ea prohibitis, <sup>s</sup> & ideo,  
qui sententiam scribit, eam nō incurrit, <sup>t</sup> quāuis in casu ca-  
nouerit, <sup>u</sup> de quo supra, <sup>v</sup> incurrat. Secunda, quod nō incur-  
ritur statuendo, vt nemo accipiat pro vsura, nisi tantum  
quid pro viginti in mensem, iuxta glossam sing. <sup>w</sup> per quā  
iam pridem defendimus quamdam legem Lusitanā.  
**144 Quadragesima tertia, c excommunicat omnes religiosos mē-  
dicantes, qui accipiunt nouas domos, vel noua loca in habitationem  
aut commutant, vel alienant acquisita ante Concilium Lugdunēse  
aliquo titulo.**  
Declaratio prima, quod non incurrit hanc, nisi qui est  
mendicans, & præsumit facere aliquam rem ex his tribus

A per prædictā clem. coniunctā prædicto cap. 1. & ob id non  
incurrunt, qui reliquunt, vel mutant accepta post Conci-  
lium. <sup>a</sup> quia illud relinquere, & mutare ad hos solum refer-  
tur, iuxta Ancharanum & Dominicū. <sup>b</sup> Secunda, quod neq;  
etiam incurrunt, qui ad finem, vt sit eremita, accipit, vel con-  
struit sibi aliquam domum remotam à populis, vt probat  
ibidem <sup>c</sup> vel ob aliam causam, quam ad habitationem  
antiquam, iuxta Dominicū & comū. <sup>d</sup> Tertia, q Pōpa Iu-  
lius I. de quo in supplemento, <sup>e</sup> concessit Minimis, vt nō  
obstante hac prohibitione, possint recipere quilibet do-  
mos, & ædificare basilicas, siue eremitoria, & loca in suam  
habitationē, sine alia facultate Apostolica, & per cōsequēs  
omnes qui eisdem privilegijs gaudebunt, vt gaudent fra-  
tres Minores obseruantia: per participationem. Quarta, q  
etiam possunt ministri prouinciales obseruantia: per pri-  
uilegium Leonis X <sup>f</sup> occurrente necessaria causa transfer-  
re, vel mutare Ecclesias, tam fratrum, quā monialium ab  
vno loco in alium, & cōuertere priora loca ad vñs huma-  
nos, vt melius videbitur conducere eiusmodi locis, & mo-  
nasterijs, sic vt materia: edificiorum adhibeatur ad alterā  
Ecclesiam.  
**145 Quadragesima quarta, c excommunicat religiosos, qui con-  
cionantur, vel alias dicunt aliquid ad auertendos audientes à sol-  
uendis decimis debitis Ecclesijs.**  
Declaratio prima, q tria requiruntur ad incurrendam  
hanc, <sup>g</sup> scilicet, quod sit religiosus, q habeat intentionem  
auertendi, & quod decimæ debeantur Ecclesijs. Ad dimis  
quartum, vt audientes sint qui eas deoēt, vt palā colligitur  
ex eodem textu Secūda, q nullus religiosus excluditur ab  
hac, siue sit, siue non sit mendicans, <sup>h</sup> & quod nulla religio-  
sa, nullus laicus, neque clericus secularis comprehenduntur  
secundum Gulielmum receptum communiter. <sup>i</sup>  
**Quadragesima quinta, c excommunicat religiosos, qui de indu-  
stria nullum conscientia: scrupulum incutiunt in conserpionibus pœ-  
nitentibus de solutione decimarum, & postea non expiati hac ne-  
gligentia, cum commode possent, præsumunt concionari.**  
Declaratio prima, q quinque requiruntur ad incurfio-  
nem huius, Primum, quod sit religiosus. Secundum, quod  
fuerit negligens in onerando scrupulo conscientiam pœ-  
nitentis in confessione, vt solueret decimas. Tertium, face-  
re hoc scienter, & nō purgare illā negligentia, cum com-  
mode posset. Quartum, concionari absq; purgatione illius.  
Quintum, q nō sit religiosus monasterij, quod accipit de-  
cimas. Secunda, quod ad hanc non est necesse præcede: e  
requisitionem: quia id non colligitur ex littera, & notat  
Caietanus <sup>m</sup> quamquam Siluester sentiat oppositum. <sup>n</sup>  
**146 Quadragesima sexta, o excommunicat religiosos, qui nō ser-  
uant interdictum, vel cessationem à diuinis, quam seruat ecclesia  
Cathedralis, vel matrix, vel parochialis oppidi.**  
Declaratio prima, quod in hanc nō incidūt laici neque  
clerici, sed solum religiosi: & hi sic, siue sint mēdicantes, si-  
ue non, <sup>o</sup> si sciunt obseruationem interdicti. <sup>p</sup> Secunda, q  
non habet locum in interdicto, vel cessatione speciali, sed  
solum in generali. Tertia, quod habet locum, etiā in inter-  
dicto, vel cessatione inualida, siue nulla, ratione præceden-  
tis appellacionis, vel alia. <sup>q</sup> Quarta, quod non satis est illud  
obseruari à nonnullis canonicis, si portionarij, vel alij ca-  
pellani non seruant illud, & celebrant publicē. Quinta, q  
quando nō est in oppido Ecclesia Cathedralis, neque ma-  
trix, & sunt multæ parochiales diuisæ, necesse est ab omni-  
bus eam obseruari ad huius incurfionem, <sup>r</sup> quamuis paro-  
chialis intra cuius fines situm est monasterium, obseruet. <sup>s</sup>  
Sexta, quod quamuis religiosi teneantur obseruare, quod  
matrix obseruat, etiam si nullum sit: non tamen sunt im-  
munes ab obseruatione validi, licet à matrice non ser-  
uetur. <sup>t</sup> Immo incurrerent, nisi seruarent pœnas per alios  
textus positas. <sup>u</sup> Septima, quod habet locū in omnibus in-  
terdictis, & cessationibus generalibus positis à iure, vel ab  
homine quacumque auctoritate, vt bene determinat Boni-  
facius <sup>v</sup> cōtra aliquas limitationes Card. & Imol. Octaua,  
quod Concil. Trid. <sup>w</sup> statuit, quod censura, & interdicta  
nedum à Sede Apost. manentia, sed etiā ab ordinarijs pro-  
mulgata, mandante Episcopo, à regularibus in eorum Ec-  
clesijs publicentur, atque seruentur.  
**147 Quadragesima septima in extrauag. sin. de senten excom-  
mu. inter communes, que ibi tribuntur Clem. 7. & B. Anton.**

a de quo di. c.  
1.  
b Ibidem.  
c sub fin.  
d In d. c. 1.  
e Fol. 8. con-  
cess. 27.  
f In d. c. sup-  
plemento fol.  
92. concess.  
277.  
g In d. clem. cu  
pientes.  
h Cuius. ubi su-  
pra cas. 65.  
i Glo. ver. re-  
ligiosi. recep.  
indicta clem.  
k Ibi. et glo.  
præd.  
l In d. clem. cu-  
pientes.  
m Cas. 66.  
n Ver. excom-  
munic. q. cas.  
46.  
o In d. c. de  
sent. excom.  
p Gloss. ver. b.  
religiosi. dicta  
clem. recep.  
q Gloss. ibidē.  
r Ver. scilicet.  
s Gloss. ibidē.  
t probata com-  
muniuer. &  
singulariter  
secundum Ra-  
uennatem ibi-  
dem.  
u Glo. cum cō-  
mun. eiusdē  
clem. ver. ma-  
tricem.  
v Cardin. Pa-  
nor. & Imol.  
contra Steph.  
in d. clem.  
v Gloss. celeb.  
et recep. in  
ver. obserua-  
re. & ver. ob-  
uicere. d. clem.  
1.  
x Capi. sin. de  
excess. pralot.  
c. autoritate.  
c. Episcopozū.  
de priuile. li. 6.  
y In d. clem. co-  
lun. 10.  
z Sess. 25. c. 12.  
de regul.  
a 3. parte. tit.  
24. ca. 68.  
Bened.



a In ca. ea te col. 3. de refer.

b Ca. in nomi me 23. dist. c In dicto ca. nomine. d In d. c. licet. column. 7. Et in c. cum terra. col. 3. de a loct. e Li. de vit. f illas. 21. co. 11. no. 310. f 3. pa. ti. 24. ca. 49. g Vbi supra. h In princ. de cle. Cardin. i Ca. exiii. de ver. sign. libr. o. kv' patet in fin. d. c. exiit. l Cap. eos. de seu. excom.

m Eod. cap. 20. 11.

n In extrau. super gentes. loam. X. X. 11. de consuet.

o Num. d p In extra Pauli. 1. 1. qua est prima. de reb. eccles. non alien. q Per alienatio. q. 13. r In repe. ca. fin. de consue. fol. 23. s Vbi supra. cas. 55.

Benedicto I I I. & Felino. <sup>a</sup> excommunicat impugnantes litteras electi PP. antequam coronetur.

Declaratio prima, quod ratio extrauagantis est: quia eodem momento, quo canonicè Papa eligitur confirmatur à Deo immediatè, & eandem habet potestatem, quam post coronationem. <sup>b</sup> Secunda, quod non habet locum in eo, qui ob iustum timorem fuit electus per textum singularem, <sup>c</sup> iuxta Panormita. <sup>d</sup> dicentem hoc procedere quando iniectus fuit timor in electione illius, vel illius, & non quando vnus ex illis, vel ex illis: sed idem esse in hoc casu probat Fortunius. <sup>e</sup>

<sup>g</sup> Quadragesima octaua, in extrauagante Nicolai relata per S. Antoninum <sup>f</sup> excommunicat commentantes clem. exiit de verb. sign. qua declarat regulam S. Francisci.

Declaratio hanc suspensa fuit per quamdã extrauagantẽ Ioan. 22. quam S. Anton. & quem sequitur Siluest. & Tabiẽ. allerit se vidisse: & quod Card. eam refert. <sup>h</sup> tamen non affirmat hoc, sed quod Papa Nicolaus I I I. excommunicat omnes, qui quamdam suam declarationem, <sup>i</sup> interpretati fuerint, nisi certo modo, <sup>k</sup> de quo nescio, cur nullus alius faciat mentionem, neque glos. <sup>l</sup> quæ colligit omnes casus lib. 6. & quod illam excommunicationem suspendit Ioan. xxij. & quod nemo veruit interpretationem d. clem. Quã obrem credimus suspensionem, quam vidit S. Anton. fuisse excommunicationis d. cap. exiit, & non eius, quæ data fuit contra interpretantes d. clem.

148 Quadragesimanona relata à Caietano videtur esse eadem que posita est pro trigesima nona: ideo eam omitto.

Quinquagesima, in Concilio Lateranensi sub Leone X. sess. 10. excommunicat eos, qui aliquem librum, vel quamlibet aliam scripturam, imprimet, vel faciet imprimi sine approbatione certarum personarũ.

Declaratio, quod Caietano & Fratri Bartholomæo Carracæ videtur, neque hanc, neque reliquas censuras positas in Concilio Later. postremo obstringere: quia nõ sunt receptæ, vt dictum fuit supra, <sup>m</sup> quamuis pars solennitatis huius seruetur in Hispania, & Concilio Trid. decreuerit sub iisdem pœnis d. Concilij Later. quod nemo imprimat, vel imprimi faciat librum de factis rebus absque nomine auctoris, neque vendat, neque habeat, nisi examinatum per ordinariũ, neque sine facultate sui Superioris, si fuerit religiosus: & idẽ statuit de eo, qui edit librum aliquem manu scriptum: & amplius, quod qui habuerit, censetur pro auctore eius, nisi det alium, & approbatio tradetur in scriptis, idque gratis, quæ reponatur in principio libri, quod nescimus an sit receptũ, vel an recipietur: quia videmus libros impressos sine illius obseruationis solennitate insignium viroꝝ Dominici Soti, Bartholomæi Caranca, & Ambrosij Catharini, qui eidem Concilio interfuerunt. Quamquam nõc in recentibus editionibus cernimus impressos cum dicta solennitate. In Regno tñ Castellæ lege Regia vsu recepta requiritur, & sufficit licentia Concilij Regis supremi, cuius auctoritate examinatur prius ab aliquo viro in id designato, quod etiam seruari audio in Regno Franciæ, cum magno Reipublic. fructu. In Vrbe autem Vicarius, aut eius vices gerens remittit videndum Magistro sacri Palatii, quo decernete posse imprimi, Typographus imprimi, præfixa in principio libri sola clausula, de licentia superiorũ aut æquipollenti.

149 Quinquagesima prima, <sup>n</sup> excommunicat omnes qui impediunt, ne legati, & Nuncij Papa recipiantur: vel ne exequantur mandata, ob qua sunt missi, non obstante quacumque consuetudine, de non mittendo legato, nisi eo, qui petitur, &c.

Hæc quãquã virtute huius extrauag. nõ est reservata: est tamen quatenus includitur in Bulla Cœnæ, de qua supra. <sup>o</sup> Quinquagesima secunda, <sup>p</sup> excommunicat omnes, qui alienant, vel locant in plures quam tres annos bona immobilia, vel mobilia pretiosa Ecclesiarum extra casus iure permisos: & qui prædicta bona percipiunt.

Declaratio prima, quod hæc extrauag. non verat alienationem in casibus permisis à iure: & quod in nihilo fuit recepta iuxta Siluest. <sup>q</sup> & quod consuetudo valet contra illam iuxta Roch. de Curt. <sup>r</sup> Secunda, <sup>s</sup> Cier. <sup>t</sup> dicit, quod in aliquibus locis ad nihil, in aliquib⁹ ad aliquid est recepta. quod in hac re Confessarius inquirere debet de cõsue-

A rudine, ad internocendum quem, & quanti debeat condemnare.

150 Tertia, quod idem per eandem rationem debet perpendere iudex fori exterioris. Et credimus nihil esse omnino receptam: quia in nullo loco est vsu recepta priuatio beneficiorum, quã incurrit iubet ipso iure ab aliis, qui fuerunt minores, quã Episcopi, vel Abbates intra sex menses si perseverant in dicta alienatione: & quod in Lusitania nõ videtur recepta, quo ad locationem in scelos tres annos: quia passim videmus fieri locationes in quatuor. Quarta, quod iam pridem nos Salmantica tulimus sententiam, qua iudicauimus ex probatis coram nobis, irritam, & nullam fuisse quamdam locationem in plures, quã in tres annos factã: clericum autem, qui eam fecit, non debuisse iudicari excommunicatum iuxta antiquum ius, <sup>a</sup> neque per cõsequens irregularem, eo quod celebrasset post illã locationem absq; abolutione: & sic credimus in paucis locis esse receptam, quo ad pœnas extrinsecas: quamquam in multis est recepta, quo ad dispositionem principalem, & pœnam intrinsecam nullitatis alienationis, & locationis factæ in plures, quã tres annos. Quinta, quod Concilio Trid. <sup>b</sup> statuit, quod nullæ locationes beneficiorum anticipatis solutionibus factæ valeant in præiudicium successõrum, quocumq; indulto, vel priuilegio non obstãte: nec huiusmodi locationes in Romana Curia, vel extra confirmentur. Non liceat etiam iurisdictiones Ecclesiasticas, seu facultates nominãdi, aut deputandi Vicarios in spiritualibus locare, nec cõductoribus per se, aut alios ea exercere. Locationes verò rerum Ecclesiasticarum, etiam auctoritate Apostolica cõfirmatas S. Synodus irritas decernit, quas à 30. annis citrà ad longum tempus factas Synodus Prouincialis, vel deputandi ab ea in damnum Ecclesiæ, & contra canonicas sanctiones contractas fuisse iudicabunt. Per longum verò tempus intelligitur decem annorum, etsi variẽt glossæ. <sup>c</sup>

Quinquagesima tertia in mulierum raptores, ac illius consilium, auxilium, & fauorem præbentes, qui etiam sint perpetuo infames, & dignitatum incapaces. Et si fuerint clerici, de proprio gradu decedant, <sup>d</sup> & teneatur raptor mulierem raptam, sine eam duxerit, siue non, decenter iudici arbitrio dotare. <sup>e</sup>

Quinquagesima quarta in eos, qui quouis modo subditos suos, vel quoscumque alios, cogunt minus libere matrimonia contrahere. <sup>f</sup> Quinquagesima quinta in eos, qui quomodocumque cõgerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcumque mulierem, præterquam in casibus iure expressis, ingredi monasterium, vel suscipere habitum, aut profiteri: quicq; consilium, auxilium, vel fauorem id dederint, vel præfentes ei actus scienter fuerint. <sup>g</sup> Quinquagesima sexta in eos, qui sanctam virginum, vel aliarum mulierum voluntatem vel accipiendi, vel prostendi, quomodo sine iusta causa impederint. <sup>h</sup>

Quinquagesima septima, in cõcedentes locum ad monomachia, vel duellum in terris suis inter Christianos, & iurisdictione, ac dominio Ciuitatis, & loci, in quo, vel apud quem fieri permiserint, quod ab Ecclesia obtinuerint, priuantur: & si feudalia sint, directũ dominũ statim acquiruntur. <sup>i</sup>

Quinquagesima octaua in eos, qui duellum commiserint, & eorum Patrinos, cum bonorum proscriptione, ac perpetua infamia, ac homicidij pœna. Et si in ipso conspectu decesserint, perpetuo careant ecclesiastica sepultura. <sup>k</sup>

Quinquagesima nona, in eos qui consilium in causa duelli dederint vel illius spectatores fuerint, non obstante quocumque priuilegio, &c. <sup>l</sup>

Post hæc anno proxime prætorio 1582. nonis Decemb. S. D. N. Gregorius X I I. addidit præfato Conc. Triden. hæc verba. <sup>m</sup> Statuimus omnes illos, qui ex dicto statuto tempore, & in loco conuento monomachia commiserint, etiam si nulli patri- ni, socijve ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita, nullave pro uocatoria littera, aut denunciationis chartula præcesserint, cõsurũ, & pœnis omnibus à dicto Concilio propositis teneri perinde, ac si publico, & cõsueto abusu singulare certamen iniuissent. Volentes etiã ab locorũ Dominos, si certamen ex cõdicto huiusmodi permiserint, aut quãtũ in se fuerit nõ prohibuerint, omnesq; illud fieri mãdãtes, instigãtes, auxiliũ, cõsilium, vel fauorẽ dãtes, equos, arma, pecuniã, cõmeatũ, & alia subsidia scienter subministrãtes: aut ex cõposito spectatores, vel socios quouis modo sese præbẽtes, eisdẽ cõsurũ, & pœnis subiaccere, etiã si illi, qui ad locũ destinatũ pugnatũ accesserũt impediti pugnam nõ cõmiserint, si per ipsos non steterit, quominus illa

a Capit. 1. me. pral. vic. sum.

b Sess. 25. ca. 11. de reform.

c l. cõditũ. §. in iustis off. de leg. 1.

d Concil. Trid. sess. 24. ca. 6. de refer. matr. c. l. bidem.

f Concil. Trid. vbi supra ca. 9.

g Concil. Trid. sess. 25. ca. 13. de reg.

h l. bidem.

i Concil. Trid. sess. 25. ca. 19. de reform.

k l. bidem.

l l. bidem.

m In extrau. qua incipit ad collendam.



a Arg. gl. re- ca. in c. vi. liti- gantes. verb. Statuimus. de offi. ordin. lib. 6. b Ca. f. de co- fsi.

c Conci. Tri. fess. 4. decret. de cano. scri.

d Libr. suarū constitutionū fol. 41.

e In commē. c. Statuimus. nume. 60. 19. q. 3.

f Per extr. a. qua incipit. Vbi gratia.

g Capi. s. fess. 25. de regula. vi.

h Per extr. a. qua incipit. Du- bus, qua.

i Per extr. a. qua incipit. Si de pro- tegendi, edi- tā anno 1509.

k Eod. lib. fol. 128.

l Per extr. a. qua incipit. In faciliū, e- diam anno 1509.

m De pœni. lib. 6.

n Eod. lib. fol. 150.

o Eod. lib. fol. 184.

p Per extr. a. qua incipit de- cori, editam anno 1509.

committatur. Hactenus verba eius. Ex quorum illo. Statui- mus, colligitur hanc additionem continere ius nouum, a & consequenter non includere præterita. b

Sexagesima in non habentes pro authenticis omnes libros sa- crorum Bibliorum, iuxta vulgatam editionem, exceptis 3. & 4. li- bris Esdra: aut etiam constitutiones Apostolicas scienter contem- nentes. c

Sexagesima prima \* à Pio V. lata excommunicat, cum reserua- tione, omnes mulieres etiam Ducissas, ingredientes claustra mo- nasteriorum etiam monialium, virtute facultatum apostolicarum, quas reuocat: & concedentes licentiam, comitantes & recipien- tes, & pralatos, ac monachos eas introducentes, vel admittentes suspendit. d

\* A Pio V. lata. hæc excommunicatio continetur in constitutione 22. eiusdem Pontificis & incipit Regularium: alia verò Gregorij XIII. cōstitutio, cuius paulo post sit mentio, quæ incipit vbi gratior est 36. inter ipsius Gregorij XIII. constitutiones & eiusdem alia constitu- tio, quæ incipit dubiis quæ emergunt: cuius item sit mentio paulo post, est 75. inter ipsius Gregorij XIII. constitutiones.

Adde his primo id, quod alibi e scripsimus, scilicet per prædictam extrauagantem solum excommunicari ingre- dientes monasteria monialium virtute licentiæ Apostoli- cæ: sed Pium V. declarasse mentem suam fuisse includendi etiam ingredientes sine licentia.

Adde secūdo, quod S. D. N. Gregorius XIII. anno 1575. idibus Iunij, f reuocauit omnes facultates ingrediendi monasteria concessas quibuscumque personis, etiam con- templatione Imperatoris, &c. cum omnium derogatione amplissima: nulla tamen mentione facta de intrantibus si- ne tali facultate: sed credendum est eandem mentem ei fuisse, quæ Pio V. & ira seruare sacram Pœnitentiariam.

Adde tertio, quod idem sanctissimus quando supra, au- xit eam ad intrantes cum licetia episcopi, vel aliorum præ- latorum, quam possunt dare per Concilium Tridentinū & exceptis necessitatibus vrgentibus.

Adde quarto, quod idē sanctissimus anno 1581. 23. De- cemb. h extendit eam ad episcopos, & alios pralatos, qui- bus tributa est facultas ingrediendi monasteria, ne vtantur ea, nisi in casibus necessariis, & à paucis, iisque senioribus, a rli giosis per sonis comitati.

P \* Sexagesima secunda eiusdem Pij, i excommunicat, & punit erinde ac hereticos, omnes quicumque ex Inquisitoribus, aduoca- tis, procuratoribus, notariis, aliisque ministris prædicti officij, vel epi- scoporum, id munus in sua diocesi, aut prouincia obeuntium, seu accusatorem, denunciatores, aut testem in causa fidei quomodo- cumque productum, vel euocatum occiderint, verberauerint, deie- cerint, seu perterrefecerint, quive Ecclesias, ades, aliãve res siue pri- uatas officij, aut ministrorum expugnauerint, inuasertint, incendere- rint, expilauerint, aut libros, litteras, auctoritates, exemplaria, re- gesta, protocolla, exempla, scripturas, aliãve instrumenta, siue pu- blica, siue priuata, vbi cumque posita combusserint, diripuerint, seu interuerterint, seu ex incendio, aut direptione, aut alio quocumque modo illa exportauerint, seu qui in conflagratione, expurgatione, aut direptione etiam inermi siue capiendi, siue comburendi, siue suppressendi causa fuerint, siue res, aut personas seruari, defendiue prohibuerint, quive carcerem, aut aliam custodiam, seu publicam, seu priuatam effregerint, vinctum extraxerint, seu emisertint, ca- piendū prohibuerint, captumve eripuerint, receperint, occultauerint, seu facultatem fugiendi dederint, seu iusserint id fieri. Qui catum concursumve fecerint, siue vt aliquid prædictorum fieret homines accommodauerint, siue aliã consilium, auxilium, aut fauorem pu- blicè, vel occultè in quolibet prædictorum scienter præstiterint, licet nemo occisus, nemo verberatus, nemo extractus, emissus, vel ereptus, nihil expugnatum, nihil effractum, succensum, directumve, nullum denique damnum re ipsa sit secutum. k

Sexagesima tertia eiusdem Pij, l extendit excommunicationem cap. faciliū m ad scientes quomodo cumque crimen in Cardinales commissum, vel committendum, & non reuelantes illud opportunè Pape, vel ordinario, &c. n

Sexagesima quarta excommunicat cum reseruatione personas accipientes priuilegio, vel consuetudine aliquid ex fructibus pri- mi, vel vltioris anni beneficij vacantis, & interdicit Capitula, & suspendit episcopum idem facientes, non autem includit loca pia. o

Sexagesima quinta eiusdem Pij, p excommunicat omnes abba- tiffas, & moniales exeuntes à monasteriis, quacumque de causa etiam infirmitatis, excepta magni incendij, vel egritudinis lepra,

vel epidemia probata, litteris superioris, & episcopi. a

Sexagesima sexta eiusdem, b excommunicat eos, qui Christia- nos habitantes in terris occupatis à Turcis, capiunt in seruos, & nolunt eos relinquere liberè cum bonis suis. c

Sexagesima septima, eiusdem d excommunicat omnes dominos totius orbis nullis exceptis, non parentes illustrissimis Cardinalibus inquisitoribus generalibus Romæ, in pertinentibus ad officium S. Inquisitionis, e quam, vt à viris fide bonis audio, suo impera- torio, & regio exemplo confirmarunt ante paucos dies Imperator Rodolphus, & Rex Catholicus Philippus I. mittendo ad urbem ad prædictæ inquisitionis requisitio- nem duos de crimine hæresis impetitos, quæ res vtrique Monarchæ magnæ gloria fuit.

\* Sexagesima secunda. Hæc constitutio Pij V. est 85. inter ipsius con- stitutiones, vt est in Bullario & constitutio quæ incipit Intralicis sæ- culi, est 93. inter ipsius constitutiones: sequens verò incipiens durum nimis est 106. illa autem quæ incipit decori est 100. & illa quæ in- cipit licet omnibus, est 56. & vltima denique quæ incipit sanctissi- mus, est 175.

De suspensione quid, & quotuplex.

151 Suspendio quid, an peccatum, excommunicatio, irregularitas, vel depositio. num. 152.

153 Suspendio vera non tollitur sola pœnitentia, & est triplex. num. 154.

154 Suspenditur ipso iure clericus notorius fornicarius, eligens talem in Episcopum, ordinatus sine licentia, vel extra tem- pora, vel sine legitima aate. num. 155. An in duello pugnans, excommunicatus sine monitione, vel sine scripto, capiens fructus vacantis Ecclesie, num. 156. Conseruator excedens, iudex Ecclesiasticus male iudicans concurrentibus 4. ad- mittens ad sacramenta tempore interdicti mendicantium pralatus admittens ad professionem ante annum. Clericus vestem versicolore m deserens. Religiosus sic alienans. num. 157. Ordinatus cum pacto non petendi alimenta, num. 158.

D I R C A hæc dico primo, quod suspensio generaliter accepta, iuxta mentem iu- rium, f & etiam doctorum, præsertim Calderini, s est prohibitio vsus, officij, vel fa- cultatis alicuius, nam & appellatio dicitur

suspendi, h & petitorium per possessorium, i sed hic acci- pitur specialiter pro tertia specie censure Ecclesiasticæ: quæ definitur esse censura, qua alicui persone Ecclesiasticæ pro- hibetur exercitium sui officij, vel beneficij Ecclesiastici in totum, vel in partem, in certum tempus, vel in perpetuum, quo ad partem ob suam culpam à iudice, vel à lege. Dixi, censura, pro genere: quia omnis suspensio est censura, non contra, k & ad significan- dum, quod non potest ferri, nisi ab habente ordinem, & iurisdictionem Ecclesiasticam exteriorem, ad quam perti- net ferre censuras (vt supra dixi l eam definiens.) m Dixi, qua prohibetur persona Ecclesiastica, ad excludendas prohibi- tiones aliorum exercitiorum, vel ab illis factas aliis perso- nis prophanis, aut Ecclesiasticis alio respectu, quàm quia sunt Ecclesiasticæ. Dixi, vel in perpetuum quo ad partem, quia prohibitio totius exercitij, officij, vel beneficij in perpe- tuum, est depositio, vel priuatio, & non suspensio, iuxta Cardinalem, n & sentit Panormitanus, o & Bonifacius, p Dixi, ob suam culpam: quia licet suspensio ob qualemcum- que culpam mortalem ferri possit secundum Arethanum, q immo, & ob venialem secundum Caietanum, r non potest tamen sine vlla propria, cuius sit pœna, s nam quæ ob sen- ctutem, lepram, debilitatem, vel aliam causam fit, t licet possit dici generaliter suspensio: nam tamen est strictè censura, de qua loquimur. Vnde sequitur primò, quod prohibitio, siue suspensio confessarij à celebrando, non est propriè suspensio: quia non est facta ab habente iuri- dictionem, quæ est vera ratio, cur contrarietatis illi non fit irregularitas secundum glossam receptam. v

152 Secundò dico, quod quidquid ferè omnes incogi- tantur dicant, licet prohibitio, qua mortali peccato infe- ctus prohibetur celebrare, vocetur generaliter suspensio, x non est tamen talis strictè accepta. Tum quia suspensio non est peccatum, sed eius pœna, iuxta omnes. Tum quia peccatū mortale antiquius est iuribus canonicis, quorum

E

F

a Eod. lib. fol. 192. b Per extra. qua incipit li- cet omnibus. c Eod. lib. fol. 232. d Per consti- tutionē qua incipit sanctif- simus. e Eod. li. fol. 266.

f Citatorum à glo. & aliis in clemen. cu- pientes. & in rubr. de ient. excom. & ca. si aduersus. de hæret. g Ca. eccl. in- terdict. m. b. i. h Capi. venie- tes. de iureiu. i Ca. passora- lis. il. i. de ca. posses. k Ca. quarè- ti. de verb. sig- nifi. l Eo. ca. nu. 1. m Arg. c. du- dum. 2. de e- lect. n In cleme. 1. §. caterum. nu. 6. de pri- uil. o In cap. asf. nu. 7. de iudi. p In clemen- cupientes. de pœ. nu. 43. q In cap. cum non ab homi- ne. de iud. r In sum. ver- bo suspensio. s Arg. c. 2. de constit. t Iuxta c. sua nos. & capit. de rectorib. bus & c. si de cler. agro. & c. 1. eod. tit. li. 6. v In c. is cui. de sent. excō. li. 6. post Spe- cul. de dispes. §. iux. nu. 32. x In c. f. de co- hab. cleri. & capit. fin. de cō. r. excom.



inuentum est suspensio. Tum quia non est censura, qualis est suspensio.

Tertio dico, quod neque excommunicatio maior, neque minor est suspensio. Tum quia est species diuersa censura. Tum quia non vetat exercitium Ecclesiasticum quatenus est tale, sed quatenus est species communicationis humanae Christianae.

Quarto dico, quod quamuis quodlibet peccatum mortale, & excommunicatio minor suspendant a perceptione sacramentorum, in hoc sensu, quod percipiendo peccetur mortaliter, non tamen incurritur irregularitas: quia non contrauenitur suspensioni, prout est species censurae, sed solum prout est prohibitio resultans ex natura illorum.

Quinto dico, quod neque irregularitas, neque depositio verbalis, neque degradatio realis, est suspensio: licet Innocentius, a & multi alij appellent eas suspensionem, quod verum est capiendum verbum suspensio generaliter, non strictè, vt hic capitur. Tum quia non sunt censurae. b Tum quia sunt priuationes, vel inhabilitationes, quae priuant officio, vel inhabilem faciunt omnino ad ordinem obtinendum, vel exercendum. At suspensiones solum sunt impedimenta exercitij, iuxta mentem Panormitani, c & communem.

153 Sexto dico, quod illa diuisio suspensorum Panormitani d & aliorum, scilicet, quod quidam sunt quo ad se solum, alij quo ad alios solum, alij & quo ad te, & quo ad alios, licet communis sit & vera, accipiendum vocabulũ suspensum generaliter: non tamen accipiendum, vt hic, pro impedito per suspensionem speciem censurae Ecclesiasticae, per proximè dicta de peccato mortali, & de excommunicatione minore. Et quia exemplum tertij membri, quod afferunt de sacerdote peregrino, qui deuotionis causa potest celebrare in occulto, & non in publico, e nõ est idoncum: siquidem peregrinus non peccans, non incurrit suspensionem, quae sine peccato a iure non imponitur, vt rectè dixit Caceranus. f

Septimò dico, quod neque vlla suspensio laici est suspensio, de qua hic agimus, & per consequens, neque suspensio officij aduocandi, etiam in foro Ecclesiastico: quia non est propriè Ecclesiasticum, neque suspensionem facultatis dandi gradus concessa per Regem, vel Imperatorem, quidquid sentiat glossa, g & Tabienna. h

154 Octauò dico, quod suspensio est triplex, officij, & beneficij simul, i officij tantum, vel partis eius, & beneficij, vel rei pertinentis ad illud tantum, vt colligitur ex exemplis positis, per glossam magnam, & finalem. k Est item duplex, lata a iure, & lata ab homine. A iure ipso facto feruntur multae, quas tangit praedicta glossa & ante omnes Angelus l in ordinem redegit. Quarum (omissis raro contingentibus) prima in capitulo nullus. m & aliis multis capitulis suspendit presbyterum diaconum vel subdiaconum fornicariũ notoriũ, donec peniteat, n ita quod sicut ipso iure, incurritur per notoriã fornicationẽ, ita ipso iure, tollitur per penitentiam, iuxta glossam receptam, o de qua plura, supra p vbi dicitur, quod huiusmodi fornicarius vtens ordine suo ante penitentiam, sit irregularis: quia infringit censuram suspensionis. Et nota, quod longè distet prohibitio, qua huiusmodi fornicarius vtitur ordinis sui vsu, a prohibitione, qua infectus crimine magno depositione digno, & notorio prohibetur: quoniã hæc est irregularitas debilis ab Episcopo, cui contraueniens peccat, sed nõ incurrit aliam irregularitatem, de qua supra: q illa verò est suspensio, & vera censura, cui contraueniens incurrit irregularitatem a solo Papa debilem, distinctam a suspensione sic violata, de qua supra. r

155 Secunda s suspendit triennio a beneficijs clericos eligentes in Episcopum eum, qui non est legitimus, vel legitima atate, scientia, & moribus praeditus.

Declaratio prima, quod comprehendit etiam eos, qui eligunt tamquam compromissarij. t Secunda, quod non comprehendit eos, qui eligunt in aliam dignitatem, neque laicos, vt Reges, & Imperatores, qui presentant in Episcopos, neque Cardinales, qui eligunt Papam, v quia solum loquitur de clericis eligentibus Episcopum.

Tertia x suspendit eos, qui sine legitima facultate, vel atate, vel extra tempus legitimũ, ordinem sacrum accipere praesumpserint,

& facit irregularem ordine vtentem.

Declaratio prima, quod ob ignorantiam illius extrauagantis & per cap. vel non est compos, a quod non suspendit, sed iubet suspendi, oppositum dixerunt ferè omnes cum glossa. b Secunda, quod non comprehendit eum, saltem quo ad forum conscientiae, qui bona fide, & simplicitate existimans se legitimum, ordinatus est, vt latè diximus alibi, c quia textus habet, praesumpserint, quod significat dolum, secundum doctrinam Cardinalis. d

156 Quod idem ausi fuimus dicere ibi de eo, qui temerariè quidem ordinatus est, postea tamen bona fide, & candida simplicitate, per penitentiam purgato peccato, exercuit ordinem, existimans sibi licitum esse: quamquam ad illud vsque tempus non fuimus ausi affirmare.

Quarta, e suspendit clericum qui prouocat ad duellum, vel acceptat prouocationem, & in arenam descendit, iuxta Siluestrum, f & Tabiennam, g sed non est verum: quia textus, h solum dicit deponendum fore.

Quinta, i suspendit vno mense ab ingressu Ecclesiae eum, qui excommunicat absque monitione, quae debet esse talis, qualem supra diximus. k

Sexta, l suspendit ab ingressu Ecclesiae, & diuinis officiis eum, qui excommunicat, interdicit, aut suspendit aliquem solo verbo sine scripto, aut expressa causa illius, vel non dat copiam requisitus.

Septima, m suspendit a quolibet officio, & beneficio, capitula, & singulares personas, quae vacante sede Episcopali, vel collegiata, vsurpant sibi aliqua bona: quae reliquit vira fructus, aut collecta fuerunt tempore vacationis. Quod locum habet etiam in redditibus sigilli, & in quolibet alio emolumento. n

157 Octaua, o suspendit Episcopos, & superiores eorum ab ingressu Ecclesiae, & inferioribus ab officiis, & beneficiis, qui vsurpant aliquid ex redditibus dignitatum, & Ecclesiarum vacantium, & illis subditarum, quos reliquerunt mortui, vel collecti fuerunt durante vacatione, nisi habeant speciale priuilegium, vel consuetudinem praescriptam ad hoc.

Nona, p suspendit vno anno ab officio conseruatore sedis Apostolicae, qui scienter cognoscit causas, quae non sunt notoria. Quod intelligendum est de his, quae conceduntur sine clausula, quod possit cognoscere etiam de aliis, cum qua ante Concilium Tridentinum concedebantur: per illud tamen statutum fuit, q vt esset longè restrictior vsus.

Decima, r suspendit vno anno a suo officio iudicem Ecclesiasticum, qui contra ius, & suam conscientiam aggrauat partem gratia, vel sordibus. Sed debent concurrere quinque, vt hæc incuratur. Primum, quod non sit Episcopus. s Secundum, quod aggrauet contra iustitiam. Tertium, quod faciat contra conscientiam. Quartum, quod sit iudex: quia non satis est, quod sit merus executor, vel arbiter. Quintum, quod faciat pretio, amore, timore, vel odio, vt ex glossa recepta colligitur.

Vndecima, t suspendit ab ingressu Ecclesiae (quosque satisfaciunt) eos, qui admittunt ad diuina officia, aut sacramenta, aut Ecclesiasticam sepulturam, excommunicatos, aut interdictos publicos. Quae tamen, vt dictum est, v locum non habet, nisi contra exemptos, iuxta communem contra glossam eiusdem capituli.

Duodecima, x suspendit eos, qui admittunt aliquem ad professionem, ante finitum annũ probationis in aliquo ordine mendicatum.

Decimatertia, y in sex menses clericos beneficiarios, qui gestant vestes partitas, vel coloribus distinctas, & sacro ordine initiatos, qui non sunt beneficiarij, & minoribus insignitos, qui cum prima tonsura gestant tales vestes, inhabiles efficit ad beneficia in idem tempus. Non autem incurrit illam, qui ob celebrationem nuptiarum, vel doctoratus, vel alicuius alterius similis festi, aut aliam iustam causam gestat, iuxta Cardinalem. z

Decimaquarta, a suspendit quoslibet religiosos, qui habent aliquam administrationem, & alienant aliquam rem ad eam pertinentem, etiam solum praebendo alicui ad vitam absque necessitate, aut absque facultate sui capituli, si habet, vel sui praelati, si non habet capitulum. Hanc non incurrit, qui in modicum tempus locant fructus, b licet incurrant aliam excommunicationem, c vt supra dictum est. d

158 Decimaquinta, e suspendit Papaliter, qui sacris initiatur sine patrimonio cum pacto non petendi ab Episcopo vicium. & qui ordinatur ad praesentationem alicuius beneficiarij, cum pacto nihil petendi ab eo.

a In c. fin. de excep. pralat.

b Ca. quatenus de verb. sign.

c In d. c. at si. nu. 7. de iud. d In c. si celebra. de excõ. num. 4.

e Ca. uic de cleric. peregr.

f Ver. suspensio.

g d. clem. cupientes. col. 2.

h Ver. suspensio. in princ.

i Cap. suarũ, de priuil.

k Clem. cupientes. de pœ.

l Ver. suspensio. a num. 2.

m c. prater. 32. di. & ca. si quis antibus 55. q. 2.

n Et capit. si qui sunt. 81. dist.

o In d. c. p. Ca. 25. nu. 77.

q Ca. 25. nu. 73.

r In d. c. 25. n. 77.

s In c. cum in cunctis 8. j. de elec.

t Cap. si compromissarij. eo. tit. lib. 6.

v Arg. l. interpretatio ff. de pœnis. ca. pœne. de pœni. disti. 1.

x In extrau. cum ex sacro rum. Pij 11.

a De tempor. ord.

b Clem. generale. de atar. & qu. om. d. c. vel non est compos. S. Anton. in 3. part. i. nu. 14. ca. 16. Man. in 4. d. 24. q. 1.

c In repet. accept. d. m. sicuti spol. q. 8. a num. 32.

d In clem. 1. qu. 38. de priuil.

e In cap. de cleric. pug. in duel.

f Ver. suspensio. versic. u. g. ibid.

g In d. cap. 1. in ca. sacro. de sens. excommunic.

h Eo. c. m. 10. & 11.

i In cap. de sens. excom. lib. 6.

m In ca. quia jape. de elec. lib. 6.

n Clement. Statutum. de elec.

o In c. praesentati. de offi. ord. l. b. 6.

p In c. si de offi. dele. lib. 6.

q Sess. 14. ca. 5.

r In c. 1. de iud. lib. 6.

s Glibi ver. ordinarij. argu. ca. quã periculosum de cens. excom. lib. 6.

t In c. episcopus. de priuil. lib. 6.

v Sup. ca. 25. nu. 94.

x In c. non solum. & c. c. u. si quis. de priuil. lib. 6.

y In c. 2. de vita & bo. cle. suspend.

z In dicta d. 24. q. 3.

a In clem. 1. de reb. eccles. non alien.

b Per fin. illi. us clem. 2.

c Extram. 2. de reb. ecc. non alien.

d Eod. ca. 2. 149.

e In c. penult. de sim. c.



Declaratio prima, quod per eandem rationem nostra sententia suspenditur, qui ordinatur cum patrimonio, vel alimentis promissis, vel donatis ab aliquo pactus antequam ordinaretur se non petiturum, postquam ordinatus fuerit, qui casus est valde quotidianus. Secunda, quod qui post ordinationem remittit, vel retrodonat ius, aut patrimonium, quod illi fuit donatum, vel promissum sine pacto ante ordinationem facto, non incurreret. Tertia, quod qui ordinatur cum facultate sui Episcopi, impetrata ad titulum patrimonij donati, & ante ordinationem renunciati, non censetur nostra sententia ordinari absque facultate, quo ad effectum incurrendi aliam suspensionem supra positam, quia talis renunciatio facta antequam ordinetur, non videtur valere, per ea, quae omnes dicunt, etiam si esset iurata, iuxta Felinum, & Anagninam contra Panormitanum, hanc tamen incurrit.

\* Decimasexta suspendit Episcopum ordinantem, absque titulo clericum religiosum ordinis, in quo solum fit votum temporale religionis: quia is, quo ad hoc reputatur secularis.

\* Decimasexta suspendit. Hae constitutio est 74. inter Pij V. constitutiones, & incipit Romanus Pontifex. ea autem constitutione decretum Tridentini Concilij de clericorum secularium ad sacros ordines promotione ad clericos regulares non profectos extenditur, & qui talem clericum regularem ordinaverit, a praestazione talium ordinum per annum ipso iure suspenditur. Ceterum haec constitutio quatenus religiosos Societatis Iesu attingebat, qui quidem ante solennem in ea professionem sacris ordinari solent per Fel. Rec. Gregorium XIII. revocata fuit per bullam quae incipit. Ex sedis Apostolicae, editam anno 1573. Ultimo die Februarij. Concessumque iis est qui in eadem Societate tria vota sumptura religionis emisissent, ante solennem professionem de licentia Praepositi generalis, ad sacros etiam presbyteratus ordines promoveri posse. Proinde haec suspensio quam episcopi laicos promoventes incurtere poterant est etiam sublata.

Quarto dico, quod rursus est duplex suspensio, altera a divinis, altera ab aliis, & quantum differat harum altera, quo ad irregularitatem transgressorum dicitur infra.

Quis, cur, & quomodo potest suspendere, & suspendi, & absolvi, & quae poena contravenientis.

- 159 Suspendere, & suspendi quis potest: requiritur monitio scripta, & peccatum non certa verba.
160 Suspensio ab vno non est ab alio: & sic a iurisdictione, non est ab ordine: nec contra, & a beneficio, non est ab ordinibus, vel iurisdictione: nec quae ab officio, est a beneficio, num. 161.
161 Generalis non incurritur ab Episcopo, qua forma tollitur. 162.
162 Absolvere quis potest a suspensione lata a iure, vel ab homine.
163 Suspensionis transgressor qui irregularis, & ut peccet participans.

IRCA hoc dico sequentia. Primò, quod communiter omnes, & soli illi, qui possunt excommunicare, possunt etiam suspendere: & quamvis omnis Christianus possit excommunicari, solae tamen personae Ecclesiae possunt suspendi, per definitionem suspensionis supra positam, & quod suspensio scripto ferenda est, sicut excommunicatio, & quod debet praecedere monitio suspensionem, quando ponitur ob contumaciam, quamvis non quando in poenam, iuxta Innocentium receptum per Panormitanum & communem, & quod ob quodlibet peccatum mortale, immo & veniale, potest quis suspendi, ut dictum est.

Secundò dico, quod ut excommunicatio lata post legitimam appellationem est nulla, & invidua, sic suspensio: & ut appellatio non suspendit excommunicationem praecedentem, sic neque suspensionem.

160 Tertiò dico, quod suspensus a quibusdam actibus, non est suspensus ab aliis non annexis eis. Ex quo sequitur, quod suspensus a iurisdictione, non est suspensus ab ordine, qui est diversus ab ea, & neque contra, suspensus ab ordine,

est suspensus a iurisdictione, neque suspensus a beneficio: est suspensus ab ordine, neque a iurisdictione, quae ei convenit alia ratione, quam beneficii, a quo est suspensus. Neque suspensus simpliciter ab officio, censetur esse a beneficio quo ad ea, quae dantur non intercessenti divinis officiis, modò suspensio non sit tam diuturna, ut tacite, vel expressè habeat vim privationis, & quidquid dicant Cardinalis & Imola, post Gasparem: quia multa ad beneficium pertinentia potest facere suspensus ab officio clericali, qualia sunt regere, & gubernare illa, quae ad se attinent, & alia quae non sunt divina officia.

Per quae nuper respondi beneficiarium suspensum, ideo quod presbyter factus fuit ante annum 25. creptum, non perdidisse fructus beneficii: quia per illam transgressionem suspenditur tantum ab officio.

161 Quartò dico, quod suspensus ab ingressu Ecclesiae tantum, potest excommunicare, & absolvere: quia adhuc retinet iurisdictionis usum, & quod quis, eo quod sit suspensus a beneficio, non est ab officio, neque suspensus ab officio tantum, est a beneficio: & ut suspensus ab officio, & beneficio simul, est ab utroque, iuxta omnes, sic suspensus ab officio, aut beneficio divinum, a nullorum est, iuxta Panormitanum receptum contra glossam.

Quintò dico, quod non incurritur hanc censuram latam generaliter a iure Episcopi, nisi fiat mentio specialis illorum, licet secus de excommunicatione.

Sextò dico, quod suspensio ferri, & tolli potest quibuslibet verbis id significantibus: quia nulla sunt praescripta in formam substantialem suae rationis, vel solutionis: quamquam in absolutione necessarium est iusurandum, ut excommunicationis absolutione, licet communiter quando est certa suspensio, docti utantur hac forma. Absolvo te a vinculo suspensionis, quam incurristi ob talem, vel talem causam, & restituo te pristinae executioni: & si est dubia haec, si tenetur aliquo vinculo suspensionis, quo te possum absolvere, absolvo te, iuxta sententiam Silvestri, & aliquantulum reformatam: & quod suspensio tam lata ab homine, quam a iure, quae certo tempore, aut facto omissione facti alicuius terminatur, tollitur lapso tempore, vel adveniente termino, ipso facto, absque ulla absolutione, secundum glossam & receptam communiter, & putatam singularem a Panormitano, hae tamen habet alias similes.

162 Septimò dico, quod a suspensione lata ob contumaciam, & non in poenam delicti absolute sine termino, & reservatione, siue iure communi, siue particulari, confirmata vel non confirmata per Papam, potest absolvere Episcopus, & eius Vices gerens, ut tradit Innocentius communiter quo ad hoc receptus, & quod a lata in poenam alicuius delicti etiam a iure, non potest absolvere Episcopus, siue sit temporaria, siue perpetua, quidquid dicant glossae, licet communiter recipiantur in suis locis, ut probat efficaciter Panormitanus, ubi eum sequitur Aretinus & Felinus alius ibi temprehendens, quam in d. cap. nuper, ubi aliud dicit, eo quod non satis perpenderit dicta Panormitani recepti ab omnibus, qui ea diligenter expenderunt, quod non fecerunt aliqui, ut Silvester, & alij, qui sibi ipsis contradicunt dum sequuntur Panormitanum tenentem contrarium eius, quod ipsi. Potest tamen in ea dispensare si posita fuit ob adulterium, aut alia minora delicta secundum eundem Panormitanum. Dixi, a iure: quia a suspensione absolute posita ab homine regulariter non potest absolvere, nisi qui eam tulit, aut eius superior, aut successor. Male autem exceperunt a regula praedicta, quae habet suspensus a iure ob contumaciam posse absolvi ab Episcopo, clericos, & religiosos, qui administrant sacramenta, aut sepulturam haereticis, aut accipiunt elemosinas ab illis: quia textus cap. excommunicamus. 2. quo nituntur, non loquitur de suspensus ab officio, sed de privatis, & de suspensione irrogata in poenam, & non ob contumaciam, & de poena reservata. Male etiam excipiunt exauthoratum, siue degradatum, aut depositum realiter, cum neque hic, neque depositus verbaliter, sint suspensus per dicta supra. Male etiam excipiunt suspensus ob collationem beneficii factam indignis, quia illa suspensio irrogatur in poenam, & non ob contumaciam.

163 Octavò dico, quod omnis, qui violat suspensionem

Arg. gloss. singu. ca. 2. de praeb. & gl. memorabili ca. si Episcopus, eo. tit. li. 6.

Num. 155. c. in d. c. pen. d. in consuetudinibus Pij V. fol. 407.

Et colligitur ex c. 1. §. de sent. excom. lib. 6. c. 1. de re iudi. eo lib. cum e. in annot.

Ex c. 1. §. de sent. excom. lib. 6. hinc etiam de excessu praeb. in c. reprobat. sibi de app. l. de muni. cu. communi. in c. 1. §. de sent. excom. lib. 6. per cap. ad hac quoniam de appell. c. c. in c. 1. §. de sent. excom. lib. 6. Cap. a quo de consecr. ec. val. alia. c. c. transmissum. de elect. cum eo. annot.

lux. Bonif. in d. clemens. cupientes. d. n. 31. ubi hoc latissime probat.

Cap. sacro. de sen. excom.

Ca. laiores. de cler. excom. ministr.

Ca. quam periculosum. de sen. excom. li. 6. cum gloss. c. ei annos. c. Cap. super ead. ca. ven. rabilis de sen. excom.

Ver absol. tio 6. dubio 2.

In clem. 1. verb. donec. de decim. hinc c. 1. de in. nos. 6.

Arg. ca. nuper. de sen. excom. c. melius. c. ex litteris de consuet. in

In c. 2. de solut. c. ca. tam litteris. de testibus.

In c. 1. de hares. §. pen. ver. excom. c. cupientes §. ceterum. ver. suspensus de electio. li. 6.

In c. 2. de solut. c. ca. tam litteris. de testibus. n. Erme. pastoralis §. praeterea de off. ordm.

Verbo suspensio. qu. 3. p. in d. c. tam litteris. c. 2. de solut. iuxta nos. in c. nisi. §. de adulteris. de indic.

Arg. c. pasto. ralis §. praeterea ubi Fel. de off. deleg. §. si de hares. c. n. 152. c. lux. c. gra. ne. de praeb.



a Arg. c. 2. de mair.  
b De senten-  
tia. excōm.  
li. 6. c. 1. de  
re iud. eo. lib.  
c Virobique.

d Capi. fin. de  
excess. prelat.

e Cap. 22.

f Per ibid. de  
sta.

g Ca. si cele-  
bras. de cler.  
excom. mini.

h In c. 1. de se.  
excom.

i Ca. cum in  
cunctis & fin.  
de elec.

k Ca. cum di-  
lectus. de con-  
suetu. iunct.  
glo.

l Capi. quia  
diversitatem  
de concess.  
prab.  
min. d. clemē.  
cupientes.

m Ca. 25. nu.  
141.

n iuxta c. ad  
ijcimus 10. q.  
1.

o Vbi supra.  
q. 1. c. 26.

p seq.

r Relatum su-  
num. 35.

s Ca. 1. §. labo-  
ret. de poenit.  
distinct. 6.

strictè acceptam pro vna specie trium censurarum Eccle-  
siasticarum peccat mortaliter, & incurrit irregularitatem,  
si violat eam exercendo aliquem actum peculiarem alicuius  
ordinis, siue maioris, siue minoris, per cap. 1. b & c Inno-  
centius receptus communiter dicit, quod illa duo capita  
non solum habent, quo ad hoc locum in casibus, in qui-  
bus loquuntur, sed etiam in omnibus aliis violentibus su-  
sensionem: quia non fuit mens eorum conditoris, qui fuit  
ipse Innocentius III. quidquam novè inducere in il-  
lis, sed declarare secundum antiquas sanctiones canonicas,  
de quibus meminit textus, eam incurri. Dixi, *aliquem actum  
peculiarem ordinis*: quia secus si exerceret alium, etiam Ec-  
clesiasticum, & ad officia diuina pertinentem, qualis est  
psallere etiam in choro cum aliis, canere responsa defun-  
ctorum, vel litanias, baptizare sine solemnitate, vt alius lai-  
cus, & alia id genus, quæ non sunt peculiariter alicui ordi-  
ni deputata. Illa autem dicuntur deputata alicui ordini,  
quorum faciendorum specialis potestas traditur in ordi-  
natione, vt in presbyterio potestas consecrandi, baptizan-  
di, solemniter dicendi collectas in choro: in diaconatu po-  
testas canendi solemniter Euangelium: n subdiaconatu ca-  
nendi solemniter epistolam, in acolytatu ferendi cereos, &c.  
Dixi, *etiam minoris*: quia violans exercendo solemniter actum  
deputatum ordini minori, ita incurrit, ac exercens deputa-  
tum maiori, secundum Innocentium & communem. d Re-  
petij sæpe, *solemniter*: quia faciens aliter aliquod horum, vt  
cantans epistolam, ferens cereos, vel vtreolos tamquam  
alius laicus, non incurrit secundum omnes.

Ex quo inferitur primò, quod verius est Episcopum ce-  
lebrantem in apparatu Pontificali incurrit irregularita-  
tem: quia id est actus peculiaris ab aliis ordinis Episcopa-  
tus, quem esse verum ordinem distinctum ab aliis signifi-  
casse Concilium Tridentinum dictum est supra. e

Secundò inferitur, quod psallere in choro non facit ir-  
regularem: quia non est peculiare vlli ordini vero: licet  
enim videatur peculiaris Psalmistatui, siue primæ tonsuræ,  
tamen illa non est verus ordo. f

Tertiò inferitur, quod suspensus à perceptione sacra-  
mentorum, quamuis peccet mortaliter in percipiendo  
ea, non tamen est irregularis, & quia perceptio non est of-  
ficium diuinum, neque opus peculiariter ordini alicui ad-  
dictum.

Quartò inferitur, quod suspensus ab eorum collatione,  
dando illa non tamquam ad suum ordinem pertinentia,  
sed vt alius quilibet laicus, non incurrit eam, iuxta Ho-  
stiensem. h

Quintò inferitur, quod sacerdos suspensus ab officiis sa-  
cerdotalibus administrando in ordine inferiori non pec-  
cat, neque est irregularis.

Sextò inferitur, quod suspensus à beneficio non pec-  
cat eligendo, si ius eligendi non competat ei ratione il-  
lius. i

Septimò inferitur, quod suspensus ab officio peccat, sed  
non incurrit irregularitatem eligendo, & acceptando ele-  
ctionem de se factam, k & excommunicando, & confe-  
rendo beneficia. l

Octauò inferitur, quod licet suspensus ab officio prædi-  
candi, celebrando non peccet, nec fiat irregularis, secun-  
dum Panormitanum, & communem, m concionando ta-  
men peccat, & est irregularis, secundum opinionem, quam  
sequimur supra, n quod actus prædicandi est lege diuina,  
vel humana, vel consuetudine actus peculiariter diacona-  
tui deputatus: quia licet institutione diuina sit soli sacer-  
dotio peculiaris, o lege tamen, & consuetudine humana  
videtur deputatus diaconatui, vt tandem Caietanus p con-  
cludit: quando saltem solemniter, vt ex officio suo tam-  
quam sacerdos prædicat.

Nonò inferitur, quod sicut tenemur vitare excommuni-  
catum in omnibus, per supra dicta, q ita suspensum in eo, à  
quo est suspensus: & non vitando in diuinis officiis, & in  
actibus deputatis suis ordinibus peccamus mortaliter, si  
est denunciatus, aliis non, per extrauagantem ad euitanda, r  
& per latius dicta alibi. s

*Interdictum quid, & quotuplex.*

164 Interdictum hic non generaliter, sed specialiter sumitur,

A quo conueniat, & differat ab excommunicatione, & sus-  
pensione, num. 165.

166 Interdictum triplex, & quid vnumquodque includat, nu. 167.

164 **I** R C A hæc dico sequentia. Primum, quod  
vt interdicere significat prohibere, a sic  
interdictum generaliter dicitur, qualibet  
prohibitio: sed hic accipitur specialiter  
pro vna triu censurarum Ecclesiasticarum,  
quod b cautius definiiri potest, quam à Calderino, c esse cen-  
sura Ecclesiastica, qua prohibentur diuina officia, sacramenta, &  
sepultura actiue, & passiuè, exceptis aliquibus. Dixi, *censura Ec-  
clesiastica*: pro genere, quo distinguitur à cessatione à diui-  
nis, de qua in cap. irrefragabilis, d quæ non est censura Ec-  
clesiastica: quia non est nisi ipsa omisio officiorum dsu-  
norum, iuxta Panormitanum. e Reliqua adduntur ad diffe-  
rentiam inter interdictum ex vna parte, & inter excom-  
municationem, & suspensionem ex altera, quæ tres conue-  
niunt in nouem, iuxta Calderinum f receptum per com-  
munem, Dominicum & Perusinum, g Siluestrum & Ta-  
biennam, h per complures alios alibi.

Conueniunt enim primò, quod quilibet earum est cen-  
sura Ecclesiastica. i Secundo, quod quilibet in scriptis  
debet ferri, & cum causa in eis expressa. k Tertiò, quod  
nullam earum suspendit appellatio subsecuta, & quamlibet  
annullat præcedens. l Quartò, quod quamlibet debet  
præcedere monitio, m cum fertur ob contumaciam, & non  
cum in pœnam. n Quinto, quod quamlibet est nulla, cum  
fertur sine canonica monitione ab excommunicatore cõ-  
tra participantes excommunicatis à se. o Sexto, quod qua-  
libet impedit à diuinis, excepta illa suspensione, quæ non  
fit ab eis. p Septimò, quod in absolute omnia iura-  
tur. q Octauò, quod nulla earum \* cõtra receptos in filios  
speciales Papæ ab ordinario ferri potest. r Nonò, quod  
quamlibet est à Superiore seruanda, s immo, & à ferente  
quousque eam tollat, Calderinus. t

\* Contra receptos in filios speciales. Filij proprij & speciales Romanæ  
Ecclesiæ sunt non quidem qui omnino à iurisdictione ordinarij sunt  
exempti, sed quibus hoc priuilegium concessum est, vt excommuni-  
cari, suspendi aut interdicti non possint, nisi à Papa, aut ipsius delega-  
to, vt explicatur. cap. 1. de verb. signif. in 6.

165 Differunt autem primò, quod excommunicatio di-  
rectè priuat communicatione, quatenus est communica-  
tio humana. Suspendio priuat directè vsu facultatis Eccle-  
siasticæ. Interdictum verò priuat directè sacramentis, &  
diuinis officiis. Dixi, *directè*: quia indirectè, & per conse-  
quentiam priuant etiam consequentibus directè prohibi-  
ta. Secundo, quod excommunicatio non potest suspendi,  
& alia sic, v quamquam idem esse de excommunicatione  
dixit Decius, x quem per multa fundamenta sequimur. y  
Tertiò, quod Episcopus non incurrit suspensionem, ne-  
que interdictum latum à iure, nisi exprimat in eo, ex-  
communicationem verò sic. z Quartò, quod vniuersitas  
non potest excommunicari, a suspendi autem, & interdicti  
sic. b Quintò, quod excommunicati numquam admittun-  
tur ad diuina officia, alij verò sic interdum. c Sextò, quod  
excommunicatio, & suspensio non feruntur nisi ob cul-  
pam propriam, & maior ob mortalem, & minor & sus-  
pensio, etiam ob venialem: interdictum tamen etiam ob  
alienam. d Septimò, quod absolutio excommunicationis  
semper requirit aliqua verba: suspensionis verò, & inter-  
dicti non, quando feruntur quousque certum quid fiat:  
quia sufficit, vt illud fiat, vt ait glossa putata singularis, e  
quæ tamen habet alias quatuor similes citatas à nobis  
alibi. f

166 Secundo dico, quod interdictum est triplex, locale  
tantum, personale tantum, locale, & personale simul. Lo-  
cale tantum est, quo solus locus interdicitur: quod rursus  
est duplex, generale, quo interdicitur locus vniuersalis, vt  
regnum, prouincia, episcopatus, ciuitas, oppidum, pagus, aut  
parochia. Et speciale, quo interdicitur aliquis locus parti-  
cularis, vt Ecclesia, & non definit esse tale, eo quod com-  
prehendat multa loca, modo sint particularia, quale est,  
quod interdicit multas Ecclesias, etiam si interdicit om-  
nes ciuitates, episcopatus, prouincia, regni, aut quotquot  
sunt in mundo, iuxta Calderinum, g receptum per Dom-

a Infit. de in-  
ter. in. p. m.  
b Vt in. r. p. p.  
c dilectio. de  
appel. d. i. i.  
e in. v. a. d. de  
eccles. interd.  
memb. 1. col.  
1.  
d De offic. or-  
di. c. e. quam-  
uis. eo. 1. lib.  
6.  
e In d. c. alle-  
tis. num. 18.  
f Vbi sup. co-  
lum. 2.  
g In d. c. 1. §.  
superior. de  
sen. excom. li.  
6.  
h Ver. inter-  
dictum.  
i Ca. quaten-  
ti. de ver. sig-  
n. Ca. 1. de se.  
excom. lib. 6.  
l Ca. si cui. §.  
fin. co. in. lib.  
6. c. adbas  
quoniam. de  
appel.  
m Ca. repre-  
hensibilis. de  
appel.  
n Cap. 2. de  
constitutio. l.  
o c. e. quam-  
quam. de cen-  
sib. eo. lib.  
6. Ca. statim-  
mus. iuncto c.  
statutum. de  
sen. excom. li.  
6.  
p Cap. pas-  
toralis. §. v. r. d.  
de app. iunct.  
d. c. u. cui.  
q Ca. v. n. q.  
bili. c. e. exte-  
nore. de sen-  
excom.  
r Cap. 1. de  
verb. sign. li.  
6.  
s Ca. cum ad  
Ecclesiarum.  
de off. ordi.  
t Vbi supra.  
memb. 1. co-  
lum. 3.  
v d. c. adbas  
quoniam.  
x lbi.  
y lbi dem.  
z Ca. quia pe-  
riculo. de sen-  
excom. li. 7.  
a Ca. Roma-  
na. §. in vni-  
uersitat. de  
se. excom. l. 6.  
b Ca. quia sa-  
pe. de elec. li.  
6. c. si en.  
excom. eo. lib.  
6.  
c Cap. si de  
sen. excom. l.  
o. d. lib.  
d d. c. si sentē-  
tia.  
e Clem. 1. de  
decim. verb.  
donec.  
f In ca. 1. 10.  
g de iudic.  
g Vbi supra.  
mer. br. 2.



a In c. praesen-  
si de sen. exc.  
lib. 6.  
b Ver. interdi-  
ctum. 1. §. 1.

c d. c. si senten-  
tia.

d Arg. l. qua  
de tota ff. de  
rei vend.

e Ar. d. l. qua  
de test. c. c.  
pastoralis. §.  
nem cum so-  
lum. de offic.  
de leg.

f d. c. si senten-  
tia. cum ei an-  
not.

g d. c. si senten-  
tia.

h In cap. 2. de  
prob.

i Ibi. & in c.  
ecclesia. de co-  
si. col. 4.

k In d. c. si sen-  
tentia. in fin.  
prin.

l Vbi supra.  
memb. 2.

m Ca. si cui-  
tas. de sen. ex-  
com. li. 6.

n Gloss. ibid.  
o d. ca. si cui-  
tas.

p Arg. c. per  
exemptionem  
de priuil. li. 6.

q Ca. Roma-  
na. §. in uni-  
uersitate de  
sent. excom.  
lib. 6.

r Vt supra di-  
ctum est.

s d. ca. si cui-  
tas. & d. c. si  
sententia.

t Arg. c. deni-  
quo 7. q. 1. &  
l. proponeba-  
tur ff. de iudi.

v d. c. si senten-  
tia. ubi ad af-  
firmat Domi-  
ni.

u Per.

x Extrana. g.  
proinde de se.  
excom.

y Vbi supra.  
memb. 1. c. 4.

z In c. praesen-  
ti de sen. exc.

a De potest.  
eccles. cas. 10.

nicum, Perusinum & Communem, a singulare autem, quod  
addit Angelus, b est species interdicti particularis minimè  
necessaria. Interdictum personale tantum est, quod inter-  
dicat personas tantum, quod etiam est duplex, scilicet, ge-  
nerale, quod interdicit aliquam vniuersitatem hominum,  
vt populi, regni, prouinciar, ciuitatis, oppidi, collegij, aut  
pagi. c Et speciale, siue particulare, quod interdicit per-  
sonas singulares, vnam, aut multas, certas, aut incertas, vt  
quod interdicit hoc, vel illud facientem. Interdictum lo-  
cale, & personale simul est, quod interdicit locum, & per-  
sonas simul: & quod interdicit locum, & populum, & tales,  
vel tales personas: exemplum quotidianum est in interdi-  
cto, quod appellatur ambulatorium, quo interdicitur ali-  
qua persona, & locus vbi est, vel fuerit, quamdiu ibi fue-  
rit, aut etiam certo tempore postquam recesserit, de quo  
quatenus est locale, iudicandum est, vt de locali tantum:  
& quatenus est personale, vt de personali tantum, d qui-  
bus addimus, vnum quodque illorum posse diuidi in sim-  
plex, & mixtum, hoc est generale tantum, aut particulare  
tantum, aut generale, & particulare simul. De quo quate-  
nus est generale, iudicandum est, vt de generali, & quate-  
nus particulare, vt de particulari. e

167 Tertio dico, quod interdictum generale loci non  
includit populum, nec personas eius: neque interdictum  
generale populi alicuius loci comprehendit eum: itaque  
quando est interdictus vnus locus, qui sunt in eo, & non  
fuerunt causa interdicti, possunt audire, & dicere in alio  
loco diuina officia, & dare, & accipere sacramenta, & alij  
aliorum oppidorum non possunt hoc facere in illo loco  
interdicto, cuius illi sunt. Et quando interdicitur solus po-  
pulus, illi qui sunt eius, non possunt audire, neque ibi, ne-  
que alibi: & exteri possunt audire ibi, & in eo potest cele-  
brari patentibus ianuis, exclusis eius loci hominibus, per-  
inde ac si non esset interdictus. f Rursum interdictum cle-  
rici alicuius loci non comprehendit locum, neque popu-  
lum, & habitatores eius laicos: neque e contrario interdi-  
ctum populi comprehendit clericos. g Cuius rei nouam  
rationem tradidimus alibi h post Decium i quamuis inter-  
dictum cleri videatur includere religiosos, & religio-  
sas, conuersos, & conuersas, nouitios, & nouitias, secundum  
Dominicum k & Calderinum. l Item interdictum ciuitatis  
includit suburbia, & aedificia prope mœnia, m quæ verò  
aedificia dicenda sint talia relinquuntur arbitrio iudicis. n  
Interdictum etiam Ecclesiar, licet speciale tantum, inclu-  
dit facella, & cœmeterium contigua, alia non. o Interdi-  
cta verò Ecclesia, non censentur interdicti clerici eius-  
dem: neque contra, interdictis clericis, censentur interdi-  
cta eorum ecclesia. p

Quis, cur, & quomodo potest interdi-  
cere, & interdici.

- 168 Interdicit communiter, qui excommunicat, & suspendit, & contra.
- 169 Interdictum fertur ob culpam alienam, sed non ob culpam debiti, & ponitur ipso facto à iure in his casibus, num. 169. & qua opera prohibeat, num. 170.

**Q**UARTO dico, quod communiter, qui potest excommunicare, & suspendere, potest etiam interdici: & qui potest excommunicari, & suspendi, potest etiam interdici. Et vniuersitas, quæ non potest excommunicari, q & locus, qui non potest suspendi, r potest interdici. s Et quamquam aliud est populus, vel vniuersitas, & aliud particulares eiusdem, t interdicto tamen illo, censentur interdicti omnes eius particulares, fontes & infontes, v quia potest vnus interdici propter culpam alterius, licet non excommunicari, vel suspendi, vt prædictum est: quamuis semper debeat interuenire culpa propria, vel aliena, vt feratur interdictum: nec sufficit culpa non soluendi debitum, vt feratur interdictum generale auctoritate ordinaria, vel delegata sine speciali Papæ mandato, x quamuis particulare Ecclesiar ferri possit, iuxta Calderinum, y & Dominicum, z non tamen parochiar, quamuis per incogitantiam, nostro iudicio, contradixerit Stephanus. a Inter-

A rogatus olim Salmantica, an infans lactens, & amens includantur interdicto? Respondi, includi, nec esse admittendos ad diuina: quia vt prædictum est, sine culpa propria quis potest interdici.

169 Quinto dico, quod fertur generale ipso facto contra vniuersitatem, quæ facit solui portoria illicita clericis, a & contra eam, quæ facit, vt capiatur, percutiatur, vel in exilium mittatur suus Episcopus. b Et contra eam cuius dominus impedit ingressum, aut negotia nunciij Apostolici. c Immo & in omnibus casibus, in quibus iure fertur interdictum locale generale, ob delictum populi, in eisdem fertur etiam generale personale contra suum populum: quamuis non, quando fertur ob delictum solius domini, si non exprimat, d fertur etiam particulare locale Ecclesiar in aliquot casibus, scilicet, quando vniuersitas facit, vt capiatur, percutiatur, vel mittatur in exilium suus Episcopus. e Et quando clerici, aut conuentus Ecclesiar, nolunt restituere corpora, aut monumenta eorum, quos in ea sepelierunt, eo quod inducti ab eis iurauerunt se electuros sepulturas. f

170 Sexto dico, quod interdictum personale particulare solum includit personas nominatas, & actus in eo expressos, & qui includuntur in illis. Si verò nulli exprimantur, omnes qui verantur interdictis censentur inclusi. Vnde interdicto simpliciter Petro, omne illud, quod interdictum prohibet, veratur illi. Interdicto autem eo, quo ad ministerium altaris, reliqua omnia potest facere: quo ad ingressum verò Ecclesiar, omnia diuina officia illi prohibentur intra illam: quia includuntur in prohibitione ingressus illius, & nulla extra illam: quia potest facere domi, vel in tabernaculo, s aut in sacello non erecto auctoritate episcopi, perinde ac si nulla re esset interdictus, iuxta S. Antoninum: h & ante illum Calderinus, secundum quem approbatum ab Ancharano, Dominico, & Perusino, i cui est interdictus ingressus Ecclesiar bene potest introire in eam, & orare quando non aguntur diuina officia, vt glossa singularis dicit de excommunicato, k quamuis multi contra sentiant, sed malè: non potest tamen audire diuina officia, iuxta Dominicum & communem, l quidquid dicat Calderinus, m sed nostra sententia potest transire per eam, etiam quando illa sunt: quia id non est audire. n Quorum ratio est: quia prohibitio ingressus Ecclesiar solum respicit diuina officia, ne ea faciat, vel audiat in ea. o

Quæ prohibeantur Interdicto, & tempore interdicti.

- 171 Interdicto verantur omnia diuina officia, sacramenta, & sepultura, præter expressa.
- 172 Officia diuina quæ, & permissa quomodo in interdicto generali, num. 174.
- 173 Missa vna singulis hebdomadis licita in interdicto speciali.
- 174 Clerici etiam alieni admittuntur ad diuina tempore interdicti, & an coniugati.
- 174 Aqua benedicta, vt benedicenda, & vsui adhibenda tempore interdicti.
- 175 Interdicto in loco, & etiam in Ecclesia clerici recitant horas, num. 176. & vt campanæ pulsatio, Episcopi benedictio, & sacramentalium vsus liceant, num. 177. Confessio item, & alia plurima. 178.
- 179 Interdicta quæ priuilegia particularia relaxent. & 2. seq.
- 182 Interdictum iure suspenditur quatuor festis, & an aliis hoc priuilegio. & 2. seq.
- 187 Interdictum non denunciatum non obligat, neque nullum, & quando tale, & validum violando qui laici, & moniales peccent.

**S**EPTIMO dico, quod per quodcumque interdictum prohibentur omnia diuina officia, sacramenta, & Ecclesiastica sepultura (exceptis his, quæ expressè, vel tacitè permittuntur) vt colligitur ex cap. non est & aliis, p & notatis in eis, & ex definitione interdicti. q Ex quo sequitur, quod regulariter prohibentur omnia exercitia specialiter deputata alicui ordini, siue maiori, siue

a Ca. quam-  
quam de cen-  
si li. 6.  
b Clem. 1. de  
pœn.  
c Extrana. si  
per gentes. de  
consuet.  
d Cap. si sent.  
de sent. excô.  
lib. 6.

e d. clem. 1. de  
pœn.

f In c. 1. de se-  
pult. lib. 6.

g Lux. gloss. c.  
u cui de sent.  
excom. l. 6. &  
commu.

h 3. p. s. 29.  
c. 2. §. 2.

i In d. c. is cui.

k Ca. qui stu-  
det. 1. q. 1. &  
Innoc. in c. nu-  
per. de sen. ex-  
com.

l In d. c. is cui.

m Vbi sup. co-  
16.

n Argu. eorū,  
quæ super co-  
c. nu. 34. dixi-  
mus de excô.  
o d. c. is cui. cu-  
ei annota. &  
c. praesenti. s.  
qu. 2.

p De sponsal.  
& c. fin. de ex-  
ces. pralat. &  
ca. quod in re  
de pœn. & re-  
miss. & ca. re  
spons. de sent.  
excommu. ca.  
quoniam. &  
c. fi. eo. li. 6.  
q Sup. n. 164.



minori, vt dicendi epistolam solenniter cum manipulo Subdiacono, & Euangelium Diacone, offerendi viceo- lus Acolyto, dicendi missam, aut agendi heodomadarium, quando peragitur matutinum, aut alix horæ canonicæ presbytero, & ordinandi Episcopo: quia omnia talia exer- citia sunt diuina officia, quæ est ratio noua, & firma non perpenfa ab aliis.

172 Octauo dico, quod malè definirunt Angelus, \* & aliqui alij diuina officia in hac materia, esse officia diuina in missali, & breuiario contenta: quia neque omne in illis ordinatum est diuinum officium, nec omne diuinum offi- cium est in illis ordinatum: siquidem multa sunt ordinata in Pontificali, & multa in missalibus & breuariis, quæ non sunt diuina officia prohibita tempore interdicti. Qualis est benedictio mensæ, & fructuum, qualis baculi, & lac- culi ad peregrinandum, & habitus nouitiorum. Possunt autem rectè definiri esse officia ordinata in dictis tribus li- bris, aut in aliis legitimè ad vsum ordinum, & aliorum sacra- mentorum, vel sacramentalium, aut ad Horas canonicas.

173 Nonò dico, quod potest dici vna missa quaque heb- domada etiam in Ecclesia specialiter interdicta, ad reno- uandum sanctum sacramentum, quod asseruatur infirmis, cum moderatione versiculi sequentis, b & etiam plures quam vna, si necessitas infirmorum id postulet. Et quod possunt celebrari omnia diuina officia in loco generaliter interdicto, sicut prius ianuis clausis, voce submissa, non pulsatis campanis, & exclusis excommunicatis, & interdi- ctis, d expulsis item non habentibus priuilegium iuris cõ- munis, aut specialis. e Dixi, in loco generaliter interdicto: quia in interdicto specialiter, non habet locum, iuxta glossam recepram. f

174 Et quamuis Ancharanus dicat, quod talia officia di- uina debent fieri per solos clericos, & monachos illius Ec- clesie, vel monasterij, & non per alios, cuius opinio obser- uabatur meo tempore in Gallia, vbi pauca interdicta ponun- tur: sed contrarium, scilicet, quod omnes clerici maiorum, & minoru ordinum etiam prima tonsuræ vndecumque, & cuiuscumque Ecclesie, nisi fuerint causa interdicti, possunt admitti ad dicendum, & audiendum illa, tenent Ioannes An- dreas, Dominicus & Philippus g quod seruat in tota Ca- stella, vbi feruntur infinita interdicta, & etiã in Lusitania, vbi feruntur pauciora, et si plura, quam in Gallia: sed clerici coniugati non sunt de horum numero: quia quidquid dicat Margarita confessorum, non gaudent nisi duobus priuile- giis, h è quibus nõ est hoc, & consequenter quo ad hoc ha- bentur pro laicis, vt iam pridè respondimus Salmanticæ: quamquam si esset consuetudo præscripta, qualis fertur esse in Aragonia, valeret illis, i etiã si esset introducta per errorem iuris. k Et adeo quidem excludendi sunt non habentes priuilegium, vt non sint admittendi ad oblatione, quæ fieri solet in medio missæ, neque sit eis porrigenda pax, ne- que aperienda fenestra, neque foramen, per quam intueri possint corpus D.N. l Neque sacerdos potest benedicere aquam absque prædicta modificatione, neque benedicta illa inspergere populum absque illa ante missam, cum an- tiphona, Asperges, &c. sicuti solet, iuxta Calderinũ. m Quã- quam credimus populum posse sumere aquam benedictã, cum ingreditur Ecclesiam, & clericum dare ei, tamquam laicum sine peccato, quidquid sentiat idem Calderinus. n quia id nullibi prohibetur. Et vox debet esse tam submissa, quæ foris non audiat, vel saltem proferatur ea intentione, vt non audiat, & cum debita cautione: quia hoc ex- cusaret peragentes officia, quamuis ab aliquibus curiosis audirentur contra eorum voluntatem: siquidem tam clarè est proferenda, vt alij ab aliis possint audiri in choro. o Pos- sunt tamen accipere funeralia, p & alias oblationes factas pro defunctis, quamuis sepeliantur extra locum sacrum, & illi essent interdicti, si decesserunt pœnitentes: siquidem potest, & debet rogari pro eis. q

175 Decimo dico, verum esse id, quod Salmanticæ re- spondimus, & defendimus sequentes mentè Hostiensis r cù cap. illud prælegeremus contra Villadiegum s & satis cõ- tra Calderinũ, t & Angelũ, & Siluestrũ v scilicet, quod in tempore generalis interdicti non solum vnus, sed etiã duo, tres, & plures recitare possunt suas horas in campo, ianuis, quæ nõ sunt, nõ clausis, & domi, & in cubiculo clausis illis,

A & etiam non clausis, modò non audiantur ab aliis non ha- bentibus priuilegium ad audiendum, quamuis audiant a- liqui per transitum, & casu. Et quod etiam intra Ecclesiam potest quis solus non clausis ianuis recitare horas ita sub- missè, vt à nemine alio à se audiat: & ita duo, vel tres diuisi in aliquo sacello, aut tam submissè, aut tam seiuncti à populo, vt audiri nequeant, & à fortiori intra vnum sa- cellum clausum, quamuis ianux Ecclesie, vbi illud est, sint apertæ, quidquid dicant Hostiensis, Ioannes Andreas, & Cardinalis, u quia intentio iurium, quæ permittunt diui- na officia cum prædicta moderatione in Ecclesiis, non est excludere alia loca, vt ponderabat Villadiegus, b immo à fortiori includere illa, vbi regulariter non audiantur ab aliis, permittendo ea dici in Ecclesiis, vbi solent audiri: & principalis scopus prohibendi diuina officia est, ne au- diantur à laicis, c cum non obstante illo quisque clericus teneatur dicere suum officium. d Dixi, tempore interdicti generalis: nam in loco specialiter interdicto, non esset lici- tum quidquam horum facere, neque clausis ianuis, ne- que apertis. e

176 Vndecimò dico, quod non prohibetur oratio ma- tutina, meridiana, & vespertina, quam vocant *Aue Maria*, neque benedictio mensæ, f neque ea, quam Episcopi iter facientes concedunt. Neque prohibetur lectio, neque de- claratio psalmodiarum, aut euangeliorum, aut aliorum simi- lium, quæ in diuinis officiis dicuntur, cum non prohibea- tur prædicatio, g neque oratio priuata in Ecclesia, etiam illis ipsis, quorum causa positum est interdictum, licet illi sint interdicti personaliter, h neque dare, neque accipere aquam benedictam in ingressu Ecclesie: neque cantus lai- corum, etiam si cantent litaniam, aut psalmos, & laudes Dei, aut eius sanctorum in suis confraternitatibus etiam intra Ecclesias, i neque excommunicare, neque absoluerè excommunicatum absque stola, & solennitate sacerdotali, iuxta Innocentium, k & Calderinum: neque etiã introdu- cere puerperam in Ecclesiam ad reddendum Deo gratias, in illa, etiam cum confessione generali absque stola, & or- natu sacerdotis, l neque consequenter confessio genera- lis, quam solent facere laici sacerdoti, m neque adoratio crucis in die Veneris sancti, n neque recommendatio ani- marum defunctorum, p neque alia similia: quia non sunt diuina officia. Et quamuis laici non possint sepeliri in lo- co sacro tali tempore, neque extra illum cum officio diui- no, licet sublaro interdicto deferri debeant ad illum: & si sepeliantur in illo durante interdicto, non sunt extrahen- di. q Clerici tamen seruantes interdictum possunt sepeliri in loco sacro absque solennitate: quia id eis permittitur, r quamuis sint coniugati, si consuetudo præscripta habet, vt clericus coniugatus cum vnica & virgine, perinde pos- sit interesse diuinis tempore interdicti, ac alij non coniu- gati, alias non iuxta dicta supra. s

E Ad quæsitum, an dictum Calderini de litanis habeat locum in clericis? Respondeo habere: quia litanie cum cantu, vel sine cantu absque solennitate consueta crucis le- uata, superpelliciorum, & ordinis procedendi, de quibus loquitur Calderinus, licent tam clericis, quam laicis: cum prædicta verò solennitate neutris, licet minus clericis, quam laicis: quia hæc sunt diuinum officium, illæ verò ne- quaquam. t

177 Duodecimò dico, quod non possunt pulsari campa- næ, neque campanulæ ad horas canonicas, v quamuis sic ad alios fines, veluti ad *Aue Maria*, prædictum, aut ad osten- dendum reliquias, aut notificandum horas, aut prædican- dum, aut ad aliud, quod non sit officium diuinum. x Vnde fortassis originem duxit Salmanticensis consuetudo pul- sandi ad interdictum ( hoc est notificandum illud ) horis quibus finienda erat pulsatio ad primam, & ad vespas: quæ tamen etsi nostra sententia iam excuset à pœna, & à peccato, ob id quod potuit sua antiquitate effectum inter- dictorum quo ad hoc minuere: tamen non excusasset in e- xordio, neque modo excusaret, vbi primum inciperetur: quia esset manifesta fraus, vt ad aliud propositum dixit Cal- derinus, y neque etiam potest Episcopus tempore interdi- cti publicè benedicere solenniter cum baculo, & versu, *Adiutorium nostrum &c.* secundum Calderinum, z neque be- nedicere Abbatem, neque Abbatissam, neque consicrare

a Ver. interdi- ctum s. q. 4.  
b Ca. permit- timus. de sen. excommuni.  
c Iux Hosti. ibid.  
d Ca. si. s. ad- iucimus. de s. excomm. lib. 6. c. Iux. gl. d. s. s. ad iucimus. ver. interdi. f in d. cap. si. verb. eccle.  
g In eo. c. fin. Feder. concil. 70. Ang. ver. interdict. s. s. c. Syluest. ver. interdic. s. q. 1.  
h Ca. 1. de de- clinatione. lib. 6. c. Arg. c. si. de consuetud. k Arg. eorum que infra nu. 117. dicitur.  
l Iux clameu. 1. cum suis gl. de sen. excomm. m Vbi sup. m. br. c. col. 14.  
n Vbi supra.  
o Iux. mentè sex. ca. alma mater & om- nium docto- rum.  
p Cald. in di. membr. d. co. 20.  
q Arg. ca. fin. de sepul. c. ca. à nobis. a. de sen. excomm. r in ca. quod in re. de pœn. c. remiss. s De irregul. colu. 14.  
t d. memb. d. col. 12.  
v Ver. interdi- ctum s. q. 2.

a In d. c. quod in re. b Vbi supra.  
c Arg. di. ca. quod in re. d. capi. alma mater. d Gl. recep. ta. c. n. de cla- ric. excomm. fa- cie gloss. ordi. capite illud. eod. tit. c. ca. presbyterum. 28. dist. c. Arg. gl. d. r. alma. ver. ec- clesie. f Cald. vbi su- pra. colum. 10. g c. responso. de iur. iur. ex- communi. h Admod. re- cept. per. da. ver. interdi- ctum s. q. 14. i Cald. vbi su- pra. membr. d. colu. 10. k In ca. si. de excep. pœna. l Vbi supra. m Cald. vbi su- pra. colum. 3. n Ibidem col. 14. o Ibidem col. 15. p Cald. vbi supra. q Iux. gl. re- cept. a. à no- bis. 2. ver. ser- ma. de sen. ex- communi. r Dicit. c. quod in re. s eo. c. n. 174.  
t Per di. sup.  
v Cald. vbi su- pra. membr. d. col. 10. x Cald. d. memb. d. col. 14. re- ceptum com- munitur in i. si. de sen. ex- comm. lib. 6.  
y d. memb. d. col. 17. z Mem. s. c. 10.





a Conf. 3. col. 2. & 3.  
 b Vbi supra. col. 14. & 15. & seq.  
 c Cald. d. col. 15.  
 d Ver. interdictum q. 3.  
 e Eod. ca. nu. 182.  
 f In dict. conf. 3. & Cal. vbi supra.  
 g Membr. 6. col. 29.  
 h Ca. non est de sponsal.  
 i c. quoniam de sen. excom. lib. 6.  
 k ca. accepisti de consec. dist. 4.  
 l responsio de sen. excom. m. d. c. quoniam.  
 n d. c. non est. o. d. c. fin.  
 p d. c. si. illis. q. d. c. quod in te.  
 r Glo. d. c. fin. recepta.  
 s in d. membr. 6. col. 22.  
 t in d. ca. si. q. aduocatus. & 5. seq.  
 v Num. vlt. x. c. permissio. de sen. excommunic. y. Cald. vbi supra membr. 6. col. 19.  
 y d. c. quoniam. a. Gloss. d. c. si. b. d. membr. 6. col. 21.  
 z in d. ca. non est.  
 d. ibidem. c. d. membr. 6. col. 22.  
 f. d. ca. quid in te.  
 g. d. c. quod in te.  
 h in d. ca. non est.  
 i. ibidem.  
 k. Membr. 2. col. 22.  
 l. Calicet. 5. cum conceditur de priuile. lib. 6.  
 m. d. c. licet.  
 n. lux. glo. de terminatione Aret. & Fel. in c. in literis. de testib.  
 o. Calicet. p. d. c. licet.  
 q. in c. cum ordinetur de ref. crp. col. 2.

calices, altaria, virgines, neque benedicere corporalia, & alia ornamenta ad dicendum missam, neque vela monialium: neque ipse, neque parochus possunt benedicere aquam, vt declarauit bene Federicus, & Calderinus, neque candelas in die Purificationis, neque palmas, & ramos in Dominica palmarum, neque missam, quam sicca dicunt, sine consecratione, Siluester, quia sunt diuina officia. Dixi, publice: quia clam ianuis clausis, &c. bene possunt iuxta eundem: quia non sunt, vt ille dicit, sacramenta, sed diuina officia ad faciendam quendam sacramentalia: & ideo etiam fieri possunt in festis, in quibus tollitur interdictum, de quibus infra iuxta Federicum. f

178 Decimotertio dico, quod sola & omnia illa sacramenta, & sacramentalia, quae ius, aut priuilegium exprimit, aut tacite permittit, sunt permittita in loco interdicto, siue interdictum sit generale, siue speciale, iuxta Calderinum, & quale est sacramentum baptismi pro paruulis, & etiam pro adultis, i quibus sunt catechismus, & exorcismus, & unctio olei, & chrismatis, siquidem in baptismo iubentur haec fieri, k quale etiam est sacramentum confirmationis, l & consecratio chrismatis, quae ad id, & baptismum est necessaria, m & eadem ratione consecratio olei baptizandorum. Quale est sacramentum penitentiae pro infirmis, n & etiam pro sanis, o qui non fuerint excommunicati, neque interdicti, neque fuerint causa interdicti sua culpa, neque consilium, neque fauorem, neque auxilium praebuerint delicto, ob quod fuit positum. Siquidem hi nequaquam sunt admittendi ad sacramentum penitentiae, nisi satisfaciant prius, si possunt, sin minus praebant idoneam cautionem, iurando se duros operam fideliter, vt satisfiat per se, aut per alios. p Quale est etiam Eucharistia, siue viaticum, q solum in articulo mortis, r & sic non potest dari sanis, quamuis sint clerici & religiosi, iuxta Calderinum s & Philippum. c

179 Quod verum est, nisi haberent priuilegia, quibus non prauidicatur Bulla S. D. N. Gregorij XIII. transcripta infra, v licet secundum ius commune possint sumere, quando celebrant: quale est celebrare semel in hebdomada ad renouandum sanctissimum Sacramentum, x quale etiam pulsare campanulam, quando fertur ad infirmos, & etiam ostendere ipsum in reditu, vbi mos est, y partim quia videtur iustum, & decorum, z partim quia non est de actibus prohibitis per interdictum conspectus S. Sacramenti, nisi in missa. Quale est etiam sacramentum matrimonij, a etiam inter interdictos personaliter, & specialiter iuxta Cardinalem, b sed non est talis benedictio nuptiarum, iuxta Hostiensem c receptum per Communem, d & Calderinum e Non est etiam tale sacramentum extremae vnctionis, feriam quo ad clericos: quia quamuis sint priuilegiati quo ad sepulchrum, non tamen quo ad extremam vnctionem, iuxta Ioannem Andream, & neque religiosis potest dari extrema vnctio secundum ius commune. Neque etiam est tale ordinare in loco interdicto, iuxta Innoc. h neque extra illum si ordinator, vel ordinatus sint interdicti personaliter vt ait Pan. i & melius Cald. k

180 Decimoquarto, dico, quod priuilegium audiendi diuina officia tempore interdicti cum praedicta moderatione, non valet ei, qui fuit causa eiusdem, aut cuius culpa, aut fraude fuit positum, aut commissum delictum, ob quod fuit positum: ei autem qui hoc non commisit, si est persona singularis, valet, non solum pro se, sed etiam pro suis familiaribus domesticis, qui non sunt fraudulenter recepti ad audiendum, aut celebrandum cum illo, l sed si est collegium non valet, nisi collegis. m

181 Et quamquam in aliis materiis per familiares & domesticos intelligantur mulier, filij, nepotes, serui, & famuli illi subiecti, qui ratione potestatis paternae, vel dominij degunt cum illo, n in hoc tamen casu non sumitur ea late, iuxta Ancharanum o & sic, nostro iudicio, in hoc casu illi tantum intelligendi sunt familiares domestici alicuius, qui eum de more comitantur. Haec enim ampliatio huius priuilegij fit, ne inutile sit, vt possit esse, nisi sic ampliaretur ad multos, qui sine comitatu non possunt honeste ad Ecclesiam ire, aut celebrare in ea, iuxta glossam solennem, quae penultima est, p & commendata ob pulchram conclusionem per Decium. q Et sic clericus qui habet vnum famulum laicum, potest dicere missam in Ecclesia seruiente illo, siue receperit ante interdictum, siue post, & in eius locum si

agrotaret, vel abesset, posset sumere alium etiam meretricium, vt ait Calderinus. r Addo etiam, q priuilegia concessa, aliquibus religiosis, vt tempore interdicti possint admitti, qui licet sint, & manent extra monasteria, tamen se addixerunt illi ordini mutato habitu saeculari, aut donarunt inter viuos sua bona suo ordini, seruato sibi quamdiu vixerint, vfructu. b Eodem modo, qui habet priuilegia, quod tempore interdicti possint admitti ad diuina officia, possunt sepeliri in caemeterio, iuxta Calderinum, c quem sequitur Angelus, d licet Federic. e in contrarium inclinaret, cuius opinio facile defendi posset, si consideretur sepultura pro principali, & officium pro accessorio, sicut & opinio Calderini consideratione contraria, & tamquam fauorabilior seruanda videtur.

182 Decimoquinto dico, quod etiam possunt fieri omnia diuina officia in festis Natiuitatis, Paschae, Pentecostes, & Assumptionis Dominae nostrae diebus solum, & non octauis, etiam sine praedicta modificatione, a pertis ianuis, campanis pulsatis, & alta voce exclusis excommunicatis & admisis interdictis: ita tamen, vt quorum culpa tale interdictum positum fuit, non accedant ad altare: quia id expresse permittitur. f Quod idem postea permittum fuit in festo Corporis Christi, & tota octaua per Martinum V. & Eugenium I I I I. in suis extrauagantibus, quae legi solent intra octauam eiusdem festi, & in die Conceptionis, & sua octaua Virginis Matris in Ecclesiis, in quibus dicitur officium ordinatum per protonotarium Leonardum Nogatum, & eius missa, quae incipit, Egre dimini: & non in quibus illud non dicitur, vt monuimus alibi. g

183 Decimosexto dico, quod in diebus, in quibus a iudice suspenditur interdictum, id omne & solum, ad quod suspenditur potest fieri in illis: ita quod si non suspenditur ad aliud, quam ad sepeliendum aliquem, aut faciendam certam missam, aut certum officium, aut dandum certum sacramentum (vt saepe fit Salmantica,) non potest fieri nisi illud: & ideo cum suspenditur aliquod interdictum, scire oportet quo ad quantum tempus, & quo ad quae officia illud suspenditur, quod tenor suspensionis monstrabit.

184 Et si nouerimus interdictum esse simpliciter suspensum in vnum diem, vel dimidium, poterimus in eo facere omnia, quae possunt fieri, si nullum esset interdictum. Si autem nouerimus esse suspensum quo ad officia diuina tantum, vel ad aliquot missas tantum faciendas, non licebit facere alia: & ita non licebit alia sacramenta, vel sacramentalia dare, suscipere, vel facere. In praedictis autem quatuor diebus suspenditur a primis vespere illorum, h vique ad completorium inclusiue diei, aut octauae postremae, vt ait Archidiaconus Dominicus & Perusinus. i

185 Et suspenditur illis diebus, k quo ad oes missas, & oia diuina officia illorum festorum, & quaeuis alia tam publica, quam peculiaris, & tam ordinaria quam extraordinaria iuxta glossam receptam, l quia textus dicit generaliter missae celebrentur, & alia diuina officia dicantur sicut prius, & quia sic usus habet.

186 Et consequenter publice potest Episcopus in illis consecrare, Abbates, Abbatissas, calices, Ecclesias, virgines, corporalia, & alios apparatus altaris, vela, & omnia alia, quae fieri possent secrete praedicto tempore, de quibus supra. m Et quaeuis alia nobis visum fuit, quod die Corporis, & Conceptionis, & eorum octauarum non poterant peragi, nisi officia diuina eorum festorum, ponderantibus illud verbum, Huiusmodi officia, quod est in dicta extrauagante Martini V. & Eugenij I I I I. quia tamen mens auctoris videtur fuisse suspendere quo ad illos dies tantum, quantum suspendebatur a iure quo ad praedictos quatuor dies, & etiam amplius, siquidem suspendit quo ad octauas: & quia videtur sic eam interpretari consuetudo, dicimus permittum esse in illis omne id, quod permittitur in praefatis quatuor festiuitatibus, & etiam in omnibus aliorum Sanctorum praedictorum ordinum in Ecclesiis, in quibus suspenditur.

187 Decimoseptimo dico, quod nemo tenetur nostra auctoritate seruare interdictum aliquod, nisi denunciatum, vt supra dictum est de suspensione, n & de excommunicatione, o per extrauagantem ad euitandam: cuius tenor de verbo ad verbum refertur supra. p Nec quando interdictum est in se nullum, & nullitas est sufficienter publicata:

a Vbi supra. me. 6.  
 b Cap. vt priuilegia. de priuile. c. l. n. o. memb. col. 24.  
 c Ver. interdictum. 6. q. 35.  
 d Conf. 3.  
 e Per c. alma mater. §. in festiuitatibus. de sen. excom. li. 6.  
 f In Enchirid. sine Manuali de oratione & hor. canonis siue repet. ca. quando. de co. secr. dist. 1. ca. 10. num. 6.  
 g Reg. 1. & 2. de feruis. i in c. si. de sen. excom. li. 6. contra glo. an. penult. eiusdem. h In d. c. si. §. de festiuitatibus. de sen. excom. lib. 6.  
 i Ver. sicut prius. per Dominum. Fern. & Com. ibidem. ca. Eodem ca. num. 117.  
 k Eodem ca. num. 103.  
 l Num. 15. & 25.  
 m Eodem ca. num. 35.



a *Ex. c. n. 146.*  
 b *Ex. c. 24. 4.*  
 c *Ver. interdi. di. violatio. § pen.*  
 d *Ibidem.*  
 e *Ar. ca. 1. ad R. o. c. 1. de of. delegat. & factu optime gl. sing. cle. fi. de priuil. & Ar. racionis e. pastor. §. 1. de cle. excom. minist. g. In dicit. m. o. col. 10. h. d. c. pastor. lis. id. mem. 6.*  
 k *Vbi supra.*  
 l *c. 25. n. 83. & 94.*  
 m *In c. dilectus. de appellat. & c. irrefragabili. de off. ordi. n. Verb. interdictum 1. §. 17.*  
 o *Vbi supra. memb. 3. col. 3.*  
 p *In clem. 1. §. in cessationis. de sen. excom. q. Num. 4.*  
 r *Ex. c. n. 164. s. In d. c. irrefragabili n. 4. & ind. c. dilectus. nu. 3. t. In d. clem. 1. 90.*  
 v *In c. si. canonicus. de of. or. lib. 6.*  
 w *Verb. cessatio.*  
 y *Repetentes dictum c. dilectus.*  
 z *Ver. cessatio a ca. is. qui. de sen. excom. li. 6.*  
 b *Arg. e. priuilegia 3. d. & c. porro. & c. sane de priuile. c. d. c. alma. d. t. de sen. excommu.*

exceptis religiosis, qui debent illud obseruare, si Ecclesia matri id obseruat, vt dictum est supra. <sup>a</sup> Interdictum autem est nullum regulariter in eisdem casibus, in quibus excommunicatio, de quibus supra. <sup>b</sup>

Decimo octauo dico, quod laicus non dicitur violare interdictum vllum, quamuis sit validum & denunciatum, aadiendo missam, vel alia diuina officia in loco interdicto, etiam ab eo, qui dicendo ea peccet, & quamuis audiat cum aliquo personaliter interdicto, iuxta Caietanum <sup>c</sup> exceptis quatuor qualibus, in quibus peccaret, quamuis non incurreret irregularitatem. Primo, cum ipsemet est interdictus personaliter, etiam si interdictum sit generale oppidi eius, quidquid ille dicat. <sup>d</sup> Secundo, cum expressè, vel tacite est causa, quod illa dicantur, rogando, iubendo, aut prabendo ad id causam sua presentia, & auditione: quia facientes, & consentientes pari pœna plectuntur. <sup>e</sup> Tertio, cum dicit talia officia, qualia dicendo violarent clerici, <sup>f</sup> vt sentit Calderinus: <sup>g</sup> affirmans, quod tali casu potest puniri per iudicem Ecclesiasticum: quia delictum est Ecclesiasticum. Quarto, cum mentiendo asserens se esse clericum minorum, aut habere priuilegium, intraret ad audienda diuina officia vetita, vbi dicebantur clausis ianuis.

Decimonono dico, quod monachi, & moniales, qui nullum ordinem habent, peccant mortaliter faciendo officia prohibita clericis: quia merentur includi ob id in aliis monasteriis strictioribus, quo faciant pœnitentiam, <sup>h</sup> & licet non incurrant irregularitatem, fiunt tamen ineligibiles actiue, & passiuè, iuxta Calderinum. <sup>i</sup> Et à fortiori clerici, qui violant interdictum peccant mortaliter, quantumlibet dubiret Caietanus: <sup>k</sup> & cœsentur violare quo ad hunc effectum, quoties faciunt, quod illis est prohibitum per interdictum personale, & quo ad effectum incurrendi irregularitatem, illis tantum vicibus, quibus supradictum est. <sup>l</sup>

*De Cessatione à diuinis.*

188 *Cessatio à diuinis quid, & est duplex & in his differt ab interdicto.*

189 *Cessatio qualis & cur ponatur post interdictum.*

**V**igesimo dico, quod cessatio à diuinis est quedam desistentia à diuinis officiis, & ab administratione sacramentorum, iuxta mentem Innocentij & Communis, <sup>m</sup> quæ est duplex, generalis, quæ fit in loco vniuersali, vt ciuitate, oppido, aut parochia, & particularis, quæ in particulari, vt in Ecclesia, aut Ecclesiis. Quod fit, non esse certum, quod asserit auctor compendij priuilegiorum <sup>n</sup> allegans in hoc duos doctores Salmanticenses, scilicet, cessationem à diuinis generalem, & interdictum generale esse idem, contra mentem Calderini <sup>o</sup> & Cardinalis, <sup>p</sup> vbi Bonifacius <sup>q</sup> id declarat. Tum quia, vt supra <sup>r</sup> dixi, cessatio non est censura, & interdictum sic. Tum quia secundum Innocentium <sup>s</sup> receptum ibi per Antoninum, Panormitanum, Perusinum, & Prepositum qui transgreditur cessationem à diuinis etiam particularem, non est irregularis: & qui transgreditur interdictum, quamuis sit generale, sic: quod optimè probat Bonifacius <sup>t</sup> post Cardinalem & Imolam, licet Ioannes Andreas, <sup>v</sup> quem sequutus fuit Angelus <sup>x</sup> teneat contrarium, sed malè, vt demonstrauius Salmanticæ. <sup>y</sup> Tum quia ipse Angelus <sup>z</sup> fatetur cessationem particularem, non esse idem, quod interdictum particulare, neque facere sui transgressorem irregularem, <sup>a</sup> ob idque qui habet priuilegium audiendi diuina officia tempore interdicti, non poterit tempore cessationis, <sup>b</sup> neque qui habet priuilegium audiendi tempore cessationis generalis, poterit tempore specialis: quamuis verum sit, quod interdictum generale, & cessatio generalis æquantur quo ad modificationem prædictam, <sup>c</sup> & quo ad rigorem prædictæ clem. <sup>d</sup>

189 Roganti verò cur ponatur saepe cessatio post excommunicationem, & interdictum, quibus non est paritum, si interdictum est fortius illa? Respondeo, quod hoc non fit, nisi à summo Pontifice: & quod ille non ponit cessationem generalem post interdictum generale, sed aliud interdictum speciale, aut cessationem specialem, quæ aufert celebrationem diuinorum officiorum etiam clausis ianuis, & c. Ceterum quado feruntur simul interdictum, & cessatio specialis, ponderandæ sunt diligenter literæ, & secundum

**A** eas iudicandum. Tum quia Transgressor censetur irregularis ea ratione, quæ est interdictum, & non ea, quæ est cessatio, per prædicta. Tum quia interdicta, & cessationes posita à summo Pontifice nonnumquam sunt strictiora, nonnumquam verò laxiora, quàm communia, tantum enim, & non plus obstringunt, quantum ille vult, secundum omnium sententiam. Alia de cessatione vtilia, sed confessariis non vsque adeo necessaria, tradit nouissime vir eruditissimus, & clarissimus Alphonsus Alvarez Guerrerus Praefes Regius in Regno Neapolitano, in suo laude dignissimo Iuris Pontificij, ac Cæsarei Speculo, varia eruditione referto. <sup>a</sup> Qui tamen potius refert, quàm probare videri debet Philippum Francum <sup>b</sup> dicentem, cessationem generalem positam ab habente potestatem eam ponendi, vim interdicti ad inducendam irregularitatem habere, quum paulo ante cum communi contrarium rectè teneat.

**B** 190 Porro, vt quod ad numerum vltimum huius cap. retuleramus, hic opportuniùs expediamus, multa super interdictorum suspensione priuilegia sunt à Sede Apostolica concessa religiosis, quorum summam hoc in loco in vulgari scripseramus: sed quia putamus ea esse sublata per <sup>c</sup> Concilium Trid. consulto etiam super hoc S. D. N. eam prætermitimus, desiderantes, vt Sanctitas eius faceret illis facultatē suspendendi interdicta in diebus tantum, & non octauis Sanctorum sui ordinis, modò eandem faceret etiam parochis quo ad dies Sanctorum suarum Ecclesiarum patronorum, quam puto faciet, si humiliter petatur. Dixi, *In diebus tantum*, ne nimis eneruetur neruus censuræ Ecclesiasticæ. Dixi, *Modò, & c.* vt seruetur æqualitas, & concordia, quæ, vt post Salustium, <sup>d</sup> ait Hieronymus etiã parua res crescunt, vt discordia magna dilabuntur. Non arbitror tamen eis sublata priuilegia super necessitate, vel modo præsentandi ordinariis confessarios: quia credimus, quod per præfatū c. fin. <sup>e</sup> solum tolluntur eis priuilegia contraria iuribus communibus, quæ in capitibus præcedentibus eiusdem tituli iubentur seruari, & in nullo illorum iubetur seruari ius commune præsentanti præfatos confessarios, sicut ius commune de interdictis seruandis iubetur seruari, <sup>f</sup> & alia in aliquibus aliis. Qua ratione idem dicendum est de aliis priuilegiis concessis eis contra alia iura communia, quæ non iubentur in illis seruari. Et hæc quidem de tribus censurarum Ecclesiasticarum speciebus, puta excommunicatione, suspensione, & interdicto dicta sufficiant. Veniamus nunc ad irregularitatem.

<sup>g</sup> *Ait Hieronymus. D. Hieronymus lib. 2. commentar. in Matth. in c. 12. super illa verba. Si Satanas, Satanam eiicit, & in regula Monach. ex eius scriptis collecta de caritate & pace.*

*De irregularitate, & de eius multiplicitate, & regulis generalibus.*

191 *Irregularitas quid, humanum inuentum est: tollitur manente peccato, & est quintuplex: nulla mentalis tantum nu. 192.*

193 *Irregularis nemo in dubio iudicandus in foro exteriori, sed sic in interiori.*

194 *Irregularitatem non duplicat celebratio, nec tollit bulla communis.*

**P**rimo dico, quod nomē irregularitas est parum Latinum, & generaliter acceptum significat id, quod aliquem extra regulam ponit: quia componitur ab, in, pro, non, & regularis secundum omnes. Sed irregularitas accepta, vt in hac materia sumitur, definiri potest ex mente canonū & Inno. <sup>g</sup> cōmuniter recepti paulo cautiùs, quæ definiat Speculator <sup>h</sup> & Villadieg. <sup>i</sup> Nicol. <sup>k</sup> S. Anton. <sup>l</sup> & Alua. <sup>m</sup> & alij alibi, esse impedimentū inductū à iure canonico, directe impediens acceptiōnem ordinū Ecclesiasticorum, aut aliquem vsum eorū, quatenus sunt ordines, etiam post penitentiã. Dixi, *Impedimentum*, pro genere: & inductum à iure canonico: ad significandum non esse inuentum iuris naturalis, neque diuini. Dixi, *directe impediens*, ad differentiam excommunicationis, suspensionis, interdicti, & aliorum impedimentorum canonicorū, quæ quamquam ordines, & eorum vsum impediunt, quatenus sunt communicatio, aut sacramenta, aut

a *c. 37. de ecclesiastico interdicto.*  
 b *In c. si canonicus. de officio ord.*  
 c *Capitulum. de postremo. de regul. §. 11.*  
 d *Sallu. in h. lo. Lugur.*  
 e *fin. de reg.*  
 f *In d. c. 12.*  
 g *In c. n. 10. 7. de reuoc. h. de disp. & iuxta. i. de irre. col. 1. k. de irreg. l. 3. pa. tit. 28. cap. 1. m. De plura. eccl. l. 1. a. 4.*



a Capit. 2. de cleric. agro.

b In rem. di. dum. §. ac de inde. qu. s. de sepul.

c Cap. ad audientiam de homic.

d §. 1. de conf. dist. 1.

e In principio ver. irregul. f Ca. quaren. si. de verbo. sign.

g In d. §. iux. ia.

h In li. de pl. tu Eccl. l. 1. ar. 24. arg. c. fi. 1. §. 1.

i Capit. is qui defen. excom. li. 6.

k Num. 226.

l In c. ad audientiam. de homic.

m De homic.

n De irreg. co. lum. 43.

o In c. si quis aut. de poen. d. 7. à nu. 35.

p In d. ca. ad audientiam.

q Arg. ca. fin. de temp. ord. c. inquisi. tionis. de nec.

r In c. si celeb. n. 3. de cle. ex com.

s Inc. miror. so. di.

t Vbi sup. in f. ne.

v Num. 214.

x Lib. 2. de le. poen.

y In c. 1. de fi. presb.

z Capit. nisi §. persona.

a De renunci. a. 10.

officia, aut beneficia Ecclesiastica: non tamen quatenus sunt ordines, saltem directè. Dixi: Aut aliquem vsum acceptorum: quia aliqua irregularitas impedit acceptionem, & non vsum acceptorum, & aliqua vnum vsum, & non alium, vt statim dicitur. Dixi, post penitentiam, ad maiorem eius naturę declarationem, & ad significandum posse quem absolui à peccato, quo irregularitas incurritur, remanente ipsa, secundum Cardinalem, b quidquid innuat extrauagans 1. de priuilegiis.

Ex quo sequitur primò, quòd rectè dixit Innocentius e omnem irregularitatem inductam esse à iure canonico humano, quamuis aliqua eius origo in veteri testamento fuisset, secundum mentem glossæ. d

Secundò, quòd incautè Siluester, & Tabienna e significauerunt irregularitatem esse suspensionem, & plus aliquid. Tum quia irregularitas non est censura Ecclesiastica, suspensio verò sic. f Tum quia est species pœnæ multum differens ab illa.

Tertiò, quòd incautiùs Speculator g significat omnem excommunicatum, & suspensum, aut interdictum esse irregularem.

192 Quartò, quòd iuxta mentem textuum (omissis multis modis diuidèdi Doctorum) irregularitas diuidi potest in quinque species, quę manant ex quinque defectuum generibus, scilicet, sacramenti, corporis, animæ, lenitatis perfectæ, & delicti: quamquam Aluarus Pelagius dixit esse innumerabiles, h quòd verum esse potest accipiendò eam generalissimè, sed non accipiendò specialiter, vt prædictum est: quia in solis casibus iure expressis incurritur. i

Quintò, quòd prima regularum, quibus regulanda est irregularitas, est, quòd nulla earum incurritur sola voluntate faciendi, nisi fiat id, ob quod imponitur, & ideo nulla est mentalis, vt infra dicitur. k

193 Secundò dico, quòd Panormitanus l receptus per complures recentiores dixit, in foro exteriori nemo in dubio irregularis iudicandus est, quamuis in interiori secus, in quod est aptus textus in ca. significasti. 1. m Interius autem reputatur non solum forum penitentię, sed etiam consilij, secundum Villadiegum. n Cuius differentiæ ratio non est, vt diximus alibi o quòd in rebus dubiis non sit accipienda pars securior, sed quòd nemo potest facere absque peccato id, de quo dubitat, an sit peccatum, necne, & quod nullus iudex debet condemnare aliquem, de quo dubitat, an debeat condemnari necne, propter ibi allegata, monstrando, quod Innocentius p non dixit, quod ei Panormitanus & alij imponunt.

194 Tertiò, quòd licet irregularis, qui celebrat antequam obtineat dispensationem peccet mortiferè, q non tamen incurrit nouam irregularitatem. Tum quia Innocentius r receptus id dicit primò de irregulari ob defectum corporalem, aut illegitimitatis. Tū quia paulò post idem asserit de irregulari ob magni criminis notorietatem. Tum quia ratio eius scilicet, quòd id iure non cauetur, & quòd sedes Apostolica quando dispensat cum præfatis irregularibus, qui celebrarunt, solum dispensat super irregularitate, quã ante celebrationem incurrunt, militat in alijs. Tum quia firma ratio dictorum Innocentij, quam nec ille, nec alius aduertit, est, quòd, vt supra diximus, irregularitas non est vera suspensio, nec censura Ecclesiastica: & ita celebrans illa irretritus nullam violat censuram, nec aliquid aliud, cuius violatio nouam infligat irregularitatem, & illa non incurritur, nisi cum exprimitur, vt mox dicitur.

Quartò, quòd potestas absoluendi à peccatis ad dispensationem irregularitatis non extenditur vt ait Dominicus & Alexander per illum textum, s neque potestas, quę per bullas Papę datur ad absoluendum, vt rectè dixit Villadiegus, t & probatur latius infra. v

Quintò, quòd nemo sit irregularis, nisi in casibus à iure expressis. Sextò, per quam responderetur quęstioni circa hæc proposita videlicet, quòd irregularitas quamlibet occulta, tantum nocet quo ad forum conscientię, quantum publica, & a quę necessaria est dispensatio in vtraque. Nec obstat, quod Castrensis x loquens de illegitimitate occulta contrarium tenet. Tum quia nouum, & sine textu, & efficaci ratione dictum, contra Communem, Antoninum, y & contra textū ferè expressum, z ubi si tamen culpa latet, & causa. a

A Tū quia est contra omnē vsum Ecclesia hætenus seruatu. Tum quia communis efficaciter colligitur, ex a Concilio Tridentino cuius verba sunt. i sciat Episcopi in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, qua oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deducis ad forum contentiosum. dispensare, & in quibuscumque occultis, etiam Sedi Apostolica reseruatis delinquentes quoscumque sibi subditos in diocesi sua per seipos, aut vicarium ad id specialiter deputandum in foro conscientię gratis absolueret, imposita penitentia salutari. Idem & in heresis crimine in eodem foro, conscientię eis tantum, non eorum vicariis sit permissum.

Ad quæsitum autem circa hoc dico, eum, qui tacita irregularitate occulta ordinatur, & impetrat beneficium, debere occultè dispensationem impetrare: & si scienter accipit possessionem, quia per id incidit in intrusionem, quæ fecit eum inhabilè ad illud, iuxta citata per Felinum, b debet facere mentionem de illa in impetratione à Papa, vel certè impetrare habilitatem ab eo, & postea clam collationem ab ordinario, modò non fuisset reseruatu Papę, quãdo obtinuit illud, quod nos nuper consulimus.

Septimo, colligitur ex c Conc. Trid. quòd in omni irregularitate descendenti ex delicto occulto, & non deducta in iudicium, excepta ea, quæ descendit ex homicidio voluntario, potest Episcopus dispensare. Ex quo, d nota primò, quòd difficilior impetratu est dispensatio super irregularitate occulta homicidij, & mutilationis iustorū, quàm iniustorum non voluntariorum: quia illa à solo Papa potest haberi, vt clarè colligitur, e hæc verò etiam ab Episcopo. Secundò, nota textum expressum contra Castrensem, f ad hoc, quòd omnis irregularitas descendens ex crimine quamlibet occulto, indiget dispensatione, licet hæc dari possit hodie ab Episcopo. Tertio, quòd per illud non datur Episcopis vlla potestas dispensandi super vlla irregularitate occulta descendente aliunde, quam ex delicto, & consequenter, neque super illegitimitate, vt dicitur infra. g

De prima specie irregularitatis ex bigamia.

195 Bigamia quid, est triplex, & qualibet iuris humani, delebilis à Papa, & similitudinaria etiam ab Episcopis, qua non contrahitur à laico contrahente nulliter cū vidua. & 2. seq.

195 **D**ico primo q bigamia est status coniugati cum duab' coniugibus siue ante, siue post baptismū duob' & de qua secundū glo. i fuit statutum, vt esset impedimentum ordinum ob quatuor, scilicet, quòd bis coniugatus non potest aptè significare vnionem Iesu Christi cum Ecclesia vnica sua, & sancta spōsa, iuxta caput debitum, k cuius glossa recepta, l id latè declarat: & quòd excellentia Sacramenti ordinis hoc meretur, m & quòd est signum incontinentię, n & quòd ad persuadendam castitatem auctoritatem adimit. o

Secundo dico, quòd triplex est bigamia, scilicet vera, interpretatiua, & similitudinaria, iuxta glossam receptam, p quam sequuntur ibi Antoninus & alij, & dixit antea Rota, q & declarauit Speculator. r Vera est eius, qui habuit, & cognouit duas vxores veras, alteram mortua altera, s quamuis vtramq; vel alterā antequā fuisset Christianus habuisset. t Interpretatiua est, quā incurrit is, qui fingitur duas vxores habuisse, qualis est contrahens cum vna sola, sed vidua, aut cum corrupta per alium, v secus si per se. x Idem si cum virgine, quam post commissum adulterium ab ea, cognouit, y quamuis per ignorantiam id contingeret, z qualis est etiam contrahens cum vna validum matrimonium, cū alia inualidū, aut cum duabus de factō, cū neutra validè, ob aliquod impedimentum, viuentibus ambabus, aut cum vna, mortua altera. Similitudinaria est, quam incurrit ordine sacro insignitus, vel voto solenni adstrictus cum aliqua etiam vnica contrahens, & consummans, a licet illa sit virgo, vt sentit Angelus, b cui consentiunt Siluest. c & S. Anton. d Primò, per d. cap. quotquot. Secundò, q licet neque de iure, neque de factō contrahat cum duabus, vel vna corrupta validè, tamen habet affectum contrahendi cum opere subsequuto, postea quam per ordinem sacrum, vel votum solenne contraxit similitudinariè cum Christo. Dixi, Ordine sacro insignitus, vel voto solenni adstrictus, ad significandum,

a Capit. 6. sess. 24.

b In c. in nostra. corol. 7. de res. c.

c d. cap. 6.

d Eod. c. 6.

e Exod. ca. 6. f vbi supra.

g Num. 221. h Cap. accutium. 26. di. gl. c. vna. ead. d. i. in sū. eius. d. st.

k de bigam. l Ver. Sacramentum.

m d. cap. vna. n Ca. propo. iust. 82. d. st. o Dist. c. vna p In cap. 2. de bigam.

q Qua in nouissimè rubricati & prima eiusdem tituli. decisio. 447. in nouis. r De dispen. §. iux. num. 6.

s d. c. debitum t d. c. de inde. & c. accutium. 26. dist. 1.

v Ca. maritū 33. dist. 1.

x Glo. recept. in d. c. fi. de bigam. & capi. 2. de cler. coniug.

y Ca. si cuius. 24. dist. 1.

z Glo. recept. in d. c. si cuius. Pan. in capi. si vir. de adul. te.

a Capit. quotquot 27. qu. 1. & c. fi. de bigam.

b Ver. bigam. §. 9.

c Verb. bigamia. in princ. d. 3. pa. sit. 21. cap. 1.

quod



quod nec laicus, nec minoribus tantum initiatus contrahens cum vidua, siue corrupta inualidè, siue nulliter propter aliquod impedimentum efficitur irregularis, vt in sacra Pœnitentiaria nuper conclusum fuit. Tum quia nullo iure id cauetur, & irregularitas non contrahitur, nisi in casibus à iure expressis. <sup>a</sup> Non obstat Rota, <sup>b</sup> quæ per cap. finale <sup>c</sup> tenuit contrarium in clerico minorum ordinum: quia non aduertit integram rationem decidendi illius casus finale esse prædictam, quæ cessat in tali clerico. Tum quia non obstat ca. nuper, <sup>d</sup> quia loquitur de presbytero, & verbo clericis, in eo posito addit Innocentius *constitutis in sacris*. Nec etiam obstat d. cap. fin. quia loquitur de subdiacono, nec ratio in eo expressa, scilicet, quod habuit effectum contrahendi opere subsequuto: quia non est integra, sed integranda suppleto (& quia iam similitudinariè contraxerat cum alia) quæ suppletio colligitur ex ipso textu, non frustra loquente de subdiacono, cui est annexum votum solenne castitatis. <sup>e</sup>

196 Tertiò dico, quod non incurrit quis sine matrimonio de iure, aut factò contracto, eo quod habeat concubinas etiam multas, etiam si eas coniugatus cum vna sola virgine haberet, <sup>f</sup> neque eo quod cum desponsata alteri per verba de præsentì matrimonio contrahat, modo adhuc illa virgo esset, <sup>g</sup> neque etiam si cum multis contraheret, si non haberet copulam, nisi cum vna tantum.

Quartò dico, quod qui matrimonium cum muliere scurrili, serua, aut cum publica fabularum actrice contrahit, non est bigamus, si erat virgo, quamquam mortua illa, non debet ordinari. <sup>h</sup>

197 Quintò dico, quod quidquid aliqui dicant, pro certo habetur posse Papam cum bigamis dispensare ad ordines, vt ait Innocentius <sup>i</sup> & S. Thomas <sup>k</sup> quem sequitur Ancharanus <sup>l</sup> & Rota, <sup>m</sup> & communis habet in omni bigamia posse Papam dispensare: quia omnis irregularitas solo iure humano introducta est, <sup>n</sup> licet fuerit inducenda à S. Paulo, <sup>o</sup> quamuis in vera non soleat, neque possit sine magna causa ordinaria potestate dispensare. <sup>p</sup> In interpretatiua verò, & similitudinaria solet, & iustà potest saltem cum iusta causa.

\* Licet fuerit inducenda à S. Paulo. Indubiè in epist. 1. ad Timo. 3. v. 2. vbi dicit. Oportet episcopum esse irreprehensibilem, vnus vxoris virum, sobrium. & in epist. ad Titum. cap. 1. v. 6. si quis sine crimine est, vnus vxoris, filios habens fideles. Nam hæc verba ecclesia Catholica ita interpretata est, vt prohibitum sit sacris ordinibus initiare qui quouis modo bigami fuerint. vt ait Bellarminus lib. 1. de clericis cap. 23. qui ibidem probat: tribus maxime argumentis hanc sententiam. & 24. respondet Lutheri & aliorum obiectionibus, qui aliter locum hunc interpretantur.

Sextò dico, quod nemo alius à Papa in vera, vel interpretatiua ad ordines sacros potest dispensare, iuxta omnes, neque ad minores, iuxta Ioannem Andream Ancharanum & Philippum <sup>q</sup> quamquam S. Thomas <sup>r</sup> & Siluester <sup>s</sup> oppositum dicant, & Rota, <sup>t</sup> quorum opinio admitti posset quo ad vsum ordinum susceptorum, sed non ad accipiendum nouos.

Septimò, quod super similitudinaria, si illa erat virgo, Episcopus dispensare potest, <sup>v</sup> quod ibi tenent Panormitanus cum Cardinali Præposito, & communi.

*De secunda specie irregularitatis ex defectu corporali.*

198 Irregularitas ex quali defectu membri, vel visus nascatur & que quo ad vnum officium, & non quo ad aliud. In qua solus Papa dispensat. nu. 199. & 200.

201 Irregularitas illegitimitatis quos notat, & à quo tollitur.

202 Irregularis quis minor, ager, obsessus, lunaticus, furiosus, hermaphroditus num. 203. seruus, infamis, & abstemius. 204.

198 **D**ico primò, quod defectus cuiuslibet membri principalis contingens ob culpam inducit secundæ speciei irregularitatem, quamuis membrum sit occultum, neque facultatem vtendi ordine impediatur, vt sunt pudenda, <sup>y</sup> quamuis quis sibi non abscindat, sed alius sua culpa: quia iulsit, aut rogauit, aut quia rei illicitæ dans operam id casu perdidit, <sup>z</sup> aut in pœnam alicuius delicti ab inimicis fuit illi abscissum, vt ait Hostiensis <sup>a</sup> quæ sequun-

tur Ioannes Andreas & Communis determinauit de eo, cui maritus mulieris, cum qua fuit deprehensus, pudenda abscidit, & fortiori, si iure à iudice abscissa fuere. <sup>a</sup>

Secundò dico, quod etiam defectus partis membri, quam ipse per indignationem abscidit, eam inducit, <sup>b</sup> quamuis facultatem naturalem bene celebrandi non adimat, si est notorium, quod per indignationem, & impatientiam fecit, & aliàs non, iuxta Antoninum & Cardinalem: <sup>c</sup> quamquã de eo Villadiegus dubitet, <sup>d</sup> & possunt conciliari dicendo, quod non est irregularis ob defectum membri, sed ob notorietatem peccati, quod se abscindendo commisit. <sup>e</sup>

199 Tertiò dico, quod neque imbecillitas membri, neque eius defectus contingens absque propria culpa (nisi impediatur celebrationem) irregularem efficit, qualis est illius, cui consilio medici, aut chirurgi propter valetudinem, aut ab infidelibus, aut ab inimicis sine sua culpa abscinditur. Qualis illius, qui natus fuit sine pudendis, aut post per vim à parentibus, aut aliis castratus. Qualis claudicatio eius cui scipio in altari non est necessarius. <sup>f</sup> Qualis macula oculi, quæ non priuat visu, neque notabilem deformitatem tribuit. <sup>g</sup> Qualis gibbus, & nimia magnitudo alterius, aut vtriusque oculi, si non sint notabilis deformitatis.

Quartò dico, quod verum videtur, quod iam pridem respòdi, scilicet, quod quamuis monocus sit irregularis, <sup>h</sup> non tamen qui caret visu oculi dextri, qui aliis videtur sanus, & sinistro, quantum satis est ad bene celebrandum, cernit, licet glossa. <sup>i</sup> Idem de carente oculo, & de carente eius visu videatur censuisse, etiam si integer appareat, secundum Alexandrũ <sup>k</sup> & Vuendelinũ, <sup>l</sup> quod teneri potest de oculo sinistro, quem stylus Romanus oculum canonis appellat, cum est necesse videre eo, vt canonem missæ sine indecora, & nimia faciei ad populum conuersione legere possit, aliàs secus, quod nuper cõsuluimus ei, qui visu dextri oculi tantum valebat, vt sine tali conuersione legere posset: magis enim deformitas, quam defectus visus videtur in hoc expensus, & ideo caput. *si euangelica*: disponens de carentia oculi, quæ grauem inducit deformitatem, non est extendendum ad carentiam visus, quæ eam non facit. <sup>m</sup>

200 Quintò dico, esse errorem vulgi dicere, oportere eum, cui abscissa sunt virilia, ea arefacta, aut in puluerem redacta secum gestare ad celebrandum, vt ait glossa singularis recepta, <sup>n</sup> & Hostiensis <sup>o</sup> dicit melius etiam fore, quod nonnulli neque virida gestarent, cuius falsum dictum est verum, quando ob illud non essent irregulares.

Sextò dico, quod quilibet defectus, aut imbecillitas cuiuslibet membri, quæ inhabilem facit ad celebrandum, saltem sine notabili horrore, deformitate, aut scandalo, irregularem efficit, siue incurrat culpa, siue ea, <sup>p</sup> quæ est regula Panormitani, <sup>q</sup> quam dixit singularem Villadiegus, <sup>r</sup> quod ipsum de membro superuacaneo, aut nimis grandi dicendum. <sup>s</sup> Quis autem defectus, aut deformitas sit talis, determinabit Episcopus, iuxta Innocentium <sup>t</sup> per cap. 2. v. receptum per Cardinalem & Antoninũ & non cõfessarius, neque alius prælatus eius, qui est ordinandus, quamuis sit religiosus iuxta Siluestrum. <sup>x</sup>

Septimò dico, quod defectus, aut excessus membri, qui aliquem efficit inhabilem ad exercendum aliquod officium Ecclesiasticum, efficit irregularem ad illud, non autè ad aliud, secundum Panormitanum <sup>y</sup> per illum textum. Exemplum de clerico, qui eo quod membro aliquo captus sit, non potest missare, sed sic pœnitentes absolueret, & aliqua alia officia exercere. Quod verum nobis videtur, quando non incurrisset eum sponte, aut sua culpa, iuxta Villadiegum <sup>z</sup> & probatur per supradicta, quo ad iam ordinatos non autem quo ad ordinandos, <sup>a</sup> quod etiam sensit eruditissimus R. D. Symmachus. <sup>b</sup>

Octauo dico, quod in illa irregularitate solus Papa dispensat, secundum Innocentium <sup>c</sup> receptum à Ioanne Andrea & Antonio, <sup>d</sup> licet Villadieg. <sup>e</sup> Siluester, <sup>f</sup> & aliqui alij cõtrarium teneant.

201 Nonò dico quod defectus natalium, siue, vt ita dicã, illegitimitas, qui ad defectũ corporalem redigitur, includit omne illegitimum genus, <sup>g</sup> & omnes facit irregulares, <sup>h</sup> quamuis eorum defectus occultus sit, & publicè

a Capi. is qui de sen excom. li. 6.  
b Dec. 1. de bigam.  
c Eiusdem tit. d Eod. tit.

e Cap. a. mul. de atate. & qualis.

f Cap. pen. de bigam. & ca. fin. 34. dist. 1. g Cap. de bigam. de bigam.

h Cap. si quis viduam. 2. 1. 24. dist. 1.

i In c. 2. de bigam. & capi. ad audientiam. de homi. k In quoli. 4. ar. 8.

l In c. 1. de bigam.

m Quæ in no me rubricatis est prima eius dem tit. decis. 447.

n Cap. lectur. cum gl. 34. di. o Iux. Rot. in prædicta deci. 447.

p In c. 1. de bigam. lib. 6. v. bi bonus textus, & ibi Dominicus.

q In 4. di. 27. r Ver. bigam. qu. 6.

s In d. decis. 447.

t Arg. d. c. lectur.

v Ca. 1. cõ gl. qui cleric. vel uouent.

x Capi. 1. ca. si euangelica. ss. dist.

y Arg. c. pres. c. continebatur de homic.

z In summa, de corpor. vici. 5. Et qua & inc. ex parte. eod. tit.

a In summa de corpore. viciato. 5. Et qua. & in ca. ex parte eod. tit.

a Arg. c. si de temp. ord.

b Ca. qui per partem. ss. di.

c In ca. fin. de corpore. vici.

d Vbi sup. ca. lum. 38.

e d. c. fin.

f Gloss. capi. si quis in inprimitate ss. dist.

g Ca. 2. de corp. viciat.

h d. c. si euangelica.

i In cap. de verb. sign. 6.

k In c. innotiam. 49. dist. 1. in 4. di. 19. q. 1. colum. 18.

l In c. eod. de regul. iur. lib. 6.

m In ca. eum ch. 55. dist. 10. In ca. fin. de corp. viciato.

n Ca. pen. & c. si de corp. viciat.

o In c. 2. de agro.

p De irregul. colum. 39.

q Arg. gl. d. c. qui partem. c. In capi. de corp. viciat.

r Eiusdem tituli.

s Ver. corre. viciat. 4. i.

t In ca. de cler. agro. 2. Vbi sup. ca. 39.

u Arg. c. si de corp. viciat.

v Notat ibi per gl. & arg. c. 2. de cler. agro. & ibi per Panorm.

w Gl. in seruum de ver. sign.

x In tract. de irregul. c. 2. & aliis locis.

y In c. 1. de re iud. li. 6. & c. 2. de corp. viciat.

z In c. signifi. canit. de corp. viciat.

a Col. 49.

b Ver. corpore viciatur. qu. fin.

c Gloss. capi. cum prædem. de renuntiat. verb. manifest. & ca. per venerabilem.

d quod aut qui filij sui legit. h. c. 1. & si de fil. pr. 6.



a in d. c. l. b ibidem. c Cap. 10. d. 4. 5. & a. lina super hoc. vide sup. nu. 94. d Cap. 1. & 2. de fil. pres. li. 6. e Ca. 1. de fil. pres. l. 2. in 4. d. 4. 3. qu. 4. f Vbi supra. colum. 39. h De fil. pro. ver. nullate. nu. i. p. de. ut bi. qui verb. nui. lo modo. de. at. & qua. lina. k Vbi supra. 10. 39. facit. f. de temp. ord. lib. 6. l Ca. 25. nu. 106. m in capi. fi. qui suaden. 10. 17. q. 4. n l. 2. d. ca. si. qui suaden. te. c. 2. de. foro. cop. & elem. ut hi. qui de at. & qualis. ver. constitut. iur. iux. gloss. de. f. de. a. m. & qualis. o l. 2. glo. & Ca. 25. p. 2. q. 1. de. ref. q. Cap. cu. per. cap. 7. q. 1. c. de. recto. ri. & capi. ex. part. de. cie. agr. r Ar. l. illud. f. ad. l. Aqu. & capi. 1. de. trans. pra. l. Arg. mot. in. r. as. i. cleri. ci. 5. 1. de. in. & Villad. v. bi. sup. col. 48. i Ca. in. l. 6. r. 7. q. 2. v De plan. B. Eccl. 1. 1. x Per mot. in. d. c. as. i. cleri. ci. & Villad. v. bi. supra. co. 48. y Arg. 5. fin. 15. q. 1. z 33. d. & ca. illud. s. nihil. 7. q. 1. & ca. p. 1. 7. q. 2. a d. ca. illud. & d. c. nihil. b 2. par. 1. 28. c. 5. & Villa. dieg. col. 42. vbi. supra. c l. 2. am. ad. ibid. d Arg. 2. illiteratos. 30. d. 1. f. & cap. 1. 40. d. 1. f. e Vbi supra. cap. 6. 5. 5. f Per pradi. an. g Vbi supra. c. 6. 5. 6. & colligitur. ex. cap. 12. & 13. & r. nulli. & ca. ex. antiquo. & c. si. quis. 54. d. 1. & r. 20. 1. i. de. serm. non. ordin. h. Ca. infamibus. cu. glo. & no. ei. per. Fran. de. reg. iur. 1. 6. & c. 2. i. uncl. gl. f. de. ordi. cogn. & c. i. p. si. Apoll. 2. q. 7. i Vbi supra. col. 50.

habeantur pro legitimis, quales sunt multi, quos coniugate ex adulteris habuerunt: aded quidem, ut qui scit, aut credit per dictum matris se talem esse legitimationem occultam debet petere, quae facile illi concedetur iuxta Antoninum post Hostiensem, quamvis matri adulterae credere si nolit, non teneatur, iuxta eosdem & dicta supra.

Decimo dico, quod in hac irregularitate solus Papa ad ordinem sacrum, dignitatem, & beneficium curatum dispensat, sed ad minores & vnum beneficium simplex potest etiam Episcopus, & professio religionis ad omnes ordines, non tamen ut possit esse praelatus, aut praelata, etiam cum dispensatione Episcopi, secundum Villadiegum, & efficaciter probatur per capit. 1. ad iuncta glossa quatenus habet, per verba illa, Nullo modo, tolli potestatem dispensandi Episcopi.

Undecimo dico, quod aetatis defectus, qui etiam ad defectum corporalem reducitur, dum durat, irregularem facit, iuxta Villadiegum. Quae vero aetas in ordinando requiratur dictum est supra. Et quamquam ordinatus ante legitimam aetatem characterem accipiat (licet sit infans, & ordinetur presbyterio, iuxta Archidiaconum.) non tamen ordinum executionem, neque privilegia ad eam pertinentia, quamvis sic ad characterem spectantia, qualia sunt canonis & fori.

Duodecimo dico, quod in hoc defectu solus Papa dispensat, quamvis sit religiosus, non obstantibus privilegiis, quae videntur exclusa per Concilium Tridentinum.

Decimotertio dico, quod lepra, quae etiam ad hunc defectum corporalem redigitur, irregularitatem inducit, & non solum susceptionem ordinum, sed usum susceptorum impedit. Quod ipsum in quolibet alia corporis infirmitate, quae notabile scandalum ordinum vsui praebet, videntur dicendum, saltem quo ad actus, in quibus id facit, & in hac solus Papa dispensat.

Decimoquarto dico, quod qui patitur epilepsiam, quam quidam appellant epilepsiam, alij morbum caducum, arreptitius irem, energumenum, aut a daemone obsessus, est irregularis, iuxta Aluarum qui dicit epilepsiam duplicem esse (quod ille philosophice declarat) & quod solus Papa super ea dispensat, & adeo est irregularis, ut semel hoc morbo infectus, numquam amplius possit ordinari, quamvis omnino sanus appareat, neque qui iam ordinatus est, si saepe decidit, neque etiam si raro, modo spumas ore vomat, celebrare potest, alias sic, ut colligitur ex cap. communiter: & duobus sequentibus & adiuncto socio preparato ad perficiendam missam inceptam, si forte morbo corripere, & exceptis obsessis a daemone, qui numquam celebrare debent, ut sentit S. Antoninus, quod dicitur de epileptico, idem de amente, lunatico, & furioso, dicendum est.

Decimoquinto dico, quod Hermaphroditus, qui utroque sexu praeditus, non est capax characteris, si sexu femineo magis quam virili praestet: licet sit eius capax, si magis virili, quam femineo polleat, non debet tamen ordinari, secundum S. Antoninum receptum: quia est monstrum, & in hac solus Papa dispensat.

Decimosexto dico, quod est irregularis seruus, sic ut non possit sine facultate sui domini ordinari, & si cum illa ordinatur, sit liber, illo vero ignorante, vel contradicente manet seruus sicut antea, si non initietur nisi minoribus. Et si initietur subdiaconatu, vel diaconatu se liberare potest, dato alio seruo aequali sui loco, aut iusto pretio soluto. Ad presbyterium autem promotus, manet liber dato suo peculio, aut redimendo se, si peculium non habeat: & si nec illud habet, nec hoc facere potest, satisfaciet prestando domino obsequia non indecentia presbytero, iuxta S. Antoninum.

Decimosextimo dico, quod infamis tam facti, quam iuris infamia, est irregularis, in qua, cum nascitur ex infamia iuris, solus Papa dispensat, iuxta Villadiegum nisi quando Episcopus dispensat super delicto, ad quod d. Arg. 2. illiteratos 30. d. 1. f. & cap. 1. 40. d. 1. f. e Vbi supra. cap. 6. 5. 5. f Per pradi. an. g Vbi supra. c. 6. 5. 6. & colligitur. ex. cap. 12. & 13. & r. nulli. & ca. ex. antiquo. & c. si. quis. 54. d. 1. & r. 20. 1. i. de. serm. non. ordin. h. Ca. infamibus. cu. glo. & no. ei. per. Fran. de. reg. iur. 1. 6. & c. 2. i. uncl. gl. f. de. ordi. cogn. & c. i. p. si. Apoll. 2. q. 7. i Vbi supra. col. 50.

fua facultas se extendit, accessorie infamiam demit, iuxta glossam singularem, cui similis in capite Domino, & ea quae post Decium dicitur, in ea vero, quae nascitur ex infamia facti, qualis est illa, quae nascitur ex crimine graui notorio, etiam Episcopus dispensat. Quin etiam penitentia iusta, & emendatione vita interdum aliqua tollitur: quia omnis res per quascumque causas componitur, per eandem dissoluitur.

Decimo octauo dico, quod qui vinum non potest bibere, quin euomat, est irregularis, cum quo etiam Papa non possit dispensare, nisi teneatur eum posse dispensare, ut qui celebrat, non sumat sub vtraque specie, & de quo tractare hic non conuenit: non video tamen, cur is non possit promoueri ad ordines minores, cum non teneatur communicare sub specie vini, etiam si seruetur, cap. peracta, quo glossa illa mouetur.

De tertia specie irregularitatis ex aliquo defectu anima.

Irregularis quis idiotus, Neophytus, & infidelis, & quis dispensat.

Ideo primo, quod idiotus siue illiteratus, penitus ignarus litterarum, est irregularis, de quo late dixi in praefatione aliqua. Nunc autem addo Concilium Tridentinum quod videtur facere irregularem, etiam ad primam tonsuram, cum qui nescit legere & scribere, & ad quatuor minores, cum, qui saltem Latinam linguam non intelligit.

Secundo dico, quod raro, aut nunquam in hoc defectu directe Papa dispensat, quamquam sic indirecte, dispensando super etate necessaria ad discendum, ut dixi, de amentia vere, & defectu iudicij continuo, vel interpolato supra, meminimus.

Tertio dico, quod defectus fidei irregularem facit, ita ut qui non est baptizatus non est capax ordinis, quamvis sit catechumenus & sanctus: quia character ordinis praesupponit characterem baptismi, iuxta Ioan. Andr. & communem, & neque baptizatus ordinatur, licet capax, si est haereticus, aut fautor haereticorum, quamvis sit iam conuersus, & neque etiam filius haeretici, qui talis excessit vsque ad secundam generationem per lineam virilem, aut vsque ad primam per femineam. Neque Sarracenus, Iudaus, aut Paganus, Neophytus, siue recenter conuersus, aut baptizatus. Dixi, recenter conuersus, & non nouus Christianus: quia vulgus nouos Christianos appellat etiam ab hinc plus decem, viginti, triginta, & quadraginta annis conuersos, in quibus hoc locum non habet, & minus in eorum filiis, quos etiam praua nonuillorum consuetudo nouos Christianos appellat: quamvis statutis aliquarum Ecclesiarum a sede Apostolica confirmatis aliud statutum sit.

Quarto dico, quod in his irregularitatibus defectus animae solus Papa dispensat, neque ille satis bene potest in defectu iudicij continui, ut sentit Baldus, & neque in defectu baptismi: quia ea iure naturali, aut diuino in eo, qui est ordinandus requiruntur, iuxta illa, quae adduximus alibi.

De quarta specie irregularitatis ex homicidio iusto ob defectum perfectae lenitatis.

Deformare hic capitur pro occidere, vel mutilare circa irregularem ex homicidio, & seq.

Irregularis est defectu perfecta lenitatis omnis, & solus qui. & 210. & ita iudex, accusator, testis, & c. qui fuerunt causa deformationis secuta, nu. 212. & 214.

Causa propinqua deformationis quid, & quoruplex, & multa illata, & seq.

Intentio virtualis specialior necessaria ad irregularitatem iustam, quam iniustam.

Irregularis deformans ob defensionem parentum, & patriae, & c. non autem denunciatus, & c. num. 214. & quid adiuuans chirurgum deformantem, nu. 218.

Irregularis non est sic d. ins. arma, hortans, iuuans, pugnas, & c. contra Aluarum Pelagium. Et quis serens ligna, parans fenes, & alia ad deformandum, & seq.

a Ca. Ephe mium 5. 1. b 50. c In c. as. 5. 1. de ind. d V. d. d. d. m. est supra. e c. 2. de reg. iur. & c. testi monium. de testic. & glo. capi. primum 25. d. in fin. f Glo. singul. d. c. ipsi de pe. Holi. g Contra ca. comperimus. de con. d. 2. & c. illiteratos 30. d. c. fin. de sep. or. l. 6. h De coniec. d. 2. i Ca. illitera 30. d. d. i. k Ca. si quau do. de recrip. except. 13. l Sess. 24. ca. 4. de reform. m in d. prale c. si quando de res. excep. 19. n §. proxim. o Ca. 1. & c. veniens. de presby. non baptiz. p in d. c. 1. q Cap. si quis omnem. 1. qu. 7. c. 2. §. ha retic. de ha ret. lib. 6. r d. §. haeti c. & c. statu tum. 2. co. iit. & lib. 5. Ca. 1. & 2. 84. d. c. c. s. i. 17. qu. 4. t Arg. e. cam te. de recrip. vbi Felin. 2. v Arg. sorus quae supra pro ximo §. d. i. c. & notatur in §. 1. r. at. si de ind. x In c. eum a deo. nu. 10. de recrip. y In d. capi. si quando excc. 10.



217 Dispensare nequit Episcopus cum irregulari iusto, & cum male ordinato, num. 241.

206 Ico primò, quòd hæc oritur ex occasione, vel mutilatione membri hominis in casu licito: quia visum est Ecclesiæ non posse eum satis referre lenitatem, atque mansuetudinem D. N. Iesu Christi (qui propter nos suum proprium sanguinem fudit, & morti se tradidit) qui occidit, vel mutilat etiam licitè, per dicta S. Thomæ.<sup>a</sup>

Secundò dico, quòd illa sola pars hominis dicitur membrum, quæ officium per se distinctum habet, ut manus, pes, auris, b quare digitus non est membrum, sed pars membri, iuxta Bartholum receptum, c quem firmiter sequimur contra Caietanum, d licet eum sequatur Soto. e Primò, quòd à communi opinione præfertim recepta, non est discendum sine textu, aut ratione necessaria, f qualia ipsi non afferunt. Secundò, quòd Caietanus confitetur, quòd ille, cui vnus digitus abscinditur, sine quo bene celebrare potest, nõ est irregularis, & consequenter non perdidit membrum, cum amissio membri apparentis irregularem faciat. Tertiò, quòd in iure h habetur, quòd habens abscissum vnum digitum, habet abscissam partem membri, & non ipsum membrum. Et alibi i innuitur habentem æquòd plures digitos, non habere æquòd plura membra. Quartò, quòd falsum est id quod Caietanus pro se adducit, scilicet, quòd vnus sit membrum, non est necesse, vt habeat officium distinctum ab aliis membris, & satis est, quòd sit socius, & adiutor in illo officio faciendò: quia etiam pars digiti manum in suo officio iuuat, attamen non est membrum, vt ipsemet fatetur: tum quòd cap. i. k ab ipso citatum, potius pro nobis, quàm pro eo facit, quamquam neutram partem probat. Quintò, quòd non est verum id, quòd assumit, scilicet, testiculos hominis sine parte genitali membrum per se facere: quia quamuis, qui sua culpa eos amisit, non possit ordinari, non tamen ex eo sequitur esse membrum: nam non potest ordinari, qui sua culpa partem digiti amittit, l quam tamen non esse membrum ipsemet confitetur. Sextò, quòd nullus equus iudex iudicare asderet, quòd statutum irrogans magnam aliquam pœnam in abscindente alteri membrum, includat digitum abscindentis: nam & Felinus m ponens sex casus, in quibus digitus habetur pro membro, oppositum pro regula ponit. Monemus tamen nullam esse glossam, quæ hanc conclusionem Bartholi expressè teneat, licet Soto fuerit visum id tenere glossam clement. i. n quæ tamen nihil tale habet, nec vllus nostrorum eam in id citauit.

Tertiò principaliter dico, quòd quamuis paria sint quo ad hoc, interficere, & membrum abscindere, o non tamen sunt paria, abscindere illud, & debilitare, etiam adeo, vt nihil eo facere possit, secundum Cardinalem Panormitanum & Præpositum p post Calderinum, q quia saltem excusat à deformitate.

207 Contra quòd tamen facit, quòd idem Panormitanus, r quem sequuntur Angelus, Siluester, & quidam alij, contrarium tenuit, asserens, quòd clement. i. s quæ de hoc loquitur, pro diuersis ponit mutilare & truncare: & quòd per mutilare intellexit debilitare. Pro quo facit, quòd Bonifacius t ait, quòd irregularis est, qui facit alium irregularem, id est, inhabilem ad sine scandalo celebrandum, quæ duo assumpta esse falsa, iam pridem probauimus Conimbricæ. Tum quia præfata clement. i. non habet truncare, sed solum mutilare, vt palam est. Tum quia v irregularitas non contrahitur, nisi in casibus à iure expressis, è quibus non sunt illi, quos ipsi de suo addunt. Tum quia iura statutaria irregularem eum qui occidit, aut mutilat, oppositum de debilitante significant. x Tum quia generans filium extra matrimonium, irregularem facit, y non tamen est ob hoc ipse irregularis: & iudex furem furti damnando, facit eum irregularem, z ipse tamen ob hoc non est irregularis. Tum quia membrum aridum verè est membrum, vt habetur, a ibi, si cuius manus arida est, membrum quidem est, licet inefficax.

208 Quartò dico, quòd ad maiorem breuitatem vtetur hoc verbo deformare, loco illorum verborum occidere, & mutilare membrum, & non abs re, quia vterque

potest dici deformatio. Mutilator quidem: quia tollit formam figuræ accidentalem. Occidens autè: quia tollit formam substantialem. a

209 Quintò dico, quòd omnis & solus ille est irregularis huius speciei, qui iam baptizatus hominè deformat in casu licito, alio quàm infirmitatis, aut dat causam propinquam deformandi aliquem, aut saltem, vt citius deformatur, quàm alias fuisset deformatus, extra necessitatem inuitabilis sua vitæ defendendæ. Dixi, iam baptizatus: quia per mortem iustam anteriorem irregularitas non incurritur, b secundum Panormitanum & Præpositum, c & Cardinalem d, quem ibi secuti sumus cum gloss. e & Innocentium f & Villadicgum g, non quia infidelis sit, incapax omnis irregularitatis, est enim capax bigamiz, h sed quia iura solum constituerunt hoc de actibus baptizatorum. i Per quod soluitur argumentum, quòd ad oppositum tenendum Villadicgus induxit. k Dixi, deformat: quia nisi deformatio sequatur, non incurritur.

210 Dixi, hominem: ad includendum eum, qui deformat Sarracenum, aut alium infidelem, & excludendum eum, qui solum corpus mortuum, aut antequàm animetur deformat, ob dicenda. l Dixi, in casu licito: quia qui in alio hoc facit, hanc irregularitatem non incurrit, sed aliam peioris speciei, scilicet delicti. m Dixi, alio quàm infirmitatis: quia deformatas ob illam inducta deformatorem irregularem non facit, neque deformatum, si per hanc facultas rectè celebrandi non adimatur, n quorum tamen nullum loquitur de deformatore: sed solum de deformato. Quòd autem id est sit dicendum de deformatore colligitur ex dicendis infra. o Dixi, aut est causa generaliter, ad includendum quatuor causas, scilicet, efficientem, materialem, formalem, & finalem, de quibus infra. p

211 Dixi, propinqua: quia non sufficit esse remotam, q causa verò propinqua, quo ad hoc, est dictum, vel factum licitum directum, sufficienter in deformationem inde secutam. Dixi, licitum: quia illicitum causat irregularitatem speciei sequentis. Dixi, directum: quia oportet, vt sit tale, quòd tendat in deformationem ex se, siue suapte natura, vel intentione operantis, vt est ictus mortifer etiam sine intentione occidendi, vel contrà, ictus ex se non deformatorius cum intentione deformandi. Dixi, sufficienter: quia non sufficit qualicumque: non enim sufficit directio, qua minimus ictus ex se dirigitur in deformationem, neque directio per quamlibet generalem intentionem, qualem habet, qui præbet arma militi ad bellum iustum generaliter, & qui hortatur generaliter exercitum ad prælium iustum, & ad victoriam, etiam iuuando sine intentione speciali deformandi. Dixi, saltem: quia sufficit, vt sit causa, vt deformatur citius, quàm alias deformatetur. Dixi, extra necessitatem inuitabilem: quia hæc excusat iuxta Clement. r quamuis ante illam oppositum tenuit S. Thom. s eo quòd nondum per illam hoc ius nouum erat inductum, vt opinatur Caiet. t licet illa nõ cõtineat verba ius nouum denotantia: sed parui refert an nouum, an vetus contineat. Idem autem esse de deformatore ob necessitatem euitandæ mutilationis, dixit Card. v Ille verò dicitur esse in prædicta necessitate, qui neque fuga, neque vllò alio modo, nisi interficiendo, aut deformatore aggressore, eam vitare potest, x quia licet regulariter quis non teneatur fugere ad peccatù vitandum, ne aggressorè interficiat: tenetur tamen quo ad vitandam irregularitatè, vt rectè Panormit. declarauit, y & senserunt glossæ, z quia hæc sine peccato incurritur, a nõ tamen dicitur fuga posse vitari, cui ipsa est periculosa secundum communem, quam sequitur Felinus b & etiam Bonifacius post Zenzelinum. c Dixi, secutam: quia sine illius consecutione alia non sufficienter, etiam si alia pœna sanguinis irrogaretur. d Dixi, inde: quia non sufficeret aliunde: nam si captus à iudice, contra quem sum testatus, occideretur ab alio, quàm à iudice, vel ab eo alia de causa, vel non moueretur per meum dictum: quia non vidit, vel floccipendit, non essem irregularis: quippe quòd ex meo dicto non fuit secuta mors.

212 Ex qua regula sequitur prima, quòd est irregularis huius speciei iudex iustè procedens, accusator, aut promotor fiscalis, testis, & notarius, qui sententiam scribit, aut pronunciat, aut testimonia testium scribit, aut legit, quando publicantur, scribens, aut dictans litteras, quibus iubetur

a 2. 2. qu. 40. art. 2.

b Arg. c. singula. 89. dist. c. In l. 2. ff. de public. iudic. d. 2. 2. qu. 95. artic. 1. e Lib. 2. qu. 5. art. 1. de iust. & iur.

f Lux. capi. de quibus 20. di. c. 10a. And. recept. in c. 1. de constitu. g Lux. omnium mentem.

h In l. item Offilius. ff. de ad. lit. edi. i In l. non sūt liberi. ff. de statu hom.

k De cor. vi. iat.

l Ca. qui partem 55. di. c. 1. de corp. viciat.

m In d. c. cū illorum. de sēt. excom.

n De homici.

o Clem. 1. de homic.

p In ca. 1. qui cleric. vel uo uent.

q Ibidem.

r In d. c. cum illorum.

s De homici.

t End. clem. 1. colum. 6.

v Vt supra dictum est nu. 194. c. 192. per ca. 10 qui de sent. exco. li. 6.

x Arg. c. non ne. de præsup. c. l. cum prætor. ff. de iud. y Capit. 1. de fil. presb.

z Cap. tantū. Daniel. 8. d. c. omnipotens. de accusat.

a Ca. sicutur geri. 1. qu. 1.

a Argu. vbi qua habetur in c. defa blica. de cons. scr. dist. 1. c. in c. quodam de celeb. mi. b Per cap. 1. quis videtur 50. dist. c In c. gaudet m. de duo. d In clem. 1. nu. 13 de homic. e In summa. 51. d. c. in d. c. si quis videtur. f In d. c. gaudet m. de duo. g Vbi supra col. 54. h Ca. accu. 20. dist. i d. ca. si quis videtur. k Vbi supra col. 44. l Infra. nu. 219. m De qua d. nu. 219. n Cap. si quis à me dicit. r. 3. seq. 51. dist. o Num. 217. p Num. 219. q Ar. 1. de occidendo. 33. qu. 5. c. p. f. f. i. g. c. de t. t. de homicid. r 1. de homic. 52. 2. qu. 64. art. 7 ad 3. t ibi.

v In d. dem. 1. qu. 3.

x In c. gl. de men. 1. c. ca. suscipimus.

y In c. olim 27. de rest. spoliat.

z d. clem. 1. verb. non va lens. c. suscipimus cod. tit. verb. int. rimetur.

a Vt supra dictum est.

b In d. c. suscipimus.

c In d. clem. 1. nu. 75.

d In c. d. sup. n. 192. c. et recep. in c. si aliquis. de homic.

defor



deformatio, agens aut procurans contra reum talem deformationem patientem, etiam pro reo, qui vicit\* cum condemnatione talionis, per quam accusatus fuit deformatus assessor, & quilibet alius officialis, a omnes enim hi deformant, vel dant causam propinquam deformandi, per prædicta.

\* Cum condemnatione talionis. Talio quæ pœna est qua quis agnati modo patitur, quo alteri nocuit licet diuina lege excō. 21. ver. 23. 24. Leu. 24. v. 20. Deut. 19. v. 21. & 22. Tab. sancita fuerit. Christus tamen eam sustulit Matth. 5. v. 39. Sunt etiam casus iure ciuili expressi, in quibus similitudo supplicij talionem inducit vt in illis qui vitam innocentium falsis criminibus calumniantur. l. lin. C. de accus. & l. lin. C. cod. de calum. & præuaricantur l. ab imperatore. ff. de præuaricat. & in casibus tituli. ff. quod quisque iuris &c. hodie tamē pœnam illam similitudinis supplicij in defuetudinem abiisse, & secundum qualitatem & dignitatem personarum & arbitrio iudicis statuendum esse tradunt Doctores. Nam & iura eo declinare expresse videntur fere in omnibus & paucis admodum exclusis. Si tamen accideret vt accusator talione condemnaretur agens pro reo esset irregularis vt ait hic Nauarrus.

Secundò sequitur, quòd non est irregularis, qui alteri arma præbet, vt se alias se defendere non valentem defendat, si ille aggressorem deformat: quia quum per se ipsum deformato non incurreret, b à fortiori non incurreret faciendo id per alium. c

Tertiò sequitur, quòd è contrario, qui dat arma proximo non valenti se sine illis defendere, & ille occidat inuadentem, est irregularis: quia tota regula conuenit ei, quum non det illa ad necessariam suæ vitæ defensionem: & à fortiori si non daret illi arma, sed ipsemet illis occideret eiusmodi inuadentem, vt tenet glossa ferè ab omnibus recepta. d

213 Quartò, quòd est irregularis, qui deformat alium ob defensionem iustam vitæ alterius, etiam patris, aut matris, etiam in bello iusto, etiam in casu in quo, nisi ipse id faceret, ciuitas obsessa caperetur, aut exercitus iustum bellum gerens fugaretur: & à fortiori, qui ob iustam defensionem sui honoris & bonorum, aut proximi deformat, licet id iustè faceret, quòd fieri posse dictum est: e quia solus ille, qui necessitate inuitabili suæ personæ deformat ab illa excusatur. f Nec obstat, quòd doctissimus Fortunius, g oppositum tenuit, quem aliqui securi sunt moti eo, quòd non incurrat excommunicationem, qui clericum propter defensionem necessariam proximi percutit, iuxta Innocentium receptum, h quòd certum est licere, immo & interdù oportere proximum defendere. i Non inquam hæc obstat: quia excommunicatio generalis non incurritur sine peccato mortali, vt supra k dictum est; irregularitas autem sic, per dicta, l & quia non sufficit iustam esse deformationem, quòd non inducat irregularitatem: & quia sequeretur, quòd qui defendendi honoris, aut bonorum causa in casu licito interficit, non foret irregularis, quòd asserere esset mille decisiones in theoria & praxi receptas sine ratione sufficienti mutare contra textum ferè expressum. m Dixi, iustam, quia qui ob iniustam defensionem, aut in bello iniusto hoc facit, non est irregularis huius speciei, sed sequentis hæc deterioris, & difficilioris dispensationis: nullam tamen illarum incurrunt, qui iudicibus denunciant prodiciones, homicidia, & alia delicta cū protestatione, se hoc facere solum, vt impediatur, ne fiant, & non vt aliqua pœna saltem deformante puniantur, etiam si sint clerici eiusmodi denunciantes, vt supra n diximus, modo ea extra confessionem sciant: quia licet clericus, qui alium ob alienas iniurias coram iudice, etiam cum prædicta protestatione accusat, irregularitatem non vitet, si iudex accusatum deformat, o non tamen incurreret si ad euitanda mala, quæ imminet eos denunciaret cum prædicta protestatione, præsertim ad id conscientia eum perstringente per locū à maiori. Quamquam etiam laici, qui hoc faciunt sine prædicta protestatione, huius speciei irregularitatem incurrunt, licet non peccent: & clerici beneficiarij, vel ordine sacro initiati alterius speciei deterioris, quia peccant.

214 Quintò infertur, quòd eam non incurrunt laici, vel clerici, qui deferunt ad iudicem crimen, quòd non meretur deformationem, licet captum ob illud, iniustè, vel ob alia aliunde ad eum delata deformat: modò non tenerentur credere id euenturum: quia non præbent prædictam causam propinquam, neque sufficit, quòd interfint defor-

mationibus, quæ per iudicis sententiam fiunt iuxta glossam, Panormitanum, & communem, a nisi interfint auctoritatem, vel auxilium præbendo, sed tantum nil dicendo, aut faciendo, quo deformatio fiat, aut anticipetur, quamuis clerici, b peccent, si eis interfint sine causa rationabili, vt consolandi, aut confitendi condemnatum. c Quòd nostro iudicio restringendum est ad clericos sacrorum ordinum, & beneficiarios, per supra dicta, d & Angelum e & Syluestrum. f

215 Sextò infertur, quòd clericus præfens bello iusto etià adhortando ad victoriam generaliter, & percutièdo multos propriis manibus, & efficiendo, vt commilitones eius ope, & hortatu multos occidant, non fit irregularis, si per se non deformat: quia non dat causam propinquam deformandi supra definitam, cum non faciat actum speciatim ad deformationem directum quo ad percussos ab alijs: & licet faciat talem quo ad percussos à se: illi tamen non sunt deformati: secus si per se deformat: quia licet necessitas defendendæ patriæ, parentum, cognatorum, aut alius proximi à peccato excuset, non tamen ab irregularitate per proximè dicta.

Septimò infertur, quòd ex hoc colligitur ratio, cur interdum præbere lanceam, aut ensē, ballistam, aut sclopetum non faciat aliquem irregularem, & interdum sic: & interdum præbere ante prælium non, & in eo sic: quia interdum dando illa, est causa propinqua, & interdum non, & ita interdum inducit irregularitatem, interdum non: non enim facit talem cū, qui non dat principaliter ad deformatum, licet det generaliter ad bellandum, præliadum, & vincendum, vt passim dant patres, patrui, cognati, amici, & domini Ecclesiastici: & saculares, vt colligitur ex Panormitano & communi, g & S. Antonino, h & alijs supra citatis: neque etiam, i qui dat ballistam, aut sagittas sagittarijs, vt iaciant in hostes sine tamen intentione speciali, vt deformat, sed generali, vt vincant: nec eadem ratione, qui sclopetum, aut globulos præbet: & à fortiori, nec qui dat lanceam, ensē, & alia arma quibus rarius quis interficitur: neque qui hortatur milites, vt animosè, & fortiter aggrediantur prælium iustum, vt Deo, iuramento, Regi, & Imperatori suis satisfaciant: neque etiam, qui in ipso prælio cohortatur, sic dicēs præliamini, vincite iuxta communem. k

216 Octauò infertur verus intellectus cap. quod in dubijs, l quatenus habet sacerdotes, qui ad præliandum incitant in bellis esse irregulares, & glossa, m dicentis irregularem esse, qui ad præliandū dat arma, si eis aliquis interfectus fuerit, & communis n concludentis, qui in prælio ad interficiendum incitat esse irregularem, quamuis bellum iustum sit ex parte sua: & illius dicti Innocentij approbati communiter ibidē, scilicet, eum qui ballistam, aut sagittas præbet ei, quem credit interfectorum, si interficit, esse irregularem, quamuis bellum iustum sit: intelligi enim debent de incitante, vel dante arma cum prædicta intentione sufficienti ad constituendum causam propinquam deformationis.

Contra hæc tamen omnia plurimum vrget primò, quòd intentio actualis, siue expressa, & virtualis, siue tacita æquiparantur. o Et qui incitat, iuuat, aut præbet arma ad præliandum, & vincendum hostes, virtualiter videtur velle, vt percutiant, muilent, & occidat eos, vel aliquem eorum: quum id non possit contingere moraliter, nisi ea faciendo: & qui vult consequens, vult necessarium antecedens. p Secundò vrget, quòd qui hortatur suos in prælio iniusto secuta deformatione fit irregularis ea sola ratione, quòd videatur virtualiter deformare. Tertiò vrget, quòd dupliciter vult quis aliquid, scilicet in sese, vel in causa sua: & quòd sufficit velle in causa homicidium ad incurrendam irregularitatem. q Ad soluendum hæc, & constituendum definita supra in hoc dicto, & septimo, & octauo corollario eius prædictis, quæ nullibi satis resoluta legimus, adhibito multo studio, & diuino fauore per sacra implorato in vigilia S. Mathæi anno 1556. ea occurrerunt, vna cum consideratione, quòd non omne, quòd sufficit ad dandam causam propinquam, & habendam intentionem sufficientem deformandi quo ad deformationem iniustam, vt incurratur irregularitas, sufficit ad dandam causam propinquam, & habendam sufficientem intentionem occidendi, quo ad occi-

a Ca. aliquā sos. 51. dist. c. clericis. c. cap. sententiā ne cle. vel mo na. c. gl. sum ma. 15. dist. c. clemens. 1. de homic.

b Per si. d. cle men. c Arg. c. pen. de homicid.

d In d. clem. verb. sum. solerter ab illa expansum.

e Ca. 15. n. 2. c. 3. post alios citatos ibi c. laicus in re. olim. r. de restitut. spoliar. f d. clem. r. l. cū gl. ferè ab omnibus recepta de homi. Cai. 2. 2. q. 40. m. 2. g In l. ut vim ff. de iust. c. in. colum. p. h In ca. s. v. r. de sen. excom. i Ca. dilectio. de sent. excō. lib. d. c. quant. 2. e. 11. in an sig. k Ex. c. nu. 9. l Num. 206. m In d. clem. ubi g. rece. ferè per omnes hoc tenet. n Ca. 18. c. in repe. ca. inter verb. 11. q. 3.

o Vt supra. dist. sum. est.

a In c. sententiā. ne clerici. vel. monachi. b Secundum eam d. gl. recepta. c Secundum Pan. ibid. d Cap. 25. nu. 110. e Verb. cleric. 4. § 1. f Verb. clar. 3. § 4.

g In d. c. sententiā. h 3 par. ti. 2. 8. cap. 2. §. fin. i lux. Innoc. in d. c. sententiā.

k In d. c. sententiā. l De pen. m Ca. se quo runda de luda. n In d. c. sententiā.

o In l. cum quid ff. de re. cred. c. que admodum de iuratu. p l. 2. ff. de iuris. om. iud. c. prater ea. de offi. deleg.

q Pro quo est c. presbyterū. c. c. continuebatur. cū multis alijs. de homicid.



a Cap. su de homic. lib. 6.

b Ca. perlati de homic. lib. 6.

c Cap. pen de homic. d. Cap. i. g. i. cum 3. seq. 23 q. 8. c. Ca. contine batur. de cle. percuf. i. Ca. 3. eo. sit. g. d. c. pen.

h De Planc. eccl. ar. 48.

i 3. par. ti. 28. cap. 2. §. 3.

k Cap. prolati. de homic. lib. 6.

l Per d. c. pralati. in verb. suas. secundum communem quam Fran. sequitur ibi. m Num. 226.

n Vbi supra.

o Ca. 2. de eo. sit. p. Ad Gala. 6. q. Ca. ad au. res de ara. q. qu. & ca. tua. de homic. cum eis adnot. per Innoc. recept.

tionem iustam, vt eadem incuratur. Tum quia, qui iubet aliquem percuti baculo iniuste, etiam expulso modo, ne interficiat, si iustus interficit, est irregularis: quia dat propinquam causam, & habet intentionem ad id sufficentem. At prelati qui ciuitati, cuius iurisdictione temporariam habet, gubernatorem praeficit, vt iustitiae munera, exequatur, non videtur dare causam propinquam, nec habere intentionem sufficientem, vt interficiat, quamquam expresse id non prohibeat, b cum tamen certius sit illum gubernatorem aliquem morte condemnaturum, quam iustum percutere, occisurum. Tum quia opem ferens, & assistens etiam sine armis iniuste praeliantibus, dat talem causam, & habet talem intentionem sufficientem, vt post Innocentium supra dictum est: qui tamen assistit iuste praeliantibus non, d etiam si assistat armatus, e etiam si horretur, f nec etiam, si percutiat. g Per quam respondetur tribus argumentis praedictis, quod assumpta in eis sunt vera quidem regulariter, sed fallunt in his, quae spectant ad hanc irregularitatem: quia sicut speciale est in ea, vt pro actu etiam iustissimo imponatur, ita speciale est, vt ad id requiratur causa ita propinqua, & intentio adeo specialis, vt dictum est.

217 Nonò consequitur haec omnia modus excusandi ab irregularitate prelatos & clericos, qui non solum solent interesse bellis sacris: & pios cum suis subditis, & militibus, sed etiam exhortari eos ad praeliandum, & vincendum, sine tamen intentione speciali ad deformandum per alios, & sine deformatione ab ipsismet facta, quaquam nulla probabitur excusandi eos ratio occurrisset Aluaro Pelagio, h modus item excusandi ab ea clericos, & fratres Lusitanos, qui magno zelo fidei Christianos, & non minori animo suos in Indis contra Sarracenos, & Paganos hortari solent, manibus crucem gestantes, & aciem ipsam praefentes, qui non irregulares, sed regularissimi sunt.

Decimò facit, quod est irregularis huius speciei, qui vt consequatur indulgentias, fert ligna, quibus hereticus vratur, si ex eis factis cooperatus fuit ad occidendum, aliàs non, iuxta S. Antoninum, i & communem. Quae consequitur, quod quando antea strangulantur heretici, quam vrantur, non fieri irregulares eos, qui huiusmodi ligna detulerunt, neque etiam quando viui vrantur, si ligna iacta fuerint mortuis iam illis.

Vndecimò facit, quod fit irregularis comitans iudicem tamquam notarius, satellites aut custos damnati ducti ad mortem, aut deformationem: vendens item, vel commodans scalas, funes, enses, sagittas, ballistas, aut alia instrumenta ad sagittis confingendum, ad laqueo suspendendum, iugulandum, aurem, aut aliud membrum decidendum.

Duodecimò, qui capit aut indicat furem, aut reum, vt à iudice capiatur, & qui etiam suae utilitatis causa tradit, aut conqueritur de aliquo apud iudicem sine protestatione, ne procedat ad deformationem: k quia omnes isti sunt causa propinqua deformationis in casu licito, & ita irregulares. Dixi etiam suae utilitatis causas: quia si causa aliena tantum id faceret, etiam cum protestatione, fieret irregularis. l Quod autem protestatio non solum verbo, sed etiam mente debeat fieri, quo ad forum conscientiae, dicitur infra. m

Decimotertiò, quod etiam est irregularis hortans condemnatum, vt admoueat caput ad stipitem, aut cippum, aut ascendat scalas, aut faciat aliquid aliud ex quo acceleretur deformatio. Et qui acuit gladium, aut praeparat funes, aut instrumenta, quò citius, & minori cum dolore fiat executio, iuxta mentem S. Antonini n & omnium aliorum.

218 An autem adiuuans chirurgum ad secandum iustè membrum fiat irregularis quæstio nouè mota est. Pro cuius parte affirmante facit, quòd adiuuans iudicem iustè iudicantem occidere vel mutilare, fit irregularis per praedicta. Ergo eadem ratione adiuuans chirurgum iustè mutilantem incurrit eam. Sed tenenda est pars negatiua. Tum quia rem, quae culpa caret in damnum vocari non conuenit. o Et quòd praefatus actus iuuandi est bonus, iuxta illud Apostoli, p Alter alterius onera portare. Tum quia nullo iure cauetur, quòd iuuans chirurgum incurrat irregularitatem absque sua culpa propter mortem, vel mutilationem, q de iu-

uante autem iudicem sic. a Et ad oppositum, cui nullibi responsum memini, respondetur: negando in vitroque casu eandem rationem idem ius dicere: quoniam iudex damnans aliquem, vt mutiletur, & iis, qui eum quoquomodo ad mutilandum reum iuuat, licet moueantur ad id virtute iustitiae: finis tamen eorum est vindicare, & actum, terrorem, & horrorem incutientem facere, vel ad illum iuuare: chirurgus autem volens mutilare, & qui eum iuuat, mouentur misericordia, & pietate ad sanandum aegrotum: & Ecclesia induxit irregularitatem ob homicidium, & mutilationem, ad assimilandum Christo miti, & mansueti ministros eius, quo mites essent, & non crudeles, nec similes crudelibus: quales sunt etiam, qui iustè occidunt, vel mutilant, \* iuxta cap. non est crudelis, qui crudeles iugulat, sed crudelis ideo vocatur: quia crudelis patientibus esse videtur. Nam latro suspensus patibulo crudeliter iudicem putat, b chirurgus autè, & qui iuuat illi misericordia, & pietate moti, nec sunt crudeles, nec similes crudelibus: & ita longè diuersa ratio induxit Ecclesiam ad constituendum iudicem, etiam iustè iudicantem, & iuuat eum irregulares quam chirurgum, & eum iuuantem. Pro quo facit primum dictum supra. c Ex quibus inferitur idem esse iudicandum de medico, & iuuante illum, quod dictum est de chirurgo, & eum iuuante: quoniam nec illi, nec iuuantes illos absque culpa incurunt irregularitatem: cum culpa autem sic vt Innocentius communiter receptus ait. d

\* Iuxta cap. non est crudelis. Hoc cap. sumptum est ex D Hieronymo, lib. 6. Comment. in Itaiam cap. 13. in illa verba Ecce venit dies Domini crudelis.

Sexto principaliter dico, quòd in hac irregularitate solus Papa dispensat, sed longè facilius, & ex minore causa, quam in sequenti, quae ex actu illicito nascitur: licet post Concilium Tridentinum in illa, si est occulta dispense Episcopus, & in hac non, vt e dicitur infra.

De quinta specie irregularitatis, ex homicidio iusto uno ex delictis, unde illa nascitur.

- 219 Irregularis per deformationem illicitam est omnis, & solus ille, &c.
- 219 Causa sunt quatuor, efficiens, formalis, materialis, & finalis.
- 220 Causa propinqua deformationis nouè definita, & seq.
- 221 Irregularem facit omnis deformatio illicita mere intenta, & nulla mere casualis, mixta verò facit contentum in hac regula. 28. corollarius ornata de monacho, chirurgo, abortiente, vulnerante, & deformante, ministrante arma, iuuante, & hortante, accusante sine protestatione, detinente furem, alente feram, magistro castigante, ludente illicite clerico, venante, chordigero equitante, & de adulterante, vsque ad num. 239.
- 233 Mandans, vel consulens hoc, differunt, nec refert, an cito, an tarde executio fiat, & seq.

**D**ico primò, quòd quo ad hunc effectum paria sunt occidere, & mutilare, siue abscindere membrum non tamen debilitare, vt dictum fuit supra, f & vt ibi, ita hic vtetur verbo deformare pro occidere, aut mutilare, seu membrum abscindere.

Secundò dico, quòd deformatio est triplex, merè voluntaria, merè casualis, & mixta. Merè voluntaria est deformatio intenta, seu volita in se iustè, vel iniustè: qualis est, quam quis intendit facere iustè, vel iniustè, per se, vel per alium, iubendo, consulendo, aut cooperando, vel iuuando, testimonio, vel patrociniò, ferro, veneno, aut aliis modis, aut deducendo ad locum, vbi deformatur, aut procurando, vt faciat aliquid, ob quod deformatur. Merè casualis est non intentata, seu volita in se, neque in causa ad eam sufficienter ordinata, qualis est mors, quam infert fulmen eo loco illi, qui sine talis deformationis prauiione ad eum iuit, vel missus fuit. Illa enim neque est volita in se, neque in causa ad illam sufficienter ordinata. Mixta est, quae non est intenta, vel volita in se sed sic in causa sufficienter in illam ordinata, qualis est facta à ieruo iusto

a Ca. fruen sium sanguinis. ne deric. vel. monach.

b 23. qu. 5.

c Num. 206.

d in d. c. ad m. res & ca. ma. arg. l. illicitum. §. sicuti. ff. de. offi. p. r. a. s.

e Num. 240.

f Num. 206.



palo cadere alium citra deformationem, & testificatio in causa sanguinis nolentis deformationem. Illae enim non sunt intentae, siue volitae in se, sed sic in causa sufficienter in eam ordinata, vt bene declarat S. Thomas. a

Tertio dicò, quòd sicut ad soluenda dubia occurrentia circa irregularitatem quarta speciei posuimus vnam regulam, ita nunc ad soluenda dubia circa hanc tradimus alteram, scilicet, quod omnis, & solus ille est irregularis hac specie irregularitatis, qui discretus, & baptizatus seipsum, aut alium hominem illicitè deformat, aut causam propinquam illicitam illius, aut suae anticipationis praebet. Dixi, discretus: quia infans, & furiosus, qui numquam habuit iudicium, aut amisit illud ante deformationem, eam non incurrit. b Dixi, baptizatus: quia prius facta non sufficit. c Dixi, deformat: ad includendù occidentem, & mutilantem, sed non solum debilitantem, etiam sic, vt sine scandalo non possit celebrare, vt proxime diximus. Dixi, seipsum: quia, cum nemo sit dominus suorum membrorum, d etià irregularitatem incurrit, qui seipsum illicitè deformat, e quamuis id sancta intentione faciat, vt qui se castrat, quo melius castitatem colat. f Dixi, aut alium hominem: quia non satis est deformare embryonem nondù anima rationali animatù, g aut cadauer ea destitutum. h Dixi, illicitè: quia qui ob morbum consilio chirurgi abscindi facit, aut abscindit aliquod suum, aut alienù membrum, hanc irregularitatem non incurrit, i quamuis aliam, quae ex defectu corporali nascitur incurretet, si ob eam fieret inhabilis, aut deformat ad celebrandum sine scandalo per supra dicta. k Dixi, causa: generaliter ad comprehendendù quatuor causas, quae sunt efficiens, materialis, formalis, & finalis, iuxta Aristotelem l & nos collegimus dudum alibi m & tradit Marianus in hoc proposito, n & consequenter ad includendum eum, qui est causa efficiens deformatatis, qualis est, qui eam facit, iubet, mandat, ratificat, vel iuvat: & eum qui est causa materialis illius, qualis est, qui dat arma, aut deducit aliquem ad locum, vbi sunt inimici parati ad deformandù ipsum: & eum, qui est causa formalis, qualis est, qui instruit, docet, aut cõsultat: & eum qui est causa finalis, qualis est, qui praemium, aut reparationem deformationi pollicetur. Dixi, propinquam: quia non sufficit, quòd sit causa remota, o qualis est de se omnis armorum fabricatio. Dixi, illicitam: quia irregularitas huius speciei, quae oritur ex deformatione illicita, numquam sine peccato saltem veniali nascitur, vt statim dicemus.

220 Causa verò propinqua illicita deformationis potest definiti esse dictum, aut factum illicitum, directum sufficienter in deformationem inde secutam, declarando partes eius, vt supra p excepto, quòd non requiritur intentio tam specialis ad incurrendam ex causa illicita, de qua hic, quam ad incurrendam ex licita, de qua ibi, vt supra q declaratur. Dixi, suae anticipationis: ad includendù eos, qui dicunt, aut faciunt aliquid, sine quo deformatio quidè sequeretur, sed non tã citò, iuxta Speculatorè, r Panormit. s Villadiegù, t S. Antoninum. v

Ex hac regula sic declarata inferitur primò, quòd prima deformatio intentata, & volitata in se semper inducit irregularitatem.

Secundò inferitur, quòd nulla secunda, scilicet merè casualis inducit illam: quia neque est in se, neque in sua causa volitata.

221 Tertio inferitur, quòd omnis, & sola deformatio mixta secuta ex opere illicito lege iustitiae, quòd est causa propinqua eius, inducit irregularitatem huius speciei, cap. tua. cap. suscepimus, x quae de opere in se illicito loquuntur, & cap. continebatur. & cap. presbyterum, y quae de opere licito illicitè facto agunt. Dixi, lege iustitiae: non enim sufficit, quòd sit iniustum lege caritatis: nam iudex, qui iustè secundum legem iustitiae iubet homicidam occidi: licet fortè id faciat animo vindictae priuatae, vel etiam, quia erat clericus beneficiarius, qui licitè nõ poterat esse talis iudex: neque miles, qui occidit in bello iusto hostem, malo tamen animo non est irregularis hac specie irregularitatis, sed tantùm specie praecedentis defectus lenitatis, quae est facile dispensabilis. Dixi etià, sola: quia nulla deformatio casualis, quae ex opere licito licitè facto nascitur, facit quem irregularem huius speciei. z Non dixi, vt aliàs, de opere licito illicitè facto: quia opus licitum illicitè factù illicitum est. a Dixi, quòd est causa propinqua eius: quia non sufficit, quòd sequatur ex illicito,

nisi sit causa eius propinqua, qualis est deformatio fulminis ictu facta eius, qui maiè iustus aliquò ibat: quia illa mala iustio, neque de se, neque per intentionem directam in illam est causa propinqua ipsius per praedicta: sicut, & culpa praecedens casum fortuitum non efficit, vt fortuita imputentur, a nisi illa culpa dirigatur sufficienter ad illum, vt in hac ipsa specie singulariter dicunt Ancharanus & Franciscus: b nam & tunc demum culpa praecedens casum nocet commodatario, cum illa aliquatenus ordinatur ad illù iuxta mentem omnium. c Mula enim commodata periens in itinere ictu fulminis non perit cõmodatario, licet propter eius culpam in ludendo, vel fornicando non transtulit prius locum, vbi fulminauit: quia culpa illa non fuit sufficienter directa in illum casum, d & ideo mandans percutere citra mortem, si mandatarius occidat, fit irregularis: quia percussio culpabiliter mandata, sufficienter dirigitur in mortem. Quid autem dicatur sufficienter directum boni viri arbitrio terminandum est. e

222 Quarto inferitur, pro resolutione eorum, quae contra hanc adduci possent, ex Soto, f & aliis infra citandis, dicendum esse, quòd non est apus, nec verus intellectus, quem pro certo dat Soto cap. tua: g scilicet, quòd monachus, qui vtendo chirurgia ob solam pietatem curat vulnus, & aperit, ex quo infirmus exponens se vento contra praecipuum eius, moritur, non est irregularis: & si ob lucrum curat, sic. Tum quia Ioannes Andreas, Panormitanus, Anagnias, & Felinus dicunt in vtroque casu esse irregularem, quamuis in altero casu, quàm in altero facilius dispensetur. Tù quia textus aperte dicit illum monachum exercendo alienum officium sibi vetitum peccasse, ibi: Licet ipse monachus multum deliquerit officium alienum vsurpando, quòd sibi minime congruebat: & ita ex opere illicito sufficienter ad id tendenti secuta fuit deformatio. Tum quia textus in illis verbis, si tamen, &c. palam concludit necessariam fuisse illi dispensationem, etiam si ob solam pietatem curasset.

Quinto inferitur, quòd nimis audacter videtur dixisse idem Soto contra omnes Canonistas, immo & Theologos, non esse textum probantem, quòd ex deformatione casuali ex opere illicito secuta, fiat quis irregularis. Tù quia cap. dilectus, & cap. ex litteris, h id probant à cõtrario sensu, quòd licet, vt ipse ait, i sit infirmum logicis: iurisconsultis tamen firmissimum est, i saltem quando desumitur ad probandum illud, cuius contrarium non est iure expressum, k vt in proposito contingit. Tum quia praedicta duo cap. dilectus, & ex litteris: non solum probant id à contrario sensu, sed etiam à cessante ratione & causa, quòd est validum, l vt palam est ea perpendenti. Tum denique, quia plurimi sunt textus, quibus pro regula statuitur, quòd qui deformat irregularis est, m & adeo quidem, vt videantur includere etiam eos, qui iustè, & sanctè, directè, aut indirectè deformat, aut illius causa sunt. Quin multi, & in his S. Thomas n contra casum element. i. o tenuerunt esse irregularem, etiam deformantem ob necessariam suae vitæ defensionem. Cùm ergo à regula non sit discedendum nisi iure, aut ratione in id cogente, p cùmque ius ab hac irregularitate non eximat, nisi casu citra culpam deformantem, regula praefata probata relinquitur.

223 Sextò inferitur, quòd deformans embryonem inanimatum, vel cadauer exanimatum, non est irregularis, per dicta. q Nec qui propinat mulieri, aut viro potum quo eis generandi facultas impeditur: quia non deformat, r neque qui praegnantem abortire facit, antequam fetus anima rationali animetur, s quae quadragesimo die masculo, & octuagesimo faeminae infunditur. t Si verò nescitur, an fetus, abortiuus, quem mulier abortiuit post diem quadragesimum, sit mas, an faemina, debet se censere irregularem, qui eius causa fuit. v

Sepimò inferitur, quòd non est irregularis, qui vulnerat pluries, & plurimum, etiam cum maxima sanguinis effusione, etiam abscindendo aliquas partes membrorum, modò non abscindat membrum, nec vulneratus moriatur, etiam si maneat inhabilis ad decenter celebrandum: quia non deformat. Monemus autem, quòd licet aëris, sine cartilago illa sensum auditus exornans: non videatur esse membrum eius: tamen carentia videtur inducere irregularitatem, ob deformitatè, quam in parte adeo edita, & publica inducit,

a 2. 2. q. 64. art. 8.

b Clem. 1. de homic.

c Ca. 1. si quis viduam 60. dist. 8. per di. 2. supra nu. 207.

d Lib. 1. de homic. ff. ad l. 1. de quib. c. contin. g. 1. de sent. excom.

e Capi. si quis absciderit. Et c. hi qui. 55. d. 1. d. c. hi qui.

f Ca. sicut ex inatum de homic. c. quod vero. Et capi. Moyses. 22. q. 2.

g Archid. c. si quis. 15. q. 1. i. Capi. si quis a me dicit. Et c. si quis in infirmitate. 55. dist.

h Eod. ca. nu. 200.

i Lib. 2. Physic.

m Ex gl. 1. de cretulum. n In d. cap. ad audientiam.

o 42. de homic.

p Per gl. fin. c. de casero. de homic. receptam per omnes.

q Num. 211.

r De dispensa. §. iuxta m. 12. c. 13.

s In c. sententia. ne cleric. vel monachi. t vbi supr. col. 22. v. 3. par. si. 28. c. 2. §. 5.

x De homic. c. ca. ff. eod. tit. lib. 6.

y Eod. titulo.

z Ca. lator. c. dilectus. c. ex litteris. 1. c. 2. cap. Ioann. de homic. c. c. prelatus. eo. tit. li. 6.

a Ca. cum miser. 23. q. 5. c. cum text. c. 1. de colluf. d. e. g.

a Contal. si creditor & l. qua fortuitis. C. de pig. act. b In gl. penul. cap. fin. de homic. lib. 6. c In d. c. 1. de commod. Et c. si de depof. d In ca. fin. de homic. lib. 6.

e Argu. l. 1. ff. de iuro delib. c. de causis de offi. delegat. f Lib. 5. q. 1. art. 9. de iust. & iur. g De homici.

h De homici. i. l. ff. de offi. eius. cui mandata est iuris dict. Et capi. Apostolica. de his, qua sunt a pralat. sine con. ca. k Iuxta capi. a nobis. 2. de sentent. excom. Et gloss. c. significasti. de for. compet. l. adgere. §. quamuis. ff. de iur. patro. cap. cum cessante. de appel. m c. miror e. si quis vidua cap. clerico. c. de his. so. d. c. continebatur Et c. presbyterum. de homici. d.

o 2. 2. q. 64. art. 8.

p de homici. d. Gloss. l. omnis definitio. ff. de regulis iuris. Et i rubri. de regulis iur. li. 6. recep. per omnes.

q Supr. num. 218.

r Capi. si alius quis. de homici. d.

s Ca. sicut ex tuarum. de homici. d.

t Iux. gl. sing. in princ. dist. 5. v. Arg. cap. ad audientiam. de homici.





a c. qui par- rem. ss. diff. b In §. iuxta. de dispens.

c Cap. signifi- casti. 2. de homicid.

d Ut singula- riter probat ca. presbyte- rum. c. ad au- dientiam. de homie.

e Ca. ita quo- rundam. de luda. funda- tam in capis. quid in dubi- u de pœ.

f Tit. de disp. §. iux. versic. 56.

g In c. pen. de homie.

h à vu. 206.

i 2. 2. q. 40. m. 2.

k Eod. ca. nu. 214. & 217.

l Num. 206.

m 2. 2. q. 64. art. 7.

n Cap. prela- tis. de hom. li. 6.

o In d. c. pre- latis.

p Col. 2.

q In d. c. pre- latis.

r In c. postula- sti. de hom. li. 6.

s In capi. 2. de hom. lib. 6.

t In d. c. 2.

v In sum. de homie. §. qua pœ. ver. si ve rum.

x Num. 192. per c. fi. 13. q. 1.

quod colligitur ex iure a & ex eo quod paulo ante diximus, super illud quod Speculatori placuit. b

Octauò infertur, quòd non est irregularis, qui iustè ali- quem percutit, & non occidit, licèt ab aliis sine ipsius cul- pa occidatur, c aut moriatur culpa medici, aut legimine, aut morbo superueniente: quia illa mors non est sequuta ex eius opere illicito, secus tamen est de iniustè percutien- te: nam etiã percussio non sit mortifera, est tamen cau- sa, quòd alius eum interficiat, aut incidit ob illam in mor- bũ, quo moritur etiã culpa medici, vel malo regimine: quia quo ad hoc paria sunt interficere, & iniustè percutere, ex quo mors sequatur, etiã sine alia culpa percutientis. d

224 Nonò infertur, quòd non est irregularis, qui nõ oc- cidit; nec mutilat, licèt debilitet membrum, adeo vt ne- queat celebrare per supradicta.

Decimò infertur, quòd est irregularis huius speciei præ- bens arma ad bellum iniustũ euntibus, si quis in eo defor- metur iuxta glossam e & à fortiori si ipsemet prælietur. Im- mo & quidquid dicat Speculator f & nonnulli alij, nos opi- nionem Innocentij, Panormitani & communem, & certam putamus, scilicet, quòd qui in prælio, vel alia quacumque rixa interfunt illis, ex quorũ parte sunt, iniusta, auxiliando, vel fauendo, sunt irregulares, si aliquis in eis deformetur, siue interfunt armati, siue inermes, siue deformet, siue non, siue ob id timor inimicis augeatur, siue non, quamuis non, qui interfunt ad dissuadendum prælium, & suadendam pa- cem, licèt inde non nihil animi suorum parti, & non nihil ti- moris aduersa redderetur. Neque etiã, qui interfunt iis, qui iustè bellum gerunt, etiã ad fauendum modò suis ma- nibus non deformant, etiã si animo deformandi percutiant, & ex percussione postea sequatur deformatio culpa percussis, vel medici: quia hoc differt iusta percussio ab ini- iusta. Adde etiã, quòd qui suis manibus interficiunt in ius- to bello, non sunt irregulares huius speciei, sed illius, quæ nascitur ex defectu perfectæ lenitatis, de qua supra, h si sunt laici, nec si sunt clerici, si initæ ipsi pugna tanta est neces- sitas, vt excuset à peccato, quamuis non ab irregularitate, vt contingere potest, iuxta notata per Caietanum i & tra- ctatur supra. k

225 Vndecimò infertur, quòd est irregularis huius spe- ciei laicus, vel clericus, qui alium in iudicio iniustè crimi- nis meretis mortem, aut deformitatem accusat, si ea sequa- tur: Et qui inimico indicat vbi sit, quòd iter teneat, quomo- dò inueniet, quem querit ad deformandum iniustè, si illud sequatur. Iudex item condemnans iniustè, & omnes eius- modi condemnationi scienter fauentes, Dixi, Iniustè: quia quamuis laicus, qui iustè accusat, sententiam fert, vel exe- quitur, cum omnibus ad id auxilium præbentibus sit ir- regularis alterius speciei, vt dictũ est supra l non tamè huius, quæ est deterior, & difficioris dispensationis quàm illa, ex- cepto clerico ordinis sacri, qui hoc facit etiã iustè accu- sando sine protestatione prædicta: quia facit actũ illicitũ, iuxta regulam S. Thomæ, m vnde sequitur deformatio.

226 Duodecimò infertur, quòd nõ est irregularis huius speciei, nec alterius, qui ad recuperandum sua detinet fu- rem, quo ad iudex veniat, aut eidem tradat: neque qui furti sibi facti accusat in iudicio, quamuis suspèdatũ, modo ex- pressè protestetur, se nolle, vt Iudex illi irroget pœnã san- guinis. n & aliàs sic, etiã in foro conscientia, licèt id ei verè displiceat, vt colligitur ex glossa & Archidiacono o & affirmat Calderinus probatus ibi à Perusino: p si autem verè placeat, fiet irregularis, quo ad forum conscientia, etiã si scripto, aut verbo protestetur contrarium, secun- dum Ioannem Andream, Dominicum, & Perusinum. q Et ideo non semel consulimus, quibus id cõrigit, vt dispen- sationem obtinerent: quamquã Felinus r cõtrarium signi- ficet, allegando in id Ioannem Andream, s qui tamen in meo libro id non dicit, neque in libris Dominici & Perusini t qui cũ pro nostra parte allegant, & bene: quia ipse remittit se ad Hostiensem: v vbi copiosus quàm omnes id, quod nos asserimus, tenet. Nec obstat, quòd per solam volunta- tem, aut intencionem sine opere exteriori irregularitas non incuratur, vt supra dictũ fuit, x quia in proposito cum vo- luntate concurrat accusatio, aut querimonia exterior, quæ ad iudicem deferatur, & deformatio illam consequuta, & protestatio non est talis, qualem ius requirit ad excusandũ

A ab irregularitate: ius enim nõ requirit protestationẽ men- dacem, & fraudulentam, qualis est præfata: in nullo enim casu mentiri permittitur. a Hæc tamen irregularitas non est huius speciei, sed præcedentis, quæ ex defectu perfectæ lenitatis nascitur, nisi in clerico sacris initiato, vel benefi- ciario, qui peccat sic detinendo, tradendo, aut accusando sine dicta protestatione, vt dictum est.

227 Decimotertiò infertur, quòd est irregularis huius speciei, qui illicitè rixatur, aut certat cum alio, si eius amici superuenientes eum deformant, etiã si absque aliquo eius consensu id faciant, iuxta Ioannem Andream, b receptum à Panormitano, Felino, & communi: quia ex eius opere illi- cito in id aliquo modo ordinato, sequuta est deformatio.

B Decimoquartò infertur, quòd est irregularis huius spe- ciei, qui domi sua alit, aut custòdit feram aliquam bestiam, vt leonem, elephantem, aut vrsũ: & est in culpa soluẽdo, vel tenendo solutam, vt illa aliquem deformet: secus si non est in culpa, secũdum Innocentium, Cardinalem & com- munem: c quia quum est in culpa, ex opere illicito sequitur deformatio, non autem, cum non est in ea.

228 Decimoquinto infertur, quòd est irregularis huius speciei chirurgus, vel medicus, cuius dolo, ignorantia, aut negligentia, aut audacia omitendo suæ artis regulas, ictus, vel ægrotus deformatur: aliàs secus, iuxta mentem Specu- latoris receptam, d & Innocetij, & omnium. e Custos item infirmi, qui dolo, aut notabili culpa, aut contra consilium curantis præbet, aut facit aliquid, quò infirmus deformatur saltem citius, non autem si id faciat bona fide sine culpa notabili, licèt in aliquo errauerit, & potest se liberare scrupu- lulo consilio Doctorum, qui si etiã dubitant, irregula- rem se debet putare, iuxta Speculatorem. f

229 Decimosextò infertur, quòd est irregularis, secun- dum Speculatorem g receptum, qui cum non sit medicus, neque chirurgus, sagittam, aut aliud telum corpori infixum percusso euellit, vt citius moriatur, vel si ob id celerius moriatur, quàm aliàs moreretur: & etiã qui ad aliam par- tem infirmum vertit, vt citius moriatur: & qui aliquid hor- rù iubet, rogat, aut cõsulit, & ob id citiù moriatur, aliàs nõ.

D 230 Decimosseptimò infertur, quòd non est irregularis infans, neque dormiẽs, neque furiosus alium deformans. h Infans autem, quo ad hoc dicitur minor septennio, secun- dum glossam, i quod certum est quo ad forũ exterius: quo ad forum autem interius, videtur iudicandus talis maior eo, si nondum nactus est iudicium sufficiens ad peccandum: & non minor eo, si iam nactus est illud, vt colligitur ex Ioan- ne Andream, & Panormitano, k Imola, & Bonifac. l vbi fuit defectus iudicij, quod præsumitur post septem annos, & non ante. Et quamuis Zenzelinus receptus per Cardinalem & Ioannem Coloniensem, & Villadiegun, m & Sil- uestrum, n dicat, quòd est irregularis, qui ebrius iudicio ca- rens deformat: quia causa fuit illius, cum se inebriauit, o nobis tamen numquam placuit, quo ad omnino ebrium, & extra iudicium positum. Tum quia furiosus quamuis sua culpa furat, siue insaniat, non est irregularis deformando. p Tum quia multi inebriantur citra suam culpam. q Tum ob duodecim argumenta, quæ adhibet Maior q ad probandũ, quòd ebrius non peccat in eo, quòd extra iudicium manes facit. Tum quia neque qui dormiẽs deformat, fit talis etiã si deformet, quem vigilans deformare intendebas, vt r cõ- munis declarat. Et magnopere lætatus fui, cũ primum hoc Bonifacium tenere vidi, s quamquam communis opinio procedere potest in ebrio, qui iudicium omnino non ami- sit, & quo ad forum exterius, si tanta ebrietas non proba- retur: & etiã quo ad forum interius, in eo, qui sciens sole- re se inebriatum, sumere arma, & alios percutere, sua culpa inebriatus fuit, vt Marianus annotauit, t quia facit opus il- licitum, ordinatum ad id consuetudine ipsius. Quod ipsum dici potest de dormiente, & furioso, qui interdum ad se re- dit, si admoniti se dormientes, aut furentes capere arma, & percutere alios, sunt in culpa nõ prouidendi tempore, quo dormierint, vel furierint, ne talia faciant, à paritate, siue identitate rationis. v

F 231 Decimoctauò infertur, quòd fit irregularis iniuria affectus, si eius amici iniuriantẽ deformant, rogati, vel iussi ab ipso: & etiã si eo sciente, & non contradicente id fa- ciant, aliàs secus.

a Ca. 1. 2. q. 2. c. super ead. de iur.

b In c. Petrus de hom.

c In d. s. ad au- dientiam.

d Vbi sup. m. 15. c. in c. su. de homie.

e Vbi sup. m. 13. g Vbi supra.

h Cla. de ho- mie.

i Prædicta d.

k In c. 1. de de- lictis pœner. l In d. de. m In tract. de irreg. col. 28. n Vbi de iudi- cium. 3. q. 4. o Ca. in iudi- cium. 1. q. 1. p In c. gl. ca. 6. quia infirmus. 15. q. 1. c. Car. m d. l. 1. q. 6. c. im. gloss. 2. q. In 4. disp. 15. qu. 8. r In d. clem. 5. In d. clem. 26.

s In ca. ad au- dientiam. m. 55. de homie.

t Illud §. ad l. Aquil. c. 2. de tra. pœ.





*a Arg. capi. si quis viduam so. dist. c. periculosus. de poen. dist. 1. b Glof. recep. d. c. si quis viduam.*  
*c3. par. titu. 28. cap. 2.*  
*d Per d. in c. 24. nu. 5. Et in tractatu de red. ecclesi. asti. qu. 1. monito. c. 3. par. titu. 28. cap. 2. in prin. f Ver. b. omi. cid. 2. qu. 5. g Ver. homic. 1. §. 17. h De sen. ex. com. i Sup. ca. 24. k Cap. si quis viduam. so. dist. 1. l In c. ad audientiam. de homic. coo. ter recep. ibi. m Vbi supra. col. 32. n Cap. fin. de homic. li. 5. o Glo. recep. ibidem. p Ver. homic. 1. qu. 4. q Num. 211. r Ca. rati. habitio. ism. Ho. c. ratum. de reg. iur. li. 6. s Cap. cum quis de sent. excom. eod. li. r In c. omnes. 57. qu. 4. s In c. 1. de co. vers. infid. t In d. c. ad au. dientiam.*

*v Ver. homici. diu. 1. q. 10. x Eod. ca. nu. 232.*  
*y Capi. presb. de homic. z Capi. lator. Et c. contine. batur. de homicid. a Arg. l. si pu. tator. ff. ad l. Aquil. Et c. si. duo. Et c. cle. rico. so. dist.*

Decimononò infertur, quòd est irregularis, qui auertit aliquem à liberando alio ab iniusta deformatione, <sup>a</sup> quia ex ipsius opere illicito ad eam ordinato, sequuta est, quamquam nemo sit irregularis ex sola complacentia, quòd deformatur alius: quia id non sequitur ex ea, <sup>b</sup> licet in eo peccet. Nec consequenter medicus, qui non vult curare infirmum, qui ob id moritur: nec diues nò pascens, vel non vestiens, fame, vel frigore morietem, nec qui cum potest, non defendit, quem alij deformant, nisi sit iudex, aut qui suo officio ad id tenetur, iuxta S. Antoninum, <sup>c</sup> quia non sequitur ex opere illicito iustitiæ lege: & omisio operum caritatis etiam obligantis ad mortale, non obligat ad restitutionem damni, nec ad pœnas irregularitatis. <sup>d</sup>

232 Ex quo sequi videtur, non esse irregularem eum, qui omittit aliquod trium prædictorum facere, etiam si omittat voluntate & desiderio mortis eius, cui subuenire omittit, secundum S. Antoninum, <sup>e</sup> quamuis Siluester oppositū teneat, <sup>f</sup> & ante illū Angelus <sup>g</sup> sed sine ratione & textu idoneo: quia cap. *quanta*, <sup>h</sup> quod Angelus adducit, & est fortissimum fundamentum omnium, quæ allegari possunt, non loquitur de irregularitate, sed de excommunicatione, & magis inducit præsumptionem quo ad forū exterius, quam veram dispositionem, vt diximus. <sup>i</sup>

233 Vigesimo infertur, quòd est irregularis qui iubet, mandat, vel cõsulit aliquem deformari illicitè, sequuta deformatione, <sup>k</sup> siue statim, siue multò post id faciat, antequam iussum, vel mandatum reuocetur expressè, aut tacite per restitutionem inter eos primæ amicitia, ita vt in notitiā iussi, vel mandatarij veniat, iuxta Innocentiū <sup>l</sup> & Villadiegum. <sup>m</sup> Idè de iubente, mandante, vel consulente percussioem alicuius citra deformationē, ea sequuta. <sup>n</sup> Dixi, & repetij supra, *illicitè*: quia secus si licitè, quidquid Siluester <sup>o</sup> subtiliter, sed periculosè dicat. Tum quia tunc nò sequitur deformatio ex opere suo illicito. Tum quia ex dicto Siluestri inferretur, eū qui exercitiū ad præliandū, & vincendū absque alia intentione expressā, vel virtuali interficiendi cohortatur, esse irregularem huius speciei, cum tamen non sit etiam speciei præcedentis per probata supra. <sup>p</sup> Idem de ratiificante deformationē suo nomine factā, quam antequam fieret mādare poterat: quia ratihabitio his duobus concurrentibus mandato comparatur, <sup>q</sup> pro quo facit glossā, <sup>r</sup> quidquid ibi Archidiaconus dicat, & aliàs non: vt si factum fuit alterius nomine, aut suo, cum esset infans, aut furiosus, qui mandare non possunt, iuxta Ioannem Andræ & Panormitanum. <sup>s</sup> Hæc autem procedunt, siue is, contra quem consultitur, iubetur, vel mandatur, deformatur, siue consultus, iussum, vel mādatus, iuxta Panormitanum. <sup>t</sup> Inter consulentem autem, & alios hoc distat, quòd consulens non satisfacit reuocando consiliū: quia tenetur persuadere contrarium: nam cõsiliū datur gratia eius, cui consultitur, qui non tam citò credit ei, qui contrarium priori cõsilio suadet, quàm iussum, vel mandatarius mandanti, vel iubenti. Ex quibus colligitur, fuisse irregularem illum clericum, qui me pridem consuluit, dicens se consuluisse, coniugi cuiusdam absentis, quæ facta erat prægnans, certum modum abortiendi, quod consiliū postea pœnitenti ductus reuocauit: sed illa verita, maritum regredientem, exequuta consiliū, abortiuit.

234 Vigesimo primò infertur, quòd non est irregularis, qui scit tractari de alicuius deformatione illicita, & non significat illud ei (quamuis peccet mortaliter) si nec dicto, nec facto ad id iuuet, quidquid dicat Siluester <sup>v</sup> per dicta superius, <sup>x</sup> est tamen qui interest pugna iniustæ auxiliādo, incitando, aut exhortando suos, aut animos contrariis imminuendo, & etiam custodiendo vestimenta, aut sarcinas eorum, qui ad præliandum iniustè proficiscuntur.

235 Vigesimo secundo infertur, quòd magister castigans discipulum non fit irregularis, etiam si moriatur, si circumspèctè faciat, aliàs secus, <sup>y</sup> & clericus ludens cū clerico aut laico, qui decidens, suo se cultello deformat, sine alicuius notabili culpa, non fit irregularis, si licito ludo licitè ludebat, aliàs secus. <sup>z</sup> Et quod tecta reficiēs, aut aliquos lapides in alium locum iaciens, aliquem deformans, est irregularis, si dicto aut signo debite non præmonuit illac transituros, alioqui secus. <sup>a</sup> Et quod iaciens lapides in fues, aut alia animalia aliquem deformans, est irregularis, si admisit culpam

A non satis circumspèctè id faciēdo, aliàs non, <sup>a</sup> & quod clericus venans, aut ballista se exercens, aliquem casu deformans, est irregularis, iuxta Angelum, <sup>b</sup> & Siluestrum: quod intelligendum est de venatione aut exercitio illi illicitis, non autem de licitis. Non enim omnis venatio, nec omne ballistæ exercitiū est illicitum illi, vt illi præsupponunt. <sup>d</sup>

Vigesimo tertio infertur, quòd clericus introducēs meretricem per tecta in domum suam, si decidens moriatur, vel abortiat, fit irregularis, si verò introducat per viam planam, & idem contingat, minimè: quia licet vtrumque opus sit illicitum, & ex vtroque sit secuta deformatio casualis, prius tamen est sufficiēter ordinatum ad eam, & posterius non. Et quòd circumuersans campanā, cuius tintinnabulum solutum aliquem deformat, non est irregularis, si non fuit in culpa malè ligandi tintinnabulum, aliàs secus: vt quia erat campanarius ad id obligatus. <sup>e</sup>

236 Vigesimo quarto infertur, quòd iocans, aut saltans cum grauida muliere, quæ ob id abortit, non est irregularis, si licitè id facit, vt frater, propinquus, aut amicus honestus, secus si illicitè, vt amator obscenus aut clericus, aut monachus, cui eiusmodi saltatio esset prohibita. <sup>f</sup> Et quòd monachus, vel clericus beneficiarius, aut ordine sacro initiatus videns furem surripientem vociferatur, *latro, latro*, secuta deformatione, est irregularis huius speciei, si animo, vt deformaretur clamauit: aut credens, quòd superuenientes eum deformaturi erāt, vel ad Iudicem vt deformaretur ducturi, aliàs non. <sup>g</sup> Laicus autem, vel alius clericus idem faciens, esset irregularis præcedentis speciei.

Vigesimo quinto infertur, quòd est irregularis, qui dormiendo suffocat infantem in eodem lecto illicitè se positum, aliàs secus. Quando autem id licitè fiat, & quando non, dictum est supra. <sup>h</sup> Idem de mittente puerum ad puteum, aut ad flumen, vbi suffocatur. Et de eo qui fugiēs icturnius, propellit alterū, qui deformatur, & alia similia, quæ illicitè facta inducunt irregularitatem, aliàs non.

237 Vigesimo sexto infertur, quod rectè dixit Sotus, <sup>i</sup> aberrasse Siluestrum dicendo irregularitatem incurri à clerico, qui cadendo alienam arborē, casu aliquem interimit, etiam adhibita diligentia, quæ ipsum cadentem propriam, à culpa excusaret. Rectè etiam dixit, non fieri irregularem monachum, eo quòd sursum versus ipso mouente campanā tempore prohibito, illius tintinnabulū aliquem occidat, si eam diligentiam adhibet, quæ sufficeret ad excusandum eum à culpa, si tempore debito id faceret: licet enim in his duobus casibus opus sit illicitum, culpa tamen nullatenus dirigitur in mortem.

Vigesimo septimo infertur, quod eadem ratione recedo ab eodem Siluestro, <sup>k</sup> dicente irregularem fieri clericum qui mercans illicitè casu occidit aliquem absque alia culpa in id ordinata: & quod limitandus est Caietanus dicēs quòd licet clericus occidens casu venando, si tantam diligentiam, quā tam laicus adhibet, ne homicidium sequatur, non magis peccet, quàm ille, incurrit tamen irregularitatem, quam non ille, limitandus est, inquam, ne procedat in venatione, quæ sua natura in homicidium non dirigitur, qualis est venatio passerum, & perdicum ad aucupis cantum, vel accipitris sine armis, in prouincijs, in quibus non est prohibita: licet clericus peccaret id faciēdo tempore, quo diuinis interesse tenetur: neque si rogatus, vt se venantem comitaretur, fulminis icturno periret. Dixi, *Limitandum*, quia saluari potest in venatione vsorū, aprorum, & ceruorum, quæ armis exercetur, si mors per illa contingeret.

238 Vigesimo octauo infertur, quod non fit irregularis monachus minor peccans equitudo, eo quòd mula mansuetissima, qua vehitur citra suam aliam culpam puerum occidat: quia culpa incisionis eiusmodi mula nullatenus dirigebatur in talem mortem: & quod adulter, qui à marito cum vxore deprehensus sua defensionis causa eum occidit, est irregularis, vt dixi supra, <sup>l</sup> sequutus S. Antoninū: <sup>m</sup> quia adulterium est actus illicitus, & sufficiēter directus ad mortem inferēdam, attentata maritorum procliuitate, & consuetudine interficiendi adulteros, & suas vxores: & lege permittente in certis casibus patri, & marito eos, & adulterantes occidere, <sup>n</sup> & eadem ratione clericus adulter fit irregularis, si maritus ob id occidat vxorem secundum meam opinionem, quam sal. record. Pius V. probauit, cum

*a Gloss. d. ea. clerico. b Ver. homic. nu. 2. §. 13. c Eo. ver. q. 7.*  
*d Arg. glo. recept. m. c. 1. de cler. venat. Et not. in c. 1. de sagis.*  
*e Ca. Ioann. cum ei annos. de homicid.*  
*f Ca. sicut ex tuarum cum annot. ei per Pan. de homicid.*  
*g Ca. significasti. cum ei annos. de homicid.*  
*h Cap. 15. m. 1.*  
*i Lib. 5. de insti. Et fare. q. art. 9.*  
*k Ver. homic. 3. qu. 2.*  
*l Ca. 15. nu. 7. m 3. pa. tit. 5.*  
*n Arg. l. patri. ff. ad l. lul. de adult. Et l. Grachus. ca. eod.*



in sacra pœnitentiaria id controuerteretur. Adde hic ea, quæ tradimus in tub. de iudic.<sup>a</sup>

De dispensatione Irregularitatis.

- 239 Missam quis irregularis iuste dicat.
- 239 Dispensare potest, sed non solet, Papa in irregularitate homicidij voluntarij.
- 239 D. Eranciscus Tolerus Societatis Iesu insigniter laudatus.
- 240 Homicidium voluntarium exacte definitum, & cum quo dispensat Episcopus.

**D**E dispensatione huius irregularitatis dico primò, id quòd pridem respondimus, scilicet, licere facere sacrum post debitam contritionem & confessionem ante dispensationem ei, qui occultissimè occidit alium, & probabiliter est certum, & creditum, infamatum iri eum illud fecisse, nisi celebret: quia lex naturalis & diuina de defendenda sua fama præstat legi humanæ de abstinendo à sacro in irregularitate, per dicta supra. <sup>b</sup> Ad quæstionem autem, quam hic quærit quidam vir eruditus, scilicet, an idem sit dicendum de excommunicato occultissimo posito in simili periculo infamæ, & de moniali incidente occultissimè in censuram Papalem, vt ante moram petendi absolutionem possit communicare, quando alia ad id tenentur, & interesse choro, & aliis, quibus si abstineret fama eius, & monasterij periclitaretur? Ad quod respondeo affirmatiuè eadem ratione.

Secundò, quòd tam mala est quo ad forum conscientie hæc irregularitas occulta, quàm publica, per dicta supra, <sup>c</sup> vbi transcriptimus Concilium Tridentinũ, <sup>d</sup> quo Episcopis nouè conceditur facultas dispensandi super quacumque irregularitate descendente ex quocumque delicto occulto, excepto homicidio voluntario. Super dispensatione verò descendente ex voluntario idem Concilium <sup>e</sup> statuit in hæc verba. *Cum etiam, qui per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari auelli debeat: qui sua voluntate homicidium perpetraverit, etiam si crimen illud, nec ordine iudiciario probatum, nec alia ratione publicum, sed occultum fuerit, nullo tempore ad sacros ordines promoueri possit, nec illi aliqua Ecclesiastica beneficia, etiam si curam non habeant animarum conferre liceat: sed omni ordine, ac beneficio, & officio Ecclesiastica perpetuo careat. Si verò homicidium nõ ex proposito, sed casu, vel vim vi repellendo, vt quis se à morte defenderet, fuisse commissum narretur, quã ob causam etiam ad sacrorum ordinum, & altaris ministerium & beneficia quacumque ac dignitates iure quodammodo dispensatio debeat, committatur loci ordinario, aut ex causa Metropolitanano, seu viciniori Episcopo, qui non nisi causa cognita, & probatis precibus, ac narratis, nec aliter, dispensare possit.*

Ex quibus duobus cap. nota primo, quòd ante prædictũ Concilium non licebat Episcopis dispensare super hac irregularitate publica, neque occulta. Ad quod probandum aliàs hic adduximus multa, quæ nunc tamquam superuacanea omittimus.

Secundo nota, <sup>f</sup> duplex homicidium voluntarium illicitum. Alterum in se intentũ, ac volitum, super quo statuitur, ne dispensetur. Alterum volitum in se causa defensionis: nam verſ. *si verò*: ponit duplex genus homicidij illiciti, scilicet, casuale, & factum causa defensionis, quod intelligendum est de intento, & volito in se, licet causa defensionis, alioqui enim superflueret: quia cõtineretur sub casuali altero membro disunctiua. Ex quo tertio nota, quòd homicidium intentum, & volitum in se causa defensionis, licet sit illicitum ob excessum inculpatæ tutelæ, non est indispensabile, quod est quotidianum in praxi: ad quod hunc canonem efficaciter in sacra Pœnitentiaria inducentem iucundè audiui admodum Reuerendum Collegam in ea meum Franciscum Toletum, excellentem sacræ paginæ Doctorem, & acerrimum antea Gymnastam, ac nonnullis annis primum sæl. recorda. Pij V. & nunc S. D. N. Ecclesiasten cum primis Vrbi, & orbis suspiciendum, Illustrissimæque Societatis Iesu singulare ornamentum.

240 Tertio nota, quòd ex eodẽ Conc. <sup>g</sup> & his quæ aliàs hic, & prius, <sup>h</sup> de consec. dixi, potest definiti homicidium voluntarium, super cuius irregularitate dispensandi potestas excipitur in omnibus facultatibus dispensandi super

irregularitate factis tam summo Pœnitentiario, quàm Legatis, Cruciatarũ Cõmissariis, & quibuscumque aliis. Definitum in quã potest, esse homicidium illicitum, intentũ, siue volitum in se saltem equipollenter, aliàs quàm vitanda mortis causa ab oratore. Dixi, *illicitum*, ad differentiã eius, quòd neque est licitũ neque illicitũ quale est factum ab infante, vel furioso, <sup>a</sup> eius item, quòd est iustum, quale est, quòd ministri militiæ, vel milites in bello iusto iustè faciunt, de quo supra in quarta specie. Ex quo videtur inferri prædictos, & alios, quibus fit facultas dispensandi super omni irregularitate excepta illa, quæ nascitur ex homicidio voluntario, posse dispensare super ea, quæ nascitur ex homicidio iusto, cum solum homicidium iniustum dicatur voluntariũ per prædictã definitionem. Dixi, *Intentum, vel in se volitum*, quia nõ sufficit, vt sit volitum in causa, quale est omne casuale producens irregularitatẽ secundum S. Thomã receptum. <sup>b</sup> Dixi, *Saltem equipollenter*, ad includendũ illud, quòd non est quidem intentum, seu volitum in se, sed in causa adeo propinqua morti, vt moraliter vix sint patibilia, velle illã causam, & nolle occidere. Cuiusmodi sũt, nolle occidere, & venenũ, quòd scit esse mortiferum propinare, vel ferire ense pũctim circa præcordia, vel circa caput etiam cæsim. Dixi, *Aliàs quàm &c.* ad excludendum intentum ob defensionem vitandæ mortis causa. <sup>c</sup> Dixi, *Ab oratore*: quia non sufficit vt intendatur ab alio: fit enim sæpe, quòd idem homicidium sit voluntariũ vni, & non alteri, quale est, quòd facit Petrus percutiendo alium animo occidendi, mandante Ioãne, vt aliquam iniuriam leuem citra deformationẽ ei dicat, vel faciat. Illud enim Petro est voluntarium, & Ioanni non. Et contrã, quòd famulus facit propinando potum veneno infectum animo iocandi, mandato heri persuadentis esse solo sale inspersum, id enim famulo non esset voluntarium, & hero sic. Quæ definitio fundatur, tum in d. cap. 7. quatenus in tribus locis significat omne homicidium indispensabile esse volitum in se scilicet, ibi, *Per industriam, vel per insidias*, & ibi, *Voluntate sua*, & ibi, *Ex proposito*. Tum quia S. Thomas receptus. <sup>d</sup> ait voluntarium differre à casuali, eo quòd illud est volitum in se, & casuale in causa tantum. Tum quia longè magis peccat, qui intendens occidere, occidit, quàm qui non intendens illud facere, id facit. Adeo quidẽ, quòd occidens sine animo occidendi, minus peccare dicitur, quàm vulnerans animo occidendi, <sup>e</sup> quia hic est in dolo, ille in culpa, & dolus præponderat culpæ. <sup>f</sup> Tum quia mandans vulnerare aliquem citra mortem, licet mandataris occidat, non debet pœna ordinaria mortis puniri, sed minori, secundum Communem, quam post plurimos alios sequitur Decius, <sup>g</sup> & Alciatus, <sup>h</sup> & non alia ratione, quàm quia non intendebat occisionem. Ergo qui occidit aliquem non intendens occidere, non incurrit irregularitatem indispensabilem, quam incurrit intendens occidere, quum *secundum mensuram delicti debeat esse plagarum modus*. <sup>i</sup> Tum quia capit. finali, <sup>k</sup> quòd maximè contra hoc facit, non probat mandantem percutere citra mortem, ea conſequuta, esse homicidam voluntarium, neque irregularem irregularitate indispensabili, sed tantum esse irregularem, quòd & nos fatemur. Tum quia nullo iure probat Caietanus, <sup>l</sup> quòd percutiens in vtero prægnantem, sine animo caufandi abortum, si ille sequatur, est homicida voluntarius. Et quòd faciens sine animo occidendi, aliquid, ex quo vt plurimum sequitur mors, illa sequuta, est homicida voluntarius: quia id maximè fundat in dicto cap. finali, & in dictis S. Thomæ, quòd autem in d. capit. finali non probetur, supra probatũ est: & quòd dicta S. Thomæ id non probent, probatur eo quòd ait in corpore quæstionis, omne, quòd non est volitum in se, sed in causa tantum, esse casuale, & in secundo argumẽto, & eius solutione sentit homicidium percutientis in vtero prægnantem sine occidendi animo esse casuale, licet punibile, & non voluntarium. Tum quia d. ca. finali si probaret, quòd ait Caietanus, probaret, quòd etiam faciens id, ex quo non sequitur, vt plurimum homicidium, esset homicida voluntarius: quia vt plurimum non sequitur mors ex percussione nolentis occidere: nam & ex percussione volentis occidere pluries definit sequi mors, quàm sequatur, vt experiẽtia docet. Tũ quia in cap. *significasti*, <sup>m</sup> clarè significatur dispensandum esse cum clerico, qui percussit sacrilegum fossorio, sine animo

occiden

a. n. 107.

b. Ca. 7. n. 2. & 3. & c. sicut de consec. d. 1.

c. Eodem nu. 4. & Cap. 6. sess. 4.

e. Sess. 14. c. 7. de reform.

f. Ex di. ca. 7.

g. Cap. 7. h. In principio d. 1.

a. Capi. illud. 15. q. 1.

b. 2. 2. q. 6. ar. 5.º.

c. Per illud. 7. cap.

d. Vbi supra.

e. l. 1. §. dicitur. ff. de sicar. & facit l. 1. §. l. i. qui. Co. en. l. l. item §. ob stertre. §. ff. ad l. Aquil. g. Conci. 622. h. In l. magna negligencia. ff. de ver. sign. i. Dent. 25. & c. non affirmauit. 24. q. 1. k. De homici. lib. 6. l. In d. ar. 5.º.

m. 2. de homici.



occidendi, licet ob id ab aliis fuerit occisus. Tum denique quod, ut supra ponderatum est, prædictum cap. 7. probat non omne homicidium illicitum intentum, & volitum in se, esse indispensabile, dicens, non esse tale intentum causa defensionis.

Quartò nota, quòd post prædictum Concilium non potest Episcopus dispensare cum homicida voluntario ad vltos ordines, neque vllum beneficium, etiam simplex, vt disponitur ibidem: a quauis cum alio posset dispensare quo ad ordines minores, b & etiam ad beneficium, per cap. 2. c omnium iuris optimum secundum Anagniam, d modo sit simplex, iuxta Panormitanum, e & Felinum, f & etiam ad retinendum curatum iam obtentum, licet nõ ad obtinendum, iuxta Deciu, g concordantẽ sic opiniones contrarias.

De Irregularitate delicti accipiendi, aut exercendi male ordines.

141 Irregularis, vt sit ordinatus, aut ordine vtens in censuris, aut ab Episcopo censurato, aut extra tempora, aut vtens ordine non habito. & seq.

241 **I**RCA hæc dico primò, quòd est irregularis, qui sciens, aut scire debens se esse excommunicatum excommunicatione maiori, aut interdictum, aut suspensum, saltem à suscipiendis ordinibus, ordinatur.

h Dixi, excommunicatione maiori: quia minor, quamuis sufficiat ad peccandum, non tamen sufficit ad irregularitatem incurrendam. i Dixi, vel debens scire: quia ignorantia crassa non excusat, k qualis est eius, qui ad constitutum diem sub pœna excommunicationis fuit citatus, & non comparuit, & postea celebrat nesciens se à iudice fuisse excommunicatum, vbi de cõsuetudine tales contumaces excommunicantur, iuxta Aneharauum, l receptum etiam per Villadiegum. m Neque Episcopus in hac potest iure antiquo dispensare, nisi cum ingrediente religionem post bonam aliquanti temporis conuersationem. n Dixi, iure antiquo: quia nouo Tridentino o potest, si delictum sic celebrandi est occultum, erit autem occultum si excommunicatio est occulta, licet celebratio sit publica, p quia quamuis actus celebrandi sit publicus, non est tamen publica eius malitia: quod in sacra Pœnitentiaria definitum fuit.

Secundò dico, quòd etiam est irregularis, qui quatuor ordines minores, & subdiaconatum vno eodẽque die suscipit, q sed consuetudine excusari potest, iuxta S. Antoninum, r vt supra a diximus. Et à fortiori, si duos sacros ordines suscipit. Nec obstat, quod supra t dicitur, quòd est suspensus, ideoque non est irregularis: tum quia cap. litteras, v quod de illo disponit, vtitur verbo suspensus, vt antiquiora iura, quæ præcesserunt cap. nisi, x ante quod non erat frequens in canonibus verbum irregularitas, vel potius quia d. cap. litteras: loquitur de ordinato duplici ordine sacro non præcedente excommunicatione contra eum, qui sic ordinaretur: qui licet sit irregularis, non tamen est tantum, quantum, qui duos ordines sacros accipit præcedente excommunicatione contra sic accipientem, vt colligitur ex cap. 1. 2. & 3. y cum eis adnotatis à Panormitano, & aliis, quamuis Episcopus potest concedere vsum aliorum prius susceptorum. z

Tertiò dico, quòd est irregularis, qui ordinatur ab Episcopo, qui se abdicauit episcopatu suo quo ad locũ, & quo ad dignitatem, a sciens, aut scire debet eius abdicacionem, quauis de facultate sui Episcopi ordinetur, iuxta omnes. b

Quartò, quòd qui ab Episcopo excommunicato, interdicto, aut suspeso simoniacò, schismatico, heretico, aut deposito, aut degradato ordinatur est irregularis: quauis characterem suscipiat per prædicta: c nõ tamẽ executionem siquidem qui eam non habet, alteri dare non potest, modo sit denunciatus talis per extrauagantẽ ad euitanda, relata supra d & ad id iusto timore nõ cogatur. e Potest autẽ Episcopus dispensare cũ eo, qui ignoras denũciacionẽ, ordinatur. f

Quintò dico, quòd qui ordine sacro ordinatur ante legitimã ætatem, vel extrã tempora legitima, vel absque literis dimissoriis, non est irregularis, est tamen ipso iure suspensus, & si antequã absoluator, eum exercent sit irregularis. g

242 Sextò dico, quòd quamuis qui per saltum ordinatur

accipiẽdo maiorem ante minorem ordinem, verum ordinem suscipiat, etiam si primo saltu ex laico presbyter fiat, iuxta glossam, receptam communiter, a est tamen suspensus, & prætermittitur ordinem sine dispensatione accipere nequit. Potest tamen Episcopus antequã accepto vtatur, dispensare, vt prætermittitur suscipiat, & postea ambobus vtatur, sed si priusquam dispenseur, vtatur accepto, aut prætermittitur, videtur talis irregularis, cum quo solus Papa ad maiorem ordinem dispensat, si sciens errorẽ id fecit, si autem per ignorantiam, Episcopus potest: immo & si scienter vltus fuerit potest episcopus dispensare ad exercendum acceptum, quamuis non ad maiorem suscipiendum. b

Septimò dico, quòd est irregularis, qui ordine, quem non habet vtitur, c modo illo vtatur serio, & non ioco, d & tamquam ordinatus eo, & nõ vt laici ex consuetudine interdum exercent officiu minorum ordinum, iuxta S. Thomam, e & S. Antoninum, f aut non initiatus presbyterio, siue consueta solennitate, vt alius baptizat, aut nondum subdiaconus, epistolam cantat ex choro, aut altari, etiam cum dalmatica, sed sine manipulo, aut cum eo, vbi est talis consuetudo, iuxta S. Antoninũ, g & affirmat Villadiegus, h fratribus mendicantibus esse consuetudinem eam dicere, etiam cum manipulo, secus enim si solum executione careat, eo quòd inordinatione aliqua solennitas accidentaliter defuit: licet enim peccet vtendo, antequã illa suppleatur, i non tamen fit irregularis. Quin pridem respondi, quòd quamuis clericus primæ tonsuræ, qui solenniter cantauit epistolam cum manipulo tamquam subdiaconus, vbi non erat cõsuetudo cantandi eam cum illo nisi subdiacono, sit irregularis: in foro tamen animæ non est talis, si noluit id facere tamquam subdiaconus, licet in foro exteriori putaretur talis: quia præsumeretur id fecisse, vt subdiaconus. Ad dubium de laico audiente serio confessionem sacram, & absolvente, simulando se presbyterum, respondeo, quòd fit irregularis per prædicta: quia solenniter facit actum appropriatum ordini presbyterali, quo caret.

243 Octauò dico, quòd est irregularis clericus violans interdictum generale, aut speciale, locale, aut personale sepeliendo, administrando sacramenta, aut celebrando diuina officia sic, vt aliquod opus peculiare alicuius ordinis faciat, vt dictum est supra. k Dixi, Clericus: quia laicus quamuis sæpe peccet mortaliter interdictum violando, numquam tamen irregularitatem incurrit, vt supra l dictum est. Dixi, Interdictum: quia secus de cessatione non mixta interdicto, vt dictum est supra. m

Nono dico, quòd solus Papa cum tali ad ascendendum ad maiorem ordinem dispensat, quamuis ad vtendum accepto possit Episcopus. n

De Irregularitate ex delicto violandi censuras celebrando.

244 Irregularis vt sit censuratus celebrando, aut actum ordini proprium agendo, & seq.

244 **R**IMO dico, quòd excommunicatus excommunicatione maiori, interdictus, aut suspensus, qui sciens, aut scire debens, celebrat officia diuina, faciendo solenniter aliquid alicui certo ordini suo deputatũ tamquam ordinatus tali ordine, aut audit authorando, est irregularis, iuxta communem, quam Hostiensis, Ioannes Andreas, Panormitanus & alij tenent. o Et probatur de excommunicato in cap. si celebret. à contrario sensu, p & de suspeso in cap. 1. q Dixi, Excommunicatione maiori: quia minor ad hoc non sufficit. t Dixi, Sciens, ad excludendum eum, qui per ignorantiam probabilem hoc facit, & ad includendum eum qui per crassam. s Dixi, Diuina officia: quia peragendo alia, puta iudicando, visitando, castigado, præsentando, eligendo, cõfirmando electum, &c. non incurritur: quia id nullibi cauetur, & ita non est dicendum. u Dixi, Aliquid certo ordini suo, ad excludendum, iuxta doctrinã Innocentij, v receptam communiter, eos qui recitant aliquas horas, etiã canonicas, & responsoria ad sepulchra mortuorum cantant, aut Psalmos in choro, quod etiam consueverunt laici facere, aut ferunt cereos, aut faciunt aliquid aliud minoribus ordinibus annexum, quæ merè laici consueverunt facere, vt S. Thomas & Antoninus, x dixerunt.

a In d. cap. 7. b lux notata in c. ad audientiam. de hom. c De cle. pug. in duel. d Ibidem. e Ibidem. f In d. c. ad audientiam. g In c. nisi s. i. de iud. n. 10. h Cap. 1. de eo, qui furt. ord. suscep. i c. cum illo rum. de sent. excommunic. k Ca. si celeb. de cler. excõ. minist. l Ca. Apосто. lica. de cle. ex com. m In d. c. Aposto. lica. n Col. 4. vbi supra. o Cap. si. de eod. qui furt. ord. p Sess. 24. ca. 6. q Arg. l. in de lictis. s. si extraneus. ff. de noxal. act. r Cap. 2. eod. tit. t 3. parte. tit. 14. cap. 16. s. 16. u Cap. 25. nu. 71. v Cap. 25. nu. 71. w De temp. ord. x De renuntia. y De eo. qui furt. or. susc. z Di. c. 1. de eo qui furt. a Cap. 1. de ord. ab Episc. cap. qui Episc. cap. renunc. b Ca. 2. 19. d. ca. quod quidam. s. quamuis. c. s. sciendum. 1. qu. 7. c Et per cap. gratiam. d. capi. statum. e. 1. 2. 2. q. 1. d Eod. num. 35. f Arg. c. con. stat. 1. quas. 1. g Arg. c. si. de ord. ab episc. cap. ca. statum. h ca. si simoniacis. 1. qu. 1. i Per extrau. cum ex sacro rum citatam sup. c. 25. n. 70. k In hoc nu. 155.

a Ca. sollicitu do. 2. d. c. 1. de cler. per sal. promot.

b Arg. cap. 1. c. eorũ, qui post alios ibi annotat Pa. de cler. per sal. promot. c. Sylu. ver. irregularitus. qu. 11. c. Capit. 1. de cler. non ord. minist. d. Arg. c. illud 15. qu. 1. e. In d. d. 24. f. 3. par. ti. 28. cap. 1. g. Vbi supra. h. 3. i. Vbi supra. col. 4. 2. i. Cap. 1. de sacramen. non iteran. cum a. not. ibi.

k Eod. cap. n. 189. l Eod. cap. nu. 187.

m Eod. capit. num. 188.

n Pan. in c. 1. de cle. non ord. minist.

o In cap. 2. de cler. excom. minist. p Eod. tit. q De re iudicata lib. 6. r Per d. capi. si celebrat. de cle. excom. minist. s Ar. c. a postolica cum ei annot. eodem tit. t Ca. legatur. 24. q. 2. c. e. is qui. de sen. excommuni. lib. 6. v In c. si. de exc. s. s. p. x Cirati sup. proxime.



Dixi, solenniter, ad excludendum eum, qui dicit epistolam, aut euangelium sine apparatu solito, vt proximè dictum est. Dixi, Tamquam ordinatus tali ordine, ad includendum, hebdomadarium, qui tamquam sacerdos capitulum dicit & orationem in choro, & aquam solenniter benedicit. Quod Siluester declarat. Dixi, aut audit auctorando, ad includendum prælaturam, aut dominum, qui ligatus aliqua censura coram se celebrare facit aliquem, siue sit ligatus ea, siue non: aut aliquem ligatum, licet ipse non sit ligatus, iuxta glossam singularem, b commendatam per plurimos.

245 Secundò dico, quòd non distinguimus, vt alij \* inter suspensum quo ad se solum, & inter suspensum quo ad se, & quo ad alios: quia loquimur de suspensio suspensione propria, quæ est species censuræ ecclesiasticæ supra c definita, qualis non est ea, quam peccatum mortale, vel irregularitas facit, vt ibidem dictum est.

\* Inter suspensum quoad se solum. Siluester verb. Suspendio. §. 1. post Archidiaconum tripliciter dicit aliquem esse suspensum, quoad se tantum, quia scilicet prohibitus est ministrare, sed non tenetur quis eum vitare, vt est is qui in peccato mortali constitutus est, quoad alios autem suspensus est, v.g. peregrinus, qui ex deuotione celebrare permittitur, in occulto, sed non in publico, & neuter horum proprie suspensus est, nec fit celebrando irregularis. Suspensio denique quoad se & quoad alios, est is qui per sententiam canonis vel hominis est ab officiis suis suspensus, qui propriè hic suspensus nominatus, & qui si celebret etiam post penitentiam fit irregularis.

Tertio dico, quòd in hac irregularitate solus Papa dispensat iuxta Innocentium & communem. d

*De Irregularitate ex delicto iteradi Baptismum.*

246 Irregularis est bis baptizans, aut bis baptizatus. num. 247.

**P**RIMUM dico esse irregularem, qui sciens se esse baptizatum, iterum se permittit baptizari, e & qui rebaptizat, quæ scit esse baptizatum, f etiam ignoranter, g nisi ignorantia esset probabilis & iusta, iuxta Scotum, h & Cardinalem S. Xisti, i quamuis glossa, Archidiaconus, & citati per eum aliter ibi dicant per illum textum, cui nos ibi nouè respondimus: & etiam dubium probabile excusat: quoniam non monstratur esse iteratum, quod nescitur esse factum. k Ignorantia probabilis est ei, qui adhibita diligentia debita scire non potuit, an qui offertur, sit baptizatus, vel non, qui baptizandus est sub ea conditione, si non es baptizatus, ego te baptizo. l Talis tamen non est ei, qui scit eum natum ex parentibus Christianis, & educatum inter Christianos, qui infantes recens natos baptizant: debet enim credere esse baptizatum. m

Secundò, quòd vt diximus alibi, n parochus non debet iterato baptizare illum, quem obstetrix baptizauit, donec cognoscat ex ea, an & quomodo baptizauit: & si cognouerit eam scire baptizare, & baptizasse rectè, debet alia omnia supplere, sed non baptizare, etiam sub conditione, si non es baptizatus, &c. quosdam tamen qui sic baptizarunt bona fide, respondi pridem non fuisse irregulares quo ad forum exterius, licet peccauissent: quia verè non baptizarunt, cum conditio esset de præterito, vel præsentis, & talis falsa faciat cessare actum. o Et quia intentio eorum non fuit iterare baptismum, & actus agentium non operantur ultra intentionem eorum. p

247 Tertio dico, quòd idem est de iteratione reliquorum sacramentorum, quæ characterem imprimunt quæ sunt confirmatio, & ordo, secundum S. Antoninum per cap. dictum, q quod agit de bis confirmatis, & cap. i. r quod agit de bis ordinatis, licet acerrimus Scotus, s communiter receptus oppositum teneat, cuius opinio etsi iuri scripto aptior videatur, consuetudini tamen illud interpretandi aptior est S. Antonini: & ideo tenenda. t

*De Irregularitate ex delicti notorietate.*

- 248 Irregularem sola enormitas peccati non facit, quid aliud requiratur. num. seq.
- 249 Sodomita non est irregularis, sed hodie grauissimè punitus.
- 250 Mattheus Contarellus S. D. N. Datarus laudatus.
- 251 Collatio beneficij facta irregulari nulla.

- A 252 Irregularis an omnis incapax beneficij.
- 252 Irregularitas pœna maior excommunicatione minore. num. 253.
- 253 Commissio sicut mandatum expirat morte committentis.
- 254 Confessarius quis per Bullam electus tollit irregularitatem.
- 255 Occultum, & penè occultum quid, & quotuplex.
- 255 Publicum quid, & quotuplex.
- 255 Qualitas adiuncta verbo iuxta eius tempus intelligitur.
- 255 Dispensat, vt Episcopus in irregularitate notorij criminis, & in nulla Confessarius.

**D**Ico primò, esse irregularem eum, qui notorio crimine, enormi, & digno depositione notatur. a Dixi, Notorio: quia id requiritur. Quod autem sit illud dictum est supra, b de hac ipsa re tractando. Quibus est consequens, non sufficere, quod probari possit, aut sit fama de eo, aut sit confessum extraiudicialiter, vt S. Antoninus dixit. c Dixi, depositione digno: aliàs secus, vt dictum est. d

Secundò dico, quòd crimina depositione digna sunt adulterium, & omnia alia maiora illo, concubinarus diu continuatus, præsertim notorius, & stuprum virginis, & alia similia, de quibus latè Panormitanus & alij, e & Aretinus. f

**T**ertio dico, quòd quæcumque enormitas sine notorietate non sufficit, quamuis contradixerunt glossæ, g & Villadiegus, h & Angelus & Siluester, i post S. Antoninum, k malè iniicientes magnos scrupulos multis Ecclesiasticis, qui delicta enormia occultissima commiserunt. Tum quia contra eos est dictum caput ex tenore, vbi expressè hoc ait Innocentius. Tum quia Bartholomæus Brixienfis, l tenet contra eam, inducendo capit. fin. m per quod nouè declarauit Gregorius IX. nulla crimina occulta præter homicidium facere irregularem. Tum quia hoc probatur per cap. is, qui, n quatenus habet, nullum crimen, quantumlibet graue irregularitatem inducere, nisi de quo id à iure specialiter statuatur, vt hunc effectum habeat, vt homicidium. Tum quia nullo solido fundamento nituntur contradictores: solum enim nituntur auctoritate Bernardi, & Hostiensis, o & Speculatoris, p & Ioannis: q quos licet Antonius sequatur, r contra tamen tenet alibi, s se quous Innocentium. t Speculator etiam vltimo loco, v refert opinionem Vincentij contrariam. Tum denique per ea, quæ adducit contra eos Aretinus. x

249 Quarto dico, quòd hæc consequitur crimen occultum sodomix, licet nefandum, de quo interrogamur, non inducere irregularitatem: quamuis Speculator, y contra teneat, nisi opinionem supra reiectæ, tum per prædicta. Tum quia, vt dictum est, enormitas non sufficit, nec requiritur ad inducendam irregularitatem: hæresis enim mentalis enorme crimen est, & multò maius quàm quædam alia inducentia irregularitatem iuxta S. Thomam, z & etiam desperatio, a & multò enormius odium Dei, b quorum tamè nullam irregularitatem inducit: & alia multò minoram eam inducunt, c quin aliquando opera bona. d Tum quia nunquam vidi, nec audiui dispensationem super hoc. e Sede Apostolica datam esse vel petitam. Tum quia e Aretinus ex professo, hæc tractans irrefragabiliter id comprobat. Nec me in contrarium mouent illa plurima, quæ diligentissime tradit præfatus Illustrissimus Præses, f quia vt ipsemet fatetur, non est de casibus expressis in iure, extra quos non incurritur irregularitas, vt dictum est supra. g

**Q**uintò, quòd dubitari potest, an incurrat eam iure nouo extrauagantis \* scilicet rec. Pij V. h cuius tenor, quo ad hoc est. Omnes & quoscumque presbyteros, & alios clericos seculares, & regulares cuiuscumque gradus, & dignitatis, tam diu nescias (puta sodomix) exercentes, omni priuilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio Ecclesiastico presentis canonis auctoritate priuamus. Ita quòd per iudicem Ecclesiasticum degradati, potestati statim seculari tradantur.

\* Extrauagantis scilicet recor. Hæc extrauagans continens Clericorū nefandi criminis reorū pœnas, est 70. inter Pij V. constitutiones.

Ad quod dico primò, non inducere illam, quo ad laicos: quia nil agit de illis. Secundò dico, quòd nec quo ad clericos, si teneamus pœnas eius ipso iure non incurrit:

a Ver. irregu- laritas. q. 13.

b In clem. 2. de priuileg. vet. celebra.

c Eo. c. n. 151.

d In c. c. de re iud. lib. 6. ad iunctis, quadi- cit. in ca. 1. de sent. excom. eod. lib. & c. si. de excess. pralat.

e Capi. eos. de consec. dist. 4. f Capi. 2. de a. posta.

g Ca. qui bis ignoranter. de consecrat. d. 4.

h In 4. d. 6. q. 8.

i In d. ca. qui bis.

k Cap. sollem- nitates. 1. de consec. & c. 1. de cleric. per saltum pro- mot.

l Capi. 2. de bap- t.

m Ca. veniès de presbyto. non baptiz.

n In d. c. qui bis.

ol. cū ad pra- sens. ff. de re- bus cred. cum gloss. & citat. in ea.

p Non om- nis. ff. eod.

q De consecr. dist. 5.

r 68. dist.

s In 4. d. 7. q. vit.

t Arg. c. cum dilectus. & c. fin. de quæ- sue- tud.

a Dist. cap. 5. de temp. ord. b Cap. 25. num. 71.

c 3. part. in. 28. c. 6. §. 7.

d Vbi supra.

e In cap. si cler. §. de m die

f In c. cum ni ab homine. e od. sit. gloss. in summa 11. q. 8. & ca. 1. 21. dist.

g In c. si. 2. d. & c. ex tenore. de tempo. ordin.

h Vbi supra. ca. lum. 35.

i Verbi irregu- laritas qu. 4.

k Vbi supra

l In additioe gl. in d. cap. 7. 25. dist.

m De tempo. ordin.

n De iur. ex com. lib. 6.

o In c. nisi y 1. de reuoc. ciat.

p In tit. de u. spons. 6. l. 1. n. 17.

q In c. vlt. 21. dist.

r In d. §. m. §. 1.

s In d. c. ex te- nore.

t Ibidem.

v Num. 28.

x In cap. cum non ab homi- ne col. 13. & duob. seq.

y In d. m. 17.

z 2. 2. q. 11. d. 3.

a Idem ibid. qu. 20. ar. 3.

b Idem ibid.

c Ca. presby- terum. c. conu- nebatur. de homicid. d. Vt supra. num. 200.

e Vbi supra.

f In clem. 1. de homicid. 1. part. num. 6.

g Num. 102. per d. c. is qui. h Quæ inq. H. 17. endam ed. v. am. 1568.

quod



a Ca. excom-  
municam. de  
haret. & mul-  
ta capitu. Bul-  
la Coena iſer-  
ta. ſupra eo.  
nu. 52.  
b In c. Rodul-  
phus. nu. 28.  
c Ca. in poen.  
de reg. iur. li.  
6.  
d ff. de adul-  
teri.  
e In proœmio  
ff. nu. 10.  
f In c. 1. n. 24.  
de iudic.  
g In l. quis ſit  
fugitiuus. §.  
erronem ff.  
eodem. & l. ſ.  
ff. de abig.

h 2. 2. q. 154.  
art. 11.  
i lbi.  
k De ſponſ.

l 35. qm. 2.

m Ar. l. ut reſ-  
ponſum. C. de  
tranſ.  
n Per dicta  
ſupra.

o In c. cum no-  
ſtra de con-  
ceſſ. prabend.  
p lbi. & ubi  
que.  
q In c. inquisi-  
tionis. de ac-  
cuſ.  
r Ne cleric.  
vel monach.  
ver. priuati.  
s Arg. c. mi-  
ror. ſo. d.  
t In cap. 2. de  
reſcrip.  
u De tēp. ord.  
ubi ſupra.

x Ca. trans-  
lato conſtituit.  
y In c. ſtude-  
at. ſo. d.  
z De de. ex-  
com. miniſt.  
a Capitu. ſi. de  
reſc. lib. 6.  
b De clerico.  
c pug. in duel.  
c ſo. diſt.

quod tamen teneri non poteſt, propter illa verba, *praſentis canonis auctoritate priuamus*: quæ cum ſint praſentis temporis, inducunt ipſo iure pœnam, vt tradit Felinus, b & ſentit gloſſa, c communiter recepta. Tertio dico, non includere illam quemcumque clericum ſodomitam, ſed ſolum exercentem, quod verbum dixit mihi S. D. N. Gregorius XII. de induſtria poſuiſſe in ea Reuerendiſſimum, eundemque doctiſſimum ac integerrimum, nec pretio, nec precibus à recto flexibilem virum Matthæum Contarellum Datarium eiufdem Sanctiſſimi fideliffimum, quia me conſultus id ipſum reſpondit.

250 Ideoque arbitror tantum comprehendere eos, qui quaſi ex vſu continuato id exercent vt ſatis colligitur ex l. ſciendum §. illud, d per quem Bartholus, e quem ſequitur Panormitanos f dicit artificem, vel mercatorem non dici eum, qui ſemel, aut iterum, artem, vel mercaturam exercet, ſed eum, qui toties, vt vulgi opinione habeatur pro tali: \* ſicuti etiam erro, & abigeus non dicitur quis pro vno, vel altero actu, & ita temperanda videtur dicta extrauagans ſaltem, quo ad forum conſcientiæ, vt ſolum comprehendat eum, qui ſic labitur in praſatum crimen, vt boni viri arbitrio dici poſſit exercitor eius, non autem, qui tantum cadit aliquoties, & pœnitet cecidiſſe.

\* Sicuti etiam erro & abigeus. Erronem puſillum fugitiuum vocant iuriſconſulti, & qui non ita fugit vt non amplius reuertatur, ſed frequenter ſine cauſa vagatur, & temporibus in res nugatorias conſumptis ſerius ad dominum reuertitur. Abigei autem proprie ſunt qui pecora ex paſcuis & armentis ſubtrahunt, & quodammodo deprædantur, & abigendi ſtadium quaſi artem exercent, equos vel boves de armentis, & oves de gregibus abducentes.

Quarto dico, quod cupienti mihi, vt ſolum forum exterius reſpiceret, idem Sanctiſſimus reſpondit, etiam interius reſpicere, quum non fundetur ſuper praſumptione, nec ponat diſcrimen inter vtrumque forum. Quinto dico, etiam videtur temperanda, ne comprehendat omnem exercentem luxuriam contra naturam, quæ comprehendit omnem pollutionem extraordinariam, ſecundum S. Thomam, h neque exercet omnem actum ſodomiticum, qui comprehendit omnem pollutionem habitam cum alio, vel alia extra vas ordinarium ſecundum eundem, i ſed ſolum habentem copulã ſodomiticam, arg. cap. fin. k quod habet, non conſumari copulam, niſi intra vas natura ſemen effundatur, & ca. *extraordinaria*, l quod habet ex tali pollutione non gigni aſſinitatem. Quærenti autem, an vt vidimus eam grauiter in foro exteriori recepta, ita ea in foro interiori ſit recepta? reſpondemus, quaſtionem eſſe facti, ad quam reſpondere nõ eſt iuriſconſulti. m Sexto dico, quod quo ad illos, quos comprehendit inducit deſiſtionem ipſo iure, quæ non eſt irregularitas, ſed peior illa. n

251 Sexto principaliter dico, quod nulla irregularitas inducit priuatione beneficij iam quaſiti ipſo iure, quæ videtur ſententia Innocentij, o cõmuniter recepti, p præfertim à Felino, q & probatur per capit. *clericus*, r quod probat irregularitatem ex homicidio natam, non inducere illam: & cum illa ſit potiſſima, s à fortiori non inducent alia.

Septimò dico, quod omnis irregularitas præcedens collationem reddit ipſam ſubſequuta nullam ipſo iure: quod probatur primò, quod verior reſolutio illius grandis quaſtionis tractatæ à multis citatis à Felino. t An collatio beneficij facta criminofa valeat, eſt, quod facta irretito crimine inducente irregularitatem non valet, facta verò alij ſic, vt colligitur ex cap. finali, & aliis quæ citantur, v per Felinum. Et ita ratio, cur valet, vel non valet, non eſt criminis magnitudo, vel paruitas, ſed quod inducit irregularitatem, quæ ratio non eſſet iuſta, niſi irregularitas impediret valore collationis. Tum quia inhabilis ad vnum, eſt inhabilis ad ei annexum, \* vt in hac ſpecie dicit hoc gloſſa notabilis, y & probat c. *poſtulaſtis*. z At irregularis eſt inhabilis ad ordinem, & vſum eius. & beneficium Eccleſiaſticum prærequirit ordinem. & illius vſum: quia datur propter officium, ærgo irregularis eſt inhabilis ad beneficium, & conſequenter collatio illi facta nil valet. Deinde quod cap. 2. b & d. cap. *ſtudeat*, c probant irregularem eſſe inhabilem etiam ad beneficium ſimplex ſine diſpenſatione.

252 Contra tamen hoc facit, quod ex eo ſequeretur, quod collatio facta initiato aliquo ordine, qui ſine ſua culpa fieret irregularis defendendo iuſtè proximum, vel amittendo

A aliquod membrum, vel deformitatem grandem incurredo caſu, vel morbo, vel malitia aliorum non valeret, quod videtur contra totum titulum de cler. ægrot. & cap. *cum percuffio* a & quod licet omnis irregularis ſit incapax omnis ordinis ſuſcipiendi, non tamen eſt incapax omnis ordinis vſus ſuſcepti, vt per eius definitionem patet, & conſtat ex c. 2. b quod probat, clericum qui perdit aliquod membrum, quo ſit inhabilis ad ſacrificandum, non ideo fieri inhabilem ad aliũ vſum ordinum, ſcilicet ad canendum in choro, vel ad audiendas confeſſiones, & ad abſoluendum: ergo ſaltem irregularis, quum ſit habilis ad aliquẽ vſum ordinis ſuſcepti, etiam erit habilis ad beneficium, cui ſeruido ſufficit ille vſus, & cõſequenter videtur, quod qui eſt irregularis ob defectum, quo ſolum eſt inhabilis ad celebrandum, & non ad canendum, licet inhabilis ſit ad ſuſceptionem Eccleſiæ parochialis, non erit ad ſuſceptionem beneficij ſimplicis. Pro quo faciunt etiam cap. 2. & cap. *ſtudeat*, c quibus conceditur diſpenſatio ad beneficium ſimplex ei, cui non conceditur ad officium altaris: ſed reſponderi poteſt, per hæc ſolum probari, quod ei qui ſine ſua culpa incidit in irregularitatem, quæ naſcitur ex defectu ad vſum vnus ordinis & non alius iam ſuſcepti, poteſt dari beneficium non requirens maiorem vſum, quod concedimus: & conſequenter in caſu d. c. 2. d ei qui duos digitos, & dimidiam palmã amiſit ſine ſua culpa, poſſet cõferri beneficium non requirens celebrationem, non autem requirens illam. Nec ex hoc ſequitur, quod cuiſlibet laboranti quarta ſpecie irregularitatis, quæ ſine culpa contrahitur, poſſit cõferri quodlibet beneficium, ad quod clericus huius ordinis iam ſuſcepti ſufficit: non inquam hoc ſequitur: quia licet ſine culpa contrahatur, non tamen contrahitur ob defectum habitatis ad vſum vnus ordinis, & non alius ſuſcepti, ſed ob defectum contrarium cuiuſlibet ordinis ſuſcepti, & ſuſcipiendi vſui, ſcilicet defectus lenitatis ab omnium ordinum vſum requiſita.

B C Octauò dico, quod ad incurrendã irregularitatem, quæ ex delicto naſcitur, nõ ſufficit, quod illud ſit veniale, quod ſentit Sorus. e Tum quia irregularitas eſt pœna valde grauis, quippe quæ omnium ordinum vſu priuat, & ideo non imponenda pro culpa veniali. f Tum quia ſine contemptu non incurritur, dicente Panormitano, g quod eſt pœna contemptus, quod ipſum dixit Dominicus. h

253 Tum quia nõ obſtat ratio Caietani contra tenentis, i ſcilicet quod excommunicatio minor, quæ incurritur per peccatum veniale, eſt maior pœna quã irregularitas: quia id falſum eſt: nam licet irregularitas non priuet ſacramentorum perceptione paſſiua, vt excommunicatio minor, k priuat tamẽ actiua, & collatiua, & omnis ordinis vſu, quod eſt maius, à quo omni non priuat illa, l & præterea excommunicatio minor eſt medicinalis, & facile ſolubilis. m Irregularitas autem difficilis, cum regulariter à ſolo Papa ſit delebilis, qua ratione licet excommunicatio maior dicatur pœnarum maxima, n quia tamen eſt facilis ſolutionis, & medicinalis, cenſetur minor aliis multis ſecudum Panormitanum & cõmunem. o Nec obſtat, quod Panormitanus & cõmunis tenent, p quod licet excommunicatus minore excommunicatione non peccet mortaliter, niſi celebrando, peccat tamen venialiter conferendo ſacramenta, eo quod textus q id videtur exprimere: quia ille intellectus eſt ineptus, vt r tetigi, & contrarius textui, probanti, quod minor excommunicatio tantum prohibet à participatione ſacramentorum, quæ in ſola perceptione conſiſtit: & ita ne textus ſibi ſit contrarius, quatenus ait peccare conferendo ſacramenta, debet intelligi de collatione, quæ ſit vna cum perceptione, ex mente Hoſtienſis & Ancharani, s qualis eſt collatio Eucharitiæ facta ſano à celebrante, & ordinis ab Epifcopo miſſante. t

D E Nonò dico, quod ſubieceram hic in alia editione quamdam reſolutionem Coſmæ gloſſatoris Pragmaticæ ſanctionis quam atrexit §. & *nihilominus*, v quam quia intelligo non eſſe adeo perpenſam, ac ſolent eſſe alia illius viri doctiſſimi omitto, & illi ſubſtituo rationem, qua non debeat D. Lector fidere illi deciſioni quotidiana, ac periculofa, relata in hac materia diſpenſationum à viro alioquin eruditiffimo, \* ſcilicet, quod cum Papa diſpenſat per cõmiſſionem factã ordinariis, vt de veritate precum cognof-

F catur,

27. qm. 1.

b De cor. vi-  
tiat.

c ſo. diſt.

d De cler. æ-  
grot.

e Lib. 5. qu. 1.  
art. 9. de iuſt.  
& iur.  
f Arg. ca non  
afferamus.  
34. qu. 1.  
g In c. paſtora-  
lis. §. verum  
de appel. n. 5.  
h In ca. ſolet.  
de ſen. excõ.  
lib. 6. ubi bo.  
gloſ. pœ. pro il-  
lis, & Fel. in  
cap. Rodul-  
phus nu. 43.  
de reſcrip.  
i In ſu. ver.  
irregularitas  
k Ca. ſi. de cl.  
excom. miniſt.  
l Per d. ſup.  
eodem. n. 24.  
m Capi. cum  
deſideres. de  
ſen. excom-  
munic.  
n In c. corri-  
piantur. 24.  
qu. 3.  
o Vbi ſupra.  
p In dict. ca.  
final.  
q In 2. par.  
r In dict. nu.  
24.  
s ibidem.

t Vt ibidem  
dixi.  
v Tit. de con-  
cubinariis.  
verſ. inhabi-  
les.  
x In tract. de  
irregularis.  
nuper edito l.  
s. c. s. num. 6.



a Cap. 5. ff. 22. de refer.

b l. mandati. C. de manda. 20. c. Cap. relati. de offi. deleg. c. ibi per om. 2. et.

d De prob. li. 6. c. In d. c. relati. nu. 5. f. Ca. si super gratia. de of. deleg. li. 6. c. dist. c. si cui. de proband. eod.

g De. 2. 194.

h Eod. ca. nu. 192. i. l. c. si non sint. q. perueniamus. ff. de aur. c. arg. legat. c. l. si ff. de hered. in fit.

k Eodem nu. 192.

l Ca. presby. ter. 82. d. c. de hic vero. 32. qu. 2.

atur, iuxta Concilium Tridentinum, commissio illa non expirat morte Papae, etiam re integrat: ad quod citat Siluestrum Armillam & Federicum: immo & me aliqua ex parte in id inuoluit, quod tamen non est verum: quia mandatum, & commissio alteri facta expirat re integra morte mandatis, b etia si sit iudiciale. c Nec obstat auctoritas eorum, quos allegat: nam Federicus, quem alij sequuntur, non loquitur de mandato, vel commissione dispensandi: sed de gratia potestatis facte ad dispensandum, & de dispensatione iam facta, loquitur enim de gratia, qua Papa concessit cuidam Magistro Prædicatorum potestatem dispensandi cum ceteris fratribus sui ordinis illegitimis, vt possint esse priores: & de dispensatione iam facta ab illo Magistro, & non de mandato, & commissione dispensandi cum tali, vel tali religioso: nos autem loquimur de commissione dispensandi cum tali, vel tali, si preces eius veritate nitantur, quæ non est gratia facta Commissario, sed mandatum conditionale de gratia faciendi alteri tertio expressio: sicut facultas, quam facit Papa cuiquam conferendi aliqua beneficia aliquibus personis idoneis nõ exprimendo eas, censetur gratia facta illi delegato, quæ non expirat re integra morte Papæ. Facultas autem à Papa concessa cuiquam conferendi aliquod beneficium alicui certæ personæ non videtur gratia facta illi, sed mandatum de gratia faciendi ei, cui conferendum est beneficium: & ideo si Papa re integra moriatur, expirat, vt expressè habet textus singularis cap. d & hoc est quod voluit dicere Decius, e quatenus ait id, quod Panormitanus concessione, quæ gratiam continet, non expirat morte mandantis, f intelligendum esse de concessione facta per viam gratiæ eius, cui fit concessio, & non de facta per viam simplicis commissiois alij tertio: qualis est commissio dispensandi cum aliquo, expressio, si preces veritate nitantur, quia tunc nõ fit gratia ei, cui committitur, sed tertio, cum quo est dispensandum, in quo citat Ioannem Andream & alios, & efficaciter probatur per prædicta.

154 Decimo dico, quod cum nullo irregulari dispensare potest confessarius electus per bullas Papæ, quæ solum habet clausulam absoluenti à qualicumque censura: quia irregularitas non est censura, neque absolutio eius est necessaria ad peccatorum absolutionem, vt dictum est supra, & post Dominicum, Alexandrum, & Villadiegum ibi citatos, neque etiam si habent clausulam dispensandi à quibuslibet votis, & absoluenti à quibuslibet censuris, & pœnis. Tã quia stylus Curiæ habet, quod per eam non intelligatur data facultas dispensandi super irregularitate, nisi exprimitur, quod colligitur ex eo, quod aliquoties eam exprimit. Tum quia quoties id exprimit dando facultatem expressam dispensandi super irregularitate, solet excipere illam, quæ ex bigamia, & homicidio voluntario nascitur. Et ita ex contrario consequeretur, quod clausula absoluenti simpliciter ab omnibus censuris, & pœnis, quæ passim in Iubilæis, & bullis indulgentiarum ponitur sine irregularitatis expressione, maioris virtutis esset, quàm cū ea: quia in hoc casu semper excipitur irregularitas, quæ ex bigamia, & homicidio voluntario manat, & in illo nõ. Tum quia pari ratione posset absolui à pœna pecuniaria pro illo peccato à Iudice imposita, vel imponenda, quod est palam falsum. Tum quia facultas illa absoluenti à censuris & pœnis, quæ ponitur in dictis Iubilæis & bullis, solum videtur respicere illas censuras, & pœnas, quæ impediunt absolutionem à peccatis: quia in illum finem datur, vt colligitur ex illis verbis. Et cum absolutio peccatorum rectè fieri possit sine sublatione irregularitatis, vt supra dictum est, nõ videtur eius sublatio concessa, nisi exprimat: quia ex sine sumenda est intentio auctoris. i Non obstat, quod secundum hoc, verba illa, alijs pœnis, superfluerent, quom non videatur occurrere alia pœna distincta à censuris, cuius sublationem prærequirit absolutio Sacramentalis & sacra communio, non in quâ hoc obstat: quia immo potest dari aliqua, scilicet suspensio à Confessario, ne intra certum tempus confiteatur, vel communice, quam non esse propriè censuram diximus supra. k Et etiam illa, quam ipse pœnitens promitteret aliquo bono sine subire, vel solvere, si intra certum tempus illa Sacramenta susciperet. Et illa, qua aliquor canones pœnitentiales mandant arceri quem intra aliquod tempus à communione. l Adde, quod fere omnes prælati omnium religionum

A possunt dispensare super qualibet irregularitate sui monachi, excepta illa, quæ nascitur ex homicidio voluntario, & bigamia, non quidem iure communi, sed priuilegio concessio specialiter eis, vel generaliter communicando illis priuilegia omnia omnibus alijs concessis.

Vndecimo dico, quod in hac materia irregularitatis, & facultatis cõcessio ad dispensandum super occultis, & non publicis, vt habetur, a & in Tridentino Concilio, b & alijs & in Bull. Sacræ Pœnitentiariæ, & aliquorum Legatorum, circumspectis omnibus videtur resoluendum, quod occultum est, quod non est publicum.

255 Publicum autem, quod est notorium, manifestum, vel famosum. Tum quia ratio cur alterum concedatur, & alterum negetur, est, vt obuietur scandalo publico, c cui fatuus obuiatur non dispensando in notorijs, manifestis, & famosis. Tum quia non est de occultis essentia, quod suapte natura nõ sit probabile, qualia sunt sola mentalia. d Neque, quod licet suapte natura sit probabile, nullatenus tamen probari possit: quia id est contra §. hac ergo, iuxta glossã, e quatenus probat dici occultum factum in præsentia quinque: & contra cap. 2. f quatenus probat ministeriũ Acolyti iuuantis rebaptizantẽ posse esse occultum. Tum quia pene occultum videtur esse species occulti iuxta §. ceterum, g quatenus occultum, & pene occultum dicit esse, quod toleratur, etiam si ab aliquibus sciatur, & glossã communiter recepta h ait id dici pene occultum, quod probari potest, licet difficulter. Tum quia nulla irregularitas contrahitur sine facto sua natura probabili, & pauca sunt, quarum factum aliquo modo probari non possit, per supradicta. i

Tum quia omne, quod est publicum, potest dici occultum, & publicum definitur esse, quod patet omnibus, secundum Bartholum. k Et ita oportet esse saltem notorium, manifestum, vel famosum, sufficit tamen esse tale vicinæ, Collegio, vel monasterio, licet non provincie, Ciuitati, vel parochiæ. Tunc autem dicitur tale alicui eorum, quando maiori parti eorum fuerit tale, modo salte decem inueniantur in eo, per notata à Panormitano & citatis ab eo. l Publicum autem est triplex, scilicet notorium, quod nititur scientia maioris partis prædictarum communitatum. Manifestum quod nititur fama eiusdem partis maioris, orta à scientibus: & famosum, quod nititur fama maioris partis, orta, ex vno scienti, vel ex indicis, vel præsumptionibus illi æquipollentibus iuxta glossã. m Occultum rem triplex, scilicet, quod non est probabile suapte natura, qualia sunt sola mentalia: & quod est probabile suapte natura, sed nõ potest probari: quia coram nemine factum est: & quod probari quidem potest, sed adeo à paucis, quod nulla inde fama orta est, nec est in iudicium deductum, quod præfata glossã penè occultum appellant.

Duodecimo dico, quod vt delictum dicatur publicum, nõ sufficit, vt actus, qui est delictum, sit publicus, nisi etiam publicè sciatur esse delictum: nulla enim facta corã populo ab excommunicato occulto actus publicus, & delictum est, nõ tamen delictum publicum: quia nescitur publicum esse delictum. Tum quia qualitas adiuncta verbo debet intelligi secundum qualitatem eius, l in delictis, n quatenus probat nõ dici dominum serui delinquentis, qui non erat dominus serui cum deliquit, & vt aiunt Dialectici, non dicitur vidisse Papam, qui vidit eum solum antequam esset Papa. Tum quia testamentum factum ab aliquo ante militiam, nõ cõsetur militare, nisi in ea approbetur, o & Bartholus, p ait, quod pupillus moriens post mortem tutoris, per cuius scientiam reputabatur sciens in vita eius, dicitur mori ignorans, quo ad effectum leg. cum antiquioribus. q

De sex casibus, quibus Ecclesia pro polluta habetur, ita quod non liceat in ea celebrare.

256 Ecclesia, vt dicatur polluta in sex casibus & seq.

258 Polluta Ecclesia polluta est cõmeteriũ contiguum, sed nõ contrã.

256 **P** R I M V S casus est, & quando intra eam sanguis humanus iniuriosè effunditur, aut causa naturalis eius effusionis, aut mortis datur. Dixi, intra: quia secus si extra eam, etiam de super in teõto, vel subter eam in specu, iuxta Archidiaconum. s Dixi, Ecclesiam generaliter, ad comprehendendam etiam nondum con-

a Inc. 2. de refer. c. 22.

c Intra c. nihil de profan.

d Ca. orob. can. 32. d. c. Ver. sacra. 20. in c. qui aliquando de per. dist. 1. f. De ap. f. g. Dist. c. v. f. tra.

h Et. c. manifest. 2. qu. 1.

i Eod. c. num. 139.

k In l. 1. §. per nit. ff. de iur. iur.

l In d. cap. 20. f. tra. nu. 10. c. 10. c. supra. ca. 25. n. 73.

m lux. gl. de manifesta. 2. qu. 1. c. v. f. tra. de co. hab. dem.

n §. 1. ff. de iur. iur. l. 1. Tit. ff. de testam. c. ibi. c. m. d. §. 1.

o C. de iur. de lib.

p In c. ecclesi. 11. ca. d. c. ecclesi. de c. serr. d. 1. c. pro poss. ff. de iur. iur. c. eccles.

q In d. c. ecclesi. 11. ca. d. c. ecclesi. de c. serr. d. 1. c. pro poss. ff. de iur. iur. c. eccles. lib. 6.



a Ca. fr. de oō  
 ser. eccl.  
 b Ca. a qua de  
 con. eccl. eccl.  
 d. c. fi.  
 c Ibidem.  
 d Ibidem.  
 e Ca. reuertim.  
 mini. 16. qu. 1.  
 f glo. sing. in  
 hac specie ca.  
 cum iurum  
 defen. excom.  
 ver. effusione.  
 commendata  
 per Fel. ibi. &  
 Pano. in d. ca.  
 proposi. fi.  
 i De de. c. ec.  
 clef. colum. 10.  
 in rationali di.  
 min. offic.  
 g Gloss. d. c. 1.  
 de consec. eccl.  
 ver. sanguis.  
 lib. 6.  
 h Gloss. d. c. 1.  
 recep.  
 i Pan. in d. ca.  
 proposi. fi. &  
 Domini. in d.  
 cap. 1.  
 k Specul. ubi  
 supra col. 9.  
 l Arg. c. conti.  
 nebat. & c.  
 lator. de homi.  
 cid.  
 m Arg. c. cū.  
 decorem. ad.  
 iun. gloss. de  
 vit. & hone.  
 sta. cler. & ca.  
 decet. de im.  
 munit. eccl. fi.  
 lib. 6. & per  
 ea. qua. in ca.  
 quando. de cō.  
 secr. d. c. 1. c. n.  
 36 diximus.  
 n Arch. in di.  
 cap. 1.  
 o Colle. rari.  
 in d. c. fr. ar.  
 cap. 1. de deli.  
 puero.  
 p Gloss. in di.  
 cap. commu.  
 niter. recep.  
 tam.  
 q Gloss. in d.  
 cap. proposi.  
 fi. facit. l. qua.  
 ad. l. Aquil.  
 r Arch. & gl.  
 recepta. in di.  
 cap. 1.  
 s Cap. 1. de cō.  
 secr. eccl. fi.  
 6.  
 t Gloss. in d. c.  
 1. ver. huma.  
 num.  
 v Text. in ca.  
 eccl. fi.  
 ver. cuiusque  
 q. d. & Spe.  
 cul. ubi supra  
 ut. de de. ca.  
 eccl. colum.  
 10.  
 x In d. c. 1. de  
 consec. & in  
 d. capi. eccl.  
 fi.  
 y In capit. ec.  
 clef. de conse.  
 cras. d. 11. 1.

secratam, a quamvis, quo ad reconciliationem sit magna  
 differentia: quia reconciliatio consecrata debet fieri ab  
 Episcopo, & cum aqua benedicta ab ipso, aut ab alio Epif-  
 copo: non consecrata verò potest fieri à solo presbytero,  
 & cum aqua à seipso benedicta, b quod probant c Ioannes  
 Andreas, Ancharanus, Cardinalis, & Panormitanus, licet  
 dubitet Antonius. d Dixi, effunditur: ad significandum,  
 quod non sufficit aliquarum guttarum sanguinis emissio:  
 quia iura requirunt effusionem, quæ largitatem denotat. e  
 Dixi, sanguinis: quia non sufficit percussio, quæ non sit mor-  
 tiferà sine eius effusione, quamvis sit eiusmodi, vt carnes  
 contundat, aut ossa frangat, iuxta Speculatozem. f Dixi, hu-  
 manus: quia nulla effusio cæterorum animalium ad id suffi-  
 cit. g Dixi, iniuriis: quia non sufficit naturalis effusio per  
 nates, aut per os, aut quæ casu fit lapsu, vel offendiculo, aut  
 ictu lapidis, aut regulæ per se decidentis, h neque facta ob  
 iustam defensionem, i neque ludo, aut ioco, k quod nostro  
 iudicio intelligendum est de licito, & licitè facto. l Qua-  
 lis rarò accidere potest in Ecclesia, nisi cum aliqua pia re-  
 præsentantur, m nec effusio facta per furiosum, aut stul-  
 tum, n aut per puerum iudicio carentem. o Dixi, aut datur  
 causa, & c. quia sufficit, vt vuln<sup>9</sup> infligatur intra eam, quam-  
 vis percussus ante egrediatur, quàm sanguis in illam in-  
 fundatur, & quamvis recipiatur ille aliquo vase, ne in eam  
 decidat: nec contra sufficit, quod sanguis in illa effunda-  
 tur, si vulnus extra inflatum est. p Dixi, naturalis: quia non  
 sufficit, vt feratur sententia condemnatoria, etiam intra il-  
 lam, si per eius executionem effusio extra illam facta est.  
 Dixi, aut mortis: quia satis est ad id suffocare, aut aliàs intra  
 illam hominem sine sanguinis effusione interficere, q suffi-  
 cit etià mors, & effusio sanguinis ob fidem Catholicam  
 occisi, vel vulnerati, r non tamen sufficit interficere, aut  
 percutere aliquo telo, vel tormento misso ab Ecclesia in  
 existentem extra eam, quamvis sufficiat mors, vel effusio fa-  
 cta in Ecclesia per tormentum foris missum secundum  
 mentem prædictorum. Ad quæstionem hic propositam  
 respondeo, quod nec ista, neque alia pollutio occulta im-  
 pediat celebrationem in Ecclesia, secundum glossam recep-  
 tam, s ex qua cum eam Salmanticæ prælegerem, intuli  
 fieri posse, vt effusio sanguinis, vel seminis facta ab hinc  
 octo diebus, hodie incipiat impedire, & non ante: nam  
 facta tunc videntibus duobus, & vsque nunc tacentibus,  
 nunc autem publicantibus, ita vt fama gignatur, non im-  
 pediet, vt ita dixerim, ex tunc, sed ex nunc.  
 257 Secundus casus est, quando in ecclesia semen huma-  
 num voluntariè effunditur. Dixi, humanum: quia cætero-  
 rum animalium ad id non pertinet, t & quia satis est, vt sit  
 cuiuslibet hominis, siue fœminæ, viri clerici, laici, fidelis,  
 siue infidelis: & quod effundatur iuxta, contra, aut extra  
 cursum naturalem. v Immo, & per copulam coniugalem,  
 iuxta glossam notabilem, x & alias tres, quamvis alia op-  
 positum teneat, y quam eius additio à nobis ibi probata  
 confutat. Dixi, voluntariè: quia nõ sufficit, quæ dormiendo  
 fit, z quamvis Angelus, a oppositum dicat, sed absque suffi-  
 cienti ratione, quia ex eo quod teneatur coniugalem vio-  
 lare, non sequitur sufficere eius, qui dormit, cum ista non  
 contineat eam irreuerentiam, quam illa erga Ecclesiam.  
 Tertio casus est, quando in ea aliq<sup>s</sup> excòicatus sepelitur. b  
 Quartus est, quando in illa aliquis infidelis sepelitur, c  
 quamquam in hoc casu non solum reconcilianda est Ec-  
 clesia, sed etiam parietes illius abradendi: licet in præce-  
 denti reconciliatio sufficiat iuxta Panormitanum. d  
 258 Quintus est, quando Ecclesia per Episcopum ex-  
 communicatam publicum consecratur, aut benedicitur. e  
 Sextus, quando omnes parietes renouantur. f Sed con-  
 trarium verius videtur, vt docuimus alibi, g nisi quando  
 omnes, aut maior pars eorum simul deiiciuntur, quod rarò  
 fit. Et addo, quòd quoties aliqua Ecclesia polluitur, etiam  
 cæmeterium illi contiguum est pollutum, quamvis non  
 id, quod non est contiguum, licet è contrario, pollutum cæ-  
 meterio Ecclesia illi contigua non polluat. h

De casibus reseruatis.

259 Casus reseruatis quid, & quotuplex.

1 Glo. sing. in d. c. eccl. fi. communit. recep. a In ver. con. ec. eccl. fi. §. 9. b Ca. consu-  
 pti. de consec. eccl. vel alta. c Ca. eccl. fi. de. 1. & 2. de cons. d. 1. d Iux. Pan. in d. c. consu-  
 pti. c Arg. auct. c. consu. ubi notat. Pan. & Gloss. in c. v. g. de. eccl. fi. g In d. c. eccl.  
 fi. nota 3. h Cap. 1. de consecration. eccl. vel altar. lib. 6.

- A 259 Casus reseruatis dicitur, quia tollitur, non quia non datur.
- 260 Absoluere omnes omnis Sacerdos iure diuino potest.
- 260 Papa à quo, & qua potestate absoluitur.
- 260 Absoluitur Episcopus, non potestate à se data.
- 261 Casus nullus reseruatus Papa sine censura, qua sublata cessat reseruat: secus in episcopali.
- 262 Casus quot, & qui reseruantur Episcopis.
- 262 Blasphemi absolutio, vt faciend.
- 263 Papa iurisdictionem immediate sumit à Deo in omnes.
- 263 Papa absoluit ab omnibus sibi, & alijs reseruatis.
- 263 Regis operibus præfecti sape hoc modo peccant.

259 **I**RCA hoc dico sequentia. Primò quod casus videtur propriè descendere à cado, & significare ruinam, iuxta illud Curtij. Casu rhexa inopinato oppressus. per translationem autem significare alia, scilicet miseriam, per quam quis ruit à statu tæciori, iuxta illud.

*a Sed si tantus amor casus cognoscere nostros.*  
 Et euentum inopinatum, quia cadit, & deuiat à regula prudentiæ. In proposito autem significat peccatum, quo quis cadit à rectitudine virtutis, & est duplex. Alter reseruatus, alter non reseruatus. Reseruatus est, cuius absolutio adimitur alicui inferiori sacerdoti: & est duplex. Alter Papalis, cuius absolutio adimitur omnibus Parochis, & etiam Episcopis, alter Episcopalis, cuius absolutio adimitur solis Parochis.

Secundò dico, quòd ex his inferitur, casum non dici reseruatum eo solo, quòd non cõcedatur potestas absoluendi ei, qui non habebat eam actu, vel habitu, (vt aliqui sentire videntur, sed quia tollitur, & minuitur ei, qui eã actu, vel habitu habebat: & ita verissimum videtur id, quod ait Paludanus, b relatus à nobis alibi, c scilicet omnes sacerdotes simul cum ordine sacerdotali accipere potestatem super verum Christi corpus ad conficiendum Sacramentum Eucharistiæ, & super Christi mysticum ad absoluendum ab omnibus peccatis mortiferis, eius sumptionem impredientibus: quòd nos latius, quàm alij fundauimus, d per illius contextum, & multa alia. Quibus nunc addimus primo cap. adiuimus, e & cap. generaliter, f in quibus Gratianus exercè concludit, quòd omnes sacerdotes, siue regulares, siue seculares in sua consecratione, & ordinatione æqualem suscipiunt potestatem baptizandi, prædicandi, & pœnitentiis dandi, & peccata remittendi, & c. licet eis omnibus interdicitur exercitiũ illi<sup>9</sup> potestatis, donec iure ordinario per electionem populi, vel de aliis licentia cõcedatur. Secundò, quòd Panormitanus iam senex, & id animaduertens, g renouauit quædam, quæ h dixerat, quem postea omnes, qui eum legerunt sunt sequuti. Tertio, quòd S. Antoninus, i pro re certa præsupponit, sacerdotibus datam esse plenariam potestatem absoluendi à Christo, & sacerdotem posse diuino iure omnia quæ pertinent ad forũ pœnitentiale, præter ea, quæ iure humano fuerint ei adempta.

Quarto, quòd Gratianus, k concludit monachos accipere tantam potestatem in hoc per suam cõsecrationem, quantam parochi, & alij sacerdotes: quia eisdem verbis consecratur omnes: & subdit, quòd cum in cõsecratione cõiungantur, non debet fieri diuortium, siue diuisio quo ad potestatem: sed tantum quo ad executionem eius. Quinto, quòd Bartholus, quem sequuti sunt omnes, dixit l esse \* iudices, quos vocant Chartularios habentes iurisdictionem in habitu, & non in actu, super eos qui se voluerint illis subiicere: sicut delegatus à Sede Apostolica cõtra aliquem expressum cum clausula, & quosdam alios, generaliter habet quidem in expressum iurisdictionem in habitu, & actu, & in non expressos habitu tantum, vt probatur. m Quales videtur fuisse in primitiua Ecclesia cõmuniter omnes sacerdotes, donec parochiæ diuideretur, n & Vrbanus statueret, ne quis audiret confessions alienorum parochianorum. o

\* Iudices quos vocant Chartularios. Iudicum Chartulariorum meminit glossa l. 1. ff. de iudiciis verbo pro tribunali, ex qua & ex his quæ Bartholus & alij scribunt colligitur Chartularios fuisse iudices qui habebant potestatem iudicandi illos, qui corã illis eligebat iudicare, quos illi poterant eligere, sine consensu propriorum iudicũ. Receptum enim est, licere cuique se subiicere & submittere iurisdictioni non suæ, & renunciare proprio fore, si inde præiudicium non fiat generale alicui ordini vel dignitati cum ergo litigante relictis propriis iudicibus se submittebant alijs, quos ipsi in charta aliqua conscribebant, ij se iudices Chartularios nominabant. cap. autem Placuit,

a Virg. 2. Æneid.

b In 4. ff. sen. diff. 17. qu. 3. art. 1.  
 c In c. 1. in præ. nu. 73. de pœ. diff. 6.  
 d In c. placit. de pœn. d. 5. c. §. ecce. f §. ecce qu. 1.

g In clam. 1. de priuileg.  
 h In ca. signifi. casti. de foro. compet. i 3. part. sua summa titu. 17. c. 11. k In d. cap. ad iudicium. c. d. c. generaliter. §. ecce.

l In l. 1. ff. de iudic.

m In ca. Sede Apostolica. de rescript. & in capit. cum in multis. eod. tit. lib. 6. n Iuxta ca. 1. 13. q. 1. o In c. placuit de pœn. d. 6.



auctor est Urbanus II. ut dicit Gratianus de pœnit. dist. 6. qui tamen illud idem cap. 9. quæst. 1. recitauerat. Habet etiam idem cap. sub nomine Urbani eiusdem Magister in 4. dist. 21. lit. g.

260 Tertio principaliter dico, quod etiam ex prædictis inferitur non satis caute dixisse Sorum, a vnum esse omnium consensum, quod in ordinatione sacerdotis nulla iurisdictione absoluedi à mortalibus conferatur. Tum quia omnium consensu iure diuino competit eis potestas, & iurisdictione absoluedi: & per nullum actum eis conceditur illa iure diuino, nisi per consecrationem: ergo in sua consecratione, & ordinatione accipiunt illam iurisdictionem saltem in habitu. Tum quia expressè habetur in iure quod potestas absoluedi datur in consecratione iure diuino: licet iure humano adempta sit eius executio, donec assequantur eam ratione tituli, vel de alia licentia.

Quarto dico, quod etiam inferitur ex eisdem incaute ipsum dixisse, Papam constituere sibi confessarium, & dare illi iurisdictionem super se. Tum quia si confessarius acciperet iurisdictionem à Papa, non posset eum absolueret potestate iure diuino sibi data, cum eam solum haberet ab ipso iure humano. Tum quia non aduertit id, quod nos longe ante ipsum scripsimus, e scilicet non posse asseri, quod ipse dicit. Tum quia Papa non habet iurisdictionem super se: immo, neque super successorem suum. d Tum quia iure naturali vetatur quis habere iurisdictionem super se, secundum omnes, e & nemo potest dare alij, quod ipse non habet. f

Quinto dico, quod incaute idem subiicit, idem prorsus esse in Episcopo, quod in Papa, scilicet, quod in eligendo confessarium, s ipse dat iurisdictionem illi, quod nusquam alius dixit: cum secundum omnes confessarius non absoluat Episcopum virtute iurisdictionis acceptæ ab eo, sed virtute iurisdictionis diuinitus acceptæ per claus, quas accipit in ordinatione, non ab homine, sed supernaturaliter à Deo, ut ipsemet dixit, h & sentit, i dum per multas rationes nobis applaudentes concludit, solum sacerdotem esse verum ministrum sacramenti pœnitentiæ, nec sufficere, quod sit sacerdos: sed oportere, ut sit proprius, vel delegatus à proprio: & quod tres soli dicuntur, quo ad hæc proprij sacerdotes, scilicet Papa, Episcopus, & parochus, quos ait esse iure diuino proprios: & ita accipere à Deo diuinitus potestatem absoluedi. Et cum per nullum alium actum, quam per consecrationem eam accipiant, & omnes eodem modo, & eisdem verbis consecrantur, k consequitur eos accipere à Deo iurisdictionem, saltem in habitu in sua ordinatione, & consecratione, ut eruditissime, l dixit Panormitanum quem omnes postea secuti sunt & dilucidè Gratianus m concludit, omnes sacerdotes accipere potestatem dandi pœnitentiam, & absoluedi à peccatis per consecrationem; licet iure humano vetetur eis executio eius, donec per titulos, vel alio modo licentiam assequantur.

Sexto dico, quod ex hoc sequitur aliud esse casum reseruatam, aliud censuram, quæ est pœna eius, ut est actum supra. n

Septimo dico, quod Concilium Tridentinum, o definit esse hæreticum dicentem, quod Episcopus non possit reseruare aliquem casum quo ad forum interius, sed solum quo ad exterius. Et addit, quod in articulo mortis omnis casus, & omnis censura definit esse reseruata, p & quod Episcopi absolueret possunt in omnibus casibus occultis reseruatis Papæ: cuius tenor refertur supra. q Huic §. in editionibus prioribus Latinis hic posito videtur contradicere bulla Cænarum Domini, r quatenus reseruatur absoluciones excommunicationum illius bullæ, non obstantibus quibusvis Concilijs. Per quæ verba videtur derogare præfato cap. 6. s Et quod, ut audio S. D. N. non permittit, ut Episcopi absoluant per seiplos, nec per suos vicarios speciales hæreticos occultos: licet illud concedatur eis. t Et quod eadem ratione videretur eis ablata facultas absoluedi ab omni excommunicatione, & casibus reseruatis in illa bulla: nisi dicamus, quod hic §. limitat illud, ne procedat in occultis, & habentibus complicem, & ita non sunt contrarij. Pro quo facit, quod lex specialis non censetur tolli per generalem, siue præcedat, siue sequatur, iuxta glossam singularem & receptam, v cui similis in l. sciendum, x quatenus probant præfatum authenticam licet sit posterior limitari per præ-

A faram l. sciendum: licet sit prior, & non tolli per d. authenticam, licet sit posterior, & tradit Decius. a

261 Octauo dico, quod nullus est casus reseruatus Papæ, cui non sit annexa aliqua censura, ut testatur S. Antoninus, b & sentit Caietanus. c Quod fit ut bulla, quæ concedit facultatem absoluedi à casibus Papalibus, videatur concedere potestatem absoluedi à censuris Papæ reseruatis.

Nono dico, quod ab omnibus peccatis habentibus annexam censuram Papæ reseruata, post sublationem eius legitimam simplex parochus absolueret potest: quia per id definit esse reseruatum, d nisi cum reseruatione censuræ Papalis concurreret etiam Episcopalis, quæ sibi reseruatur peccatum, ob quod illa censura ponitur, ut colligitur ex capit. tuarum, & l. si domus, e quatenus habent, altero ex duobus impedimentis sublato, alterum non tolli, quod quamuis iure nitatur, videtur tamen vsu indistinctè interpretatum, sublata esse episcopalem reseruationem, & censuram sublata Papali, per ea quæ diximus alibi. f

Decimo dico, quod Episcopus concedendo casus suos, siue sibi reseruatos, non videtur concedere absolutionem à censuris sibi reseruatis: quoniã à diuersis non fit illatio, s & aliud est peccatum reseruatum Episcopo, aliud censura ei reseruata: nam aliqua sunt peccata annexam censuram non habentia, quæ sunt Episcopo reseruata: & etiam sunt censura aliqua illi reseruata, peccatis ob quæ illa dantur ei non reseruatis. Nec etiam concedendo absolutionem à suis casibus, & à censuris, videtur concedere absolutoriam, aut dispensationem votorum, aut irregularitatum, à quibus ipse potest: quia nec sunt casus, nec censura ipsi reseruata, & ita ex illis non inferitur ad hæc, neque è contrario. h Ad quæstionem de parochia habente potestatem absoluedi à casibus reseruatis Episcopo suo, an possit absolueret pœnitentem alterius Episcopatus, cum iusta licentia sibi concessa à peccatis reseruatis suo Episcopo? Respondi, posse. Tum quia glossa, i & clarius per multa Panormitanus, k habent confessarium legitimè vnus parochia, posse absolueret confessum à peccatis vbicumque commissis: & Episcopi videntur tacitè velle debere, ut idem sit de peccatis eis reseruatis, quãdo confessio fit habenti facultatem absoluedi à reseruatis suo Episcopo. Tum quia id videtur habere consuetudo: numquam enim intellexi vllum confessarium legitimum, cui esset præfata facultas, remisisse quem ad Episcopum alterius Episcopatus. Et consuetudo ampliari potest iurisdictionem, immo & dare non habenti. l

Vndecimo dico, quod Episcopus concedendo alicui omnem suam facultatem, & omnem suam auctoritatem ad audiendam confessionem, & absoluedum auditos, non videtur concedere casus sibi reseruatos iure communi, aut suo particulari, aut consuetudine generali vel speciali, m quamquam oppositum credo, quando cõcedit omnes suos casus: quia iuxta communem loquendi consuetudinem, quæ attendi debet, n per suos casus peccata illi reseruata intelliguntur: nec S. Antoninus, o oppositum tenet. Et etiam quando concedit omnem suam facultatem excepto tali casu reseruato, p Et etiam quo ad forum conscientia, quando apparet intentionem Episcopi fuisse concedere reseruatos ei, cum omnem suam facultatem concessit, q

262 Duodecimo dico, quod excommunicationes Episcopo reseruata referuntur supra. r Qui autem, & quot sint casus ei reseruati, magna est inter doctores contentio, ut colligitur ex glossa, s S. Antonino, t & Angelo, v & Siluestro: x in qua controuersia communior conclusio est, esse quatuor, quinque, aut sex. Primus est, peccatum clericum, quod irregularitatem annexam habet, secundum Siluestrum, & eos quos ipse refert, y sed nobis verius & vsitatus videtur dictum Cardinalis, z scilicet, clericum qui ob aliquod peccatum irregularitatem incurrit, posse absolui à censura, si qua subest, & à peccato, antequam cum illo in irregularitate dispensetur. Secundus est incendium domorum, frugum, aut aliarum rerum ex proposito factum, & consilium, & auxilium in id præstitum. a Tertius est peccatum, ob quod pœnitentia solennis imponenda est, quæ ob solum notorium peccatum graue, & scandalosum imponitur. b Quartus, absolutio blasphemia publica & notoria per caput statuitur, c cui communis innititur, sed non probat: quia loquitur de foro contentioso, ut rectè

a In l. 4. sent. d. 18. q. 4. m. 2.

b In d. e. ad iurisdictionem. c. generaliter.

c In d. e. placuit.

d Ca. innotuit. de elect. c. l. penult. ff. de recep. arbit. c. l. ille à quo tempore ff. ad Trebelli. f Ca. quidam sem. de iura patro. l. si vnuerfi. Co. de leg. g Iuxta c. fin. de pœ. c. re. h Dist. 20. q. 1. art. 3. i Arg. 1. c. d. 18. q. 4. art. 1. c. 2.

k Vt in sup. di. c. cap. ad iurisdictionem. c. generaliter habetur. l Vbi supra. m Vbi supra.

n Eo. r. n. 151. o Capit. 7. c. can. 15. f. 1. 4.

p In c. 6. sessi. 24. de refor.

q Eodem. nu. 194. r In §. cateru. relato sup. eo. nu. 72.

s Sessi. 24. de refor. t Per illud c. 6.

v in authent. offeratur. C. de lit. contest. x ff. qui iuris. cogam.

a In reg. ff. de reg. iur. b Vbi sup. col. 1. c In verb. ca. 10.

d Caiet. in 12. ver. ca. 10.

e Argu. ca. 10. tuarum. in not. for. iur. c. v. pal. c. l. si domus. ff. de seru. vrb. prad. f In c. in quo rindam de iud. no. 11. nu. 71. g l. Papianus ff. de minor. c. ca. no. dicitur de decim.

h Arg. prædictorum iur. i Ca. placuit. 18. q. 1.

k In c. cum sit tingat. nu. 29. de for. competen. ten.

l Cap. duo simul. cum glo. de offic. ord. m Ar. c. ff. de offic. vic. l. 6. c. coru. qua Ioan. And. citat in ca. suo eod. nu.

n Ca. ex litteris. do. sp. l. librorum. §. quod tamen Cassian. ff. de leg. 3.

o 3. par. si. 17. c. 13.

p Arg. c. dominus. 31. qu. 7. c. coru. qua lase notat. De in reg. ff. de regul. iur.

q Arg. c. intel. ligen. de Ver. signi. r Eo. c. n. 112. cum seq.

s Ca. 2. de pœnit. c. rem. li. 6.

t 3. pa. si. 12. c. 11.

u Verb. ca. in prin.

x Eo. ver. q. 2. c. gl. c. de d. c. c. clem. dudum. §. factuimus. de sepult.

y Vbi sup. qu. 3.

z In clem. dudum. §. accitiam. de sepul. a 23. q. 8. cap. pessimum.

b Ca. f. adu. gl. 26. q. 26. 2a. men non est i. c. u. c. de maled.



a *ubi supra*  
b *ad abolen*  
dam. *sess. 7.*

c *Ca. 12. n. 83.*  
d *Eod. ca. nu.*  
254.  
e *Gloss. d. c. 1.*  
de *pen. & re*  
mis. *lib. 6.*

f *Ex. c. n. 111.*  
g *Eod. nu. 39.*  
h *Extrava. in*  
tercenu. *de*  
privileg.

i *2. par. ti. 17.*  
c. *11. in fin.*

k *In c. 1. de cri*  
mi. *fals.*

l *In l. 1. ff. eo.*  
m *l. iuxta l. 1. §.*  
qui *de posit.*  
ff. *ead.*

n *Eod. c. nu.*  
119. *& ca. 25.*  
nu. 17.

o *Ex. c. n. 120.*  
in *fine.*

p *Sylves. ver.*  
casus. *qua. 4.*

q *In c. 17. nu.*  
92.

r *Cap. utinā.*  
36. *diffinē.*

s *Per extrava.*  
unan. *sanctā.*  
de *maior. &*  
obed. *& dicit*  
imp. *in ca. 1. de*  
const. *amplifi-*  
catum *ibi per*  
Fel. *num. 2.*  
Recep. *intra*  
40. *contra er*  
rores *Graco-*  
rum *concl. 65.*  
alias *capi. 32.*  
concl. *33.*  
v *Cap. eundē*  
per *mūdum.*  
c. *per prin-*  
cipalem. *6. q.*  
3.  
x *In l. couenti*  
cōlam. *Co. de*  
epif. *& cleric.*

Angelus insinuavit <sup>a</sup> & quia ius nouum <sup>b</sup> Concilij Lateranensis sub Leone X. oppositum eius, quod communis dicit, significat quatenus vetans, ne confessarij blasphemos in foro conscientia, nisi cum grauissima pœnitentia ad arbitrium seueri confessarij imposita absoluant, innuit eos posse cum prædicta pœnitentia absolueri, prout supra <sup>c</sup> dictum est. Quintus, dispensatio votorum, & iuramentorum: sed hic non debet numerari inter casus, cum non sint peccata, qualia illos esse diximus supra. <sup>d</sup> Sextus, absolutio excommunicationis maioris, <sup>e</sup> sed hic non est casus referuatus: quia non est peccatum, sed illius pœna: neque intelligenda est de omnibus excommunicationibus, sed de referuatis Papæ, quarum absolutio in aliquibus casibus inferiori conceditur, per quem Episcopus intelligitur, vt dictum est: <sup>f</sup> nam ab alijs casibus referuatis parochi quo ad forum conscientia iure communi absolueri possunt, per dicta supra. <sup>g</sup> Per quæ videtur, vnum, vel alterum tantum ex his casibus esse vsu receptum. Alij vero casus referuantur Episcopis ipsi per consuetudinem generalē, aut quasi generalem, quos tangit & refert glossa. <sup>h</sup> Primus est homicidium voluntarium, aut realis membri abscissio: quia mentalis, nec verbalis etiam petueniens ad percussione non cōprehenditur, secundū S. Anton. <sup>i</sup> Secundus, peccatum falsitatis falsandi scripturas, ac dandi testimonium falsum, aut tacendi verum coram iudice, <sup>k</sup> iuxta notata à Panormitano & Bartolo <sup>l</sup> & peccatū admissum ab Aduocatis, Procuratoribus, & Notarijs ostendendo scripturas partibus aduersis. <sup>m</sup> Tertius violatio libertatis, aut immunitatis Ecclesiæ, de qua supra, <sup>n</sup> per quam iniuste personis, aut rebus Ecclesiasticis iniuria inferitur. Quamquam nunc sæpe habet annexam excommunicationem cœnæ, per dicta supra, <sup>o</sup> & consequenter videtur, quod omne sacrilegium est casus Episcopalis per consuetudinem. <sup>p</sup> Quartus peccatum retinendi incerta aliena, quem supra <sup>q</sup> vtiliter declarauimus. De casibus tamen, qui per consuetudinem, aut constitutionem specialem episcopatum referuantur, certa regula dari non potest, iuxta omnes: quia vnaquæque prouincia suo sensu abundat. <sup>r</sup>

263 Decimotertiō dico, quod non videtur satis tuta opinio cuiusdam viri eruditi, quam publicauit in tractatu suo de casibus sedi Apostolicæ referuatis sub finem: nempe quod confratres sanctissimæ Trinitatis, & alij Christi fideles, non possunt absolui à casibus referuatis Episcopis eis inconsultis auctoritate bullæ S. D. N. Gregorij XIII. per quam facit facultatem præfatis Christi fidelibus in hæc verba. *Et insuper, vt ipsi confratres, & alij Christi fideles indulgentiarum, remissionum, relaxationum præfatarum Deo propitio facilius efficiantur participes, illis, & eorum cuilibet, vt temporibus, & diebus supradictis quoscumque saculares, vel quorumuis ordinum etiam mendicantium regulares presbyteros idoneos ab ordinarijs locorum approbatos in suos possint eligere confessores, & qui eorum confessionibus diligenter auditis, & eos, & eorum quemlibet ab omnibus, & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quantumcumque grauibus, & enormibus, etiam sedi Apostolicæ referuatis, exceptis contentis in litteris in die Cæne Domini legi consuetis, quotiens, & etiam à criminibus in eis litteris contentis semel in vita tantum, & in mortis articulo eadem auctoritate absolueri, ac pro commissis pœnitentiam salutarem iniungere, &c.* Præfatus enim auctor fundat suam opinionem in eo, quod Papa non potest tollere ius diuinum: & quod iure diuino est concessa potestas Episcopis referuandi sibi aliquos casus: quæ potestas videretur eis auferri, si virtute præfate concessionis possent prædicti Christi fideles absolui à peccatis referuatis Episcopis. Quæ tamen opinio non est vera, nec bene fundata. Tum quod Papa habet super omnes Christianos iurisdictionem, <sup>s</sup> & non solum qualem qualem: sed immediatam quo ad omnia spiritalia, vt colligitur ex S. Thoma: <sup>t</sup> & sicut habet illam immediatè à Deo, ideo nemo alius potest eam illi tollere, vel minuere. <sup>v</sup> Tum quia non satis caute arguit tolli ab Episcopis ius referuandi casus, eo quod Papa conferat facultatem absoluendi ab eis aliquibus alijs in aliquot casibus, vt in casu proposito: quia in effectu arguit à sublatione partis ad sublationem totius, & sic à minori ad maius affirmatiuè contra regulam Dialecticorum, & Baldi. <sup>x</sup> Tum quia etiam omnis presbyter solo iure diuino attempto potest ab-

A soluere quemlibet à quolibet peccato, vt dictum est supra, <sup>a</sup> & efficaciter probauimus, <sup>b</sup> attamen plurimis non licet iure humano Papæ id vetante. Nec sequitur ex hoc tolli eis potestatem illis diuinitus datam, sicut iure diuino naturali cuilibet licet pacisci, & contrahere, <sup>c</sup> nihilominus iure non solum Pontificio, sed etiam Regio vetantur multi ad paciscendum, & contrahendum: nec propterea dicitur tolli ius naturale, & diuinum: sed tantum ex æquo, & bono restringi. Tum quia omnium est vna conclusio, multa iure naturali: & diuino competentia multis restringi, & limitari à summo Ecclesiæ Principe quo ad spiritalia, & à sæculari quo ad temporalia, <sup>d</sup> tam per interpretationem inter ius, & æquitatem interpositam, <sup>e</sup> quam per pœnæ interpositionem, <sup>f</sup> quam per iustam dispensationem, <sup>g</sup> quam per rationem iustam naturalem, vt probant plurima iura <sup>h</sup> & copiosè tradunt Felinus, Decius & alij, <sup>i</sup> & palam est in casu proposito solum ius Episcoporum restringi, & limitari ex iusta causa, sancta, & honesta. Tum quia glossa, <sup>k</sup> damnatur ibi communiter, quatenus dicit confellos religiosi habentibus à Papa priuilegium audiendi confessiones, teneri confiteri iterum suis parochis, si absque ipsorum licentia confessi fuerint ipsis. Tum quia præfata opinio sapit hæresim Ioannis Poliacci damnatam, <sup>l</sup> quatenus asseruit, quod stante statuto cap. *omnis vtriusque sexus*: non potest Papa facere, vt parochiani non teneantur confiteri proprio sacerdoti, seu parochio Ecclesiæ. Et quod Papa non potest dare licentiam audiendi confessiones, quin confessus habenti eam teneatur eadem peccata iterum proprio Parochio fateri. Tum quod destruit clem. *dudum*, <sup>m</sup> & omnia lobelæ, cruciatas, & confessionalia. quibus fit facultas eligendi confessores, & consuetudinem generalem totius Ecclesiæ Christianæ, quæ contrariam eius opinionis sententiam vbiq; tetraurum seruat. Tum denique, quod facile diluitur argumentum eius, concedendo quidem Papam non posse tollere ius diuinum in totum, <sup>n</sup> immo & concedendo potestatem referuandi sibi aliquos casus iure diuino Episcopis conuenire, <sup>o</sup> negando tamen, quod non possit Papa illam ex iusta causa limitare, & restringere aliquo prædictorum modorum: negando item, quod per limitationem, & restrictionem in hoc casu factam, tollatur Episcopis potestas referuandi sibi facultatem absoluendi in aliquot casibus per supradicta. Quin & Panormitanus dicit, <sup>p</sup> secutus Innocentium receptam ab omnibus, quod per rationem naturalem potest declarari, & limitari ius naturale, & diuinum, non solum per legem Papæ, quo ad spiritalia, & per legem alterius principis quo ad temporalia, sed etiam per consuetudinem rationabilem, vt passim limitatur præceptum de non occidendo, & de stando duorum, vel trium testimonio, &c. Dixi supra, *Immo & concedendo, &c.* Tum quia Concilium Tridentinum <sup>q</sup> non habet præfatum potestatem referuandi dari Episcopis iure diuino, id est immediatè à Deo: sed magno pere ad Christiani populi disciplinam pertinere, vt hanc potestatem habeant, summi quidem Pontifices in toto orbe, Episcopi verò in suis diocesisibus. Quod longè aliud est, cum multa iure humano constituta multum ad Christiani populi disciplinam pertineant. Tum quia hæc referuandi potestas non pertinet ad ordinis substantiam, neque ad iurisdictionem ad absoluendum necessariam: sed ad aliam extrariam Ecclesiæ Christianæ gubernandæ valdè opportunam. Tum quia nullibi probati videtur iure diuino competere Episcopis aliam iurisdictionem, quam illam, quæ datur eis per ordinationem, & consecrationem: quia omnis alia conceditur eis mediatè, vel immediatè à Papa. <sup>r</sup> Per quam considerationem negari posset, quod ita immediatè suscipiant Episcopi iurisdictionem hanc referuandi extrariā à Deo, sicut ordinis characterem: sed à Papa per electionem, confirmationem, vel aliam dispositionem ordinariam, vel delegatam, expresse, aut tacite per traditionem, & consuetudinem iam inde ab ipso Petro in hunc diem continuatam.

Ad primam quæstionem hic propositam respondeo, quod Regis præfectus publicis operibus, qui minore pretio cogit subditos ad importandam materiam eorum, non potest iuste in gratiam alicuius priuati etiam gratis curare, vt importent similem ipsius operi. Ad secundam, quod

a *Eod. n. prim*  
cip.  
b *In c. placuit*  
de *peni. di. 6.*  
c *l. 1. ff. de pa-*  
ciē.

d *Iux. c. quod*  
in *dubis. Ec.*  
penult. *de pœ.*  
c *l. iuxta l. 1. C.*  
de *leg.*

e *Iuxta l. quis*  
quis. *Co. ad l.*  
l. *ma. ff. de*  
c. *et secundū.*  
de *hæres. li. 6.*  
g *Ca. ex mul*  
ta. *& toto ri.*  
tu. *de voto. &*  
ca. *quanto. et*  
eius *ad hoc. de*  
iuris.

h *Iux. l. Lucius*  
us. *ff. de eni*  
di. *et l. 1. m*  
si *verb. ratū.*  
ff. *de re iud.*  
d. *& l. vend*  
tor. *§. si con*  
stat. *ff. comu.*  
præd.

i *In d. ca. quæ*  
in *ecclesiariū*  
k *Ca. omnis*  
de *pen. & re*  
miss.

l *In extrava*  
vas *electionis*  
de *hæres.*  
m *De sequit.*  
n *Ca. sunt qui*  
dam. *25. qu. 1.*  
o *Ca. 7. de ca*  
suum *referu.*  
sess. *14. Conc.*  
Trid.

p *In c. ff. de co*  
iur. *num. 3.*

q *In prædicto*  
c. 7.

r *Cap. in noue*  
21. *dist.*



non sufficit ad id consensus Regis, qui operas subditorum non potest ita in vilitatem priuatam, ac publicam impere. Ad tertiam, quod talis priuatus non excusatur, eo quod ipse praefectus sua conscientiae oneri id accipit, magis quam Pilatus suscipientibus in se Iudaeis culpam damnationis Christi: nec magis quam iuuans ad furandum eum, qui totam culpam in se recipit: quia facientes, & consentientes, pari poena plectuntur. <sup>a</sup>

Miscellaneum I. de presentatione Confessoriorum Religiosorum.

- 264 Presentatio fratrum ad audiendas confessiones, &c.
265 Concilio non derogatur nisi expresse.
266 Presentatus semel, & admissus noua presentatione non indiget.

DE presentatione fratrum confessoriorum faciendi ordinariis, hoc in loco scriptum in vulgari multa, & diligenter quidem, quae ob iustas causas praeter haec pauca in editione latina omittimus. Primum, quod iuxta iura tenentur praelati fratrum petere ab Episcopis, & superioribus, ut placeat ipsis, quod fratres ad id per suos praelatos nominati, possint in suis ciuitatibus, & diocesis liberè eorum subditorum confessiones audire, & salutare poenitentias imponere, & cum sua facultate, & bona venia absoluere, quidquid dicat Siluester a legando Cardinalem, c qui licet ibi subobscurè loquatur, tamen in §. ac deinde, f resoluit, teneri fratres ad petendum praedicta. Secundum, quod debent fratrum Praelati eligere fratres idoneos in numero conuenienti ad tria praedicta, & eos praesentare Episcopis. Dixi, Praesentare: quia non sufficit nominare, h quod dixit esse sensibus corporis exhibere. Tertium, quod Episcopo sine iusta causa nolente admittere possunt praesentati facere illa per inde, ac si fuissent admissi. i Nec videtur obstarè. k Concilium Tridentinum. Tum quia huiusmodi praesentatus, & sine causa ab Episcopo reiectus habetur pro approbato ab eo, sicut & regularis petens licentiam transeundi ad regulam strictiorem negata ea sine iusta causa habetur pro licentia donato, l & sicut Abbas, qui petiit tertio benedictionem ab Episcopo, habetur pro benedicto, si eam sibi neget. m

265 Tum quia Concilium Tridentinum non videtur voluisse derogare iuri communi conciliari, n neque Concilio Lateranensi, o ut colligitur ex dicto quodam soleni Archidiaconi, p quod requirit derogationem expressam Concilij ad hoc, ut illi censeatur derogatum, de quo latè Felinus, q Tum quia expedit iura iuribus concordare, r & possumus haec iura comòdè concordare dicendo, quod Concilium Tridentinum limitetur per alia duo praedicta ob rationem specialitatis, quae colligitur ex eis, Ad franandam aliquorum Episcoporum duritiem: ut in dict. cap. i. s statuitur, cum etiam posteriores leges limitentur per priores. t

266 Quartum, quod semel praesentatus & admissus non indiget noua presentatione, etiam si aliquoties exierit diocesim, ad quam fuit praesentatus. u Quintum, quod praesentatus non debet absoluere à casibus Episcopo reseruat, nisi data ei ad id facultate, & minus dispensare in iuramentis, vel votis, x quod est tutius secundum S. Antoninum: y licet Siluester z contra teneat quo ad casus per ipsum Episcopum reseruos. Sextum, quod praedicti confessorij per priuilegium Papae Sixti IIII. possunt audire confessiones omnium, qui ad sua loca confitendi causa uenerint, licet non sint ex episcopatu, ad quem fuerunt praesentati, a non tamen possunt extra loca pro quibus sunt praesentati nisi, & c. Septimum, quod Episcopi si uoluerint possunt remittere religiosis obligationem petendi, & praesentandi, habendo eos pro praesentatis ut colligitur ex iure b & sentit. c Concilium Lateranense ibi, nisi eos exhiberi sibi petierint. Octauum, quod praedicti Patres habent priuilegium Innocentij VII. quo se possunt aliter praesentare Episcopis, relatum in Compendio priuil. fratrum Minorum. d Haec tamen praesentatio non est tantae virtutis, ac alia: quia non nisi in vnum annum durat, neque facit ut sic praesentati pro praesentatis habeantur, iuxta formam iuris,

nec consequenter, ut gaudeant priuilegiis, quibus praesentati gaudent, ut colligitur ex tenore concessiois, quae quia est priuilegium, stringi debet, e & eo non esse uendum consulit Compilerator praefatorum priuilegiorum. b

Miscellaneum secundum de quibusdam regulis Confessoriorum.

- 267 Bona facta in peccato mortali ad hac multa praesunt.
268 Absoluti non debet sacramentaliter non confessus, etiam non valens.
269 Confessio facta vni non sufficit, ut alter absoluat.
269 Voluntas non fertur in incognitum.
270 Religiosus qui testans non absolendus.
272 Excommunicati mortui cuius absolutio non petenda.
272 Mortuus absolui, & excommunicari an possit.
272 Heres cuius excommunicati absolutio querere non debeat.
272 Excommunicatum etiam non confessum absoluit sacerdos, etiam excommunicatus in morte.
272 Absoluere non potest laicus excommunicatum etiam in morte.
273 Collatio beneficij facta excommunicato quae valida.
273 Excommunicatio non ligat extra Episcopatum, etiam episcopo uolente.
273 Excommunicatio conditione non trahitur retro.
273 Appellatur ab excommunicatione durante conditione, etiam post decendum.
274 Pensio, cui quis per se consentit statim tenet.
274 Ignorans cur non incurrit poenam extraordinariam.
275 Absoluit quis ab haeresi per Papa commissionem.
275 Dispensare potens super voto, cur non potest super iuramento.
276 Vouens intrare religionem, an tenetur extra prouinciam.
277 Absolutio excommunicati ad cautelam quoruplex, à Confessario, ut dari possit. 278.

DE contentis in regulis Confessoriorum & Poenitentium hic in vulgari positus, quae exceptis vno supra locis opportunioribus inseruntur, substituo illud, & alia sexdecim responsa totidem nouè quaesitorum. Primo, quod vitra illa, ad quae e diximus prodesse opera bona facta in peccato mortali, profunt etiam ad implenda praecipua, & excusandum à nouo peccato, iuxta ea quae diximus alibi d & ad illustrandam mentem peccatoris, quo suum malum statum agnoscat, & eius poeniteat, e & ad quaerendas virtutes morales. f & ne peccatum nos suo pondere in aliud trahat, secundum Altifiodonensem g & ad quaerendam cordis latitiam, iuxta illud Pauli. h Spe gaudentes, & ne angelus noster tutelaris ob ingratitudinem nos omnino deserat, & ne tam citò nos Deus puniat: tardius etiam puniuit Achab: quia se humiliavit. i Id autem quod hic diximus in vulgari de actu de se malo fieri bonum ex circumstantia, & contra, explicatum est supra, k per quod soluitur dubium.

268 Secundò, quod firmiter est tenenda sententia posita supra, l scilicet, non debere quem absoluere sacramentaliter infirmum, qui verbis, vel nutibus non fuerit ei confessus aliqua peccata, licet antequam obmutesceret, vel iudicium amitteret, vocauerit eum, quantamlibet voluntatem confitendi cum signis contritionis ostenderit alij, vel aliis, quam absoluturo. Tum per rationem irrefragabilem insinuatam. Tum quod S. Thomas pro contraria parte citatus, m dicens posse talem vngi extremè, baptizari, & à peccatis absolui, intelligendus est de absoluteione alia quam sacramentali, puta generali deprecatoria, vel à poena per indulgentias ei concessas S. item Antoninus n pro eadem citatus, qui solum ait in tali casu sacerdotem debere praebere infirmo quidquid humanitatis potest absoluendo, & reconciliando, est secundum praedicta intelligendus. Medina etiam pro eadem citatus, o potius concordat sequendo glossam, p quae ut q diximus, verbum, poenitentiam, in textu positum intelligit de alia absoluteione, quam sacramentali. Tum quia quamuis valeat confessio facta scripto absenti, saltem ex iusta causa, ut dictum est supra, r non tamen sufficit velle scribere illa, nisi scribat, & id faciat animo confi-

a Ad Ro. I. cap. 1. de of. dele.

b Iux. cle. dum de cepu. c cle. dudum. §. statum. d Ver. confes. sor. 2. qua. 1. c in d §. statum. f Qu. 5. g Iux. dictu. §. ac deinde. h Iux. gl. sing. & recepti. ibi. ver. presentia re. i d. cle. §. si vero. k Ca. 15. de re. for. sess. 25. l Ca. licet. de regula. m Capit. 1. de iur. neg. pra. lac. n d. cle. dudum. §. si vero. o Sess. 12. p In cap. 1. de const. li. 6. q In c. nonnull. li. de re. script. r Ca. cum ex. pediat. de ele. cto. lib. 6. s De supp. ne. gl. pra. t l. sed & posterior. ff. de legib. v d. cle. §. iudè ubi Card. q. 1. x Iux. glo. re. cep. in d. §. si vero. y 3 par. ti. 17. c. 11. z Ver. confes. qu. 5. a Supple. fol. 58. c. c. 150. b Ar. c. quod ob gratiam. de regul. iur. lib. 6. c Praedicta se. xi. d Ver. presentatio fratrum & meli. ver. absolutio quo ad saculares & habetur in monumentis prima impres. sionis. fol. 95. & secunda im. pressio. 95. & in supple. men. fo. 9. con. ces. 332.

a Cap. porro. & c. Jane. de primileg. b Ver. presentatio. §. ult.

c In pralu. 7. num. 3.

d In princ. c. 1. de poen. dist. 6. nu. 45. e Cap. fallas. de poen. dist. 5. f Cap. vides. 23. q. 6. g In 4. par. su. ma. h Rom. 11. i 3. Reg. 11. k Ca. 23. n. 1.

l Cap. 26. nu. 27.

m In opuscu. 65. n 3. pa. sit. 10. c. 2. de infirm. o In Cod. de confes. tract. 2. de absol. ab oblitis. p Cap. is qui. 20. qu. 6. q Vbi supra. r Cap. 21. nu. 36.



tendi ea, & non cuiquamque, sed illi presbytero, à quo vult absolui: & ita non sufficit vocare confessorium, & dicere se velle confiteri, immo neque confiteri peccata coram alio, nisi ad summum, quum confiteretur omnia ei mandando, vt deferret illa tamquam nuncius ad presbyterum eum absolutorum.

269 Tum quia contra Concilium Tridentinum, & omnes recepras sententias esse videtur dicere, quod voluntas confitendi absque confessione, vel confessio facta vni, præsertim non presbytero, vel aliter, quam sacramentaliter, sufficiat, vt absoluat ab alio, qui eam non audiuit, & iudicialiter debet absolueri: cum voluntas non feratur in incognitum, secundum Augustinum a præsertim iudicis (qualis est confessorius.) b Tum quia non vendicat sibi locum eadem ratio in hoc sacramento, quæ in Baptismo, Eucharistia, & Extremaunctione: nam illa non ministrantur iudicialiter, & causa cognita, vt hoc: nec vllius eorum pars essentialis est concursus vllius actus actualis illa sumpturi quo ad eorum ministrum: immo sufficit voluntas præcedens ea suscipiendi, in hoc autem non sufficit voluntas confitendi, & accipiendi absolutionem, immo confessio est eius pars substantialis, vt definit Concilium Tridentinum. c Tum denique, quod si maior cognitio peccatorum non requireretur ad absolutionem, non concluderetur confessionem esse iure diuino præceptam, per illud. d Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt, &c. vt subtiliter insinuat Medina, e quod est contra veritatem declaratam in Concilio Tridentino. f

170 Tertio, quod confessorius absolueri, & si moriatur in sacro sepelire non debet vllum religiosum etiam Canonicum regularem ( qui omnium laxissima regula feruit & restantem, vel testari volentem, nisi à proposito desistat, & si quod testamentum fecit, reuocet illud, aut certe efficaciter reuocare proponat vt colligitur ex iure h & latè tradit admodum Reuerendus Pater Ioannes Trullus eruditione, ac pietate insignis, simul Prior sanctæ Christiana: Canonicorum regularium Aragoniæ, de ordine suo optime meritus, i qui ait cauendum esse cuius Canonico regulari, & à fortiori cuiilibet alij monacho, à scribenda scheda, vel memoriali significante suam de vllis rebus suis v sibus deputatis sic, vel sic distribuendis voluntatem, vel intentionem vltimam, quod tamen solum intelligendum est de faciente illa ea mente, vt sint testamentum, codicillus, donatio mortis causa, vel alia vltima voluntas vim ex sua dispositione trahens, non autem de illo, qui expressè, vel tacitè protestatus nolle restari, vel nullatenus disponere, solum rogat suum Prælatum, vel Conuentum, vt pro sua libera voluntate, illud, aut illud pietatis, aut misericordiam opus, illi, aut illi faciat, cum hoc nullatenus sit disponere, sed ad piè disponendum alium piè rogare, aut exhortari, quod cuiilibet religioso, etiam Franciscano, licet, quia misericordia est virtus omnibus, etiam pauperrimis, communis, k quæ quotidiana conclusio est, quam nuper paulò latius tradidimus alibi. l

171 Quarto, quod hæres eius, qui moritur absolutus à peccatis, & susceptis aliis sacramentis, & in loco sacro sepultus, licet postea credat eum obiisse excommunicatum, non tenetur petere absolutionem. Tum quia mortuus propriè, & quo ad Deum, nec absolui, nec excommunicari potest: quia non est homo mortuus, quem solum excommunicari posse supradictum est. Nec obstat cap. si quis, m per quod glossa eius contrarium dixit per illa verba. Dicatur mortuo, anathema: quia non significauit, quod excommunicaretur, vt putant glossa cum Panormitano: n sed quod fiat ei maledictio, qua declaratur decessisse anathematizatus, vt pulchre ait Castrensis, o nec absolui: quia solus potest absolui, qui & excommunicari, & è contrario. p Nec obstat prædictum cap. à nobis. q quia sensus non est, quod excommunicatus mortuus propriè quo ad Deum absoluat, sed quod denunciatur Ecclesie decessisse quo ad Deum absolutus, ita vt liceat ei nominatim orare pro illo, secundum inuentum Panormitanum & communè r & Castrensem. s Tum quia, si quo ad Deum, & culpam per penitentiam fuit absolutus, non indiget absolutione quo ad illa: & quum excommunicatio esset occulta, nõ indiget etiam

A quo ad Ecclesiam, quæ non iudicat de occultis, a & si per penitentiam non fuit absolutus, nil prodest quo ad Deum absolutio. Tum quia solus denunciatus excommunicatus indiget absolutione quo ad Ecclesiam, b & hic de quo queritur, non erat denunciatus, non inquam, tenetur, immo nec expedit petere, quia nihil prodest anima quo ad Deum, & nocet honori quo ad homines.

272 Quinto, quod idem omnino dicendum est de herede illius, qui sine absolutione cum signis tantum contritionis in excommunicatione occulta moritur, c non autem de herede excommunicati denunciati: quoniam is debet querere absolutionem ab eo, à quo viuus, & sanus erat absoluentus, si non fuit absolutus, saltem ab aliquo sacerdote simplici in articulo mortis, d qui tunc potest absolueri, vt clarius, quam omnia alia iura antiqua definit Concilium Tridentinum, e in hæc verba, In articulo mortis omnis sacerdos quolibet penitentes à quibuslibet peccatis, & censuris absolueri potest.

Sexto, quod per hoc videtur, quod omnis sacerdos potest absolueri ab excommunicatione in articulo mortis, etiam non confessum, modo signa contritionis præcedant: quia in tali articulo non solum habet facultatem absoluenti à peccatis, etiam referuatis, sed etiam à censuris, vt per prædicta verba patet, quod clarè sentit Panormitanus, f dicit, quod præsupposito quod laicus posset absolueri à censuris in articulo mortis, illa prodesset, ne iterum oppoteret eum absolui. Et constat secundum omnes non posse laicum absolueri à peccatis. Ergo à fortiori absolutio sacerdotis sine absolutione à peccatis prodesset. Præsuppositum tamen non est verum, vt dictum est supra Equod ipsum postea videtur confirmasse prædictum Concilium Tridentinum per prædicta verba, quæ non habent, omnis homo, sed (omnis sacerdos) significando non posse id facere etiam alium clericum, etiam factis initiatum, quantum minus laicum.

Septimo, quod per eadem verba ausim dicere, quod sacerdos etiam excommunicatus, & denunciatus potest hodie absolueri licitè constitutum in prædicto articulo, sicut non excommunicatus. Tum quia Concilium vniuersaliter nullum excipiendo loquitur. Tum quia non obstat, quod per excommunicationem tollatur, vel certe suspendatur iurisdictio, quam saltem habitualement habet iure diuino, h sine qua non potest consistere absolutio: quia probabiliter credi potest piam matrem Ecclesiam non auferre illi, nec suspendere iurisdicti onem quo ad talis articuli tempus, licet, vt proximè dictum est, nõ deceat credi, quod laico eandem quo ad eundem articulum videatur concedere: quia quo ad eum non agitur de non tollenda, vel non suspendenda iurisdictione, sed de nouo danda, quod est difficilius, i præsertim incapaci, qualis est laicus, talis iurisdictio. k Ausim, inquam, d nunc dicere, quamuis ante prædictum Concilium communis contra tenuerit, l quam ipse quoque immemor prædicti Concilij sequutus fueram supra. m Caterum facessat subtilis illa nouitas differentiarum quorundam inter articulum mortis, & periculum mortis: eadem enim sunt quo ad iura facientia facultatem absoluenti in eis. n

273 Octauo, quod illud dictum de collatione beneficii facta alicui excommunicato, quod sit nulla, procedit etiam in eo qui se excommunicatum ignorat, secundum glossam, Panormitanum & communem: o nam licet ignorantia excuset à pœna transgressionis, non tamen efficit capacitatem acquisitionis, cuius excommunicatus est incapax. Plusficet tamen dispœlatio Episcopi, si ad eum spectabat collatio, secundum omnes, non tamen si ad alium, quidquid dicat Panormitanus: q quod tamen non procedit in collatione facta à Papa, vel Legato cum clausula absoluentes quo ad effectum presentium consequendum, in litteris eorum apponi solita. r

Nondò, quod non est tenenda opinio Bartholi s communiter recepti à legistis, vt tradit Hippolytus t scilicet, excommunicatio Episcopi ligat extra Episcopatum ipso id volente: quia irrefragabiliter constat, per cap. 2. v & fortius per rationem eius, x vt rectè affirmat Panormitanus y Nec obstat l. fi. z qua magno colore motus fuit Bartholus \* quia est malè traducta à Græco in latinum, vt restatur eruditissimus Andreas Aleatus a secundum cuius

a In lib. 9. c. 13. de Trinit. & probatur in c. 1. 29. qu. 1.

b l. de quare. ff. de iudicio.

c Sess. 14. c. 1. c. 5. c. ca. no. 4.

d Ioan. 20.

e Vbi supra.

f Sess. 10. 4. c. 5. c. 1. c. 9. de sacr. pœ. g Cap. quod Dei. de stat. mor.

h Arg. c. non dicitur. 11. qu. 1. c. 2. de test. ca. monac. c. supra eo. c. ca. cum ad. de stat. monach. i In c. 23. lib. primi ex qua suor libri de eodem ordine Canonico regularium pie valde. ac erudite scrip. in c. 4. o. n. 11.

k Ca. in singu. lu. 30. dist. 1. In Comm. 2. de regula. super c. non dicitur. 12. qu. 1.

m De heret. o Ibidem. p Lib. 2. de iur. bar. punit. c. 19. q. 2. de sen. ex. communi. r Ibidem. s Vbi supra. ca. 10.

a Ca. si omnino. q. 1.

b Per dict. ex tramag. ad euitanda.

c Arg. c. fi. de sepali. c. cap. in litteris. de vaptor.

d d. c. à nobis.

e Sess. 14. c. 7.

f In d. c. à nobis. nu. 10.

g cap. 26.

h S. eccr. 10. qu. 1.

i Ca. quem ad modum. de iur. iur.

k Cap. tuam. de ordin. cog. c. 2. de iur. l. in c. non est. de sponsal. c. S. Tho. in 4. l. sen. dist. 17. q. 3. c. 5. par. 9. sc. a. 7. ad. 2. m. c. 20. n. 20.

n Vt satis probat ca. eos. de sen. extor.

o In c. pen. de cleric. excom. p Cap. post. iust. eod. tit. q. In d. c. post. iust.

r De qua Fel. in c. apostolica. col. 1. de except. c. alij alibi.

s In l. 1. n. 45. Cod. de sum. Trin.

t In l. ff. de iurisd. om. iur. nu. 142.

v De consil. li. 6.

x Sumptum ex d. l. fi.

y In c. à nobis. 1. num. 11. de sent. excom.

z ff. de decre. ab ord. fac. 2. l. 2. dist. punit. c. cap. 16.





translationem nihil facit pro Bartholo & sequacibus.

\* Quia male tradita est. Studiosus forte iuris aliquid hoc Navari dicitur admiravit. Subijciam igitur legem Græce labam cum interpretatione vulgata. Municipij lege ita cantum erat...

Decimo, quod excommunicatio conditionalis impleta conditione non retrahitur: quia fictio retrahitio- nis non habet locum in censuris. Tum argumento cap. licet.

Vndecimo, quod sicut excommunicatio lata sub conditione non ligat ante eam impletam, ita potest quis appellare ante illam impletam, etiam post decendum: ita quod sine scrupulo potest communicare, etiam ea impleta, ut sentit glossa, quam contra Panormitanum sequitur communis.

174 Duodecimo, quod pensionarius, qui personaliter consentit constitutionis pensionis, non solvens eam die statuto, incidit in censuram etiam ante intimationem litterarum, secus si consentit per procuratorem, iuxta stylum Curie, de quo testatur Cassador.

Decimotertio, quod pro communi opinione, quam tenuimus supra, contra glossam secundum & scilicet, quod ignorantia probabilis excusat ab excommunicatione statuti pro facto damnato, ultra ibi dicta facit, quod licet non requiratur consensus delinquentis in pœnam, ut obligetur ad eam, quia obligatio non nititur eius consensu, sed potestate legislatoris imponentis eam, requiritur tamen consensus in causam, ob quam imponitur, ut dixit S. Thomas: & ut quis dicatur consentire in causam alicuius, non sufficit, quod consentiat in eo quod est causa, sed requiritur, quod sciat, aut scire debeat id esse causam, & qui scit aliquid esse malum, & ignorat pœnam ob id impositam, scit quidem id quod est causa illius, non tamen causam illius. Nec obstat, quod ex eo sequeretur, quod mulier, rusticus, & alij, qui probabiliter pœnas legum ignorant: in nullam earum incidere: responderi enim potest negando quidem sequelam, quo ad pœnam ordinariam, & medio- crem proportionatam delicto, secundum naturam eius statutam, vel prudentia communi imponendam, quam quilibet discretus paulò plùs minus prævidere potest, saltem hallucinando per legem naturalem distantem delicta medio- criter puniendi, & concedendo verò sequelam quo ad pœnam extraordinariam, & exorbitantem, & auctam ultra naturam suam nudè consideratam propter frequentiam, vel alias circumstantias personæ, temporis, loci, & c. ea ratione diversitatis, quod quicumque scit, vel scire debet aliquid esse malum, scit, vel debet scire id esse puniendum iuxta naturam eius: & ita non solum consentit in eo, quod est causa eius, sed etiam in eo, quod scit, vel debet scire esse causam eius: secus tamen est de pœna exorbitanti aucta, & addita ultra naturam eius, ob frequentiam, & alias circum- stantias, quia nec scit, nec scire debet illud malum esse cau- sam illarum, cuius generis est excommunicatio, & eo magis, quo sola ratio naturalis, quæ docet pœnam debitam malo, non pertingit ad illam sine lumine fidei. Quæ est ratio germana cap. 2. per quam extenditur ad quascumque alias pœnas exorbitantes, sola natura delicti considerata. Per eandem rationem idem censeo cum Siluestrum de excommunicatione lata per legem communem Pontifi- cum Maximorum cum multis eruditibus Curie putantibus multas extravagantes cum censuris gravissimis latas super criminibus damnatis, quarum notitia nunquam transit Pytenæum, nec Alpes, non excommunicasse Hispanos eas penitus ignorantes: nam & percutiens clericum, aut patrè, aut dominum, & interpellans moniales, vel virginem i- gnorans probabiliter eorum qualitates, quas sciens id non fecisset, non incurrit pœnas extraordinarias pro illis addi- tas, quia etsi sciat esse malum, id quod facit, nescit tamen, nec scire debet tantam pœnam pro illo malo impositam: & minus peccat, qui frangit legem gravissimis, & extraor-

A dinariis pœnis munitam ignorado eas probabiliter, quam sciendo: sicut minus contemnit, & peccat, qui ingreditur hortum, leui cespite septem causa furandi, quam qui alto pariete cinctum.

175 Decimoquarto, quod nullus præter Papam sine eius commissione speciali, potest absolvere ab hæresi, & cen- sura ei annexa, etiam occultissima: quia Papa eam sibi re- servat in Bulla Cœnæ quamvis Concilium Tridentinum concedit Episcopo, ut per semetipsum in suo Episcopatu possit absolvere subditos suos ab occulta hæresi: quamvis item possit contendere, quod non sit derogatum, quo ad hoc illi per Bullam Cœnæ: quia S. D. N. Gregorius. XII. & Pius V. adeo id expressè declararunt, ut etiam summo Pœ- nitentiario negauerint illam facultatem, nisi cum certis modificationibus, sine quibus, nec hic absoluit sine maxi- ma causa, nec ille dum vixit absoluebat, etiam cum illa. Per quod, moueor ad credendum, quod nec virtute Iubileo- rum nec Bullarum Cruciarum, in quibus non datur spe- cialis facultas absoluedi ab hæresi, potest qui absoluit ab ea, licet expressè detur facultas absoluedi à casibus Bullæ Cœnæ, iuncto dicto S. Antonini, scilicet, quod facultas generalis absoluedi ab excommunicatione non includit absolutionem illius, quæ specialiter non fuisset concessa.

Decimosexto, quod Confessarius, eo quod sit munitus facultate dispensandi super voto, non potest dispensare su- per iuramento, etiam eiusdem materiæ. Tum quia iura- mentum videtur continere duo vincula, promissionis, & iuramenti, quæ sunt fortiora vno, quæ ratione S. Thomas air votum iuratum esse firmitus non iurato. Tum quia se- cundum eundem alia ratione ligat iuramentum, quam vo- tum. Iuramentum enim ligat, quia est sacræ rei attestatio, ratione reuerentiæ, qua quis debet implere, quod per no- men eius promittit. Votum verò ratione fidelitatis, qua quis debet implere, quod Deo promittit. Tum quia secun- dum omnes votum, ut votum, non est iuramentum, nec con- tra, nam diversitas nominum, definitionum, & titulorum, & rationum obligandi supra dictarum, concludit esse di- uersa speciei iuramentum, & votum, & facultas dispen- sandi super vna speciei, non extenditur ad aliam, ut col- ligitur ex iure quatenus probat virtute mandati, vel priuile- gij de conferendo beneficio valoris maioris, non posse conferrè beneficium minoris. Tum quod Abbates habentes potestatem absoluedi à sententia canonis si quis sua- dense, non possunt absoluerè à multis aliis excommunica- tionibus minoris auctoritatis, iuxta Federicum quia ex- orbitantia à iure communi non sunt extendenda de alio ad aliud.

176 Hoc ipso die, quo hæc in prima editione latina ex- cudebantur, putà pridie Idus Octob. An. 1573. (quo sui sac- ræ Pœnitentiariæ Prætorij primum habuit conuentum Illustris. & Reuerendis. Cardinalis Stanislaus Hosius, postea quàm fuit in summum Pœnitentiarium à S. D. N. designatus, magna cum laude, & gloria vtriusque, ut pote gratis, & abiens, nihilque minus præuidens, ob solam eam- demque celeberrimam pietatis, integritatis, & eruditionis famam, qua non solum Vrbi, sed orbi toti Christiano etiam ante purpuram fuit notissimus) tactum fuit, an qui Hispanus probabiliter ante 20. annos vouerat ingredi Re- ligationem ordinis fratrum minorum Conuentualium, (qui postea à sæl. recordat. Pio V. in tota Hispania abrogatus fuit) teneretur quarere extra illam, vbi non est abrogatus, monasterium, in quo reciperetur? Et videtur non teneri, tum per dicta supra. Tum quod actus agentium non ope- rantur ultra fines eorum. Et orator non intenderat in- trare extra Hispaniam.

177 Eodem die rogatus de potestate absoluedi ad cau- telam Confessarij electi per confessionalia, Iubilææ, & alias Bullas Apostolicas dico tumultuariè primò, quod absolu- tio excommunicationis simplex est absolutio integra ex- communicationis, quæ scitur esse lata, & valida. Absolu- tio verò ad cautelam est, quæ non est talis: & ista est triplex, dimidiata, quæ ad certum tempus, vel actum fit: & integra, eius excommunicationis quæ dubitatur esse lata: & eius, quæ scitur esse lata, sed dubitatur an valeat. Quæ colli- guntur ex capit. solet, & scribenribus ibi, præsertim In- nocentio.

a De sent. ex- ec. m. li. 6. b l. qui in vno vo. ff. de stat. hom. tradit Bar recept. in l. si in qui per empt. ore. ff. de vsuc. m. 67. c Contral. v bi refugnan- tia ff. de reg. iur. d In c. prae- ven. 2. de ap- pellat.

c Decif. 2. rit. de pens. super reg. Cancel. c. 12. de refo. f. Num. 16. g. a nobis 2. de sent. excõ.

h 2. x. qm. 64. art. 8. i Arg. in de- lictu. §. 1. ff. de noxal.

k l. in vulne- rati. ff. ad l. Aquil.

l De confus. lib. 6. m Ver. ignorãtia. §. 8. n Vt probõ in commenta. cap. fraterni- tati 12. qua. 2.

o Ca. si vno. 2. de sent. ex- com. c. l. si qui ignorans. ff. locat.

a Capl. 6. ff. 24. de reg. iur.

b Et arg. c. f. de offi. vic. li. 6. c. in quo val. de reg. iur. eod. lib. c. Arg. c. fa- ter nostr. 16. qu. 1. d. 2. par. 21. 24. ca. 77. §. 1.

c Ca. 1. de re- us. c. par. 1. 2. 3. §. 2. 3. 4. 5.

g De iur. in 2. Dec. c. de voto in 3.

h Arg. c. unde non sacerdot. 1. alide prob. li. 6.

i Lux. ca. cum illorum de re. excom. k Consec. 14. Monach. Perusium. l Reg. quod iure. h. 6.

m Ca. 1. m. 4. n l. non omni ff. de reb. ar.

o De sent. ex- com. li. 6. p Et c. vniõ. 2. in illa glo. vbi de testib. c. 10. d. 1. c. Pa. super ca. c. alio a libi.



Secundò, quòd præfatus electus Confessarius non potest dare primam harum, & ita \* non potest absolvere cum reincidentia. Tum quòd illa non est integra. Tum quòd in effectu est quædam suspensio, vt ait Innocentius, \* & Decius: b & Confessario huiusmodi non est potestas dimidiandi absolutionem, nec suspendendi. Tum quia eam dare esset ferè absoluerè purè, & excommunicare sub conditione, ad quòd faciendum nulla est illi potestas: nec potest absolvere ad certum tempus, vel actum: quia id effectu esset absolvere cum reincidentia.

\* Non potest absolvere cum reincidentia. Confessarius qui ad certum tempus vel actum ab excommunicatione absolveret, cum reincidentia absolveret eo quòd transacto illo tempore vel actu ad quæ excommunicatio tollitur, rursus pœnitens in excommunicationem incidere. quòd hoc loco putatur absurdum.

278 Tertio dico, quòd potest dare secundam, quam passim dant Confessarij confessis ignoratibus se esse excommunicatos per verba illa, Si teneris vinculo excommunicationis, &c. Per quam absoluitur ab ea, vel eis, in quas potestas eius extenditur, modo præmiserit satisfactionem, vel aliud, quòd Bulla requirat, vel certè eo sit animo, quò faceret illud, si meminisset se esse excommunicatum, & faceret cum primum meminerit. Tum quia attenda sua ignorantia, satis videtur facere, quòd potest, & facienti quòd potest, non est neganda absolutio. Tum quia passim ita absolunt Confessarij laudati ob hoc ab eruditis, vt etiam prædictum est. c

Quartò dico, quòd non potest dare tertiam sine præuia satisfactione, si confessus agnoscit esse veram offensam, ob quam est excommunicatus: quia quum offensam esse manifesta, non potest dari illa etiam cum cautela sufficienti sine præuia satisfactione. d Potest autem dare, si dicat se non offendisse: sed si dicat se dubitare de offensa, videtur, quòd non possit: quia commissa simpliciter absolutione, non censetur commissa absolutio ad cautelam. e Non obstat, quòd semper tenuerim, & teneam, quòd delegatus, cui commissa est causa, potest partes absolvere ad cautelam, cum Aretino f recepto frequenter à Decio, & nobis, contra glossam communiter receptam, & quia glossa loquitur de commissione absolutionis ab excommunicatione, quæ tractari potest commodè sine absolutione ad cautelam, & decisio Aretini, & vsus loquitur de commissione causæ, quæ sine absolutione partium ad cautelam non satis commodè posset tractari. Adde iis illa, quæ scripsimus in cap. 1. h

Quintò dico, quòd Confessarius, cui committit Sacra Pœnitentiaria, vel alius superior, vt absoluat latorem ad cautelam in foro conscientie tantum, non tenetur seruare formam d. capit. solet. quia illi foro non congruit citatio partis, quam illa requirit, i sed satis est, quòd constet ei per confessionem partis, preces veritate niti.

Sextò, quòd Confessarius, cui simpliciter, vt simplici confessario, committitur absolutio ad cautelam in vtroque foro, debet antea accipere cautionem sufficientem, k licet non debeat citare partem, nec audire excipientem de manifesta offensa, saluo, si aliquid amplius, vel minus faciendum ei præcipiatur: quia vno onere sublato, non censetur sublatum alterum, l & ita cum absolutio ad cautelam requirat citationem, & sufficientem cautionem, etiam si sit dubia offensa, m licet onus citandi tamquam incongruum foro pœnitentiæ tollatur, satisfactio tamen, vel cautio sufficiens quæ etiam illi foro congruit, non videtur tolli: adeo vt putem, quòd si excommunicatus agnosceret offensam esse veram, deberet eum cogere ad prius satisfaciendum. Dixi, in vtroque foro: quia si committeretur, quò ad forum conscientie tantum, purarem sufficere seruare positum firmum satisfaciendi debito, vel offenso, si apparuerit eam valere, quum quo ad illud cor magis respiciatur, quàm manus. n Dixi, nisi plus, vel minus præcipiatur: quia si præciperetur, vt sine vlla cautione, vel cum sola iuratoria, vel satisfactio dimidio, vel toto absolveret, id esset seruandum. o

Septimò, quòd Confessarius, cui committitur absolutio specialis alicuius ad cautelam in vtroque foro, deberet absolvere coram notario, & testibus, vel saltem testibus, vt absolutus posset probare aliis suam absolutionem, quæ

A non præsumitur, nisi probetur. \* Octauò, quòd excommunicato, denunciato, & absoluto à Confessario, siue simpliciter, siue ad cautelam, quò ad forum conscientie tantum, non tenentur communicare alij præsertim publicè, neque iure possunt, nisi probabiliter illud credentes, quia limitata causa limitatum producit effectum, b nec absoluto, quò ad vtrumque forum, nisi legitime id ostendatur, vel probabiliter credatur. c

Miscellaneum III. de scientia, credulitate, opinione, dubitatione & scrupulo.

- 279 Scientia, fides, opinio, dubium, & scrupulus quid, vt differant, & conueniant. & seq.
280 Conscientia quid, quoruplex, ad quid obliget, scrupulosa quam mala, nascitur ex sex causis, & curatur 10. medicinis à num. 282.
281 Dubia in rebus pars tutior an necessario eligenda.
283 Legis rigor temperatur per aequitatem quinque modis.
284 Intellectus illius dicti, Bonæ mentis est culpam timere, vbi non est.

C **D**icimus primò, quòd scientia, fides, opinio, dubitatio, & scrupulus, in quibusdam conueniunt, & in quibusdam differunt, vt resolutius aliis tradimus alibi. d Quorum summa est, quòd scientia est cognitio visiva rei e tam intellectus, quàm sensus. f Fides est cognitio, qua firmiter ita esse iudicamus, id quòd non videmus \* iuxta illud Augustini Fides est credere: quòd non vides, & iuncta gloss. 7. quæ citat illud Gregorij. h Fides non habet meritum, vbi ratio humana præbet experimentum. Opinio est cognitio, qua iudicamus aliquid esse, vel non esse, quòd non videmus, nec firmiter credimus ita esse. sed cum formidine, ne contrarium sit verum. i Dubitatio est cognitio duarum rerum contrariarum neutram earum iudicando veram iuxta glossam, k qua dubietatem appellauit titubationem. Scrupulus est cognitio argumenti apparentis contra prædicta. Ex quibus insertur, hæc quinque conuenire in hoc, quòd sunt cognitiones, & actus potentie cognitiue & non appetitiue, vt ex verbo, cognitio, apparet: & quò differunt in eo, quò scientia est firma, & evidens cognitio. Fides firma non tamen evidens, sed obscura. l Opinio autem, nec evidens, nec firma, quamuis sit iudicatiua. Dubitatio verò, nec evidens, nec firma, nec iudicatiua. Scrupulus autem est solum quoddam argumentum contra aliquam prædictarum. Et quòd quatuor prima sunt contraria, quæ non possunt simul inesse vni, & eidem personæ eodem respectu. Scrupulus autem cum qualibet aliarum quatuor esse potest.

E \* Iuxta illud Augustini. D. Augustinus hoc habet tractatu 40. in Ioannem, & quòd ex D. Gregorio citatur est in homi. 26. in Euangelia & quòd in sequenti Miscellaneo ex capite senti citatur, est Augustini in lib. aduersus Secundinum Manichæum cap. 1.

Miscellaneum IIII. de conscientia.

F **C**onscientia, vt definit, & diuidit S. Thomas, m non est potentia, nec propriè habitus animæ, sed actus eius iudicatiuus, interdum testificans, quòd illud fecimus, vel non fecimus, iuxta illud. n Scit conscientia tua te crebro maledixisse alij, &c. interdum accusans, vel excusans dictando aliquid bene, vel malè factum esse, iuxta illud B. Augustini. Senti de Augustino quid quid libet, sola me in oculis Dei conscientia non accuset, o & interdum dirigens dictando aliquid faciendum, vel non faciendum esse, p & ita hic accipitur, definiuque potest esse scientia, fides opinio, aut dubitatio, de aliqua re facienda, vel non facienda, secundum communem in locis proximè citatis, & est duplex. Vera, quæ verè iudicat aliquid esse faciendum, vel non faciendum. Et erronea, quæ falsè iudicat esse faciendum, vel non esse faciendum. q Est, & aliter triplex: certa, quæ pro certo iudicat. Dubia, quæ nullatenus iudicat: & scrupulosa, quæ contra id quòd iudicat, habet

a In c. cum bo na. de stat. & qual. b Consi. 145.

c In cap. 26.

d Disto. c. solet.

e Inxt. gl. fin. c. capitulum. de rescrip.

f In d. c. de te sibus. col. 3. gl. d. c. solet. y

h In prin. nu. a. de pu. d. o.

i Secundum In. v. cap. in d. c. solet.

k In d. c. solet.

l Cap. ex tua rum de aucl. & vsu pall. in Per d. c. so let.

m Cap. si quid l. nauis. l. 4. quæst. 3. o Ca. cum dilectio. cum no tat. ibi à Fe ly de rescrip.

a Capit. sicut nobis. de sen. excom. & gl. c. propo. iust. de cler. exco. minif.

b In agr. ff. de acqu. rer. dom.

c Per d. ca. sicut nobis. & per d. glo. d. c. propo. iust.

d In c. si quis autem de per. di. 7. à nu. 9. e Gl. fin. in l. 2. §. antep. ff. aqua plu. arc. l. v. pral. 2. & 3. dictum est.

g Cap. in do mo. de per. di. 4.

h H. 3. o. E. uange.

i Facit gl. di. §. antepen. & gl. in l. f. d. o. §. pen. ff. vs. possides.

k Glo. recept. l. de stat. ff. de rescrip. & gl. ff. rubri. ff. de iur. & fa. igno.

l Ca. firmior de sum. Trim.

m 1. par. qui 79. ar. 12.

n Eccl. 7.

o Ca. senti. 11 qu. 3. p. Ca. per tuas a. de simo.

q d. c. per tuas. 2. inquisi. tioni de iust. excom.





argumenta. Porro, quælibet conscientia certa ligat eam habentem. Quantum autem quælibet harum obliget dictum est supra.<sup>a</sup>

281 Quibus addo, non semper esse necessarium partem tutiorem eligere: quia satis est quoad præcepti implementum tutam eligere, ut latè<sup>b</sup> probauimus, etiam in his, quæ ad fidem, & mores pertinent: in aliis enim, nec de consilio, quis tenetur eligere tutiorem, ut ibidem probatur.

*Miscellaneum V. de causis, ex quibus fit conscientia nimis scrupulosa.*

282 **D**ico primò, quòd conscientia nimis scrupulosa nascitur ex vitio naturali, vel acquisito.

Secundò dico, quòd conscientia nimis scrupulosa gignit multa mala, scilicet inconstantiã, augmentum peccatorum, animi paruitatem, nebulas intellectus, inquietudinem mentis, accidiam, & id genus alia.

Tertiò dico, quòd huius vitij causæ, secundum S. Antoninum<sup>c</sup> sunt complexio timida, melancholia, & mania, dæmon tranquillitatis osor, vigiliaz, ieiunia immodica, & conuersatio cum scrupulosis.

283 Quartò dico quòd decem sunt huius ægritudinis medicinz, secundum S. Antoninum. Prima Deus per suã gratiam intus habitans, & foris benignè assistens. Secunda pharmacum contra melancholiam, maniam, & alios malos humores, iudicium debilitantes. Tertia auersio cogitatus à re scrupulosa. Quarta submissio sui aliorum iudicio. Quinta contrauentio scrupulorum. Sexta vsu, episkeie siue æquitatis circa leges, de qua S. Thomas<sup>e</sup> persuadendo sibi non peccare, qui implet legem secundum mentem auctoris, licet in verba offendar, f neque qui eam in sensu benigniore seruat, quamuis in duriore violet, g neque, qui eam non seruat ubi, & quando est impossibile, vel valde difficile, h neque qui eam non seruat, vt pro stulto non habeatur: nec qui in rebus dubiis secundum communem bonorum vsum eam seruat. i

284 Septima rectus intellectus illius vulgati. Turtior pars est eligenda in dubio, k nempe, in eo quod est proprie dubium, quale non est, cum sufficienti auctoritate, aut ratione altera pars creditur: neque cum ex multis opinionibus vna pro vera eligitur. Octaua rectus intellectus illius. l Bonatum mentium est etiam culpas agnoscere, vbi culpa non est: cuius vnus verus sensus est, generaliter se culpatum agnoscere, licet non meminerit specialiter culpam iuxta glossã, m & latè tradita à S. Antonino. n Alius, qui visus est, o Ioanni Gersoni aptior signum animæ in bonum propensæ, timere ne sit culpa, quod non est tale: quamquam hoc non est bonitas, immo scientiaz, aut probi iudicij defectus.

*Qua opinio deligenda. Miscellaneum VI.*

- 285 Opinio communis qua, & quando alteri præiudicet.
- 286 Opinio, quæ deligenda latè, & resolutè. 287.
- 288 Opinans deponat dubium, antequam iudicet, consulat, aut operetur. & seq.
- 290 Scrupulos mitigat sibi parum, & multum Christo fidere, & eum talem imaginari.
- 290 Auxilio sihe speciali Dei, qua bona moraliter agi possunt.
- 291 Deus, vt Deus, nullius figura, vt homo gratiosissima, & benignissima.

285 **N**ona medicina est electio bona ex variis opinionibus, & quiescere in ea. Electio autem bona fit secundum Matthæum<sup>p</sup> & alios alibi eligendo primò consuetudine receptam, q nisi sit contra legem naturalem, vel diuinam certam, contra quam consuetudo nihil potest. r

286 Dixi, certam: quia dubiam interpretari potest consuetudo, & eius interpretatio seruanda est iuxta Panormitanũ. s Secundò cessante consuetudine eligendo eam, quæ

**A** nitur alicui textui, cui contraria, licet sit communis, nequit aptè responderi, etiam si quæstio principalis sit vnus iuris, & textus alterius, per citara à Philippo Franco. a Tertiò eligendo eam, quæ nititur aliquo argumento, cui aptè responderi non potest. b Quartò cessantibus his eligendo communem, si scitur esse talis. c Quintò cessante communi eligendo eam, quæ pluribus fundamentis, & rationibus nititur, quamuis satis aptè dissolui queant: quia cæteris partibus funiculus duplex, aut triplex difficilius rumpitur. d

287 Sexto cessantibus prædictis, eam quæ benignior, aut fauorabilior fuerit. e Qualis est quæ iuramento fauet. f Er quæ Matrimonio, dori, testamento, aut libertati, g aut aliis piis & religiosis rebus, h aut pupillo, videtur, peregrino, aut alteri personæ miserabili. i Qualis etiam, quæ priuato contra fiscum fauet, k cum fiscus in delicto priuati fundatur, aliàs secus, l vt rectè Decius declarauit, m Quali, etiam est quæ valorem actus defendit, siue actus, de cuius fauore agitur, sit vltima voluntas, n siue contractus, o siue libellus, litis contestatio, sententia aut quilibet actus iudicialis, rescriptum, aut priuilegium, p quia præsumptio pro actus valore præponderat aliis, q quamuis valor actus in actoris fauorem, & damnum rei redundet. r

Septimo prædictis deficientibus illam, quæ reo fauet. s Octauo, si nullo modo prædictorum alia opinio aliam superat, illam quam affirmant Doctores auctoritate, & scientia in materia, de qua agitur præstantiores, t & ita quam tenent Theologi, si quæstio est theologia, & quam Canonistæ, si Pontificia, & quam Legistæ, si civilis. v

**B** 288 Quatuor autem nobis videntur addenda omnibus, qui hac de re tractarunt, quo ad forum conscientiaz. Primum quòd iudex, consultor, aut agens, qui in re dubia iudicaturus, consulturus, aut facturus est aliquid, antequã id faciat, debet, vt non peccet expellere, ex animo illam dubietatem, & credere, aut certè opinari opinionem dicto modo electam esse veram, & secundum eam debere in eo casu iudicare: quia si priusquam id faceret, & dubius iudicaret, consulere, aut faceret, peccaret contraueniendo conscientiaz dubiæ per dicta. x Secundum est, quòd in vtroque foro vnus, & idem de vna, & eadem re potest, & debet credere aliquid esse verum quo ad vnum effectum propter vim alicuius rationis, & contrarium, quo ad alterum propter vim alterius, argum. cap. Dominus, y & multorum, quæ pro eius vora concordia adduximus alibi: z per quæ probatur vnam, & eandem mulierem posse, & debere credere suum maritum esse illum, cui cohabitatur, quòd reddat debitum, & contrarium ad effectum exigendi. Tertium, quòd quamuis in foro contentioso regulariter prædicta obseruari debeant, in foro tamen conscientiaz, ad effectum non peccandi sufficit eligere pro vera eius opinionem, quem meritò censemus esse virum idonea ad id sciencia, & conscientia præditum, iuxta dicta. a quibus addere glossam b adiuncta doctrina Panormitani.

**C** 289 Quartum, quòd non videtur vna opinio appellanda communis, ad effectum præiudicandi alteri eo solo, quòd plures eam sequantur tamquam oues aliæ alias, quæ præcedunt sine iudicio sequentes: velur aues, quæ vnã volentem aliã omnes sequuntur secundum Decium. c Comuniorem enim ad hoc existimare illam, quam sex, vel septem auctores classici rem ex professio tractantes assererent, quam probatam à quinquaginta sola serè auctoritate priorum ductis. Opinio enim communis non ex numero opinantium, sed ex pondere, auctoritatis fit, vt dicit Alexander d relatus à Ludouico Gomezio, e quin & arbitror vtranque ad hoc posse dici comunem, quando vtraque haber octo vel decem assertores graues, & cum iudicio eam deligentes. Quò fit, vt non sit multum laudanda diligentia quorundam recentiorum inquirentium vtram teneant plures: doctrinas enim præfata Ioannis Andreae f de sequenda communi intelligenda videtur, cum pauci respectu aliorum teneant contrariam. g

**E** 290 Decima scrupulosi medicina colligitur: considerando primò, quòd opinio \* quæ videtur esse S. Augustini & aliorum antiquorum, (quam sequitur Gregorius Ariminensis, & in quam inclinat S. Thomas, h & S. Bonauentura quamque munit ibi Maior vigintiquatuor

a In prin. e f puer. de te. p. 110. d b d. e. Capella nu. de seru. c Arg. c. p. d. de seru. de of. deia. ca. de quibus. 200. d Eccl. 4. c. i. de trem. c. p. c. l. semper. m dubiu. ff. de reg. iur. f Arg. c. qu. us. de pã. k o. c. ca. con. contras. de iureiu. g l. quosida. bra. ff. de reg. iur. c. f. de re iud. h l. ius perso na. ff. de vol. c. ius p. i. Argu. nu. di. 85. k l. non pue. ff. de iur. ff. secundã Maa th. nos. 13. l. 2. C. de in. ff. li. 10. m In ambi. quis pro do. ff. de regul. i. n. l. quos. ff. de reb. dub. o l. quos. ff. de verb. p. p. p. Mas. in as. tract. colu. 4. q. l. in contra. benda. quam ad hoci. p. d. d. de d. a. o. ff. de re. iur. r Arg. l. inter. p. a. ff. de re. iudic. s Argu. ca. in. ius iura. p. tium. de re. iur. li. c. o. l. fauorabili. res. ff. eod. c. Arg. l. ius. mo. men. ff. de statu. hom. c. eorã. qua. per. eum. ad. Dec. in. p. p. possit. i. u. n. de. pro. b. v. Arg. d. p. p. possit. i. u. n. per. Panorm. o. alio. x Supra. 277. y De secun. sup. c. ca. in. quosid. de. sen. ex. com. z In d. capi. si. quis. a. n. 102. a Num. 285. b d. e. Capella nu. de seru. c In cõp. 494. incipit. quid. supra. c. cap. col. fin. d Confli. 202. lib. 7. num. 6. e In q. 2. p. p. i. regu. i. d. cellaria. f In c. 1. de. re. g. l. ser. d. 11. h l. 2. q. 2. art. 6. i Dift. 28.

a Pralud. p. 2. num. 9.  
b In d. capi. si quis autem. a num. 34.  
c 1. par. si. 3. c. 10. §. 10.  
d p. 1. par. sit. 3. cap. 10. §. 10.  
e a. 2. §. 220.  
f S. Tho. ibi. a. 1.  
g l. benigni. us. & l. seq. ff. de legib.  
h S. Ans. vbi supra colum. 6.  
i Arg. §. leges. 4. di. & l. mi. nimo. ff. de le. k Cap. ad au. diensiam. de homic. capi. si quis autem. da. p. m. d. ff. 7. l. Cap. ad eius. 5. diff.  
m d. e. ad eius. n 1. par. sit. 3. cap. 10. co. 6. o 2. parte. de. nas. c. qual. conscient. al. phab. 2.  
p Libr. de eccl. verior. opi. 1. volum. traç. q. l. minime. cum glo. ff. de leg. c. e. cum dilectus. de cõ. sur. r Capi. mala. c. c. frustra. B. d. si. s In c. 1. de in. di.



tuor argumentis) tenet neminem posse solo libero arbitrio, & concursu Dei generali, sine auxilio eius speciali etiam moraliter tantum bene operari. Et quòd licet contrariam teneat Gulielmus Ocham, \* & videatur receptior, apud recentiores: licet item, nostra sententia, ei sit locus in operibus bonis, quæ suapte natura, & ex propinquo, ad solos virtutum moralium fines attingendos ratione naturali duce diriguntur (qualia sunt secundum rationem naturalem, honestè vivere, alterum non lædere, ius suum cuique tribuere: quale, quid deceat, quidve expediat, iuxta naturalem captum, & rationem providere) necessariò tamen tenenda est antiquorum sententia in actibus moraliter bonis, quæ ex propinquo spectant ad iustificationem: qualia sunt bene credere, sperare, diligere, pœnitere, qualia percipere cælestia, contemnere terrena, & horrere inferna, & id genus alia, ut colligitur in directo sensu ex <sup>b</sup> Concilio Tridentino in hæc verba. *Si quis dixerit sine præueniente Spiritus sancti inspiratione, atque eius adiutorio hominem credere, sperare, aut pœnitere posse, sicut oportet, ut ei iustificationis gratia conferatur, anathema sit.* Qui facer canon argumento à contrario sensu satis etiam probat opinionem recentiorum, quo ad alios actus moraliter bonos. Secundo considerando, quod bona pars scrupulorum nascitur ex quadam nimia confidentia propriarum virium, per quam ferè quis putat se posse solis illis bene pœnitere, confiteri, communicare, benè precari, & alia id genus operari, & videns ea non tam rectè, ac vellet facere, pluries iterat ea non implorato, ut deberet, à Deo auxilio diuino, & postrema facit imperfectius, quàm prima: & ita numquàm sibi plenè satisfacit, & turbatur tristitia erratorum, & timore errandorum. Huiusmodi ergo scrupulosi medicina fuerit cõsiderare paruitatem, & infirmitatem suam, & omnium communem, ob quam vix quis potest, etiam moraliter tantum bene agere sine gratia gratum faciente, vel auxilio speciali Dei: & ita reputare sua opera, qua parte sua sunt, non posse fieri tam perfectè, ut sint digna tanta maiestate: & consequenter diffidere sibi, & fidere infinitæ bonitati eius, qui pronior est ad miserendum, quàm vlciscendum. Et quòd, ut est austerus in eos qui nimium sibi fidentes, & sine illo ei bene seruire posse putantes, & sic non satis, de ipsius auxilio curantes, omnia perfectè suis viribus facere nituntur, & non faciunt: ita est clementissimus erga eos, qui memores suæ

*Deo Iesu Christo aeterni Dei*

A imbecillitatis & ipsius auxilij necessitatis, sine quo ei placere non possunt, illi se totos subiiciunt, & pro naturalibus sui liberi arbitrij viriculis, ac pro auxilio ab eo superaddito, bona fide, obseruantia legum eius, & ecclesiæ suæ student, sperantes eum boni æquique consulturum eã, quæ mediocris fuerit, etiam si non sit exacta. Qui enim hæc pio animo secum voluerit, contentus erit, quòd vel mediocriter obligationi suæ satisfecerit, & gratias agat Deo, quod ad id ita sua diuina bonitate eum iuuerit, desiderans, speransq; fore, ut in dies maiore ope auctus, melius id faciet, scrupulos abiget, animumque serenabit.

B <sup>\*</sup> *Quæ videtur esse Augustini.* D. Augustinus acerrimus Pelagianorum hostis, & gratiæ Dei propugnator inuictissimus, gratiam Dei tanti fecit, ut cum maximè contra Pelagianos disputat, nullum opus bonum moraliter (nam de alio, quod videlicet vel ad iustificationem consequendam, vel ad æternam vitam promerendam iuuat notius est, quam sine gratia nullum sic) ab homine effici posse, nisi speciali Dei auxilio assistente asseueret, quare in lib. de correct. & grat. ca. 2. sic scribit. *Intelligenda est enim gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum, qua sola homines liberantur à malo, & sine qua nullum prorsus siue cogitando, siue volendo & amando, siue agendo faciunt bonum, non solum ut monstrante ipsa quid faciendum sit sciãt, verum etiam ut præstante ipsa faciant eum dilectione quod faciunt.* Hæc ibi.

C 291 Et quia Deus ut Deus nullam figuram, & ita neque vultum seuerum, neq; gratiosum nisi metaphoricè habet, quippe qui longè, imò infinitè simplicior est, quàm anima & Angelus, plurimum scrupuloso cõducet imaginari vultum illum speciosissimum, & benignissimum reuerendissimæ & benedictissimæ humanitatis D. N. Iesu Christi, qualem sancti contemplantur eum, cum olim doceret, cõcionaretur, & conuersaretur, exhibere solitum, nempe serenum, subhilem, in sui amorem rapientem, cõsolantem, & lætificantem: imò & promittentem se à nobis fragilibus, & humilibus, nostræ paruitati parum fidentibus, eiusque magnificentia plurimum confidentibus, & bona fide sibi seruientibus, non exacturum adeo seueram rationem, qua nos condemnet, sed ad eò beneuolam, qua saluet, Amen.

D Quoniam verò <sup>a</sup> promissimus inferere hic tenorem cuiusdam Bullæ sœl. record. Pij V. & moderationis eorum, de quibus in subiecta Gregorij XIII. Bulla, si exiret interea quæ quia non exiuit, solam hæc subiicimus: prout supra, <sup>b</sup> etiam promissimus.

*æterno filio laus & gloria.*

<sup>a</sup> Inc. 21. n. 5.

<sup>b</sup> Cap. 25. nu. 68.



## GREGORIVS EPISCOPVS,

SERVVS SERVORVM DEI,

*Ad perpetuam rei memoriam.*

*Est 15. Constitutio inter Greg. XIII. constitutiones.*



**N** tanta negotiorum mole, qua Romanus Pontifex assidue premitur, vix vitari potest, ne aliqua interdum exilient, quibus postea recognitis, necesse est moderationis remedium adhibere. \* Cum itaque alias scilicet recordat. Pius PP. V. prædecessor noster auditis grauaminibus, quæ Fratribus ordinum Mendicantium ab ordinariis locorum, & parochialium Ecclesiarum rectoribus multis modis inferri dicebantur, super sacris concionibus, & lectionibus habendis, confessionibus audiendis, pœnitentiis iniungendis, fratribus ad ordines promovendis, celebratione Missarum, cura animarum, sacramentorum ministracione, sepulturis, quarta funeralium, legatis, donationibus, elemosynis, collectionibus, aliisque huiusmodi iuribus, necnon decimis, & diuersis oneribus, ac etiã super statu, & regimine sanctimoni alium ipsi fratribus subiectarum, formatione processuum, censurarum publicatione, processibus, præcedentia, locorum acquisitione, certisque aliis rebus tunc expressis, multa per quasdam suas litteras predictis Fratribus non modo statuerit, sed & quæ iam in Concilio Tridentino decreta fuerant ad hæc pertinentia declarauerit: multaque præterea priuilegia eisdem 17. Kalend. Iunij, Pontificatus sui anno secundo, & deinde illa diuersis ordinibus, &c. concesserit. Postea, de Vicariis perpetuis Ecclesiarum quæ illis sunt vnitæ, &c. decreuerit. Demum animaduerso, quod illa multas lites, &c. inter eos, & ordinarios concitauerant, primum illa restrinxerit. Deinde plenius prouidens priores litteras moderatus fuit, & alias instar earum concessas reuocauit, lites ad se aduocando. Postremo circa confessariorum regularium approbationem aliqua declarauerit. Nos hac varietate cognita, & infra statuimus, de prædictis, & aliis omnibus litteris, & constitutionibus, quæ ab eodem prædecessore eisdem de rebus pro quorumcunque regularium, etiam Mendicantium ordinibus, & congregationibus quomodolibet emanarunt, ac omnibus, & quibuscumque in eis contentis, eam deinceps dispositionem, atque decisionem pro subiecta materia futuram esse, quæ siue ex iure veteri, siue ex sacris dicti Concilij decretis, siue aliàs legitimè ante dictarum litterarum, & constitutionum editionem erat, & si ipsæ non emanassent futura fuisset ad quam dispositionem & decisionem, suumque pristinum statum, illa omnia reducimus. Quinetiam abrogamus omnia irritantia, & alia decreta, & quæcumque alia nostris statuto, ordinationi, & reductioni aduersantia. Decernentes illa pro infectis haberi, ac omnes lites, coram quibusuis iudicibus, &c. motas, necdum decisas, & iam decisas, si modo tractum habeant successuum, & futura dubia quandocumque orientur, ad nos referenda esse. Necnon irritum, &c. Dat. Romæ Pontif. nostri anno primo.

\* *Cum itaque alias.* Pius V. hæc grauamina sustulerat per bullam quæ incipit & si mendicantium, quæ est 38. inter ipsius constitutiones, deinde per constitutionem ad exequendum priores facultates ad solos ordines mendicantes restrinxerat & demum per constitutionem Romani quæ est 135. inter ipsius constitutiones, declarauit regulares cuiuscumque ordinis etiam mendicantes non posse secularium confessiones audire, nisi fuerint ab ordinariis approbati has autem omnes Gregorius XIII. per hanc constitutionem ad terminos iuris & Tridentini Concilij reuocauit.

*Deo Iesu Christo æterni Dei æterno filio, animarum nostrarum sponso suauissimo,  
benignissimoque Domino S.*